Bartholomaeus † 1660
Benedictus † 1689
Bernardinus † 1685
Bernardus † 1669
Carolus † 16..
Daniel † post 1741
Franciscus M. † 1714
Godefridus † 1950
Gratianus † 1943
Heliodorus † c. 1684
Hilarius † 1904
Honoratus † 1624
Hugo † 1808
Hyacinthus † 1650
Jacobus † 1646
Josephus † 1638
Ivo † 1679
Ladislaus † 1908
Laurentius † 1631
Leonardus † 1641
Seraphinus † 1713
Thomas † 1671
Thomas † post 1715
Turianus † post 1660
Parma
Bernardinus † 1748
Pescatori Ant. † 1747
Petrus Ant. † 1817
Romualdus † 1677
Turchi Adeod. † 1803
Parzham
S. Conradus † 1894
Paternó
Andreas † 1800
Michael † 1765
Paullo
Rinaldus † 1901
Pavia
Aloisius M. † 1800
Andreas † 1709

Pedávoli (Delianova)
Caelestinus † 1910
Pedras de Fogo
Gonçalves de Oliveira Vitalis † 1878
Peisey
Thomas † 1933
Peñacerrada
Martinez Hyac. † 1873
Pennabilli
Franc. Horat. † 1745
Penne
Antonius † 1676
Peralta
Vincentius † 1936
Perpignan
Meliton † 1755
Perugia
Franciscus † 1697
Pacificus † 1730
Pésaro
Bernardus † 1706
Pescia
Josephus M. † 1832
Pettineo
Antoninus † 1908
Piacenza
Augustinus † 1839
Cyprianus † 1908
Dionysius Scotti † 1610
Dionysius Carli † 1695
Felicianus † 1644
Petrus † 1585
Pianella
Di Fazio Jos. † 1838
Picquigny
Bernardinus † 1709
Pietradefusi
Ludovicus † 1916
Pietramelara
Anselmus † 1584
Pieve di Controne
Tei Paulus † 1916
Pieve di Teco
Claudius † 1805
Franciscus † 1768
Pinell
Monconill G. † 1946
Pinerolo
Gaspar † 1631
Valerianus † 1617
Pinilla
Turrado G. episc.
Piová d'Asti
Massaia G. † 1889
Piove di Sacco
Bocchini Bérn. † 1785
Pisa
Sixtus † 1943
Pistoia
Angelicus † 1866
Boni Evangel. † 1897
Carli Caietan. † 1887
Hieronymus † 1570

Josephus † 1650
Victorius † 1689
Ploaghe
Aloisius † 1867
Ploemeur
Carolus † 1941
Poggioberni
Constantinus † 1835
Poitiers
Petrus † 1683-84
Poix
Ludovicus † 1782
Polizzi
Hieronymus † 1611
Seraphinus † 1619
Urbanus † 1654
Polonus
Ioan. Bapt. † 1632
Maximilianus † 1863
Pont-de-Beauvoisin
Marcellinus † 1623
Ponte dell'Olio
Basilius † 1851
Pontedera
Antonius † 1893
Pontoise
Natalis † 1589
Pontrieux
Le Floch G. † 1946
Pordenone
Antonius † 1628
Porrentruy
Ludov. Ant. † 1912
Porretta Terme
Felix † 1945
Porto Maurizio
Bernardus † 1614
Bernardus † 1684
Franciscus † 1868
Porto Recanati
Torregiani E. † 1904
Porto S. Giorgio
Angelicus † 1816
Posat
B. Apollinaris † 1792
Poschiavo
Maranta Edgarus,
Potenza
Tullius † c. 1550
Potriès
Eugenius † 1866
Prato
Bernardinus † 1785
Micheloni P. † 1936
Nazarius † 1854
Samuel † 1894
Prats-de-Mollo
Exuperius † 1917
Precetto
Franciscus † 1645
Provins
Pacificus † 1648
Provvidenti
De Vito Conradus,
Puyloubier
Timotheus † 1907

Q

Quiroga
Didacus † 1649

R

Rabbi
Silverius † 1918
Racconigi
Angelus † 1637
Radkersburg
Erhardus † 1798
Ragusa (Dalmatia)
Michaelang. † 1729
Ragusa (Sicilia)
Vitus, laic † 1582
Ramberg
Beck Guido, episc.
Rapperswil
Joachimus † 1728
Ravenna
Clarissimus M. † 1843
Jacobus † 1687
Recanati
Bonaventura † 1691
Cornelius † 1632
Presutti Phil. † 1914
Regensburg
Franciscus M. † 1874
Reggio Calabria
Bernardinus † 1535
Bonaventura † 1572
Bonaventura † 1655
Jesualdus † 1803
Ludovicus † 1537
Reggio Emilia
Gregorius † 1614
Michaelang. † 1669
Michaelang. † 1766
Reims
Joan. Franc. † 1660
Reisbach
Gulielmus † 1913
Reitte
Antonius † 1660
Rennes
Ambrosius † c. 1648
Brictius † c. 1670
Reschio
Antoninus † 1907
Rheineck
Justinianus † 1910
Rheinfelden
Ignatius † 1702
Ribeirão Preto
Dal Monte I. episc.
Ried
Agatho † 1895
Ried-Brig
Theodorus † 1936
Rieti
Laurentius † c. 1549
Santini Joan. † 1940
Riez
Balthassar † 1678
Marcellus † 1682

ELENCHI SPECIALES

INDEX ILLUSTRATIONUM

QUAE POSITAE SUNT SUB FINEM CUIUSQUE LITTERAE ALPHABETI

A

Aachen (*Aquisgrana*) in Prov. Rhenano-Westphalica. — Conventus a. 1614 erectus, supprimitur a. 1802. Urbem ab a. 1893 denuo incolunt Fratres, quorum Ecclesia sub tit. Stigmatum S. Franc. consecrata fuit a. 1896.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. XV.
BULLAR. CAP., IV, 317, 383.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf. Ind.
JACOBS, *Die Rheinischen Kapuz.*, p. 130.
KUNSTDENKMÄLER DER *Stadt Aachen*, II, (1922) p. 317-320
PICK R., *Aus Aachens Vergangenheit* (1895), p. 74-95.
QUIX, *Beitr. z. Gesch. d. Stadt Aachen*, II (1838) p. 83-86.
ANALECTA CAP., 16 (1900) p. 250.
ASSISI-GLÖCKLEIN, 19 (1937) p. 40.
ZEITSCHR. D. A. GESCH.-VEREINS, 18 (1896) p. 376. — 21 (1899) p. 254-59. — 22 (1900) p. 10 ss. — 52 (1930) p. 141-43. — 58 (1938) p. 49-51, 55, 63.

Aalst seu Alost (*Alostum*) in Belgica Prov. — Conventus, sub tit. S. Mariae Magdalenae, erectus a. 1614, suppressus fuit a. 1796. Anno vero 1908 Fratres in eandem civitatem reversi sunt, ac novi conventus ecclesia SS. Cordi Iesu dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 15 tab. XIV.
BULLAR. CAP., IV, 368.
HILDEBRAND, *Kap. in de Nederl.*, V, 269-76.
VAN NUFFEL P., *Alostum religiosum* (1911) p. 127 s.
TE DEUM LAUDAMUS (1928) p. 59 62.
ANALECTA CAP., 50 (1934) p. 80, Novitiatus fratrum laicorum supprimitur.

Aarlen in Belgio, vide *Arlon*

Aarschot seu Aerschot (*Arschotum*) in Belgica Prov. — Fratres flandri a. 1685-86 Conventum et Ecclesiam S. Antonii Patavini aedificarunt, quae a Gallis, saec. XVIII exeunte, suppressa sunt.

BULLAR. CAP., IV, 368.
ANNUAR. PROV. HOLL.-BELG., I, (1870) p. 33.
HILDEBRAND, *Kap. in de Nederl.*, V, 156-66.
DE KLOK (Ephem. localis, 17 iun. 16 sept. et 14 oct. 1893 sub v. *Oudheden*).

Aat in Belgio, vide *Ath*

Ababo, vide *Avallon*

Abaetetuba in Brasilia, Custodia de *Maranhão* concredita prov. Mediolanensi. — Anno 1949 concessa est facultas erigendi domum religiosam in hoc loco apud ecclesiam paroecialem nostratibus commissam.

ANALECTA CAP., 66 (1950) p. 20, 21.

Abbadia (*Abbatia ad Brixiam*) in Prov. Mediolanensi. — Locus, qui iam monachis S. Bened. pertinuerat, P. Ioanni a Fano († 1536) oblatus fuit pro nostri conventus exstructione. Suppressus fuit a. 1868. Ecclesia, olim SS. Nomini Iesu dicata, reaedificata fuit sub titulo S. Ant. Patav.

BULLAR. CAP., II, 356, 448.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 21-25, 627.

Abbatia vide *Abbadia, Badia.*

Abbatiscella, vide *Appenzell*

Abbavilla, vide *Abbeville.*

Abbeville (*Abbavilla*) in Prov. Parisiensi. — Dominus Belle a. 1601 domum suam Fratribus obtulit. Anno sequenti nobis incolendum datur Collegium ad « Hôtel de Huppy », sed a. 1790 Conv. supprimitur. Ecclesia Reginae Angelorum dicata est.

BULLAR. CAP., V, 61, 62, 389.
CONTRIBUTION *à l'histoire d'Abbeville. Essai historique sur le couvent des Carmélites* [olim Ord. Cap.], Abbeville 1923 cfr. p. 54, 102-118, 205-210.
GODEFROY, *Hist. Prov. Paris*, II, 417-18.
GALLIA CHRISTIANA, X, 1573.
LOUANDRE F. C., *Histoire d'Abb.* (1883) cap. II.

Abbiategrasso (*Abbiatum*) in Prov. Mediolanensi. — Conventus, cum parva ecclesia S. Franc. Ass. dicata, fundatus est a. 1584 (minime 1548) et supprimitur a. 1805.

BULLAR. CAP., II, 445.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, I, 106-10.

Abbiatum, vide *Abbiategrasso.*

Abbotstown (Pennsylvania) in Stat. Foeder. Amer. — Fratres Prov. Hibernicae conventum aedificarunt a. 1911, cum ecclesia SS. Cordi Mariae Immaculatae dicata. Derelictus est a. 1931.

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 22 tab. XX
THE CAPUCHIN ANNUAL, (1935) p. 243, 295.

Abellinum, vide *Avellino*

Abrincae, vide *Avranches*

Abriola in Prov. Lucaniae (Salerno). — Anno 1617 Conventus exstruitur cum Ecclesia dicata S. Ioan. Bapt. Suppressus est a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 310.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 237.

Abruzzi in Italia, vide *Aprutina Prov.*

Abstinentia, vide *Ieiunium.*

Abuba, vide *Avola*

Abyssinia, vide *Aethiopia.*

Academia Clementina, seu *Societas Hebraico-Clementina.* — Fratres nostrae Prov. Parisiensis a. 1744 Academiam instituebant Parisiis pro Studiis orientalibus ad textus biblicos illustrandos. — Clementina denominata est Academia grati animi ergo in Clementem XIII, qui eidem quam maxime favit. Fundator Academiae exstitit P. Ludovicus de Poix, quo mortuo (1782), in eius locum successit P. Sixtus a Vesoul. Eidem extemplo potentes protectores adstiterunt: quorum praecipuus fuit Dux Aurelianensis, qui stetit pro stipe ad libros edendos. Praeter hunc magnopere adiuvit, ut magister, presbyter Gulielmus abbas de Villefroy. Quamprimum Academia operosior apparuit, multaque edidit, textibus originariis inhaerens, quibus et Biblia illustraretur, et hebraicus error demonstraretur. Hodierno criterio non sunt diiudicandi veteris Academiae labores; sed illi haud negandum meritum, primam instituisse sensui litterali et studio originalium textuum, cui debentur posteriores fructus in subiecta materia. Brevia encomiastica Academia obtinuit a Benedicto XIV, a Clem. XIII et a Pio VI. Eversione gallica superveniente Academia dissoluta est, sed eius influxus longius patebat, etiam apud heterodoxos, qui exinde moti sunt ad Sacram Bibliam propensiori animo perscrutandam et edendam.

Praecipua Opera Academiae sunt:

1. *Les principes discutés pour faciliter l'intelligence des Livres prophétiques, et spécialement des Psaumes.* Voll. 15. Paris 1755-64.

2. *Psalmorum versio nova ex hebraeo fonte.* Ib. 1762

3. *Nouvelle version des Psaumes sur le texte hébreu.* Ibid. 1762.

4. *Essais sur Job.* Voll. 2. Ib. 1768.

5. *L'Ecclésiaste traduit de l'hébreu avec des notes critiques, morales et historiques.* Ib. 1771.

6. *Les Prophéties d'Habacuc traduites, précédées d'analyses.* Voll. 2. Ibid. 1775.

7. *Les Prophéties de Jérémie et de Baruch, trad. de l'hébreu et du grec.* Voll. 6. Ib. 1780.

Les principes discutés, et *Nouvelle version,* italice reddidit P. Modestus a Filottrano cum Matthia de Lodi, voll. 13, quorum ultima sex sunt P. Matthiae (Macerata, 1789-95). — *Job et l'Ecclésiaste* (vertit pariter italice P. Ferdinandus a Varese (Milano, 1773-74). Apparuit quoque italice *Volgarizzamento dei Salmi* fatto dai Cappuccini della Società Clementina di Parigi (Torino, 1779).

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 37.
BULLARII CAP. REGESTUM, num. 2576, 2644, 2677, 2678, 2687, 2705, 2880. (Epistolae Pontificiae gratulatoriae de opere: *Les Principes discutés*).
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, II, 332 s., 340 s.
HURTER, *Nomenclator*, V, 365.
BIOGRAFIA UNIVERSALE (Venezia 1823) t. 45 p. 70-72.
EMMANUEL DE LANMODEZ, *Société Royale des Etudes Orientales et Académie Clémentine... à Paris.* Nogent-le-Rotrou, 1892.
LADVOCAT J. B., *Jugement et observations sur les traductions des Psaumes... en particulier sur celles des PP. Capucins et de M. Langeois.* Paris, 1763, in-16°, pp. 350.
ETUDES FRANC., 8 (1902) p. 455 ss. *Travaux des Capucins de Paris sur l'Ecriture Sainte* (Ubald d'Alençon). — 13 (1905) p. 433-39, *La Correspondance du P. Louis de Poix avec l'Abbé Proyart.* (Daniel d'Allanche).
FRANC. EDUCAT. CONFER., VI, 1924, p. 66-67; VII, 1925, p. 105-106.

Acadia, vide *Canada.*

Accana, vide *Troia*

Acceglio (*Accelius*) in Prov. Pedemontana (Torino). — Statio missionaria exorta a. 1598, derelicta fuit a. 1802 tempore suppressionis napoleonicae. Ecclesia fuit dicata S. Antonio Patavino.

BULLAR. CAP., II, 453.
FERRERI, *Rationarium Miss. O. Cap.* II, 226-66 et 653 (Index).
SAVIO CARLO FED., *Vita Saluzzese*, p. 214-34.
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino), a. 1924, p. 58 n. 17. — a. 1928 p. 65

Acchelé Guzai in Erythrea. — Missio concredita fratribus provinciae Alexandrinae an. 1937 (vide *Erythrea*).

Acci, vide *Cádiz*

Acciaioli Nicolaus, cardinalis, florentinus (1630 † 1719). A die 27 ian. 1677, per duos supra quadraginta annos officium *Protectoris* Ordinis nostri tenuit.

BULLAR. CAP. I, 128 s; IV, 359.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 366.

Accursius a Châteauneuf, natione gallus, missionarius in Syria in secunda medietate saeculi XVII. Ab Orientalibus magni aestimabatur et graecus archiepisc. Euthymius eum legatum misit apud Clementem XI (1683-84). Arabica lingua optime pollebat, et auctor vel saltem translator cuiusdam tractatus rei asceticae putatur.

BULLAR. CAP., VII, 312.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, III, 217 s., 229.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, V, 85 s., 134.
COLLECTAN. FRANC. 2 (1932) p. 49.

Acerenza-Matera (*archidioecesis*). Huic *Acheruntinae et Materanensi* archid. praefuit Iesualdus Loschirico a Cardinale, ex Ord. Cap., ab a. 1880 usque ad a. 1890, quo mortuus est.

Acheruntina dioecesis, vide *Acerenza*

Acilisena *sedes titularis episcopalis*. — Hoc titulo insignitus est a. 1802 noster sodalis Nicolaus Münst ab Uttenweiler († 1812) et an. 1940 Cyrillus *Zohrabian* ab Erzerum.

Acireale, olim Aci, Jaci (*Jaca Regalis, Acis, Jacium*) in Prov. Messanensi. — Conventus, a. 1574 fundatus, supprimitur a. 1867. Ecclesia dicata erat S. Mariae Reginae Angelorum.
BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. XLI.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 316.

Acis, vide *Acireale*.

Acquafredda (Badia de), vide *Lenno*.

Acquanegra (*Aquanigra*) in Prov. Mediolanensi. — Conventus, a. 1582 a Fratribus Prov. Venetae fundatus, supprimitur a gubernio Iosephi II (1780-90). Ecclesia S. Petro Apost. dicata fuit.
BULLAR. CAP., II, 441.
VALDEMIRO, *Capp. bresciani*, p. 83.

Acquapendente (*Aquipendium, Aquae Taurinae, Acula*) in Prov. Romana. — Conventus, sub tit. S. Franc. Ass., erectus est a. 1575.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 32 tab. VIII.
BULLAR. CAP., II, 433.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 58.

Acquarella, vide *Albacina*.

Acquasparta (*Aqua Sparta*) in Prov. Umbriae. De vetere conventu fit mentio sub v. *Portaria*.

A mense iulio 1919, quidam ex nostris munus parochi in ecclesia S. Caeciliae V. et M. exercet.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
ANALECTA CAP., 36 (1920) p. 6.7.

Acquaviva delle Fonti (*Aquaviva*) in Prov. Apuliae. — Conventus aedificatus a. 1589, et reaedificatus terrae motus causa a. 1650, suppressus est a. 1861. Ecclesia extructa fuit in honorem S. Francisci Assisiensis.
BULLAR. CAP., III, 317.
SALVATORE, *Capp. n. Puglie*, p. 197, 423, 430.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 87.

— *Capucinellarum* Conservatorium, titulo: S. Maria a Constantinopoli, ad Clausuram reducitur a. 1638.
BULLAR. CAP., III, 109, 318.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 309, 423, 430.

Acquaviva Laurentius, (Horatius), *episc.*, Neapolitanae provinciae alumnus. — Ex ducibus Atri, comes Conversani ortus, iuvenis artem militarem secutus est. An. 1572 vel 1574 Ordinem Capuccinorum ingreditur in quo ceu theologus ac orator emicuit. Post aliquot annos (1576?), eum ad Ordinem Cisterciensem transiisse quidam affirmant sed hoc rerum Ordinis nostri scriptores silentio praetereunt. Ad sedem episcopalem *Caiacensem* (Caiazzo) promotus a. 1592, dum dioecesim lustrat, ex equo deiectus, obiit die 13 iunii 1617.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 31 ss.
BONAV. DA SORR., *Capp. Prov. Napoli*, p. 30.
SALVAT. DA VAL., *Capp. d. Puglie*, p. 262.
EUBEL, *Hierarchia Cath.*, IV, 127.
GAMS, *Series Episcop.*, p. 863.
UGHELLI, *Italia Sacra*, II, 879.
CAPPELLETTI, *Chiese d'Italia*, XX, 272.
DICTIONN. HIST. ECCLÉS., I, 363.
ENCICLOP. UNIV. (*Espasa*), II, 417.

Acqui (dioecesis). Haec *Aquensis* dioec. gubernata est a nostro episcopo Contratto Modesto a Bagnasco, ab a. 1836 usque ad eius obitum a. 1867.

Acqui (*Aquae Statiellae*) in Prov. Alexandrina. — Fratres primo sedem statuerunt a. 1585 apud Nosocomium. Conventus aedificatus a. 1587 cum ecclesia Purificationi B. M. V. dicata, relictus fuit tempore suppressionis napoleonicae. Nunc fratres binos habent conventus: prior fundatus a. 1864 in loco vulgo « La Madonnalta » apud antiquam ecclesiam FF. Min. de Observantia, quae a. 1917 Sanctuarium declarata est. Alter Conv. exstat ab 1898 apud Sanctuarium vulgo « La Madonnina » sub tit. S. Mariae ad Nives.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 11 tab. III.
BULLAR. CAP., III, 329.
BIORCI, *Antichità d'Acqui*. — Tortona (1818) I, 232; Append., p. 36; II, 259.
« LA MADONNINA », *Periodico mensile del Santuario di N. S. della Neve*. Acqui 1919 ss.

Acri (*Acrium*) in Prov. Consentina. — Conventus erectus est a. 1590. Ecclesia dicata erat S. M. Angelorum et postea in titulum Immaculatae Conc. conversa est. In hoc loco an. 1739 obiit B. Angelus ab Acri.

Anno 1893 prope antiquum alter erectus est conventus, adiecta spectabilis ecclesia sub eodem tit. Immac. Conc.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 41 tab. X.
BULLAR. CAP., III, 314; IX, 301.
FIORE, *Calabria illustrata*, II, 416.
Ricordo del II Centenario d. morte del B.° Angelo d'Acri. - Numero unico. Cosenza 1940 pp. 63. (Notitiae de Sanctuario).
GIACINTO DA BELMONTE, *L'Addolorata ed Acri*, Firenze, 1882.
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 211.
IL BEATO ANG. D'ACRI, *Voce del Santuario di Acri*, (Publicatio periodica PP. Capucc. edita singulis mensibus ab a. 1924).

— Moniales *Capuccinae* Ord. S. Clarae, olim habitarunt in monasterio a S. Petro de Alcantara nuncupato.

BULLAR. CAP., III, 94 (Decret. a. 1725); 315; IX, 301.

Actio Catholica. — De A. C. strictius sumpta, nempe quatenus est Institutum officiale S. Sedis, in hodiernam formam redactum in Italia a. 1922, quod Pius XI definivit « *participatio hominum saecularium ad apostolatum Hierarchiae ecclesiasticae* » dicendum est:

1. — S. Franciscus Assisiensis ut *Protector* Actionis catholicae seligitur iam a. 1916 a Benedicto XV, instante Praeside « *Unionis cathol. popularis Italiae* », ea ratione quia « S. Franc. Assisiensis, civilem societatem in spiritu evangelico renovavit, democratiam, quam dicunt, christianam praevenit, utpote quae in caritate et humilitate Christi fundamentum ponit verum et inoppugnabile humanae fraternitatis » (cfr. Civardi, *Manuale di Azione Cattolica*, ed. VII, Pavia 1933, p. 24. — « Civiltà Cattolica » 1916, IV, p. 105). — Post reformationem « Unionis popularis ital. » a Pio XI inductam a. 1922, S. Franc. Ass. ut Protector A. C. italicae confirmatur (cfr. « *Statutum A. C.* » art. 1. — « *Monitore Ecclesiastico* » a. 1923, p. 332, et Civardi op. et l. cit.). — Ipse Pontifex Pius XI in Litt. Encycl. « *Rite expiatis* » (30 apr. 1926) de S. Franc. declarat: « Hominem... christianae omnium temporum societati emendandae divinitus datum, cum *Actionis catholicae*, quam vocant, proximus decessor noster, caelestem *Patronum* attribuerit, eos sane decet... ».

2. — De mutua consuetudine et interdependentiis *Actionis Cath.* et *Tertii Ord. Franc.*, quaedam exorta controversia inter rerum scriptores, plurimum dissertum est praesertim in publicationibus periodicis franciscalibus. De hac disceptatione optime scripsit Benignus Migliorini O.F.M. in opere cui titulus: « Vie Maestre ». Atti del I Convegno Nazion. dei Dirigenti il T. O. F., pp. 135-160 (Roma 1936).

3. — Opuscula et Periodica nonnulla, in quibus nostri Ordinis scriptores de *Actione cath.* relate ad S. Franc. et ad Tertium Ordinem disceptant:

ADRIANUS VAN BERGEN-OP-ZOOM, *De Patroon v. de Kathol. Actie en zijn Franc. Derde Orde.* Rijswijk 1936.

AMEDEO DA VARAZZE, *S. Franc., Francescanesimo e Azione Catt.* (Reggio Emilia 1934).

ANTONINO, *Manuale sul T.O.F.*, p. 13-16, 149.

DONATUS A WELLE, Min. Gen. O. Cap., *Normae directivae in socianda opera Tertii Ord. cum Actione Cath. observandae*, in periodico *Tertius Ordo*, IV, 1943, p. 12-17

FELIZIAN BESSMER, *Die kathol. Aktion u. der Dritte Orden* (Einsiedeln 1930).

JACQUES DE BLOIS, *L'âme de l'Action Catholique*. Paris 1947, pp. XI-87.

JACQUES DE BLOIS, *Pour l'Action Cath. des Chrétiens... formés par l'Œuvre du Patron de l'A. C.* (5 ed., Paris, s. a. 1936).

IGNACIO DE PAMPLONA, Primera Jornada franc. - *S. Franc. de Asís Patrono de la Acción Católica* (Santiago de Chile 1922).

ANNALES FRANC. (Paris), 71 (1935), 77-82; 72 (1936) 177-80 (*Le III Ordre et l'A. C.*).

ANNALI FRANC. (Milano), 47 (1916) 569-98 (*San Franc. patrono dell'Az. Catt. in Italia*).

COLLECT. FRANC. 7 (1937) 100-102 - 9 (1939) p. 150 nn. 92-95; p. 600-603 nn. 109-128; 12 (1942) p. 455-56 nn. 154-64. (Bibliogr. de studiis circa III Ord. et Act. Cathol.).

IDEM, *Bibliogr. Franc.* an. 1947-48, num. 245-250 (Tertius Ordo et Actio C.).

OSSERVAT. ROMANO 3 Ott. 1937 p. 2 (Bernardino da Cittadella, *L'Az. Catt. e il T. O. F.*).

PROVINZBOTE (BAYERN) a. 1931, p. 97-103: *Die Kathol. Aktion und wir Kapuziner.*

REV. SACERD. DU III ORDRE, 15 (1937) 225-29 (F. Jacopone, *St. Franc. d'Ass. est-il Patron de l'Action universelle?*) p. 282-87 (Idem: *Pourquoi toi?*).

ST. FIDELIS, 25 (1938) 74-80 (P. Burkhard, O. Cap.: *Die franziskanische Linie in der organisierten Kath. Aktion*).

TERTIUS ORDO (Periodicum), III-IV (1942-43) cfr. Ind. sub v. *Actio Cath.*

Acton Carolus neapolitanus (1803-1847). — Cardinalis, titulo S. Maria de Pace, creatus est a Gregorio XVI d. 24 febr. 1842 et eodem anno Ordinis nostri *Protector* constituitur.

BULLAR. CAP., X, 62 (nota).

ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 367.

Acula vide *Acquapendente*

Adalberti (S.) Custodia in Polonia, vide *Sancti Adalberti Custodia.*

Adamus a Rovigo, laicus Prov. Venetae. — Inter nos a. 1594 cooptatur. S. Laurentii Brundusini socius exstitit, et in nova Prov. Bavarica novitios laicos aliquot annos erudivit. Virtutibus ac donis caelestibus coruscans, obiit Tridenti a. 1645.

PELLEGRINO, *Annali* I, 600-04.

GIANCRISOSTOMO DA CITTADELLA, *P. Paolo da Chioggia e la Confraternita del SS. Crocifisso* (Padova 1936) p. 76 ss.

ATTI PROV. VENETA, a. 1934, p. 101-04; a. 1935; p. 10-14: *Fra Ad. da Rov. e la Madonna dell'Asinello in Chioggia.* (cf. COLLECTAN. FRANC., a. 1939, p. 445, n. 429).

Addis Abeba in Aethiopia, quam Menelik Aethiopiae imperator, anno 1892 principem voluit sui imperii urbem, originem repetit a celeberrimo illo missionario Guilelmo Massaia ex Ord. FF. Min. Cap. et S. R. E. Card. — Cum enim hic a. 1867 missionem optimo caelo et silentio aptam constituere voluisset, locum quemdam elegit in Scioa, qui *Finfinni* dicebatur, eoque viginti familiis in christiana fide firmae deductis, missionem fundavit eo ritu, ut colonia agrorum culturae apta esset. Gliscentibus in dies eius incolis, florens colonia ita Menelik imperatori visa est ut, cum a. 1892 urbem, quae sui imperii caput esset

et princeps, excitare voluisset, nullum hac colonia aptiorem invenit locum, ibique civitatem statuit, quae *Addis Abeba*, vel *novus flos* dicta est.

Aethiopia regno italico adnexa (1936), fratribus nostris cura novae paroeciae « Nativitatis B. M. V. » ibi erectae commissa fuit.

MASSAIA G., *I miei 35 anni di Missione*, IX, 73, 89, 105, 106 (Roma 1891).

MARTIRE EGILBERTO, *Massaia da vicino*, p. 140-141 (Roma 1937).

« ABUNA MESSIAS » - *Bollettino della Cattedrale e Parrocchia della Natività di Maria SS.* - (Pubblicazione mensile a cura dei PP. Cappuccini) Addis Abeba, 1940...

« IL MASSAIA » (Periodico) - a. 1940, p. 12, Nuova Chiesa affidata ai Capp. in Addis A.

Adelhelmus a Stans (*Jann*), alumnus provinciae Helveticae, philosophiae doctor et professor. Ortus an. 1876 seraphicum habitum induit an. 1895 obiitque Lucernae die 30 dec. 1945. — Plura scripsit opera praesertim de re missionaria, quorum praecipua: *Die Kathol. Missionen in Indien, China und Japan* (Paderborn, 1915); *Candidus Sierro* (O. Cap.), ein *Beitrag zur brasilianischen Missionsgesch.* (Stans, 1915); *Gesch. des Kollegiums St. Fidelis in Stans* (Ib. 1928).

Insuper P. Adelhelmus indefesso labore munus Vicepostulatoris in Causa beatificationis S. D. Anastasii Hartmann adimplevit atque varia opera de eodem aut ab eo conscripta typis dedit, inter quae: *De reorganizatione missionum Ord. Cap. ab Hartmann introducta* (Ingenbohl 1914); *Servi Dei A. Hartmann Institutiones Theol. pastoralis* (Assisi 1932); demum magnum et praecipuum opus *Monumenta Anastasiana*, plurimis voll. constans.

ADELHELMUS, *Monum. Anastasiana*, t. V, p. IX-XXII (vita et scripta P. Adelhelmi), cf. etiam Ind. p. 1281.

ANALECTA CAP. 63 (1947) p. 45.

COLLECTAN. FRANC. 15 (1945) p. 271.

SANKT FIDELIS (Luzern) 33 (1946) p. 67-70.

STANSER STUDENT, 3 (1946) p. 33-46.

ZEITSCHR. für schweizer. Kirchengesch., t. 40, 1946, p. 78-80 (necrol.).

Aden, vide *Arabia*.

Adeodatus a Bologna, *Manzolini* nobilibus a. 1588 ortus est et a. 1607 ingressus est Ordinem. Romam missus Superiorum Gener. a Secretis electus est. Urbanus VIII ad Venetiarum rempublicam, ad Ducem Augustae Taurinorum et Urbini misit legatum suum (1624-31). Infulas episcopales sibi oblatas non accepit et ad regularem vitam rediit Bononiam. Romam iterum Postulator Gener. Causae Canoniz. B. Felicis a Cant. vocatus est, ibique 21 ian. 1654 obiit.

PELLEGRINO, *Annali*, II, 363-68.

Adeodatus a Bornato, Prov. Mediolanensis. Ortus est a. 1590 e gente *Pasini*. Anno 1625 Missionem Rheticam in Helvetiam petiit ubi per annos 40 laboravit. An. 1642 Praefectus Apostol. dictae Missionis renuntiatus est. Tandem a. 1655 coecitate perculsus ad Provinciam suam remeavit. et obiit Brixiae a. 1671. Multa manu scripta reliquit cum narrationibus rerum Missionis; sed opus egregium typis edidit (Brixiae, 1656) in tribus voluminibus cui titulus *Subversio operum Joannis Molinei a Lavinio*, qui libellum contra S. Franc. et eius religionem publicaverat.

BERNARDUS. *Bibl. Script.*, p. 1.

ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 1.

VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 128-31.

CLEM. DA BRESCIA, *Missioni nella Rezia*, cfr. Indice, sub v. *Deodato*.

ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, II, 159, 179, 186-90, 194 s., 199, 205, 209, 215.

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, I, 437 Ind.

ARGELLATI, *Bibl. Script. Mediolan.*, p. 1043.

FERRARI, *Onomasticon bibliogr.*, p. 5.

ENCICLOPEDIA CATTOLICA, I, 303.

Adeodatus a Fano (*Bonizi*), alumnus prov. Picenae, missionarius (1823) in Indiis orientalibus, obiit Delhi an. 1837. — In linguam *urdú* transtulit (1830) Catechismum doctrinae christianae, auctore P. Ferreri, S. J., quod opus editum fuit Sardhanae an. 1876 cura P. Angeli Mariae a Castiglion Fiorentino.

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, IX, 228, 242, 266, 271.

GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 1.

STREIT, *Biblioth. Mission.* VIII, n. 2341.

ENCICLOPEDIA CATTOLICA, I, 303

ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 351.

Adeodatus a Parma, v. *Turchi A. episc.*

Adeodatus Maria a Venezia (*Querini*), concionator et magister novit. in prov. Veneta († 1768). Librum vulgavit in quo *de celebrioribus Sanctuariis marianis Venetae ditionis* agit (Venezia 1761). Insuper sub falso nomine *Damiano Ottavio Fredarezina*, aliud volumen edidit, cui titulus est: *Tre quesiti intorno ai moderni Teatri* (Ferrara 1766).

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. p. 10.

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 1.

GIO. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 2.

SIGISMONDO, *Biografia Serafica*, p. 813.

MELZI, *Dizion. Op. anon.* I, 430, Fredarezina.

MUSATTI CESARE, *Le sfuriate di un Cappuccino veneziano del settecento contro Goldoni*. Venezia 1915.

Adernio, vide *Adrano*

Adernò, vide *Adrano*.

Adiacium, vide *Ajaccio*

Adolphus a Bouzillé, Prov. Parisiensis. — Anno 1846 natus e domo *Poilane*, Ordinem nostrum ingressus est a. 1868. Fuit Definitor et Minister Prov. — Multa pro sua Prov. fecit, Conventus erexit et Studia renovavit. Obiit d. 26 maii 1902.

CÉSAIRE DE TOURS, *Notice biogr. sur le P. Ad. de Bouzillé*, Couvin 1904.
KAMSHOFF OTTO, *Bilder aus der modernen Seelsorge* (Aussig, s. a.) pp. 28-38.
DICTIONN. DE SPIRIT. I, 208.
ANALECTA, 1 (1885) p. 299-301; 19 (1903) p. 29
ANNALES FRANC., 26 (1902) p. 241, 356-67.

Adolphus a Denderwindeke, Prov. Belgicae. — Natus est a. 1863, Ordinem ingressus a. 1882, obiit a. 1925. Ut Magister Novitiorum scientiae asceticae se totum devovit. Diversa opuscula, praesertim lingua flandrica, vulgavit. Sed ut opus eius praecipuum habendum est *Compendium Theol. Asceticae* (Hong-Kong 1921) voll. 2, quod germanice a P. Thoma Vill. a Zeil versum, prodiit Paderborn 1930.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 1.
DICTIONN. DE SPIRIT. I, 208.
ANALECTA CAP., 42 (1926) p. 162-64.
ETUDES FRANC., 36 (1924) p. 199-204 De « *Comp. Theol. Ascet.* » P. Ad.
FRANC. STANDAARD, 27 (1926) p. 124-25.

Adolphus a Schwaz (*Steidl*), alumnus Prov. Tirolensis, bene meritus de historia Provinciae ac Missionum Ordinis necnon de operariis, pro quibus propriam domum fundavit Merani (vulgo: *Dienstbotenheim*), ubi modico pretio victum ac habitationem haberent. Obiit die 11 apr. 1903 aetate 60 et religione 38 annorum. — Edidit: *Die Missionen der Kapuziner in der Gegenwart*. Meran 1890; *Kurze Gesch. d. Kapuziner im Erzbistum Salzburg*, 1893; *Lebensbild d. Thomas v. Bergamo*. Innsbruck 1899.
CASSIAN, *Liter. Tätigkeit*. p. 11, 151.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.*, II, 656.

Adolphus a Wingen, domo *Messmer*, alumnus Prov. Strasburgensis (Alsatia). — Natus est die 28 sept. 1900, Ordinem Capuccinorum intravit a. 1919, et a. 1925 sacerdos ordinatus est. Paulo post (1927) in Missionem *Ajmerensem* in Indiis Orient. ivit, et a. 1932 transiit in Praefecturam Apost de *Mayotta, Nossi-Be et Comora* in Madagascar. Anno denique 1937, die 12 novem., S. Congr. de Prop. Fide, eum nominavit eiusdem Missionis Praefectum Apost., quae postea de *Ambanja* nuncupata est.
ANALECTA CAP., 53 (1937) p. 253.

Adraena *sedes titularis episcopalis*. — Hoc titulo potitus est a. 1911 noster sodalis Franc. Xaverius VILA Y MATEU ab Arenys de Mar († 1913).

Adramyttena *sedes titularis episcopalis*. — Hoc titulo decoratus est an. 1873 Taurinus CAHAGNE ab Heubécourt, Ord. Cap. († 1899).

Adrano, olim Adernò (*Adernio*) in Prov. Messanensi. — Conventus et Ecclesia sub tit. Immac. Conceptionis exstructi sunt a. 1608. Conventus amittitur post a. 1866, tempestatis politicae causa et reassumitur an. 1935.
BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. LII.
BOLLETT. UFFIC. *Prov. Messina*, a. 1935, p. 5.
ECO DI GIBILMANNA, a. 1935, p. 93.

Adria in Prov. Veneta. — Anno 1914, iussu Pii X, Paroecia sub tit. S. Mariae Assumptae (vulgo *della Tomba*) nobis concredita est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 38 tab. V.
BOLLETT. FRANC., (Padova) a. 1940, p. 77, 88.
FOGLIETTO PARROCCHIALE DI S. M. ASSUNTA DELLA TOMBA. Adria 1917 ss.
OSSERVAT. ROMANO, 11-12 luglio 1938, p. 3, *La Basilica della Tomba*.

Adrianus a Nancy, Prov. Lotharingiae. — († 1745). Fuit Theologiae Lector, Definitor et Prov. Custos. Inter alia scripsit: *Liber argumentationum super praecipuas Theologiae difficultates*, voll. 2, Bambergae 1729. — *Analysis Theologiae...* Nürnberg 1742. — Scripsit praeterea quaedam pietatis et aedificationis opuscula.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 1.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 1003.
DICTIONN. THÉOL. CATH., I, 462.
DICTIONN. HIST. ECCL., I, 633.
DICTIONN. DE SPIRIT., I, 224.
ETUDES FRANC., 15 (1906) p. 97-102: *Un théologien ignoré du XVIII siècle* (E. Mangenot).

Aegeaensis *Sedes titularis episcopalis*. — Hoc titulo potitus est a. 1867-1885 noster sodalis Franc. Domin. REYNAUDI a Villafranca.

Aegidius a Caraglio, vide *Lanzo A.* episc.

Aegidius a Cortona (Min. Gen.), Prov. Tusciae alumnus. — *Baldesi* genere ortus, viginti annos natus Ordini seipsum consecrat. In sua Prov. Lectoris, Concionatoris et Ministri munia obivit. Interea totum Ordinem moderandum suscipit, a. 1872; postea, infirmitate laborans, Generalatus muneri renuntiavit (1879), et in suam provinciam revertitur. Sed brevi, nam Franciscus a Villafranca Commiss. Gener. vita functo d. 20 apr. 1881, P. Aegidius statim Romam vocatur ut officium supremi Ordinis Moderatoris reassumat, quod inde usque ad a. 1884 gessit. Durante munere Ordinem, magna ex parte, iacentem erigit et adauget. Primus omnium inter nostrates pro adolescentulis candidatis ad religiosam vitam, *Collegia seraphica* instituit. Ordinem universum SS. *Cordi* offert atque dicat. Missionibus auxilia praebet dumque veteres restituit, novas inire conatur. Officio deposito, Senarum coenobio secessit (Siena) ibique obiit d. 12 ian. 1889.
BULLAR. CAP., X, 643, 663, 667, 669, 723.
MEMORIALE *Capp. Toscani*, p. 68 s., 670.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 290, 296.
RELAZIONE *intorno al governo del P. Egidio Min. Gen.* (Milano, 1884).
VELLUTI D., *Elogio funebre* (Firenze, 1889).
ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 52-55: Epist. Min. Gen. de obitu P. Aegid. a C.
ECO S. FRANC., a. 1889 p. 69, 179-184.

Aegidius a Loches, antiquae Prov. Turoniae-Britanniae. — Missionarius in Syria et in Abyssinia (1626). In Galliam reversus a. 1633, iterum missionem petiit circa a. 1637 (de eo desunt ulteriores notitiae). In scientiis physicis et in rebus orientalibus fuit apprime doctus habuitque consuetudinem et *relationem epistolarem* cum clarissimo viro Nicol. Claud. de Peiresc († 1637). Plura scripta reliquit, quorum nonnulla in Biblioth. Nation. Parisiensi asservantur (*Fonds copte*, n. 148, 150).

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 191, 381, 387, 747.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss. Capp.*, V, 490 (Indice); X, 673 (Indice).

APOLL. DE VALENCE, *Correspondance de Peiresc.* p. XV ss., 329-31.

IDEM, *Trois Lettres du P. Pacifique de Provins* (Rome 1890), cfr. p. 81-83.

GRAFFIN R., *Patrologia Orientalis*, tom. I, pag. VIII (nota 4) ss.

Aegidius a Milano, eiusdem Prov. alumnus. Ortus a. 1834, inter nos cooptatus est a. 1854. Anno 1870 Mediolani publicationem coepit ephemeridis cui titulus: *Annali Francescani.* Ad res nostras colligendas civitates, oppida Italiae pluries peragravit, et in Gallia fuit. Romam a. 1879 vocatus, coeptum opus prosequutus est, et a. 1884 Archivista Gener. nominatur. Coadiutor insuper fuit P. Peregrini a Forolivio compilatoris Annalium Ordinis nostri. Mors ei occurrit d. 10 febr. 1892.

VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, II, 575.

ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 98.

ANALECTA CAP., 8 (1892) p. 95.

Aegidius a Santa Maria, natione hispanus, sed Prov. Tusciae adscriptus, missioni Constantinopolitanae a. 1587 destinatum invenimus, ibique S. Iosepho a Leonissa magno adiumento fuit. In Italiam, deinde Hispaniam perrexit Valentinae Prov. initia positurus. Segobriae obiit a. 1603.

BOVERIO, *Annales*, II, 697.

FLORES SERAPHICI, II, 422.

LIBER MEMORIALIS O. CAP., p. 34.

ROCCO DA CESIN., *Stor. Miss.*, I, 46, 55, 64, 408, 471, 474; III, 703, 732.

SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 255.

VIVES, *Biogr. Hispano-Cap.* p. 181-86.

IL MASSAIA, 7 (1920) p. 49-52.

Aegidius a Villalón, laicus prov. Castellae in Hispania. Natus familia *Zer* a. 1685, habitum sumpsit a. 1705 dies vero obitus ignoratur. Illius peritiae in arte medica exstat opus: « *Tesoro de la Medicina* » editum Matriti a. 1731, duobus voll.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 2.

IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 16.

BUENAV., *Necrol. de Castilla*, p. 99.

Aegrotorum cura, vide *Nosocomia*, *Pestis*

Aegyptus. — Fratribus nostris Aegypti missionem adfidavit Urbanus VIII, dato Brevi 24 febr. 1630. Ierunt, igitur, sequenti anno, quidam Fratres de Gallia eosque alii comitati sunt, qui iam in Syria degebant, ex Prov. Turoniae et Britanniae minoris. Prior qui agere coepit, P. Aegidius a Loches memoratur, qui Cairum ex tempore colebat. Nihilominus, ut verus Missionis fundator, B. Agathangelus a Vendôme haberi debet. In Aegyptum dilapsus a. 1633, deinde Galliam repetit, novos missionarios quaesiturus. — Novembri mense 1635, alia expeditio fiebat; omnes itaque, sed praecipue Agathangelus cum Cassiano a Nantes insignes apostoli exstiterunt, ad martyrium usque (1638).

Missionarii in Aegypto de quibus tractatur suo proprio loco:

Aegidius a Loches († post a. 1637)
Agathangelus (B.) a Vendôme († 1638)
Ambrosius a Rennes († c. 1648)
Brictius a Rennes († c. 1670)
Carolus Franc. ab Orléans († 16..)
Cassianus (B.) a Nantes († 1638)
Henricus a Montbazon († 1694)
Ignatius ab Orléans († 1638)
Ioannes a Medina († 1551)
Ioannes a Troia († 1551)
Protasius ab Orléans († 16..)
Silvester a Saint-Aignan († 1670)
Tranquillus ab Orléans († 1709)

BULLAR. CAP., VII, 300-02.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 409-13; III, 379-414.

CLEM. A TERZ., *Man. hist. Miss.* p. 237-39.

IDEM, *Le Miss. Capp.*, V, 501 (v. *Cairo*); X, 1-5, 691 (Ind.).

MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Ind.

ANALECTA CAP., 43 (1927) p. 250-54, *De Miss. Cap. in Aegypto... Relatio inedita P. Ambros. de Rennes (1644-47).*

COLLECTAN. FRANC., 18 (1948) 118 et Ind. p. 368, *Docum. inediti sulla Missione (1623-83).*

STUDI FRANC., 13 (1927) 349-87, *Un Francescano francese (P. Prothais, O. Cap.) nell'Alto Egitto nella seconda metà del sec. XVII.*

Aemilianus a Brescia, v. *Lonati A., episc.*

Aequator, Respubl. in America merid. — An. 1852 quidam Fratres Capuccini e Catalonia ad Aequatorem se contulerunt. Post viginti annos (1873) aliqui eorum Fratres e Guatemala et e regno S. Salvatoris eiecti illuc venerunt. Eodem anno fundamenta iecerunt domus *Ibarra* et a. 1875 illius *Tulcan.* Tunc Minister Gen. dato decreto 5 febr. 1876 erigebat Commissariatum Aequatoris, et a. 1890 d. 19 mart. altero decreto fundabatur Custodia Aequatoris-Columbiae, sub dependentia prius Provinciae Aragoniae, postea (1900) Prov. Cataloniae. Inter alios missionarios enituit *P. Melchior a Tivisa* de quo tractatur suo proprio loco. An. 1895 fratres ex Aequatore expulsi sunt et in Columbiam iverunt munere sacerdotali fun-

gentes praesertim in Caquetà. At rebus pacatis Minister Gener. a. 1907 d. 24 ian. erigebat Custodiam Prov. Aequatoris-Columbiae in Commissariatum Prov., qui postea (26 iun. 1946) suppressus est et in Commissariatum Generalem redactus.

Quoad alia vide *Columbia*.

Index Conventuum et Hospit. qui nunc exstant a) *in Aequatore*: Ibarra, Tulcan. — b) in *Columbia*: Ancuya, Buga, Pasto, Pupiales, Túquerres.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore:

Bonaventura a Pupiales: 1907, 1910.
Bernardinus a S. Isidoro: 1913, 1916.
Heliodorus a Tuquerres: 1920, 1923.
Vincentius a Contadero: 1926, 1929.
Florentius ab Artabia: 1933.
Dorotheus a Pupiales: 1935.
Thomas a Briceño: 1938.
Paulus a Tulcán: 1945.
Iosephus a Bento Gonçalves: 1946.
Damianus ab Odena: 1948.

Bibliographia

CLEM. A TERZORIO, *Man. hist. Miss.* p. 365.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 39 tab. 35.
BONAV. A PUPIALES, *Album Capucc. Commiss. Aequatoris-Columbiae*. Tuquerres 1922.
BUENAV. DE PUPIALES, *La Orden Capuchina en el Ecuador*, in periodico « *Grisálidas* » (Pasto) in 1945, p. 41 ss.; 1946 n. 1-3.
Cartas del P. Lor. de Mataró. Comisario del Ecuador. Milan, 1890.
INFORME *de las Misiones Capuchinas en Colombia*, voll. 18, Bogotà 1911-1934.
PACIFICO DE VILANOVA, *Capuchinos Catalanes en el Sur de Colombia*, 2 voll., Barcelona, 1947.
ACCIÓN FRANCISCANA. *Revista mensual*. Pasto (Colombia) 1950 ss.
ANALECTA O. CAP., 1 (1885) p. 156, Status conv. et relig.; 23 (1907) p. 76 (Decret. erectionis Commiss.); 55 (1939) p. 132 s. — Quoad alia, vide *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 172.
BOLETIN OFICIAL PROV. NAVARRA, 1948, N. 12-13 et 18 (Notitiae variae de Miss. in Aequatore).
COLLECTAN. FRANC., 6 (1936) p. 25.
VERDAD Y CARIDAD (Pamplona), 1949, p. 235-37, *La nueva Custodia Cap. en el Ecuador*.

Aernen, vide *Ernen*.

Aerschot, vide *Aarschot*.

Aesernia, vide *Isernia*

Aesium, vide *Iesi*

Aethiopia seu Abyssinia in Africa.

1. — *Missio antiqua.* — Anno 1637 sex Capuccini e Gallia, praeeunte Agathangelo a Vendôme, post indicibiles aerumnas ac labores, in fines Aethiopiae pervenerunt. Sed illico capti vinctique sunt, et duro carcere mancipati. Agathangelus et Cassianus a Nantes martyrii palmam obtinuerunt an. 1638; de aliis, duo pariter per viam necati sunt; alter, Benedictus a Dijon, peste infectis ministrans, contagio obiit; alter, Agathangelus a Morlaix, tot casibus deterritus, retrocessit. Posteriores, qui missionem tentarunt, ipsi pervenerunt utique in Aethiopiam; sed statim ac detecti sunt, recedere impellebantur.

2. — *Missio apud Gallas.* — Anno 1846, Vicariatus Apost. inter populos Gallas erigitur et Ordini nostro concreditus est. Eius primus Vicarius Apost. fuit inclytus Gulielmus Massaia, qui post multas peregrinationes non prius quam a. 1851 suam Missionem adire potuit. Quae ibi, praesertim in regione *Kaffa* (1851-1863) et in provincia *Scioa* (1866-1879) admirabili sagacitate et industria ille egerit, mire exposuit in suo celebri opere, cui titulus: « I miei 35 anni di Missione ». - Deficientibus missionariis italis, ob suppressionem Conventuum, Missio apud Gallas a. 1863 commissa est fratribus nostris Prov. *S. Ludovici* in Gallia, anno vero 1886 illis Prov. *Tolosanae*. — Aetate ac laboribus exhaustus, G. Massaia a. 1880 onus Vicariatus dimisit et successorem habuit episcopum Taurinum Cahagne, qui missionem ulterius extendit in regionem de *Harar*. Illo mortuo, a. 1900 Vicariatui praefuit Andreas Jarosseau, qui mirum in modum Missionem provehere fecit usque ad bellum a. 1935. — Ex territorio Vicariatus Apost. apud Gallas, duae novae Praefecturae Apost. prodierunt, scilicet: a. 1913 illa de *Kaffa*, quae Instituto Taurinensi a Consolata tradita est, et a. 1914 altera de *Gibuti*, in Somalia gallica, quae Ordini nostro concredita est.

Vicarii Apostolici

1846-1880 Massaia Gulielmus, (Eius « Coadiutor » ex a. 1873, T. Cahagne).
1880-1899 Cahagne Taurinus ab Heubecourt. (« Coadiutor » a. 1882-86, A. G Lasserre).
1900-1937 Jarosseau Andreas Maria a Saint-Marc-des-Prés.

3. — *Missiones hodiernae.* — Aethiopia ab Italis capta et regno italico adnexa (1936), S. Sedes tradidit Ordini nostro sequentes Missiones: *a*) Vicariatus Ap. de *Erythrea*, — *b*) Vicar. Apost. de *Harar*. — *c*) Praefectura Apost. de *Endeber*. — *d*) Praefectura Apost. de *Hosanna*. (De singulis Miss. vide suo quoque loco).

4. — *Missionarii in Aethiopia* (praeter praefatos *Vicarios Ap.*) de quibus tractatur suo proprio loco:

Aegidius a Loches (flor. 1637)
Agathangelus (B.) a Vendôme († 1638)
Angelus a Ronciglione († 1944)
Bernardus M. a Cahors († 1937)
Cassianus (B.) a Nantes († 1638)
Cocino Felicissimus a Ventimiglia († 1878)
Cyprianus a Sampont, laic. († 1935)
Dominicus a Castelnaudary († 1890)
Hieronymus a Saint-Eloi (1926-37)
Ioannes Chrys. a Saint-Etienne († 1931)
Iulianus a Mamers († 1929)
Iustus ab Urbino († 1856)

Lasserre Alois. Gonz. a Vézeronce († 1903)
Leo ab Avanchers († 1879)
Marcellianus a La Guerche (1903-37)
Paschalis a Luchon (ad. flor.)

Bibliographia

BULLAR. CAP., X, 155, 385.
DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 61, tab. 31.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, III, 379-414.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 5-226.
IDEM, *Man. hist. Miss.*, p. 240-44, 268-78.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. Toulouse*, I, 376-413.
IDEM, *Bibliogr. Prov. Toulouse*, p. 66-74.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. III, p. 326ss., 341-343.
ADOLF STEIDL, *Missionen d. Kapuz.*, p. 75-82.
NÉCROLOGE *de la Mission Galla (1846-1922)*. Dire-Daoua, 1922.
AGATANGELO DA CUNEO, *Nelle terre d'Etiopia. Quasi cent'anni di storia missionaria*. Roma 1939.
ALFRED DE CAROUGE, *Une Mission en Ethiopie*. Paris 1902.
ALOYS DE MOULINS, *Capucins missionn. en Afrique orient., Pays Galla en Ethiopie*. Toulouse 1931.
FULGENZIO DA VECCHIETTO, *Il contributo alla geografia dell'Abissinia nelle Memorie del card. Massaia*. Tivoli 1930 (cfr. « Collectan. Franc. » a. 1933, p. 434, 435 n. 7).
GILBERT DE BIARRITZ, *Les Capucins en Ethiopie, Mission des Gallas.*, Toulouse, 1929.
MASSAIA G., CARD., *I miei 35 anni di missione nell'Alta Etiopia. Memorie storiche*. Roma-Milano, 1885-1895. Voll. 12, in-folio. (Circa huius operis versiones, compendia et excerpta, vide artic. *Massaia G.*).
MATEO DE ANGUIANO, *Epitome historial y conquista espiritual del imperio Abyssino en Etiopia la Alta...* Madrid 1706.
ANALECTA CAP., 2 (1886) p. 327, Missio Prov. Tolos. concred. — 29 (1913) p. 70, Praefectura de Kaffa — 30 (1914) p. 164, Praefectura de Gibuti — 43 (1927) p. 135, 149, 164, 196, 234, 288 — 44 (1928) p. 49, 93, 259: Comment. hist. Missionis, 1846 ss. — (cfr. etiam « *Index Gener.* » voll. 1-50, p. 121).
ETUDES FRANC., 3 (1900) 20 ss.: *Les Galla ou Oromo, Exploration* — 8 (1902) 628-42: *Les anciens missionnaires Capucins de l'Ethiopie et la science* — 37 (1925) 658 ss.: *Une mission archéologique en Abyssinie* [Bernardin de St. Pons O. Cap.] — 45 (1933) 192-207: *Les premiers temps de l'Ethiopie franciscaine*.
ITALIA FRANCESC., 14 (1939) p. 169-89, *Missionari e martiri franc. tra i Copti Abissini* (BB. Agatang. et Cassian. etc.).
REVUE HIST. MISS., 9 (1932) p. 94 ss., *L'apostolat cathol. au Kaffa de 1861 à 1912* (A. Jarosseau).
LE SEMEUR D'ETHIOPIE, *Bulletin de la Mission des PP. Capucins*. Dire-Daoua 1905-1911.

*Quoad *Ephemerides* a nostratibus in Aethiopia editas vide sub v. P e r i o d i c a.

Aethiopicum Collegium, vide *Vaticana Civitas*

Affaitati A., vide *Antonius ab Albogasio*

Affaltrach (*Affeldrachium*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Fratres antiquae prov. Franconiae, hospitium seu residentiam missionariam ibi tenuerunt ab a. 1735 usque ad a. 1810, quo suppressum est. Ecclesia, S. Cruci dicata, acatholicis etiam inservire debebat (« Simultankirche »).

BULLAR. CAP., IV, 376.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 268, 487.

Affeldrachium, vide *Affaltrach*

Affiliatio seu *Aggregatio* ad Ordinem (*fraternitas, confraternitas*) est actus quo Ordinis benefactores vel amici insignes participes fiunt bonorum operum spiritualium, suffragiorum, orationum etc. alicuius Provinciae vel Ordinis. Litterae affiliationis concedi solent non tantum singulis personis privatisque familiis, sed et Collegiis, Sodalitiis et Civitatibus. Antiquitus tantum dabantur ab Ordinis supremo Moderatore; postea vero haec facultas concessa quoque est Ministris Prov. quoad provincias eorum.

Die 18 nov. 1905 a S. Congr. conceditur nostro Ministro Generali ut possit aggregare I. et II. Ordini *Congregationes seu Instituta III Ordinis Regularis*. - (Circa has varias Congregationes seu Instituta inde ab anno 1905 Ordini nostro aggregatas vide sub v. *Tertius Ordo Regularis*).

DE GUBERNATIS, *Orbis seraphicus*, I, 705.
VENANTIUS, *Monum. ad Const.* Cap., p. 639
BURCARDUS MATHIS, O. CAP., *Die geistliche Güter- und Ablassgemeinschaft...*, Ingenbohl, 1935.
CAMPELO IOS., O. F. M., *De Indulgentiis Seraphici Ordinis* (1943), p. 466 ss. (not. histor.).
FRANC. SERAPH. TISCHLER, O. CAP., *Die Aggregationen... vom Dritten Orden des hl. Franz. an den Kapuziner Orden*. Ingenbohl, 1906, 187 pp.
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 3, Decretum S. Congr. circa *aggregationes* Congreg. T. O. R. Ordini nostro.
ANNALI FRANC. (Milano) a. 1943 p. 11-14, *Ancora a proposito di « affiliazione »* (Sisinio da Romallo).
ETUDES FRANC., 18 (1907) p. 745 n. 58 (De Litt. affiliat. concessa a Min. Gen. a. 1633 Hugo Beeckmans).
ETUDES FRANC., 36 (1924) p. 534-38, *Une Lettre d'affiliation* (Min Gen. O. Cap. 1758).
REVUE HIST. FRANC., 4 (1927) p. 52-55, *Lettres de réception pour enfants spirituels de l'Ordre Franc.* (chez les Capucins).

Africa. — I. *Missiones antiquae*. — Secunda medietate saec. XVI nonnulli Capuccini in *Algeriam* iverunt captivis christianis spiritualiter sublevandis, et apostolatum missionarium etiam in *Aegypto* exercuerunt; at verae Missio-

nes fundatae sunt in *Marochio* et in *Tunesia* a. 1624. — Anno circ. 1630 quidam Fratres gallici et B. Agathangelus a Vendôme missionem *Aegypti superioris* (Cairo) fundarunt et a. 1637 idem B. Agathangelus et B. Cassianus a Nantes operam dederunt evangelisationi *Aethiopiae*. — Eodem an. 1637 orta est Missio *Guineae* seu *Nigritiae*, et a. 1638 Missio in *Tabarca* insula; denique a. 1645 initium habuit magna Missio in regno *Congi*. — De his antiquis Missionibus iam diu extinctis loquitur sub cuiuscumque vocibus.

II. *Missiones hodiernae*. — Inter missiones quae nunc in Africa habentur, antiquior est illa inter populos *Gallas* in Aethiopia, a G. Massaia a. 1846 fundata. — An. 1852 orta est missio insularum *Seychelles* nunc a *Port-Victoria* nuncupata. — An. 1894 erecta est missio *Erythreae*, et a. 1911 initium habuit illa *Ubanghi-Belgica*. — E missione inter Gallas a. 1914 prodiit missio *Gibuti* in Somalia gallica. — An. 1922 habuimus missionem *Dar-es-Salaam* in Tanganika et post decem annos missionem *Victoriae Falls* (*Livingstone*) in Rhodesia. — An 1932 Ordo colendam accepit Praefecturam Apost. de *Mayotte, Nossi-Be et Comore* in Madagascar, quae a. 1938 nomen sumpsit de *Ambanja*. — Post bellum aethiopicum (1937) nobis concreditae sunt in illa regione missiones: *Endeber, Harar* et *Hosanna* praeter antiquam *Erythreae*. — Recentior missio in Africa est illa in *Berberati* (1940). — Cuiuscumque missionis brevis notitia invenitur sub eius nomine.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 59-63, tab. 29-32.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, vol. I (vide: Egitto, Barberia); vol. III (vide: Abissinia, Algeri, Marocco, Congo etc.).
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 221-310.
IDEM, *Le Missioni*, vol. X (Africa).
MELCHIOR, *Hist. Ord.*, vol. III, 344-60, 404.
STEIDL, *Mission. d. Kapuz.*, p. 69-86.
APOLLINAIRE DE VALENCE, *Correspondance de Peiresc avec Missionn. Capucins 1631-37* (Paris 1891).
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 88 ss. *Missiones et Missionarii Cap. in Africa exeunte s. XVIII et ineunte s. XIX.* — 40 (1924) p. 252-60, *I Cappuccini lungo la Costa africana nel sec. XVI* (*Relazione inedita del 1585*).
ETUDES FRANCISC., 48 (1936) p. 462-75, *Missions Capuc. en Afrique* (P. Godefroy de Paris).
FRANCISC. LEVEN, 16 (1933) p. 54-63, *Holland en de Afrik. Kap. Missies in de XVII eeuw.* (P. Hildebrand).
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 14 (1938) p. 265-68.

Agaña in Insulis Marianis, Vicariatus Apost. de Guam. — An. 1948 concessa est facultas erigendi in hoc loco domum nostram religiosam.
ANALECTA CAP., 65 (1949) p. 26.

Agapitus a Graun, prov. Tirolis Septen. filius. Domo *Hohenegger* natus est a. 1861, habitum induit a. 1877, obiitque d. 2 febr. 1910. Studia, maxime theologica et historica, fovit. Historiam Prov. Tirolis ipse paravit, finem vero operis, morte praeventus, non vidit. Typis mandavit inter alia: *Das Kapuzinerkloster zu Meran* (1898); *Gesch. d. tirol. Kapuz. Provinz* (1913-15).
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.* II, 660-62.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit* p. 11.

Agatha in Gallia, vide *Agde*

Agathangelus a Langasco, *Proc. Gen.*, alumnus prov. Genuensis, doctor in Iure canonico. — Natus e familia *Carpaneto* an. 1904, habitum seraphicum sumpsit an. 1919. Secretarius Procurae Gen. designatus est an. 1932, atque an. 1942 defuncto Procuratore Generali a S. Congr. Relig. die 23 febr. Pro-Procurator Gen. nominatus est; demum an. 1946 decreto eiusdem S. Congr. die 8 apr. dato, quo novi Superiores Ordinis constituti sunt, P. Agathangelus munus Procuratoris Gen. obtinuit. In Curia romana Consultoris S. Congr. de Sacram. et S. Congr. de Religiosis aliisque muneribus fungitur. Opus edidit (Romae 1936) cui titulus « *De institutione Clericorum legislatio canonica* » (cfr. « Acta Ord. Minorum » an. 1940, p. 112).
ANALECTA CAP. 58 (1942) p. 46, Pro-Proc. Gen.; 60 (1944) p. 69, Secretarius Commissionis S. Congr. Relig. pro formatione Religios.; 62 (1946) p. 19, 61, Proc. Gen.

Agathangelus a Lons-le-Saunier (*Raimond*), alumnus prov. Lugdunensis. Tempore gallicae perturbationis habitum nostrum cum illo clericali commutavit, fuitque per plures annos parochus ecclesiae S. Desiderii in oppido Lons-le-Saunier. Obiit fere centenarius die 23 aug. 1836.
CHAMOUTON (L'abbé), *Un ami du peuple. Le P. Agathange... Capucin et Curé.* Lons-le-Saunier, 1898, 16° pp. 128.
KAMSHOFF OTTO, *Ein Apostel des Jura*, in *Immergrün* (Warnsdorf) 1906-07, p. 546-55

Agathangelus (B) de Vendôme. — Patre *Franc. Noury*, d. 31 iul. 1598 natus est. Anno 1619 tunicam induit et ad missionem Aleppi in Syria initio a. 1629 pervenit. Anno vero 1633 tanquam Superior in missionem Cayri transitus, multum pro Coptorum unione cum Ecclesia romana in Cayro ac in Aegypto insudavit. Die 27 sept. 1637 S. Congregatio in Aethiopiam missionarios quattuor, scil. Agathangelum superiorem, Cassianum a Nantes, Benedictum et Agathangelum a Morlaix misit. PP. Agathangelus et Cassianus die 23 dec. 1637 profecti sunt, sed in civitate, dicta *Debaroa*, ad limina Aethiopiae, capti, missi sunt in civitatem Gondar, ibique d. 6 augusti 1638 ab imperatore capite damnati, suspensi atque lapidati sunt d. 7 aug. 1638. Inter Beatos d. 1 ian. 1905 relati sunt.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 259-264.

BULLAR. CAP., V, 83-86, 109; VII, 304.
ANNALES MINORUM, t. 28, p. 185, 358, 420-25.
ROCCO DA CESIN., *Storia Miss.*, III, 198, 381-83, 386-88, 398-407, 410, 441, 747-52.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss. Capp.*, V, 27, 135, 136; X, 669 (Indice).
CONSTANT, *Légende dorée des Cap.* p. 151-62.
DICTIONN. HIST. ECCL., I, 908.
APOLL. DE VALENCE, *Correspondance de Peiresc avec relig. et missionn. capucins* (Paris 1891) vide *Table des Lettres* p. XVII ss.
DEUX MARTYRS *français au XVII siècle.* Paris 1887.
ANTONIO DA PONTEDERA, *Vita dei BB. Ag. e Cas.* Roma 1891, 1904.
EMMAN. DE RENNES, *Abrégé de la vie des PP. Ag. et Cas.* Rennes 1756; Paris 1882 (vers. italiana del P. Isid. da Guarcino), Milano 1883; 1887.
FELICE DA PORRETTA, *Vita dei BB. Ag. e Cas.* Roma 1904.
JOS. ANT. [VON HARSBERG], *Die Sel. Martyrer Ag. u. Cass.* Altötting [1905].
LADISLAS DE VANNES, *Deux Martyrs capucins.* Paris 1905.
NORBERT STOCK, *Leben der zwei Martyrer.* Innsbruck 1905.
ANALECTA CAP., cf. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 3.
COLLECTAN. FRANC., 1 (1931) p. 344 ss. (de mss. B. Agath. in lingua arabica).
COLLECTAN. FRANC., 18 (1948) 118, *Docum. inediti sui Capp. in Oriente*, cfr. Ind. p. 370 (B. Agathangelus).
ETUDES FRANC., XI, (1904) 621-29: (*Les PP. Cass. et Agath. - Documents inédits*); XVIII, (1907) p. 746 (Notae bibliogr.).

Agatho a Ried, Tirolensis Prov. Lector Philos., Magister Novitiorum, pluries Definitor ac ter Moderator. — Domo *Maas* ortus a. 1827, religionis habitu induitur a. 1845 atque pie obiit die 30 apr. 1895. Vir exstitit prudentia et sanctitate clarus, in Theologia ascetica versatus. An. 1872, mense iulio, nominatus erat Definitor Gener. cui tamen dignitati, valetudinis causa, renuntiavit. Edidit Regulae franciscanae expositionem nonnihil austeriorem, sub titulo: *Kurze Auslegung d. Regel d. Mind. Brüder* (Innsbruck 1873 et 1889).
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, cf. Ind.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 12.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 294.
ANALECTA CAP., 11 (1895) p 191, necrol.
« FRANZISKUS » (Linz) VIII, 1933-34, p. 174, 203, 237, 263, 337 (Leben d. P. Agatho).

Agathopolitana *sedes titularis episcopalis.* — Inter illos qui hoc titulo potiti sunt, adnumeratur noster sodalis Camillus CARRARA ab Albino (1911 † 1924).

Agaunum, vide *Saint-Maurice en Valais*

Agbiensis *sedes titularis.* — Hoc titulo episcopali insignitus est an. 1949 noster sodalis Ignatius *Dal Monte* a Ribeirão Preto.

Agde (*Agatha*) in Prov. Tolosana. — Anno 1584 fratres Capuccini pedes fixerunt apud antiquum sanctuarium B. M. Virginis de Grau, quod adhuc celebrius nostrates fecerunt. Conventus suppressus est an. 1792.
BULLAR. CAP., V, 405.
ARCHANGE DE LYON, *Hist. de N.-D. du Grau* (1612).
PELLEGRINO, *Annali*, I, 338.
APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquit.* p. 6.
IDEM, *Toulouse chrét.*, I, 1 ss., 140; III, 289-91.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse* p. 41.

Agen (*Agenum, Aginnum*) in Prov. Tolosana. — Conventus erectus a. 1601, suppressus fuit tempore gallicae eversionis (1791). Ecclesia dicata erat S. Michaëli Archangelo.
BULLAR. CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, I, 42.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. Aquit.* p. 209-17.
IDEM, *Nécrol. Prov. Toulouse* p. 45.

Aggregatio ad Ordinem, vide *Affiliatio*

Aginnum, vide *Agen*

Agira (*Argiria, Agyrium*) in Prov. Syracusana. — Anno 1550 Fratres pedes fixerunt apud Sanctuarium S. Mariae a Gratiis, procul a civitate. Novus Conventus, etsi ab a. 1785 circiter erectus in loco *Catena*, in eius possessionem Fratres non venerunt nisi a. 1813.
BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa* p. 57-59.

Agliardi Antonius bergomensis (1832-1915). — Cardinalis creatus est d. 22 iun. 1896 et Ordinis nostri *Protector* eligitur d. 19 decem. eiusdem anni.
ANALECTA CAP., 13 (1897) p. 18, 19, 41; 31 (1915) p. 97, 122, 186.

Agnellus ab Ahrn (*Kammerlander*), prov. Brixinensis alumnus. — Per annos plures lector in Apostolico Instituto Orientis, superior atque novitiorum magister. In disciplinis ecclesiasticis optime versatus, plurima studia vulgavit in diversis periodicis (sub tecto nomine *Vetus Moralista*), praesertim de theologia pastorali, quibus optimum nomen nactus est. Plura ex huiusmodi studiis quidam sacerdos e Societate Jesu in linguam iaponicam transtulit ediditque. Obiit Bulsani an. 1942, annos natus 82, religionis vero 66.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, III, 295, 306, 316.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Kap.*, II, cf. Ind.
PRIESTERKONFERENZBLATT von Brixen, 48 (1936) 210.

Agnes Aguillenqui ab Aix-en-Provence, monialis Capuccina, abbatissa in monasterio Massiliae; virtute, donis supernaturalibus ac mystica sapientia celebris (1602 † 1672).
DICTIONN. DE SPIRITUALITÉ, I, 252.
HYACINTHE DE VERCLOS, O. CAP., *Vie de la Mè-*

re *Agnès d'A. Abbesse des Capucines de Marseille*. Avignon 1740.

MARC DE BAUDUEN, O. CAP., *Vie admirable de la vén. Agnès d'Aguillenqui*. Marseille, 1673.

Agnes a Città di Castello, Capuccina, vide *Città di Castello*

Agnone (*Anglonum*) in Prov. Fodiensi (Foggia). — Conventus a. 1605 constructus est cum Ecclesia Deo Omnipotenti dicata. Supprimitur a. 1867.

BULLAR. CAP., III, 316.
DE-PISE, *Annales*, p. 187 n. 58.
OLGIATI, *Annali*, a. 1616, n. 81-85.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo*, p. 103.
MARINELLI L., *Agnone Francescana* (1927).

Agonia Domini, geogr., vide *Nothgottes*

Agra in Indiis Orient. — Anno 1803 Agrae Praefectura Apost. constituta est. Anno 1820 Praefectura erigitur in Vicariatum; ab eo autem ob nimiam locorum distantiam, Vicariatus *Patnae* (1845), *Lassae* (1846) et regio Kamaon (1879) separati sunt. Constituta a Leone XIII hierarchia in Indiis Or. (1 sept. 1886), Agra in archidioecesim erecta est. Postmodum et alias praelevationes subiit: *Rajpootana* Praefectura exempta declarabatur (1892); *Simla* demum fit et ipsa archidioecesis (1910). Denique S. Congr. Prop. Fid., dato Decreto d. 13 apr. 1937, aufert ab ea *Delhi* civitatem eiusque territorium, quod unitur archidioec. Simlae sub nomine *Delhi-Simla*. Iam ab initio multos e Tuscia missionarios obtinuit Agra. Anno tandem 1892, Tusciae Provinciae Agrae missio exclusive adsignata est.

Series Vicariorum Apost.

1820-21. Micara Ludovicus a Frascati.
1821-24. Benucci Zenobius a Firenze.
1826-41. Pezzoni Antoninus a Lodi.
1841-49. Borghi Ios. Ant. a Livorno.
1849-54. Carli Caietanus a Pistoia.
1855-60. Persico Ignatius a Napoli.
1861-65. Bedenik Angelicus a Koprivnica.
1868-86. Jacopi Michaëlang. a Seravezza.

Series Archiepiscoporum

1886-91. Jacopi Michaëlang. a Seravezza.
1892-97. Van den Bosch Emman. ab Anvers.
1898-916. Gentili Carolus a Bertinoro.
1917-37. Bernacchioni Raphael a Figline.
1937- Vanni Evangelista ab Usella

Missionarii in Agra (praeter Vicarios Ap. et Episcopos) de quibus tractatur suo proprio loco:

Adeodatus a Fano († 1837)
Angelus M. a Castiglion Fiorentino († 1878)
Benucci Zenobius a Firenze († 1824)
Bernardinus ab Abbadia S. Salv. († 1928)
Bonaventura a Firenze († 1852)
Hudrisier Marcus a Faverges († 1910)
Iacobus a S. Marcello Pistoiese († 1927)
Laurentius a Cento († 1891)
Magliacani Alois. a Castel del Piano (flor.)
Micheloni Pacificus a Prato († 1936)
Mouard Symphorianus a Sombernon († 1890)
Pius a Benevento († 1908)
Presutti Philippus a Recanati († 1914)
Tirinnanzi Ioan. Bapt. († 1949)
Tribbioli Paulinus a Cortona
Vanni Evangelista ab Usella

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. CAP. (1929) p. 52, tab. XXVI.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni Capp.*, IX, 212-352, 470-92 (v. et Ind. 613).
IDEM, *Man. hist. Miss.* p. 151-166.
ADELHELMUS, *Monum. Anastasiana*, cfr. Ind. voll. I, 1183; II, 1091; III, 1227; IV, 1111; V, 1301, 1317.
STEIDL, *Missionen d. Kapuz.*, p. 32-39.
STREIT, *Biblioth. Miss.* VIII, 981 (Ind.)
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 599-618.
MISSIONI *dipend. da Prop. Fide* (1950) 212.
GIOVANNI DA LORO CIUFFENNA, *La storica sede di Agra*, Roma 1924.
Catholic Calendar for the Archdioc. of Agra for the Year 1908, p. 38-67, 141-64.
LA MISSIONE *di A. all'Esposizione Vaticana* 1925. Agra, 1925, 98 pp.
HYACINTHUS OF LIVORNO, *A chronological record of the A. Mission*, Mangalore 1917.
PACIFICO DA SEGGIANO, Min. Gen. O. Cap. *Relazione e ricorso alla S. Congr. di Prop. Fide sulla Missione di A.*, Firenze 1910.
ANALECTA CAP., 52 (1936) p. 100, 129 ss. (de Publication. period. Missionis A.); quoad alia v. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 113-14. Vide etiam *Relationes* Superioris Missionis quae vulgatae sunt an. 1936, 1937, 1939, 1940 etc.
FRANCISCAN ANNALS OF INDIA, Agra, 1910 ss.
IL MASSAJA, 10 (1923) 220-23.

* Quoad *Ephemerides* in nostra Missione editas vide sub v. Periodica.

Agricultura. — Praeter missionarios quibus in corde fuit post animas, excolere etiam *terram* et *Colonias agricolas* fundare, fuerunt alii nostri sodales, qui de rebus agricolis opera peculiaria ediderunt. - Vide inter alios:

ANTONIUS M. AB ALBOGASIO (domo *Affaitati*), alumnus prov. Mediolanensis († 1721).
IOANNES BAPT. A S. MARTINO DI LUPARI (domo *Pasinato*), alumnus prov. Venetae († 1800).
IULIANUS A MAMERS, alumnus prov. Parisiensis († 1929).
PRUDENTIUS A FAUCOGNEY (domo *Vauchoz*), alumnus veteris prov. Burgundiae († 1792).

Agrigento, olim Girgenti (*Agrigentum*) in Prov. Panormitana. Primus Conventus fundatus a. 1552 extra urbem in loco vulgo *Bonamurone*, quo relicto, propter insalubritatem aëris, alter Conv. exstruitur a. 1697. Titularis utriusque Ecclesiae fuit B. V. M., uterque Conv. dirutus est.

BULLAR. CAP., III, 160-63, 321.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, I, 123; III, 265.

Aguas Calientes in Mexico. — Ibi exstat monasterium monialium *Capuccinarum* Ord. S. Clarae.
ELENCHUS *Monast. O. S. Clarae* (1942) p. 39.

Aguggiari I., vide *Ioannes Bapt. a Monza*

Aguillenqui A. vide *Agnes Aguillenqui.*

Agullent, in Hispania (Dioec. Valentinen). — Monasterium Monialium *Capuccinarum* conditum est a. 1889, sub tit. SS. Cordis Jesu.
CONSPECTUS TRIUM ORD. S. FR. (1929) p. 236.
TORRADEFLOT, *Crónicas de las Capuchinas en España*, II, p. VII.

Agyrium, vide *Agira*

Ajaccio (*Adjacium*) *in Corsica.* — Sub invocatione B. Mariae de Laureto et S. Bonav. Doct., Conventus erectus est a. 1633. Supprimitur tempore gallicae eversionis saec XVIII.
BULLAR. CAP., II, 426, 456.
CASANOVA (ABBÉ), *Histoire de l'Eglise Corse* (1931), t. II, 61.

Aichstadium, vide *Eichstätt.*

Aidone (*Aydon*) in Prov. Syracusana. — Anno 1611 Conventus exstructus est, cum Ecclesia S. Franc. Ass. dicata. Abrogatus est a. 1866.
BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa*, p. 135-38.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 381.

Aignan T., vide *Tranquillus ab Orléans.*

Aiguesmortes (*Aquae mortuae*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus fundatus a. 1622, mansit usque ad gallicam eversionem (1790).
BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 91.

Ajmer in Indiis Orient. — Haec missio d. 27 mart. 1892 separata est ab archidioec. Agraensi et in Praefecturam Apost. de *Rajpootana* erecta, Prov. Parisiensi fuit commissa. Anno autem 1913 die 22 maii, fuit erecta in dioecesim de *Ajmer* nuncupatam, quae demum an. 1949 a S. Congr. concredita est Clero indigeno.

Praefecti Ap., fuerunt: Bertrandus a Dangeul (1892); Fortunatus a Tours (1903).

Series Episcoporum

1913 — Fortunatus Caumont a Tours
1931 — Pius Le Ruyet a Lorient
1939 — Guido Le Floch a Pontrieux

De praefatis *Praefectis Apost.* et *Episcopis* necnon de missionario *P. Carolo a Ploëmeur* tractatur suo proprio loco.

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. CAP. (1929) p. 53 tab. XXIV.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, IX, 550-62, 613.
IDEM, *Man. hist. Miss.*, p. 201-08.
STREIT, *Bibl. Missionum*, VIII, 981.
CATHOLIC CALENDAR AND DIRECTORY OF AGRA (1908) p. 126-32.
MISSIONI *dipend. da Prop. Fide* (1950) 213.
RAPPORT *sur la Mission du Rajputana*, Paris 1913-14.
ARMAND OF VANNES, *With the Bhils. Mission of the Capuchins.* Ajmer, 1922.
FORTUNAT DE TOURS, *Au pays des Rajas. Les débuts d'une Mission.* Paris 1906.
P. GERALDUS, *25 ans d'apostolat dans une tribu de l'Hindoustan.* Paris 1915.
ANALECTA CAP., 7 (1891) p. 12 (Missio concred. Prov. Parisien.) 8 (1892) p. 134 (Praefectura erig.); 29 (1913) p. 193 (Praef. in Dioec. erig.); 52 (1936) p. 100, 129 ss. (Index Periodic. public.). Quoad alia, cfr. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 114. Vide etiam *Relationes* Superioris Missionis quae vulgatae sunt an. 1938, 1939 etc.
THE CRUSADER (Periodic.), Ajmer, 1917 ss.
ETUDES FRANC., 14 (1905) p. 529-44; 31 (1914) p. 148-63.
ILLUSTRAZ. VATICANA, a. 1936, p. 134-37 (Not. et figurae).
MISSIONNAIRES CAPUCINS (Paris), 1949, nov.-déc. p. 3-9 (*Missio concreditur clero indigeno*).
— Plura alia sub v. *Indiae Orient.*

* Quoad *Ephemerides* in nostra Missione editas vide sub v. P e r i o d i c a .

Aire-sur-la-Lys (*Aria, Atura*), in Prov. Parisiensi. — Conventus aedificatus a. 1599-1600, suppressus fuit a. 179J. Ecclesia in honorem S. Francisci Assisiensis fuit dicata.
BULLAR. CAP., V, 410.
ANNUARIUM PROV. HOLL.-BELG., I, 32.
HISTOIRE DES CAPUCINES DE FLANDRE, I, 529.
HILDEBRAND, *De Kapuc. in de Nederl.*, I, cf. Ind. (*Ariën*): II, 120-21.

— Monasterium monialium *Capuccinarum*, tit. S. Bonav., extruitur a. 1631, et abrogatur tempore gallicae eversionis.
BULLAR. CAP., V, 411.
HISTOIRE DES CAPUCINES DE FLANDRE, I, 189-203.

Airolo (*Airolum*) in Prov. Ticinensi (Helvetia). — Hospitium nobis donatum an. 1697, relictum fuit circa an. 1841 ob suppressionem a Gubernio peractam.
BULLAR. CAP., II, 445.
S. FRANC. NELLA SVIZZERA ITAL., p. 160-168.
BOLLETTINO STORICO DELLA SVIZZERA ITALIANA, a. 1906, p. 68, 109

Aix (*Aquae Sextiae*) in Prov. Lugdunensi. Locus acceptus anno 1585, iuxta ecclesiam S. Mariae de Consolatione, relictus fuit tempore gallicae eversionis s. XVIII. Item alius Conventus, anno 1824 fundatus, cum ecclesia tit. Annuntiationis B. M. V., derelictus est a. 1902.
BULLAR. CAP., V, 401; X, 121, 602.
CONSULTATION *pour les Capucins d'Aix...*, Paris, 1830, 88 pp.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895), 86, 150.
ANALECTA CAP., 18 (1902) p. 213-14.
ECHO DE ST. FRANÇOIS (Toulouse), Mai 1903, p. 63-66 (de suppress. Conv.).

— Monasterium monialium *Capuccinarum* in hac civitate exstat ab an. 1827. In eo floruerunt sequentes moniales de quibus agitur suo proprio loco, scilicet: *Clara Maria Vivens, Maria S. Dominici Perrache, Maria S. Francisci Durand.*

THÉOTIME, *Les Capucins de Lyon*, p. 282.
FIORETTI *du Parterre séraphique d'Aix-en-Provence*. Avignon, 1931.
NOTICE *biographique de Sœur Saint-Pierre clarisse-capucine*. Aix, 1926, 64 pp.
A. C., *Sœur Marie du Rosaire Dubourg, capucine* († 1932). Aix, 1932.
FRANCISC. LEVEN, 5 (1922) p. 11, 51, 86, 159, 184, 231, 279 (Maria Coleta Lillamand a Maillanne † 1902).

Aix-la-Chapelle, vide *Aachen*.

Ala in Prov. Tridentina. — Conventus, fundatus a Fratribus Prov. Venetae a. 1606, Custodiae Trident. aggregatur a. 1734. Ecclesia dicata est S. Francisco Assisiensi.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 36 tab. V.
BULLAR. CAP., III, 330.
MARCO, *Capp. Prov. Trento*, p. 65-75.

Alafridus, vide *Alfredus*.

Alagoinhas, in Brasilia, Custodia Prov. de *Bahia*. — Anno 1940, domus religiosa ibi canonice erecta est, dependens a fratribus Prov. Picenae.

ANALECTA CAP., 57 (1941) p. 33.
ATTI UFFICIALI CAPP. PICENI, a. 1942, p. 63; genn. 1950 p. 54.
VITA FRANCESCANA (Loreto) a. 1941, p. 78.

Alais (*Alesia*) in Prov. Lugdunensi. — Fratres antiquae Prov. S. Ludovici Conventum aedificarunt a. 1629. Nunc derelictus est.

BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 91.

Alamandini F., vide *Fortunatus a Bologna*.

Alamín F., vide *Felix Alamín*.

Alarcón A., vide *Archangelus a Tordesillas*.

Alassio (*Alaxium*) in Prov. Genuensi. — Anno 1597 Conventus fundabatur iuxta Ecclesiam B. M. V. de Succursu, quae a. 1618 consecrata est Deiparae Immaculatae. Post suppressionem a. 1867, Conv. dirutus est, anno vero 1932 novus Conv. exstruitur in eodem loco.

BULLAR. CAP., II, 450.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, II, 221-32; V, 634.

Alatri (Alatrium, Aletrium) in Prov. Romana. — Coenobium Collis S. Petri, olim ad moniales Ord. S. Bened. pertinens, fratribus nostris datum est a. 1566 (1577). Ecclesia dicata fuit S. Petro Apost.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. VIII.
BULLAR. CAP., II, 433.
ITALIA FRANC., 4 (1929) p. 230.

Alaxium, vide *Alassio*.

Albacina (Eremitorium in Prov. Picena). — Locus amoenus iuxta pendices montis, qui vulgo *Maltempo* dicitur, in dioec. Fabrianensi, in altitudine e mari circ. m. 712 eremum tenet S. Mariae de *Acquarella* dictum. Parva est ecclesia tantum duobus cubiculis suprastantibus praedita et turri. Eius historia remotiora tempora prae se fert, quia an. 1441 ut eremus iam existebat, cum prius Monaci S. Benedicti illius proprietate usi essent iam saeculo XI. At nostri Ordinis in historia sternenda hic eremus principem tenet locum; nam in hunc, a Catharina Cybo Ducissa habitum, primi fratres ad regularem vitam initiandam et statuta colligenda se contulerunt mense apr. an. 1529, ibique una voce prior Vicarius Generalis electus est Ven. Matthaeus e Bascio. Parva domus an. c. 1585 relicta est et in pessum ivit; exstant tamen ecclesia et turris.

MONUMENTA HIST. O. CAP., II, 513 (Ind.).
BOVERIO, *Annales*, I, 113 n. 1.
LIBER MEMORIALIS O. CAP., p 64.
AMBROSINI R., *Il Romitaggio di Albacina*, Fabriano 1880.
GIUS. DA FERMO, *L'Eremitaggio dell'Acquarella e i Capp.*, Iesi 1927.
ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 282-84 (*Commemoratio I Capit. Ord. Cap. a. 1529 Alvacinae congregati*).
VITA FRANCESC. (Loreto) a. 1929 p. 117 s.

Albaida (*Albayda*) in Prov. Valentina. — Fratres prope quoddam sacellum, Dei Matri Rosarii dicatum, habitare coeperunt a. 1598. Novus conventus erectus a. 1615, cum ecclesia sub titulo Immaculatae Conceptionis, supprimitur a. 1835.

BULLAR. CAP., V, 415.
ESTADISTICA PROV. DE VALENCIA (*1901*) p. 10.
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 152.

Albalate del Arzobispo (*Albalatum*) in Prov. Navarro-Aragonensi. — Fratres, qui conventum aedificarunt a. 1634, ab eo expulsi sunt tempore belli a. 1707 et definitive tempore suppressionis a. 1836. Ecclesiae titulus est S. Franciscus Stigmata recipiens.

BULLAR. CAP., V, 416.
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 53.

Albano Laziale (*Albanum*) in Prov. Romana. — Conventus et Ecclesia S. Bonav. aedificata sunt a. 1617. Lege civili confiscatus a. 1875, conventus denuo incolitur ab an. 1905.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. VIII.
BULLAR. CAP., II, 32, 65, 433; VIII, 394.
NARRAZIONE *del Colera di A. e dell'assistenza prestata dai Cappuccini*. Albano, 1869.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 58.
OSSERVATORE ROMANO, 9 agosto 1949 p. 2, *Un celebre convento presso la villeggiatura dei Papi* (Isidoro da Alatri).

Albanus a München (*Högel*), prov. Bavaricae concionator celeber. Natus a. 1638, Ordi-

nem ingreditur a. 1655, et obiit a. c. 1700. Auctor est cuiusdam « *Pactum Marianum* » seu Confraternitatis B. M. Auxiliatricis, vulgo « *Maria-Hilf-Bruderschaft* » ab auctoritate ecclesiastica adprobatae (1683) et ab Apostolica Sede indulgentiis ditatae (1684): quae quidem Confraternitas magnam habuit diffusionem vel etiam extra Germaniam.

BULLAR. CAP., IV, 153.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, III, 377.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 352; II, 683.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 229-37.

Albayda, vide *Albaida*.

Albenga (*dioecesis*). Ad hanc *Albinganensem* D. regendam, a. 1914 electus est Pacificus CARLETTI a Seggiano ex Min. Gen. Ord. Cap.; at, morte praeventus, illam sedem adire nequivit.

Alberique (*Alberiquium*) in Prov. Valentina. — Anno 1698 Hospitium et a. 1700 Conventus erigitur, qui suppressus est a. 1835. Ecclesia titulo B. M. V. Angelorum gaudebat.

BULLAR. CAP., V, 415.
ESTADISTICA *Gen. Prov. Valencia (1901)*, p. 14.

Albertus a Bolzano, Prov. Tirolis sept. — Natus est a. 1796 ex familia *Knoll*. Sacerdotio iam initiatus, religionem nostram ingressus est a. 1818. S. Theologiam per 27 annos docuit simulque Concionatoris officium implevit. Magnam auctoritatem sibi comparavit, cum opus suum dogmaticum et Regulae minoriticae expositionem ederet. Ordo ipse eum ad Definitoris Gener. dignitatem evexit a. 1847. Obiit d. 30 mart. 1863. — Opera eius praecipua pluries edita, haec sunt:

Expositio Regulae FF. Min. S. Francisci, Innsbruck 1850. — *Institutiones theologiae dogmaticae generalis*, Innsbruck 1852. — *Institutiones theologiae theoreticae, seu dogmatico-polemicae*, Taurini 1853-59, sex tom. — *Institutiones theologiae theoreticae in compendium redactae*, Taurini 1863, 2 tomi.

APPENDIX AD SCRIPT. O. CAP., p. 10.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 18.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 273.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.*, II, 699.
AGAPIT HOHENEGGER, *Das Kapuz. Kloster zu Meran* (1898) p. 174-82.
HURTER, *Nomenclator*, V, 1092.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., I, 664-666.
DICTIONN. HIST. ECCL., I, 1510.
LEXIK. THEOL. U. KIRCHE, VI, 64.
ANALECTA CAP., 48 (1932) p. 81-85: *Litterae Min. Gener. de nova P. Alberti a B. Expositionis Regulae editione.*
BOTE DER TIROL. PROV. 1950, p. 100 ss. *Hundert Jahre Regelerklärung d. P. Albert.*

Albertus a 's Hertogenbosch, Flandriae Prov. — Natus anno 1664, habitum induit a. 1682. Lector et conscientiarum Moderator, plura edidit christianae pietati admodum profutura. Monasterio Capuccinarum instituto, Constitutiones exegit pro eis. Septies editum est ipsius *Manuale* pro Virginis Perdolentis consociis. Frequentis, immo et quotidianae communionis ad aram zelator, protulit opus: *Het Goddelijck Camerken* (1714). Obiit a. 1740.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 2.
DICTIONN. DE SPIRIT., I, 283.
ETUDES FRANC., 41 (1929) p. 616-17 (Bibliogr. de operibus P. Alb.).
FRANC. LEVEN, 1 (1917), p. 173, 225, *Een Bossche Dichter*; 11 (1928) p. 36, 83, 94, 124.
ONS GEESTELIJK ERF, 2 (1928) p. 176-88, 245-75 *Een vergeten ascetische schrijver en apostel der veelvuldige Communie: P. Alb. v. d. Bosch.* (P. Hildebrand); cfr. « *Archiv. Franc. Histor.* » an. 1931, p. 293.

Albertus a Montauto, fam. *Lucattini*, alumnus prov. Tusciensis, qui, ope Tertii Ordinis franciscalis, magnam activitatem civilem et religiosam explicavit in regione vulgo *Mugello*. Natus a. 1869, habitum sumpsit a. 1884 et vita cessit a. 1917. — Eius opusculum: *Seguiamo S. Francesco* (1902) plures editiones obtinuit.

MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 632 ss.
IL PADRE ALBERTO DA MONTAUTO CAPPUCCINO, Firenze 1917, pp. 115.

Albertus Felix a Paris († 1727). Natus circa a. 1648, in Ordinem ingreditur a. 1665. S. Theologiae Lector conspicuus et magnus Praedicator exstitit praesertim in missionibus popularibus tradendis.

Multa opera scripsit, inter quae eminent: *Conférences chréstiennes sur le Symbole des Apôtres*, Paris 1688. — *La véritable manière de prescher selon l'esprit de l'Evangile*. Ib. 1691. — *Manuel de la Mission à l'usage des Cap. de la Prov. de Paris*. Troyes, 1702.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 2.
DICTIONN. DE SPIRIT., I, 286.
COLLECTAN. FRANC., 3 (1933) p. 584-88.

Albertus a St. Sigmund, Prov. Tirolis Sept. — E familia *Comployer* ortum duxit a. 1747, et a. 1769 habitum sumpsit. Obiit d. 3 maii 1810. Fuit Concionator eximius; per 20 annos Bulsani in Cathedra paroeciali singulis Dominicis et Festis concionatus est, erroribus praesertim sui temporis oppugnans. Plures *Conciones* conscripsit ediditque.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 10.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 13-18.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.* II, 699.
PASSANO, *Dizionario Opere anon.*, p. 368.

Albertville in Sabaudia, vide *Conflans*.

Albi (*Albia*) in Prov. Tolosana. — Conventus initium habuit a. 1585 et suppressus est a. 1791. Ecclesia, olim dicata Immaculatae Conc. consecrata est a. 1664 sub novo tit. S. Caeciliae V. et M.

BULLAR. CAP., V, 405.

IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 42.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétien.*, I, 1 ss.; III, 291.

Albimons, vide *Blâmont*

Albino (*Albinum*) in Prov. Mediolanensi. — Conventus exstructus a. 1613, Ecclesiam habet S. Francisco Assis. dicatam.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 23 tab. IV.
BULLAR. CAP., II, 448.
SILVEST. MEDIOLAN., *Annales*, I, 25.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 32.
VALDEMIRO, *Capp. Bergamaschi*, p. 43-46.
ATTI PROV. LOMBARDA, a. 1937, p. 40-46; a. 1941 p. 150.

Albuinus a Brixen (*Thaler*), Prov. Tirolensis alumnus. — Natus an. 1868, Ordinem Capuccinorum amplexatus est an. 1883, obiit Münster in Helvetia die 18 Augusti 1949. Ultra quinquaginta annos laboravit in Diaspora Helvetica et multa fecit non solum pro animabus sed etiam pro lingua et cultura Romancia seu Ladina. Praeter innumeros ferme articulos in ephemeridibus multa alia edidit, praesertim: *Cudesch della Duttrina Catholica*, Glarus 1904; *Poesias ladinas*, Enipunt 1904; *Istoria biblica*. Immensee 1909; *Tarasp oder die Kapuzinermission im Unterengadin*. Innsbruck 1913; *Geschichte des bündnerischen Münstertales*. St. Maurice 1932.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 19-21.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 1.
BOTE NORDTIR. KAPUZ., 1950, p. 4, 97.

Alcaide y Bueso Benvenutus, episc. In Chilches die 15 Nov. 1879 natus, vix expleto studiorum cursu in sua Valentina Prov., missionem de *Goajira* in Columbia, adivit an. 1905. Ibidem varia munera exercuit, pluriesque superior regularis electus est. Die 15 Dec. 1931, episcopus nominabatur Ecclesiae Tit. *Castoriensis*, et die 21 eiusdem mensis Vicarius Apostolicus supradictae Missionis. Obiit in navi qua ad patriam rediit d. 21 febr. 1943.
EUGENIO, *Necrol. Prov. Valencia*, 20 febr.
ANALECTA CAP., 48 (1932) p. 54. - 59 (1943) p. 54, 166-170.

Alcalá de Henares (*Complutum*) in Prov. Castellae. — Conventus, a. 1612-13 fundatus, nunc derelictus est. Ecclesia dicata fuit S. Francisco Assisien.
BULLAR. CAP., V, 418.
BUENAV., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
FELIX, *Anales de Castilla*, p. 27.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
Statistica Prov. Castellae (1909) p. 22.

Alcalá la Real (*Alcala Regalis*) in Prov. Baetica seu Andalusiae. — An. 1628 Oratorium in via *de la peste* vocata, datum fuit ad coenobium construendum; postea translata est fundatio ad S. Bartholomaei aedem; ultimo ad locum vocatum *de la Alameda*, cujus Ecclesia S. Joseph dedicata fuit 1645. Conv. nunc derelictus est.
BULLAR. CAP., V, 419.
AMBROSIO, *Reseña historica*, II, 77.
NICOL. CORDUBEN., *Brevis notitia*, p. 30.

Alcamo (*Alcamus*) in Prov. Panormitana. — Anno 1566 primus Conventus in loco *Bosco d'Alcamo* fundatus est. Eo relicto, alter proximior civitati extruitur a. 1633, ibique fratres manserunt usque ad suppressionem a. 1866. Utriusque conventus ecclesia dicata fuit S. Annae.
BULLAR. CAP., III, 149, 155, 321.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo* I, 156 ss.; II, 634.

Alcañiz (*Alcanitium*) in Prov. Navarro-Aragonensi. — Conventus fundatus a. 1612, nunc derelictus est. Ecclesia dicata fuit B. Mariae V. vulgo *del Pilar*.
BULLAR. CAP., V, 416.
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 30.

Alcára Li Fusi in Provincia Messanensi. — Conventus a. 1574 erectus una cum ecclesia dicata S. Eliae prophetae, supprimitur a. 1867.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 38 tab. XII.
BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, pag. XLIII.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 315.

Alciati Franciscus, cardinalis. — Aliqui rerum Ordinis Scriptores, illum (a. 1578) tamquam *Protectorem trium familiarum* Ordinis minoritici electum esse affirmant; alii tamen, fidem facientes praesertim Bernardino a Colpetrazzo, id minime verum esse sentiunt.
MONUM. HIST. O. CAP., IV, p. XLI s., 145, nota 4.

Alcira (*Algicira*) in Prov. Valentina. — Ab antiqua domo, fundata a. 1602, Fratres expulsi sunt a. 1835. Ecclesia dicata erat B. M. V. Annuntiatae. — Anno 1926 alter Conv. aedificatus est cum Ecclesia sub tit. SS. Redemptoris; at a. 1936 saeviente bello civili, omnia eversa sunt.
BULLAR. CAP., V, 415.
ESTADISTICA *Gen. Prov. Valencia* (1901) p. 11.
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 153.
— Monasterium monialium *Capuccinarum*, olim hac in urbe exstitit.
BULLAR. CAP., V, 415.
TORRADEFLOT, *Crónicas de las Capuchinas*, II, 119-25.

Alcoy (*Seterrae*) in Prov. Valentina in Hispania. — Conventus, olim Prov. Toletanae pertinens, a. 1890 assignatus est novae Prov. Valentinae.
ANALECTA CAP., 14 (1898) p. 361.

Aldenhoven (*Aldenhovium*) in Prov. Rheno-Westph. — Fratres antiquae Prov. Coloniensis stabilem residentiam a. 1661 habuerunt apud sacellum B. Mariae Virg. — Anno 1710

amplior Ecclesia fuit erecta, et a. 1802 Conv. supprimitur.

BULLAR. CAP., IV, 316, 383.
CIVITAS REFUGII... *Maria... zu Aldenhoven*. Köln, 1699, pp. 165.
BONAV. V. MEHR. *Predigtwesen*, cfr. Ind.
FRANCK-OBERASPACH-RENARD, *Kunstdenkmäler d. Kreises Jülich* (1902) p. 25 s.
KILIAN MÜLLER, O. CAP., *Rheinberg u. die Kapuziner* (1908), p. 108.
OFFERMANN-BRUCKMANN, *Gesch. d. Städte u. Klöster in Jülich* (1912), I, 111-13.

Aldenrath, vide *Aldenhoven*

Alençon (*Alenconium*) in Prov. Parisiensi. — Anno 1602 fratres pedem fixerunt in loco dicto *Casant*, indeque expulsi sunt a. 1790. Ecclesia dicata fuit Praesentationi B. M. V.

BULLAR. CAP., V, 95, 393.
EDOUARD D'ALENÇON, *Les Capucins d'Alençon* (Alençon 1897).
ANALECTA CAP., 27 (1911) p. 120, 121.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 320.

Alençon (Dux de) Ferdinandus-Philippus de Orléans, Tertii Ord. S. Franc. (1844-1910). Anno 1880 occasio ei occurrit fratres nostros conventus Parisiensis cognoscendi, quos postea semper adamavit et eorum consiliis spiritualibus usus est. Eodem anno habitum III Ord. Franc. a Vicario conventus accepit. Anno 1889 Ordinis nostri ingressum postulavit: sed a suo Confessario P. Stanislao, et ab ipso Pontifice dissuasus est. Tum ad obligationes T. O. tria vota ad instar religiosorum adiunxit. Die 29 iun. 1910 in Belmont obiit.

FRANZ ROBERT, *Ferd. Phil. d'Orl., Duc. d'Al., Tertiaire de S. François d'après sa correspondance*, Paris 1911.
Y. D'ISNE, *Un prince contemporain: Ferd. Phil. d'Orléans, Duc d'Al.* Paris 1912.
P. STANISLAS O. CAP., *Notice sur la vie spirit. de Mgr. le Duc d'Al. du Tiers-Ordre de S. Franç.*, Paris 1914.
ANNALES FRANC., 49 (1910) 237-40 (*Nécrol.*).

Aleppum in Syria. — Fratres galli antiquae Prov. Turoniae et Britanniae, a. 1626 primam stationem missionariam fundarunt in loco qui dicitur Caz-Abrak. Missio seu Custodia Aleppensis usque ad gallicam eversionem saec. XVIII perduravit. Anno tandem 1830 Aleppi hospitium revixit et Syriae missioni aggregatur. — Vide alia sub v. *Syria*.

BULLAR. CAP., VII, 297-99, 307; IX, 230.
ROCCO DA CESIN., *Stor. Miss.*, III, 194-230
CLEM. A TERZORIO, *Man. hist. Miss.* p. 67, 238.
IDEM, *Le Miss. Capp.*, V, 12 ss. (*passim*).
MELCHIOR, *Historia Cap.*, vol. III, 448 (Congr. T. O. fund. a Cap.); circa Miss. Aleppi cf. Ind.
ANALECTA CAP., 21 (1905) p. 155.
COLLECTAN. FRANC., 5 (1935) p. 220-234 (Fondation de la mission d'Alep); 18 (1948) 118 *Docum. inediti del sec. XVII* (cf. Ind. p. 368).

Alesia, vide *Alais*

Alessandria (Provincia Ordinis) vide *Alexandrina prov.*

Alessandria (*Alexandria Statiellorum*) in Alexandrina Provincia. — Anno 1546 Fratres locum angustum habuerunt cum ecclesia S. Matthaeo dicata. Anno 1802 Fratres expulsi sunt, at Conv., S. Teresiae dicatum, aperuerunt quem retinuerunt usque ad suppressionem a. 1866. Hodierna domus perfecta est a. 1888, eiusque ecclesia SS. Cordi Iesu dicata, a. 1933 *Sanctuarium* declarata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 11 tab. III.
BULLAR. CAP., II, 320, 328, 445.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, V, 634 (Ind.).
AURORA FRANC. (Alessandria) a. 1928 p. 9 (Capucc. et Pestis a. 1630-31). — a. 1933 p. 147 (*Sanctuarium SS. Cordis*).
VITA GIOVANILE, *Quindicinale dell'Associazione S. Franc. d'Ass.* - Alessandria, 1924 ss.

Alessano (*Alexanum*) in Prov. Apuliae. — Conventus aedificatus est a. 1627 una cum Ecclesia in honorem S. Iosephi. Suppressus a. 1861, eum denuo Fratres ingressi sunt a. 1929.

BULLAR. CAP., III, 126, 319.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 148, 421 s.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 17 (Novitiatus).
AURORA SERAFICA (Bari) a. 1930, marzo, p. 3.

Aletium, vide *Lecce*

Aletrium, vide *Alatri*

Alexander VII (*Fabius Chigi*), electus papa d. 7 apr. 1655, obiit d. 22 maii 1667. — Inter illius acta relate ad Ordinen nostrum sequentia adnotantur: Cum inter Bononiae cives et Messanae quaedam intercessissent negotia, quibus pertractandis conciliatore opus esset, P. Bernardus Bononiensis, pro munere exequendo Messanam missus est a. 1656. — Rumore suborto a. 1663, qui ex Urbe per Italiam diffunditur, nostris sodalibus Pontificem adversari, ipse per Cardinalem Protectorem calumniatores confutavit suamque aestimationem erga fratres nostros testatus est. — P. Gabrieli a Chinon a. 1664 officium contulit, ut Simeonem patriarcham Chaldeorum, a schismaticis eiectum, suae sedi restitueret.

BULLAR. CAP., I, 106-112; VI, 416-420.
BULLARII CAP. REGESTUM, pag. 75 ss.
FRÉDÉGAND CALLAEY [de Anvers], *La physionomie spirituelle de Fabio Chigi* (Alexander VII) *d'après sa correspondance avec le P. Charles d'Arenberg capucin*, Estratto da *Miscellanea Giov. Mercati*, vol. V, Città del Vaticano 1946.
MELCHOR, *Hist. O. Cap.*, III, 415, cf. Ind.
VIVES, *Instituta Franciscana*, p. 574-78.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 364 ss.; 10 (1894) p. 17 ss. *Regestum Bullarii.*

Alexander VIII (*Petrus Ottoboni*), electus papa d. 6 oct. 1689, obiit d. 1 febr. 1691. — De nonnullis negotiis a se actis Ordinis nostri gratia, historica memoria dignum putatur: quod curam egerit Britaniae provinciae (1690); deinde quod canonicam actionem instituendam mandaverit super virtutes ven. Francisci a Precetto, ut in numerum Beatorum referri posset (1690).

BULLAR. CAP., I, 137; V, 190.
BULLARII CAP. REGESTUM, pag. 95
MELCHIOR, *Hist. O. Cap.*, III, cf. Ind.
VIVES, *Instituta Franc. et RR. PP.*, p. 592.
ANALECTA CAP. 10 (1894) p. 108, *Bullarii Cap. Regestum.*

Alexander ab Altdorf, (*Buggli*), Prov. Helveticae Ordinem ingressus a. 1582, ter Ministri Prov. munus tenuit primus inter Helveticos. Orator clarus, divino spiritu afflatus. Obiit d. 19 ian. 1622. — Eius *Epistola* circa munus praedicationis, vulgata est in periodico: *Collect. Helv. Franc.* de quo infra.

SILVEST. MEDIOLAN., *Annales*, p. 227-34.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, I, 276 ss.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 86 s., 783.
COLLECTAN. HELVET. FRANC., II (1937-42) p. 327 s. *Ein Brief d. P. Alex. v. Altd. über das Predigtamt (1619).*

Alexander a Bergamo (*Viscardi* familia) Prov. Brixiensis. — Anno 1740 habitum religiosum sumpsit. Eius sollertia coenobium Bergomi magna Bibliotheca gaudebat. Ad munus collegendi et conscribendi res nostri Ordinis designatus, totis viribus insudavit. A civilibus viris ipsis delectus est ad historiam Scriptorum Bergomensium conscribendam, et socius Academiae vulgo *Eccitati* conclamatus est. Quievit d. 15 sept. a. 1790. Multa reliquit scripta ad historiam praesertim pertinentia.

VALDEMIRO, *Capp. Bergamaschi*, p. 186-91.

Alexander a Genova, nobili genere *Sauli*, orator praeclarus et missionarius indefessus in Tunisia, Algeria atque in Tabarca insula, ubi *Praefectus* electus est an. 1636. Fuit insuper *Vicarius generalis* archiepiscopi Carthaginensis, et per decem annos captivos carceribus damnatos magna caritate recreavit. In suam provinciam regressus, domi obiit an. 1661.

PELLEGRINO, *Annali*, II, 144-147.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 422-28 (passim)
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, X, 574-77.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, I, 97, 213.

Alexander ab Olten (*Schmid*). Minister prov. Helveticae († 1875). Plura scripsit de rebus liturgicis et de re polemica, inter quae: *Die falschen Propheten* (Zug 1832).

CHRONICA PROV. HELVETICAE, p. 596, 659.
COLLECTAN. HELVET. FRANC., V, 1949, p. 61-71, *Würdigung der genealog. Arbeiten d. P. Al.*
SANKT FIDELIS, 27 (1940) p. 121 s. *P. Alex. als liturgischer Schriftsteller.*

Alexander a Valencia († 1659), alumnus provinciae Castellae, quam ter uti minister moderatus est. Haud communi dexteritate claruit in negotiis rei publicae pertractandis, quapropter apud aulam Philippi IV valde eius consilium exquirebatur; exstitit concionator regius atque Supremae Inquisitionis qualificator; praeterea archiepiscopatum Valentinum sibi oblatum recusavit.

BULLAR. CAP., V, 370.
BUENAV. DE CARROCERA, *Necrologio*, p. 181 s.
BUENAV., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cfr. Ind.

Alexander a Varazze, Prov. Genuensis, e gente *Recagno* natus. Missionarius in Tunisiam pervenit a. 1870, ibique per 22 annos mansit, et, S. Sede adnuente, artem medicam et chirurgicam exercuit et remedium medicinale contra diphteritem invenit. In Provinciam reditus (1891), iterum missionarius in Rhetiam missus est, ubi per decem mansit annos. In Provinciam denique reversus, die 22 dec. 1913 mortuus est. Typis edidit: *Specifico antidifterico*, Tunisi 1885.

FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, I, 5, 98-107, 450; VI, 381.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss. Capp.*, I, 284; X, 616 s.; 625-28.

Alexandria Statiellorum, vide *Alessandria*

Alexandrina Provincia in Italia sept. — Custodia Alexandrina, quae pars fuit Prov. Genuensis ab a. 1589, deinde Prov. Mediolanensis ab a. 1656, in Provinciam sui iuris constituta est a. 1750 per breve Bened. XIV diei 19 dec. Conv. numerabat 24, Relig. 380 et primum Capitulum celebratum est anno sequenti. Post suppressionem napoleonicam, conventus qui instaurati sunt, post brevem cum Prov. Pedemontana unionem, antiquam Provinciam Alexandrinam denuo coaluerunt (1831). Ab an. 1937 huic Prov. concreditae sunt nonnullae stationes missionariae in Erythrea, quarum sedes praecipua est *Acchelé Guzai.*

Index Conventuum et Hospit. qui in territorio hodiernae Prov. Alexandrinae a) *nunc exstant*: Acqui, Alessandria, Casale Monferrato, Castellazzo Bormida, Novara, Tortona, Varzi, Vigevano.

b) *sunt derelicti*: Arona, Cannobio, Cassine, Castelnuovo Scrivia, Domodossola, Fubine, Gravellona Lomellina, Mirabello Monferrato, Moncalvo, Nizza Monferrato, Oleggio, Orta Novarese, Pallanza, Romagnano Sesia, S. Salvatore Monferrato, Serravalle Scrivia, Valenza, Voghera.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (ex *Mss.* Prov.).

Carolus a Vogogna: 1751.
Ioan. Bapt. ab Alessandria: 1754.
Ioan. Bapt. a Cossano: 1757.
Iacobus Philippus a Domodossola: 1761.
Aloisius M. a Serravalle: 1764.
Anton. Domin. a Montiglio: 1767.

Franc. Bernardinus a Pallanza: 1770. 1779.
Felix M. ab Alessandria: 1773.
Nicolaus a Casale Monf.: 1776.
Camillus ab Alessandria: 1781.
Raphaël a Casale Monf.: 1784 (†).
Ignatius a Calliano: Vic. 178..
Pius a Castana: 1787.
Iosephus M. ab Alessandria: 1790.
Aloisius a Montiglio: 1793.
Vincentius a Mezzanabigli: 1796.
Carolus Ant. a Valenza: 1801.
Paulus Angelus a Voghera: 1825 Commiss.
Gabriel a Nizza Monf.: 1831 († 1832).
Urbanus a Cassine: 1832 Vic. Prov.
Aloisius M. a Serravalle: 1834.
Iosephus M. a Sale: 1837 († 18..).
Pius a Castellazzo: Vic., dein Prov. 1840.
Vincentius a Castellazzo: 1843.
Bonaventura a Castellazzo: 1846.
Marianus a S. Salvatore: 1849 (†)
Hermenegildus a Mombisaggio: 1852, 1858, 1861.
Isidorus a Fubine: 1855, 1864.
Stanislaus a Castellazzo: 1869.
Aloisius a Cortiglione: 1872, 1875. 1878, 1884
Caietanus a Lobbi: 1881, 1887.
Fridericus ab Ovada: 1890.
Urbanus a Parona: 1893, 1899.
Rogerius a Castellazzo: 1896.
Franciscus M. a Bistagno: 1902.
Iacobus a Mombisaggio: 1905.
Aegidius a Villanova Monf.: 1908, 1919, 1925
Fidelis a Groppello: 1911.
Aloisius a Cortiglione: 1914.
Stanislaus a Cavatore: 1922.
Dionysius a Rossiglione: 1928.
Emmanuel a Galliàvola: 1931, 1940.
Natalis a Rosignano: 1934, 1946.
Callistus a Costanzana: 1937.
Franciscus M. a Costanzana: 1943.
Angelicus ab Alessandria: 1949.

Religiosi huius Provinciae
de quibus tractatur sub eorum nomine

Bonaventura ab Occimiano, S. D. († 1772).
Iosephus a Cannobio, script. († 17..).
Richardus a Tortona, conc. († 1783).
Angelicus ab Alessandria: 1949.

Bibliographia

BULLAR. CAP., VII, 392-95; VIII, 158-59; X, 732.

DESCRIPT. GEOGR. O. CAP. (1929) p. 11, tab. III.

EMANUELE DA GALLIÀVOLA, *Necrologio dei Cappuccini della Prov. di Alessandria e delle tre sue antiche Custodie* [Alessan., Monferrato, Novara] Vigévano 1939.

ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 380 (Status conv. et relig.); 52 (1936) p. 101, 129 ss. (de Publication. periodicis a Prov. editis). — Quoad alia vide *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 172.

ATTI DELLA PROV. DEI CAPP. DI ALESS. (Pubblicazione periodica ufficiale). Alessandria, 1934 ss. — Quod attinet ad *historiam provinciae* cfr. praesertim a. 1939 N. 3 p. 46 et N. 4 p. 42.

IDEM, Luglio-Dicem. 1935. p. 4-8, *Il 50° anniv. di fondazione del Seminario Ser.*

AURORA FRANCESCANA. — *Periodico mensile del III Ord.* - Alessandria, 1926 ss. — *Notitiae gener.* Prov. vulgatae sunt a. 1927 p. 192-198. Notitiae vero circa Capucc. et *pestem a. 1630-32* vulgatae sunt a. 1926 p. 130; a. 1927 p. 73; a. 1928 p. 9 ss.; a. 1930 p. 10 ss.

COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 12, 15.

* Quoad *Ephemerides* ab hac Provincia editas vide sub v. P e r i o d i c a.

Opera edita ad usum Provinciae

Manuale di Preghiere, ad uso della Provincia di S. Giuseppe da Leonessa, Alessandria. Tortona, 1917.

Manualetto di Preghiere, ad uso della Provincia di S. Giuseppe da Leonessa. Alessandria, 1932.

Alexandrina Minor *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo potitus est an. 1938 Pius *Le Ruyet* a Lorient ex Ordine nostro Capuccinorum.

Alexandrinus a La Ciotat (seu Civitatensis). — Ortus a. 1629 et a. 1648 professus in S. Ludovici provincia, vita cessit a. 1706. De re mystica egregius scriptor, opus reliquit, quod inscribitur: *Le parfait dénuement de l'âme contemplative... avec un traité des extases, révélations...* Accessit: *Clavis totius theologiae mysticae S. Dionysii Areopagitae.* Paris, 1680 et Marseille 1681.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 4.

BREMOND, *Hist. litt. relig.*, XII (Index alphab.) p. 4.

DICTIONN. DE SPIRIT., I, 302.

ANNALES FRANC., a. 1924, p. 209-301: *Le P. Alex. maître de spiritualité.*

ETUDES FRANC., 39 (1927) p. 466-68 (de oper. spirit. P. Alex.).

Alexanum, vide *Alessano*

Alexius a Barbezieux, natione gallus, sed alumnus Commissariatus Prov. Canadensis Orient. — Natus est a. 1854, e gente *Derouzier.* Sacerdotio iam auctus (1882) Ordinem ingressus est a. 1887. Inter primos patres electus est, qui in Canada a. 1890 Commissariatum aperuerunt. Ecclesiasticae historiae Canadensi sedulo vacavit. Inter eius opera haec notantur: *Histoire de la Prov. Ecclés. d'Ottawa* (1897) 2 voll. *L'Eglise catholique au Canada* (1909, 1914, 1923, 1934). *Le Canada héroïque et pittoresque* (1928). — Obiit in urbe Montréal d. 9 apr. 1941.

APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 25, 168.

IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 27.

STREIT, *Bibl. Mission.*, III, p. 930, 996

IUSTIN DE MONTAGNAC, *Le P. Alexis de B. des Min. Capucins*, Montréal 1943, pp. 61 cum figura. (Ex: *Annales de la Réparation* et *L'Echo de St. François*, an. 1941-42).

ANALECTA CAP., 57 (1941) p. 202-204.

Alexius a Milano. — In Helvetiam ad illam nostram Provinciam fundandam missus, per annos triginta et sex totis viribus insudavit. Scientias philosophicas ac theologicas tradidit. Per duodecim vices Definitor, et ter Minister Prov. renuntiatus est. Obiit in loco *Altdorf* d. 5 mart. 1618.

CHRONICA PROV. HELVET., p. 83, 783 (Ind.).
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.* I, 107-09.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, II, 459.

Alexius a Saint-Lô, antiquae Prov. Normanniae. — A calvinismo ad veram fidem pervenit et inter nos admissus, concionando et operando illustris evasit. Missionarius ad Promontorium seu Caput Viride in Africa occident. destinatus a. 1635, narrationem huius itineris, et missionis scripsit sub titulo: *Relation du voyage du Cap-Verd*, typis editam Parisiis 1637. Obiit in sua Prov. a. 1659.

ROCCO DA CESIN., *Stor. Miss.*, III, 494, 500 s.
CLEM. DA TERZ., *Le Miss. Capp.*, X, 344-46.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, II, 540-43.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 4.
IOAN. A S. ANT., *Biblioth. franc.*, I, 37.
DICTIONN. HIST. ECCL., II, 396.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 364; 22 (1906) p. 213 s.

Alexius a Salò, Prov. Brixiensis. — Ex comitibus *Segála* natus est a. 1558. Anno 1580 induit habitum Ordinis. In verbi divini praedicatione eximius visus est. Asceticis vulgatis scriptis operam sedulam dedit, in quibus ostenditur eius peculiaris doctrina. Brixiae cum esset, Fraternitatem a suffragiis pro defunctis erexit, ibique a. 1628 obiit. Huius viri spiritualia opera multoties edita et etiam in aliis linguis versa sunt. In unum collecta edita sunt Venetiis an. 1637 in 4 tom.; an. 1643 in uno tantum vol.; demum an. 1663 et 1684 in duos tomos. At in his editionibus aliud vel aliud deest parvum opus.

DE-PISE, *Annales Cap.*, p. 720-728.
BERTANI, *Annali*, p. 2-21.
ANNALES MINORUM, t. 24, 25, 27 (v. *Indices*).
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, III, 385-396.
LEGGENDARIO FRANCESCANO, II, 159-166.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 4.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 37-38.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 2, 87.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 8-50.
STANISLAUS, *Franzisk. Mystik*, p. 128.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 132-36.
FERRARI, *Onomasticon bibl.*, p. 621.
PERONI, *Bibliot. Bresciana*, III, 214.
DICTIONN. DE SPIRIT., I, 306-07.
DICTIONN. HIST. ECCL., II, 397.

Alexius a Sommevoir, Prov. Parisiensis. — An. 1643 habitum religiosum sumpsit et in Graeciam missionarius ivit a. 1656, in qua nonnullas stationes fundavit et Superior seu Custos missionis electus est. Vir fuit apostolicus magnae sedulitatis et scripsit graece, turcice et arabice libros missionariis utiles. Galliam cum venisset, obiit Parisiis an. 1691. — Eius opus cuius titulus: *Tesoro della lingua greca, cioè Dittionario greco-volgare et italiano* in lucem editum est (Paris 1709) cura P. Thomae Parisiensis.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 146 ss., 163.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni Capp.*, II, 88; III, 74. — IV, 372, 379, 399.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, III (Appendix).
BIOGRAFIA UNIV. (Venezia 1823) t. 58, p. 120 (de eius Diction. graeco-ital.).

Alexius a Speier (seu Spirensis), prov. Helveticae. — Natus a. 1583 cir. in Kurweiler, prope Spiram, a. 1602 Ordinem ingressus est. Praefectus missionis Rhaeticae, optimam nactus est occasionem pro propagatione verae fidei, ut conspici potest in *Relatione historica*, quam ipse confecit quamque ANALECTA ORD. NOSTRI (XIV, 1898, p. 265 ss. et XV, p. 25 ss.) in lucem ediderunt. Cum a. 1629 Altorfii pestis lues grassaretur, caritatis victima occubuit d. 19 iul. 1629.

SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 522-29.
CIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 190 ss.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss. Capp.*, II, 64, 84 s., 93 s., 112 s., 123-25, 139.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss. Capp.*, I, 32.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 133 s., 783 (Ind.).
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Anter. Austr.*, p. 254.
LAUREN. BURGENER O. CAP., *Helvetia Sancta*, III, 27-34.

Alfonsus, vide: *Alphonsus*.

Alfredo Chaves (Brasilia), vide *Veranópolis*

Alfredus a Carouge, Prov. Tolosanae. — Frater cardin. *G. Mermillod*, natus est a. 1830, et franciscalem habitum obtinuit a. 1855. Verbi Dei fuit eloquens praedicator, et munia Magistri Novitiorum, Definitoris et Ministri Prov. obivit. Scripsit de T. O. F., cuius vim et efficaciam commendabat, et de missione Aethiopiae apud Gallas. Obiit *Burgi* in Hispan. d. 9 maii 1911.

APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 26.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. Toulouse*, II, 257-65.
IDEM, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 28, 71.
ERNEST M. DE BEAULIEU, *Une âme eucharistique. Le P. Alfred Mermillod*. Toulouse, 1913.
ANALECTA CAP., 27 (1911) p. 207 (Necrol.).

Algeria in Africa septen. — Hac in regione, iam prima medietate saec. XVI, plures nostri sodales servitio spirituali christianorum captivorum sese dedicarunt, nec defuere qui captivi et ipsimet facti sunt. Missione in insula *Tabarca* fundata a. 1628, missionarii curam captivorum meliori modo exercere potuerunt usque ad finem saec. XVII.

Missionarii in Algeria de quibus tractatur suo proprio loco:
Alexander a Genova († 1661)
Ambrosius a Soncino († 1601)
Dionysius (Scotti) a Piacenza († 1610)

Petrus a Piacenza († 1585)
Robertus ab Eboli († c. 1570)

BULLAR. CAP., IX, 75.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, III, 414 ss.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 562 ss.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. de France*, III, 277-84.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, 332-35; vol. III, 291 ss., 344.
DE GUBERNATIS, *Orbis seraphicus. De Missionibus* Tom. II, Pars II, p. 404.
ANALECTA CAP., 40 (1924) p. 252-60. *I Cappuccini lungo la costa africana nel sec. XVI. Relazione inedita del 1585.*

Alghero (*Alguerium*) in Sardinia. — Conventus erectus a. 1595, propter bellum Philippi V regis (1714) eversus est. Anno 1722 alter conv. erectus est cum ecclesia S. Rosaliae dicata quae domus supprimitur a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 328.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 409.
VOCE SERAFICA DELLA SARDEGNA, a. 1928, p. 74.

Algicira, vide *Alcira*

Alguerium, vide *Alghèro*

Alhama, in prov. Baetica seu Andalusiae. — An. 1641 nostrates domicilium acceperunt in conventu vulgo « *Ermita de N. S. de la Cabeza* »; sed post aliquot annos eum relinquere fuit necesse.

AMBR. DE VALENCINA, *Reseña hist.*, III, 52-56.

Alì (*Alisium*) in Prov. Messanensi. — Conventus sub tit. S. Franc. Ass. aedificatus a. 1589, clausus est per suppressionis legem a. 1867.

BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. XLIV.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 315.

Alicante (*Alonae, Lucentum*) in Prov. Valentina (Hispan.). — Conventus una cum Ecclesia sub tit. Immaculatae Conc., fundatus est a. 1599 et supprimitur lege civili a. 1835. — Nova domus religiosa ibi canonice erecta est a. 1940.

BULLAR. CAP., V, 415.
ESTADISTICA *Prov. Valencia* (1901), p. 10.
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 152. — 57 (1941) p. 33.

— Monasterium monialium *Capuccinarum* conditum est a. 1672, eiusque ecclesia dicata est SS. Sacramento.

BULLAR. CAP., V, 415.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 109.
CONSPECTUS TRIUM ORD. S. FR. (1929) p. 219.
TORRADEFLOT, *Crónicas de las Capuch.* II, p. VI.
LES VOIX FRANCISCAINES (Toulouse), 40 (1934) p. 36, 69, 100: *La Mère Ursule-Michelle Morata, clarisse capucine* (Ern. M. de Beaulieu). cfr. « *Collectan. Franc.* » an. 1939 p. 483 n. 49.

Aliminum, vide *Almenno S. Salvatore*

Alisium, vide *Alì*

Allahabad, Dioecesis in Indiis Orientalibus. — Vicariatus Apost. de *Patna* qui a. 1845 erat constitutus, in Dioecesim erigitur a. 1886 et nomen, ab urbe *Allahabad* illi datum est. S. Congr. de Prop. Fide, die 20 decem. 1890, eam fratribus Capuccinis Prov. Bononiensis commisit. Haec Missio plures passa est divisiones, ex quibus a. 1892 orta est Praefectura Apost. de *Bettiah*; an. 1932 (partim) Praef. Ap. de *Jubbulpore* et a. 1940 Praef. Ap. de *Jhansi* et Dioecesis *Lucknowensis*, nostratibus Prov. Bononiensis commissa. Quod remanebat de vetere Dioecesi Allahabadensi, fratribus Prov. Canadensis traditum est. Demum a. 1946 ab eadem Dioecesi, *Clero saeculari* concredita, pars seiungitur, qua nova erigitur Praefectura Apostolica de *Gorakhpur* et Provinciae Canadensi orientali committitur.

Series Episcoporum

1886 — Franciscus Pesci a Firenze
1897 — Carolus Gentili a Bertinoro
1899 — Victor Sinibaldi a Bologna
1904 — Petronius Gramigna a Castelbolognese. (1902-03, Administrat. Apost.)
1917 — Angelus Poli a Casola Valsenio
1946-47 — Idem, Administr. Apost.

Missionarii in Allahabad (praeter praefatos *Episcopos*) de quibus tractatur suo proprio loco:

De Vito Conradus a Provvidenti
Franciscus a Floriana (Malta)
Leo a Zabbar (Malta) († 1949)
Van den Bosch Emmanuel ab Anvers († 1921)
Victorius ab Appeltern († 1918)

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 55, tab. XXVI.
CATHOLIC CALENDAR *and Directory for the Archdiocese of Agra, Allahabad and Lahore* (1908) p. 71-115, 164-69.
CLEM. A TERZORIO, *Man. hist.*, p. 167-180.
IDEM, *Le Missioni*, IX, 531-49 (v. Ind. 613).
ADELHELMUS, *Monum. Anastasiana*, cfr. Ind. t. III, p. 1227; t. IV, p. 1111; t. V, p. 1301.
ADOLF STEIDL, *Miss. d. Kapuz.*, p. 37-42.
STREIT, *Bibl. Miss.*, VI, 201; VIII. 685, 981.
MISSIONI *dipend. da Prop. Fide* (1950) 214.
DICTIONN. HIST. ECCL., II, 467-69.
DAVIDE DA IMOLA, *La Missione dei Capp. di Bologna nell'India* (Conferenza). Imola 1927.
FRANCESCO DA CASTELFRANCO, *Sulle rive del Gange*, 1890-1940. Bologna 1940.
GIANGRISOSTOMO DA LUGO, *Elenco* dei Vescovi, Superiori Regol., Missionari di A. — *Registro* dei Missionari morti. — *Ricordi* dei Battesimi... — *Raccolta* di Iscrizioni circa le Chiese... — Cawnpore (India) 1927-29. Fasc. 11, in-4°.
PEREIRA J. B., *Historical Sketch of the Allahabad Diocese*. Allahabad 1940.
POLI ANGELUS, *Silver Jubilee of the Allahabad Mission* (Sermon) Allahabad 1915.
FIORI SERAFICI. *Numero unico nel 50° della Missione di A.* - Bologna, 1940. 16 pp. ill.

SOUVENIR *of the Silver Jubilee of St. Jos. Seminary*. Allahabad, 1944. 68 pp.
AU SERVICE DES MISSIONS: ...*la Mission des Capucins Canadiens aux Indes* (Allahabad). Montréal 1941, pp. 121.
ANALECTA CAP., 7 (1891) p. 13, Prov. Bonon. Mission. accipit. — 8 (1892) p. 165, Bettiah dioec. erigitur. — 49 (1933) p. 10, Praef. de Jubbulpore. — 56 (1940) p. 241, 293, *Constit. Apost. de nova Praef.* « *Jhansi* » *et nova Dioec.* « *Lucknowensis* ». — 63 (1947) p. 3, Nova Praefect. Ap. de Gorakhpur. (Cf. etiam *Index Gener.* voll. 1-50, 1884-1934 p. 114).
« CATHOLICUS » — (Publicatio periodica Dioecesis Allahabadensis). Ibi 1914 ss.
ECHO DE ST. FRANÇOIS (Montréal), an. 1946, p. 88-90, *La mission d'Allahabad* 1939-45.
ZELATORE FRANCESC. (Bologna) a. 1915, Supplemento al mese di Dicembre, « *La Missione di Allahabad e i Capp. della Prov. di Bologna* » *(1890-1915)*. an. 1940 p. 43-46, Cinquantenario della Missione.

* Quoad *Ephemerides* in hac nostra Missione editas vide sub v. Periodica.

Alma Vangaditiensis, vide *Badia Polésine*

Almenno S. Salvatore (*Aliminum*) in Prov. Mediolanensi. — Conventus sub tit. S. Hieronymi Doct. aedificatus a. 1586, supprimitur a. 1805.

BULLAR. CAP., II, 448.
VALDEMIRO, *Capp. Bergamaschi*, p. 41-43.

Almens-Rodels in Helvetia. — Fratres Capuccini Missionis *Raetiae*, ibi morati sunt ab a. 1628 ad a. 1930 curis paroecialibus incumbentes.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. XV, tab. XVI.
CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia* (v. Ind.).
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*. I, 443 (Ind.)
IDEM, *Man. hist. Miss.*, p. 41.
BÜRGLER, *Franz. Orden i. d. Schweiz*, p. 118.

Almirensis sedes titularis, vide *Halmyrensis* sedes titul.

Aloisius. — Prae oculis habeatur nomen gallicum *Louis* latine reddi *Ludovicus*, non autem *Aloisius*, nisi de nomine composito *Louis de Gonzague* agatur, tunc enim latine reddimus *Aloisium-Gonzaga*.

De *Aloisii* et *Ludovici* nominibus, vide brevem disquisitionem philologicam apud ephemeridem « *L'Eco di S. Francesco* » (Napoli) a. 1891, p. 520-24.

Aloisius a Bagnaia, Min. Gen., Prov. Romanae alumnus. — *Petroni* familia natus est a. 1776. Ordinem ingressus, munia Lectoris et Ministri suae Provinciae exercuit, atque per totam Italiam, usque in Aulam Neapolis et Siciliae regis, mira eloquentia claruit. Gregorius XVI eum oratorem S. Palatii Ap. sibi adscivit a. 1840; quod munus, ob officia quae illi supervenerunt, brevi tempore tenuit. In Ordine Procurator Gener. fuit electus a. 1838, Vicarius Gener. a. 1843 ac tandem supremus Moderator a. 1844. Anno insequenti (1845) Viterbii e vivis sublatus est.

BULLAR. CAP., X, 124-25.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 267, 269.
MAURO, *Il Predicatore Apost.*, p. 160-62.
MODENA A. V., *Elogio funebre*. Roma 1845.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 155 n. 59.
ITALIA FRANC. 20 (1945) p. 137-51 (contin.).
RESOCONTO PROV. ROMANA, an. 1945, p. 417.-19

Aloisius Gonzaga a Birtouta (Algeria) alumnus prov. Lugdunensis. Ortus est genere *Foret* a. 1877 et seraphicum habitum sumpsit a. 1896. Missionarius in Syria ex a. 1919, laboriosum apostolatum exercuit, et a. 1935 huius missionis moderator electus est. Obiit d. 23 iunii 1937. — Studiis sedulo vacavit et arabica lingua pollens historiae et inquisitioni *Mss. arabicorum* a nostris missionariis scriptorum totus se addixit; qua de re nonnulla edidit studia praesertim in nostra « Collectan. Franc. » et quidem: *Les anciens missionnaires Capucins de Syrie et leur écrits apostoliques de langue arabe* (T. I-II, 1931-32). — « *Quelques aperçus de la vie des Capucins à Bagdad au début du XVIII siècle* (T. IV, 1934). — « *Un document sur la conversion au catholicisme de Grégoire Pidzak* » (T. VI, 1936). — « *Une réfutation inédite du Coran au XVII*e *siècle* (T. VII, 1937). — Insuper in gallicam linguam transtulit Tractatum asceticum cuiusdam nostri missionarii (« *Traité inédit sur la Présence de Dieu* ». Assisi 1935).

ANALECTA CAP., 53 (1937) p. 170 s. (Necrol.).
COLLECTAN. FRANC., 11 (1941) p. 653 s. nn. 292-95; 298-99 (Not. et Bibliogr.).
PETIT MESSAGER DE ST. FR. (Lyon) a. 1937, p. 302 s.

Aloisius a Caltanissetta, *Proc. Gen.*, Prov. Panormitanae Lector et Moderator. Anno 1819, a S. Sede nominatus est Definitor et Procurator Gener., quod officium persolvit usque ad a. 1824. Obiit Panormi a. 1843. Natus fuerat e familia Curatolo a. 1774.

ANTONINO, *Stor. Prov. Palermo*, IV, 158, 164, 224.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 257.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 155 n. 53.

Aloisius a Casarano, Prov. Apuliae († c. 1700). — Gente *Tasselli* ortus, munus Oratoris et Theologi doctoris tenuit. Missionarius ivit in Moream (Graeciam) et a. 1647 huic Missioni praefuit. Hellenica lingua apprime pollebat unde factum est ut de rebus Ecclesiae Orientalis optime senserit et operam dederit ad unionem Ecclesiarum dissidentium. Inter cetera edidit: *De primatu Summi Pontificis adversus Graecos illum impugnantes*. Lycii, 1644. — *De Ritibus Graecis et Latinis deque eorum mysterio*. Ib. 1644. — *Antichità di Leuca nel Capo Salentino*. Lecce 1693 et 1859.

ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, III, 146.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 5.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 274 (v. *Ludovicus*).
JOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 293, 307
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 3.
SALVATORE, *I Capp. nelle Puglie*, p. 292.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 651 (Tasselli).
VILLANI, *Scrittori Pugliesi* (1904), p. 1066.
ITALIA FRANC., 13 (1938) p. 188-210.

Aloisius a Castel del Piano, vide *Magliacani A.*

Aloisius a Castiglione, v. *Cannavò A.*, episc.

Aloisius a Crema, laicus Prov. Romanae. — Familia *Cerioli* ortus an. 1763, ab Episcopo Cremae Romam missus est ut artem pingendi disceret. In alma Urbe hospes apud nostrates fuit, unde Ordinem admiratus, et ipse in laicorum statu aggregari voluit. Per annos decem *Pompeii Batoni*, pictoris eximii, auditor fuit. Familiaritatem habuit cum aliis pictoribus et sculptoribus, imprimis cum *Canova*. Opera praeclara composuit pro Ecclesiis et pro civibus, quae numero, varietate et venustate prorsus singularia reputantur. Romae obiit a. 1816.

VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*. p. 473-75, 588 s.
IDEM, *Capp. Milanesi*, II, p. 663-66.
CORNA, *Dizion. Arte ital.* (v. *Crema*).

Aloisius-Gonzaga ab Ingrandes, Prov. Parisiensis. — Natus a. 1875, habitum induit a. 1892. In pluribus periodicis foliis scribens, multum contra massonicas sectas bellavit. Durante bello, in Oriente rem militarem, tandem ut castrensis cappellanus, secutus est. Die 27 iul. 1932 mortuus est. Multa scripsit inter quae: *Mons. Vital Ant. Gonzalves de Oliveira évêque d'Olinda* (1912); *Le P. Ange de Joyeuse* (1928).

HILAIRE DE BARENTON, *Le P. Louis de Gonzague, journaliste, poète, historien, aumônier*. Paris 1935. (cf. Collectan. Franc. 1938 p. 489 n. 891).

Aloisius a Lavagna, alumnus prov. Genuensis, natus an. 1801, Capuccinus an. 1825. — A Superioribus generalibus an. 1841 Lugdunum (Lyon) mittitur ad instaurandam illam provinciam. Anno 1850 in Angliam proficiscitur, ubi varias domus fundavit. Anno demum 1856 Canadam petiit et anno subsequenti, die 17 martii, sancte obiit in *Toronto*, relinquens ubique memoriam pietatis, caritatis et activitatis apostolicae.

MOLFINO, *Capp. Genovesi*, I, 172-74, 393-402.
IRÉNÉE, *Hist. des Cap. de France*, I-II Partie, p. 332-44.
WILLIAM, *Capuch. in England*, p. 36, 46-48.
WULSTAN [OF LONDON], *The Life of Louis of Lavagna*. London, 1950.
ANALECTA CAP., 19 (1903) p. 210-19; 25 (1909) p. 240 ss.
COLLECTAN. FRANC., 4 (1934) p. 25-58. *Le P. Louis de Lav.* (Candide de Nant.) — 9 (1939) p. 296 n. 161.

ECHO DE ST. FRANÇOIS (Ottawa), a. 1931 p. 153-55.
FRANCISCAN ANNALS, 19 (1895) p. 78, 100. — 24 (1900) p. 208, 310. — 72 (1950) p. 199-208.
FRANCISCAN EDUC. CONFER., 18 (1936) p. 186.

Aloisius a Livorno, Prov. Tusciae. — Domo *Biscardi*, ad nos venit a. 1755. Contra gliscentes per Hetruriam Jansenistarum graves errores strenue decertavit verbo et scriptis. Hinc in Umbriam demigrare necesse habuit. In Tusciam post multos annos reversus, novosque errores contra matrimonium refutavit, et civicum iuramentum a gallico gubernio clero iniunctum illicitum esse demonstravit. Obiit d. 16 febr. 1816.

MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 313. 473-91, 681.
SISTO, *Stor. Capp. Toscani*, II, 555 (Ind.).
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 1544.

Aloisius a Masamagrell, v. *Amigó A.* episc.

Aloisius M. a Pavia (*Meda*) e prov. Mediolanensi, virtute ac in divini verbi praedicatione clarus († 1800). Sub falso nomine « Licinio da Guatimira » opus edidit: *Osservazioni critiche sopra diversi Oratori...* 2 voll., Pavia 1786-87.

ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 231.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 483 s.
ECO S. FRANC., a. 1876, p. 600 s., *Traslazione delle ossa del P. Luigi Meda da Pavia*.

Aloisius a Ploaghe, *Proc. Gen.*, alumnus Prov. Turritanae (Sassari) in Sardinia. — Nominatus per decret. S. Sedis a. 1859, Definitor et Procurator Gener., obiit durante munere a. 1867.

FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 283.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 156 n. 65.

Aloisius M. a S. Anna, v. *Colturato A.* episc.

Aloisius a Taggia, vide: *Baccini A.*, episc.

Aloisius a Trento, vide *Puecher Passavalli A.*

Aloisius M. a Verona (fam. *Frangini*) Prov. Venetae. — Ortus a. 1725, Regulam professus est a. 1746. Pictor praesertim opera composuit linearia pluma distenta, quae fere omnia deperdita sunt, si excipias exemplar B. M. Virginis ab opere G. Reni desumptum (1780), quod exstat Veronae in sacrario Ecclesiae Philippinorum, et *Ecce Homo* opus originale in nostra Ecclesia SS. Redemptoris (Venezia). Obiit martyr veritatis tempore gallicae eversionis d. 8 iun. 1797.

MARTYROLOG. FRANC. (1939) d. 8 iun.
PIGHI ANT., *Cenni biografici del P. Luigi da Ver.* - Verona 1888.
ATTI PROV. VENETA, a. 1942 p. 148-53, *La morte del P. Luigi, alla luce di doc. inediti*. (Gerardo da Villafranca).
MISCELLAN. FRANC., 5 (1890) p. 110.
LE VENEZIE FRANCESCANE, 2 (1933) p. 218-32, *Una ingenerosa rappresaglia napoleonica. Fr. Luigi M. da V. fucilato nel* 1797. (F.

Ferroni). — Cfr. *Collectan. Franc.*, an. 1936, p. 463 n. 371.

Aloisius-Gonzaga a Vézeronce, vide: *Lasserre A.-G.*, episc.

Aloisius a Zaragoza, vide *Ludovicus a Caspe.*

Alonae, vide *Alicante*

Alonso y Nistal Benvenutus, episc. — Natus est Carucedo (Astorga) a. 1871. Sacerdos ordinatus a. 1895, post duos annos Ordinem ingressus est in Prov. Castellae. An. 1910 missionem *Venezolanam* petiit ibique die 26 nov. 1923 electus est Vicarius Apostol. de *Caroni* (Venezuela) et d. 23 dec. eiusd. anni eligitur Episcopus titul. *Dorylaënsis.* Obiit d. 23 maii. a. 1938.

BUENAV., *Necrol. de Castilla*, 23 mayo.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, p. 286, 301.
ANALECTA CAP., 40 (1924) p. 16; 54 (1938) p. 248-51.
MENSAJERO SERÁFICO, a. 1942, mayo, p. 9; ag. p. 13; sept. p. 9; oct. p. 14; dic. p. 12 — an. 1943, p. 159 (contin.).

Alost, vide *Aalst.*

Alphonsus III, Dux Mutinensis. vide: *Ioannes Bapt. ab Este.*

Alphonsus a Chartres (Carnotensis) prov. Parisiensis concionator († 1687). — In sacris disciplinis fuit valde eruditus. Opus praeclarum typis mandavit sub titulo: *Demonstrationes Evangelicae.* Voll. 2, Parisiis 1669. Item *Opera omnia* P. Ivonis Parisiensis notis illustravit atque edidit. Voll. 3, Ibid. 1680.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 6.
EMMAN. DE LANMODEZ, *Les Gardiens des Capucins à Paris* (1893) p. 22.
DICTIONN. DE SPIRIT., I, 355.
DICTIONN. D'HIST. ECCL., II, 708.

Alphonsus M. ab Hadamar, Prov. Rhenano-Westph. — E domo *Neyssen* natus a. 1838, admissus ad Ordinem a. 1858. Missionibus et Exercitiis Spiritualibus fere per totam Germaniam se exercuit. Suae Provinciae bis praefuit dum insaeviebat persecutio nomine Kulturkampf cognita. Obiit d. 29 ian. 1895.

HAFFNER P.-L., *Zum Andenken an P. Alphons M. - Trauerrede.* Mainz, 1895.
ANALECTA CAP., 11 (1895) p. 96 (Necrol.).
ASSISI-GLÖCKLEIN, a. 1933, p. 23, 64, 103, 127.

Alphonsus a Medina Sidonia. — Familia *Lobo* (Lupus) in Hispania natus est circ. a. 1510. Anno decimoseptimo vitae suae in Hispania habitum FF. Minorum Excalceatorum induit, et Magister egregius Theologiae et Orator celebratissimus evasit. Romam profectus circa a. 1570, ad nostros Prov. Picenae evolavit a. 1573. Totam Italiam peragravit, coenobia virorum et monialium funditus erexit. S. Carolus Borromeo eum pluries expetivit et eius opera usus est in reformatione suae Dioecesis. Ad Hispaniam reversus a. 1591 Barcinonae obiit d. 15 oct. 1593. Nonnulla Mss. reliquit de re ascetica et morali.

BOVERIO, *Annales*, II, 504-513.
ANNALES MINORUM, t. 23 ad a. 1595 nn. 31-4[illegible]
FLORES SERAPHICI, II, 407-415 cum figura.
PALOCCI, *Frutti Serafici*, p. 301-04.
LEGGENDARIO FRANCESCANO, VI, 65-74.
MARTYROL. FRANC. (1939) d. 15 oct.
LIBER MEMORIALIS O. CAP., p. 18-21.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 6.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 46.
FRANCISCALIA (Barcelona, 1928) p. 230.
HURTER, *Nomenclator*, III, 249.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 41 ss., 6[illegible]
GIUS. DA FERMO, *Scrittori Marcheg.*, p. 1.
VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, II, 19-21.
VIVES, *Biogr. Hisp. Cap.*, p. 67-79.
ANDR. DE PALMA, *Iconogr. Caputxina de Catalunya*, I Serie, p. 19.
ARCHIVO IBERO AMERICANO, 21 (1924) p. 158 — 25 (1926) p. 344, Not. bio-bibliogr.
ANALECTA CAP., 41 (1925) p. 27-32.

Alphonsus a Rumilly (*Dunoyer*) prov. Sabaudiae lector definitor et minister. — Collegio S. Fidelis in Urbe praefuit a. 1853-5[illegible] Ordinis definitor et procurator exstitit a a. 1855 ad a. 1859. Plures quoque legationes nomine S. Sedis persolvit tamquam Commissarius et Visitator Apost. in America, Syria et Constantinopoli. Ortus a. 1802, vitam finivit in sua provincia a. 1868.

ADELHELMUS, *Monumenta Anastasiana*, III p. XVIII (biogr.), cf. Ind. p. 1201; IV, d Ind. p. 1083.
EDUARDUS, *Collegii S. Fidelis hist.* (v. Ind.)
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 278.
JEAN DE COGNIN, *Les Cap. en Savoie*, p. 265 s[illegible]
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 156 n. 64.

Alphonsus a Torino di Sangro, Prov. Aprutinae. — Pictor egregius, Romae, instante Ministro Gener., per aliquot annos deguit in sua arte proficiendi causa. Ibi percelebrem *Fracassini* magistrum arte sua iuvit parietibus pictorice ornandis Basilicae S. Laurentii extra moenia. Exstant inter alia eius opera: *Caena* (Conv. Cap. Sulmona); *Virgo puerum Iesum adorans* (Casalbordino in Sanctuario Miraculorum). Obiit Sulmonae d. 27 ian. 1908.

PAOLINO DA BAGNO, *Necrologio d. Prov. degli Abruzzi*, sub diem 27 gennaio.

Alraium, vide *Auray*

Alsasua in Prov. Navarro-Cant.-Aragonensi. Conventus fundatus est an. 1906 sub titulo S. Ioseph. Collegio seraphico destinatur e c. 150 alumnos continere potest.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 26 tab. XXVI.
COLEGIO SERAFICO *de la Div. Pastora dirigido por los PP. Capuch. - XXV aniv. de la fundación.* Pamplona 1928.
IDEALES SERÁFICOS. *Revista trimestral por los Niños seráficos de Alsasua.* — 1934 ss.

Alsatia, vide *Strasburgensis Provincia.*

Altamura (*Altilia*) in Prov. Apuliae. — Conventus a. 1563 aedificatus, supprimitur lege civili a. 1861. Ecclesia S. Mariae Angelorum dicata fuit.

BULLAR. CAP., III, 317.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 181.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 87.

Altare Privilegiatum. — Iampridem, an. scilicet 1584, Vicario Generali Iacobo de Forosarsinio vivae vocis oraculo Domini Papae concessum est ut quaelibet Provincia ultramontana tria altaria privilegiata, totidem in ecclesiis haberet. Id Paulus V ad omnes, etiam futuras, Provincias extendit (1608); et Urbanus VIII indulsit ut privilegium ex uno ad aliud altare, si opportunum censeatur, transferri posset. Dein Benedictus XIII omnia nostrarum ecclesiarum altaria maiora privilegiata fecit pro tribus vicibus in hebdomada, perque totam Defunctorum omnium octavam. Quod privilegium Benedictus PP. XIV quotidianum in perpetuum voluit, etiam pro Monialium Capuccinarum ecclesiis. Idem iam concesserat, ut quodlibet altare nostrum privilegiatum fieret, quoties in eo Missa celebraretur, iuxta Constitutiones, pro anima alicuius fratris defuncti.

BULLAR. CAP., I, 52, 53 (nota), 169; III, cfr. Index, p. 331; VII, 425; VIII, 25, 125.
ORDINATIONES *et Decis. Capit. Gen. O. Cap.* (ed. 1851) p. 285 (n. 53).
CAMPELO IOS., *De Indulgentiis Seraphici Ordinis* (1943), p. 418 ss. (notitiae histor.).
PETRUS A PALERMO, *Selectae notationes super indulto Altaris maioris privilegiati in omnibus ecclesiis FF. Min. Capuccinorum* Panormi 1751.

Altdorf (*Altorffium*) in Prov. Helvetica. — Anno 1581, iuxta Sacellum Omnium Sanctorum, Fratribus domuncula assignata fuit. Conventus et Ecclesia, paulo post exstructa igni consumpta sunt (a. 1799), sed a. 1806 nova constructio perfecta est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP., IV, 26, 364.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 6-8, 783 (Ind.).
MONUMENTA HIST. O. CAP., VI, num. 528.
BÜRGLER, *Franziskus-Orden i. d. Schweiz*, p. 40-42.
SCHWEIZER. KAP. PROV. — Festschrift. p. 31-39, 409 (Ind.).
COLLECTAN. HELVET. FRANC., I, (1932-38) p. 263 ss. *Die ersten Kapuz. in A. (1574-1581)*; p. 316 ss. *Gesch. des ersten Klosters in A*

— Monasterium Sororum *Capuccinarum* III Ord. claustralis, ibi exstat ab a. 1677; ecclesia dicata est S. Carolo Borrom.

BULLAR. CAP., IV, 365.
GREIDERER, *Germania franc.*, II, 658 s.
BÜRGLER, *Franziskus-Orden i. d. Schweiz*, p. 171-73.

Altefat. Hoc nomine, seu adiectivo, *erronee* a nonnullis nostris auctoribus vocatus est *Henricus de Lotharingia*, seu *de Vaudemont*, episcopus Virodunensis († 1623).

ANALECTA CAP., 16 (1900) p. 149 (nota 2).

Altenburg, vide *Magyaróvár.*

Altilia, vide *Altamura*

Alto Alegre in Brasilia sept. (Missio de Maranhão). — Anno 1896, Carolus a S. Martino Oleano (Prov. Mediolanensis) *coloniam pro Indis* ibi fundavit sub nomine S. Iosephi de Providencia. Cum res bene prosperarent, magnum excidium factum est a barbaris silvicolis die 13 mart. 1901, in quo crudeliter mactati sunt plures christiani, quattuor missionarii Prov. Mediolanensis et septem Sorores III Ord. Regul. vulgo de Loano, quae illuc ab a. 1899 alacriter adlaborabant.

Nomina *missionariorum* sunt: PP. Rinaldus a Paullo, Zacharias a Malegno, Victor a Bergamo et Fr. Salvator ab Albino. — Nomina vero *Sororum* sunt: Eleonora Tassone a Peveragno, Agnes Colombo a Rovagnate, Maria D'Agnino a Voltri, Benedicta Fretta ab Arenzano, Euphemia Machello a Daglio, Natalina Parodi a Voltri, Anna a S. Carolo ex civitate S. Luiz.

CLEM. A TERZ., *Man. hist. Miss.*, p. 342.
MODESTO, *Mission. no Brasil*, p. 464.
BARTOLOMEO DA MONZA, *Massacro di Alto Alegre. Note storiche.* Milano, 1909.
CASATI GIOV. (sac.), *Le Primizie del secolo (I missionari Capp. di Alto A.)*, Milano 1926.
TIMOTEO DA BRESCIA, *Alto Brasile, Missioni dei Capp.* (Milano 1911) pp. 131-95.
ANALECTA CAP., 20 (1904) p. 54, 109, 173 (Memorie del massacro di Alto Alegre).
ANNALI FRANC. (Milano), fasc. 1 Marzo 1941 (*Numero commemorativo* dei martiri di Alto Alegre).
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 2 (1926) p. 174-77, *Die Martyrer von Alto Alegre.*

Alto Solimoes in Brasilia, vide *Solimoes superior.*

Altomonte in Prov. Consentina. — Conventus aedificatus a. 1590-97 sub tit. S. Franc. Ass., clausus fuit ob eversionem Napoleonis.

BULLAR. CAP., III, 314.
FIORE, *Calabria illustrata*, II, 416.

Altorffium, vide *Altdorf*

Altötting (*Vetoettingae*) in Prov. Bavarica. — Locus in Germania celebratur ob Sanctuarium B. M. Virginis, cuius origo ad saec. VII producitur. Illic Fratres nostros binos habent Conventus, alterum qui a. 1654 a FF. Minoribus Reformatis erectus cum ecclesia sub titulo S. Annae, a. 1802 nobis traditus est. Anno 1910 nova et amplior ecclesia exstructa est sub eodem titulo S. Annae. — Alter Conv.

originem ducit a PP. Societatis Iesu (1591) nobisque traditus est a. 1877. Ecclesia a. 1697-99 exstructa, consecrata est in honorem S. Mariae Magdal. Poenit.

In hoc loco per 43 annos vixit obiitque an. 1894 S. Conradus a Parzham.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14 tab. XV.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 98-105, 257-61.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 781 (Ind.).
DIE NEUE ST. ANNA-KIRCHE, Altötting 1912.
ARSACES LANDGRAF, *Kleiner Pilgerführer durch den Gnadenort A.* Ib. 191..
IDEM, *Geschichte d. Wallfahrt uns. Lieben Frau in A.* Ib. 1906.
CYPRIANUS V. EGGENFELD, *Das Gnadenbild uns. L. Frau v. A.* Ib. 1919.
FRANZ JOS. GRÜNER, *Der Bayerische Sodalentag in A.* Ib. 1913.
JOS. ANT. v. HARSBERG, *Warum eine Neue Kirche in A.* Ib. 1909.
IDEM, *Andenken an die Hebebaum-Feier der St. Anna Kirche in A.* Neuötting 1911.
MEHLER J., *Gesch. d. Wallfahrtsseelsorge in A. - Die Tätigkeit der Kapuziner seit 1803.* Regensburg 1929.
SCHEGLMANN A. M., *Die Säkularisation in Bayern*, II, 234-245.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 121, 136; 29 (1913) p. 14, 289 (Nova ecclesia S. Annae).

Altstätten in Helvetia. — In perantiquo monasterio (a. c. 1260) Sorores Capuccinae III Ordinis claustralis inhabitant ex a. 1609. Ecclesiae titulus: S. Maria Auxiliatrix.

BULLAR. CAP., IV, 365.
GREIDERER, *Germania franc.*, II, 662.
BÜRGLER, *Franziskus-Orden i. d. Schweiz*, p. 174-76.

Alvacina, vide *Albacina*

Alvaneu, Alvegnino, in Helvetia (Grigioni). — Oppidum Missionis *Raetiae*, in quo fratres Capuccini apostolatum et curam animarum exercuerunt ab a. 1686 ad a. 1890.

CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia* (v. Alvignino).
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 443 (Ind.)
BÜRGLER, *Franziskus-Orden i. d. Schweiz*, p. 118.

Alvaschein, Alvesagno, in Helvetia (Grigioni). — Ibi nostri missionarii *Raetiae* ditionis ministerio spirituali incubuerunt ab a. 1700 ad a. 1922.

CLEM. DA BRESCIA, *Storia Miss. Rezia* (v. Ind.)
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 41.
IDEM, *Le Missioni*, I (v. Ind. p. 443).
BÜRGLER, *Franziskus-Orden i. d. Schweiz*, p. 118.

Alvegnino in Helvetia, vide *Alvaneu*.

Alvesagno in Helvetia, vide *Alvaschein*.

Alvetum, vide *Alvito*

Alvito (*Alvetum*) in Prov. Neapolitana. — An. 1597 parvus Conventus una cum sacello S. Mariae Gratiarum dicato, exstructus fuit. Relictus est ante suppressionem napoleonicam.

BULLAR. CAP., III, 308.
BONAVENTURA, *Capp. Prov. Napoli*, p. 9.

Alwaye in Commissariatu Prov. Indiarum Orientalium. — Conventus erectus est a. 1937 una cum ecclesia in honorem S. Francisci Assisiensis. Suppressus est an. 1947.

ANALECTA CAP., 53 (1937) p. 171; 64 (1948) 10.
« DEO GRATIAS » (Paris), a. 1937, p. 139-44, 173-78.
IL MASSAIA, 24 (1937) p. 243-46.

Alzey (*Alzeja*) in Prov. Rhenano-Westph. — Domus pro fratribus iam ab a. 1686 impetrata est; sed novus Conventus exstruitur a. 1700-1703. A Gubernio gallico suppressus est a. 1802.

BULLAR CAP., IV, 385.
BRILMAYER, *Rheinhessen in Vergangenh. u. Gegenwart* (1905), p. 30 s.
HIEROTHEUS, *Provincia Rhen.*, p. 36.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.*, p. 145-47.
KILIAN MÜLLER, *Aufheb. d. Wallf. Nothgottes* (1907) p. 92.
WAGNER G. W. J., *Die vormalig. geistl. Stifte im Grossherzogtum Hessen*, II, 1878, pag. 228 s.

Amadeus a Bayeux, antiquae Prov. Normanniae. — Religionis habitum sumpsit a. 1642. In S. Theologia Doctor effectus, magnus Praedicator evasit ac multum contra calvinistas bellavit. Sententias eorum impugnavit, qui Ordini nostro negabant ius admittendi omnes ad habitum Tertii Ord. saecularis. Praeclare opus eius manet: *Paulus Ecclesiastes, seu Eloquentia Christiana qua orator evangelicus ad ideam et doctrinam Divi Pauli efformatur*, Parisiis 1670 (minime 1662); Venetiis 1720, 1737; Augustae Vindel. 1745: edidit etiam opuscula ad III Ord. spectantia. Obiit a. 1676.

BULLAR. CAP., I, 120.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 7.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 173.
JOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 56.
MELCHIOR, *Hist. O. Cap.*, vol. III, 17, 450.
ROCCO DA CESIN., *Storia Miss.*, II, p. 371.
MAXIMILIAN NEUMAYR, O. CAP., *Die Schriftpredigt im Barok.* (1938) p. 185 (Index).
ANALECTA CAP., 27 (1911) p. 237-38.

Amadeus ab Orvieto, prov. Romanae. Lector; Postulator Gener. (a. 1861-1885) et S. Congr. Indulg. Consultor († 1885).

ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 192 — 54 (1938) p. 221.
ECO S. FRANC., a. 1885, p. 258-59.
ITALIA FRANC., 14 (1939) p. 213.

Amadeus a Sankt Veit (*Hintner*), alumnus prov. Tirolensis, ortus an. 1837, habitu seraphico indutus an. 1865, obiit Bregenz die 14 ian. 1900. — Concionator fuit famosus primusque omnium regiones de *Baden*, de *Vo-*

rarlberg ac de *Württemberg* excoluit missionibus atque exercitiis spiritualibus magno cum successu. De innumerabilibus concionibus habitis, duae tantum typis sunt impressae (Bregenz, 1885 et 1892).

CASSIAN, *Liter. Tätigkeit*, p. 22.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Kap.*, II, 631 ss.
SCHULTE, *Festschrift* (1928), p. 28.

Amadeus a Zedelgem (*Teetaert*), alumnus Prov. Belgicae, natus an. 1892, habitu seraphico indutus an. 1910, Romae obiit in Collegio S. Laurentii a Brundusio die 2 martii 1949. — Vir fuit bona intelligentia, tenaci voluntate et magna operositate praeditus. Iam doctoris laurea insignitus in Universitate catholica Lovaniensi an. 1924, biennio post sacrae Theologiae magister renuntiatus est; peculiari autem praemio a Gubernio obtento, exteras nationes, studiis vacandi causa, peragravit. Demum ab an. 1930, Assisii apud Collegium S. Laurentii Brundusini, inde ab an. 1940 Romae apud Institutum Historicum Ordinis, magna cum sollertia moderatus est commentarium periodicum *Collectanea Franciscana*.

De studiis Medii Aevi comparatis ad scholam franciscanam necnon de historia ac bibliographia franciscana plurima reliquit monumenta vel in commentariis periodicis, ex. gr. *Collectan. Franc.*, *Ephemerides Theol. Lovanienses*, *Etudes Franciscaines*, *Revue d'Histoire Ecclésiastique*; vel. in variis dictionariis, praesertim in Gallia editis. Inter opera varia ab eo edita haec adnotamus: *La Confession aux laïques dans l'Eglise latine depuis le VIIIe siècle. Etude de théologie positive* [Dissertatio ad magisterium]. Brugge, 1926, pp. 509. — *Le péché originel d'après Abélard*. Barcelona, 1928.

COLLECTAN. FRANC., 19 (1949) 278-85, *Curriculum vitae et de operositate litteraria* (P. Melchior).
L'OSSERVATORE ROMANO, 1949, 5 marzo, p. 3.
VOX MINORUM CAP. BELG., III, 1949, p. 246-48 (biogr.), p. 385-95 (Ind. operum P. Am.).

Amalfi (*Amalphia*) in Prov. Neapolitana. — Insignis Abbatia S. Petri apost., saec. XIII erecta nostratibus cessa est a. 1583. Suppressa a. 1815, Fratribus iterum oblata est a. 1840; at post novissimam suppressionen a. 1866, locus in publicum diversorium, sub nomine « *Hôtel dei Cappuccini* », mutatus est.

BULLAR. CAP., III, 24, 308.
BONAVENTURA, *Capp. Prov. Napoli*, p. 8.
ECO S. FRANC. (Napoli) a. 1898, p. 562 s.

Amándola (*Amandula*) in Prov. Picena. — An. 1540 primus Conventus fundatur apud aediculam B. M. V. (vulgo *della Sportella*); quo relicto, alter iuxta Ecclesiam S. Bernardini Senensis exstructus est a. 1625. Conventus sub se hospitium prope Sanctuarium dell'Ambro habet (vide *Ambro*).

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 437; VIII, 367.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov.*, p. 369.
IDEM, *I Franc. nelle Marche*, p. 39.
BULLETTINO DI STUDI BERNARDINIANI (Siena), 9 (1943) 20-22, *Chiesa dei Capp. a S. Bernardino*.
VITA FRANCESCANA (Loreto) a. 1929 p. 78.

Amandus a Gent (*van Houcke*), simplex sacerdos provinciae Belgicae (1572 † 1638). — In linguam flandricam vertit opus hispanicum « *Oratorio de Religiosos* » Antonii de Guevara episcopi, O. F. M. († 1544). Translatio (*Leeringhe der Religieusen*) edita fuit Antuerpiae an. 1626 (non autem 1646 nec 1664), et iterum Gandavi an. 1719, cura, uti videtur, P. Alberti a 's-Hertogenbosch.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 31.
P. HILDEBRAND, *P. Amandus van Gent, en zijn nederlandsche vertaling van Ant. Guevara*, in « ONS GEEST. ERF » III, 1929, pag. 341-46 (v. infra *Collectan.*).
COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) 270; 2 (1932) 296.
FRANC. LEVEN, 12 (1929) p. 88-92.

Amandus a Graz (Graecensis), concionator celeber et suae prov. Styriae bis Moderator († 1700). Typis mandavit Conciones quadragesimales et alios Sermones plurimis voll.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 7.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 693.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 54-56.
KRETZENBACHER LEOPOLD, *P. Amandus v. Graz. Zum 250. Todestag eines steirischen Volkspredigers*, in « Aus Archiv u. Chronik Blätter f. Seckauer Diözesangesch. », III, 1950, p. 19 ss.

Amantea (*Amanthea Concordia*) in prov. Consentina. — Conventus erectus a. 1607 una cum ecclesia sub tit. S. Mariae de Portosalvo, relinquitur tempore suppressionis napoleonicae.

BULLAR. CAP., III, 79-81, 314.
FIORE, *Calabria illustrata*, II, 416.

Amastra, vide *Mistretta*

Amathusia *sedes titularis episcopalis*. — Hoc titulo honestatus est a. 1834 Iulius Caesar SCOTTI a Caravaggio ex Ord. Cap. († 1863).

Amatrice (*Amatrix*) in Prov. Aprutina. — Monasterium S. Catharinae a monialibus S. Benedicti iam antea derelictum, fratribus Prov. Umbriae oblatum est a. 1569. Suppressum a. 1866, ecclesiae custodia a nostris usque ad a. 1888 servata est.

In hoc loco an. 1612 obiit S. Iosephus a Leonessa, cuius corpus postea (1639) a suis concivibus in patrium locum furtim translatum est.

BULLAR. CAP., II, 135, 435.
FILIPPO, *I Capp. d'Abruzzi*, p. 12.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAFICA, p. 24.

Amatus a Lamballe, antiquae Prov. Britanniae. — Natus est *Landehen* prope Lamballe

illustri familia *Boscher de la Villéon*. Professionem religiosam emisit a. 1711. Per tres vices, exstitit Minister Prov. et ad officium Procuratoris Gen. electus est a. 1754 et 1761. Denique a. 1768 Minister Gener. (inter Gallos primus) proclamatus est. Multum pro rebus Ordinis in Gallia ac pro bono pacis apud regem Ludovicum XV ac viros Principes laboravit. Parisiis a. 1773 d. 17 maii defunctus est.

BULLAR. CAP., VIII, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 39.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 218, 221, 227.
DICTIONN. HIST. ECCL., I, 1171.
ANALECTA CAP., 8 (1892) p. 267. — 12 (1896) p. 154 n. 43.

Amazonia in Brasilia.
vide *Maranhão, Solimoes*.

Ambanja in insula *Madagascar* (Africa or.). — Praefectura Apost. *Insularum Mayottae, Nossibeae et Comorae*, a. 1848 instituta, nostrae Prov. Alsatiae (Strasburgensi) concredita est d. 2 febr. 1932. Haec praefectura, an. 1938 nuncupata est Praef. Ap. de *Ambanja*, (decr. S. Congr. Prop. Fidei, d. 14 iun.).

Praefecti Apostolici

1932 Callistus Lopinot a Geispolsheim
1937 Adolphus Messmer a Wingen

Bibliographia

CLEM. DA TERZ., *Le Miss. Capp.*, X, 634-41.
GUIDA DELLE MISSIONI CATT., (1934) p. 276.
DIE KAPUZINER - MISSION *auf Madagascar-Jahresbericht*. Strasbourg 1920 ss.
LA MISSION DES CAPUCINS À MADAGASCAR. (Publicatio annualis). Strasbourg 1930 ss.
MISSIONI *dipend. da Prop. Fide* (1950) 196.
ANALECTA CAP., 48 (1932) p. 145, 162; 49 (1933) p. 290-94; 54 (1938) p. 195; 55 (1939) p. 73-76; 56 (1940) p. 72-75. *Relationes Super. Miss.*; 63 (1947) p. 12, *S. Fidelis eligitur Patron. Miss.*; p. 130, *Regiones quaedam Praefecturae adnectuntur*.
COLLECTAN. FRANC., 11 (1941) p. 635 n. 167-73
DEO GRATIAS. (Periodicum Prov. Parisien.), 14 (1934) p. 79, 117. 150: *La Mission des îles Mayotte...* (Callistus Lopinot).
MISSIONNAIRES CAPUCINS. *Revue...* (Paris). an. 1947, nov.-déc. p. 9 ss.

Ambianum, vide *Amiens*

Ambro in Prov. Picena. — Ab a. 1893 Fratribus nostris demandata est custodia Sanctuarii B. M. V. de *Ambro*, a PP. Benedictinis saec. XI fundati. Exstat in montanis ad *Montefortino* iuxta *Ambro* rivum: an. 1925 Imago B. M. V. sacra diademate honestata est.

LUIGI DA MONTERADO, *La Madonna dell'Ambro. Cenni storici*. Tolentino, 1934.

Ambrosi Hyacinthus, episc. — Ortus est Tergeste (Trieste) d. 29 ian. 1887 et Ordinem ingressus est Venetiis a. 1902. Sacerdotio auctus a. 1909, explevit munera Lectoris philos. Definitoris et Ministri Prov. (1932-35). Munere Parochi functus est etiam ab a. 1924 apud Basilicam vulgo *della Tomba* in civ. Adria. Pius XI. d. 13 dec. 1937 eum praefecit Ecclesiae Cathedr. Clodiensi (Chioggia).

ANALECTA CAP., 54 (1938) p. 13.
BOLLETTINO FRANC. (Padova) 1938 p. 25-30, 63.
BOLLETTINO *della Diocesi di Chioggia. Ufficiale per gli Atti vescovili*. Chioggia. 1937 ss.

Ambrosio (D'), vide *D'Ambrosio*.

Ambrosius ab Amelia, Prov. Umbriae. — Genere *Assettati* ortus est a. 1614 et Ordini nomen dedit a. 1632. Magister Novitiorum et Concionator illustris fuit. Dum quadragesimales dicit orationes in pago S. Donato in Poggio in Tuscia, fama sanctitatis obiit d. 31 mart. 1666.

ASSETTATI M., *Memorie della vita del Padre Ambr. da Amelia*. Roma 1732.

Ambrosius a Bergerac, Prov. Tolosanae. — Antequam nostrum Ordinem ingrederetur, archipresbyter in ecclesia Riberae exstitit. Magnam operam dedit ut in Gallia noster Ordo restauraretur. Definitor Provinciae Gallicae et Tolosanae fuit, obiitque d. 12 iul. 1871. Multa de re ascetica et hagiographica scripsit et edidit, inter quae: *Livre de la vie intérieure* (1868); *Œuvres spirituelles de la Vén. Jean de Matel* (1860) voll. 2.

APOLLINARIS, *Bibl. Script. Aquit.*, p. 26.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 4.
IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 29-31.
IDEM, *Hist. Prov. de France*, III, 48-63.
IDEM, *Hist. Prov. de Toulouse*, II, 138-45.
ANALECTA CAP., 19 (1903) p. 111-14.

Ambrosius a Lombez, antiquae Prov. Aquitaniae. — Vitae sanctimonia et scriptis asceticis alter S. Franc. Salesius saec. XVIII appellabatur. In spiritualibus Mariae Leczinska reginae, coniugi Ludovici XV, magister fuit. Eius opus: *Traité de la Paix intérieure* (1758) a Jansenistis, scriptore adhuc vivente, acriter oppugnatum est. Officia habuit Magistri Novit. et Definitoris. Fama sanctitatis obiit d. 25 oct. 1778 in loco *Luz Saint-Saveur* apud civitatem de Lourdes, aetate 70, religionis autem 54 annorum. — Anno 1863 eius exuviae in mausoleo, munificentia Napoleonis III erecto, reconditae sunt. Praeter opus. de quo supra, edidit etiam. — *Lettres spirituelles sur la paix intérieure* (1881). — *Traité de la joie de l'Ame chrétienne* (1914). — Quae opera etiam in aliis linguis versa sunt. Opera integra, in 3 voll. collecta, edita sunt Parisiis a. 1881, cura P. Franc. de Bénéjac.

APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 19, 28-31.
APPENDIX AD SCRIPT. CAP., p. 11.
HURTER, *Nomenclator*, V, p. 256.
IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 1-5.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquit.*, p. 125 ss.
DICTIONN. HIST. ECCL., II, 1120.

DICTIONN. THÉOL. CATH., I, 952.
DICTIONN. DE SPIRIT., I, 430-32.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, I, 1001.
BÉNAC J. P., *Ambroise de L.* (Paris 1908).
LEONARD D'AUCH, *Hist. de la vie du P. Ambr.* (Toulouse 1782).
ANNALES FRANC., XI (1878-80) p. 11 ss. *Etude ascétique sur la vie et les écrits du P. Ambroise* (François de Bénéjac).
COLLECTAN. FRANC., 4 (1934) p. 315 n. 302, de opere « *Traité de la paix intérieure* » — 11 (1941) p. 590 n. 910 (De versione neerlandica operis « *Traité de la joie chrét.* »).
ETUDES FRANC., 40 (1928) p. 82; 47 (1935) p. 244.

Ambrosius a Mantova, domo *Brigenti* e prov. Veneta (1639 † 1702). — Edidit: *Glossographia Onomatographica, id est declaratio nominum exoticorum.* T. I (litt. A-M) Mantuae 1702.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 8.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 173.
GIOV. CRISOST., *Bibl. Prov. Veneta*, p. 16-18.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 2097.

Ambrosius a Milano, ortus an. 1535. Ordinem ingressus a. 1551, obiit in patrio coenobio die 14 maii 1615. — Virtute et doctrina ita floruit ut non tantum in sua Mediolanensi provincia, sed etiam in provinciis Bononiensi 1568, Picenae et Tusciae lector sacrarum scientiarum electus fuerit. Anno 1584 ad suam provinciam reversus munera Magistri novitiorum, Definitoris et bis Ministri provincialis optime exercuit. Austeritate vitae et regulari observantia enituit atque a cardinali Federico Borromeo, ipsi spiritualis directio sancti monialium concredita fuit. — Plura opuscula ascetica conscripsit, inter quae: *Commentari sopra l'Orazione Domenicale.*
SILVEST. MEDIOLAN., *Annales*, I, 67.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 81.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 9.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 50.
VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, II, 92-94.
DICTIONN. HIST. ECCLÉS., II, 1121.
DICTIONN. DE SPIRITUALITÉ, I, 432.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, I, 1001.

Ambrosius a Milano (gente *Stampa*), vide *Ambrosius a Soncino*

Ambrosius a Novi Ligure, cognom. *Oliveri*, e prov. Genuensis, qui octuagenarius obiit a. 1726. Scriptor fuit egregius ut constat ex plurimis eius operibus, inter quae: *Alfabeto di vera sapienza sopra le grandezze di Maria Vergine.* voll. 4 (Genova 1712-22). Scripsit etiam: Serie dei Cappuccini morti in servizio degli appestati in diverse parti del mondo (2 voll. Mss. in Archivo Prov. Genuensis).
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 9.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 4.
IOANN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 59.
SIGISMONDO, *Biografia Serafica*, p. 770.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 1347.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, I, 6; IV, 224.

Ambrosius ab Oelde, laicus, in prov. Coloniensi habitum sumpsit a. 1657, obiitque in conv. Werne a. 1708. — Architectus bonae notae, nonnullas nostras ecclesias itemque plura castra pro quibusdam principibus in Westfalia construxit.
RENSING TH., *Schloss Ahaus u. sein Baumeister*, in: « Westfalen » (Münster) XIX, 1934, p. 317-326.

Ambrosius a Rennes (Rhedonensis), antiquae prov. Turoniae concionator egregius praesertim apud haereticos. An. 1644 a Ministro Gener. *Visitator* Custodiae Aleppi in Syria deputatus est. Suspicatur P. Ambrosius obiisse *Ispahanae* in Persia a. circ. 1648. Memoria laborum suorum vivit adhuc in *Relatione*, quam reliquit, quaeque publici iuris facta est apud « Analecta Cap. » (vol. 43, a. 1927, p. 250-67). Quae quidem *Relatio* etiam anglice translata est a Fr. H. Hosten et vulgata in collectione « *Bengal past and present*, XXXVII, 2 (Calcutta).
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, V, 153; VIII, 34.
STREIT, *Bibl. Missionum*, VIII, 649 (59).
ANALECTA CAP., 43 (1927) p. 250-67: De Missionibus FF. Cap. in Aegypto, Syria, Persia etc. Relatio inedita.

Ambrosius a Soncino, Prov. Mediolanensis. — Marchionum *Stampa* nobili genere natus a. 1546. Uxore amissa (1594) paulo post nostrum Ordinem petiit. In Barberiam ivit a. 1601 ad captivos liberandos, ibique obiit eodem anno. Scripsit de Sacram. Poenitentiae, atque de modo recte vivendi et moriendi.
BULLAR. CAP., II, 305; VII, 267, 314.
BOVERIO, *Annales*, II, 664-667.
FLORES SERAPHICI, II, 419.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 8.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 33.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, I, 423-26, 505, 507 s.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 566.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, II, 95-98.
IDEM, *Capp. bresciani*, p. 137-42.
ARGELLATI, *Bibl. Script. Mediolan.*, p. 1433.
FERRARI, *Onomasticon bibliogr.*, p. 25.
DICTIONN. HIST. ECCL., II, 1127.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XIV, 2558.
ANNALI FRANC., 3 (1872) p. 84, 111, 131.

Ambrosius a Valencina, Prov. Baeticae seu Andalusiae. — Ortus est a. 1859 et habitum a. 1879 induit. Sacerdotio actus (1884), duobus annis post, Oceaniam adgressus est. In suam Provinciam reversus, eam quater gubernavit. Vitae spiritualis magister fuit et notissimus scriptor. Obiit d. 24 maii 1914. En Opera nonnulla quae edidit: *Los Capuchinos de Andalucía en la guerra de la independencia* (1910); *Murillo y los Capuchinos* (1908); *Reseña hist. de la Prov. Capuchina de Andalucía*, voll. 5

(1906): *Cartas a Teófila sobre la vida espiritual* (1893); *Flores del Claustro* (VI ed. 1909); *Soliloquios* (V ed. 1910); *La « Salve » explicada* (1918); *La vida religiosa* (II ed. 1898).

AMBROSIO DE VALENCINA, *Mi viaje a Oceania* (Orihuela 1892).
RUIZ ILDEPH., *Oración fúnebre*. Sevilla 1914
ADALID SERÁFICO, a. 1914. p. 248-56.
ANALECTA CAP., 30 (1914) p. 343 (Necrol.).
ITALIA FRANC., 15 (1940) p. 224-34: *Le rovine di Spagna vaticinate e lamentate dal P. Ambr. da Val.*

Amedeus, vide *Amadeus.*

Amelia (*dioecesis*). Huius *Amerinensis* D. praesul exstitit a. 1881-82 noster sodalis Eusebius MAGNER a Montesanto.

Amelia (*Ameria*) in Prov. Umbriae. — Antiquum Coenobium Monialium Ord. S. Bened., positum inter nemora ad orientalem plagam civitatis, nobis donatum est a. 1550. Ecclesia antiquitus dedicata B. M. V. et SS. Valentino et Blasio, postea dicata est S. Iacobo maiori.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 435.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAFICA, p. 20, 135-39.

Ameria, vide *Amelia*

America. — Fratres Capuccini prima vice in Americam venisse a. 1612 videntur, et quidem in regionem *Brasiliensem*, ubi postea initium habuerunt Missiones de *Pernambuco* (1642), de *Rio de Janeiro* (1659) et de *Bahia* (1679).

Anno 1632 orta est Missio *Acadiae* in Canada; a. 1635 fratres nostri sunt in insulis *Antillarum*; a. 1648 fundatur Missio *Dariensis* in Panama; a. 1650 sunt inter gentes *Cumaná* in Venezuela, et a. 1659 in insula *Dominicana* (S. Domingo).

Saeculo XVIII plurimae aliae Missiones ortae sunt praesertim in America centrali et meridionali, quae tamen fere omnes ob politicas perturbationes et religiosas persecutiones initio saeculi XIX exstinctae sunt.

Medio et praesertim exeunte saeculo XIX denuo nostri missionarii in illas regiones perrexerunt et initia novarum Missionum posuerunt. Decursu temporis nonnullae Missiones ita progressae sunt, et vocationes religiosae sic auctae ut Ordines Moderatores illas regiones vel in Commissariatus provinciales et in Provincias erexerunt, vel saltem, ex anno 1937, Custodias provinciales declararunt.

Duae antiquiores nostrae *Provinciae* Americae regionis sunt: *Calvariensis* et *Pennsylvanica* in Statibus Foeder. Amer. Sept., utraque a. 1882 formaliter erecta. Duae aliae provinciae erectae sunt an. 1942: *Caxiensis* in Brasilia et *Canadensis Orientalis*. — Commissariatus Prov. sunt tres: *Argentinus*, *Chilensis* et *Rio Platensis*; Commiss. vero Generales duo sunt: *Aequatoris-Columbiae* et *Sancti Pauli*; demum Custodiae Provinciales plures adnumerantur, nempe: *America Centralis, Bahia, Bogotá, Maranhão, Minas Geraes, Paraná, Pernambuco, Peruvia, Puerto Rico, Rio de Janeiro, Santo Domingo, Status Foeder. Amer. Septentr.* (3 Custodiae), *Venezuela-Cuba.*

Uniuscuiusque Missionis, Custodiae, Commissariatus atque Provinciae brevis notitia habetur sub eorum nomine peculiari.

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 63-67, 69-76. Tab. XXXIII-XXXVIII.
BULLAR. CAP., VII, 322-327.
PELLEGRINO. *Annali*, I, 184; II, 142; III, 362, IV, 27.
MELCHIOR, *Hist. O. Cap.*, vol. III, cf. Ind.
CLEM. A TERZORIO. *Manuale*, p. 311-428, 476-80
ADOLF STEIDL, *Miss. d. Kapuz.*, p. 87-106.
STREIT, *Bibl. Missionum*, cfr. Ind. t. II, 918; III, 1119 s. sub v. *Kapuziner.*
FROILAN DE RIONEGRO, *Origenes de las Misiones de los Capuchinos en America. — Documentos, 1646-92.* Pontevedra 1930.
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 113 ss.; *Missiones et Missionarii capuccini in Amer. exeunte s. XVIII et ineunte s. XIX.*
ESPAÑA MISIONERA, 4 (1947) 518-24, *Orígines de las Misiones Cap. en America* (Basilio de Rubí).
ESTUDIOS FRANC., 18 (1917) p. 41 ss. *Las Ordenes religiosas de España y la colonización de Amer. 1750-1800* (Otto Maas).
HISTORICAL RECORDS AND STUDIES, V, Part II, (1909) p. 274-347, *The Capuchins in Amer.* (Otto Jeron, O. Cap.).
MISSIONALIA HISPANICA, 3 (1946) 163-69, 172, *Esfuerzo misionero de España* (Lázaro de Aspurz).

America Centralis. - *Custodia provincialis*, prov. Catalauniae concredita. — Anno 1900 omnes Domus a nostratibus inhabitatae, quae in Amer. Centrali existebant, nempe: *Cartago, Managua, Colón, Rivas, Mexico, Guadalupe* etc., assignatae sunt fratribus prov. Catalauniae, et die 8 nov. 1918 sub proprio Superiore Regulari in unam Missionem *Americae centr.* nuncupatam constitutae fuerunt. Quae Missio ad sequentes regiones se extendebat: *Costa Rica, Honduras, Nicaragua, Mexicum* et *Panamá.* — Anno denique 1937, VI decreti 30 apr., etiam Missio Amer. centr. in *Custodiam* provincialem conversa est, eidem prov. Catalauniae commissa.

Missionarii etc. in America Centrali de quibus tractatur suo proprio loco:

Antonius ab Igualada († 1897)
Bernaus Augustinus ab Artesa († 1930)
Laurentius M. a Mataró († 1886)
Pacificus a Provins († 1648)
Peregrinus a Mataró († 1939)
Raphael a Dieppe († 1648)
Remigius a Papiol († 1937)
Stephanus ab Adoain († 1880)

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 70, XII, tab. 34.
ESTADISTICA PROV. CATALUNYA (1919) p. 40-45.

CLEM. A TERZORIO, *Man. hist. Miss.*, p. 383-85.
PRADO ELADIO, *La Orden franciscana en Costa Rica* (Cartago 1925), p. 205-20; Apend. p. 8, 16.
IGNACIO DE CAMBRILS, *Cronicón de la Misión de PP. Capuchinos en Centro America.* Barcelona, 1888.
PACIFICO DE VILANOVA, *Capuchinos Catalanes en Centro América.* 2 voll. Barcelona 1947. Cf. *Collectan. Franc.*, 1949, p. 341.
ZENÓN DE ARENYS DE MAR, *Los PP. Capuchinos en Costa Rica.* Cartago 1936 (cfr. *Collectan. Franc.*, a. 1941, p. 644 n. 237).
ANALECTA CAP. (Notitiae variae de America centrali, cfr. *Index Gener.* an. 1885-1934, p. 115).
EL HERALDO SERÁFICO. *Revista mensual ilustrada* (por los PP. Capuch.) Cartago, C. R., 1913 ss.
LE ROSIER DE ST. FRANÇOIS (Chambéry) a. 1936 p. 214-16, *Les Capucins en Amérique Centrale.*

Amerinensis dioecesis, vide *Amelia*

Amici S. Francisci (Associatio). — Sub titulo « *Les Amis de St. François* » Parisiis associatio constituta est die 14 iunii an. 1934 a PP. Ministris Galliae Provinciarum O. Cap. — Finis praecipuus associationis est promovere inter viros saeculares studia rerum franciscalium praesertim ope collationum, et peregrinationum ad loca franciscana (Assisi etc.) quae peregrinationes a P. Zacharia a Villelongue, prov. Tolosanae, iamdiu initae, multiplicatae sunt post an. 1912. Associatio sua statuta habet et periodicum quod pluries in anno prodiit Parisiis (1935 ss.) cura PP. Capuccinorum sub titulo « *Les amis de St. François* ».

A Superioribus Ordinis valde commendata, huius generis associationes postea etiam extra Galliam et praesertim in Italia diffusae sunt.

ANTONINO, *Manuale sul T. O. F.*, p. 463-67.
ETUDES FRANC. 46 (1934) p. 513-18, *Les Amis de St. François.* (Remy d'Alost).
FRATE FRANCESCO (FF. Min. Milano) 1935 p. 159.

Amicus Spiritualis. — Hoc nomine venit persona spiritualiter amans religionem nostram, quae a fratribus rogata, sua pecunia vel res necessarias procurat, vel pro iam procuratis, facta solutione, satisfacit. Patet exinde quod unus idemque vir sub vario respectu esse potest tum *benefactor*, tum *substitutus*, tum *syndicus apostolicus* (de quo suo loco), tum *amicus spiritualis*, tum *interposita persona*.

Amiens (*Ambianum*) in Prov. Parisiensi. — Conventus fundatus a. 1593, supprimitur a. 1790. Ecclesia, a. 1600 denuo aedificata, Spiritui Sancto dicata est.
BULLAR. CAP., V, 389.
GODEFROY, *Hist. Prov. Paris*, T. I fasc. I cfr. Ind.; T. II, 59-63.
GALLIA CHRISTIANA, X, 1209.

— Quoad monasterium S. Clarae, sub directione spirituali Fratrum Ord. nostri positum, vide BULLAR. CAP., V, 29-31, 390.

Amigò y Ferrer Aloisius (episc.). Prov. Valentinae. — Natus est in loco Masamagrell a. 1854 et a. 1874 ut novitius recipitur in Conv. Bajonae in Gallia ubi Fratres nostri hispani residebant. Paulo post in Hispaniam regressus muneribus Magistri Novit., Definitoris et Ministri Prov. functus est. Duo Instituta religiosa fundavit, de quibus vide peculiares notitias sub v. *Capuccinae Tertiariae a S. Familia* (1885) et *Capuccini Tertiarii a B. V. Perdolente* (1889).

Die 19 apr. 1907 episc. tit. *Thagasten.* et Administrator Apost. *Celsonensis* (Solsona) eligitur, et d. 18 iun. 1913 episc. *Segobricensis* (Segorbe) nominatur. Obiit die 1 oct. 1934. De eo nuperrime incoeptus est Processus ordinarius dioecesanus pro beatificatione.

EUGENIO, *Necrol. Prov. Valencia*, 1 oct.
RAMO MARIANO, *Mons. L. Amigó fondatore dei Terziari Capp. di N. S. dei Dolori, e delle Terziarie Capp. della S. Famiglia.* Galatone (Lecce) 1942, 118 pp.
ANALECTA CAP. 23 (1907) p. 140. — 29 (1913) p. 305. — 51 (1935) p. 86 (Necrol.).

Cfr. etiam *bibliogr.* quae exhibetur sub duobus praefatis Institutis.

Amis (Les) de St. François, vide *Amici S. Francisci*

Amsterdam (*Amstelodamum*) in Hollandiae Prov. — Annis 1625-1650 exstitit in urbe stabilis residentia missionaria. — Anno 1910 Conventus exstructus est una cum ecclesia S. Antonio Patav. dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22 tab. XIV.
JUBILEUM *der Capucijnen te Amsterdam* 1910-1925. Amsterdam, 1924 (Cfr. recen. ap. *Etudes Franc.* a. 1927, p. 204, n. 74).
SCHOENGEN, *Monasticon Batavum*, I, 33; *Supplementum* (David De Kok), p. 22.
FRANC. LEVEN, 32 (1949) 121 n. 13. — 33 (1950) 59 (Statie *Buitenveldert*).

— Monasterium monialium *Capuccinarum* exstat in hac urbe ab a. 1919.
ANALECTA CAP., 50 (1934) p. 198.

Amulio Marcus Antonius, venetus, Cardin. *Vice-Protector.* — Cum Julius de Rovere, card. Urbinas, et Protector Ord. Cap. (1564) ordinarie resideret Urbini, tunc S. Pontifex instituit Card. Amulium Vice-Protectorem Ordinis nostri. Obiit mense martio a. 1570.

BULLARII REGESTUM, nn. 281, 290.
MONUM. HIST. O. CAP., IV, p. XLII, 145 (2).
ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 79-D, — 12 (1896) p. 365 n. 23.

Amyzonensis *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo potiti sunt duo nostri sodales, scil. an. 1790 Godefridus LA PORTE ab Amiens († 1796) et an. 1803 Michaël Suárez a Santander († 1831).

Anacletus ab Havre (Portus Gratiae) prov. Normandiae Lector et Concionator († 1736).
Edidit: *Sujets des conférences sur la théologie positive... à l'usage des Capucins.* Voll. 3, Rouen 1712.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 10.
DICTIONN. HIST. ECCL., II, 1419.
DICTIONN. THÉOL. CATH., I, 1142.

Anagni (*Anagnia*) in Prov. Romana. — Vetus coenobium S. Petri, olim ad Ord. S. Benedicti et ad Moniales S. Clarae pertinens, nobis datum est a. 1575. Requisitum a. 1892, Fratres illuc redierunt a. 1909; sed mox illud deserere necesse fuit.
BULLAR. CAP., II, 433.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 58.

Analecta *Ordinis FF. Min. Capuccinorum in lucem edita iussu Ministri Generalis.* Romae 1884 ss. — Periodicum officiale, in Definitoriali Congregatione (20 oct. 1884) sancitum, cuius Congregatione (29 oct. 1884) sancitum, cuius scopus, iuxta verba ipsius P. Bern. ab Andermatt, in hoc consistit, quod « per medium obvium, facile et frequens ea omnia Fratribus nota fiant, quae disciplinam ecclesiastico-regularem et III Ord. respiciunt, vel etiam quae uniformitatem, fraternitatem et Ordinis traditiones defendere, conservare et promovere possunt ». (*Anal. Ord.*, I, p. 5). — Inde a suo principio periodicum proditur singulis mensibus. Primus fasciculus editus est mense decembri 1884.
Argumenta, in *Analectis* pertractata, sunt: 1. Decreta et Acta S. Sedis. - 2. Acta Ministri Generalis. - 3. Fragmenta ascetico-scientifico-seraphica ex antiquis praecipue scriptoribus Ordinis extracta. - 4. Monumenta antiqua ex Ordinis archivis principaliter collecta. - 5. Relationes missionum. - 6. Miscellanea seraphica ad eruditionem et aedificationem omnium fratrum. - 7. Bibliographia seraphico-capuccina. - 8. Necrologia Fratrum selecta.
Anno 1938 cura P. Callisti a Geispolsheim editus est *Index Generalis* voll. 1-50 (1884-1934). (Vide *Collectan. Franc.*, a. 1939, p. 116).

Anastasius ab Illgau, cognomento *Bürgler*, alumnus Prov. Helveticae. — Natus a. 1867, habitum religiosum sumpsit a. 1887, obiitque Sarnae die 8 augusti a. 1940. Per annos viginti solers Archivista et historiographus suae Provinciae exstitit. Edidit, inter alia, opera quae sequuntur: *Im Kongo*, Luzern 1912 (cfr. « Neerlandia Francisc. », II, 1919, p. 118). — *Die Franziskus-Orden in der Schweiz.* Schwyz 1926.
ANALECTA CAP., 56 (1940) p. 291.
SANKT FIDELIS (Luzern), 27 (1940) p. 192 ss.

Anastasius a Luzern, v. *Hartmann A.* episc.

Anatolia (S.), geogr., vide *Esanatoglia.*

Anatolia in imperio Turcico. — Missio orta est a. 1920, cuius primus Praeses P. Caelestinus *Cattaneo* a Desio fuit. Residentiae praecipuae exstiterunt in civitatibus *Bordur* et *Usciak;* sed prima, bello graeco-turcico gliscente, amissa est; altera vero a. 1927 unita est cum *Trapezuntis* missione, quae Prov. Parmensi concreditur.
CLEM. A TERZORIO, *Man. hist. Miss.*, p. 126-29.
IL MASSAIA, 7 (1920) p. 145-48.

Ancerville (*Anselmivilla*) in Prov. Lugdunensi (Lotharingia). — Fratres antiquae Prov. Campaniae ibi Hospitium tenuerunt ab a. 1746 usque ad gallicam subversionem a. 1790.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 106.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 23, 27, 28, 178.
ETUDES FRANC., 43 (1931) p. 308, not. brev.

Anchialitana *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo a. 1910 decoratus est Philippus PRESUTTI, ex Ordine Capuccinorum, qui mortem oppetiit a. 1914.

Ancona (Provincia Ordinis) vide *Picena Prov.*

Ancona in Prov. Picena. — Primus Conventus, exstructus in monte S. Cataldi a. 1554, suppressus fuit a. 1861. Ecclesia dicata erat S. Catharinae V. M. et S. Paulo apost. — Post suppressionem Fratres inhabitarunt apud Ecclesiam sub tit. S. Gregorii illuminatoris. Ab a. vero 1899 novus exstat conventus cum ecclesia S. Francisco Assisien. dicata. Quoad Collegium, seu Seminarium nostrae Missionis *Thibetanae*, a. 1787 Anconae erectum, vide BULLAR. CAP., IX, 201-03.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BULLAR. CAP., II. 176-80; 437; IX, 201-203 (Seminarium Mission.); X, 97, 118.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Piceno*, p. 369.
IDEM, *I francesc. nelle Marche*, p. 39.
IDEM, *Iscrizioni*, p. 3. 165, 168.
MISCELL. FRANC. 10 (1906-08), pag. 148-155, *Reminiscenze franc. di A.* (M. Maroni).
VITA FRANCESCANA (Loreto), a. 1929 p. 78.

Anconitana Provincia, v. *Picena Prov.*

Ancuya in Columbia. — Fratres Commissariatus Prov. Aequatoris-Columbiae a. 1901 domum, in qua praesertim aestivis horis se recipiunt fundarunt. Ecclesia est sub tit. S. Francisci Assisien.
DESCRIPT. GEOGR. (1929) p. 40 tab. 35.

Ancyrana *sedes titularis archiepiscopalis.* — Hoc titulo potitus est a. 1881 noster sodalis Fidelis SUTTER a Ferrara († 1883).

Andalusiae Provincia, v. *Baetica Prov.*

Andeer in Helvetia (Grigioni). — Fratres Capuccini missionarii in *Raetia*, ibi curam paroecialem exercuerunt ab a. 1866 ad a. 1883.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 128.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 118.

Andegavum, vide *Angers*

Andelys (*Andeliacum*) in Prov. Parisiensi. — Anno 1586 Fratres sedem fixerunt apud nosocomium leprosis hospitandis olim dicatum, et cappellam habuerunt sub tit. S. Lazari episc. Conventus suppressus est a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 91, 393.
GODEFROY, *Les Capuc. en France*, t. I, fasc. II, p. 230 (Index).
ANALECTA CAP., 27 (1911) p. 121, 122.

Andeolus a Lodève, Prov. Lugdunensis. — Ordinem ingressus a. 1605, obiit a. 1653. Totum vitae tempus Protestantium conversioni insumpsit; quod non solum verbo sed et calamo operatus est, multa opera edisserens, tam de controversia, quam de pietatis argumentis, inter quae: *Somme de la doctrine chrétienne* (1633); *Perfection chrétienne à laquelle doivent tendre les fidèles* (1642); *Estat déplorable des Eglises prétendues réformées de France* (1638).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 10.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 34.
JOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 60.
EDUARDUS, *Biblioth. Mariana*, p. 4.
HURTER, *Nomenclator*, III, 992.
DICTIONN. THÉOL. CATH., I, 1177.
DICTIONN. DE SPIRIT., I, 549.

Andermatt in Prov. Helvetica. — An. 1688 a Fratribus cura paroeciae assumitur. Anno 1696 nova exstruitur ecclesia SS. Petro et Paulo dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP., IV, 365 (v. *Urselen*).
DIE SCHWEIZER. PROV. FESTSCHRIFT (1928), p. 227-37. 409 (Ind.).
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 99.
DURGIAI LEOPOLD, *Die Kapuziner im Ursern-tal* (1929), pp. 1-66.

Andest, in Helvetia (Grigioni). — Nostrae Missioni *Raetiae*, paroecia huius loci concredita est ab a. 1628 ad a. 1643.

CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia* (v. Ind.).
BÜRGLER, *Franziskus-Orden i. d. Schweiz*, p. 118.

Andorno (*Andurnum*) in Prov. Pedemontana. — Conventus a. 1636 fundatus, supprimitur a. 1802. Ecclesia erat sub invocatione Beatae Mariae Virginis.

BULLAR. CAP., II, 452.
NUOVA CROCIATA FRANC., a. 1925, p. 55 n. 49.

Andrea (D'), vide *D'Andrea*.

Andreas ab Arezzo, Prov. Tusciae. — *Acciai* domo oriebatur a. 1784 et seraphicae militiae adiungitur a. 1802. Egregius evasit per Italiam regiaque Hetruriae in Aula divini verbi nuntius. Fuit philosophiae ac theologiae Lector, bis Minister Prov., Definitor Gen. (1838) Procurator Gen. (1844) ac tandem, ob mortem Ministri Gen. (1845), electus est Vicarius Gener. — In Provinciam reversus a. 1847, e vita decessit d. 2 mart. 1856.

BULLAR. CAP., X, 61, 65 (nota).
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 77, 664.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 267, 269.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 155 n. 60.

Andreas (Ven.) a Burgio, laicus, Prov. Panormitanae. — Natus est d. 6 sept. 1705. In Novitiatum Montis S. Iuliani recipitur d. 24 apr. 1735. Anno 1745 in missionem Congi profectus est ubi per 17 annos zelo et caritate se exercuit. In Provinciam reversus, Panormi postremos degit annos miris virtutum exemplis clarus, ibique obiit d. 27 iun. 1772. Pius IX mens. febr. 1873 eius virtutum heroicitatem declaravit.

BULLAR. CAP., X, 45, 128, 392, 654.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss. Capp.*, X, 543.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 355-72.
ILG, *Geist Hl. Franz.*, III, 273-306.
LECHNER, *Leben Hl. Kapuziner*, III, 202-244.
ANTONINO DA CASTELLAMMARE, *Vita del Ven. Andrea da Burgio* (Roma, 1921).
IDEM, *Storia Prov. Palermo*, III, 632 ss.
EUGENIUS VAN BORNHEM, *Leven v. Andreas v. B.* (Gent 1889).
ROMANO BALDASS., *Vita del Ven. Andr. da B.* (Palermo 1842).
SCOPPA CLARA, *Brevi Cenni del Ven. Andr. da B.* (Palermo 1935).
ANALECTA CAP., 50 (1934) p. 237 (Facultas transferendi exuvias Ven. Andreae). — 61 (1945) p. 58, Status Causae beatif.
FIAMMA SERAFICA (Palermo) a. 1932, p. 57 ss.
IL MASSAIA, 1932 p. 348-50, *A. da B. al Congo*.
NEERLANDIA FRANC., II, 1919, p. 120 (bibliogr.)

Andreas M. a Campodarsego,
vide: *Longhin A.*, archiep.

Andreas a Faenza, Prov. Bononien. († 1783). — Domo *Bovi* ortus, habitum sumpsit a. 1723. Fuit Lector, Magister Novitior. et Prov. Moderator. In sacra Eloquentia apprime versatus, eius praecepta tradidit in opere magni momenti quod inscribitur: *Lettera didascalica ad un Predicatore novello* (Faenza, 1746), pluries reimpressa.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 12.
MELZI, *Dizion. Opere anon.*, III, 239.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.*, p. 51.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 18-25.
MITTARELLI, *De literat. Faventinorum*, p. 31.
MONTANARI, *Uomini ill. di Faenza*, II, 106.
ELOGIO DEL P. ANDR. (apud « Lettera didascalica... » ed. 1791 et 1837).
DICTIONN. HIST. ECCL., X, 295.
PROV. DI BOLOGNA, *Atti ufficiali*. a. 1937, p. 16.

Andreas a Garessio, vide: *Canova A.*, episc.

Andreas a Grazac, prov. Lugdunensis (saec. XVIII). — Nonnulla edidit opera polemica

(proprio suppresso nomine) circa bullam « Unigenitus » contra *Quesnel* (1713) et praesertim circa communionem ecclesiasticorum cum haereticis et schismaticis, scil. *Traité théologique* (Nancy 1726). — *Principes catholiques* (Avignon 1727) — *Réplique aux tolerants de ce temps* (Ib. 1729). Quae opera meruerunt collaudari a Benedicto XIII et a Clemente XIII.

BULLAR. CAP., V, 125.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 1083.

Andreas a Lisboa. — Ortus a. 1702, habitum sumpsit in Prov. Castellae in Hispania a. 1732. Edidit « *Epitome historial de las grandezas de los Menores Capuchinos* ». Madrid 1754, ubi multa habentur de viris illustribus, scriptoribus etc. Ordinis nostri, omnia fere ex aliis auctoribus compilata.

ANDRÉS, *Vitalidad Seráfica*, I, 178 ss.
BUENAV., *Necrol. de Castilla*, p. 124.
ESTADISTICA *General Prov. Castilla (1910)*, p. 62, n. 1517.
ESTUDIOS FRANC., 26 (1921) p. 280 (Bibliogr.).

Andreas a Palazuelo alumnus provinciae Castellae in Hispan. — Natus a. 1883, habitum induit a. 1899. Lector, Definitor et Archiv. Provinciae. Confessionibus audiendis quam adsiduam operam dedit. In rebus historicis apprime versatus, plurima studia collegit. Inter alia edidit *Vitalidad Seráfica*. I et II Series, Madrid, 1931. *Origen y desenvolvimento de los sucesos de Limpias. Reseña histórico-crítica del SS. Cristo de la Agonia*. Madrid 1920. — *Nuevos estudios críticos sobre dos sucesos de Limpias*. Ib. 1923. Saeviente marxista persecutione d. 31 iul. 1936 religionis causa interfectus est.

BUENAV. DE CARROCERA, *Mártires Capuch de Castilla en* 1936, cf. p. 17-40.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
JOVINO G. L., *Eroi di Cristo nella Spagna di Franco* (1940) p. 203-06.
MENSAJERO SERÁFICO (Madrid), Septiem. 1941, p. 10-12.

Andreas a Paternò, qui in sua Messanensi provincia omnia munera obivit et in prov. Panormitana illud Commissarii Gener. subsustinuit († 1800). Opus edidit, cui titulus: *Notizie storiche degli uomini illustri... della Prov. di Messina in Sicilia... con una narrazione dell'ingresso e progresso dei Cappuccini in detto regno*. Voll. 2, Catania 1780.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 12.
ANTONINO DA CASTELLAMMARE, *Della venuta dei Cappuccini in Sicilia*, pp. 54-58 (Palermo 1937).
MIRA G., *Bibliogr. Siciliana*, I, 37.

Andreas a Pavia, alumnus prov. Mediolanensis, missionarius in Congo (1687), in insula Madera (1694) et Bahiae in Brasilia (1706). Obiit a. 1709. *Diarium* scripsit sui itineris.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 663 s.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 527 s.
ANALECTA CAP., 41 (1925) p. 122-27, notitiae de *Diario* inedito P. Andr. a Papia.
ANNAES FRANC. (S. Paulo), a. 1936, p. 143-45.

Andreas a St. Mars des Près, vide: *Jarosseau A.*, episc.

Andreas a Sursee seu a Surlaco, prov. Helveticae. — Familia *Meier* natus circa a. 1561, habitu indutus est 1583. Per ultra 20 annos Definitor et per 4 annos Minister Prov. fuit. A Nuntio Apost. apud Helvetios saepius maioris momenti negotia tractanda ei commissa sunt. In Vallesia superiori, an. 1603-1606 et iterum 1628-30, ad tuendam fidem catholicam tam indefesse laboravit ut merito « Vallesiae apostolus » appellari potuerit. In loco Stans a. 1633 obiit.

SILVEST. MEDIOLAN., *Annales*, p. 668-74.
CIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, p. 374 ss.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 22-25.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, II, p. 18-25.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, I, 311, 315, 244-46, 249-52.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 189 ss., 783 (Ind.)
COLLECTAN. HELVET. FRANC., II, p. 1 ss. *Die Walliser Mission des P. Andreas v. S.* (1603-30); IV, 1944, p. 25-29, *P. Andr. Meier Zögling des helvet. Kolleg. in Mailand* (P. Siegfried).

Andreas a Venezia, domo *Battaggia*, Prov. Venetae Minister. — Ortus a. 1815, fit Capuccinus a. 1835. Mense aprili a. 1872 nominatus Definit. Gener., eodem anno in officio *Procuratoris* locum P. Laurentii ab Aosta suffecit. Valetudinis causa, huic muneri renuntiavit a. 1878 et in patriam reversus ibi moritur anno sequenti d. 15 augusti.

BULLAR. CAP., X, 723.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 293, 294, 296.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 156 n. 68.

Andria (*Netium*, *Andria*) in Prov. Apuliae. — Conventus a. 1573 aedificatus, suppressus est a. 1861. Ecclesia, quae adhuc cultui patet, dicata est Visitationi B. V. — Anno 1937 novum Hospitium Fratribus oblatum est.

BULLAR. CAP., III, 107, 317.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 184, 404.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 88.

Andujar (*Illiturgis*, *Veja*) in Prov. Baetica, seu Andalusiae. — An. 1622 conventus exstructus est apud aediculam dicatam B. Rocho. Nunc locus relictus est.

BULLAR. CAP., V, 419.
AMBR. DE VALENCINA, *Reseña histórica*, I, 214.
BUENAV., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
NICOL. A CORD., *Notitia Baeticae Prov.*, p. 27.

— Monasterium monialium *Capuccinarum*, hac in urbe exstat ab an. 1682.

BULLAR. CAP., V, 419.
NICOL. A CORDUBA, *op. cit.*, p. 38.
TORRADEFLOT, *Crónicas de las Cap.*, II, p. VI.

Andurnum, vide *Andorno*

Aneducatus, vide *Arnay-le-Duc*

Angela Margarita Seraphina, gente *Prat* de Manresa orta a. 1543. Mortuo viro suo a. 1582, operibus pietatis totam se dedit, sub spirituali directione praesertim P. Archangeli Alarcón. Desiderio flagrans Ordinem Capuccinarum in Hispania instaurandi, Barcinonem pervenit a. 1588. Interea habitum III Ord. S. Franc. a. 1593 suscepit. Denique a. 1599, obtento Brevi apost. sub die 26 maii eiusdem anni, monasterium monialium Capuccinarum, primum totius Hispaniae, instauravit. Annis tribus probationis peractis, emisit professionem a. 1602, et Abbatissa huius communitatis est constituta. Tandem sanctitatis fama exornata, obiit d. 24 dec. 1608. Plurimas *Epistolas* et *Carmina* reliquit. Causa beatificationis ab Episcopo Barcinonen. a. 1665 suscepta, rite est introducta.

ANDREU, *Iconografia caputxina*, p. 28, tav. 22.
ASTORCH ELISABETH O. CAP., *Vida de Ang. M. Ser.*, Barcel. 1653.
FOGUERES JUAN O. F. M., *Epitome de la vida de sor Angela M. S. fundadora de las Capuchinas en España*, Barcelona 1743.
FONS JUAN PABLO S. J., *Historia y vida de la ven. Angela M. S.*, Barcelona 1643.
PUIG SEB., *Vida...* Barcelona 1915.
RODRIGUEZ ANT., *Vida...* Ib. 1900.
TORRADEFLOT IGN., *Vida...* Manresa 1907.
ANALECTA CAP., vide *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 5. — Voll. 61 (1945) p. 58, Status Causae beatificationis.
APOSTOLADO FRANC. (Palma de M.) a. 1928 p. 60 ss. (v. sing. fasc. usque ad a. 1930).
MENSAJERO SERÁFICO (Madrid), a. 1900, p. 359-67.

Angela Maria (Ven.) Astorch. — Barcinonae in Hispania die 1 sept. 1592 nata, anno aetatis suae undecimo ad Monasterium Sororum Capuccinarum suae civitatis advolavit, ubi die 8 sept. 1609 regulam S. Clarae professa est. Annum 25 cum attigisset ad novam fundationem Monasterii in civitate Caesaraugustana (Zaragoza) missa, ibi per annos novem officium Magistrae Novitiarum explevit, et Abbatissa electa est. Deinde alterum Monasterium in civitate Murcia fundavit, ibique obiit d. 2 dec. 1665 magna sanctitatis fama. Causa ipsius beatificationis a. 1776 introducta est.

ANDREU, *Iconogr. de Catalunya*, I, 45.
CONSTANT, *La legende dorée*, p. 539-54.
LECHNER, *Leben d. H. Kapuz.*, III, 299-329.
DICTIONN. HIST. ECCL., IV, 1195-99.
DE VENERABILI *Angela M. Astorch Commentariolum*. Romae, 1827, pp. 21.
ZEVALLOS (L. I.) S. J., *Vida de la Madre A. M. Ast.* Madrid 1733.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 184-86 (*Biogr.*); 40 (1924) p. 179 (Processus); 61 (1945) p. 58 (Status Causae beatif.).
ESTUDIOS FRANC., 22 (1919) p. 426-45.

Angela Maria Moscani a Città di Castello in Umbria, monialis Capuccina († 1756).
LEGGENDARIO CAPPUCC., IV, 215-235.
GIANNOTTI P., *Vita della Serva di Dio Suor Angela M. Moscani*. Perugia 1757.

Angeles (Los), vide *Los Angeles*.

Angelica Pivi a S. Francisco, vide *Spilamberto* (Monast. Cap. III Ord.)

Angelicus ab Egmating, Prov. Bavaricae. — Natus a. 1856 domo *Eberl*, annum decimosextum agens Ordinem ingressus est. Fuit concionator egregius, Chronista, Archivista et Scriptor rerum historicarum praesertim suae Provinciae. Obiit d. 23 febr. 1911. Praeter alia edidit: *Seraphisches Rosengärtlein* (1889). - *Geschichte des Kapuziner-Klosters in Wemding* (1892). - *Geschichte des Kapuzinerklosters bei St. Anton in München* (1897). - *Geschichte der Bayerischen Kapuziner-Ordens-provinz* (1908).

EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 663.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 4.
KOSCH W., *Das Kathol. Deutschland*, I. 545 (Augsburg 1933).
LEXIK. THEOL. U. KIRCHE, III, 514.
ALTÖTTINGER FRANZ. BLATT, a. 1911. p. 85-87.
ANALECTA CAP., 27 (1911) p. 126 (Necrol.).
PROVINZBOTE (Bayern) a. 1924 p. 103-06.

Angelicus a Faido, Prov. Ticinensis. — E patricia familia *Cattaneo* originem duxit a. 1769, Ordinem ingressus est a. 1787 obiitque d. 3 oct. 1847. De re historica meritus, quoad Vallem Leventinam opus reliquit, quod post eius mortem cura nepotis ex fratre Radulphi, editum est sub titulo: *Leponti, ossia memorie storiche Leventinesi*. Lugano 1874, voll. 2.

VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, II, 502.
MESSAGGERO SERAFICO (Locarno), an. 1947 p. 273, 304; an. 1948 p. 13.

Angelicus a Ferrandina, vide *Di Mestria A.*

Angelicus a Koprivnica, v. *Bedenik A.* episc.

Angelicus a L'Isle-sur-Sorgue, e prov. S. Ludovici in Gallia, qui de controversia religiosa verbis et scriptis egit († 1650). Praelo commisit: *Controverses contre les hérétiques et principalement les Calvinistes* (Nimes 1635) — *Abrégé de ces Controverses...* (Ib. 1636). — *Le nestorien d'Orange* [Dérodon] *refuté* (Avignon 1648).

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 11.
DICTIONN. THÉOL. CATH., I, 1277.

Angelicus a Modena, v. *Benincasa A.* episc.

Angelicus a Napoli, vide *Viglini A., episc.*

Angelicus a Pistoia, Prov. Tusciae († 1866). E *Marini* familia ortus, Ordini se addixit a. 1815. Eloquentiae atque poëseos perpulchra specimina dedit. Philosophiam fratres et cives docuit. — Historiae cathedra in Pisarum Academia illi concredita est, et a. 1849 ad negotia politica tractanda deputatur. Romani Pontificis iura et fidem catholicam valide defendit.

MEMORIALE DEI CAPP. TOSCANI, p. 318, 664.
ARCHIVUM FRANC. HIST., 15 (1922) p. 221.
BULLETT. STOR. PISTOIESE, 19 (1917) p. 101-20.

Angelicus a Porto S. Giorgio (olim Porto di Fermo), Prov. Picenae (1744, † 1816). — Vir sane eruditus, quem plurimae Academiae socium habuerunt. Munera obivit Definitoris et Ministri Provinc., Procuratoris Gener. (1796) et ceu Commisarius Gener. Ordinem rexit (1798-1806). Concionator et Scriptor egregius, edidit inter alia: *Orazioni sacre* (Fermo, 1785) - *Saggi di Costumi tratti dagli antichi e moderni* (Ib., 1790). - *Gesù modello di una religiosa in ogni sua situazione* (Ib., 1793).
BULLAR. CAP., IX, 239, 272.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 241.
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 12.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 175.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori March.* p. 6.
VECCHIETTI F., *Bibliot. Picena*, I, 127.
DICTIONN. DE SPIRIT., I, 572.
ANALECTA CAP. 12 1896 p. 55 n. 98 (nota), p. 154 n. 50.

Angelicus a Sassuolo, v. *Benincasa A.* episc.

Angelicus a Sestri Ponente, prov. Genuensis. — *Martini* stirpe natus a. 1839, Ordinem ingreditur a. 1860. Fuit Philosophiae Lector, Vicarius Prov. et missionis de Uruguay Superior (1891). Anno 1884, cooperatore P. Stanislao a Genova, *Sorores Tertiarias Capuccinas*, vulgo « de Loano », instituit, quae domi infirmos iuvarent. Obiit Genuae d. 4 iul. 1920.
FRANC. SAV., *I Capp. Genovesi*, VI, 419.

Angelicus a Wolfach, alumnus prov. Austriae Anterioris; bis electus Defin. Gener. (1698, 1702) et per biennium extitit Vicar. Gener. Ordinis (1700-02). Obiit a. 1713.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, III, cfr. Index.
BULLAR. CAP., IV, 62-64.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 177, 181.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austr.*, p. 256. 337.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 54 n. 83.

Angelus (B.) ab Acri, in Calabria. — Ortus est d. 19 oct. 1669. Bis assumpto habitu in Consentina Prov., bis dimisit, sed tertio acceptum d. 12 nov. 1690 retinuit. Sacerdos factus, Calabriam universam ac totam fere Italiam meridionalem, apostolico munere, lustrat. Taliter agens, poenitentissimae vitae exemplo et quam ignito eloquio, omnes ad bonum compellit. Suorum consodalium pluries Guardianus et Minister provincialis fuit. Labore exhaustus, domi moritur 30 oct. 1739. Signis miris atque prodigiis, vivens et post obitum clarus, Leo XII eius nomen Beatorum albo inseruit d. 9 dec. 1825. Scripsit: *Gesù piissimo*, ossia, *Orologio spirituale della Passione di G. C.* (a. 1745 et denuo, Napoli 1853).
Autographas duas litteras possidet archivum Prov. Cap. S. Barnabae (Genova) quae editae sunt in *Anal. O. Cap.* XX (1904), pp. 313-17.
ACTA SS., t. XIII Octobris (d. 30), p. 658-82.
BULLAR. CAP., III, 95; X, 767.
BULLARII CAP. REGESTUM, 185, nota 1.
LIBER MEMORIALIS O. CAP., p. 263-65.
POTTHAST, *Bibl. M. Aevi*, II, 1165.
FRANC. DA VIC., *Scritt. Capp. Calabr.* p. 8.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 251-68.
ILG, *Geist d. H. Franz.*, III, 23-59.
LECHNER, *Leben d. H. Kapuz.*, II, 119-182.
RICORDO *del II Centenario della morte del B°. Angelo d'A.* - *Numero unico*. Cosenza 1940, pp. 63.
[ANGELO DA SARACENA], *Il B. Angelo d'Acri, Memorie biografiche*. Cosenza, 1898.
GIACINTO DA BELMONTE, *Compendio della vita del B. Ang.* Roma 1894.
IDEM, *Il B. Ang... e la Vergine Addolorata*. Roma e Napoli 1884.
GIACINTO DA S. GIOV. IN FIORE, *Piccola Vita del B. Ang.* Cosenza 1925.
GRECO V. M., *Vita del Ven. Ang.* Napoli 1793.
MACARIO DA MANGONE, *Vita del Ven. Ang.* Venezia 1754. Napoli 1750.
[ZACCARIA DA SICIGNANO], *Vita del B. Angelo scritta dal Procuratore Gen. dell'Ordine.* Roma 1825. — Versio *hispanica*, Sevilla, 1826.
MIGUEL M. DE VIGUERA, *Vida del B. Angel de Acre, trad. del italiano*, Sevilla, 1826.
ERNEST M. DE BEAULIEU, *Le B. Ange d'A.* Paris 1899.
ANALECTA CAP., 61 (1945) p. 56 (Status Causae canoniz.) — Quoad alia cfr. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 5.

Angelus ab Asti, alumnus prov. Genuensis; Doctor in S. Theologia et virtute spectabilis; interfuit Concilio Tridentino († 1560). Scripsit: *Trattato della Povertà dei FF. Minori.*
BOVERIO, *Annales*, I, 575.
FLORES SERAPHICI, I, 159.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 13.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 41.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, I, 1187.
BESCHIN, *Martyrol. Franc.* (31 mart.).
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, I, 10, 288.
COLLECTAN. FRANC., 3 (1933) p. 578. P. Ang. ad Concilium Tridentinum.
ITALIA FRANC. 19 (1944) p. 58 (*I Capp. al Conc. di Trento*).

Angelus a Borgomanero, in sua prov. Romana moderator; Postulator Gener. a. 1676-1691. († 1693).
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, p. 98 s.
ANALECTA CAP., 54 (1938) p. 218.

Angelus a Bruxelles, vide *Ongnies A. episc.*

Angelus a Campiglia,
vide *Fiorini A.*, episc.

Angelus a Casola Valsenio, v. *Poli A.* episc.

Angelus M. a Castiglion Fiorentino, e prov. Tusciae; missionarius apud Indias Orient. († 1878). Nonnulla opera transtulit et edidit in lingua hindustana.

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, IX, 460, 463 s.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 665.
STREIT, *Bibl. Missionum*, VIII, 709-711.
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 351, Opera.

Angelus a Figline Valdarno, Prov. Tusciae. — Domo *Pieraccini* natus, inter nos cooptatus est 17 annum agens. In Georgiam missionarius proficiscitur a. 1686. Plures ad fidem catholicam convertit, inter quos Georgium II regem et Euthymium archiepisc. schismaticum. Ab eisdem Romam apud Innocentium XI legatus missus est a. 1688. Post novem annos vitae apostolicae, in suam Provinciam rediit, obiitque Lucae a. 1732.

BULLAR. CAP., II, 422; VII, 240.
ROCCO DA CESIN., *Stor. Miss.*, III, 361-66, 374.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, VII, 417.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 637; II, 544.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 238.

Angelus de Joyeuse, Prov. Parisiensis. — Henricus, comes de Batarnay et du Bouchage, a. 1563 natus est. Tolosam relinquit a. 1576 ac Parisiis in Collegio dicto de Navarre studiis incubuit. Ab Henrico III galliae rege inter familiares acceptus et ab illo honoribus ac muneribus cumulatus est. Praefectus Prov. Andegavensis constitutus (1595), multum contra Protestantes bellavit. Anno 1587 eius uxore defuncta, Parisiis Ordini nostro nomen dedit. Quinque annis in religione consumptis, a. 1592 d. 20 oct. P. Angelus ut catholicis rebus tunc in Gallia periclitantibus inserviret, habitum reliquit. Reassumpto habito d. 8 mart. 1599, munera Definitoris et Ministri Prov. obivit. Rediens a Capitulo Gener. (1608) in quo Defin. Gener. electus est, *Ripoli* in Italia, extempore die 28 sept. eiusdem anni moritur. Eius corpus Parisios translatum a. 1609, in Ecclesia conventus S. Honorati inhumatum est.

BULLAR. CAP., V, 27-36.
BOVERIO, *Annales*, II, 806 ss.
FLORES SERAPHICI, II, 55-64 cum figura.
PALOCCI, *Frutti Serafici*, p. 379-90.
LEGGENDARIO FRANCESCANO, IX, 348-355.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 112-14.
ROCCO DA CESIN., *Stor. Miss.*, I, 131-62, 170, 372, 390, 484-91; II, 329 s., 361, 407.
EMMAN. DE LANMODEZ, *Les Gardiens des Capucins à Paris* (1893), p. 10-11 (Bibl.).
GODEFROY, *Hist. Prov. Paris*, II, 297-304, 641.
ILG, *Geist d. H. Franz.*, II, 113-137.
CUTHBERT, *The Capuchins*, p. 221, 232, 269.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, II, 21-176; III, 204-79.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 14.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 45.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. franc.*, I, 78.
BREMOND, *Hist. litt. relig.* vide: Index Gener. (t. XII) p. 136.
DICTIONN. HIST. ECCL., III, 22-25.
DICTIONN. DE SPIRIT., I, 566-67.
KIRCHENLEXIKON, VI, 1904-06.
AGATHANGE DE PARIS, *Un cas de jurisprudence pontificale. Le P. Ange de J. Capucin et Maréchal de France.* Assisi 1936, pp. 147 + 105. (cfr. recen. ap. « *Collectan. Franc.* » a. 1941 p. 576).
ANGELO DA IMBERSAGO, *Storia del P. Angelo da Giojosa. Versione dal francese*, Milano 1890.
APOLLINAIRE DE VALENCE, *Intervention du P. Ange... dans les affaires du Languedoc (1591-92)*. Nimes 1892.
IDEM, *Capucin et Gouverneur de Languedoc.* Ib. 1895. (Ex periodico: *Revue du Midi*, a. 1895).
AUBERY (avocat), *L'histoire du cardinal duc de Joyeuse* (Paris 1654), p. 4-26, 31-46, 264-75 (P. Angelus comes du Bouchage)
BENEDETTO DA MONTESARCHIO, *L'Angelo della pace.* Napoli 1666, pp. 142.
BROUSE JACQUES, *La Vie du P. Ange de J.* Paris 1621.
CRUPPI JEAN, *Le P. Ange, Maréchal de France et Capucin.*, Paris [1929].
DE CAILLIÈRE J., *Le Courtisan prédestiné ou le Duc de J. capucin.* Paris 1668, 1682; versio italica, cura Io. Fr. Cocchi, Venezia 1748, 1759); versio germanica, cura J. J. Haaser, Steyl 1902.
HANSEN J. J., *Leben des P. Ang. von J.* Steyl 1902.
[LAURENCE D'AOSTE], *Vie du P. Ange de J.* Paris 1863; (versione italiana del P. Angelo da Imbersago, Milano 1890).
LOUIS DE GONZAGUE, *Le P. Ange de J. Maréchal de France.* Paris 1928.
ANALECTA CAP. 3 (1887) p. 237-39 (P. Angelus probabiliter visitavit Domum Lauretanam).
COLLECTAN. FRANC., 12 (1942) p. 552-56, *Siste V et le P. Ange*, (M.-H. Laurent).
ECO S. FRANC. (Napoli), a. 1890 p. 247-57.
ETUDES FRANC., 6 (1901), 630-38 (Ubald de Alençon: *Le testament du P. Ange de J. 1588*); 30 (1913) 124-40 (Edouard d'Alençon: *Pages inédites de la vie du P. Ange de J.*); 39 (1927) 243, 396 (Louis de Gonzague: *Les vicissitudes d'une vocation religieuse*): 45 (1933) 358-64 (Agathange de Paris: *Deux compétiteurs du P. A. de J.*)
FRANZISKAN. STUDIEN, 5 (1918) 302-07 (J. B. Kaiser: *Ein unedierter Brief über P. Ang. von J.*).
REVUE SACERD. DU T. O. (Paris), 1949, p. 21-25 (de doctrina spiritualis P. Ang. a Joyeuse).

Angelus Ios. a La Bâthie, Prov. Sabaudiae Lector et bis Moderator. — Natus a. 1717 vel 1718, in iuvenili aetate Ordinem seraphicum ingressus est. In Comitiis Generalibus habitis a. 1775 Definitor, a. 1782 *Procurator* et a. 1789 iterum Definitor electus est. A Pio VI, cui carus erat, Florentiae a. 1798 vocatus, ibi anno post moritur in Conventu « Montughi ». — Librum ediderat de sacra eloquentia, cui titulus: *Tractatus de Rhetorica sacra* (Camberii 1760) iterum atque iterum reimpressum.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. CAP., p. 13.
EUGÈNE, *Nécrol. Prov. Savoie*, p. 361.

FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 233, 234, 238.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 154 n. 48.

Angelus a London (*Londinensis*) domo *Pamel*, alumnus prov. Parisiensis; missionarius in Anglia, Scotia et Hibernia, multa pati meruit pro fide catholica († 1633).
PELLEGRINO, *Annali*, I, 50 ss.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 398; II, 417 s.
CUTHBERT, *The Capuchins* (Cf. Ind.).
CYPRIEN DE GAMACHES, *Memoires de la Miss. des Cap. près la reine d'Angleterre* (Paris 1881) pp. 355-367.

Angelus a Lucca, prov. Tusciae alumnus. Ad missiones in Brasilia profectus an. 1780, ibidem strenue insudavit pro civili institutione indigenarum regionis *Rio de Janeiro*. Monumentum perpetuum eius industriae exstat urbs *São Fidelis* ab ipso et socio Victorio de Cambiasca condita necnon templum S. Fidelis ab ipso erectum in eadem civitate annis 1799-1809. Obiit anno 1811.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 321 s.
MODESTO, *Miss. no Brasil*, p. 142-44, 148-51.
TOLEDO PIZA —., *Itaocara, antiga aldeia de Indios* (Niteroi 1946), cf. Ind. p. 301 (*Luca*).
ANALECTA 14 (1898) p. 208-11; 21 (1905) pag. 284.

Angelus M. a Mazzarino (*Gagliano*), laicus prov. Syracusanae (1743-1809). Sculptor lignarius exquisitissimus, inter alia eius opera, admiratione dignum est *Tabernaculum* vere artisticum quod in nostra ecclesia conventus *Mazzarino* asservatur.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa*, p. 506.
« LA SICILIANA », Rivista... (Siracusa) XII (1929) p. 16-17.

Angelus a Milano. — Marchionum *Visconti* genere ortus c. a. 1561, primitus inter PP. Min. Conventuales, postea ad nos venit. In Helvetiam a Ministro Gen. missus circa a. 1581, munia Magistri Novit., Definitoris et bis Ministri Prov. tenuit. Missionarius in Rhaetia, apud Paulum V magno cum honore Rhaetiorum legatione functus est. Romae obiit a. 1616.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 77-80.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 91-96.
ROCCO DA CESIN., *Stor. Miss.*, I, 110; II, 64.
CLEM. DA TERZ., *Le Miss. Capp.*, I, 24, 29.
VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, II, 239.
COLLECTAN. HELVET. FRANC., II, (1937-42) p. 306-14, *P. Angelus v. Mailand u. d. Benediktinerabtei Murbach 1601-1616* (P. Siegfried).

Angelus Maria a Modena, ex *Rangone* marchionibus (1567-1627). Veteris Provinciae Bononiensis concionator et lector doctrina et eruditione fulgens. Reliquit magnum opus ms. inscriptum *Arcani sermones insipientis ac miseri hominis cum Domino Deo creatore eius* et aliud opus pariter ms. septemque voluminibus constans cui titulus *Anfiteatro delle opere di Dio*. Praefata mss. asservantur in Mutinensi Bibliotheca Atestina (Estense).
TIRABOSCHI, *Biblioteca Modenese*, IV, 310.
NECROLOGIUM PROV. LOMBARDIAE (i. e. *Parmensis*) die 8 Iulii.

Angelus a Nivelles, prov. Parisiensis vide *Armentières* (Congr. T. O. vulgo « Bons-Fils »)

Angelus a Racconigi, (*de Raconis* dictus), alumnus prov. Parisiensis († 1637). — A calviniana haeresi conversus, habitum nostrum suscepit a. 1595, fidem catholicam postea verbo et scriptis fortiter defendit. Plura opera edidit contra haereticos, praesertim contra calvinistas.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 15.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 47.
HURTER, *Nomenclator Theol.*, III, 992.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. franc.*, I, 84.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss. Capp.*, I, p. 167-69, 397; II, 362, 364 s.
CYPRIEN DE GAMACHES, *Mémoires des Capucins près la reine d'Angleterre* (Paris, 1881) pp. 305-19.
GODEFROY, *Hist. Prov. Paris*, II, 137-38.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XIII, 1627.
ANALECTA CAP., 29 (1913) p. 22-24 (nota 1, fuse describuntur opera P. Ang.).
ETUDES FRANC., 9 (1903) p. 17.

Angelus a Ronciglione, prov. Romanae (1871†1944); missionarius in Erythraea (1895-1912), in Aethiopia (Dire-Daua 1913-14) et in Raetia (1915). — S. Alphonsi de Ligorio librum, cui titulus *Apparecchio alla morte* in linguam *tygrinam* vertit et edidit an. 1905, quem iterum imprimi curavit Typis Vaticanis a. 1934. Insuper *Novum Testamentum* in linguam *ghe'ez* transtulit et an. 1907 duabus editionibus vulgavit, priore cum notis tygrinis, altera cum notis amaricis. Demum an. 1912 duos libros composuit scilicet *Manuale amarico-italiano-francese* atque *Manuale tigray-italiano-francese*, quos Gubernium italicum suo sumptu imprimi curavit in Urbe.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 297 s.
ANALECTA CAP. 61 (1945) p. 66 s. necrol.
COLLECTAN. FRANC. 15 (1945) p. 269, necrol.
RESOCONTO PROV. ROMANA, 1944, p. 413 s.

Angelus M. a S. Giov. Rotondo, Prov. Fodiensis. Natus a. 1823, habitum sumpsit a. 1847. Missus in missionem Mesopotamiae (1864), deinde in Candiam translatus est (1882), cuius insulae electus est Administrator Apost. d. 17 febr. 1889. Quod munus tenuit usque ad obitum d. 4 oct. 1898.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo*, p. 361.
CLEM. DA TERZ., *Le Miss. Capp.*, II, 361 (Ind.).
IDEM, *Manuale hist. Miss.*, p. 20.
ANALECTA CAP., 14 (1898) p. 352 (Necrol.).

Angelus a Sassalbo, v. *Fiorini A.* episc.

Angelus a Sassoferrato in Piceno, alumnus Prov. Syracusanae. — Ordinem ingreditur a. 1863 et ad Brasiliensem missionem pergit a. 1872. Eius zelo exstant fundatio Missionis *Itambacury* (Rio de Janeiro), Institutum S. Clarae et Campus practicus agriculturae colendae. Obiit d. 3 iun. 1926.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 332 s.
JACINTO DE PALAZZOLO, *Nas selvas do Mucuri e do Rio Doce* (Petrópolis 1945) necrol. p. 328-34, passim notitiae variae.
SAMUELE CULTRERA, O. CAP., *Itambacury. Una missione tra i Selvaggi*. Parma 1908... 1936.
ANALECTA CAP., 42 (1926) p. 275 (Necrol.).
MILIZIA SERAFICA (Recanati) a. 1926 p. 183 s.
SERAPHIC CHRONICLE, 18 (1935) p. 273, 277, 307, 339, 371.

Angelus a Savona, illustri familia *Della Chiesa*, alumnus prov. Bononiensis, concionator egregius ac virtute clarus († 1556 vel 1567). Nonnulli eius *Sermones* vulgati sunt.

MONUMENTA HST. O. CAP., III, 131-132; VI, num. 633-636.
BOVERIO, *Annales*, I, 540 ss.
FLORES SERAPHICI, 212-214 cum figura.
LEGGENDARIO CAPPUCC., IV, 372 ss.
BESCHIN, *Martyrol. Franc.* (25 apr.).
FREDEGANDO D'ANVERSA, *La famiglia di Benedetto XV e l'Ordine dei Capp.*, pp. 17-32 (Roma 1916).
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 16.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 47.
ANALECTA CAP., 21 (1905) p. 59.

Angelus a Savona, Prov. Genuensis. — Domo *Lamberti* († 1675). Memoriae dignum quod operis Io. Vinc. Verzellino, quod inscribitur: *Annali Savonesi* fuit prosecutor. Eius opus Mss. in lucem edidit Andr. Astengo canonicus sub tit. *Delle memorie della città di Savona di G. V. Verzellino corrette e continuate dal P. Lamberti cappuccino*. Savona, 1885.

FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, I, p. 11, 215, 288.

Angelus a Valencia, prov. Valentinae in Hispania alumnus. — Missionarius impiger prius in *Congo* ubi officium Praefecti exercuit et ab ipso rege legatus missus est an. 1646 ad Pontificem Innocentium X, dein in regione *Benin*, item in Africa, similiter in officio Praefecti, sed post multas aerumnas ex parte illarum gentium, in patriam reversus est an. 1654.

BULLAR. CAP., VII, 195.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 113-118.
CAVAZZI, *Stor. Miss. Congo* (v. Ind. *Valenza*)
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 530, 532, 542, 575-82.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 374, 378, 432-39.

Angelus a Vestone, Provin. Brixiensis. — Genere *Tavoldino* ortus a. 1584, ad nos venit a. 1603. Missionarius in Rhaetia, et in Provinciam reversus a. 1615, munus Magistri Novit. exercuit. Anno 1629 peste saeviente in patrio loco, ibi sequenti anno victima caritatis et fama sanctitatis occubuit.

DE-PISE, *Annales*, p. 789-795.
BERTANI, *Annali*, p. 238-262.
ROCCO DA CESIN., *Stor. Miss.*, II, 127, 130, 143.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss. Capp.*, I, 38 s.
VALDEMIRO, *I Capp. bresciani*, p. 257-61.
ARCANGELO DA VESTONE, *I splendori della vita del P. Ang. da Vestone*. Brescia, 1681.

Angelus a Vicenza, Prov. Venetae. — Nobili gente *Marchesini* ortus (1615), aetate 18 an. Ordinem nostrum amplexus est. Philosophiae ac Theol. studiis addictus, theologus et concionator egregius evasit. In domino quievit a. 1690. Typis edidit *Conciones* et alia de re theologica, ascetica, etc.

PELLEGRINO, *Annali*, III, 430-32.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 17.
IOANN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 80.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 6.
GIO. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 35-39.
ANGIOLGABRIELLO DI S. MARIA, *Bibliot. Scrittori di Vicenza*, VI, 193.
MELZI, *Dizion. Opere anonime*, II, 340.
DICTIONN. DE SPIRIT., I, 567-68.

Angelus a Villava, Prov. Navarro-Aragonensis. — Natus est a. 1853. Sacerdotio auctus (1879), Ordinem ingressus est a. 1881. Missionem Aequatoris a. 1888 et de Caquetà in Columbia a. 1890 petiit. In Hispaniam reversus a. 1898 suam Provinciam gubernavit. Definitor Gener. electus est a. 1900, 1908 et 1914; item officium Vice-Procuratoris sustinuit an. 1907. Obiit in sua Prov. d. 2 ian. 1917. Edidit: *Nociones acerca del Capitulo Prov. y modo de celebrarlo en las Prov. de España* (1903 et 1914).

FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 313, 316, 321
ADALID SERÁFICO (Sevilla) a. 1900 p. 76.
ANALECTA CAP., 33 (1917) p. 62 (Necrol.). (vide et *Index Gener.* voll. 1-50, 1884-1934, p. 66).
ANUARIO *de las Misiones Capuch. de Navarra* (1934) p. 147-50.
IL MASSAIA, 4 (1917) p. 33-37.

Angelus a Vöhringen, in saeculo Matthias *Schnitzler*, laicus prov. Bavaricae. Natus an. 1858, fuit discipulus Academiae Artium Monachii ac dein Ordinem nostrum ingressus est an. 1885. Qua pictor multas tabulas pinxit pro ecclesiis in Lohr, Neuötting, Türckheim, Wemding etc. Opus eius praestantissimum habetur *Via Crucis* in Rosenheim. Obiit in Laufen die 1 dec. 1940.

EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 717.
ANALECTA CAP., 57 (1941) p. 20.
PROVINZBOTE (Bayern), 1947 n. 13, p. 26 s.

Angelus M. a Voltaggio (Vultabio) domo *Rossi*, prov. Romanae Moderator et Postulator Gener. (1699-1710). Obiit a. 1713. Nonnullas edidit biographias Beatorum Ordinis nostri.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 17.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 176.
ANALECTA CAP., 54 (1938) p. 218.
ITALIA FRANC., 14 (1939) p. 214 s.

Angelus a Wippenham (*Stummer*) Prov. Tirolensis Lector et Concionator eximius, perpetue fere Definitor ac ter Minister Prov.; natus an. 1861, vest. an. 1878, defunctus Oeniponte die 28 iunii 1940. Introduxit « Opus Seraphicae Caritatis », fundavit domum S. Fidelis in pago Tirol prope Meran et accepit duas domus religiosas. Typis edidit: *Tirol an des Erlösers Grab* (Brixen 1899) et *Manuale theologiae fundamentalis* (Oeniponte 1907).
ANALECTA ORD., 56 (1940) 317.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, 582 ss.
CASSIAN, *Liter. Tätigkeit*, p. 25.

Angeriacum, vide *Saint-Jean-d'Angely*

Angers (*Andegavum*) in Prov. Parisiensi. — Primus conventus sub tit. S. Antonii, a. 1588 erectus et a. 1597 reaedificatus, suppressus fuit a. 1790. Novus conventus surrexit a. 1864 cum ecclesia sub tit. Septem Dolorum B. M. V. — Seminarium seraphicum S. Fidelis fundatur an. 1931, conventus vero canonice erigitur an. 1936.
BULLAR. CAP., V, 391; X, 603.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 28 tab. XIII.
E. L., *Notice sur les couvents des FF. Mineurs à Angers*. Angers 1895. Extr. de la *Revue de l'Anjou* p. 31-40 couv. des Cap.
GODEFROY, *Les Capuc. en France*, t. I, fasc. II, p. 230 (Index); t. II, 130.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. de France*, III, 189-98.
LEOPOLD DE CHÉRANCÉ, *Expulsion des Capucins de la Cour Saint-Lund.* Angers 1881.
IDEM, *Les Proscrits d'A.* (Capucins et Oblats). Angers 1903.
UBALD D'ALENÇON, *Les Capucins à Ang. Notice historique.* Angers 1909.
ANALECTA CAP., 7 (1891) p. 218, 222.
ANNALES FRANC., 14 (1884-86) 25, 57, 85, 122.
ECHO DE ST. FRANÇOIS (Toulouse), Mai 1903, p. 86.
ETUDES FRANC., 11 (1904) p. 78-85 (*Différend à propos de la question des immunités et les Capucins, 1626*).
FRANC. LEVEN, 32 (1949) 20-25, *Vondel en de Capucijnen van A.* (P. Maximilianus).
REV. HIST. FRANC., 6 (1929) p. 321-22 (Bibl.).

Anglia, urbs, vide *Edingen*

Anglia (England). — Circa a. 1590 fratres quidam anglici, alibi commorantes, missionarii in patriam missi sunt. P. Franciscus Nugent, hibernus, a. 1608 a Paulo V Litteras in forma Brevis obtinuit ut nostrates erigere valerent missionem in Hibernia, in maiori Britannia et in insulis adiacentibus. Eodem a. 1608, Capitulum Gener. missionem Hibernico-Anglicam approbavit et missionarii superioribus Missionis Hibernicae subditi fuerunt. Circa a. 1670 Missio Anglica erecta est in Vicariatum Provincialem, Custodiae Hibernicae subiectum, ita mansit usque ad finem saec. XVIII quum Missio, deficientibus operariis pedetentim evanuit. Recentioribus temporibus, anno scil. 1850, redierunt in Angliam Fratres nostri, alii ex Italia, alii e Flandro-Belgica Prov., qui fundamenta novae Prov. iecerunt. Multiplicatis interim fundationibus, iussu Ministri Gener., pars septentrionalis est annexa Prov. Flandro-Belgicae; pars vero meridionalis, una cum Conv. Hiberniae, constituta est in Custodiam Gener. — Anno autem 1867, tota Britannia et Hibernia, constituta est in unicam Custodiam Gener. — Denique a. 1873, die 1 aug. Minister Gener. totam Angliam in autonomam Provinciam erexit. Anno 1910 huic Prov. concredita est Missio de *Simla* in Indiis Orient., quae ab a. 1937 vocatur Missio *Delhi-Simla*.

Index Conventuum et Hospit. qui in Anglia a) *nunc exstant*: Chester, Clydeside, Crawley, Erith, Olton, Oxford, Pantasaph, Peckham (London), Penmaenmawr, Thirsk, Wyresdale (Over).

b) *sunt derelicti*: Burton Park, Cowley (Oxford), Nuneaton, Panton (Wragby), Pontypool, Walsingham.

In *Statibus Foeder. Amer. Sept.* domos habet in locis Milton (Mass.) et Providence (Rhode-Island).

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore.
Cherubinus a Castel S. Pietro (*italus*) 1873.
Antonius a Novi (*italus*): 1876.
Pacificus a Camerata (*italus*): 1879.
Modestus a Glasgow: 1882, 1888.
Aloysius a Castelferretti: 1885.
Bernardus a Chester: 1890, 1896.
Antonius a Tasson, 1893, 1899, 1905.
Anselmus ab Abersychan: 1902.
Alphonsus a Maidstone: 1908.
Seraphinus a London: 1911.
Bernardinus a London: 1914.
Albertus a London: 1919.
Cuthbertus a Brighton: 1922.
Nicolaus a Chester: 1925.
Aegidius a Denny: 1928, 1934, 1940.
Brendanus a Cork: 1931.
Franciscus a Tasson: 1937.
Aidanus a Bolton: 1943.
Thomas a Dublin: 1946.
Victor a Johnstown 1949.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
de quibus tractatur sub eorum nomine
EPISCOPI:
Kenealy Anselmus († 1943).
SCRIPTORES etc.
Antonius a Tasson († 1928).
Cuthbertus a Brighton († 1939).
Gulielmus a Moate († 1927).
Ioan. Maria a King's Lynn († 1931).

Religiosi ex variis provinciis missionarii in Anglia de quibus agitur sub eorum nomine:
Aloisius a Lavagna († 1857)
Angelus (Pamel) a London († 1633)

Archangelus Forbes († 1606)
Archangelus Lesley († 1637)
Archangelus a Valognes († 1651)
Basilius a Soissons († 1698)
Benedictus a Canfield († 1610)
Epiphanius Lindsay († 1650)
Gargiulo Bonav. a Sorrento († 1904)
Innocentius Weldon († 1707)
Ioannes Chrysost. Campbell († p. a. 1627)
Leonardus a Paris († 1641)
Matthaeus a Saint-Quentin († 1675)
Nicolaus a Dublin († 1650)
Richardus O' Ferrall († 1663)
Robertus a Dreux († 1659)
Torregiani Elzearius a P. Recanati († 1904)

Bibliographia

BULLAR. CAP., VII, 330-31; VIII, 90, 196; X, 261, 480, 518, 751.

DESCRIPT. GEOGR. O. CAP. (1929) p. 11, tab. XIX.

PELLEGRINO, *Annali*, I, 513-17 (de expulsione) Cap. an. 1643); III, 401-403 (Iacobus II rex et Cap.).

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, 89, 315 s.; III, 170 s.; 197 ss.

CUTHBERT, *The Capuchins*, p. 337-40, 472.

ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, I, 381-406; II, 397-468 (cfr. etiam t. IV, cap. 1, editum in: *Analecta Cap.*, vol. 24, a. 1908, p. 44, 79, 121, 187, 282; vol. 25, a. 1909 p. 67, 240, 293).

FRANC. SAV., *I Capp. Genovesi*, I, 393-402.

CARRÉ H., *Henriette de France, reine d'Angleterre (1609-69)*. Paris 1947. — Cfr. *Collectan. Franc.* 1950 p. 164, ubi A. corrigitur quod ad Capuccinos attinet.

CYPRIEN DE GAMACHES, *Mémoires de la Mission des Capucins de la Prov. de Paris près la Reine d'Angleterre* (1630-69). Paris 1881.

WILLIAM OF MOATE, *The Story of the Capuchins in England*. Rochdale 1924.

ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 94, status Provinciae: 52 (1936) p. 96, 129 ss. Publicationes periodicae a Prov. editae. — Quoad alia, cfr. *Index Gener.* voll. 1-50 (1885-1934) p. 173.

COLLECTAN. FRANC., 6 (1936) p. 195.

ETUDES FRANC., 9 (1903) 15-26 (Ubald d'Alençon: *L'aumônerie de la Reine Henriette. Mission d'Angleterre*).

FRANCISCAN ANNALS AND TERTIARY RECORD (publicatio periodica). London, 1877 ss. (Cf. praesertim: Chronicle of the Franciscan Order in England, vol. 1, 1877, p. 161 ss., cuius continuatio habetur in voll. 2-6, 23, 24. — The first Capuchins in England vol. 40, 1916, p. 330-36. — Capuchin Foundations in England, vol. 66 (1942-43) p. 2, 33, 37, 61, 146, 171, 227, 261).

FRANC. LEVEN, 13 (1930) 167, 356 (Fr. Diego: *De Capucijnen in de hopvelden v. Engeland*); 18 (1935) 124-26 (Capucc. et Gulielmus III de Orange).

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Ratio Studiorum Superiorum Prov. S. Laurentii a Brundusio in Anglia FF. Capuccinorum. S. l. (1930).

Anglona-Tursi (dioecesis). — Hanc *Anglonensem-Tursiensem* diec. moderavit noster sodalis Laurentius INGLESE a Salemi ab an. 1935 usque ad an. 1945.

Anglonum, vide *Agnone*

Angóla in Africa orientali:
vide *Congus* et *Congus Lusitanus*.

Angoulême (*Engolisma, Inculisma*) in Prov. Tolosana. — Fratres antiquae Prov. Turonensis a. 1611 (minime 1615) conventum fundarunt, qui suppressus est probabilius an. 1810.

BULLAR. CAP., V, 391.

SILVEST. MEDIOLAN., *Annales*, I, 72.

GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 86.

IRÉNÉE, *Nécrol Prov. Toulouse* p. 103.

MAZIÈRE A., *Couv. des Capucins à Angoulême*, in « BULLETIN ET MÉM. SOC. ARCH. ET HIST. DE LA CHARENTE » a. 1913 p. 43-57.

ETUDES FRANC., 36 (1924) p. 99 n. 51 (Bibl.).

REVUE HIST. FRANC., 6 (1929) p. 322 (Bibl.).

Anguita Téllez R.,
vide *Vélez (de) Raphael*

Anianus (S.), geogr.,
vide *Saint-Aignan-des-Noyers*

Anicetus a Taufers (*Rufinatscha*) prov. Tirolensis lector illustris (1824 † 1896). — Sacra eruditione et cognitione plurium linguarum europaearum et orientalium optime praeditus. Anno 1858 Minister Gener. eum Bononiam arcessivit ut in *Studio Generali* sacras litteras et linguas orientales traderet. Multa in usum discipulorum conscripsit, sed pauca tantum publici iuris fecit (Carmina et Conciones). Obiit in fama sanctitatis Merani d. 25 maii 1896.

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 77.

HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Kap.*, II, 654.

ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 222 (necrol.).

Anicium, vide *Puy-en-Velay*

Anna a Iesu (Castro), vide *Maria Anna*.

Anna Beatrix Manfredi, prima Abbatissa monasterii monialium *Capuccinarum* Mantuae. Obiit die 17 nov. 1691.

PASOTTI GIOV. BATT., *Vita della Serva di Dio la Madre Suor Anna Beatrice Badessa delle Cappuccine di Mantova*. Mantova 1729.

Anna Isabella Lutz, Capuccina, vide *Parma* (Monasterium Cap.)

Anna Maria Michieli, Capuccina, vide *Cologna Veneta*

Anna (Maria), vide etiam *Maria Anna*

Anna Piazzini, vide *Maria Anna P.*

Anna a S. Corde Jesu, vide *Maria Anna* (Cavalli)

Annales Franciscaines — *Revue mensuelle du Tiers-Ordre de St. François.* Paris. 1861 ss. — Est prima Ordinis nostri publicatio periodica franciscana, fundata a. 1861 cura P. Laurentii ab Aosta tunc Provinciae Galliae Ministri. Prodit singulis mensibus, et agit non tantum de Tertio Ordine, sed plures alias notitias praebet de nostro et de aliis Ordinibus S. Francisci.

IRÉNÉE, *Hist. Prov. de France,* III, 173.
IDEM, *Bibl. Prov. Toulouse,* p. 78.
ANALECTA CAP., 52 (1936) p. 135.

Annales Ordinis, v. *Historiographia O. Cap.*

Annali Francescani — *Periodico bimensile dedicato ai Terziari francescani.* Milano 1870 ss. Est prima publicatio periodica evulgata in Italia pro Tertiariis franciscanis. Fundata est a P. Aegidio a Milano, et primus fasciculus paruit d. 15 ian. 1870. Anno 1911 editus est *Index Gener.* rerum notabilium pro an. 1870-1909.

ANALECTA CAP., 2 (1886) p. 129 (Litt. gratulatoriae Leonis XIII); 27 (1911) p. 81 (Epist. Min. Gener. ad Direct.); 52 (1936) p. 136 (Notitiae hist. bibl.).
ANNALI FRANC., Vol. 50 (1919) p. 545-636. Numero straordinario per il 50° degli Annali Franc. (Dicembre 1919).

Annapolis, Maryland, in Prov. Pennsylvanica. — Anno 1950 fundatus est conventus S. Conrado a Parzham dicatus.

ANNALS PROV. ST. AUGUSTINE, 1950 N. 2 p. 9.

Annecy (*Annecium, Annesium*) in Prov. Sabaudiae. — Vetus conventus, S. Iacobo majori dicatus, exstitit ab a. 1593 usque ad gallicam revolutionem saec. XVIII. Conventus hodiernus fundatus est a. 1872-75 sub tit. SS. Stigmatum S. Franc.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 33 tab. XIII.
BOVERIO, *Annales,* II, 441 n. 5 (1590).
BULLAR. CAP., V, 399; X, 697.
EUGÈNE, *Nécrol. Prov. Savoie,* p. XVI, XXVII, XXXII.
JEAN DE COGNIN, *Cap. en Savoie,* p. 78. 341.
LES CAPUCINS *d'Annecy devant l'opinion publique.* Chambéry, 1903.
DICTIONN. HIST. ECCL., III, 364.
ANALECTA CAP., 45 (1929) p. 36, Novitiatus erigitur. — 59 (1943) p. 12, Novitiat. transl.

Annesium, vide *Annecy*

Anscharius a Mainz in Germania. — Domo *Zawart* ortus a. 1891, adhuc adolescens in Americam migravit, ibique a. 1903 habitum sumpsit in Prov. Pennsylvanica. — Theologiae Lector et Concionator exstitit illustris. Pro bono Missionum Ordinis nostri, scriptis et operibus insudavit. Obiit in civ. Pittsburgh d. 19 oct. 1934. — Praeter plurimas lucubrationes, praesertim de re missionaria, in foliis periodicis evulgatas, edidit etiam: *The Capuchins. An historical Survey* (1928); *The history of Franciscan Preaching. A bio-bibliographical Study* (1928). *History of classical Education in the Church* (in: Franciscan Educational Conference, X, 1928, pp. 1-166). — Cfr. *Collectan. Franc.* a. 1941, p. 393.

SERAPHIC CHRONICLE, 18 (1935) p. 18-20, 50-52.
ST. FRANCIS HOME JOURNAL, 34 (1934) p. 325.

Anselmivilla, vide *Ancerville*

Anselmus ab Abersychan,
vide: *Kenealy A.,* archiep.

Anselmus ab Esch-sur-la-Sure, Prov. Belgicae. — E Ducatu Luxemburgensi oriundus, apud Vallones seraph. habitum induit circa a. 1728. Lectoris et Definitoris munera obivit. Opera ascetica vulgavit germanice, gallice et latine. Defunctus est in loco Mondorf prope Luxemburgum a. 1783.

HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.,* IV, 54.
NEYEN A., *Biographie Luxemb.* I, 24-25.
BLUM M., *Bibliogr. Luxemb.,* I, 22-23.
DICTIONN. DE SPIRIT., I, 696-97.
COLLECTAN. FRANC., 4 (1934) p. 316 n. 303.
ETUDES FRANC., 40 (1928) p. 87. — 43 (1931) p. 470-75. — 44 (1932) p. 564-67.

Anselmus a Fontana, Prov. Bononiensis. — Parentibus *Vespignani* natus a. 1824, habitum induit a. 1842. Munera obivit Magistri Novit., Lectoris et per tres vices Ministri Prov. quo fungente munere, vitam explevit d. 3 aug. 1904. In sacra praedicatione ita excelluit, ut inter principaliores Italiae oratores sui temporis numeraretur. — Scripsit et edidit Sermones, Orationes panegyricas et diversi argumenti alia plura.

DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna,* p. 65-75.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana,* p. 6.
GIUSEPPE DA CASOLA VALSENIO, *Elogio funebre.* Bologna 1904.
ANALECTA CAP., 20 (1904) p. 347, (Necrol.).

Anselmus a Lazzaret, prov. Tolosanae Lector et Concionator. Opus asceticum sat magnum edidit, cui titulus est: *La dévote Olympie* (Toulouse 1682).

BERNARDUS, *Bibl. Script.,* p. 20 (Ans. de Raset).
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne,* II, 397.
IDEM, *Bibl. Cap. Aquitan.,* p. 32.
IRÉNÉE, *Bibliogr. de Toulouse,* p. 5.
DICTIONN. DE SPIRITUALITÉ, I, 698.

Anselmus a Monopoli, v. *Marzati A.* (card.).

Anselmus a Pietramelara, Prov. Picenae. — Nobili *Franceschi* genere ortus est. Iam sacerdos saecularis inter nostros cooptatus est. Fuit Commissarius Gener. in Gallia, et Ordinis propagator in insula Cretensi. In expeditione contra Turcas apud Cyprum insulam, confratribus suis praefuit, Lepanti in navali bello (1571) mirabilia egit. A S. Pio V laudatus et benedictus, Camerini quievit a. 1584.

BULLAR. CAP., I, 33; III, 3, 15, 34.
BOVERIO, *Annales,* I, 711-713; II, 139-143.

FLORES SERAPHICI, II 85-89 cum figura.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 206-10.
ANNALES MINORUM, t. 20-21 (v. *Ind.*).
ROCCO DA CESINALE, *Storia miss.*, I, 76, 78, 80 s., 85 s., 88, 129, 475 s.
BONAV. DA SORR., *Capp. Prov. Napoli*, 25.
CUTHBERT, *The Capuchins*, p. 189, 207.
GODEFROY, *Les Capuc. en France*, t. I, fasc. I, p. 120 ss., 159 (Ind.).
IMERIO, *Gli Angeli d. Armate*, p. 290.
ANALECTA CAP., 21 (1905) p. 312 (corrigitur Boverius circa electionem P. Anselmi in Definitorem Gener.).
ITALIA FRANC. 20 (1945) p. 233 (de vera Provincia P. Anselmi).
ROUND TABLE, 11 (1945-46) p. 58-68, *Anselm of P. and his Companions*.

Anselmus de Roset, vide *Anselmus a Lazzaret*.

Antequera (*Antiquaria*) in Prov. Baetica seu Andalusiae. — Conventus, an. 1613 fundatus prope Aediculam B. M. V. vulgo *de la Cabeza*, ob loci asperitatem a. 1633 alibi aedificatus est sub tit. Immaculatae Conc. - An. 1925 Seminarium seraphicum, Divini Pastoris Matri dicatum, in ampliorem formam ductum est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 13 tab. XII.
BULLAR. CAP., V, 376. 419.
AMBROSIO, *Reseña Prov. Andal.*, I, 33-39.
BUENAV., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
FELIX DE GRAN., *Anales de Castilla*, p. 30.
NICOLAUS, *Notitia Baeticae Prov.*, p. 22, 162.
ANALECTA CAP., 54 (1938) p. 106.
COLLECTAN. FRANC., 12 (1942) p. 154 n. 446-449 (Not. bibliogr. de 7 Religiosis a marxistis occisis a. 1936).

Anticolum (Anticoli), vide *Fiuggi*

Antigua-Guatemala. — Anno 1852 Archiepiscopus Guatimalen. aedificium antiqui Conventus de *Belen* nostratibus assignavit, in quo an. 1856 novitiatus erectus est. Anno autem 1872 a Gubernio massonico omnes religiosi expulsi sunt.
BULLAR. CAP., X, 304-306.
BULLARII REGESTUM, num. 3737, 3866, 3883, 3972.
IGNACIO DE CAMBRILS, *Cronicón de la Misión de Capuch. en Centro-Amer.*, Barcelona, 1888 (Passim notitiae de Conv.).

Antillae maiores in America centrali, vide: 1) *Cuba*, 2) *Puerto Rico*, 3) *Santo Domingo*.

Antillae minores. Insulae in America centrali (*Martinica, Granada, Guadalupe* etc.) — Anno 1635 initium habuit Missio Antillarum opera fratrum Prov. Normandiae. An. 1642, P. Pacificus a Provins, alumnus Prov. Parisiensis, constitutus est Superior huic Missioni, ubi autem pervenit solummodo a. 1645. Post illius mortem (1648), Missio Antillarum fratribus Prov. Normandiae iterum anno sequenti concredita est.

Ob gallicam subversionem (1790), paulatim omnes nostri missionarii ibi degentes, dispersi vel mortui sunt.
BULLAR. CAP., VII, 322.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, III, 681 ss.
CLEM. A TERZORIO, *Man. hist. Miss.* p. 424-28.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 183.
MELCHIOR, *Hist. Cap.*, *vol.* III, 381-85, 408.
STREIT, *Bibl. Missionum*, II, 533.
P. HILDEBRAND, *Les Capucins Belges aux Iles d'Haiti et de Martinique* (in: « Bulletin de l'Union Missionn. du Clergé », XVI, 1936, p. 57-61).
COLLECTAN. FRANC., 11 (1941) p. 644-45, nn. 240-42 (Not. bibliogr.).
ETUDES FRANC., 12 (1904) p. 163-74, *Les Missions des Capucins Français dans les Antilles au XVII*e *siècle* (Daniel d'Allanche).
REVUE HIST. FRANC., 3 (1926) p. 293-98, *Le P. Pacifique de Prov. aux Antilles* (J. Rennard). — 12 (1935) p. 242, 407.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 11 (1935) p. 70-73, *Die Kapuziner in Westindien* (Hier. Graf).

Antiochena *sedes titularis archiepiscop.* in Pisidia. — Ad hanc sedem titul. promotus est a. 1588 noster sodalis Ioannes SALIASCHI a Grignasco († 1592).

Antiquaria, vide *Antequera*

Antisiodorum, vide *Auxerre*

Antoninus a Bronte, Prov. Messanensis. — Domo *Uccellatore* natus a. 1680, Ordinem ingressus est a. 1695. Magna fuit in eo pietas in animas in purgatorio degentes. Exinde apostolus purgatorii conclamatus est. Scripsit inter alia: *Via Crucis ad modum suffragii*, cuius innumera exemplaria distribuit. Signis clarus, *Cefalù* obiit d. 3 apr. 1762.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 20.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, II, 263-72.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 2139.
MIRA G., *Bibliogr. Siciliana*, I, 130.

Antoninus a Brooklyn, Prov. Calvariensis in Stat. Foed. Amer. — Domo *Wilmer* natus 1858, vocationem seraphicam amplexus est a. 1879. Praefectus fuit novae Scholae seraphicae Provinciae, et per sex annos disciplinas philos. et theol. tradidit. Fuit etiam Rector Collegii Laurentiani in Mount Calvary, pluries Definitor et Minister prov., Definitor Gener. (1920) et Rector Collegii Internationalis S. Laur. Brund. in Urbe (1922-32). In Provinciam reversus, obiit d. 12 iul. 1935.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 324.
BITTLE, *A Romance...* p. 595 (Ind.).
ANALECTA CAP., 51 (1935) p. 265 (Necrol.).
THE MESSENGER, V, 1933-36, p. 282-87.
SERAPHIC CHRONICLE (New York), a. 1929, p. 163-166.

Antoninus a Castellammare del Golfo, Prov. Panormitanae. — Natus a. 1873, seraphicum Ordinem a. 1888 ingressus est. Fuit Minister Prov. et praedic. egregius praesertim in exer-

citiis spiritualibus tradendis. Historiam suae Provinciae, quam fortiter dilexit, descripsit et edidit quattuor voll. (1914-26). Cultum eucharisticum maxime fovit opella cui titulus: *L'Anima Eucaristica*. Palermo 1921... (versio hispanica, Barcel. 1935). — Nonnulla alia opera edidit de re hagiographica. Obiit d. 19 februarii 1939.

EGIDIO, *Scrittori Prov. Palermo*, p. 26.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 105 (Necrol.).
ATTI UFFIC. PROV. PALERMO, a. 1940 p. 26.
FIAMMA SERAFICA, a. 1939 fasc. 5-6; a. 1940 fasc. 2-3 (In memoriam P. Anton.).

Antoninus a Castignano, prov. Picenae. Lector, et missionarius in Valletelina († 1811). — Edidit: *Dialogo per istruzione dei Cattolici e lume dei Protestanti... per la Valtellina*. 2 voll. (Trento 1791) etc.

APPENDIX *ad Bibl. Script.*, p. 13.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 90.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 11
VALDEMIRO, *Cappucc. Bresciani*, p. 356.

Antoninus a Lodi, vide *Pezzoni A.* episc.

Antoninus a Pettineo, Prov. Messanensis. — Natus a. 1836, Ordini nomen dedit a. 1854. Destinatus ad missionem Candiae (1866), Administrator Apost. Dioeceseos et Missionis Superior renuntiatus est d. 22 mart. 1899. Multa pertulit in aedificanda nova Ecclesia cathedrali Candiae. Obiit die 23 mart. 1908.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss. Capp.*, II, 342-47, 361 (Ind.); IV, 93 s., 115.
IDEM, *Manuale hist. Miss.*, p. 20, 117.
ANALECTA CAP., 24 (1908) p. 160 (Necrol.).

Antoninus a Reschio, Prov. Umbriae. — Familia *Montaldini* natus a. 1832, Ordini adscribitur a. 1847. In Brasiliae missionem missus est a. 1878, at valetudinis causa, anno 1882 in Italiam revertitur. Anno sequenti in Chilensem missionem apud Araucanos iterum profectus est. Romam vocatur a. 1885 ut Generalis Missionum Secretarius. In suam Provinciam reversus a. 1896, obiit d. 22 iul. 1907. Plura reliquit Mss. et opera edidit inter quae: *Letture Serafiche pei Frati Minori* (1887): *L'Araucania, Memorie della Miss. dei Capp.* (1890); *Dilucidationes in Statutum Miss. Ord. Cap.* (1893).

BULLARII CAP. REGESTUM, n. 4191.
FRANC. DA VIC., *Miss. Prov. Serafica*, p. 325-29, 366.
IDEM, *Scrittori Prov. Serafica*, p. 227-38.
CLEM. DA TERZ., *Le Missioni*, III, 423 (Ind.)
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 6, 77.
ANALECTA CAP., 23 (1907) p. 284 (Necrol.).
ANNALI FRANC., 38 (1907) p. 642 s.
TERTIUS ORDO, 1 (1940) p. 104-06.

Antoninus a Rouen (Rothomagensis) antiquae Prov. Normanniae alumnus. — Familia *Deschamps* natus a. 1748, Ordinem ingressus est a. 1770. Tempore gallicae revolutionis, pro fide catholica a satellitibus in urbem *Rochefort* ducitur et in navi missus, post quinque menses fame et inedia moritur d. 8 aug. 1794, una cum fratre suo Marcellino.

BESCHIN, *Martyrol. franc.*, d. 8 augusti.
EDOUARD, *Essai de Martyrologe*, p. 21.
ANALECTA CAP., 39 (1923) p. 252-56; 51 (1935) p. 239.

Antoninus a Tienen (Tirlemont) in saeculo Fr. de *Tombeur*, veteris prov. Flandro-Belgicae alumnus (c. 1651 † c. 1735). — Vulgavit opusculum pro novitiis cui titulus *Geestelycke Oeffeninge voor de novitien*, Lovanii a. 1718 et Brugis a. 1832. A quibusdam (e. gr. P. Gerlachus) suspicatur illud opus celebri P. Ioanni Evang. Buscoducensi tribuendum esse; quod tamen aliis (e. gr. P. Hildebrand) omnino improbabile videtur.

DICTIONN. DE SPIRITUALITÉ, I, 726 s.
P. HILDEBRAND, *Ant. de Tirlem.* in periodico « *Ons Geest. Erf* » VII, 1933, p. 443-45.
FRANC. LEVEN, 15 (1932) p. 266, 297, 323, P. Gerlachus: *Wie is de auteur van de Geest. Oeffeninghe ?*

Antoninus a Zadrzecze, vide: *Przedwojewski A.*, episc.

Antonius (S.), geogr., vide *Mastrilserberg*

Antonius M. ab Albogasio, Prov. Mediolanensis. — Nobili familia *Affaitati* natus est a. 1660. Per annos quindecim capite damnatis tali caritate praesto fuit, ut omnes rite ad diem supremum paraverit. Archivista, plurima Mss. reliquit, in quibus res suae Provinciae egregie narrantur. Obiit d. 26 apr. 1721. Inter opera ipsius typis edita sunt: *Fiori istorici di erudizione* (1711). (Recusus et ampliatus in 3 tom. a. 1732). — *Il Caritativo assistente in pratica* (1719).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 25.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 182.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 64-69.
VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, II, 402-06.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 1309.
MELZI, *Dizion. Opere anon.*, I, 20 (sub v. Affaitati: *Il semplice Ortolano in Villa*).
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, I, 165.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, I, 364 (*Affaitati*).
DICTIONN. THEOL. CATH., I, 517.
DICTIONN. HIST. ECCL., I, 671.

Antonius Maria ab Amelia (*Lualdi*), e prov. Umbriae. In *Georgianam* missionem a. 1713 proficiscitur; *Astrakhan* postea in Russia adfuit usque ad a. 1725, de qua missione vere benemeritus evasit. Profectus deinde ad Tunetanam missionem, paulo post ad suam provinciam remeavit, ibique moritur a. 1741.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, VII, 167, 241.
FRANC. DA VIC., *Missionari Prov. Serafica*, p. 134, 184, 245.
COLLECTAN. FRANC. 12 (1942) p. 539-48 passim — 20 (1950) p. 96-97.
ITALIA FRANC. 20 (1945) p. 114-116.

Antonius M. a Brescia (Galizio), vide: *Marcus Ant. a Carpenedolo.*

Antonius (?) a Castignano, vide *Antoninus a Castignano.*

Antonius M. a Cephalonia, vide *Buhadgiar A. M.*, episc.

Antonius M. Claret (B.) catalanus, fundator (1849) Congregationis *Missionariorum filiorum Immaculati Cordis B. M. V.* († 1870). - De consuetudinibus et relationibus quas ille habuit cum fratribus Ordinis nostri Capuccinorum, abunde scripsit P. Iosephus a Besalù in periodico « Catalunya Franc. » a. 1934, p. 125, 155, 215, 239 (*El B. Antoni M. Claret i l'Orde dels Caputxins*).

Antonius a Como, Prov. Mediolanensis. — Nobili familia *Olgiati* a. 1655 ortus, religiosum habitum induit sedecim annos natus. — Fuit Magister Novitior., Lector Philos. ac Theol. et Minister Prov. — Italice vertit tom. III *Annalium* nostri Ordinis P. Marcellini De-Pise Matisconensis (Trento 1708), voll. 2. — Obiit d. 5 apr. 1723.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 23.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 69.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, p. 184.
ARGELLATI, *Bibl. Script. Mediolan.*, p. 1006.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 1238.
VALDEMIRO, *I Capp. Milanesi*, II, 408.

Antonius Corsicus, vide *Antonius Cyrnaeus*

Antonius Cyrnaeus. — Ita dictus e nomine Corsicae, ubi natus est a. 1473. Primum Canonicorum Regularium institutum professus, postea inter Minores de Observantia receptus, demum Romae a. 1530 inter nos cooptatus est. Missus in Umbriae Provinciam, victissima austeritate vitae et sanctitatis fama clarus obiit in Conv. Montiscasalis d. 5 febr. 1548. Scripsit de historia Ordinis nostri ab eius exordio usque ad a. 1548.

MONUM. HIST. O. CAP., I, 283-88; II, 220, 386, 389; III, 249-58 (v. Ind. p. 514).
MONUMENTA HIST. O. CAP., VI, num. 183-194.
BOVERIO, *Annales*, I, 400-408.
FLORES SERAPHICI, I. 259-265 cum figura.
LEGGENDARIO CAPP., II, 104-110.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 22.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 79.
FRANC. DA VIC., *Scritt. Prov. Seraf.*, p. 1-6.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 21-23.
ITALIA FRANC. 8 (1933) p. 38-47.

Antonius a Fuentelapeña, Prov. Castellae in Hispania. — Ex illustri familia de *Arias*, habitum induit a. 1643. Fuit Lector Theologiae, Concionator, Provinciae Moderator, Visitator et Commissarius Gener. in Sicilia. In suo opere: *El Ente dilucidado* (Madrid, 1677) agit etiam de mechanica possibilitate hominis ad volandum.

De re ascetica et mystica edidit: *Compendio de la mystica teologia* (1701); *Retrato divino* (1685); *Luz de la Verdad* (1702). Quo anno obierit nescitur (fortasse 1702?).

BULLAR. CAP., V, 365.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 24.
ANDRÉS, *Vitalidad seráfica*, I, p. 181.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
BUENAV., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, I. 1544.
DICTIONN. DE SPIRIT., I, 711.
DICTIONN. THÉOL. CATH., VI, 950.
REVISTA DE ARCHIVOS, BIBLIOTECAS Y MUSEOS, XXXIII (Madrid 1915) p. 350-60: Vicente de Castañeda, *El primer libro impreso sobre aviación, es español?* (vide recens. apud « Archivo Ibero-Amer. » XI, 1919, p. 397).

Antonius a Gaeta, Prov. Neapolitanae. E ducibus *Laudati-Carafa* et Eques melitensis. Nostrum institutum professus est a. 1632. Ad Congum viginti post annos navigat cum titulo Praefecti Apost., quam missionem ampliare studet; quocirca interiora Matambae regni penetrat et explorat. Pro famosae reginae Congi Barbarae Singae conversione (1656) plurimum adlaboravit qua de re ad S. Congr. de Prop. Fide misit *Relationem*, qua usus est P. Franciscus Gioia in suo opere conficiendo, quod inscribitur: *La meravigliosa conversione della Regina Singa* (1669). Loandae cecidit Christi miles a. 1662.

CAVAZZI, *Stor. d. Congo* (cfr. Ind. ad v. *Gaeta*).
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, III, 597-607, 615-19, 625 s., 671.
CLEM. DA TERZ., *Le Miss. Capp.*, X, 457-92.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 25-42.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 22.
APOLLINARIS, *Bibl. Neapolit.*, p. 43.
BONAV. DA SORR., *Capp. Prov. Napoli*, p. 27.
FRANC. M. DA NAPOLI, *La maravigliosa conversione della regina Singa* (Napoli 1660). Cfr. pp. 450-65: *Vita del P. Ant. da G.*
PELLEGRINO DA FORLÌ, *L'Apostolo dei Selvaggi* [*P. Ant. da Gaeta*], Roma 1882.
DICTIONN. HIST. ECCL., III, 774.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 364.
BOLLETT. SOC. GEOGR. ITALIANA, a. 1949, p. 89 (*Contributo alla conoscenza dell'Angóla*).
NEERLANDIA FRANC., I (1914) p. 259-61.

Antonius a Gradisca, Prov. Stiriae. — E nobili domo *Zucchelli* ortum habuit a. 1663. Sexdecim annos agens religiosum habitum induit, et a. 1697 in Congi missionem proficiscitur. Apud principes et subditos magna pollebat veneratione et extimatione. Labore obrutus in Italiam redire adstringitur. Mense decembri a. 1702 in Loanda navim sumpsit et post longam et periculis plenam navigationem mense sept. a. 1704 a consodalibus conventus SS. Redemptoris Venetiarum hospitio recipitur. Goritiae die 13 iul. a. 1716 obiit. Sui itineris relationem edidit sub titulo: *Relazioni del Viaggio e Missione di Congo nell'Etiopia inferiore Occidentale*, Venezia 1712. Opus plures ac curiosas continet notitias geographicas, religiosas et

ethnologicas locorum suae Congi missionis quae peragravit, sed etiam Brasiliarum loca, quae ratione itineris visitavit. Huius operis versio germanica exiit primus Francofurti a. 1715 sub titulo *Merckwürdige Missions und Reise-Beschreibung nach Congo in Ethiopien*; dein Erfurth a. 1723 sub titulo *Der geistliche Robinson, oder... Beschreibung einer sehr weiten Reise, so ein Capuciner in viele Lande von Europa und Africa gethan*. Demum *Reise nach Congo*, Teophil Friedr. Hermann vulgavit in opere cui titulus: *Geschichte der merkwürdisten Reisen*, t. XIII, p. 1-59 (Frankfurt, 1794).

BERNARDUS, *Biblioth. Script.*, p. 25.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 188.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 707 (Zucchelli).
CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss. Capp.*, X, 535 s.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, IV, 373-75.
BIOGRAFIA UNIV. (Venez. 1823) t. 65 p. 393-96.
AMAT DI S. FILIPPO P., *Gli illustri viaggiatori italiani* (Roma 1885) p. 309-18.
IDEM, *Biografia dei viaggiatori ital.*, (1882), p. 473-75.
CAROLLO GOTTARDO, *Le Relazioni del P. Ant. Zucchetti da Grad.*, Udine 1882.
PATRIARCA EMILIO, *Profili di missionari friulani: P. Ant. da Grad.* Verona 1942, pp. 52. cf. recens. apud *Collectan. Franc.* 1943 p. 332 s.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 364.
BOLLETT. SOC. GEOGR. ITALIANA, 1949, p. 185-89 (*Contributo alla conoscenza dell'Angóla*).
ITALIA FRANC., 8 (1933) 404-14.
NEERLANDIA FRANC., II (1919) p. 110-12 (P. Eduard, *Bibliogr. Congolaise*).

Antonius M. a Gruyères (*Gachet*), alumnus prov. Helveticae. — Anno 1841 Ordinem nostrum ingressus mittitur an. 1857 in Americam, ut instrueret primos novitios Provinciae Calvariensis. At brevi post curam missionis indianae in Statu Wisconsin suscepit; vertit Evangelia dominicalia in linguam Indianorum et composuit grammaticam eorum linguae difficillimae. Post quinquennium in patriam revertitur (1862) et anno post in Indias Orientales vocabatur, ubi ministerium apostolicum et munus secretarii nostri episcopi Anastasii Hartmann exercuit. In suam provinciam reversus a. 1868, obiit a. 1894. — Praeter diarium Americanum (1857-62) et Indicum (1863-68) scripsit vitam Anastasii Hartmann anglice, gallice et germanice.

CHRONICA PROV. HELVETICAE, p. 672-73.
SCHWEIZER KAP. FESTSCHRIFT (1928) p. 288-89.
ADELHELMUS, *Monum. Anastasiana*, V, Ind. p. 1269, 1284 (Intinera), 1291 (Notitiae).
COLLECTAN. FRANC., 19 (1949) 340, de opere *Journal d'un missionnaire* (1863-68).

Antonius ab Igualada, Prov. Cataloniae. — Ortus est a. 1834 e familia *Mensa*. Americam petiit et in conventu loci Antiqua (Guatemala) a. 1863 habitum seraphicum recepit. Saeviente religiosa persecutione (1872) variis in locis peragravit, denique in civitatem Cartago (Costa Rica) se recepit; ibique vitam vere apostolicam duxit usque ad mortem, d. 9 octobris 1897.

CORONA *funebre a la memoria del P. Ant...* (S. José de Costa Rica, 1897).
BASILI, *Necrol. de Catalunya*, p. 283.
PRADO E., *La Orden franciscana en Costa Rica* (Cartago 1925), p. 206-213.
PEREGRINO M. DE MATARÓ, *Noticia del P. Ant... mision. en Costa Rica* (Cartago, 1923).

Antonius a Krainburg (Kranj), antiquae provinciae Styriae bis moderator (1701, 1707) Prov. bavaricae commissarius gener. (1709) Ordinis autem bis definitor gen. (1709, 1712). Vir fuit eximiae pietatis et doctrinae atque praeco verbi divini celeber. Obiit in Ljubljana an. 1727 aetate 71 annorum. De eo remanent *Conciones* sloveno et germanico idiomate exaratae.

BULLAR. CAP., IV, 270.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 35.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 183, 185.
MAVRICIJ, *Samostansko Življenje*, p. 114.

Antonius Maria a Lavaur (vulgo: *Marie-Antoine*) Tolosanae Prov. Definitor et egregius concionator. — E gente *Clergue* originem duxit die 23 dec. 1825. — Sacerdotio auctus a. 1850, postea Ordinem nostrum ingressus est a. 1855. Totam fere Galliam concionator apostolica vi peragravit, et ob miras eius virtutes « sanctus Tolosanus » vocabatur. Peculiari modo opus, quod dicitur « Panis pauperum » propagavit, et maxime fovit peregrinationes ad celebre Sanctuarium Lapurdense (Lourdes). Fama sanctitatis obiit in conventu Tolosano die 8 febr. 1907; an. 1928 initium habuerunt Processus ordinarii eius beatificationis et a. 1946 eadem Causa introducta est apud S. Congreg. Ex multis eius operibus editis haec nominantur: *La Débacle du Protestantisme* (Bergerac, 1895) — *Triomphe de l'Église par le Concile* (Paris, 187...) — *La B. Bernadette* (Toul, 1926) — Le P. Marie-Ant Orateur: choix de *Discours* (Toul, 1928) — *La sainte amitié* (Ligugé, 1897).

APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 88-91, 169.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 50.
IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 47-53.
IDEM, *Hist. Prov. de France*, III, 64-109.
MARIE-ANTOINE DE LAVAUR, *Mes souvenirs*, Paris, 1930.
IDEM, *Lettres à sa Famille*, Ib. 1913.
BRUNO GOSSENS (von Cleve), *P. Maria-Antonius. Ein Franziskusleben unserer Zeit.* Frankfurt, 1941.
CLERGUE HELEN, *The Saint of Toulouse* (P. Marie-Ant.) *A study of a great religious personality*. London, 1931.
ERNEST-MARIE DE BEAULIEU, *Vie* (abrégé) *du P. Marie-Antoine*. Toulouse, 2. éd. 1946.
IDEM, « *Le Saint de Toulouse* ». *Vie du P. Marie-Antoine*. Ibid. 1908, 1928.

PÉRILIÉ J., *Vie populaire du P. Marie-Ant.*, III édition, ibid. 1907.
ANALECTA CAP., 23 (1907) p. 186 (necrol.); 49 (1933) p. 77, Processus beatif. — 52 (1942) p. 34-39: *Elenchus scriptorum Servi Dei Ant. M. edita et inedita approbata a S. Rit. Congr.* — 61 (1945) p. 59; 64 (1948) 176, Status Causae beatificationis.

Antonius a Madrid (Moncada).
Vide: *Franciscus Ant. a Madrid.*

Antonius a Modena, Min. Gener. — Nobilibus *Montecuccoli* Mutinae a. 1598 ortus, septem et decem annos natus novitiatum ingressus est. In studio theologico Controversiarum Bononiae fuit Lector et bis Min. Prov. electus est (1624 et 1632). Die 15 maii 1633 Min. Generalis declaratus est, quo in munere quattuor tantum per annos stetit; nam a. 1637 munus remisit. Obiit die 18 apr. 1648 in Conv. loci Sassuolo. De eo olim exstructus est Processus ordinarius.

BULLAR. CAP., I, 92; II, 253.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 3-10.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 130.
CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 136-39.
SALVATORE. *La Prov. di Bol.*, I, 151, 160-69.
DICTIONN. HIST. ECCL., III, 792.
ZACCARIA DA BOLOGNA, *Ritratto delle virtù e vita del P. Ant. da M.*, Roma 1667.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 136 (Min. Gen.); 49 (1943) p. 34 (de Processu informativo an. 1649 conscripto).

Antonius a Monteciccardo, prov. Picenae magister novitiorum et bis moderator (1535, 1539); definitor gener. (1536). Vir fuit paupertate, austeritate vitae et abstinentia vere admirabilis. Sancte obiit an. 1550.

MONUM. HIST. O. CAP., III, 227-38, 290; V, 140-45.
BOVERIO, *Annales*, I, 429-34.
FLORES SERAPHICI, I, 182-86 cum figura.
LEGGENDARIO CAPP., VI, 91 ss.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 29-31.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.* p. 38.
BESCHIN, *Martyrol. Franc.* (7 ian.).
ITALIA FRANC, 7 (1932) p. 386 s., 486-94.

Antonius M. a Monteprandone (domo *Amici*) Prov. Picenae. — Concionator efficax et missionarius in Congi regno. Obiit Anconae a. 1687. Edidit: *Catechismus pro regno Matambae, lusitanico, latino et eius regni idiomate.* Romae 1661. — *Instructio de Fidei constantia ad reginam Singam in regno Matambae.* Romae 1667. Scripsit etiam opus: *Sanctorum mare magnum* ad methodum Martyrologii romani, quod S. Rit. Congr. (1675) mandavit servari in Arch. eiusd. Congr. (vide: *Bullarii Cap. Regestum*, num. 1463; *Analecta Juris Pontif.*, VIII Series, p. 1194, Roma 1866).

PELLEGRINO, *Annali*, III, 411-12.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 26.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 183.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 9.
CAVAZZI *Stor. d. Congo*, cfr. Ind. *Monteprandone.*
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, III, 544, 549, 583, 597, 672.
CLEM. DA TERZ., *Le Miss. Capp.*, X, 670 (Ind.).
VECCHIETTI, *Biblioteca Picena*, I, 189.
NEERLANDIA FRANC., I. (1914) p. 255, n. XII, (P. Edouard, *Bibliogr. Congolaise*).

Antonius a Montevideo,
Vide: *Barbieri A.*, archiep.

Antonius ab Obereifnach, alumnus Calvariensis Prov. in Stat. Foed. Amer. — Cognomento *Rottensteiner*, natus est in Bavaria an. 1830. Sacerdos factus a. 1857, laborabat per plures annos in Dioec. Eystettensi, donec, in Americam perrectus, habitum induit a. 1866. Theologiae Lectoris, Definitoris et Ministri Prov. munera exercuit. Merito iuxta duos fundatores Provinciae ponitur. Obiit d. 19 febr. 1903.

BULLAR. CAP., X, 369
BITTLE, *A Romance...* p. 594 (Ind.).
ANALECTA CAP., 19 (1903) p. 125; 23 (1907) p. 170.

Antonius ab Olivadi in Calabria. — Anno 1653 natus est, et ad Ordinem cooptatur a. 1670. Ardentissimo zelo munus concionatoris exercet ita ut episcopus Palavicini a S. Sede impetret, ut sibi detur Antonius pro sacris expeditionibus in Meliti dioecesim. — Passione Domini sese inspirans, eam iugiter praedicabat. Sancte obiit in loco Squillace d. 22 febr. 1720. Causa de eius beatificatione agitur ex a. 1758. — Duas scripsit parvas opellas saepe reimpressas scilicet: *Anno doloroso, ovvero Meditazioni sopra la Passione di G. C.*, (Napoli 1690). *Anno doloroso, ovvero Meditazioni sopra la vita penosa della B. Vergine* (Napoli, 1712). Archivum Capuccinorum Florentiae ms. servat: *Autobiografia del Ven. Servo di Dio, Antonio da Olivadi*, ex auctoris originali rescriptam anno 1702.

BULLAR. CAP., III, 61, 69; VIII. 285-89 (nota).
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 23.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 7.
FRANC. DA VIC., *Scritt. Capp. Calabr.*, p. 9-12.
LEGGENDARIO CAPP., II, 370-81.
ILG, *Geist d. H. Franz.*, III, 60-93.
LECHNER, *Leben d. H. Kapuz.*, III, 71-131.
LODOVICO DA OLIVADI, *Vita del ven. Ant. da O.*, Palermo 1747, Venezia 1755.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 486-498.
FIORE, *Calabria illustrata*, II, 205.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 114.
FERRARI, *Onomasticon* (Bibliogr.) p. 40.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, I. 1548.
ANALECTA CAP. 61 (1945) p. 59, Status Causae.
ECO S. FRANC. (Napoli), a. 1889 p. 115-124.
MISCELL. FRANC., 1949, p. 414-22, *Il ven. Ant. da Oliv. - Nota bio-bibliogr.* (Fr. Russo, M.S.C.).

Antonius (S.) a Padua (1195 † 1231), universalis Ecclesiae *Doctor* renuntiatus a Pio XII (1945), totius Seraphici Ordinis decus, insignis thaumaturgus, pauperum protector et adiutor, classicum exemplum seraphici apostolatus. Ad eius cultum inter fideles propagandum summopere contulerunt fratres Capuccini ministerio verbi, litteratura et arte. Iam anno 1674 Procurator Ordinis P. Bonaventura a Recanati facultatum a Pontifice obtinuit pro fratribus et sororibus Ordinis nostri semel in mense, extra adventum et quadragesimam ac in die non impedita festo novem lectionum, recitandi *officium canonicum* S. Antonii. Patres autem vocales Capituli generalis an. 1685 statuerunt ut absoluto completorio divini officii, adderetur responsorium S. Antonii « *Si quaeris miracula* » cum respectivis versiculis et orationibus (*Ordinationes et Decis. Capit. Gen.*, ed. 1851, p. 134 n. 3), quod item statuitur ab Ordinationibus novissime editis (n. 58).

Inter praecipuos nostros sodales qui cultum S. Antonii maxime foverunt peculiari mentione dignus est P. Antonius Maria (vulgo *Marie-Antoine*) a Lavaur, prov. Lugdunensis († 1907), qui verbo et opere cultum erga S. Thaumaturgum in tota Gallia propagavit et magnum incrementum dedit institutioni caritatis quae « *Panis pauperum a S. Antonio* » vocatur.

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, II, 224-26.

Antonius M. a Palazzuolo, provinciae neapolitanae bis moderator (1725, 1731); definitor gener. (1733). Fuit concionator egregius et familiarem consuetudinem habuit cum celebri Io. Bapt. Vico cui morti proximo religiosam adsistentiam praebuit. (Vide peculiares notitias sub v. *Vico* Io. B.

BULLAR. CAP., III, 4.
BONAV. DA SORR., *Capp. Prov. Napoli*, p. 16 s.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 202.

Antonius Parisiensis. — Domo *Caluze* natus a. 1618 Ordini nomen dedit a. 1635. Annalista et Archivista factus est ac traductionem emendationemque *Annalium* Boverii explevit quas sub hoc titulo typis mandavit: *Les Annales des Frères-Mineurs Capucins* (Paris, t. I, 1675; t. II, 1677). Obiit die 11 aug. 1678.

BERNARDUS, *Biblioth. Script.*, p. 24.

Antonius a Parma, v. *Pescatori A.*, archiep.

Antonius a Penne, (familia *Naccaria*) Prov. Aprutinae. — Lector, Definitor et Orator aevi sui celebris. Obiit Neapoli a. 1676. Inter alia edidit: *La Istoria della peste nel regno di Napoli che fu l'anno 1656 e 1657* (Napoli 1660); *Il sogno di Nabucco spiegato in Paradossi morali* (Napoli 1666); *Avvento predicato nella S. Casa di Loreto* (Venezia 1675).

BERNARDUS, *Biblioth. Script.*, p. 23.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 184.
FILIPPO, *I Capp. d. Abruzzi*, p. 85.
MINIERI RICCIO, *Scrittori Napoletani*, I, 53.
TOPPI, *Bibliot. Napoletana*, p. 30, 314.
CORDI ET MENTI (Public. period. PP. Capucc. *Aquila*) II 1938, p. 12 ss.

Antonius a Pontedera, e fam. *Merendoni*, in sua prov. Tusciae Definitor, Concionator et S. Eloquentiae magister egregius. Per sex annos fuit etiam in missione Chilensi, (n. 1837, † 1893). Vir sane eruditus, plura reliquit scripta et typis vulgavit: *Appunti di S. Eloquenza* (1886); *La cremazione dei cadaveri* (1886); *L'uomo secondo la Genesi e la scienza* (1891); *Vita dei Ven. Agatangelo e Cassiano* (2. ed. Roma 1904).

MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 320, 666.
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 93.

Antonius a Pordenone, domo *Pisollo*, habitum seraphicum sumpsit in prov. Veneta a. 1581 et moritur apud Castelfranco a. 1628. Architectus bonae notae, sedulo vacavit Conventuum constructionibus in sua et in Tirolis, Bavariae, Austriae et Bohemiae provinciis. Magnum opus scripsit, pluribus tabulis adiectis, cui titulus: *Libri tre ne quali si scuopre in quanti modi si può edificare un monastero sia la chiesa... conforme all'uso della nostra religione.* Quod opus asservatur Venetiis in Biblioth. Marciana (sign. Ital. IV, olim n. 139-141; nunc n. 5070-5072).

GIO. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 47 s.
FRATI-SEGARIZZI, *Catal. Codici marciani ital.*, II, 18 (Modena 1911).

Antonius M. a Reutte (olim Reit in ditione Tirolensi). E domo *Schyrl* ortus a. 1597, Ordinem ingressus est in Prov. Bohemiae. — Vir fuit in divinis et humanis litteris admodum eruditus; sed Mathesi et Astronomia emicuit tanta aestimatione et fama ut eum plurimi facerent sui temporis lumina (*Gassendi, Galilei* et alii). Nova instrumenta pro caelestium exploratione exstruxit et vocabulis *oculare, obiettivo* primus usus est. Opus concinnavit sub titulo: *Oculus Enoch et Eliae, sive Radius syderomysticus, planetarum varios motus tradens*, etc., Antwerpiae, 1645. Duobus tomis constat: Primus, quattuor tractatus habet, quorum notandus tertius, ubi controversiae agitantur inter Copernicum et Ptolemaicos. Notabilis et quartus, quo tradidit *De confectione telescopii binoculi.* Altera pars operis inscribitur: *Theoastronomia*, qua consideratione caelestium, per novos et iucundos conceptus praedicabiles, ab astris desumptos, mens humana ad invisibilia Dei introducitur. Edidit etiam: *Novem stellae circa Iovem visae, circa Saturnum sex, circa Martem nonnullae a P. Ant. Rheita detectae*, Lovanii, 1643. Alia opera de re theologica etc. scripsit et edidit. Romam vocatus a Ministro Generali, Ravennae repentino mortuus est a. 1660.

BULLAR. CAP., IV, 210-11.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 560.
MELCHIOR, *Hist. O. Cap.*, vol. II, 384-85.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 26.
WADDING, *Scriptores*, p. 29.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* II, 666, 670.
BIOGRAFIA UNIV. (Venez. 1823) t. 47, p. 401.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.*, p. 34-39.
BOFFITO G., *Gli Strumenti della Scienza* (Firenze 1929) p. 95, 96.
FRANCISCAN EDUC. CONFERENCE 5 (1923) p. 67 s.

Antonius a Sedella, Prov. Baeticae seu Andalusiae. — Natus a. 1748 Ordinem ingressus est a. 1763. In Louisianam regionem Americae sept. a. 1781 pervenit, ibique per 40 annos et ultra curae animarum incubuit. Indefessa fuit activitate, cui iungebatur peritia linguarum gallicae et anglicae. Plurimi habitus a rege Hispaniarum et ab episcopo Louisianae. Obiit sanctus vir a. 1829. Apud fideles numquam eius fama decrevit, et communiter titulo « Le Saint P. Antoine » vocatur.
ANTONIO DE CASTILLO, *La Luisiana española y el P. Sedella*, S. Juan de P. R. 1929.
FRANCISCAN EDUC. CONFER., 18 (1936) p. 221-33 (De apostolatu P. Ant. in Louisiana).

Antonius a Seravezza, e Prov. Tusciae. — Septemdecim annos natus Ordinem est ingressus a. 1630. Fuit Lector Philos. et Theol. — In Congum missionarius ivit a. 1653 illiusque regiones lustravit. Obiit Loandae a. 1673.
SISTO, *Stor. Capp. Toscani*, I, 640.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, III, 598, 610-13, 618, 638, 685.
CLEM. DA TERZ., *Le Miss. Capp.*, X, p. 670.
CAVAZZI, *Istor. descriz. Congo* (v. Indice).
NEERLANDIA FRANC., I, (1914) p. 254, n. XI.

Antonius a Tasson, Prov. Anglicae. — Domo *Brennan* ortus est a. 1858. Ordinem amplectebatur a. 1873. Multa fecit pro suae Prov. incremento, fuitque in ea Lactor, Definitor atque ter Moderator. — Insuper Defin. Gen. exstitit an. 1911-1920. Mortem oppetiit Pantasaph d. 6 mart. 1928. Scripsit vitas S. Laur. Brund. et S. Ios. a Leonissa.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 317, 321.
ANALECTA CAP., 44 (1928) p. 300 (Necrol.).
FRANC. ANNALS, 52 (1928) p. 97-104.

Antonius a Teruel, Prov. Valentinae (Hispania). — Missionarius in Congo (1647-57) ad eius idioma impense se applicuit et eo multa egregie exaravit, in hispanicam linguam etiam versa. Eorum Mss. fere omnia in Archivo Congreg. Propag. Fidei servantur, inter quae: *Vocabolario in 4 lingue, cioè italiano, latino, spagnolo e del Congo.*
Obiit in conv. Murciae a. 1665, aetate 62 religionis vero 44 annorum.
CAVAZZI, *Istor. descriz. Congo* (v. Indice).
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss. Capp.*, III, 544, 549, 551, 553 s., 568, 574.
CLEM. DA TERZ., *Le Miss. Capp.*, X, 670.
BUENAVENTURA DE CARROCERA, *Los Capuch. españoles en el Congo y el primer Diccionario congolés*, Madrid 1945 (ex periodico *Missionalia hispanica*, año II, n. 5).
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, III, (Appendix).
EUGENIO, *Necrol. Prov. Valencia*, 16 febr.
COLLECTAN. FRANC., 16-17 (1946-47) 102, 111-22.
NEERLANDIA FRANC., I, (1914) p. 252, n. IX.

Antonius a Venezia, e comitibus *Tornielli* natus a. 1809. Cappellanus militum et populi Legatus reipublicae Venetiarum, a Daniele Manin et Nicolao Tommaseo valde aestimatus. Per plures annos missionarius exstitit in insula Cephaloniae (Graecia). Reversus in patriam, tempore suppressionis religiosorum ivit Taurinum, ibique vita cessit a. 1891.
BERNARDINO, *Quattro secoli di vita*, p. 45-48.
CLEM. DA TERZ., *Le Missioni*, II, 207, 211, 232.
GIANGRISOST. DA CITTADELLA, *I Cappuccini a Chioggia* (Padova 1936) p. 76-79.
IMERIO, *Gli Angeli d. Armate*, p. 166 ss.
BULLO CARLO, *Il P. Ant. Tornielli cappuccino. Cenni biografici.* Venezia, 1905.

Antonius a Vera, laicus prov. Castellae in Hispania. — Natus e familia *Olaechea* a. 1852, habitum sumpsit a. 1875 et vita cessit in Vigo d. 22 ian. 1942. — In arte sculpturae bonum nomen sibi acquisivit per Hispaniam. Opus eius princeps est simulacrum B. M. Virginis, vulgo « *La Divina Pastora* » quod in ecclesia nostri conventus urbis León magna veneratione colitur.
BUENAV., *Necrol. de Castilla*, p. 21.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, p. 273.
ANALECTA CAP., 58 (1942) p. 86.
ANNALI FRANC. (Milano) a. 1912, p. 196.

Antwerpen (olim *dioecesis*). Haec *Antuerpiensis* D. gubernata est a nostro antistite Carolo d'ESPINOSA a Dendermonde ab an. 1728 usque ad an. 1742, quo obiit.

Antwerpen seu Anvers (*Antuerpia*) in Prov. Belgica. — An. 1586 Fratres Prov. Parisiensis conventum fundavere. Suppressus a Gallis exeunte saec. XVIII, Religiosi ibi reversi sunt a. 1856 et amplum conv. erexerunt. Ecclesia S. Franc. Ass. dicata est.
BULLAR. CAP., IV, 85-86, 368.
ANNUARIUM PROV. HOLL.-BELG., II, 1871, p. 54.
TE DEUM LAUDAMUS (1928), p. 28-36.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, cf. Ind. - V, 15-34.
ANNALES DU CONGRES D'ANVERS (1930) p. 365-77. *Stichting der Antwerpsche Kapuc. door Farnese, 1585-86* (P. Hildebrand).
COLLECTAN. FRANC., 2 (1932) p. 469-476. *Fondation du Couv. d'Anv. en 1586* (P. Hild.).
ETUDES FRANC., 44 (1932) p. 241, n. 51, 52.
FRANC. LEVEN, 24 (1941) 28-30; 32 (1949) (134-35, *Kunstschatten bij de Antwerpsche Kapuc.*

— Monasterium Sororum *Capuccinarum* III Ordinis claustralis, ibi exstat ab a. 1614. Ecclesia dicata est SS. Trinitati.
BULLAR. CAP., IV, 369.

CONSPECTUS TRIUM ORD. S. FRANC. (1929) p. 46.
HISTOIRE DES CAPUCINES DE FLANDRE, II, 70-82.

Anvers, vide *Antwerpen.*

Anxanum, vide *Lanciano*

Anxur, vide *Terracina*

Anzio (*Antium*) in prov. Romana. — Hospitium S. Mariae a Misericordia fratres Capuccini habitarunt ab an. 1921 ad an. 1949.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 32 tab. VIII.

Aosta (*Augusta Praetoria*) in Prov. Pedemontana. — Fratres Prov. Sabaudiae ibi condebant conventum a. 1619, qui relictus fuit tempore gallicae revolutionis saec. XVIII.
BULLAR. CAP., V, 399.
EUGÈNE, *Nécrol. Prov. Savoie*, p. XIX.
JEAN DE COGNIN, *Les Cap. en Savoie*, 81, 341.
LÉVÊQUE JOS., *Les Franciscains en Vallée d'Aoste.* Aoste, 1936.

Aparados da Serra (olim: Bom Jesús) in Prov. Caxiensi, *Rio Grande do Sul* in Brasilia. — Paroecia huius loci, erecta an. 1918, a fratribus Capuccinis administratur.
TEODORO DE ALFREDO CHAVES, 50 *anos de atividades no Rio Gr. do Sul* (1946), 136-39.

Ápice (*Apicium*) in Prov. Neapolitana. — Anno 1535 locus acceptatus est una cum aedicula S. Antonio dicata. Suppressus conventus an. 1867, Fratres ibi reversi sunt a. 1939.
BULLAR. CAP., III, p. 308.
BONAVENTURA, *Capp. Prov. Napoli*, p. 4.
ARCHIVIO STOR. PROV. CAPP. NAPOLI, fascic. 2° (nov. 1938-marzo 1939) p. 16-20.
CAMPANIA SERAFICA, cfr. genn.-febbr. 1939.

Apicultura, vide *Iulianus a Mamers*

Apiro (*Apirum*) in Prov. Picena. — Conventus, a. 1586 fundatus una cum Ecclesia S. Sebastiani mart., relictus fuit a. 1890.
BULLAR. CAP., II, 171, 195, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov. Picena* p. 369.

Apollinaris a College Point,
vide *Baumgartner A.* episc.

Apollinaris a La Joux, Prov. Helveticae. — Natus est familia *Dellion* a. 1822. Fuit Definitor et Custos Prov. (1894-97). Studia historica et heraldica fovit, eiusque opera maioris momenti sunt: *Armorial historique du Canton de Fribourg, avec la collaboration de A. de Mandrot* (1865); *Dictionn. historique, statistique des Paroisses du Canton de Fribourg* (1885 ss.). E vivis decessit d. 9 aug. 1899.
ANALECTA CAP., 15 (1899) p. 287 (Necrol.).
ETRENNES FRIBOURGEOISES, (1900) p. 112-18.

Apollinaris (B.) a Posat in Helvetia, martyr. — Familia *Morel*, prope Friburgum d. 12 iun. 1739 ortus, Ordinem ingressus est a. 1762. Sacerdotio insignitus, in sacras missiones inter Helveticos tradendas totus incubuit. Parisios profectus a. 1788, curam pastoralem Germanorum, qui ibidem aderant, suscepit. Gallica eversione exorta, schismaticum iuramentum edere noluit et iudicibus d. 14 aug. 1792 ultro se obtulit. Ad ecclesiam Carmelitarum, tunc in carcerem conversam, statim adductus, ibi d. 2 sept. 1792 mactatus est. Inter beatos martyres adscriptus est, una cum aliis in passione sociis, d. 17 oct. 1926. Scripsit *Dissertationem* de habitudine Philosophiae ad Theologiam, quae, germanice versa, edita est in: COLLECTANEA HELVET. FRANC., 1 (1932-38) p. 199, 225.
LIBER MEMORIALIS O. CAP., p. 260-63.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 425-34.
Les Martyrs francisc. des Carmes (Paris, 1926) p. 7-69.
LÉOPOLD, *Nos Martyrs*, p. 41-84.
ADELHELMUS JANN, *Der Selige Apollin. Morel* (Stans, 1926).
CANDIDE CLERC [de Estavayer], *Le B.x Apollinaire Morel martyr.* Fribourg 1945, p. 311. (Cf. *Collectan. Franc.*, 1946-47, p. 442-43).
LEUTFRIDUS SIGNER, *Apoll. Morel* (Paris, 1901).
IDEM, *Apoll. Morel ein Opfer d. franz. Revolution.* Fribourg, 1926 et 1927.
ANALECTA CAP., cfr. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 7. — 61 (1945) p. 56, Status Causae canoniz.
COLLECTAN. FRANC., 2 (1932) p. 72, 208, 348, 489 (*Der sel. Apollon. von Posat und die feierliche Disput. seines theologischen Kursus*); 4 (1934) p. 227-37 (*Wegleitung des sel. Apoll. für Studentenseelsorger bei Berufsberatungen*); 8 (1938) p. 486, nn. 856-57; 9 (1939) p. 424, n. 312 (not. bibl.).
ETUDES FRANC., 6 (1901) p. 15 ss. (*Un Capucin Fribourgeois Martyr de la Révol. Française*); 42 (1930) p. 97, n. 240-42 (not. bibliogr.).
SANKT FIDELIS, 13 (1926) p. 193-208.
ZEITSCHR. F. SCHWEIZ. KIRCHENGESCH., 28 (1934) p. 198-213, *La famille du B. Apollin. Morel* (J. Niquille).

Apollinaris a Schwyz, familia *Weber*, alumnus Prov. Helveticae. — In *Russicum* imperium missionarius ivit a. 1720, et illius missionis *Praefectus* factus est a. 1724. Per eum Petrus I imper. nostris missionariis favit. Ex ea regione P. Apollinaris profectus a. 1725 in Poloniam ivit, ubi Ioannes Sobieski eum theologum suum et a confessionibus nominavit. Polonia relicta a. 1738 et in patriam reversus, obiit a. 1761.
BULLAR. CAP., IV, 29; VII, 273, 276.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 371.
CLEM. A TERZORIO, *Man. hist.*, p. 58, 59.
IDEM, *Le Missioni Capp.*, VII, 178, 185.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 205-214.
COLLECTAN. FRANC., 12 (1942) p. 363-76, *Les Capucins à St. Pétersbourg, 1720-25* (Zacharie d'Haarlem).

Apollinaris a Sigmaringen, Prov. Helveticae, frater germanus S. Fidelis Protomartyris Cong. Prop. Fidei. Natus c. a. 1584, iam artium liberalium magister renuntiatus, a. 1604 habitum induit. Concionator celeberrimus, Missionarius et bis Definitor Prov. — Cum a. 1629, Altorfii pestilentia grassaretur, pestiferos omnimodo inservit; sed mox eodem morbo die 2 iulii obiit. Eius *Vita S. Francisci elegiaco carmine conscripta*, edita est Friburgi Helvet. a. 1741.

BULLAR. CAP., IV, 27.
BERNARDUS, *Bibl. Script. Cap.* p. 27.
SILV. MEDIOL., *Annales Cap.* p. 529-31.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 200.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 62, 107, 126, 489.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 88, 131, 150.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Anter. Austr.*, 258.
LAUREN. BURGENER, O. CAP., *Helvetia Sancta*, III, 87-90.
LEXIKON F. THEOL., VIII, 1028.

Apollinaris a Valence, Prov. Parisiensis. — Domo *Dupont*, natus est a. 1829 et habitum relig. sumpsit a. 1847. Ab anno 1865 usque ad a. 1872 directionem folii *Annales franciscaines* tenuit. Die 17 oct. 1899 defunctus est. Opera multa scripsit de bibliographia et historia Ordinis inter quae sunt: *Bibliotheca Cap. Prov. Neapolitanae* (1886); *Biblioth. Cap. Prov. Occitaniae et Aquitaniae* (1894); *Necrologium Capucc. Prov. Galliae* (1890); *Etudes Franciscaines sur la Révolution dans le départem. du Gard, etc.* (1891-99); *Le origines des Capucins en Languedoc* (1894); *Toulouse chrétienne. Histoire des Capucins* (1897) voll. 3; *Histoire des Capucines de Flandre* (1878) voll. 3.

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 8.
UBALD, *Catalogue des mss.* (1902), pag. I-II, cf. etiam Ind. p. 208.
HURTER, *Nomenclator*, V, 1720 (nota).
DICTIONN. HIST. ECCL., III, 995.
DICTIONN. BIOGR. DE LA DRÔME, II, (1901) 417-18.

Apolloniensis *sedes titularis episcopalis.* — Inter illos qui hoc titulo potiti sunt, recensetur noster sodalis Franciscus CENCI a Loreto (1894 † 1910).

Apollonius a Brescia, Prov. Brixiensis. — E comitibus de *Porcellaga* natus a. 1528, ad nos evolavit a. 1555. Magister Novit., pluries Minister Prov., Commissar. et Visitator Gener. fuit per Hungariam, Dalmatiam et Macedoniam. Definitor Gener. (1584), ob mortem Min. Gen. (1586) Ordinem gubernavit usque ad Capitulum sequens (1587). S. Carolus Borromeo eius opus pluries expetivit praesertim in reformatione monialium. Brixiae obiit die 21 febr. 1603.

BOVERIO, *Annales*, II, 709.
FLORES SERAPHICI, II, 105.
eo cui cura fuerit commissa custodiantur ». — Item, in « Statuto pro Missionibus » (art. 12) « Acta et documenta quae ad *Missiones* referuntur, asserventur in distincto Missionum archivo generali, quod curae Secretarii pro Missionibus commissum est ». Iuxta idem Statutum (art. 40), etiam *Superiores Regulares* in Missionibus archivum habere iubentur. — Quod autem unaquaeque *Provincia* suum archivum habere teneatur, patet etiam ex eo quod iam Capitulum gener. a. 1637 statuit, ut Minister provincialis, officio peracto, successori omnes processus et scripturas in archivo conservatas tradat.

Nemo ignorat, maximam partem *Documentorum archivorum*, decursu temporum, praesertim terraemotuum, incendiorum et Ordinum religiosorum eversionum causa, *periisse* vel ad aliena Archiva *transiisse*.

De re archivistica studiosis illisque qui documentis investigandis operam dant, non absque utilitate erunt *notae bibliographicae* quae *sequuntur*.

I. - *De Archivorum formatione ac dispositione.*

ATTI *del 1° Congresso bibliologico francescano internazionale* (1949). Parte I, 439 ss. *Archivi ed Archivisti* (Roma, Pontif. Athen. Antonianum, 1950).

COMMENTARIUM ORD. MIN. CONV., 11 (1923) p. 31, 107, 165: *De Archivis Ordinis, Provincialibus et Conventualibus.*

STUDI FRANCESCANI (Firenze), a. 1933 p. 84-100: *Observationes quaedam de Archivis nostris eorumque dispositione ac inventarii descriptione* (David de Kok, O.F.M.) - cfr. recension. ap. « *Collectanea Franc.* » a. 1936 p. 152.

UNI TRINOQUE (Tilburg), IV (1933-36) p. 387s., *Oude voorschriften over Kloosterarchieven* (de antiquis normis circa Arch. Conv.).

WIENER-PROVINZBOTE DER KAPUZ., a. 1938, p. 233-37: *Das Klosterarchiv* (P. Werner).

II. - *De nonnullis Archivorum Inventariis et Regestis.*

a) A r c h i v u m G e n e r a l e O r d i n i s

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, II, 150, 433.

FRANCE FRANCISC., 6 (1923) p. 1-46, *Odyssée des Archives monastiques de R o m e 1810-1814* (Jouve O. M.) — Quod ad nostrum Arch. Gen. spectat, vide pag. 1, 25, 35-37.

SANKT FIDELIS (Schweiz), 27 (1940) p. 102. *Ueber unser Archiv in Rom.*

b) A r c h i v u m V a t i c a n u m

ITALIA FRANCESC., 9 (1934) p. 158 ss. (cf. singulos fasciculos usque ad an. 1938). *Spigolature Cappuccine all'Archivio Vaticano* (Pietro Savio). — Est copiosa Epistolarum aliorumque Documentorum transcriptio, quae utcumque ad res et personas Ordinis nostri spectant (cfr. « *Collectan. Franc.* » a. 1941, p. 567 n. 752).

c) A r c h i v a i n H e l v e t i a

ANALECTA CAP., 27 (1911) p. 306-10: *Acta Ordinis Cap. antiqua, quae in Archivo Status Bernensis inveniuntur. quaeque diversos Ordinis conventus et provincias concernunt.*

COLLECTAN. HELV. FRANC., 5 (1945) p. 17-21, *Unsere Provinzarchivare* (1705-1942).

d) A r c h i v a i n H i s p a n i a

ANALECTA CAP., 41 (1925) p. 25, 41, 63, 100, 120: *Documenta ad historiam Ordinis nostri utilia quae Matriti in Archivo historico et in Bibl. Nation. servantur.*

BOLETÍN *oficial Prov. Navarra*, a. 1946, pag. 96-99, *Cuidemos nuestros Archivos.*

ESTUDIOS FRANCISC., 26 1921) p. 117 ss., *Documentación franciscana del Archivo de Simancas* (Ambrosio de Saldes).

e) A r c h i v a i n I t a l i a

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 293 (Arch. Prov. Picenae igne comburitur a. 1810).

ANALECTA CAP., 28 (1912) p. 189, 249, 285, 318, 349, 374. — 29 (1913) p. 26: *Inventarium documentorum ad historiam FF. Min. Capuccin. spectantium, quae Mediolani in Archivo Status servantur.*

ANALECTA CAP., 29 (1913) p. 92-95: *Catalogus documentorum Mss., quae ad diversas Provincias Ordinis Cap. spectant, Bononiae asservatorum.*

ANALECTA CAP., 34 (1918) p. 14, 46, 110. — 35 (1919) p. 28, 109, 134, 182: *Documenta Ordinis Capuccinorum historica et legalia, in Archivo Prov. Tusciae existentia.*

ANNALI FRANC. (Milano), 6 (1875) p. 246, 273, 323: *Manoscritti interessanti tutto l'Ordine dei Cappuccini* (Archivio di Stato a Milano).

COLLECTAN. FRANC., 8 (1938) p. 225-234: *Breve Regestum documentorum ad Ordinem Cap. spectantium. Archivio di Stato in Firenze. Carteggio Mediceo.* (Sixtus a Pisa).

ECO DI S. FRANC., a. 1898, p. 287, 349, 464, 559, 583: *Fogli dispersi dell'Archivio Prov. dei Cappuccini di Napoli.*

MEMORIALE DEI CAPP. TOSCANI (1929), p. 497-507: *L'Archivio storico dei Cappuccini Toscani in Firenze.* - (Sisto da Pisa).

SAMUELE CULTRERA DA CHIARAMONTE, *L'Archivio provinciale e gli Archivi conventuali dei Min. Cappuccini della Prov. di Siracusa.* Isola del Liri, 1930.

Arcidosso (*Arcidossum*) in Prov. Tusciae. — Conventus, una cum ecclesia S. Francisci Assis., exsurrexit a. 1593 in loco *Montagna* nuncupato.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 36 tab. VII.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 434, 442, 522.
SISTO, *Stor. Capp. Toscani*, I, 229; II, 275.
BULLAR. CAP., II, 454 (v. *Montagna*).

Arco in Prov. Tridentina. — Fratres Prov. Venetae hunc locum obtinuerunt a. c. 1585 apud ecclesiam S. Laurentii in colle trans flumen Sarcam. — Dirutus durante bello (1916), denuo reaedificatus est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 36 tab. V.

BULLAR. CAP., III, 330.
MARCO, *Capp. Prov. Trento*, p. 42-53, 203, 262-66.

Arcos (Los), vide *Los Arcos*.

Arcus, vide *Los Arcos*

Ard Mhuire, Tirconaill, in Hibernia. — Conventus sub titulo Immaculatae Conceptionis, fratres nostros habuerunt an. 1930 primum ut domus novitiatus, deinceps (1931) ut sedes studiorum s. theologiae.
ANALECTA CAP., 47 (1931) p 44. — 48 (1932) p. 45 (Novitiatus).
CAPUCHIN ANNUAL 1931 p. 33-38; 1938, 153-60.
FATHER MATHEW RECORD, 23 (1930) 170.

Arda, Ardra, vide *Guinea*

Ardales (*Hardales*) in Prov. Baetica seu Andalusiae. — Anno 1626-27, Fratres locum sumpserunt apud aediculam B. M. V. vulgo de Belén; sed a. 1630 novum Conv. erexerunt una cum Ecclesia dicata B. M. V. a Succursu. Conv. nunc derelictus est.
BULLAR. CAP., V, 419.
AMBROSIO, *Reseña Prov. Anlalucía*, II, 39.
NICOLAUS, *Notitia Baeticae Prov.*, p. 27.

Ardez in Helvetia (Missio *Raetiae*), at in ditione nostrae Prov. Tirolensis. — Annis 1622-39 ibi ministerium apostolicum nostri Brixienses missionarii exercuerunt. Anno autem 1868-70 fratres prov. Tirolensis ibi ecclesiam, et a. 1902 domum pro Patre parochi vicibus fungente aedificarunt.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 34 tab. XVII.
CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia* (v. Ind.).
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 131.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, 727.

Ardra, Arda, vide *Guinea*

Arelate, vide *Arles*

Arenae, vide *Arenys de Mar*

Arenberg C., vide *Carolus de Arenberg*.

Arendondo, vide *Philippus a Bruxelles*

Arenys de Mar (*Arenae*) in Prov. Cataloniae. — Prima residentia exstitit a. 1620, in loco Paradis nunc dicto, sub tit. B. M. V. Boni Itineris. — Conventus, a. 1632 fundatus sub eodem titulo supprimitur a. 1835. Domus hodierna exstat ab a 1863, sub tit. Visitationis B. V.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 19 tab. XII.
BULLAR. CAP., V, 315, 413.
ESTADISTICA *Gen. Prov. Catalunya* (1919) p. 28.
VIVES, *Biogr. hisp. Capuch.*, p. 600-20.
ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 356; 42 (1926) p. 59 (Novitiatus); 54 (1938) p. 107.
APOSTOLADO FRANC. (Barcelona), a. 1941 p. 85.

Arenzano (*Arentianum*) in Prov. Genuensi. Anno 1611, domus erigitur una cum Ecclesia B. M. V. et S. Ioanni Bapt. dicata. Suppressa fuit a. 1866.
BULLAR. CAP., II, 450.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, II, 393-400. — v, cfr. Ind. p. 634.

Arequipa in Peruviis (*dioecesis*). Huic *Arequipensis* D., praefuit noster antistes Michaël GONZÁLEZ a Pamplona, ab a. 1781 usque ad a. 1786.

Arezzo (*Arretium*) in Prov. Tusciae. — Ab a. 1535 Fratres locati sunt variis in domunculis. Ast a. 1575 Conventus pro eis exstruitur cum ecclesia sub tit. S. Stephani protom.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 36 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 454.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 58, 434, 443.
SISTO. *Storia Capp. Toscani*, I, 635; II, 553.
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 239-41.

— Moniales *Capuccinae* Ord. S. Clarae, hac in urbe olim moratae sunt.
BULLAR. CAP., III, 309.

Arga (Argen), vide *Langenargen*

Argen, vide *Langenargen*.

Argenta in Prov. Bononiensi. — Conventus fundatus a. 1567-69, suppressus est a. 1867.
BULLAR. CAP., II, 439.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.*, p. 70.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 188.
PROV. DI BOLOGNA, *Atti uffic.*, 1942 p 223.

Argentan (*Argentonum*) in Prov. Parisiensi. — Conventus erectus a. 1620, supprimitur a. 1790. Ecclesia, primo S. Godegrando et S. Opportunae dedicata, postea eius titularis adfuit S. Petrus apost.
BULLAR. CAP., V, 106, 393.
ANALECTA CAP., 27 (1911) p. 172-74.
REVUE HIST. FRANC., 6 (1929) p. 323.

Argentina (Respublica). — Nostra missio apostolica in ditione Argent. incipit a. 1896 quum nonulli Fratres Prov. Genuensis e missione de Montevideo transierunt *Buenos Aires*, ut novam sibi residentiam statuerent. — Anno 1900, missio Chilena-Argentina fratribus Prov. Navarrae concredita est. — Apud locum *O' Higgins* in Plata, a. 1923 aperitur specialis missio pro *Colonia italica*, quae conceditur Prov. S. Angeli seu Fodiensi in Italia, et a. 1926 cum missione Chilena-Argentina unitur. — Die 12 oct. 1929 haec missio *Chilena-Argentina* in Commissariatum Prov. erigitur. Tandem d. 14 febr. 1936 hic Commissariatus in duos dividitur: *Chilensem* scilicet et *Argentinum*.

Index Conventuum et Hospit. qui in Commissariatu Argentino nunc exstant: Buenos Aires (Nueva Pompeya), Córdoba, La Cumbre, Llavallol, Mar del Plata, O'Higgins, Villa Elisa.

Alii conventus fundati sunt in territorio Argentino, sed pertinent ad Commissariatum Prov. *Rio-Platensem* (vide sub hac voce).

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore.

a) *Commiss. Chil.-n. Argent.*
Andreas a Mendigorría: 1929, 1933.
b) *Commiss. Argentini*
Paschalis a Pamplona: 1936-1946.
Pius ab Oricain: 1947.

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 72 tab. 38.
CLEM. A TERZ., *Man. hist. Miss.*, p. 397-405.
RESEÑA *histórica de los Conv. Capuchinos en Argentina y Chile*. Buenos Aires, 1936. (Cfr. *Collectan. Franc.* a. 1942, p. 103).
IGNACIO DE PAMPLONA, *Historia de las Misiones en Chile y Argentina*. Santiago 1911.
ANUARIO *de las Misiones de los Capuchinos de Navarra (1934)*, p. 90-111.
ANALECTA CAP., 52 (1936) p. 96, 129 ss. (Folia periodica); 55 (1939) p. 293 Conv. de Llavallol). — Quoad alia, cfr. *Index Gener.* voll. 1-50 (1885-1934) p. 119, 132, 180.

* Quoad *Ephemerides* a nostratibus in Argentina editas vide sub v. P e r i o d i c a.

Argentinensis Provincia vide: *Strasburgensis Prov.*

Argentinus Commissariatus, vide *Argentina*

Argentium, vide *Arienzo*

Argentonum, vide *Argentan*

Argentoratum, vide *Strasbourg*

Argiria, vide *Agira*

Aria, vide *Aire*

Ariano Irpino, in Prov. Neapolitana. — Conventus aedificatus a. 1583, cum ecclesia Spiritui Sancto dicata, supprimitur a. 1810.
BULLAR. CAP., III, 308.
BONAVENTURA, *I Capp. Prov. Napoli*, p. 8.

Aricia, vide *Riccia*

Arienzo (*Argentium*) in Prov. Neapolitana. — Conventus extat ab a. 1561, cum ecclesia sub tit. S. Mariae Angelorum.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 7 tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 308.
APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Neapolit.*, p. 9.
BONAVENTURA, *Capp. Prov. Napoli*, p. 5, 68.
FELICIANO DA SORRENTO, *Inaugurazione del Conv. dei Capp. di Ar.*, Napoli 1893.

Ariminum, vide *Rimini*

Arles (*Arelate*) in Prov. Lugdunensi. — Fratres ibi inhabitarunt ab a. 1584 usque ad gallicam eversionem (1790).
BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 86.

Arlon, Aarlen (*Arlunum*) in Prov. Belgica. — Iam ab a. 1621 fratres ibi sedem fixerunt; Conventus vero exstructus a. 1625-26, suppressus fuit a. 1796-97. Ecclesia, ob cultum B. Mariae V. Arlunensis dictae, celebris evasit.
BULLAR. CAP., IV, 370.
ANNARIUM PROV. HOLL.-BELG., I (1870) p. 33.
DICTIONN. HIST. ECCL., IV, 248.
ECLAIRCISSEMENT *sur l'origine du culte de la Vierge dans l'église des Capucins*. Luxembourg 1739.
HILDEBRAND, *De Kapuc. in de Nederlanden*, I, 410 s.; II, 59-69, cf. et Ind.
PRAT G. F., *Histoire d'Arlon* (1873), I, 410-35.
ETENDARD FRANC. (Anvers), 41 (1939-40) p. 43-51, *Les Capuc. et le culte de N.-D. d'Arlon.*
NEERLANDIA FRANC., 3 (1920) 215-22; 4 (1921) 173-92; 5 (1922) 16-36 (A. Bertrang: *Les derniers jours des Carmes et des Capucins d'A.*).

Arlunum, vide *Arlon*

Armagilus (Armel) ab Etel, Prov. Parisiensis. — Ortus a. 1857 e domo *Le Grimelec*, habitum sumpsit a. 1879, obiitque a. 1938. Studio et inquisitionibus documentorum ad Martyres franciscanos gallicae revolutionis spectantium se apprime dedit. De hoc argumento, praeter ea quae in publicationibus periodicis evulgavit ex. gr. in: *Annales Franciscaines* (Paris) an. 1910-11; 1927-35, seorsim edidit: *Les Capucins d'Alsace pendant la Révolution*. Strasbourg, 1923; *Les Capucins du Diocèse de Metz pendant la Révolution*, Ib. 1935.
ANNALES FRANC., 75 (1939) p. 150-56, 179-83.

Armandus, vide etiam *Amandus.*

Armandus de Charbonnel, vide: *Charbonnel A.*, episc.

Armel (nomen proprium gallicum) vide: *Armagilus.*

Armenia (vide etiam *Mesopotamia, Trapezunta*). — Multis annis elapsis quin Armeni cura et opera PP. Franciscalium usi essent, Fratres nostri a. 1627 incipiunt per Armeniam infelicem opus apostolicum. P. Pacificus a Provins duobus comitatus sociis prior Armeniam ingressus est (1627). Tunc temporis (1644) celebris fuit in Armenia Raphael a Le Mans, qui, ad dimidium saeculum, missionem peregit. Neque huic inferior fuit P. Gabriel de Chinon, valens controversiarum actor. Anno 1852 in urbe Erzerum fundatur hospitium missionarium. Ab a. 1923, Armeni persecutioni turcarum causa, in dissitas gentes profugerunt. P. Cyrillus ab Erzerum d. 21 dec. 1925 nominatus est Ordinarius Armenorum in Graecia et alibi existentium. Anno vero 1940, mense sept., ad dignitatem episcopalem evehitur et Vicarius patriarchalis pro Armenis in Alta Gesira (Syria) commorantibus, constituitur.

Missionarii in Armenia, de quibus tractatur suo proprio loco:
Gabriel a Chinon († 1668)
Iustinianus a Neuvy († 1690)
Pacificus a Provins († 1648)
Raphael a Le Mans († p. a. 1674)
Zohrabian Cyrillus ab Erzerum
BULLARII CAP. RECESTUM, num. 139.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, VII, Ind. p. 429.

ANTIOCHE ET TARSE. *Massacres et missionnaires. Souvenirs de Témoins*. Beyrouth, 1910.
ANALECTA CAP., vide *Index Gener.*, voll. 1-50 (1885-1934), p. 161.

Armentaria, vide *Armentières*

Armentières (*Armentaria*) in Prov. Parisiensi. — Fratres Prov. Belgicae pro suis conventum aedificarunt a. 1602-04, cum ecclesia S. Franc. Ass. dicata. Anno vero 1755, a Fratribus antiquae Prov. Insulensis novus conv. conditus est una cum ecclesia sub tit. Visitationis B. V. — Omnia suppressa fuerunt a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 266, 270, 410; IX, 78.
ANNUARIUM PROV. HOLL.-BELG., I (1870) p. 32.
HILDEBRAND, *De Kapuc. in de Nederlanden*, I, cf. Ind.; II 122-28.

— Monasterium Monialium *Capuccinarum*, apud ecclesiam B. M. V. Angelorum fundatum a. 1629, suppressum est a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 411.
MARTIN L'HERMITTE, S. J., *Hist. des Saints de la Prov. de Lille*, p. 656 (Douai 1639).

— In hoc loco anno 1615 impulsu et opera P. Angeli a Nivelles instituta est Congr. Tertiariorum vulgo nuncupatorum « *Bons-Fils* » vel « Bons-Fieux ». Praeses eiusdem Congr. nuncupabatur Henricus Pringuel; finis erat pauperum operariorum infantes erudire et pauperes dementes atque discolos custodire. Institutum cessavit adventu eversionis civilis an. 1790.
BULLAR. CAP., V, 235.
HELYOT, *Dictionn. des Ordres Religieux* (ed. Migne, Paris 1847), T. I, 518 s.
RÈGLE ET CONSTITUTIONS *de la Congrégation des Frères du T. O. F. dits Bon-Fils*. Lille 1698.
ETUDES FRANC. 23 (1910) p. 93 n. 79 (*Les « Bons-Fils » d'Armentières »*).

Armidale in Australia (*dioecesis*). Hanc *Armidalensem* D. noster sodalis Elzearius TORREGIANI a Recanati rexit ab a. 1879 usque ad an. 1904, quo vita cessit.

Armorica Provincia in Gallia, vide: *Britanniae Prov.*

Arnay-le-Duc (*Arnaeum Ducium, Arnetum, Aneducatus*), in prov. Lugdunensi. — Conventus extructus a. 1622, abrogatus est a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 397.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 47.

Arnen (Aernen), vide *Ernen.*

Arnetum, vide *Arnay-le-Duc*

Arnoldus a Wespelaer, veteris prov. Flandro-Belgicae concionator, lector, magister novitiorum et moderator (c. 1727 † 1795). — Nonnulla opuscula ascetica lingua flandrica vulgavit, quae latine ita sonant: *Introductio ad coeli rectam viam* (II ed. 1785); *Breves instructiones de castitate virginali* (1792); *Donum spirituale* (1792).
DICTIONN. D'HIST. ECCLÉS., IV, 579.
DICTIONN. DE SPIRITUALITÉ, I, 891.
FRANC. LEVEN, 12 (1929) p. 97-102, P. Hildebrand, *Onze asceticke Schrijvers: P. Arn. v. Wesp.*

Arona in Prov. Alexandrina. — Anno 1570 S. Carolus Borrom. Fratres nostros apud se recepit et pro eis, suis expensis, post tres annos Conventus aedificavit cum Ecclesia sub tit. S. Franc. Ass. — Huius Conv. quaedam vestigia adhuc remanent. — Novus Conv., fundatus a. 1652 in colle S. Caroli una cum Ecclesia ipsi S. Carolo dicata, supprimitur a. 1810.
BULLAR. CAP., II, 445.
ANNALI FRANC., a. 1938 p. 693-702 (Il I Conv. dei Capp. in Arona).

Arpino in Prov. Neapolitana. — Conventus exstitit, sub tit. S. Sebastiani mart., a. 1568 fundatus. Post eius suppressionem (1866), locum coemeterii tenet.
BULLAR. CAP., III, 308.
BONAV. DA SORR., *I Capp. Prov. Napoli*, p. 7.

— In monasterio tit. S. Crucis, olim moratae sunt moniales *Capuccinae* Ord. S. Clarae.
BULLAR. CAP., III, 309.

Arras (*Atrebatum*) in Prov. Parisiensi. — Fratres Prov. Belgicae Conventum struxerunt pro suis a. 1592 sub tit. S. Mariae ac S. Ioannis Bapt. — An. 1640 Prov. Parisiensi adscribitur et a. 1790, derelictus fuit ob legem suppressionis.
HILDEBRAND, *De Kapuc. in de Nederlanden*, I, II, III, cfr. Indices.
BULLAR. CAP., V, 389.
ANNUARIUM PROV. HOLL.-BELG., I, (1870) p. 32.

Arretium, vide *Arezzo*

Arriete y Llano Felix Maria a Cádiz, episc., alumnus prov. Baeticae seu Andalusiae. — Natus est a. 1811 et habitum induit a. 1828. Missionibus operam sedulam dedit, et episcopus *Gaditanus* (Cádiz) electus est die 1 oct. 1863. Obiit in urbe *Chiclana* d. 29 dec. 1879, eiusque exuviae ad Gaditanum templum translatae sunt a. 1886.
BULLAR. CAP., X, 720.
DOCUMENTOS *referentes a la recepción hecha al Sr. F. M. de Arriete obispo de Cádiz*. Cádiz, 1864, pp. 67.
JUAN B. DE ARDALES, *La Divina Pastora*, t. I (Sevilla 1949), p. 720-35 (not. biogr.).
PELUFO GARCIA F., *Oración fun.*, Cádiz 1880.
ADALID SERÁFICO (Sevilla), a. 1900 p. 249.
ARCHIVO IBERO-AMER. 21 (1924) p. 223.
COLLECTAN. FRANC., 8 (1938) p. 67-69 (Notae quaedam de arte oratoria episc. Arriete).
MENSAJERO SERÁFICO (Madrid), a. 1887 p. 107, 150, 183.

Ars. — De re artistica, praeter id quod praesertim sub v. *Ecclesiae et Musea* exponitur, hic notitias tantum *bibliographicas* et *nomina* nonnullorum artificum perhibentur.

I. - *Opera et Periodica, in quibus studia de re artistica relate ad Ordinem nostrum vulgata sunt:*

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, 235; I, 461-468, de habitudine Ord. Cap. ad artem de architectis, pictoribus et sculptoribus.

ASSISI-GLÖCKLEIN (Mainz), a. 1939, p. 54-61: *Religiöse Kunst in unserer Klosterkirche.*

FESTSCHRIFT zum 400 Jähr. Jubiläum d. Kapuz. Ordens (München 1928). Cfr. pp. 107-116: *Kapuziner und bildende Kunst* (Br. Rudolf).

FRANCISC. LEVEN (Tilburg), 16 (1933) p. 53, 78, 116, 181, 232. — 19 (1936) p. 317, 351. — 32 (1949) p. 45, 72, 104 ss. — 33 (1950) p. 49-56, 87 ss.: *Capucijnen en beeldende kunst* (P. Gerlachus). Cf. Collectan. Franc., 1937 p. 127.

SANKT FIDELIS (Schweiz), 27 (1940) p. 145-47: *Eine Anregung zur Pflege und Erhaltung des Kunstgutes in unsern Kapuzinerklöstern* (P. Alban).

SCHWEIZER. KAPUZINERPROV.-FESTSCHRIFT (1928) pp. 66-88: *Bauten und Bilder in der Schweizer. Prov.* (Magnus Künzle).

VITA MINORUM (Venezia, FF. Minores), 6 (1934) p. 120, 150, 186. — 7 (1935) p. 26, 60, 84: *La cultura artistica.*

II. - *Opera aliqua typis vulgata a fratribus nostris, in quibus de Arte et de Aesthetica tractatur:*

ALOIS WIND-ALBAN STÖCKLI, *Grundzüge der Aesthetik.* 3. Aufl. Luzern 1940, pp. 81.

BONAVENTURA DA SORRENTO, *S. Francesco artista, ovvero gli Artisti e l'Arte sacro-francescana. Saggio storico, estetico, artistico.* S. Agnello di Sorrento, 1887, pp. 182. - (vide etiam periodicum « *Eco di S. Francesco* » a. 1886, p. 48 ss.

CONSTANTINUS [VAN SCHIEDAM] - *Liturgie en Kerkbouw.* Schiebroek 1939, pp. 248, cum 197 figuris.

FEDELE DA S. BIAGIO [PLATANI] - *Dialoghi familiari sopra la Pittura, disposti in 15 giornate per maggiore eccitamento della Gioventù che si applica al disegno e colorito; e per impegnare li Protettori della nobilissima Arte a maggiormente promuoverla.* Palermo 1788, pp. XVI-280.

HILAIRE (DE PARIS) - *Notion théologique sur les Arts.* Fribourg 1871, pp. 28.

MAGNUS KÜNZLE [von Gaiserwald], *Theolog und Aesthetiker.* Stans 1913, pp. 23.

IDEM, *Ethik und Aesthetik.* Freiburg i. Br. 1910, pp. 387.

IDEM, *Expressionismus und kirchliche Kunst.* Olten 1924, pp. 48.

ROMUALDO BIZZARRI [da S. Marcello] - *Studi sull'Estetica.* Firenze 1914, pp. 400.

III. - *Nomina nonnullorum Artificum Ordinis Capuccinorum* (de singulis vide peculiares notitias sub eorum proprio nomine).

a) Architecti

AMBROSIUS AB OELDE, alumnus prov. Coloniensis († 1708).

ARCHANGELUS A TRIER, alumnus prov. Rhenanae († 1683).

BONAVENTURA A FIRENZE (*Luchi*), alumnus prov. Tusciae († 1852).

BONITIUS A TRIER, alumnus prov. Rhenanae († 1680).

FRANCISCUS A VICENZA (*Lorenzoni*) alumnus prov. Venetae († 1880).

MATTHIAS A SAARBURG, alumnus prov. Rhenanae († 1681).

MICHAEL A BERGAMO, alumnus prov. Mediolanensis († c. 1650).

b) Sculptores

AMBROSIUS A CABIAGLIO, alumnus prov. Aprutinae († 1732).

ANGELUS MARIA A MAZZARINO, alumnus prov. Syracusanae († 1809).

ANTONIUS A VERA, alumnus prov. Castellae in Hispania († 1942).

CLEMENS A GRADARA (*Magrini*) alumnus prov. Picenae († 1909).

INGENUINUS A BRIXEN (*Enzenberg*), alumnus prov. Tirolensis († 1711).

IOANNES A ROVEPPANO (domo *Curradi*) alumnus prov. Tusciae († 1655).

OSWALDUS A WESSOBRUNN (*Hueter*), laicus prov. Tirolensis († 1660).

Plurimi fuerunt alii nostri sodales *sculptores*, praesertim inter fratres laicos, qui altaria, tabernacula et alia ornamenta artificio ligneo nucis etc. pulchre ac ingeniose sculpserunt. Percelebre extat, ex. gr., *Ciborium* nostrae ecclesiae in urbe *Mazzarino* in Sicilia, cui fr. Angelus a Mazzarino per decem et octo annos operam dedit.

c) Pictores

ALOISIUS A CREMA (*Cerioli*) alumnus prov. Romanae († 1816).

ANGELUS A VÖHRINGEN (*Schnitzler*), laicus prov. Bavaricae († 1940).

BERNARDUS A GENOVA (*Strozzi*) vulgo « Il Cappuccino Genovese » († 1644).

BERNARDUS M. A MÜNCHEN (*Jäckel*), ex alumnus prov. Bavaricae († 1884).

BERNARDUS AB URBINO (*Catelani*), alumnus prov. Picenae (saec. XVI).

BONIFACIUS A BÜRS (*Müller*), alumnus prov. Viennensis († 1947).

CAMILLUS A MILANO (*Petrus Kaiser*) alumnus prov. Mediolanensis († 1865).

COSMAS A CASTELFRANCO VENETO (*Piazza*), alumnus prov. Venetae († 1620).

FELICIANUS A MESSINA (*Domin. Guargena*) alumnus prov. Messanensis († 1663).

FELIX A SAMBUCA, alumnus prov. Panormitanae († 1805).

FIDELIS A S. BIAGIO PLÁTANI, alumnus prov. Panormitanae († 1801).

FORTUNATUS AB EMPOLI (*Bogani*), alumnus prov. Tusciae († 1899).

Hippolytus a Firenze (*Galantini*), alumnus prov. Tusciae († 1706).
Ingenuinus a Barixen (*Enzenzerg*), alumnus prov. Tirolensis († 1711).
Maximus vel Maximinus a Verona, alumnus prov. Venetae († 1679).
Norbertus a Wien (*Baumgartner*), alumnus prov. Viennensis († 1773).
Protasius a Besançon (*Claudius Rately*) alumnus prov. Lugdunensis († 1653).
Raphael a Roma (*Minossi*) alumnus prov. Romanae († 1805).
Remigius a Bózzolo, alumnus prov. Tirolensis († 1627).
Rodulphus ab Obergünzburg (*Wankmüller*), laicus prov. Bavaricae († 1944).
Sanctes a Venezia, sacerdos († 1609).
Sanctes a Venezia, laicus († 1660).
Simon Czechowicz a Kraków († 1775).
Simplex a Verona, alumnus prov. Venetae († 1654).
Stephanus a Carpi (*Solieri*), alumnus prov. Parmensis († 1796).
Strozzi B. (vide supra *Bernardus a Genova*).
Thomas a Tricciano, alumnus prov. Apuliae († 1754).
Vitalis ab Alcira, alumnus prov. Valentinae († 1654).
Vitalis a Saint-Etienne, alumnus prov. Tolosanae († 1674).

IV. - *Nonnulli Artifices, qui Ordinis nostri non participes, consuetudinem tamen peculiarem cum eo habuerunt:*
Murillo Bartholom. Stephan. († 1682).
Mussini Paulus Augustus († 1918).
Piancastelli Joannes († 1926).
Vide notitias sub uniuscuiusque nomine.

Arschotum, vide *Aarschot*

Arsenius a Châtel-Montagne, Prov. Parisiensis. — Ortus est a. 1831 et a. 1854 sacras lanas induit. Lectoris Philos. munus tenuit. et Provinciae pluries praefuit. Anno 1881 Provincialis retinens munus, electus est Praefectus missionis Constantinopolitanae. — Multa etiam tulit pro Congreg. Sororum franciscalium vulgo *de Calais* et pro Tertio Ord. saecul. — Ad Caletum apud Sorores Franc. obiit d. 17 febr. 1900. Typis mandavit denuo opus recognitum et adauctum quod inscribitur: *Histoire de la Latinité de Constantinople, par A. Belin* (1894).

hilaire de barenton, *Le P. Arsène de Châtel M.* (Paris, 1900).
analecta cap., 16 (1900) p. 284 (Necrol.).

Arth (*Artha*) in Prov. Helvetica. — Hospitium seu residentia missionaria inhabitatur ab a. 1655; at a. 1665 apud sacellum S. Zenonis nova domus construitur.

descriptio geogr. (1929) p. 21 tab. xvi.
bullar. cap., iv, 39, 364.
chronica prov. helvet., p. 282-84, 783.
bürgler, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 86.
schweizer. prov. festschrift, p. 53-56, 409.
sankt fidelis, 33 (1946) 325-27, *U. L. Frau vom guten Rat im Kapuzinerkloster A.*

Arthurus O'Leary, natione hibernus. — In loco Fanlobbus (Cork), natus a. 1729, Galliam petiit, duo de viginti annorum aetate, et habitum sumpsit in conv. Saint-Mâlo, Britanniae Provinciae. In patriam reversus a. 1771, toto corde ministerio apostolico se dicavit. Catholicae fidei causa, reipublicae vitam secutus est, et plura opuscula de argumento religioso-politico vulgavit. Londini d. 8 ian. 1802 vita cessit. Omnia eius Opera in lucem prodiere Boston a. 1868, inter quae locum tenent: *Loyalty asserted.* — *Address to the Catholic people of Ireland.* — *Address to Lords of Great Britain.*

appendix ad bibl. script. p. 14.
hurter, *Nomenclator*, v, 600.
dictionn. théol. cath., xi, 962.
catholic encyclopedia, xi, 240.
buckley, b., *The Life and Writings of Arthur O' Leary.* Dublin, 1868.
england thomas r., *Life of the Rev. Arthur O' Leary.* [Dublin] 1822.
analecta cap., 24 (1908) p. 81-83.
father mathew record, (Dublin) a. 1936, p. 21-35.
« bonaventura » (Periodicum), vol. ii, n. 3 pp. 126-39 (Dublin, 1938).

Arx Jani, vide *Arzignano*
Arx Lengenfeldensis, vide *Burglengenfeld*
Arx Ludovici, vide *Fort-Louis*

Arzignano (*Arx Jani*) in Prov. Veneta. — Conventus fundatus a. 1593, a Senatu Veneto a. 1769 supprimitur.

bullar. cap., ii, 443.
barbarano franc. da vicenza, o. cap., *Historia di Vicenza* (1762) T. VI p. 61.

Ascetica-Mystica. — Quod spectat ad Asceticam et Mysticam franciscanam sub voce *Spiritualitas franciscana* habentur. — Quae vero attinent *Asceticam* et *Mysticam* in genere apud Scriptores Ord. Capuccinorum, vide opera quae sequuntur, in quibus plus minus notitiae vel *bibliographia* de operibus asceticis et mysticis a nostratibus editis praebentur.

bernardus, *Bibl. Script.*, cfr. Index p. 262 (*Mystica*); p. 263-67 (*Ascetica*).
appendix ad bibl. script., cf. Index p. 44 s.
adolphus a denderwindeke, O. M. Cap. — *Compendium Theologiae Asceticae* (Hong-Kong 1921) cf. T. ii, 531-834.
melchior, *Historia O. Cap.*, ii, 242-61.
guibert (jos. de) s. j. — *Theologia Spiritualis ascetica et mystica* (Romae 1937). — num. 499, 500, 523, 539 (*Elenchus praecipuorum de re spirituali Scriptorum franciscalium*).
dictionn. de spiritualité (plura de operibus atque doctrina *ascetico-mystica* Scriptorum Ordinis nostri).

FRANCISCAN EDUCATIONAL CONFERENCE, VIII (1926) p. 248-332: Victor Mills O. F. M., *A Bibliography of Franciscan Ascetical Writers.*

— Elenchum praecipuorum scriptorum Capuccinorum de rebus asceticis et mysticis vide sub v. *Spiritualitas franciscana.*

— Circa falsum mysticismum vide sub v. *Quietismus.*

Aschaffenburg (*Asciburgum*) in Prov. Bavarica. — An. 1620 Fratres antiquae Prov. Rhenanae apud sacellum S. Michaëlis incoluerunt. Post duos annos alter conventus eis conceditur cum ecclesia S. Elisabethae Hungariae dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14 tab. XV.
BULLAR. CAP., IV, 385.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 8 et Index.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 191-212.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf. Ind.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 481 et Index.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuziner*, p. 133.
LINK G., *Klosterbuch d. Diöc. Würzburg*, II, 431-458.
FRANZ XAV. HÖDL V. ALTÖTTING, *Die Kapuzinerkirche Aschaffenburg*. München 1940.
SIGISM. LORENZ O. CAP., *Aschaffenburger Klosterbilder. Aus d. Gesch. d. Kap. zu A.* Aschaffenburg, 1908.
KUNSTDENKM. D. KÖNIGR. BAYERN, 3 Bd., XIX, (1918) p. 182-84.
ANALECTA CAP., 16 (1900) p. 217. — 17 (1901) p. 180.
FRANC. LEVEN, 24 (1941) p. 258.
PROVINZBOTE (Bayern), a. 1932 p. 10 ss. (Die Kapuz. u. Gustav Adolf in Franken, 1631)
PROVINZBOTE (Bayern), 1948, p. 131-36, 174-78, *Aufbau in Aschaffenburg* 1944-47.

Asciburgensis Custodia in Germania (1806-1826). — Suppressa an. 1803 antiqua provincia Rhenana, ex tribus eius conventibus *Aschaffenburg, Engelberg* et *Lohr*, an. 1806 constituta est Custodia Asciburgensis. Brevem tamen vitam habuit, quia an. 1826 a rege Bavariae conv. de Engelberg, traditur Fratribus Minoribus, et duo alii aggregantur nostrae provinciae Franconiae.

CHRONICA BAVARICAE PROV., p. 201.
EBERL, *Gesch. Bayer, Kapuz.*, p. 483, 516.

Asciburgum, vide *Aschaffenburg*

Ascoli Piceno (*Asculum*) in Prov. Picena. — De priori conventu, a. 1569 fundato prope S. Mariam Magdalenam de Lisciano, tantum parva ecclesia manet. Alter conv. antiquis exortus est temporibus (a. c. 1000). Fratres in hunc funditus refectum se transtulerunt a. 1569. Ecclesia, dicata Ascensioni D. N. I. C., a. 1775 exstructa est. In hoc loco an. 1604 obiit S. Seraphinus a Montegranaro.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 180, 196, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov.* p. 370.
IDEM, *Iscrizioni*, p. 3, 39, 165.
IDEM, *I Franc. nelle Marche*, p. 39.
VITA FRANCESC. (Loreto), a. 1929 p. 79. — a. 1940 p. 154-56 (*S. Serafino e la patria adottiva: Ascoli Piceno.*

Ascoli Satriano - Cerignola (*dioecesis*). Hanc *Asculanam Apuliae et Ceriniolensem* D. moderati sunt nostri episcopi: Dominicus COCCHIA a Cesinale an. 1887-1900, et Victorius CONSIGLIERE a Sestri Ponente an. 1931-1946.

Ashland (Montana) in Stat. Foed. Amer., vide: *Cheyenne sept.* (Missio).

Asia. — 1. *Asia anterior.* — Apostolatus fratrum Capuccinorum in Asia initium habuit in *Syria* a. 1625 per sodales Gallos, qui a. 1628 Missiones etiam *Mesopotamiae, Persiae* et *Smyrnae* fundarunt. — Capuccini Itali iverunt in *Georgiam* a. 1661, et cum expulsi essent a. 1845, transierunt in regionem *Trapezuntinam*. Anno 1850 initium habuit Missio *Arabiae* (Aden) et a. 1920 illa in *Anatolia.*

2. *Indiae Orientales.* — Capuccini gallici circa a. 1640 iam erant in Missione *Surate* et paucis annis post erant etiam *Madras* et *Pondichery*. — Anno 1703 initium habuit Missio *Thibetana* per fratres nostros prov. Picenae. — Omnes reliquae Missiones regionis Hindustanicae, scilicet illae *Allahabad, Lahore, Ajmer, Simla*, ortae sunt saec. XIX e Missione *Agrae* (Patna et Bettiah). — Recentiore tempore, fratres prov. Melitensis per aliquot annos steterunt in *Damaun* (Bombay) ab. a. 1923. Denique an. circ. 1930 *Commissariatus Indiarum* erectus est, iuvenibus indigenis educandis qui Ordinem nostrum ingredi cupiant.

3. *Sinarum Imperium.* — Recentiore tempore exortae sunt nostrae Missiones in Sinis. — Illa de *Tsinchow* (olim de Kansu Orientali) initium habuit a. 1922, et ex illa a. 1929 orta est nova Missio de *Pingliang*. — Denique ab a. 1933 habemus Missionem in Manciuria, quae nominatur *Kiamusze* (olim *Ilan*).

4. Japoniae regnum: vide *Japonia* et *Ryukyu.*

Bibliographia

BULLAR. CAP., VII, 280 ss.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 52.59 tab. 22-27
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 406-09; III, 188-379.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, voll. III-IX.
IDEM, *Man. hist. Miss.* p. 63-219, 467-71.
MELCHIOR, *Historia* O. CAP., vol. III, 305-13, 361-76, 406-07, cfr. etiam *Index.*
STEIDL, *Missionen d. Kapuz.* p. 31-68.
STREIT, *Bibl. Mission.* III, 609; IX, 963 (Ind.)
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 60, 86, *Missiones et Missionari Cap. in Asia saec.* 17°-18°.
COLLECTAN. FRANC., 18 (1948) 118 ss. *Documenti inediti sull'apostolato dei Cappuccini nel vicino Oriente* 1623-1683. (Ignazio da Seggiano).
L'OSSERVATORE ROMANO, 21 ott. 1938, p. 2, *L'apostolato Cappuccino nel Continente asiatico.* (Bernardino da Cittadella).

Asiae Minoris *Vicariatus apostolicus*, clero saeculari concreditus. — Ab a. 1910 usque ad a. 1920 illius vicariatus Administrator apostolicus exstitit noster sodalis Ioannes Antonius ZUCCHETTI mediolanensis tunc archiepiscopus *Smyrnensis*.

Asmara in Aethiopia. — Residentia missionaria Vicariatus Apost. Erythreae ab a. 1894. Nova Ecclesia Cathedralis exstructa est a. 1923. Domus pro missionariis fundatae sunt a. 1925 et a. 1938. Demum an. 1940 conventus SS. Redemptoris et novitiatus fundati sunt in vico *Gaggiret*.

RICORDO *per la consacrazione della Cattedrale di A*. Asmara, 1923.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 17 (Nova Domus). — 57 (1941) p. 28, 33 (Novitiatus).
ANNALI FRANC. (Milano), a. 1940 p. 283-86 (Notizie e illustr. del Conv. e Noviziato).
ATTI PROV. LOMBARDIA, 1940, p. 39-42, *Nuovo conv. del SS. Redentore e noviziato*.
ITALIA FRANC., 4 (1929) p. 466-72 (La Tipografia francescana di Asmara).
MESSAGGERO SERAFICO (Locarno), a. 1950, p. 140-43... *Il convento di Gaggiret*.

Ásolo (*Asylum*) in Prov. Veneta. — Conventus a. 1586 fundatus, et a Senatu Veneto expunctus a. 1767, redimitur tantum a. 1929. Ecclesia dicata est Spiritui Sancto.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 38 tab. v.
BULLAR. CAP., II, 286, 443.
GIO. CRISOSTOMO DA CITTADELLA, *I Cappuccini in Asolo*. Padova, 1940 pp. 151, cum figuris. (cfr. *Collectan. Franc*. a. 1941 p. 529).
ANALECTA CAP., 45 (1929) p. 35.
ATTI DELLA PROV. VENETA, a. 1928 p. 23-25.
BOLLETTINO FRANC. (Padova), a. 1929 p. 14-16.

Aspera, vide *Aspra*

Aspinger, vide *Haspinger Ioachimus*

Aspra (*Aspera*) in Prov. Romana. — Conventus exstructus a. 1558 in Colle *Monte Fiolo*, lege civili confiscatur a. 1873. Ecclesia SS. Salvatoris titulo pollet.

BULLAR. CAP., II, 433.
MONTE FIOLO. Siena, 1936, pp. 20, cum fig.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 58.

Assab in Vicariatu Apost. de *Erythrea* (Africa Orient.). — Statio missionaria de Assab fundata an. 1886 a P. Seraphino a Collepardo, alumno provinciae Romanae, postea (an. 1894) unita est Praefecturae Apost. de *Erythrea*.

PAOLO DA COLLEPARDO, *Cenni storici sul Padre Serafino da Collepardo* (Roma 1946), pp. 11-45.

Assaí in Brasilia, Custodia de Paraná, concredita prov. Venetae. — Anno 1944 paroecia huius loci commissa est fratribus Capuccinis.

INÁCIO, *Custodia do Paraná*, p. 87, 93.
ATTI PROV. VENETA, an. 1946, p. 58.

Assisi (*Asisium*, *Assisium*) in prov. Umbriae, quae etiam prov. Seraphica appellatur. — Hanc urbem celebrem per orbem reddidit seraphicus patriarcha Franciscus, qui in illa ortum duxit (1182) eamque suis virtutibus ac institutis illustravit. — Undique *urbem seraphicam* visuri hospites et advenae, vel etiam a catholica religione aberrantes, continenter petunt.

— Aliqua opera generalia circa *urbem seraphicam*:

BALBIS FAUSTO, *Assisi nella storia dell'Arte italiana, Guida - Ricordo della città e dintorni*. Torino, 1926.
BRUSCHELLI DOMENICO, M. Conv., *Assisi, città serafica, e Santuari che la circondano*. II ed. Orvieto 1824.
CAVANNA NICOLA, O. Min., *Assisi e Dintorni*, II ed. Porziuncola, 1935.
CRISTOFANI A., *Delle storie di Assisi libri sei*. III ed. Assisi, 1902.
FACCHINETTI VITTORINO, O. Min., *Assisi nell'Umbria*. Milano, 1926.
FAURE GABRIEL, *Au Pays de St. François d'Assise* Grénoble, 1924.
FORTINI ARNALDO, *Assisi nel Medio Evo. Leggende, avventure, battaglie*. Roma, 1940.
GOETZ WALTER, *Assisi*. Leipzig 1909.
GOFF MRS. ROBERT, *Assisi of St. Francis*. New York, London, 1908.
MASSERON ALEXANDRE, *Assise* (« Les Villes célèbres »). Paris, 1926, 1950.
MAYER A., *Führer durch Assisi*. Regensburg, 1913.
RUSCONI ARTURO, *Assisi* « Italia artistica », Bergamo, 1926.
ZOCCA EMMA, *Assisi e Dintorni* (« Itinerari dei Musei e Monumenti d'Italia »). Roma 1949.

I. SANCTUARIA FRANCISCANA.

Ex Sanctuariis, intra vel extra urbis moenia positis, praecipue admirationi sunt:

Basilica S. Francisci, artis mirabile opus inchoatum a. 1228 in qua corpus seraphici Patris asservatur.

Basilica et Monasterium S. Clarae, a. 1255-1260 aedificata, ubi corpus eiusdem Sanctae repositum est.

Conventus S. Damiani, cuius parvam ecclesiam S. Franciscus reparavit et in qua vox ad eum de ligno Crucis facta est: « Francisce, vade repara domum meam, quae labitur ». In hoc monasterium S. Clara secessit et vitam finivit, eiusque sodales ibi usque ad a. 1259 manserunt.

Eremus « *Le Carceri* » nuncupata, in monte Subasio posita, ubi S. Franc. moratus est. In eius silva extant sacella, cubicula et cryptae, in quibus fratres vitam poenitentem duxerunt.

Basilica S. Mariae Angelorum, seu « de Portiuncula », ubi quondam humile tantum sacellum (quod nunc Basilica continetur) exstabat. In hoc sacello S. P. Franciscus celeberrimam illam *Indulgentiam* a Jesu Christo impetravit,

quae ubique *de Portiuncula* nuncupatur, et iuxta illud a. 1226 beatum emisit spiritum. Vetus Sacellum, a Pio V a. 1569 in ampliori ecclesia inclusum est.

Rivotorto. — Hoc in loco S. Franciscus cum suis sociis se recessit, ibique primam scripsit Regulam. — Quo diutius vetus sanctuarium servaretur, a. 1586 latiore ecclesia circumdatum est.

II. Conventus FF. Capuccinorum.

Primus Conventus vel potius eremus positus erat in proclivio montis Subasii subter magnam rupem, et propter paupertatem eius et angustiam vocatus est *Le Carcerelle*. Pertinebat canonicis S. Rufini, ab eisque Fratribus nostris donatus est a. 1535. Aedicula dicata est B. M. V. a Nive. — Coenobium relictum est ob bullam Innocentii X a. 1652; extant tamen eiusdem eremi nonnulla vestigia et aedicula a possessoribus loci diligenter servata.

Secundus Conventus intra urbis moenia, prope portam quae ducit ad Sanctuarium Carcerum, fundatus est a. 1595, cum ecclesia sacrata S. Antonio abbati. Anno 1866 conventus supprimitur, et a Gubernio ad varios usus adhibetur.

E proprio coenobio exturbati Fratres, varia loca emendicavere. Primo habuerunt domum quandam *Mariani*, in « via S. Francesco », a. 1876 aliam domum obtinuerunt a Principe Alexandro Torlonia, et ibi morati sunt usque ad diem 12 iul. 1926, qua die transierunt ad novam domum vocatam *Sperelli*, iam a Curia Generalitia emptam pro Collegio Studiorum a S. Lauren. Brund. nuncupato. Eodem anno inaugurata est parva ecclesia, sub invocatione B. V. Immaculatae. Tandem a. 1930, ipsa Curia Gener. Ordinis prope ecclesiam novum conventum extruxit, ibique suam tenet sedem Minister Provincialis.

MONUM. HIST. O. CAP., II (cfr. *Index* p. 514).
BULLAR. CAP., II, 113, 130, 435; X, 769 (Ind.)
QUARTO CENTEN. PROV. SERAF. (1930) p. 15, 29.
TINI ANDREA, *Le Carcerelle e i primordi dei Cappuccini in Assisi*. Assisi 1908.
ANALECTA CAP. — 11 (1895) p. 340-44, *Relatio incendii conventus quod accidit a. 1627*.
COLLECTAN. FRANC. — 5 (1935) p. 241-60. — 9 (1939) p. 457 n. 484: *Le Carcerelle e i primi Cappuccini in Assisi* (Franc. da Vicenza) — 9 (1939) p. 73-93, 193-209: *Il Conv. di S. Antonio Abate, dei Cappuccini di Assisi, 1595* (Franc. da Vicenza).

III. Collegium S. Laurentii Brundusini.

Anno 1926, P. Minister Generalis antiquam domum « *Sperelli* », quae haud longe abest a Basilica S. Francisci, obtinuit, nostrorum fratrum Assisium peregrinantium causa vel illuc missorum ut studiis franciscalibus incumberent. — Anno 1928, Museum nostrum franciscanum eo translatum est (vide *Musea*); anno autem 1930, ibi Collegium in Studiorum sedem rite constitutum est sub immediata dependentia Ministri Gen. — Praeses Collegii nominatus est P. Cuthbertus, prov. Anglicae exprovincialis. — Quod Collegium, decem annis post (1940), Romam in novam domum, iuxta Curiam generalem Ordinis aedificatam translatum, « Institutum Historicum Ord. Min. Cap. » appellatum est. (Vide *Institutum Hist. Ord. Cap.*).

ANALECTA CAP., 46 (1930) p. 307, 309 (Decret. erectionis Collegii) — 47 (1931) p. 45-48 (De institutione et inauguratione Collegii) — 55 (1939) p. 81 (Novus praeses). — 56 (1940) p. 335 (De translatione Collegii)
COLLECTAN. FRANC., 1 (1931) p. 424-426 (de institutione Collegii Assisien. — 11 (1941) p. 175-181, *Decennalis Collegii Assisien. conspectus* (1931-1940).

IV. Monasterium S. Crucis, monialium Capuccinarum
(vulgo: *Deutsche Kapuzinerinnen*).

Anno 1720 quattuor sorores Bavarienses (domo *Schichtl*), Romae peregrinatae, Assisium se contulerunt, ibique iuxta B. Virginis Immaculatae ecclesiam, III Ordinis Regularis regulam professae vitam egerunt. — Postea, varios casus ob Conventus a Napoleone suppressos perpessae, a. 1878, priore domo relicta, in antiquum et desertum monasterium S. Crucis, quod iam Sororum Benedictinarum fuerat, se transtulerunt. Aliquot annis post, S. Clarae Regulam et Capuccinarum monialium Constitutiones acceperunt. — Monasterio coniunctum *Hospitium* est ad Germanorum peregrinantium utilitatem.

Die Deutschen Kapuzinerinnen und ihr Kloster S. Croce in Assisi. Assisi 1939.
[BONAVENT. VON MEHR], Direktorium... für die deutschen Klarissen-Kapuzinerinnen von Santa Croce in Assisi. (Roma 1943).
STIEGELE P., *Klosterbilder aus Italien* (Stuttgart 1893) p. 269-277.
FORMA DI VITA, *ossiano Costituzioni delle Cappuccine dette le* « Bavare » *fondate sopra la prima Regola di S. Chiara pel monastero di S. Croce in Assisi*. Foligno 1896, pp. 78.
REGEL *der hl. Klara und Konstitutionen der Kapuz. v. S. Croce in Assisi*. Assisi, 1938.
WAAL (A. DE), *Geschichte des Kapuzinerinnenklosters zu Assisi*. München 1884.
ALTÖTTINGER FRANZISKUSBLATT, a. 1900, p. 13, 29, 68, 92.
ST. ANTONIUSBLATT (Brixen), 1948, p. 57, 224, *Deutsche Kapuzinerinnen in Assisi* (cum figura monast.).

Assistentes — Nomine Assistentium in hodierna Capuccinorum legislatione veniunt consultores Superioris Commissariatus Generalis vel Provincialis et Custodiae Provincialis, illius nempe unionis conventuum quae nondum Provinciam efformat. *Assistentes Commissarii Generalis* eliguntur una cum Commissario Generali a Ministro Generali et suo Definitorio: *Assistentes Commissarii Provin-*

cialis eliguntur a Ministro Gen. cum suo Definitorio (Constit. n. 130); *Assistentes Custodis Provincialis* eliguntur simul cum Custode a Superioribus maioribus illius Provinciae sub cuius dependentia constituta est Custodia et confirmantur a Min. Gen. Assistentes saltem duo esse debent; eliguntur omnes ad triennium sed hoc expleto, denuo eligi vel confirmari possunt (*Const.*, n. 130). Assistentes actuales Commissarii Generalis et Commissarii Prov. quoad privilegia et exemptiones aequiparantur Definitoribus provincialibus; Assistentes Custodis Prov. nullo privilegio et exemptione gaudent.

ORDINATIONES CAPIT. GENER. (1928) cf. Ind.
VENANTIUS, *Monum. ad Const. O. Cap.* p. 352.
ANALECTA CAP., 53 (1937) p. 110.

Association franciscaine. — Fratres nostri Parisienses cum expulsi essent e conventu (1903) ne apostolatus finis dirimeretur et ut inter se convenirent, fundaverunt ita dictum *Cercle d'Etudes franciscaines* et *Association franciscaine*. Quod exemplum nonnullae civitates gallicae secutae sunt, et ad finem apostolatus *conferentiae* institutae sunt sacerdotibus dirigentibus. Item *Associatio franc.* vulgavit duas ephemerides, scilicet: *Action franciscaine* Bulletin mensuel, a. 1904-15 (cf. ANALECTA O. CAP., a. 1936 p. 129); et *Le Tract populaire illustré bimensuel* a. 1905-1912 (cf. ANALECTA, ibid. p. 318). Cum Associatio finem suum consequi amplius non debebat, vulgationes cessavit (1915), exstitit tamen fructus suae actionis, quoniam clerus saecularis, ut in Alsatia et Germania, edere coepit suos: *Bulletins Paroissiaux* (Schedulas paroeciales).

HILAIRE DE BARENTON, *L'Association franc. et le Cercle d'Etudes Franc.* Paris 1903.
IDEM, *L'Assoc. Franc. devant les Tribunaux* Paris, 1910.
L'ACTION FRANCISCAINE, 1 (1904) p. 5, 10, 23, 37, 55 (*Statuts et historique de sa fondation*); 7 (1910) 34 ss; 10 (1913) 18 ss. (*Procès, Capucins en correctionnelle, Compte-Rendu des Journaux, Sentence etc.*).
ANNALES FRANC., 59 (1928) p. 125.
VIE FRANC., 4 (1930) p. 176.

« Association franciscaine des Institutrices ». Pater Gonsalvus (*Delsuc*) a Salviac Prov. Tolosanae Moderator, a. 1919, una cum Domina *Metrier*, fundavit *Associationem franciscanam magistrarum* apud Brives-Chérac, quae per Galliam diffusa est, praesertim ob fines sociales quibus Associatio intendit. In Regula Tertii Ordinis saecularis Franciscalis fundata, patet quibuscumque mulieribus magistris sive ex publicis sive ex privatis scholis, neque refutat illas mulieres, quae in domibus instructionis charitatem exercere cupiunt. Magistrae associatae post postulationem per sex menses in novitiatum recipiuntur, promissa oboedientia ad tres annos saltem. Praeter Regulam Tertii Ordinis Franciscalis, Associatio habet specialia statuta et directam cognoscit dependentiam a Ministro Gen. Ordinis nostri. An. 1934, priori Societati Magistrarum *Sectio altera* adiuncta est, quae infirmos curat et sublevat. Haec *Sectio* suum habet Statutum peculiare.

Association Franc. des Instit. (Statuts, Prières etc.). Vanves, 1929.
ANNALES FRANC., 50 (1928) p. 125.
VIE FRANC., t. 4 (1930) p. 176.

Assumptio B. M. V. in caelum, vide *Maria Virgo* (IV. *Opera mariologica* a Capuccinis edita).

Asti (*Astae*) in Prov. Pedemontana. — Prior conventus a. 1536 fundatus fuit. Alter, qui a. 1578 conditus est una cum ecclesia sub tit. Purificationis B. M. V., supprimitur a. 1802.

BULLAR. CAP., II, 452.
BURRONI G., *I Francescani in Asti. Studi e ricerche stor.* Asti, 1938 (cf. pp. 195-228).
GABIANI NIC., *I Cappuccini in Asti ed il P. Bernardino Pallio.* Asti, 1928.

Astier C., vide *Cherubina a S. Benedicto.*

Astigis, vide *Ecija*

Astorch A. M., vide *Angela Maria Astorch.*

Astrakhan (Missio), vide *Russia.*

Astronomia. — Huius scientiae cultores non pauci inveniuntur inter fratres nostros. *Vide*, inter alios, nomina quae sequuntur:

ANTONIUS M. A REUTTE, domo *Schyrl*, alumnus prov. Bohemiae († 1660).
AUGUSTINUS A PIACENZA (*Tagliaferri*), alumnus prov. Parmensis († 1839).
CHERUBINUS AB ORLÉANS, alumnus veteris prov. Turoniae († 1697).
CHRYSOLOGUS A GY, alumnus prov. Lugdunensis in Gallia († 1808).
EMMANUEL A VIVIERS, alumnus prov. Tolosanae in Gallia († 1738).
GABRIEL A BULLANDIO (?) alumnus prov. Parisiensis, qui opus vulgavit a. 1648.
IOSEPHUS M. A CENTO (*Figatelli*), alumnus prov. Bononiensis († 1682).
LUDOVICUS A SEURRE, domo *Legrand*, alumnus prov. Lugdunensis, qui florebat adhuc a. 1732.
THEOPHILUS A VERONA, familia *Bruni*, alumnus prov. Venetae († 1638).

— Circa fratres Capuccinos qui *astronomiam* coluerunt cfr. etiam opera quae sequuntur:

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 271.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, II, 384-87.

Asylum, vide *Asolo*

Ateca (*Atteca*) in Prov. Navarro-Aragonensi. Fratres antiquae Prov. Aragoniae anno 1624 conventum aedificavere sub tit. SS. Stigmatum S. Francisci. — Derelictus est a. 1835 (?).

BULLAR. CAP., V, 416.
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 31.

Atecusa, vide *Marchena*
Aternum, vide *Pescara*
Ateste, vide *Este*

Ath (*Athum*) in Prov. Belgica. — Prima residentia exstitit ab a. 1608-09 sub tutela B. M. V. Angelorum. Diruta a. 1672 iubente Ludov. XIV, novus conv. exstruitur in alio civitatis loco. Suppressus est a. 1797.
BULLAR. CAP., IV, 370.
ANNUARIUM PROV. HOLL.-BELG., I, (1870) p. 32.
HILDEBRAND, *De Kapuc. in de Nederlanden*, I, cf. Ind. (*Aat*); II, 166-69.
DE BOUSSU, G., *Histoire d'Ath*, p. 321-32 (Mons, 1750).
COLLATIONES TORNACEN., t. IV, P. I, p. 183-85.

Athanasius ab Aix, v. *Mesgrigny A.*, episc.

Athanasius a Barcelona, prov. Catalauniae lector et Commissarius III Ordinis (1670†1746) Plurima scripsit opera sive spiritualia, sive scientifica; typis autem dedit: *Jardín seráfico* (2 voll. ubi agitur de III Ordine franciscali), Manresa 1705, Barcelona 1706, et alibi; *Espejo ceremonial seráfico de Capuch. de Cataluña*. Barcelona 1716; *Vida del P. Gabriel Maciá de Canet*. Girona, 1721.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 32.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 145.
FRANCISCALIA (Barcel. 1928) p. 213.
TORRES AMAT, *Escritores catalanes* (1836) p. 91
DICTIONN. HIST. ECCL. IV, 1377.

Athanasius a Dillingen, Prov. Tirolensis († 1714). — Stirpe *Hofacker* natus a. 1634, relig. habitum induit a. 1657. Lectoris et Definitoris munere functus est. Orator egregius exstitit multaque praelo mandavit patrio idiomate, inter quae Concionum collectiones: *Argonautica Spiritu-Moralis* (1689); *Condelabrum eucharisticum* (1690); *Hortus mysticus* (1691); *Vinea evangelica* (1693).
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit* p. 29-31.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, I, 557, 684, 732.

Athanasius ab Eglsee (*Hollermayer*), alumnus prov. Bavaricae. — Anno 1860 natus est, et sacerdotio iam adauctus, a. 1889 habitum seraphicum sumpsit. In Missionem *Chilensem* (Araucania) profectus a. 1896, ultra ministerium apostolicum, studio et investigationi scientificae *florae et faunae* Chilensis enixe ac fructuose se applicuit. Detexit circa triginta plantarum, muscorum et insectorum genera et species usque tunc ignotas, quarum saltem decem nomine eius « *Hollermayer* » decoratae sunt. Museis botanicis Monachii (München) et Universitatis Berolinensis aliisque Institutis scientificis, cooperator exstitit valde aestimatus. Obiit in S. José de la Mariquina d. 22 febr. 1945.
GUNCHEL H. — *Los Pterodofitas del Herbario del P. At. Hollermayer*, in « REVISTA UNIVERSITARIA » (Santiago del Chile), XVII (1932) p. 227-41.
IDEM, *Las compuestas del Herbario del Padre Hollermayer*, in « REVISTA UNIV. » XXI (1936) p. 95-120; XXII (1937) p. 75-104.
RAESAENEN V., *Liquenes chilenos coleccionados por el P. Hollermayer*, in « REVISTA UNIV. » XXII (1937) p. 195-211.
THÉRIOT I., *Contribution* [du P. Ath.] *à la Flore bryologique du Chili*, in « REVISTA CHILENA DE HIST. NATURAL » XXXIX (1935) p. 16-21.
L'OSSERVATORE ROMANO, 31 genn. 1946, p. 3.
PROVINZBOTE (Bayern), a. 1930, p. 30. — a. 1933, p. 30. — a. 1938 p. 17-51 (de P. Athanasii studiis botanicis etc.).
PROVINZBOTE (Bayern), 1948, p. 150-53.

Athanasius a Manises, v. *Soler y Royo*, episc.

Athanasius Parisiensis. — Anno 1586 ex antiqua magistratuum familia *Molè* natus; anno 1606 habitum sumpsit. Anno 1618 Parisiis, adiuvantibus D. Roberto de Montry ac D. Du Fresne *Magdelitarum* institutum erexit, quod a. 1629 in tres congregationes, videlicet: *S. Mariae Magd.*, *S. Marthae* et *S. Lazari* divisum, sub regula S. Augustini posuit. Missionarius apost. a S. Congr. Prop. Fid. nominatus, licentiam obtinuit ubique per Galliam praedicandi. Fama sanctitatis defunctus est d. 26 iul. 1631. Mensibus tribus post mortem, Urbanus VIII Institutum *Magdelitarum* sub nomine *Filles de St. Madeleine* (vulgo *Madelonnettes*) adprobavit, sed tempore gallicae eversionis (1790) suppressum est.
BULLAR. CAP., V, 28.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 32.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 169-73; II, 362-64.
DICTIONN. HIST. ECCL., IV, 1386-88.

Athanasius a Wien, vide *Zuber A.*, episc.
Atheium (Athy), vide *Laoingheas*

Athenae in Graecia. — Missio nostra originem habuit a. 1658, cura P. Alexii de Sommevoir, cui cito addebantur plures Fratres de Gallia, quos inter P. Simon a Compiègne. Hic Demostheni coaevum monumentum, in Acropoli, emit circaque illud, Conventum excitavit. Sub medio saec. XVIII, missio, ex defectu operariorum, fuit interrupta; sed P. Urbanus Genuensis in pristinum eam restituit (1799). Revolutione exardescente (1821-1828) missio cadebat. — Ab a. 1842 ad a. 1914, missionem relevare Fratres nostri pluries expostulati sunt; sed frustra. Tandem a. 1934, ab Ordinario Armenorum Graeciae P. Cyrillo ab Erzerum, hospitium missionarium denuo Athenis apertum est.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni Capp.*, IV, 366-93, 447 (Ind.).
ANALECTA CAP., 42 (1926) p. 198 (Episc. Lucas Pasetto O. Cap., Admin. Apost. Athenis); 52 (1936) p. 38.

Atheste, Ateste, vide *Este*

Athlon in Vicariatu Apost. *Promontorii Bonae Spei Occid.* (Cape of Good Hope in Africa merid.). — Anno 1932 concessa est erectio canonica domus, pro nostris missionariis Prov. Hibernicae.
ANALECTA CAP., 50 (1934) p. 8.

Athum, vide *Ath*

Athy in Hibernia, vide *Laoigheas*

Atlas Ord. Cap. (Editiones variae), vide *Provinciae Ordinis* (Bibliogr.)

Atrebatum, vide *Arras*

Atri (*Atria, Hadria*) in Prov. Aprutina. — Ab a. 1570 usque ad suppressionem a. 1866, fratres incoluerunt conventum S. Leonardi iam relictum a FF. Min. de Observantia.
BULLAR. CAP., III, 326.
FILIPPO, *I Capp. d. Abruzzi*, p. 13.

Atteca, vide *Ateca*

Attinghausen in Helvetia. — Monasterium Capuccinarum III Ord. claustralis ibi exstitit ab a. 1608 ad a. 1676.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 70, 76, 77, 378.
SCHWEIZER. PROV. FESTSCHRIFT (1928) p. 165.
BÜRGLER, *Franz-Orden i. d. Schweiz*, p. 171 s.
GREIDERER, *Germania franc.*, II, 659.

Atura, vide *Aire*

Auch (*Augusta Ausciorum*) in Prov. Tolosana. — Conventus fundatus a. 1607, suppressionem passus est a. 1791.
BULLAR. CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, I, 65 ss.
IDEM, *Bibl. Prov. Aquit.* p. 12.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. Aquit.* p. 275.
IDEM, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 50.

Auch (*archidioecesis*). — Huius *Auxitanae* archid. praesul exstitit ab a. 1599 ad a. 1629 noster sodalis Leonardus TRAPPES a Nivers.

Audenaerde, vide *Oudenaarde*.

Audierne (*Audiernum*) in Prov. Parisiensi. — Conventus aedificatus a. 1657 pro fratribus antiquae Britanniae Prov., supprimitur a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 28.
REVUE HIST. FRANC., 6 (1929) p. 323.

Audomarus (S.), geogr., vide *Saint-Omer*

Auer G., vide *Gulielmus a Reisbach.*

Aufina, vide *Ofena*

Augae, Augium, vide *Eu*

Augsburg (*Augusta Vindelicorum*) in Prov. Bavarica. — An. 1601 Conventus exstruitur sub tit. S. Francisci et S. Gualfardi. Eo, a. 1809 deperdito, Hospitium ad cappellam S. Sebastiani erigitur a. 1843, quod a. 1908 Conventus efficitur.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14 tab. XV.
BULLAR. CAP., IV, 379; IX, 160, 211.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 147-52, 267-69.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 39 ss., 782.
PETRUS FRANC., *Suevia ecclesiast.*, p. 105.
HOEDL FRANZ XAV., *Augsburg. Kapuzinerkloster und Kirche.* München [1941].
SCHNELL HUGO, *Kapuzinerkloster u. Kirche St. Sebastian, Augsburg*, München 1940.
ANALECTA CAP., 8 (1892) p. 27-30 (*Caritas Capucc. erga peste infectos a. 1607.*

Augunum, vide *Saint-Maurice-en-Valois*

Augusta in Prov. Syracusana. — Prior Conventus, una cum Ecclesia B. M. V. Angelorum, exstruitur a. 1605 et supprimitur a. 1866. Conventus hodiernus exstat ab a. 1901, sub tit. B. Mariae V. de Succursu, ibique an. 1950 fundatur Seminarium Seraphicum.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 34 tab. XI.
BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa*, p. 132-35.

Augusta Ausciorum, vide *Auch*

Augusta Firma, vide *Ecija*

Augusta Praetoria, vide *Aosta*

Augusta Taurinorum, vide *Torino*

Augusta Vagiennorum, vide *Benevagienna*

Augusta Vindelicorum, vide *Augsburg*

Augustinus ab Ariñez, de prov. Castellae; missionarius in insulis Carolinis in Oceania († 1899). Edidit: « *Diccionario hispano-kanaka* » (Tambobong 1892) atque « *Catecismo* » (Manila 1893).
ANUARIO *de las Misiones... Prov. Navarra* (1934) p. 71-72.
ANALECTA CAP., 15 (1899) p. 288.
EL MENSAJERO SERÁFICO (Madrid) a. 1899, p. 353 s.

Augustinus ab Artesa, vide: *Bernaus y Serra A.*, episc.

Augustinus a Bethune. — Natus est e familia *Galland* circa a. 1551, et a. 1602 Duaci seraphicas lanas induit. Per triginta annos et amplius diversas praelaturas in provincia sua Gallo-Belgica obivit. Piae viduae Maes-Taffin (Mater Francisca Audomarensis) triginta annorum spatio in re spirituali a consiliis fuit; cum ea fundamenta iecit congregationis *Capuccinarum* Flandriae, quae ante perturbationem gallicam praesertim in Belgio, Gallia et Germania florebat et in hunc diem nonnulla tantum monasteria retinet in ditione belgica. P. Augustinus, dum tertio provincialis ministri munus obiret, morte sublatus est mense augusti 1643.
BULLAR. CAP., V, 240-244.
DICTIONN. HIST. ECCL., V, 425-26.
ETUDES FRANC., 42 (1930) p. 316-23 *Notes sur le P. Aug. de B. et les premières capucines flamandes.* (P. Hildebrand).

Augustinus M. a Brescia (domo *Rizzardi*) Prov. Brixiensis (1698 † 1774). — E clero

saeculari a. 1724 ad Ordinem nostrum transivit. Bis Provinciam suam moderavit, et Praefectus Apost. missionis Rhaetiae dictus est. Plurima opera reliquit de re ascetica: opus praesertim cui titulus: *Sacerdote provveduto per l'assistenza de' moribondi* (Brescia, 1744) pluries fuit reimpressum.

VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 347-54.
APPENDIX AD SCRIPT. O. CAP. p. 15.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 10.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 1-6.
PERONI V., *Bibliot. Bresciana*, III, 123.
VITA DEL P. AGOST... (apud opus ipsius P. Aug. quod inscribitur: *Dio proposto alla considerazione dell'uomo*. Brescia 1775).

Augustinus a Conegliano, domo *de Gabrielis*, in sua prov. Veneta lector, definitor atque scriptor egregius (1686 † 1756). — Edidit: *Theologia moralis*, 3 voll. Venetiis 1745 et Pisauri 1747. — *Compendiosa seraphicae Regulae Expositio*. Venetiis 1749. — Inedita vero reliquit: *Epitome totius philosophiae*. — *Quadriennium theologicum*. — *Animadversiones in Pentateuchum*.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 32.
APPENDIX *ad Bibl. Script.*, p. 14.
GIO. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 2-4.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 189.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 1621.
DICTIONN. HIST. ECCL., V, 435.
DICTIONN. THÉOL. CATH., I, 2484.
COLLECTAN. FRANC. 13 (1943) p. 13-34, 143-64: *P. Agost. da Conegliano, vita ed opere*. (Giancrisost. da Cittadella).

Augustinus M. a Friedberg, Prov. Bavaricae. — E domo *Ilg* a. 1845 ortus, Ordini nostro, iam sacerdotio auctus, se aggregavit a. 1871. Infirma semper valetudine laborans, libris pietatis scribendis se dedit. Obiit d. 25 febr. 1881. Eius sunt opera: *Geist des hl. Franziskus Seraphicus* (sunt biographiae Capuccinorum illustrium), 3 vol., Augsburg 1876-82. — *Tugendspiegel für Priester und Ordensleute*, 2 vol., Altötting 1873.

EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 670-77.
ILG, *Geist d. H. Franz.* (cfr. Introd. t. III).
KOSCH W., *Das kathol. Deutschland*, I, 1827 (Augsburg, 1933).
LEXIKON FÜR THEOL. U. KIRCHE, V, 368.
PROVINZBOTE (Bayern) a. 1929, p. 49-51.

Augustinus a Fusignano, Prov. Bononiensis. — Natus est a. 1717 e familia *Pasquali*, seraphicum Ordinem amplexus est a. 1736. Fuit Novitiorum Magister, Definitor, Minister Prov. et publicus Lector in civitate Ferrariensi. Commissarius in Valtellina etiam exstitit, quo munere functo, reversus in Provinciam, decessit d. 8 ian. 1803. Enituit in sacra Praedicatione, praesertim in missionibus apud fideles, in spiritualibus exercitiis et in catechesibus, uti probant scripta non pauca typis in hac re mandata, inter quae: *Breve esposizione della Regola dei Frati Minori; Modo pratico per santificare le operazioni della giornata; Discorsi istruttivi; Prediche quaresimali; Esercizi spirituali*. Quae omnia in unum collecta, edita sunt (1843-45) voll. 23.

APPENDIX AD SCRIPT. O. CAP., p. 14.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.* p. 57.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 2-17.
SIGISMONDO, *Biografia Serafica*, p. 816.
ARMANDI, G., *Un esempio del vero claustrale. Vita del P. Ag. da Fus.* Lugo, 1876.
ANALECTA CAP., 3 (1887) p. 341 (n. 8).
PROVINCIA DI BOLOGNA, *Atti ufficiali*, a. 1937, p. 35.

Augustinus a Genova. — E gente *Boccafò* a. 1571 ortus est et a. 1650 obiit. Prior historiam suae Prov. Genuensis scripsit, at eius opera inedita iacent vel in Archivo Prov., vel Mediolani in Arch. Status, vel Romae in Arch. Gener. Ordinis.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 32.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 107.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, I, p. 2.
SALVO-COZZO G., *Giunte e correzioni alla Bibliogr. Siciliana di G. Mira* (1881) p. 107.
DICTIONN. HIST. ECCL., V, 440; IX, 296.

Augustinus ab Igualada, alumnus prius prov. Catalauniae, deinde (1663) prov. Occitaniae in Gallia: Famam apud nos acquisivit ex laboribus in componendo et edendo magnum *Psalterium chorale* (Carcassonae 1682), cuius exemplum, valde rarum, in nostro Museo franciscano asservatur.

APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Occitan.* p. 37-39, 138-40.
FRANCISCALIA (Barcel. 1928) p. 225.
ANALECTA CAP. 26 (1910) p. 335.

Augustinus a Latisana (lat. Tisana), Min. Gen., alumnus Prov. Venetae. — *Morossi* domo enascitur an. 1629, Ordini vero inscriptus est a. 1645. Scientias philosophicas et theologicas docuit. Ter ad Provinciae regimen advocabatur (1672, 1678 et 1684). Consultor nominatus est S. Officii in ditione Veneta; fuit praeterea Brixiae Provinciae Commiss. Generalis. An. 1691 et a. 1698 Defin. Gen. eligitur, et a. 1702 Generalis Minister. Ad praelatorum usum ms. exaravit: *Otia P. Augustini*, quod est omnium resolutionum Capitulorum digestus. Servatur Venetiis, ubi sancte obiit d. 4 ian. 1713.

BULLAR. CAP., II, 281.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, IV, 95-100.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 172, 178, 180.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, I, 65-68.
BERNARDINO, *Quattro secoli di vita*, p. 74.
DI MANZANO FR., *Cenni biogr. dei letterati ed artisti Friulani* (1887) p. 136.
GIO. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 4-10.
MOROSSI CARLO, *Su Agostino da Latisana e Fra Morossi*. Cividale, 1913.
ANALECTA CAP., 7 (1891) p. 264.

Augustinus M. a Lugano,
vide: *Neuroni A.*, episc.

Augustinus a Narbonne, Provinc. Tolosanae († 1706). In munere praedicationis et scriptoris valde excelluit. Non minus quam 20 volumina elaboravit, Orationes panegyricas et Sermones continentia, saepius in lucem edita. Sequentia adnotamus: *Jésus Christ* (1692); *Marie* (1693); *Les Apôtres* (1696); *Les Pontifes* (1697); *Les Martyrs* (1697); *Les Saints de l'Ordre Franc.* (1700); *Les Fondateurs des Ordres relig.* (1698).

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 184 s.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 33.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 9.
APOLLINARIS, *Bibl. Script. Aquit.* p. 39-43.
IDEM, *Toulouse chrétienne*, II, 427.
IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 6.
DICTIONN. HIST. ECCL., V, 477.
ORIENT, (Toulouse) 13 (1929) p. 33-37 (Un célèbre predic.: le P. Aug. de N.).

Augustinus a Piacenza (familia *Tagliaferri*), Prov. Parmensis (1747 † 1839). — Iam Medicinae Doctor, ad nos venit a. 1772, fuitque Lector et Minister Prov. — Sedulo vacavit scientiis praesertim astronomicis. Anno 1805 fundavit ephemeridem astronomico-meteorologicam, quae inscribitur: *Il Solitario Piacentino*, quam ipse vulgavit usque ad a. 1832, deinde a Fratribus eiusdem Provinciae prosequuta usque ad a. 1927, quo aliis tradita est.

L'ANTICO SOLITARIO PIACENTINO (in Praefatione, brevis notitia biogr. P. Aug.).
MENSI L., *Dizionario biografico Piacentino* (1899) p. 433.
ANALECTA CAP., 52 (1936) p. 137.

Augustinus a Saint-Geniez,
vide *Chabot Franc.*

Augustinus a Taggia, Prov. Genuensis. — E domo *Martini* natus a. 1825, Ordinem ingreditur a. 1843. Vir eximiae caritatis, alter « Pater Christophorus » vocatus est. In bonum patriae suae multa operatus est, plurimasque relationes spirituales habuit cum familia *Ruffini*, quae magnam partem tenuit in rebus politicis Italiae. Obiit in patrio loco d. 25 aug. 1908.

FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, VI, 356.
GINEPRO DA POMPEIANA, *La Famiglia Ruffini e un Padre Cristoforo del Risorgimento.* Torino, 1931 (Recens. ap. COLLECT. FRANC. a. 1934, p. 498, n. 256). Huius operis editio II. vulgata est a. 1932, sub novo titulo: *Un canto di religiosità nel Risorgimento* (*La Famiglia Ruffini intima*).

Augustinus a Tisana,
vide: *Augustinus a Latisana.*

Augustinus a Vezia (gente *Daldini*), Prov. Ticinensis. — Hic botanicae scientiae cultor natus est prope Lugano die 20 mart. 1817, et Ordinem nostrum ingressus est a. 1839. Ab a. 1853 degit in sanctuario vulgo *Madonna del Sasso* apud Locarnum, ibique mansit usque ad mortem, die 9 maii 1895. Exstitit in re herbaria princeps, ita ut unius tantum plantae vel floris proprietates nesciret. Praesertim de muscis (muschi) et fungis, quorum bis mille species per technica nomina distinguebat. Inter muscos adsunt circiter 20 novae species, qui ipso *Daldiniano* nomine a Botanicis cultoribus distinguuntur. Mss. reliquit: *Dictionarium Botanicae*, cum centenis et amplius fasciculis, quorum plurimi Locarni Museo donati sunt. Opus: *Erbario Crittoganneo Italiano* (Genova, 1856-67) plura eius scripta contulit. Item de P. Aug. memoriam fecerunt: Schimper, W. Phil. in *Synopsi muscorum europaeorum.* (Stuttgartiae, 2. ed. 1876); V. Cesati in *Die Pflanzenwelt* etc. (Halle, 1863), et alii.

LEONE DA LAVERTEZZO, *Un cappuccino botanico, ossia P. Agostino Daldini da Vezia.* Locarno, 1919.
MESSAGGERO SERAFICO (Locarno), *Settem. 1919* (Num. dedicato al P. Agostino da Vezia). an. 1946, p. 235-236.

Augustinus a Vinchio (Alessandria), in saeculo Gulielmus Arleri, laicus prius prov. Alexandrinae dein prov. Parmensis, mortuus Reggio Emilia an. 1821, annos natus 81. — Peritissimus horologiorum fabricator et per 46 annos (1775-1821) *machinarum constructor* pro physicis experimentis in Athenaeo Mutinensi (Modena) magna cum laude exstitit. Tempore suppressionis conventuum in hospitium apud eandem Universitatem receptus est, sed quamvis extra coenobium morari coactus, religiosissime vixit, omnibus carus.

In Mutinensi Universitate (*Istituto di Fisica*) et in Museo Estensi adhuc exstant opera laudata atque proemiata Fratris Augustini.

NECROLOGIUM *Prov. Lombardiae* (Parmensis), d. 4 dec.
EVARISTO DA BORGOTARO, *Il Conv. dei Capp. di Modena. Memorie* (Ib. 1939), p. 15.
CHARITAS, *Bollett. dei Minimi di S. Franc. di Paola*, an. VIII, 1933, p. 17-18.

Augustinus a Zamora, Prov. Castellae. — Vixit saec. XVII, fuitque S. Theologiae Lector et Definitor Prov. — Scripsit opus ascetico-mysticum in quo pulchre disserit de SS. Corde Iesu. Vulgatum est Matriti, 1678, sub titulo: *La Margarita preciosa del Corazón humano, sus excelencias y las finezas de Dios Nuestro Señor para con él.* — Aliud opus edidit ad devotionem fovendam erga Spiritum Sanctum. (Ibid., 1678).

ANDRÉS, *Vitalidad seráfica*, I, 175.
BUENAV. DE CARROCERA, *Necrologio*, 1 enero.
BUENAV., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, p. 83 s.
ESTUDIOS FRANC., 20 (1918) p. 352-62 Opus P. August. « *La Margarita...* » fuse describitur a P. Vinc. de Peralta).

Augustodunum, vide *Autun*

Augustopolitana *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo insignitus est a. 1854 Athanasius ZUBER Viennensis ex Ord. Cap. († 1862).

Aulla in Prov. Lucensi (Lucca). — Nova Domus canonice erecta est a. 1938.

ANALECTA CAP., 58 (1939) p. 17.
BOLLETT. UFFIC. PROV. LUCCA, a. 1938 num. 2, p. 14-16; an. 1941, n. 2 p. 18.

Aulonitana *sedes titularis episcopalis.* — Ex Ordine Capuccinorum hoc titulo potitus est a. 1701 Rupertus LAMBERG a Laufen († 1725).

Auray (*Alraium, Auracium*) in Prov. Parisiensi. — Fratres Prov. Turoniae et Britan. hic locati sunt ab a. 1615 usque ad gallicam eversionem (1790). Auctores celeberrimae peregrinationis ad *Sainte Anne d'Auray* (1624) fratres capuccini huius conventus, et imprimis P. Caesarius a Roscoff reputantur.

BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 18, 43-46.
ANALECTA CAP., 42 (1926) 266-73 (*Peregrinatio ad S. Annam et FF. Capucc. 1624-28*).
ANNALES FRANC., 12 (1882) 21, 56, 120, 151, 219, 311; 19 (1894) 509; 20 (1895) 82: (*Les Capucins d'A. et le Pélerinage de St. Anne*).
COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 269 n. 179 (de P. Caesario a Roscoff et de peregrinatione ad S. Annam).
REVUE HIST. FRANC., 6 (1929) 323 (bibliogr.).

Aurelianum, vide *Orléans*

Aureliopolitana *sedes titularis episcopalis in Lydia.* — Hoc titulo honestatus est a. 1880 noster sodalis Ignatius GALFIONE e Villafranca († 1881).

Aurelius a Genova (Domo *Richeri*). — Minister Prov. Genuensis et Commissarius in Corsica. Obiit d. 2 oct. 1723. Edidit: *Tractatus chronologicus, addita etiam brevi chronologia urbis Genuae* (1712 et 1720). *Categoria substantiae in sua genera subalterna et species infimas distincta* (1716).

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 33.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 189.
SIGISMONDO, *Biografia Serafica*, p. 772.
MELZI, *Dizion. Op. anon.*, II, 431 (*Rerichius*)
PASSANO, *Dizion. Op. anon.* p. 26.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, I, 22, 383.
DICTIONN. HIST. ECCL., V, 744.

Auribeccum, vide *Orbec*

Auriol, in Prov. Lugdunensi. — Conventus fundatus a. 1734, supprimitur a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 86.

Ausona, vide *Vich*

Australia (Armidale). — Sedem episcopalem *Armidalensem*, P. Elzearius Torregiani, Prov. Picenae alumnus, per plures annos gubernavit, scilicet a mense nov. 1879 usque ad eius obitum (28 ian. 1904). — In hac Dioecesi, una cum sacerdotibus saecularibus, zelabant nonnulli nostri fratres capuccini.

STEIDL A., *Missionen d. Kapuz.* p. 107-110.
TORREGIANI ELZEARIO, Episc.: *Relazione sulla Dioc. di Armidale in A. per l'a. 1882.* Sydney 1883. ... *per l'anno 1895.* Ib., 1895.

Quod attinet ad missionem Brisbanensem fratribus Capuccinis traditam an. 1945, vide *Brisbane*.

Austria. Anno 1574 Gregorius XIII Capuccinis tribuit facultatem fundandi et instituendi domos et provincias etiam extra Italiam. Eodem adhuc anno Confratres Veneti fundarunt primum Conventum in Austria et quidem in Rovereto et 1585 alterum in Arco. Cum aliae fundationes domorum secutae sint, postea Provincia *Tridentina* constituta est. Iam anno 1593 iidem Fratres Veneti pervenerunt Oenipontem (Innsbruck) et initium dederunt Provinciae *Tirolis* Septentrionalis. Anno vero 1599 S. Laurentius a Brundusio cum aliquibus sociis in Bohemiam mittitur ad fundanda monasteria. Anno 1600 Pragae, Vindobonae (Wien) et in Graz Conventus eriguntur. Haec fuerunt initia Commissariatus *Austro-Bohemo-Styriaci*. Jam anno 1608 in duas partes divisus est, nempe in Commissariatum *Austro-Bohemicum* et *Styriacum*. Anno 1618 erecta est Provincia *Austro-Bohemica* et anno subsequenti *Provincia Styriae*. Cum reformatio Capuccina novis fundationibus semper magis diffunderetur, Provincia Austro-Bohemica iterum est divisa 1673 et ita remansit *Prov. Bohemiae* proprie dicta cum 21 Conventibus in territorio Bohemiae et Moraviae, et *Austriaca* cum 17 Conventibus in territorio Austriae Superioris et Inferioris. Haec mox in Regno Hungariae aliquot domos fundavit et nomen Provinciae *Austro-Hungaricae* assumpsit.

Ulteriores divisiones factae sunt circa finem saeculi XVIII. Sic et 1782 aliqui Conventus a Prov. Tirolensi sunt scissi et in Custodiam *Salisburgensem* erecti. Anno 1783 Conventus *Moraviae* ab illis Bohemiae sunt separati et in Provinciam sui iuris erecti. Eodem anno 1783 a Provincia Styriaca per decretum Imperatoris tres Conventus sunt avulsi et in Custodiam *Croatiae* uniti sunt. Diviso a. 1772 regno Poloniae etiam Provinciae divisio subsecuta est. Anno 1781 octo domus in Austria positae in Provinciam *Galiciae* (Orientalis seu Austriacae) sunt erectae.

Quomodo in Imperio Austriaco Ordo Capuccinus floruerit demonstrat status Provinciarum ex an. 1754: in 7 Provinciis numerabantur 166 domus cum 4113 Religiosis. At Iosephus II ab an. 1783 multos Conventus suppressit et duo bella Europaea ulteriora damna affecerunt Ordini.

Nova circumscriptio facta est a. 1921 pro aliquibus Provinciis pristinae ditionis austriacae. Provincia Styriensi suppressa conventus et religiosi partis Slovenae eiusdem Provinciae uniti sunt Commissariatui Croatiae sub nomine Provinciae *Illyriae*, Conventus autem et religiosi germanicae linguae Provinciae Austro-Hungaricae coniuncti sunt, cui datum est nomen Provinciae *Viennensis*. Denique a. 1928 Conventus Prov. Tirolis Septentrionalis in territorio italico existentes a matre provincia separati, in novam indipendentem Provinciam *Brixinensem* sunt erecti.

In hodierna parva Republica Austriaca duae dumtaxat exstant Provinciae, *Tirolensis* scilicet septentrionalis et *Viennensis*.

Plura vide sub singulis Provinciis, quae decursu temporis in Austria floruerunt: *Austria Anterior, Bohemia, Cracoviensis, Croatia, Hungaria, Illyria, Moravia, Salisburgensis, Styria, Tirolis, Tridentina, Viennensis*.

BULLAR. CAP., IV, 229-253, 379; VII, cf. *Ind. Gener.* p. 448, 464, 477; X, 736 (Notitiae atque Documenta).

BULLARII CAP. REGESTUM, n. 2499 (a. 1751).

CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO ORD. (1712) tab. 61.

PELLEGRINO, *Annali*, II, 291, Epistola Ferdinandi III imper. (1652) ad Min. Gen. — IV, 151 ss. Leopoldus I, imper. et Capuccini; 263-64, Pestis an. 1710 et Capuccini.

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. III, 214 ss. (Missiones etc.), 460-65 (Austriaca Domus et Capuccini).

BEYTRÄGE *zur Geschichte der Kapuziner in Oesterreich*. Köln, 1783. 47 pp.

ZAK ALPH. (O. Praem.) — *Oesterreichisches Klosterbuch* (Wien 1911) p. 189-99.

ANALECTA CAP., (1885) p. 95, Status Prov. Austro-Hung. — 8 (1892) p. 86-89, Capucc. in peste a. 1679; pag. 89-94, de Turcarum invasione a. 1683. — 25 (1909) p. 79, 138, 187, 210, 246, 295, 351. — 26 (1910) p. 55, 83, 117, 154: *De rebus Austriae et Bohemiae Commentariolum a S. Laurentio a Brund. italica lingua conscriptum*. — (cfr. *Index Gener.* voll. 1-50, p. 174).

COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) 203-06. — 20 (1950) 218-332 *Die Kap. in Oesterr.* (P. Cassian).

Austriae Anterioris Provincia (1668-1834). — Antiqua *Prov. Helvetica*, quae regiones etiam Sueviae, Tirolis, Alsatiae etc. complectebatur, a. 1668 in duas dismembrata est, et ex hac divisione exorta est nova provincia *Austriae Anterioris*. — Haec provincia a. 1754 habebat 35 conventus et viros religiosos 635; at a. 1782 amittebat 19 conventus, qui exstabant extra imperium Austriacum (Offenburg, Wangen, etc.) qui efformarunt novam provinciam *Suevo-Imperialem*. — Ob civiles leges suppressionis Ordinum religiosorum (1803) provincia Austriae Anterioris a. 1834 penitus interiit.

Index Conventuum, qui post amissionem domorum novae Prov. Suevo-Imperialis (vide) huic Prov. Austriae Anter. remanebant an. 1782: Bezau, Bludenz, Bregenz, Feldkirch, Freiburg, Immenstadt, Konstanz, Langenargen (Argen), Lauffenburg, Radolfzell, Rheinfelden, Riedlingen, Rottenburg, Staufen, Stockach, Villingen, Waldshut.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore (cfr. Romualdus, Hist. Prov. pag. 466 ss. — Io. Bapt. Baur, *Beiträge...*, XVII, 247).

Placidus a Freiburg: 1668.
Perfectus a Konstanz: 1671, 1677.
Marcus Iacob. a Radolfzell: 1674, 1680.
Aloisius a Feldkirch: 1683, 1685.
Angelicus a Wolfach: 1685, 1690, 1696, 1705.
Lucianus a Montafon: 1693.
Sigismundus a Rottenburg: 1699.
Theodosius a Buers: 1702, 1708.
Fidelis a Rottenburg: 1711, 1717.
Marcus Iacobus a Biberach: 1714, 1720.
Alexius a Konstanz: 1723, 1729.
Salomon a Villingen: 1726, 1732, 1738, 1744.
Maximilianus a Wangen: 1735.
Franc. Anton. a Konstanz: 1741, 1747, 1753.
Reinhardus a Rottweil: 1750, 1756.
Eulogius a Wolfach: 1759.
Landulphus a Dornbirn: 1762.
Gorgonius a Kieselegg: 1765, 1771, 1777.
Anastasius a Schwarzenberg: 1768.
Zacharias a Munderkingen: 1774, 1780.
Ignatius a Konstanz: 1782.
Werner a Rottenburg: 1809.
Primus vel Paulinus a Kirchhofen: 1810.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
de quibus tractatur sub eorum nomine

Angelicus a Wolfach, Vic. gen. († 1713)
Bonagratia ab Habsheim, script. († 1672)
Electus a Lauffenburg, miss. († 1672)
Franciscus Ios. a Busmanshausen († 1697).
Ignatius a Rheinfelden, script. († 1702).
Laurentius a Schnüffis, script. († 1702)
Lucianus a Montafon, script. († 1716)
Reinhardus a Linz, script. († 1707).
Romualdus a Stockach, script. (1745)
Theobaldus a Konstanz, script. († 1723).
Tiberius a Kaisersstuhl, conc. († 1729)

Bibliographia

BULLAR. CAP., IV, 62-80, 366; X, 736.

CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO ORD. (1712) tab. 56.

MELCHIOR, *Hist. Ord.*, vol. III, cf. Ind.

IOAN. BAPT. BAUR. O. CAP., *Beiträge zur Chronik d. Vorderösterreichischen Kapuzinerprovinz des P. Rom. Stockacensis (1744-1844)* in: « Freiburger Diözesan Archiv. », t. XVII p. 245-89; t. XVIII p. 153-218.

ROMUALDUS STOCKACENSIS, *Historia Prov. Anterioris Austriae FF. Min. Capucc.* (Campidonae 1747).

PETRUS BAPT. VON SALZBURG, *Die Bibliotheken i. d. Vorderösterreich. Kapuz. Prov.* (Leipzig 1910).

GREIDERER, *Germania franc.*, II, 241-45, 475.

IDEM, *Chronica Reform. Prov. Tirolensis* (Quaracchi 1894), p. 399-406 (Domicilia FF. Capucc.

ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 155, Labores spi-

rituales FF. Cap.; 28 (1912) p. 249, Docum. quae servantur apud Arch. Status Mediolani.
COLLECTAN. FRANC., 6 (1936) p. 197, 199, 200
SANKT FIDELIS, 6 (1917-18) p. 159-68. Auswärtige Klöster d. schweizer. Kap. Prov. - *Die Vorderösterreich. Provinz.*

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Alexius Constantiensis, Caeremoniale ad usum FF. Capuccinorum Prov. Anterioris Austriae accommodatum, et in quattuor Partes distinctum. Brigantii, 1738.

Austriaca seu Austro-Hungarica provincia, vide *Viennensis Provincia*

Austro-Bohemica provincia (1608-1673). vide *Bohemo-Morava* prov.

Austro-Bohemo-Styriaca provincia (1600-1608), vide *Bohemo-Morava* provincia

Austro-Hungarica provincia (1673-1921), vide *Viennensis prov.*

Autun (*Augustodunum*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus aedificatus a. 1606, ob gallicam eversionem relinquitur a. 1791.
BULLAR. CAP., V, 397.
DICTIONN. HIST. ECCL., V, 916.
ANALECTA CAP., 27 (1911) p. 194-98.

Auxerre (*Antisiodorum*) in Prov. Parisiensi. — Conventus, a. 1606 conditus una cum ecclesia Visitationi B. M. V. dedicata, suppressus est a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 389.
GALLIA CHRISTIANA, XII, p. 343.
DICTIONN. HIST. ECCL., V, 955.

Auximum, vide *Osimo*

Auxitana archidioecesis, vide *Auch*

Auxonne (*Auxona*), in Prov. Lugdunensi. — Conventus, sub titulo S. Michaëlis Archang. conditus a. 1618, derelictus est a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 397.
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 92.

Avallon (*Abalo, Avalo*), in Prov. Parisiensi. — Conventus exstitit ab a. 1653 usque ad eversionem gallicam a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 397.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 376.
GALLY (ABBÉ) *Etablissement des Cap. à Av.* (ex: BULLET. SOC. ETUD. D'AV., III, 1861).
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 92.

Ave Maria — Circa devotionem « Trium Ave Maria », a nostratibus propagata, vide sub voce: *Tres Ave Maria.*

Aveanum, vide *Avezzano*

Avellino (*Abellinum*) in Prov. Neapolitana. Anno 1580, in vico, olim *Toro*, hodie *Colle delle Grazie* dictus, Conventus aedificatus est. In ecclesia, quae S. Mariae Gratiarum dicata est, magna veneratione colitur eius simulacrum.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 27 tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 308.
BONAVENTURA, *Capp. Prov. Napoli*, p. 7.
ANGELINI, *Parole dette nell'incoronazione della Madonna delle Grazie.* Avellino, 1902.
OTTAVIO DA ALATRI, *S. Franc. e i suoi figli in Avellino.* Isola d. Liri 1932, 40 pp.
ITALIA FRANC., 7 (1932) p. 180-200.

Avenio, vide *Avignon*

Avenionensis Provincia in Gallia. — Ad preces Commissarii Apostolici P. Laurentii Retellensis, antiquam Prov. S. Ludovici (*Provence*), quae tunc 40 conventus constabat, Benedictus XIV (1750) divisit in Avenionensem et Massiliensem Provincias, antiquo sigillo primae assignato. Et sic permansit usque ad gallicam eversionem (1790). — Anno 1754 haec Provincia numerabat 16 conv. et 216 religiosos.

Index Conventuum: qui olim pertinuerunt ad Prov. Avenionensem: Aigues-Mortes, Alais Avignon, Barjac, Beaucaire, Carpentras, Cavaillon, Embrun, Gap, l'Isle, Montfavet, Nîmes, Orange, Pont-Saint-Esprit, Uzès, Valréas.

Series Superiorum Provincialium, addito eorum electionis tempore (cfr. « Schematismus Prov. Lugdunens. 1895, p. 87-90.
Felix a Métamis: 1750.
Vitalis ab Orange: 1753, 1762.
Vincentius a Rumilly: 1756.
Iosephus a Mazan: 1759, 1768.
Mauritius ab Uzès: 1765, 1780.
Caelestinus ab Orange: 1770.
Bruno a Villeneuve: 1773.
Ioannes a Valréas: 1774.
Hyacinthus a Vallouise: 1777, 1786, 1788.
Clemens a L'Isle: 1783.

Bibliographia

BULLAR. CAP., VII, 413 ss.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 87-91 (Series Capit. Prov., notitiae Conv. etc.).
UBALD, *Catalogue des mss.*, p. 108.
COLLECTAN. FRANC., 6 (1936) p. 18, 19.

Aversa in Prov. Neapolitana. — Conventus erectus a. 1545 sub tit. SS. Trinitatis, amittitur ob eversionem napoleonicam (1810).
BULLAR. CAP., III, 18, 308.
APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Neapol.*, p. 8.
BONAVENTURA, *Capp. Prov. Napoli*, p. 4.
IDEM, *I Cappuccini in Aversa*, s. l. 1881.
ECO S. FRANC. (Napoli), a. 1881 p. 210-220.

— Monasterium Sororum *Capuccinarum* III Ord. Regularis, hac in urbe exstitit ab a. 1599 usque ad a. 18.. — In eo floruit Maria Gabriela Martini, abbatissa († 1775).
APOLLINARIS, *Bibl. Neapolit.*, p. 12, 34, 124.
PAGANO FRANC., *Vita di Maria Gabriela Martini di Fragneto dell'Abate abbadessa nel monastero di Aversa.* Napoli 1777.

Avezzano (*Aveanum*) in Prov. Aprutina. — Conventus a. 1570 exstructus iuxta ecclesiam

B. M. V. de Vico, funditus eversus fuit causa terraemotu d. 13 ian. 1915. In eius loco alter conditus est conv. a. 1917, una cum ecclesia SS. Cordi Iesu dicata. — Ab a. 1878 Fratribus nostris datum est Sanctuarium B. M. V. vulgo dictum « *Madonna di Pietraquaria* » in Monte Salviano olim exstructum.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 12 tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 216-217, 326.
FILIPPO DA TUSSIO, *Capp. degli Abruzzi*, p. 13.
L'ABRUZZO FRANC. (Aquila), a. 1938 p. 138-140: *La Madonna di Pietraquaria.*
ANNALI CAPP. D. ABRUZZI (Periodico) a. 1941 p. 173.

Avigliana (*Aviliana*) in Prov. Pedemontana. — Conventus penes aediculam B. M. V. a. 1622 exstructus, relictus fuit vi legis suppressionis a. 1866. — Ecclesia, quae a. 1631 amplior erecta est sub tit. « *Madonna dei Laghi* » vel Mariae V. Annuntiatae, celebre sanctuarium evasit.

BULLAR. CAP., II, 393, 452.
ANTONINO DA TORINO, *Cenni storici intorno al Santuario della Madonna de' Laghi officiato dai Capp.* (Torino 1864).
ANNALI FRANCESCANI, 1 (1870) p. 353 ss.
NUOVA CROCIATA FRANC., a. 1925 p. 7, 130.

Avignon (*Avenio*) in Prov. Lugdunensi (vide etiam AVENIONENSIS PROVINCIA). — Conventus exstructus a. 1576, postea derelictus est: alter, fundatus a. 1670, abrogatus est tempore gallicae eversionis.

BOVERIO, *Annales*, I, 791 n. 9.
BULLAR. CAP., V, 166, 170, 181, 401; X. 126.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 91.
REVUE HIST. FRANC., 4 (1927) p. 302.

Avignon (Provincia Ordinis) vide *Avenionensis prov.*

Aviliana, vide *Avigliana*

Ávola (*Hybla maior* seu *Abula*) in Prov. Syracusana. — Primus conventus fundatus a. 1579, corruit propter terraemotum d. 11 ian. 1693. Alter, qui prope mare exstruitur sub tit. S. Crucis, derelictus fuit ob legem suppressionis a. 1860.

BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa*, p. 106-09.

Avolio Bernardinus ab Ischitella (episc.) Prov. Fodiensis alumnus. — Fuit Concionator, Magister Novitiorum, Lector eruditus, pluries Definitor atque Minister Prov. — Die 8 dec. 1819 electus est episcopus *Triventinus* (Trivento). — Vixit annis 63, decessit die 18 iul. a. 1821 in loco Anglona, et sepultus est in Ecclesia PP. Conventualium.

BULLAR. CAP., IX, 377.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, II, 28.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo*, p. 347.
CAPPELLETTI, *Le Chiese d'Italia*, XXI, 473.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 806.

Avranches (*Abrincae*) in Prov. Parisiensi. Conventus fundatur a. 1618, et supprimitur a. 1790. Ecclesia primo S. Andreae apost., postea Stigmatibus S. Franc. dedicata est.

BULLAR. CAP., V, 97-99, 393.
GALLIA CHRISTIANA, XI, 503.
ANALECTA CAP., 27 (1911) p. 51-54.
REVUE DE L'AVRANCHIN, XIV, 1908, p. 308-16 (cfr. *Etudes Franc.*, t. 28, a. 1910, p. 87).

Axi, vide *Motril*

Aydon, vide *Aidone*

Azzi, vide *Maria Angelica Azzi*



Eremus de Albacina (Fabriano)

B

Babberich (Oud-Zevenaar), in Prov. Hollandiae. — Conventus fund. est a. 1883, cum Ecclesia sub tit. S. Francisci Assisiensis.
DESCRIPTIO GEOGR., (1929) p. 22 tab. XIV.
P. GERLACHUS, *Vijftig-Jaar Minder-br. Capucijnen B. 1885-1935*. Babberich 1934.
GOUDEN JUBILE *der PP. Capucijnen in Babberich 1885-1935*. Breda, 1935.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 58, 223.

Babylonensis archidioecesis, vide *Bagdad*
Bacaracum vide *Bacharach*

Baccini Aloisius a Taggia in Liguria, Prov. Romanae alumnus (*episc.*). — Die 17 nov. 1869 ortum accepit, atque a. 1884 habitum seraphicum inter Capuccinos sumpsit. Suae prov. Romanae electus est definitor (1902) et moderator (1905). Fuit insuper SS. Congreg. de Concilio et de Propaganda Fide Consultor; demum ad episcopalem sedem *S. Angeli in Vado* et *Urbaniae* die 18 augusti 1908 evehebatur. Obiit in patrio loco, ubi se receperat, salutis recuperandae causa, d. 16 ian. 1935 .— Vulgavit: *Lettere Pastorali*, 2 voll. (1934), atque (sub nomine tamen Dardano Tages) *Istituzioni di Sintassi latina* (Torino 1904).
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 107.
IL XXV EPISCOPALE DI MONS. BACCINI (1909-33), Bagnacavallo 1933.
OSSERVAT. ROMANO, 16 Feb. 1935 (Necrol.).
ANALECTA O. CAP., 23 (1907) p. 326; 24 (1908) p. 350; 57 (1941) p. 86-88.
RESOCONTO PROV. ROM. I, (1940-41) p. 136 s.

Bacharach (*Bacaracum, Ara Bacchi*) in Prov. Rhenano-Westphalica. — Conventus initium habuit c. a. 1630 et supprimitur a Gallis a. 1802.
BULLAR. CAP., IV, 385.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 97, 264, 416.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, (cf. Index).

Bachelier Iacobina (*Jacquette*) III Ord. — E nobili familia vitam duxit Béziers a. 1559. Exemplo et verbis quorundam fratrum nostrorum Prov. Tolosanae, viam perfectionis ingressa est et Tertio Ord. Franc. se adscripsit a. 1589. Congregationem instituit Mulierum III Ord., quae puellas pauperes iuvarent. Donis extraordinariis praedita, sancte obiit d. 25 ian. 1635.
BULLAR. CAP., V, 206.
LEGGENDARIO CAPP., I, 336-64.
ILG, *Geist d. Hl. Franz.*, I, 131-41.
APOLLIN. DE VAL., *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 18.
IDEM, *Toulouse chrétienne*, I, 319-32.
DICTIONN. HIST. ECCL., VI, 56.
CASIMIR DE TOULOUSE, O. CAP., *L'illustre pénitente de Béziers...* Rouen, 1648 (Vita pluries postea edita).
DUVAL G., *Jacquette de B.*, Toulouse, 1915.
ESCARGUEIL J., *La vanité combattue... Vie de Jacq. B.*, Toulouse, 184...
GABRIELE DA MODIGLIANA, O. CAP., *Compendio d. vita di Suor G. B. terziaria cappuccina*. Roma, 1857.

Bada Marchionis, vide *Baden-Baden*

Baden, (*Bada, Aquae Helveticae*) in Prov. Helvetica. — Conventus, sub titulo S. Ioan. Apost. et S. Catharinae mart., fundatur a. 1590 supprimitur a. 1841 et recuperatur a. 1949.
BULLAR. CAP., IV, 364.
MONUMENTA HIST. O. CAP., VI, num. 558.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 23-26, 784 (Ind.).
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, 51-54.
SCHWEIZ. KAPUZ. FESTSCHRIFT (1928) cf. Ind.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 56-60.
SILVEST. MEDIOL., *Annales Cap.*, p. 582.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali Capp.*, II, 267.
MÜNZEL K., *Das Kapuzinerkloster zu Baden*, (Baden 1945) pp. 16.
ANALECTA CAP. 66 (1950) 21, conv.
COLLECTAN. HELVET. FRANC., I, 1937 p. 330-31.

Vetus monasterium Sororum III Ord. Regul. fundatum a. 1391, abolitum est a. 1867. Ex an. 1612 Sorores reformationem *Capuccinorum* assumpserant; ecclesia dicata erat B.M.V. Coronatae.
BULLAR. CAP., IV, 365.
CHRONICA PROV. HELVETICAE, p. 378, 564.
SILV. MEDIOL., *Annales*, p. 437.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 92.
BÜRGLER, *Franz. Orden i. d. Schweiz*, p. 180.
GREIDERER, *Germania franc.*, II, 656.

Baden in prov. Rhenana, vide *Baden-Baden*.

Baden-Baden (*Bada Marchionis, Aquae*) in Prov. Rhenano-Westphalica. — Conventus, sub titulo S. Birgittae fundatus a. 1631, supprimitur an. 1802.
BULLAR. CAP., IV, 366.

CHRONICA PROV. HELVETICAE, p. 107, 166, 286.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, 169, 186, 235.
PETRUS FRANC., *Suevia ecclesiast.*, p. 124 s.
ASSISI-GLÖCKLEIN, a. 1931. p. 74-76.
COLLECTAN. FRANC. 12 (1942) p. 143, n. 385 s.

Badeniae Custodia in Germania. — Suppressis initio saeculi XIX provinciis Anterioris Austriae et Rhenanae, an. 1805 ex conventibus in Magno Ducatu Badensi sitis, nempe *Baden-Baden, Bruchsal, Mannheim, Michaelsberg, Oberkirch, Offenburg, Waghäusel* et *Wertheim* constituta est Custodia Badeniae. Ast, vetita a Gubernio admissione novorum religiosorum, iam ex anno 1827 pedetentim Custodia exstincta est quarto decennio saeculi XIX.
KILIAN, *Aufhebung... Nothgottes*, p. 16, 86ss.
FREIBURGER DIÖZESAN-ARCHIV. XVIII, 203 ss.

Badia Polésine (*Alma Vangaditiensis*) in Prov. Veneta. — Conventus Abbatiae, sub tit. S. Ioseph. fundatus a. 1628, definitive suppressus fuit a. 1769.
BULLAR. CAP., II, 293, 443.

Baetica Provincia in Hispania (etiam Andalusiae appellata) surrexit prius ut Custodia a. 1625 ex Prov. Castellae, et in Prov. constituitur a. 1637. Anno 1754, conv. 21 et relig. 602 numerabat. Ob persecutiones religiosas an. 1835... suppressa est, eiusque Conventus sub unico regimine in tota Hispania positi sunt. Anno autem 1889 una cum Valentina, *Toletanam* Prov. efformavit, donec a. 1898 autonoma Provincia constituta est. Ipsi concredita est Custodia Provincialis insulae *S. Domingo* in Amer. centr.

Index Conventuum et Hospit. qui in territorio hodiernae Prov. Baeticae a) *nunc exstant*: Antequera, Cordoba, Granada, Melilla (in Marochio), Sevilla, Ubrique.

b) *sunt derelicti*: Alcalá la Real, Andújar, Ardales, Cabra, Cádiz, Casares, Castillo de Locubin, Ecija, Jaén, Jerez de la Frontera, Málaga, Marchena, Motril, Sanlúcar de Barrameda, Ubrique, Vélez.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore (cfr. « Statistica O. Cap. Prov. Baeticae » ed. 1926, p. 22-34).

Bernardus a Quintanar: 1618.
Felix a Granada: 1621, 1634.
Didacus a Quiroga: 1622.
Augustinus a Granada: 1625.
Bernardinus a Granada: 1637, 1640, 1648.
Alexander a Valencia: 1638.
Gaspar a Sevilla: 1643.
Fulgentius a Granada: 1646.
Emmanuel a Granada: 1651.
Franciscus a Jerez: 1654, 1660, 1666.
Leander ab Antequera: 1657.
Alexander a Granada: 1663.
Basilius ab Antequera: 1665.
Iosephus a Campos: 1668, 1675.
Antonius ab Ondarroa: 1672.
Christophorus a Málaga: 1679.
Franciscus a Valverde: 1682.
Philippus a Cazorla: 1684.
Franciscus a Luque: 1687.
Gabriel ab Andújar: 1690, 1697.
Felix a Cabra: 1694.
Hieronymus a Baeza: 1699.
Iosephus a Lucena: 1700, 1707.
Isidorus Franc. a Bruxelles: 1704.
Franciscus a Sevilla: 1708, 1714.
Hermenegildus a Sevilla: 1711.
Felix Ios. ab Ubrique: 1717.
Antonius ab Arahal: 1718, 1726.
Angelus a Granada: 1721.
Hieronymus a Jaén: 1724, 1732.
Cyrillus a Cubla: 1727.
Michaël ab Ardales: 1735, 1741, 1748.
Franciscus M. a Jerez: 1738, 1744.
Iosephus a Ceuta: 1750.
Antonius hibernicus: 1753, 1770.
Carolus ab Ardales: 1756, 1764.
Antonius Franc. a Berja: 1759.
Ioan. Evangelista a Sevilla: 1761.
Casimirus Ferdin. a Sevilla: 1767.
Ioseph. Felix a Sevilla: 1773, 1780.
Hieronymus ab Almonaster: 1777.
Cyriacus Ioseph. a Málaga: 1783.
Franciscus Ios. a Cádiz: 1787.
Philippus M. ab Ardales: 1790.
Hieronymus Ios. a Cabra: 1793, 1800.
Ioan. Bapt. a Cabra: 1797.
Franciscus a Castro: 1802.
Seraphinus ab Ardales: 1805.
Iosephus a Cambil: 1814.
Marianus a Sevilla: 1817.
Antonius a Rute: 1824.
Ildefonsus ab Ardales: 1827.
Raphael M. a Sevilla: 1830.
Gabriel ab Ubrique: 1834.

Post exclaustrationem Regularium (1835), Fratres nostri totius Hispaniae gubernati sunt a Commissariis Apostolicis (1838-1885), dein a Ministro Prov. Ioachimo a Llevaneras (1885-1889). Anno autem 1889, monasteria Andalusiae et Valentiae assignata sunt novae Provinciae *Toletanae*, cuius Superiores fuerunt: Firminus a Velilla (1889), Franciscus a Benameji (1892) et Ambrosius a Valencina (1898). Restaurata denique Prov. *Baetica* a. 1898, infrascriptos superiores obtinuit:

Ambrosius a Valencina: 1898, 1905, 1908.
Petrus a Castro del Rio: 1902, 1910, 1917.
Didacus a Valencina: 1913.
Ioan. Bapt. ab Ardales: 1920, 1923, 1929, 1933.
Aloisius a Valencina: 1926.
Seraphinus ab Ausejo: 1937.
Marcellus a Castro: 1940, 1946.
Raphael ab Antequera: 1943.
Bonaventura a Cogolles Vega: 1949.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
DE QUIBUS TRACTATUR SUO PROPRIO LOCO

BEATI:
Didacus Iosephus a Cádiz († 1801)
EPISCOPI:
Arriete Felix M. a Cádiz († 1879)

Carrión Paulus a Málaga († 1871)
Diaz de Bedoya Emman. a Sanlúcar († 1851)
Fernandez de Sobrado Dominicus a Benaocaz († 1811 vel 1812)
Vélez (De) Raphael a Vélez-Málaga († 1850)

SCRIPTORES, MISSIONARII etc.
Ambrosius a Valencina, script. († 1914)
Antonius a Sedella, miss. († 1829)
Bartholomaeus a S. Miguel, miss. († 1737)
Felicianus a Sevilla, conc. († 1722)
Felix Ios. ab Ubrique, script. († 1731)
Franciscus a Jerez, conc. († 1684)
Franciscus a Lorca, laic. S. D. († 1733)
Hieronymus ab Alicante, script. († 16..)
Hieronymus Ios. a Cabra, script. († 18..)
Iosephus Anton. a Jerez, miss. († 17...),
Iosephus a Llerena, Comm. Ap. († 1886).
Isidorus a Sevilla, conc. script. († 1754)
Paulus a Cádiz, conc. script. († 1694)
Paulus ab Ecija, script. († 17..)
Placidus a Belicena, miss. († 1666).
Salvator Ioach. a Sevilla, miss. († 1830)

Bibliographia

BULLAR. CAP., V, 373-81.
BULLARII CAP. REGESTUM n. 1138, 1156.
DESCRIPTIO GEOGR. CAP., (1929) p. 13, tab. XII.
CHOROGRAPH. DESCRIPT. O. CAP. (ed. 1649) Tab. 26; (ed. 1712) Tab. 3.
BUENAVENTURA, *La Prov. de Castilla*, I, 116-20, *Castilla y Andalucía*; cfr. et Index (Andalucía).
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. III, cf. Ind.
CIPRIANO DE UTRERA, *Necrologio de los Capuchinos de la Prov. de Andalucía*. Ciudad Trujillo, 1945.
ESTADISTICA GENERAL *de la Prov. de Capuchinos de Andalucía*. Sevilla, 1915, 1936.
SCHEMATISMUS *O. Min. Cap. provinciae Baeticae*. Hispali, 1909.
STATISTICA *FF. Cap. Prov. Baeticae*. Hispali 1926.
AMBROSIO DE VALENCINA, *Reseña hist. de la Prov. Capuchina de Andalucía y Varones ilustres*. Sevilla 1906, Voll. 5.
IDEM, *Los Capuchinos de Andalucía en la Guerra de la Independencia*. Ib., 1910.
NICOLAUS CORDUBENSIS, *Brevis notitia Capucc. Baeticae Prov.* Mediolani 1889.
EL ADALID SERÁFICO. *Revista quincenal de los PP. Capuch.* Sevilla 1899 ss.
ANALECTA O. CAP., 14 (1898) p. 360 de divisione Prov. Toletanae in Baeticam et Valent. Prov.; 28 (1912) p. 249, Docum. quae servantur in Arch. Status Mediolani — cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 175.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 23, 25 (de ortu Prov.) 12 (1942) p. 153 nn. 440-450 (bibliogr. Prov. an. 1936-37).
ESTUDIOS FRANC. 50 (1949) 362-72 (Movimiento misional de la Prov. de Andal. 1618-1650).
VIDA FRANCISCANA, *Boletín de la V. O. T. de S. Fr. de la Prov. Cap. de Andalucía*. Córdoba 1948 ss.

* Quoad *Ephemerides* ab hac Provincia editas vide sub v. *Periodica*.

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Reglamento del Colegio Seráfico de los PP. Capuchinos de la Prov. de Andalucía. Sevilla, 1936.

Sebastián de Málaga. *Ceremonial Romano-Seráfico* de los Menores Capuchinos... y loables costumbres... de esta Provincia de Andalucía. Granada, 1721; Cádiz, 1790.

Idem, *Manual romano seráfico* dispuesto según el orden de la S. M. Iglesia, para uso de los Men. Capuchinos de la prov. de Andalucía. Granada. 1721.

Baffi B., vide *Bartholomaeus a Lucignano*.

Bagdad, (*Missio*) v. *Mesopotamia, Persia*.

Bagdad (*archidioecesis*). Babylonensis Latinorum archiepiscopus auxiliaris exstitit noster sodalis Timotheus PESCHERARD a La Flèche, qui electus a. 1715, illam sedem numquam petiit. — Item ex Ordine Capuccin. eiusdem archidioec. Administrator Apostolicus electus est 1866 (?) Nicolaus CASTELLS a Barcelona.

Bagé in Prov. Caxiensi, *Rio Gr. do Sul* in Brasilia. — Paroecia S. Sebastiani canonice erecta an. 1906, fratribus Capuccinis concredita est an. 1943; facultas autem erigendi domum religiosam data est an. 1949.

THEODORO DE ALFREDO CHAVES, 50 *anos de atividades no Rio Grande do Sul* (1946) pag. 196-200.
ANALECTA CAP. 66 (1950) p. 20, domus relig.

Bagliotti I., vide *Iosephus M. a Novara*

Bagnacavallo (*Tiberiacum*) in Prov. Bononiensi. — Prior Conventus fund. a. 1583-89, suppressus est a. 1805. — Alter Conv., sub tit. S. Veronicae Giuliani, fund. a. 1850 abrogatus est a. 1861.

BULLAR. CAP., II, 432.
PELLEGRINO DA FORLÌ, *Orazione alla città di B. per ringraziamento del Conv. fatto ai Cappucc.* - Bagnacav. 1850.
IDEM, *Leggenda Capit. Prov. Bol.*, p. 75.
PROVINCIA DI BOLOGNA, *Atti ufficiali*, a. 1940, p. 21.

— Moniales Capuccinae habent monasterium sub tit. S. Hieronymi, fund. a. 1753-54 et aliud monaster. sub tit. S. Ioan. Bapt., erectum a. 1817. De Maria Anna a S. Corde Iesu, monasterii S. Hieron. auctore, agitur sub eius nomine.

LUIGI DA GATTEO, *Storia del monastero di S. Giov. Batt. in B.*, Faenza 1935 (cf. COLLECT. FRANC. a. 1937, p. 82).
ANNALI FRANC. a. 1882 p. 87 (de expuls. mon.)
BOLLETT. STOR. BIBL. FRANC. 6 (1934) 86-95.
ECO S. FRANC. 1882 p. 63; 1893 p. 491 (Espulsione delle Cappuccine).

Bagnaia (Viterbo), vide *Palanzana*.

Bagnara (*Balnearia*), in Prov. Rheginensi Calabriae. — Conventus fund. a. 1590, sub tit. S. Franc. Ass., et suppressus a. 1861.
BULLAR. CAP., III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 39.
SILVESTER A MEDIOL., *Annales Cap.*, I, 47.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali Capp.*, I, 54.
ITALIA FRANC. 24 (1949) p. 69.

Bagnara di Romagna in Bononiensi prov. — An. 1688 89 constitutum est in hoc loco hospitium pro Capuccinis; ecclesia vero dicata S. Felici a Cantalice erecta fuit tantum anno 1716. Adveniente suppressione napoleonica, domus derelicta fuit.
GADDONI SERAFINO, O.F.M., *I Frati Minori in Imola* (Quaracchi 1911), p. 184.

Bagni della Porretta vide *Porretta Terme*.

Bagnoregio (*Balneoregium*) in Prov. Romana. — Conventus an. 1581-85 fundatus sub titulo S. Bonaventura Doctore Seraphico.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 82 tab. VIII.
BOVERIO, *Annales*, II, 441 n. 6 (1590).
BULLAR. CAP., II, 433.
QUINTARELLI G. M., *Degli uomini illustri bagnoresi dell'Ordine franc. etc.* Roma 1890.
ANALECTA CAP., I (1885) p. 58.

Bagnoregio (*dioecesis*). Huic *Balneoregiensi* D. praefuit noster episcopus Felix CANTIMORRI a Russi ab a. 1846 usque ad a. 1854.

Bahia in Brasilia. — Apostolatus inter indigenas initium habuit a. 1679, opera FF. Prov. Britanniae in Gallia, qui, falso accusati, a. 1699 campum evangelicum derelinquere coacti sunt. Paulo post (1705) ingressi sunt FF. selecti ex variis Italiae provinciis. Missio, in *Praefecturam Apost.* erecta est a. 1712; Prov. Picenae commissa est a. 1892 et a. 1937 in *Custodiam Prov.* erigitur. In civitate Bahiae, a. 1805-25 magnum templum extructum est in honorem B. M. V. de Pietate.

Index Conv. et Hospit.: Alagoinhas, Bahia, Conquista, Esplanada, Jaguaquara, Ribeiropolis.

Missionarii in Bahia de quibus tractatur suo proprio loco:
Andreas a Pavia († 1709)
Antoninus a Reschio († 1907)
Bonaventura ab Occimiano († 1772)
Ludovicus a Livorno († 1849)
Martinus a Nantes († 17..)
Savinus a Rimini († 1918)
Venantius M. a Ferrara († 1906)

Bibliographia

BULLAR. CAP., VII, 219 ss.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 70 tab. 37.
CLEM. A TERZORIO, *Man. hist.* p. 317 s. 337 ss.
MELCHIOR, *Hist. Ord.*, III, 385 ss. cf. Ind.
STEIDL, *Missionen d. Kapuz.*, p. 95-98.
FRANC. DA VIC, *Missionari Capp.*, p. 303-29.
GIUS. DA FERMO, *I Franc. nelle Marche*, p. 44.
MODESTO, *Os missionarios no Brasil*, pag. 61 ss., 71-94, 350-367, 455-458.
OS RELIGIOSOS CAPUCH. *da Bahia e sua Egreja de N. S. da Piedade*, Bahia 1909.
ANALECTA O. CAP., vide *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 116.
ATTI UFFIC. CAP. PICENI, an. 1938 p. 166; an. 1950, Genn. p. 51-55, *Stato della Custodia di Bahia*.
VITA FRANC., (Loreto) a. 1929, p. 91 (Hospit.).

Bailleul (*Belliolum*) in Prov. Parisiensi. — Fratres antiquae Prov. Insulensis conventum aedificavere a. 1626-28. Alter aedificatus an. 1659, tempore gallicae eversionis desertus est (1790). Eccl. tit. S. Donatus.
BULLAR. CAP., V, 410; IX, 78, 159.
HILDEBRAND, *De Kapuc. in de Nederlanden*, I, cfr. Ind. sub v. *Belle*; t. V, 355-64.

Bajocae, vide *Bayeux*

ETUDES FRANC., T. 44 (1932) p. 241-45; T. 45 p. 231-37; T. 46 p. 739-45; T. 48 (1936) p. 104-10; T. 50 p. 102-10 (*Bulletin franc. Cap. de la Belgique*); T. 47 (1935) p. 616-35: *Les Capucins et la Peste en Belgique* (Tricot-Royer); T. 49 (1937) p. 333-41: *Capucins belges prédicateurs de la Cour de Bruxelles sous Albert et Isabelle* (P. Hildebr.); T. 51 (1939) p. 96-103): *Les Cap. belges aux Chapitres Généraux de 1637 et 1643* (Id.).

NEERLANDIA FRANC., 4 (1921) p. 161-172: *De belgische Kapuc. en de wereldlijke Derde Orde,* XVII-XVIII *eeuw.* (P. Hildebr.); 7 (1924) p. 257-63: *Un mouvement pseudo-mystique chez les premiers Cap. belges* (P. Hildebr.); p. 274-314: *Le ministère de la prédication chez les anciens Cap. flamands* (Id.).

REVUE D'ASCET. ET DE MYST. 19 (1938) p. 245-94: *Les premiers Cap. belges et la Mystique* (P. Hildebrand).

REVUE D'HIST. FRANC. 8 (1931) p. 252-56 (de Capuccinis memoratis in tomo III operis: Lonchay-Cuvelier, *Correspondance de la court d'Espagne sur les affaires des Pays-Bas au* XVIIe *siècle* (Bruxelles, 1930).

UNI TRINOQUE 4 (1933-36) p. 78, 98: *Hollandsche Kapuc. in de oude Belg. Prov. voor 1600 geprofest* (P. Hildebr.); T. 5 (1936-39) p. 288-90: *Belg. Kapuc. in buitenlandsche Missies voor 1650* (Id.).

VOX MINORUM *FF. S. Francisci Capuccinorum Prov. Belgicae. Nuntius... tertio quoque mense editus.* Antwerpiae 1946 ss.

* Quoad *Ephemerides* a nostratibus in Belgio editas vide sub v. P e r i o d i c a.

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Consuetudinarium monasticum FF. Min. Capuccinorum Prov. Belgicae. Iseghemii 1910; Brasschaat (1922).

Règlement pour les Missions données par les FF. Min. Capucins de la Prov. Belge. Bruges, s. a.

Petit Manuel pour le Frère Mineur-Capucin Missionnaire. Eeckeren, 1929.

Belgodere in Corsica. — Conventus, qui extructus fuerat a P. Mariano Nebiensi († 1558), paucos post annos (1560) relictus est ob frequentes Saracenorum incursiones. (*Mss. Prov.*).

Belgradum, vide *Beograd*

Beljak in Austria, vide *Villach*

Belica, vide *Belley*

Beligatti Cass., vide *Cassianus a Macerata.*

Belimons, vide *Belmonte Càlabro*

Bella — Quod ad officia spiritualia in Bellis a fratribus nostris praestita attinet, vide sub v. *Cappellani militum.*

Bellagio (*Bellatium, Bilacium*) in Prov. Mediolanensi. — Conventus fund. a. 1609, sub tit. Deiparae Immaculatae, et suppressus a. 1810.

BULLAR. CAP., II, 445.

VALDEMIRO, *I Capp. milanesi,* I, 153-58.

Bellegarde (*Bellegardia*) olim Seurre (*Surra*), in Prov. Lugdunensi in Gallia. — Conventus fund. a. 1654, sub titulo S. Ludovici Galliae regis, mansit usque ad gallicam eversionem.

BULLAR. CAP., V, 397

ANALECTA O. CAP., 9 (1893) p. 60.

Bellesium, vide *Belley*

Belley (*Belica, Bellesium*) in Prov. Sabaudiae. — Conventus fund. a. 1619 et deperditus tempore gallicae eversionis (1791).

BULLAR. CAP., V, 399 .

EUGÈNE, *Nécrol. de Savoie,* p. XXI, 391.

JEAN DE COGNIN, *Les Cap. de Savoie,* p. 82.

ETUDES FRANC. 44 (1932) 530-48 *Les Capucins de B.* (O. Reilly).

Bellicadrum, vide *Beaucaire*

Bellintani, vide *Matthias et Paulus a Salò.*

Bellinzona, (*Baltiona*) in Helvetia, Commissariatus S. Fidelis Ticini. — Anno 1924, praevia suppressione Hospitii quod iam existebat, canonice erigitur nova Domus; anno autem 1939, nova ecclesia SS. Cordis aedificata est.
BULLAR. CAP., II, 445; X, 218.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 113.
ANALECTA O. CAP., 40 (1924) p. 148.
MESSAGGERO SERAFICO (Locarno), a. 1939, p. 315.

Belliolum, vide *Bailleul*

Bello Horizonte in Brasilia, Custodia Prov. *Minas Geraes.* — Anno 1939 domus canonice erecta est, et Fratribus commissa est paroecia SS. Rosarii « ad nutum S. Sedis ».
ANALECTA O. CAP., 56 (1940) p. 13, 14.

Bellotti I.
vide *Ioannes a Romano di Lombardia.*

Bellovacum, vide *Beauvais*

Belluno (*Bellunum*) in Prov. Veneta. — Conventus S. Rochi fund. a. 1605, a. 1769 a Senatu Veneto supprimitur. An. 1930 suscepta est cura spiritualis Nosocomii S. Gervasi; et anno sequenti initium habet exstructio novae Domus et Ecclesiae in loco Mussoi dicto extra urbem.
BULLAR. CAP., II, 288, 443.
ANALECTA O. CAP., 48 (1932) p. 44.
INAUGURAZIONE *della Chiesa-Ossario e del Convento dei Capp. in B.* (Folium speciale) 28 Ottobre 1937.
ATTI PROV. VENETA, a. 1949 p. 112, *Affresco nella chiesa e ampliamento del sottocoro.*
COLLECTAN. FRANC. 13 (1943) p. 377-99; 14 (1944) p. 121-47: *I Capp. a B.* (G. Crisostomo da Cittadella).

Belluno-Feltre (*dioecesis*). Ad hanc *Bellunensem et Feltrensem* D. regendam, a. 1944 electus est Hieronymus BORTIGNON a Fellette, ex Ord. Cap., qui an. 1949 translatus est ad sedem *Patavinam* (Padova).

Belmonte Calabro (*Belimons*) in Prov. Consentina. — Conventus erectus a. 1608, sub tit. S. Ioseph, et suppressus tempore gallicae eversionis (1791).
BULLAR. CAP., III, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 416.

Belnae, vide *Beaune*

Belvedere Marittimo (*Belvederium*) in Prov. Consentina (Calabria). — Conventus fund. a. 1595, sub tit. S. Danielis mart., suppressus a. 1866 et reassumptus a. 1937.
BULLAR. CAP., III, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 416.

Bencivenni Fridericus a S. Giovanni in Persiceto, Prov. Bononiensis alumnus. — Concionator S. Palatii Apost. (1804-17) et Episcopus Dioec. *Brictinoriensis* (Bertinoro) a. 1817-24. Ortus a. 1759, habitum induit a. 1776 et obiit d. 19 nov. 1829. Edidit *Acta Synodi Brictinoriensis*, quam ipse celebraverat a. 1820.
BULLAR. CAP., IX, 376.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, II, 9.
MAURO DA LEON., *Il Predic. apost.*, p. 150-52.
APPEND. AD SCRIPT. CAP., p. 23.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 158-60.
CAPPELLETTI, *Chiese d'Italia*, 478, 521.
DICTIONN. HIST. ECCL., VII, 1050.
MELONI P. A., *La Tomba di Mons. B.*, Lugo 1830.
DONATO DA S. GIOV. IN PERS., *Mons. F. B. - Studio storico-critico*, Cesena 1936.
RAMBELLI G., *Elogio di Mons. Benciv.*, Bologna, 1838; Roma, 1841.

Bend, Oregon, in Statibus Foeder. Amer. sept. — Fratres nostri prov. Hiberniae ibi domum sibi paraverunt a. 1910 cum sacello S. Francisco Assisiensi dicato.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22 tab. XX.

Bene in Pedemontio, vide *Benevagienna.*

« Benedicta » (Quadragesima),
vide *Ieiunium*

Benedicta Gambarini a Venezia, monialis Capuccina in monasterio Ferrariensi (Ferrara). Orta a. 1590, obiit die 26 maii 1658.
[BERTONI ANDREA], *Vita della Madre Suor Benedetta Gamberini, monaca delle Cappuccine di Ferrara.* Venetia 1683.

Benedictinae de Calvario, vide *Calvarienses Moniales.*

Benedictio S. Francisci ad Fr. Leonem. — Insignis est reliquia quae Assisii, in basilica S. Francisci, asservatur. Pergamena consistit quae Sancti manu descriptas continet una facie *Benedictionem*, altera vero *Laudes* Creatoris. Benedictio, ex Veteri Testamento desumpta, ita sonat: *Benedicat tibi Dominus et custodiat te. Ostendat faciem suam tibi et misereatur tui. Convertat vultum suum ad te et det tibi pacem. Dominus te benedicat. f. Leo.* Subter delineavit Franciscus Calvarii collem cum cranio (Adami, iuxta legendam) et tau (T), crucis symbolo, superposito. Inter tau et verba Francisci Fr. Leo adposuit: « Beat. Franciscus scripsit sua manu istam benedictionem Fratri Leoni ».
Sedes Apostolica, de authenticitate reliquiarum sollicita, examen codicis instituit an. 1720 pro quo S. Rit. Congr. rem demandavit viro omni exceptioni maiori, Prospero scilicet Lambertini, qui dein Benedictus XIV fuit. Post accuratum examen, eadem Congregatio stetit pro authenticitate reliquiae. Ipse P. Sabatier de eadem nullum dubium admittit. Nihilominus authenticitatem codicis negavit F. S. Kraus lutheranus in *Theologische Literaturzeitung* (Lipsia, 1895, p. 404) scripturam iudicans aetatis posterioris. Profuit controversia; novo

etenim examine instituto, a peritis historicis et paleographiae cultoribus, Wattenbach Berolinensi, Dziatzko, et Meyer Gottingensi, qui docta in memoria die 25 oct. 1895 dixerunt: Nullam rationem, ex paleographia sumptam, adesse contra scripti authenticitatem. Clarus demum P. H. Grisar, S. I., sigillum posuit adfirmans: Scientificam confirmationem iam et indubiam haberi circa authenticitatem pretiosae reliquiae.

EDOUARD D'ALENÇON, *La Bénédiction de St. Fr.* Paris 1896 (ex *Annales Franc.*).
ANNALES FRANC. 20 (1895-96) 496-506: Edouard d'Alençon, *La Bénédiction de St .Fr.*
CIVILTÀ CATTOLICA, Serie XVI Vol. V (1896) p. 723-28: *La Benedizione manoscritta di S. Franc. nel Conv. di Assisi.*
MISCELL. FRANC. 6 (1895) 129-32: H. Grisar, S. I., *La Bened. ms. di S. Franc. nel S. Conv. di Assisi;* 9 (1902) 107: *L'ultima benedizione di S. Franc.;* 27 (1927) 145-51 *La Bened. di S. Franc. e la sua autenticità;* 32 (1932) 245-48: S. Attal, *La Benedizione di Fr. Leone.*
SANKT FIDELIS, 11 (1923-24) p. 113-18: Gerard Fässler, O. Cap., *Das Tau im Segen des Hl. Franz.*
LA VERNA 11 (1913) 110-22: A. Cresi, *La Benedizione di F. Leone scritta da S. Franc. alla Verna,* cfr. recens. in ARCH. FRANC. HIST. a. 1914, p. 382-83.

Benedictus XIII (Vincent. M. *Orsini* Ord. Praed. el. d. 29 maii 1724 - ob. d. 21 febr. 1730). — Devotissimus erga S. Felicem a Cantalice et benevolus erga Ordinem, primus Ministro et Procuratori Gener. Ordinis nostri locum in *Pontificia Cappella* concessit.

BULLAR. CAP., I, 164-85; VI, 475-88, 491.
BULLARII CAP. REGESTUM, p. 112-17 (ex *Analecta Cap.* 1894 p. 214, 232-236, 261).
MELCHIOR, *Hist. Cap.*, vol. III, 416, cf. Ind.
VIVES, *Instituta Franciscana,* p. 609-28.

Benedictus XIV (Prosp. *Lambertini,* el. 17 aug. 1740 - ob. 3 maii 1758). — Ordini nostro fuit addictissimus et paterna dilectione amplexus est. Concionatoris S. Palatii Apostolici munus uni ex Fratribus Ordinis nostri commisit in perpetuum (1743) et in Sanctorum numerum adscripsit B. Fidelem a Sigmar. et B. Ios. a Leonessa.

BULLAR. CAP., VI-VII (cfr. Indices); VIII, 1-282 (cfr. etiam Indices ad p. XII-XXVIII.
BULLAR. CAP. REGESTUM, p. 125-46 (ex *Analecta Cap.* 1894 p. 330, 354; 1895 p. 5?, 36, 78).
MELCHIOR, *Hist. Cap.*, vol. III, 417, cf. Ind.
VIVES, *Instituta Franciscana,* p. 639-68.
ANALECTA CAP., 8 (1892) p. 148 litt. I.

Benedictus XV (Iacobus *Della Chiesa,* el. 3 sept. 1914 - ob. 22 ian. 1922). — Peculiaris fuit eius devotio ac pietas erga Seraphicum Patrem, in cuius Tertium Ordinem adscribi voluit (1882), quemque Patronum « Actionis Catholicae » declaravit (1916). Singularia dilectionis ac generositatis signa Ordini nostro dedit, et ex eius familia non pauci nomen Ordini nostro dederunt. Institutum *Collegii Aethiopici* in Vaticana civitate nostratibus commisit a. 1919.

FREDEGANDO CALLAEY DA ANVERSA, O. CAP., *La Famiglia di S. S. Bened. XV e l'Ordine dei FF. Min. Cappuccini.* Roma 1916 (Ex « ANAL. O. CAP. » 1915).
ANTONINO, *Manuale sul T. O. F.*, cf. Ind.
PERUFFO A., O.F.M., *Il III Ord. Franc. nel pensiero dei Papi* (Roma 1944), cf. p. XXX, 291-364.
ANALECTA O. CAP. cf. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) pag. 11, 214.
FRANC. LEVEN, 5 (1922) p. 8, 119 (*Bened. XV en de Kapucijnen*).

Benedictus ab Assisi (*Valeri*), prov. Umbriae lector ac definitor. — Anno 1860 in Indias Orient. missus, per 22 annos apostolicum ministerium exercuit. *Patnae* missionem rexit vicaria potestate: deinde ad sedem titul. *Hirinensem* evectus a. 1880, oblatam sibi dignitatem episcopalem recusavit. In suam provinciam demum reversus (1881), obiit d. 18 nov. 1894.

ADELHELMUS, *Mon. Anastasiana,* v, 1299 Ind.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni Capp.*, IX, 369, 373, 447.
FRANC. DA VIC., *Missionari Prov. Seraf.* p. 231.
BATTANDIER, *Annuaire Pontif.*, 1916, p. 427.
REVUE HIST. DES MISSIONS, 13 (1936) p. 449.

Benedictus a Beaucaire et socii, prov. Lugdunensis, qui a. 1790 Nemausi (*Nîmes*), tempore gallicae perturbationis necati sunt. En eorum nomina: *Bened. de Beauc. - Simeon a Senilhac - Seraphinus* (*Reboul*) *a Nimes - Fidelis de Annecy,* laicus *- Caelestinus* (*Clot*) *a Nimes,* clericus. — Eorum Processus beatificationis initiati sunt.

THOMAS DE ST. ETIENNE, *Les Protomartyrs de la Révolution,* t. II *Les Capucins de Nimes* (Montpellier 1919), p. 298-324.
IDEM, *Premières victimes religieuses de la Révolution* (Capucins de N.) Valence 1916.
IDEM, *Notes sur les sources historiques concernant la bagarre et le meurtre des Capucins de N.*, Nîmes, 1919.
BESCHIN, *Martyrol. Franc.* (14 iun.).
EDOUARD, *Essai de Martyrologe,* p. 11.
ANALECTA O. CAP., 33 (1917) p. 151; 35 (1919) p. 149 (*Processus*) — 61 (1945) p. 59, Status Causae beatificationis.

Benedictus a Canfield, Provinciae Parisiensis alumnus. — Natus in Anglia e nobili familia *Fitch* a. 1562, et a protestantismo conversus a. 1585, Ordinem ingressus est Parisiis a. 1587. Director spiritualis fuit B. Mariae Incarnationis (*Madame Acarie*) et Mariae de Beauvilliers, reformatricis monasterii *Montmartre.* — Pro fide, in Anglia carcerem perpessus est a. 1599-1602. Redux in Gallia, vitae

mysticae praxi deditus, obiit Parisiis a. 1610. Eius opus *Regula Perfectionis* (Parisiis 1610), saepius reimpressum et in diversa idiomata translatum, magnum habuit influxum; occasione tamen periculi Quietismi in *Indice Libr. prohib.* inscriptum est d. 26 apr. 1689.

BULLAR. CAP., V, 28.
BOVERIO, *Annales Cap.*, II, 843-862.
FLORES SERAPHICI, II, 279.290 cum figura.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 560 ss.
LEGGENDARIO FRANCESCANO, XI, 333 ss.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 396-400.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 177, 385, 398.
BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 39.
WADDING, *Scriptores*, p. 40.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 128.
IOAN. A S. ANT., *Biblioth. franc.*, I, 199.
CUTHBERT, *The Capuchins* (v. *Index*).
GODEFROY, *Histoire Prov. de Paris*, II, 187-91, 499-535, cf. et Ind., p. 643.
ILG, *Geist hl. Franz.*, II, 154-74.
BREMOND, *Hist. litt. du sentim. relig. en France* t. II, 135-168 (cfr. et t. XII, Index operis, p. 26).
CASATI G., *L'Indice dei libri proib.* III, 38.
REUSCH, *Der Index*, II, 621.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 196.
DICTIONN. THÉOL. CATH., II, 718 s.
DICTIONN. DE SPIRIT., I, 1446-51.
CATHOLIC ENCYCLOP., VI, 327 (sub v. *Fytch*).
DICTIONARY OF NATIONAL BIOGRAPHY, III, 861.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, II 1264.
LIFE *of William Fitch* (Douai 1623).
VERITABLE *et miraculeuse conversion du Père Benoist de Canfield*, Paris, 1621.
OPTAT DE VEGHEL, *Benoît de Canfield, sa vie, sa doctrine et son influence*. Romae, Instit. Hist. O. Cap., 1949. 516 pp. - Cfr. P. Grootens, S. J., in *Ons Geest. Erf.*, XXIV, 1950, p. 199-209.
OPTATUS [VAN VEGHEL], *Bened. van Canfield*, in: *Ons geestelijk Erf*, XX, 1946, p. 293-323, 465-74; XXI, 1947, p. 82-84; XXIV, 1950, p. 80-89.
ANNALI FRANC., 17 (1886) p. 590 ss.; 33 (1902) p. 425 ss.
COLLECTANEA FRANC., 4 (1934) p. 308 (n. 253).
ETUDES FRANC. 39 (1927) p. 453-55; 42 (1930) n. 688-707: *Le P. Ben. maître de spiritualité* (cf. COLLECT. FRANC. 1932, p. 293).
IDEM, a. 1950 p. 167, 297, 366. *Les sources de la « Règle de Perfection » de B. de C.* (Paul Renaudin).
FRANC. LEVEN, 12 (1929) p. 213. 228; 16 (1933) p. 74-78: *Ons lijden en Christus' Lijden van P. Bened. v. C.*; 17 (1934) p. 458.
IDEM, 33 (1950) p. 37-49 (P. Optatus).
FRANCISCAN ANNALS, 25 (1901) p. 48-51 *Account of fr. Ben. conversion* (Fr. Stanislaus); 40 (1916) p. 330.33. *The first capuchin in England.* — 59 (1935) 44, 203, 238.
PROVINZBOTE TIROL. KAPUZ., 1934, p. 125-35, *Das Soliloquium des P. Ben. v. Canfield.*
REVUE SACERD. DU T. O. F., an. 1947, p. 161-166; an. 1948, p. 23, 52, 79, 106. (B. a Canfield scriptor mysticus).

Benedictus a Liège in Belgio, alumnus Prov. Rhenanae. — Ter fuit Minister suae Provinciae et cum principibus consuetudinem habuit. Anno 1633 ab Urbano VIII legatus ab epistolis ad varios Episcopos missus est. Lucernae obiit a. 1660 dum Prov. Helveticam ut Commissarius Gener. visitat. De eo remanent nonnulla *Poemata.*

BULLAR. CAP., IV, 114-17.
BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 40.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf. Ind. pag. 464.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 129.
DICT. HIST. ECCL., VIII, 218.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuziner*, p. 90.
ANAL. O. CAP., 17 (1901) p. 61, 150.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss. Capp.*, II, 495, 520, 654 s., 657.

Benedictus a Milano (domo *Sanbenedetti*), Prov. Mediolanensis (1605-1679). — Consultor et Commiss. Gener. In idioma italicum vertit et edidit *Annales Cap.* P. Zachariae Boverio (Venezia 1643) voll. 4.

PELLEGRINO, *Annali Capp.*, III, 284.
VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, II, p. 106-109.
BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 41.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 130.
ILARINO, *Bibliot. Capp. Lombardi*, p. 72-76.
ARGELLATI, *Bibl. Script. Mediolan.*, p. 1277.
PICINELLI, *Ateneo letterati Milanesi*, p. 82.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 223.

Benedictus a Paris, (*Laugeois* familia). — Studio S. Scripturae maxime addictus, composuit gallica lingua opus, postea in latinum versum cum titulo: *Scientia universalis Scripturae Sacrae*, tribus voll. constans (Parisiis, 1685). — Obiit a. 1689.

BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 40.
HURTER, *Nomenclator Theol.*, IV, 459.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 248.
DICTIONN. THÉOL. CATH., IX, 1.
ETUDES FRANC., 8 (1902) p. 451 (*De Operibus P. Ben. circa S. Script.*).

Benedictus a Scandriglia (domo *Palocci*), Romanae Prov. Lector et Defin. († 1659). — Edidit: *Frutti serafici, ovvero delle vite dell'huomini più illustri de' FF. Min. Capp.* (Roma 1656), quod opus non est, ut asseritur, Boverii *Annalium* synopsis.

BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 41.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 129.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 260.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XI 1834.
ITALIA FRANC., 14 (1939) p. 215.

Benedictus a Seminara (domo *Leoni*), Neapolitanae Prov. (1568 † 1627). — Lector, Minister Prov. et Missionarius in Valtellina. Ante professionem (1586), de suis bonis disponens, *Montem Pietatis* in patria erexit. Reliquit nonnulla *mss.* de doctrina christiana et de re concionatoria.

SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 475-480.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 136-42.

ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss. Capp.*, II, 130.
BERNARDUS, *Script. Cap.*, p. 40.
APOLLINARIS, *Script. Prov. Neapol.*, p. 51.
FRANC. DA VICENZA, *Scritt. Capp. calabresi*, p. 13-16.
FERRARI, *Onomasticon Bibliogr.* p. 95.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 261.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XIV, 1796.
SCARFO GIOV. C., *Elogio del P. B.* (Napoli 1715).

Benedictus a Toul, antiquae Prov. Lotharingiae, ex *Picart* familia (1663 † 1720). Historiographus Dioeces. Tullensis et Metensis, claruit suis operibus de re historica, heraldica, etc. ut patet ex. gr. ex *Défense de l'antiquité de la ville de Toul; L'origine de la Maison de Lorraine;* sed praesertim in scribendis vitis Sanctorum ut magister retinetur.
BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 41.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 197.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 898.
DICTIONN. HIST. ECCL. VIII, 265-69.
DIGOT AUG., *Eloge historique du P. Ben. Picart* (in « Memoires de la Soc. R. des Sciences... de Nancy » 1844, p. 116-208).
ETUDES FRANC. 41 (1929) p. 270, 392 (vita et activitas litteraria P. Ben.).

Benedictus (B.) ab Urbino, Prov. Picenae. — Ortus est nobili prosapia *Passionei* d. 13 sept. 1560. Philosophiae et Iuris laureas doctorales iam adeptus, habitum relig. sumpsit d. 1 maii 1584. S. Laurentius a Brundusio eum sibi sociavit in apostolatu apud Germanos (1599-1602). Sancte obiit Fossombrone d. 30 apr. 1625. Pius IX inter Beatos eum adnumeravit d. 15 ian. 1867.
BULLAR. CAP., X, 770 (Ind.).
DE-PISE, *Annales*, p. 569-575.
OLGIATI, *Annali*, II, 402-417.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, IV, 418 ss.
BERNARDUS, *Script. Cap.*, p. 41.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 130.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 15.
VECCHIETTI F., *Biblioteca Picena*, II, 169.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 327, 340, 342.
CONSTANT, *Légende dorée* p. 85-100.
LECHNER, *Leben d. H. Kapuz.*, III, 9-28.
WADDING, *Annales*, T. 26, p. 386.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 269.
ABRÉGÉ *de la vie du B. Ben.*, Romont 1867.
LEBEN *des sel. Ben. v. Urb.* Mainz 1867.
VITA B. Bened. ab Urbino (in *lingua polonica*), Kraków 1868, pp. 44.
EUSEBIO DA MONTESANTO, *Vita d. B. Bened.* (Roma 1867).
EUGENIO DA POTENZA, *Vita.* (Castelplanio 1920)
IDEM, *Il Conv. dei Capp. di Fossombrone e il B. Bened.* (Fossombrone 1936).
[PHILIPPUS VON TISENS], *Der selige Benedikt von Urbino.* Meran, 1867.
ANALECTA O. CAP. 12 (1896) p. 312-18: *De solemni transl. corporis B. Bened.* — 61 (1945) p. 57, Status Causae canonizationis. (vide et *Index gen.* an. 1884-1934, p. 12).
FLOS CAMPI, *Bollett. bimestr. pel III Centen. della morte del B. Ben.*, Fossombrone, 1923-25.

Benefactores insignes, vide *Affiliatio.*

Benevagienna (*Bennae, Augusta Vagiennorum*), in Prov. Pedemontana. — Conventus, sub titulo S. Mariae Angelorum, fundatus a. 1634; suppressus a. 1802.
BULLAR. CAP., II, 452.
NUOVA CROCIATA FRANC., a. 1925, p. 55 n. 50.

Benevento (*Beneventum*) in Prov. Neapolitana. — Prior Conv. cum Ecclesia S. Mariae Pacis dicata, erectus fuit a. 1555. Derelictus a. 1595, alter Conv. exstruitur sub titulo S. Mariae, vulgo *della Sanità*, qui suppressus fuit a. 1861.
BULLAR. CAP., III, 39-40, 308.
BONAV. DA SORR., *Capp. Prov. Napoli*, p. 4.

Beniaminus a Warszawa
Vide *Szymanski*, episc.

Benignus a Lohr, Prov. Rhenanae († 1719). Vir litteratus, Lector et Defin. Prov. — Plurima opera edidit: Conciones, Theol. mystica, Cathechismus polemicus, etc.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 110, 118, 129.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf. Ind. 464.
BERNARDUS, *Script. Cap.*, p. 42.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* (v. Ind.).
HURTER, *Nomenclator*, IV, 809.
DICTIONN. HIST. ECCL., VII, 1325.

Benin in Africa occid., vide *Guinea.*

Benincasa Angelicus a Sassuolo, episc. — Natus a. 1728, Ordinem ingreditur in Prov. Parmensi a. 1743. Ministri Prov., Definitoris Gener. et Ministri Gener. (1789) officia functus est. Concionator exstitit acceptissimus in primis Italiae urbibus. Expleto Ministri Generalis officio, an. 1796 archiepisc. *Camerini* nominatur. Obiit d. 17 maii 1815.
BULLAR. CAP. IX, 204, 269.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 140.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 234, 236.
CAPPELLETTI, *Le Diocesi d'Italia*, IV, 309 s.
DICTIONN. HIST. ECCL., VII, 1332.
ANALECTA CAP., 8 (1892) p. 308.

Bennae, vide *Benevagienna*

Benno a Mönichkirchen (in saec. *Koglbauer*), laicus Prov. Tirolensis. — Natus a. 1862, habitum induit a. 1900, et per 18 annos ianitoris officium, maxima cum dexteritate et caritate, exercuit. Obiit, fama sanctitatis, in Bregenz d. 13 dec. 1925, et anno 1934 Processus eius beatificationis initiatus est.
SERVING IN SECRET. *Br. Benno of Austria.* (Detroit 1935).
FRANZ SALES V. KUFSTEIN, *Lebensbild v. Benno v. M.* (Bregenz 1934).
ANALECTA O. CAP., 50 (1934) p. 199: *Exhumatio et transl. corporis Fr. B. a M.*

SANKT ANTONIUS-BLATT (Brixen), 1933, pag. 204, 223 ss.

Benrath (*Benroda*) in antiqua Prov. Coloniensi (Germania). — Sacellum, prope arcem Benrodianum extructum a. 1677, nostratibus traditum est a. 1682 ut curam catholicorum in Hilden et Haan susciperent. Quae missio a. 1804 a Bavaris suppressa est.

BULLAR. CAP. IV, 383.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf. Ind.
CHILIANUS MÜLLER, O. CAP., *Zur Gesch. der Wallfahrt Maria Einsiedeln und d. apost. Mission in B.* - Benrath, 1927.
IDEM, *Rheinberg u. die Kap.* (1908) p. 108.
« HEIMATWARTE » (Hilden), XI, 1935, p. 21-22.

Benroda, vide *Benrath*

Bensheim, (*Benshemium*), in Prov. Rhenana. — Conventus fund. a. 1652-57 et suppressus ab Hassis a. 1802, reassumptus est a. 1919, Ecclesia dicata est Immaculatae Conc. B.M.V.

BULLAR. CAP. IV, 385.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. XV.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf. Ind.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 19 (Cf. Ind.)
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.*, p. 142.
KILIAN MÜLLER, *Aufhebung d. Wallf. Nothgottes* (1907) p. 88.
ANALECTA O. CAP., 17 (1901) p. 180, 247; 35 (1919) p. 19.

Bentivoglio I. vide *Iosephus M. a Firenze*

Benucci Zenobius a Firenze, Prov. Tusciae. Ortus a. 1779, Ordinem ingressus est a. 1799. Fuit philos. ac theol. lector; Praefectus Apost. missionis *Angolae* (1816); Episc. tit. eccl. *Thermitanae* et Delegatus Apost. missionis *Thibetanae* (1822). Obiit Agrae d. 23 iun. 1824.

BULLAR. CAP., IX, 379, 403.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, II, 39.
ADELHELMUS, *Mon. Anastasiana*, I, 1171 Ind.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss. Capp.*, IX, p. 221-25, 228-34, 274.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 90, 243, 605
PECORI LUIGI, *Vita di Mons. Benucci*, Firenze, 1855.
ANALECTA O. CAP., 13 (1897) 279: *De inventione sepulchri Z. B.*
IL MASSAIA, 11 (1924) 194-98: *Centenario di Mons. B. (1824-1924)*.

Benvenutus a Carucedo, v. *Alonso y Nistal*.

Benvenutus a Chilches, v. *Alcaide y Bueso*.

Beograd, (*Belgradum*), in Prov. Illyrica. — Conventus extructio, iam deliberata a. 1717 in Capitulo Prov. Viennae celebrato et praesidente Ministro Gen., coepit anno sequenti in loco ubi Moschea Turcarum sita erat in qua, sub invocatione B. M. V. iam Sacra peragebantur. — Alter conventus intra urbem exstructus est a. 1730 S. Eugenio M. sacer. — Paucis annis post, urbem deserere coacti sunt fratres nostri, cum illa a Turcis occupata est an. 1739.

GREIDERER, *Germania franc.*, I, 545.

Berbérati in Africa Aequatoriali gallica. — Die 28 maii 1940, a Sede Apostolica Praefectura Apost. *Berberatensis*, partim e Vicariatu Apost. de Oubanghi-Chari, partim vero e Vicariatu Apost. de Foumban erecta est. Quae Praefectura, nostrae prov. Tolosanae commissa est primusque praefectus nominatus est P. Petrus Alcantara ab Habas.
In hac Missione adlaborant etiam religiosi provinciarum Genuensis et Sabaudiae.

MISSIONI *dipendenti da Prop. Fide* (1950) 127.
ACTA. *Prov. di Genova*, 1949, p. 63-64 (Missionari della Prov. di Genova a Berbérati).
ANALECTA CAP., 56 (1940) p. 329 s. (Decr. Sacrae Congr.); 63 (1947) p. 10, 193 (Territorium adnectitur et seiungitur); 66 (1950), p. 167-71 (Relatio Miss. 1939-50).
MISSIONNAIRES CAPUCINS (Paris), 1945, p. 16-17

Berching in Prov. Bavarica. — Conventus cum Ecclesia SS. Trinitatis, exstructus est a. 1722, ibique usque ad a. 1806 fratres morati sunt.

BULLAR. CAP., IV, 374; IX, 43.
CHRONICA PROV. BAVAR., p. 68.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 271, 488.

Bergae, vide *Bergues-St.-Winock*

Bergamo (*Bergomum*) in Prov. Mediolanensi. — Anno 1535 esxtat parva domus prope sacellum S. Alexandri mart. — Anno sequenti Conventus aedificatur, qui a. 1564 ampliori forma extructus est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 23 tab. IV.
BOVERIO, *Annales*, I, 197 s. (a. 1535).
BULLAR. CAP., II, 448.
ILARINO DA MILANO, *La venuta dei FF. Cappuccini a B.* — Bergamo 1935 (ex « Bergomum » vol. IX). Cf. *Collectan. Franc.* a. 1939, p. 448.
VALDEMIRO, *I Capp. bergamaschi*, p. 12-27.
CELESTINO DA BERGAMO, *Breve ragguaglio del tempo in cui vennero a Bergamo i Cappuccini*. Brescia 1622.

— Quoad monasterium Monialium Capuccinarum (1585), vide BULLAR. CAP., II, 360-61, 448.

Bergen in Belgio, vide *Mons*.

Bergues-Saint-Winock (*Bergae*) in Prov. Parisiensi. — Fratres antiquae Prov. Belgicae conventum exstruxerunt an. 1611 cum ecclesia S. Paulo dicata; nunc derelictus iacet.

BULLAR. CAP., V, 410.
HILDEBRAND, *De Kapuc. in de Nederl.*, cf. Ind. tom. I, III, V, sub v. *Sint-Vinoks*.

— Monasterium monialium *Capuccinarum*, tituli S. Antonii a Padua, anno c. 1625 fundatum, nunc, derelictum iacet.

BULLAR. CAP., V, 411.
HISTOIRE *des Capuc. de Flandre*, I, 141-63.
GODEFROY, *Histoire Prov. Paris*, II, 314, 473.

Bergzabern (*Tabernae Montium*) in Strasburgensi (Alsatiae) Prov. — Domus erecta a. 1724, suppressa est a. 1793.
BULLAR. CAP., V, 409.
ARMEL D'ETEL, *Les Cap. d'Alsace*, p. 76, 194.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 36 s., 355.

Berja in Prov. Baetica seu Andalusiae in Hispania. — Monasterium monialium *Capuccinarum* hoc in loco exsistebat an. 1934.
ANALECTA CAP., 50 (1934) p. 198.

Bernacchioni Raphael a Figline Valdarno, Prov. Tusciae alumnus. — Natus a. 1854, in Ordinem receptus est a. 1871 et ad *Agrae* missionem (Indiae Or.) missus a. 1884. Ibi officium Superioris Regul. tenuit ex an. 1900, ac demum ipsam sedem archiepiscopalem *Agraensem* rexit ab a. 1917 usque ad mortem, 20 aug. 1937.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss. Capp.*, IX, 605; X, 684 (Indice).
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 96, 612 s.
SOUVENIR *of the Golden Jubilee of missionary life of R. Bernacchioni*, Agra 1935.
ANALECTA O. CAP., 53 (1937) 220 (Necrol.); cf. et *Index Gener.* a. 1884-1934, p. 12.
BOLLETTINO *Prov. Toscana*, a. 1937, p. 149.
IL MASSAIA, 22 (1935) 23-25: *Le nozze d'oro missionarie di Mons. B.*
OSSERVATORE ROMANO, 11 dicem. 1938, p. 4. *Mons. B. e il suo apostolato nell'India* (Angelo M. d'Anghiari).
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 15 (1939) p. 102 s.

Bernadetta Soubirous,
Vide *Maria Bernarda* (S.) *Soubirous*.

Bernardi Phil., vide *Philippus a Firenze*

Bernardi St., vide *Stephanus a Cesena*

Bernardina Crasse a Gravelines, Capuccina, vide *Liège* (Monasterium Cap.)

Bernardina Grua, vide *Maria Bernardina*

Bernardinus ab Abbadia S. Salvatore cognomento *Coppi*, alumnus pr.v. Tusciae et missionarius in Indiis Orient. (*Agra*). Obiit Florentiae a. 1928. — Plura opera edidit lingua indostana inter quae: *Historia sacra* Vet. et Novi Testam. — *Compendium Catechismi* (auctore G. Gaume). — *Catechismus* (auctore Ch. Dallet). — *Opera varia* S. Alphonsi M. de Liguori.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 667.
STREIT, *Bibl. Missionum*, VIII, 738-39.

Bernardinus ab Arezzo, Prov. Tusciae, Min. Gener. — Ortus a. 1636 *Catastini* familia, in Ordinem receptus est a. 1652. Omnia altiora munera summo plausu obivit usque ad supremum Ordinis moderamen (1691). Obiit in patrio monasterio die 11 mart. 1718 heroicarum virtutum famam relinquens.
BULLAR. CAP., II, 403.
PELLEGRINO, *Annali Capp.* III, 441-45.
LEGGENDARIO CAPP., III, 150-63.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 167, 168, 181, 183.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 42 s.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 72-75, 122-25, 190-98, 200-02, 267 s, 278-81, 667.
SISTO DA PISA, *Stor. Capp. Toscani*, I, 635 (v. *Arezzo*); II, 553 (v. *Arezzo*).
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, I, 1022.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 783.
ANGELO M. D'ANGHIARI, *P. Bern. Catastini, Gener. dei Cappuccini*. Firenze 1935 (cfr. COLLECTAN. FRANC., a. 1935, p. 631).
ANALECTA CAP., 7 (1891) p. 139. - 11 (1895) p. 120-24: *P. Bern. Min. Gen. inter Hispaniarum « Grandes » recipitur.*
COLLECTAN. FRANC. 13 (1943) p. 284-89 (B. inter Hispaniae « *Grandes* » recipitur an. 1692).
PROVINZBOTE D. NORDTIROL. KAPUZ., 15 (1932) p. 34-40: *Wirkungen d. Segens d. Kapuz. Ordensgenerals P. Bern. bei seiner Durchreise durch Bludenz nach Tirol.* (cfr. *Collectan. Franc.* an. 1936, p. 141).

Bernardinus ab Asti, Archiep., vide *Rotari B.*

Bernardinus ab Asti, Min. Gener., Prov. Romanae alumnus. — *Palli* vel *Pallio* comitum genere ortus circa a. 1485, primo inter Minores de Observantia se recepit a. 1519, deinde ad nostrates migravit a. 1533. In Ministrum Gener. electus est mense nov. a. 1535; officio se abdicavit, infirmae valetudinis causa, mense sept. a. 1538; sed a. 1546 iterum ad supremum regimen evehitur, quo usque ad diem 3 iunii 1552 perfunctus est. Nostram Congregationem tam maxime fovit, defendit ac miris Constitutionibus munivit ut veluti Capuccinorum institutor considerari etiam potest. Anno 1546 interfuit Concilio Tridentino, et Romae sancte obiit a. 1557.
MONUM. HIST. CAP., I, 530; II, 515; III, cfr. Index); IV, VI (cfr. Index).
BULLAR. CAP., I, 16; II, 389; III, 296.
MONUMENTA HIST. O. CAP., V, cf. Ind.
BOVERIO, *Annales*, I. 510-26 (cf. Ind.)
FLORES SERAPHICI, I, 16-22 cum figura.
LEGGENDARIO CAPP., V, 147-62.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 42-45.
FELICE, *Tavole Capit. Generali*, p. 33-36, 38, 45, 46. 50, 51, 53.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, cf. Ind.
SALVATORE, *Prov. di Bologna*, I, 127, 130-32.
BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 45.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 132.
EDUARDUS, *Tribulationes O. Cap.*, p. VII.
IDEM, *De primordiis O. Cap.*, p. 125 (Ind.).
CUTHBERT, *The Capuchins* (cf. Index).
ILG, *Geist d. Hl. Franz.*, I, 22-28.
GIUS. DA MONT., *Inizi Ord. Capp.*, p. 65-82, 121-26, 217-37.
FRANC. SAVERIO, *I Capp. Genovesi*, IV, p.32-37.
THEOPHIL GRAF, O. CAP., *Zur Entstehung des Kapuz. Ord.* (1940), p. 114.
DE ROLANDIS, *Scrittori Astigiani*, p. 7.
DEROSSI O., *Scrittori Piemontesi*, p. 21, 191.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 783-85.

ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 56. — 12 (1896) p. 150 n. 1, 4. — 24 (1908), p. 20 s. *Litterae P. B. Ast. Gener. ad Fratres Prov. S. Angeli* (6 giugno 1548).
FRANC. LEVEN, 15 (1932) p. 257-66: *Bern. v. A. en ziin beteekenis voor de Capuc. Orde* (P. Galenus).
ITALIA FRANC. 10 (1935) p. 168-78 (not. biog.) 19 (1944) p. 55-57, 60 ss. (P. B. al Conc. di Trento).
ROUND TABLE, 9 (reimpr. 1949), p. 21-32.

Bernardinus a Balvano, Prov. Lucaniae seu Salernitanae. — Fuit concionator magni nominis et contra *Valdenses* acerrimus insectator, religiosae disciplinae zelator exstitit suaeque Provinciae pluries moderator. Multa opera edidit de re ascetica. Obiit circa a. 1570.
BULLARIUM CAP., III, 48.
BOVERIO, *Annales Cap.*, I, 553 s.
FLORES SERAPHICI, 151-153 cum figura.
EMANUELE, *Cronaca di Puglia*, (cfr. Ind.).
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 73.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 59 s.
BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 43.
WADDING, *Scriptores*, p. 41.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 132.
FRANC. DA VIC., *Append. Scritt. calabr.*, p. 5-9.
JOAN. A S. ANT., *Biblioth. franc.*, I, 206.
FERRARI, *Onomasticon Bibliogr.*, p. 101.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 79.
VILLANI C., *Scrittori Pugliesi*, p. 90.
LIBER MEMORIALIS O. CAP., p. 14.
STANISL. GRÜNEWALD, O. CAP., *Franziskan. Mystik* (1932) p. 127.
SALVATORE, *I Capp. nelle Puglie*, p. 63, 283.
MARIANO DA CAL., *I Capp. nella Lucania*, p. 91-103, 225-44.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 785.
DICTIONN. DE SPIRIT., I, 1515.

Bernardinus vel Bernardus a Bordeaux (Burdigalensis), cognomento *Fustier*, antiquae prov. Aquitaniae concionator († 1649). Delineavit et aere incidit omnes Provincias et Conv. Ordinis nostri eiusque *Tabulae* uno volumine impressae sunt Romae anno 1646, deinde Taurini 1649 et 1654 sub titulo: *Descriptio chorographica omnium Provinciarum et Conventuum Capuccinorum*.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 44.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 133.
APOLLINARIS, *Bibl. Aquitan.*, p. 45-46.
IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, 22 févr.

Bernardinus a Borgo S. Donnino, vide *Bernardinus a Parma*

Bernardinus a Calitri, v. *Di Milia B.* episc.

Bernardinus a Carpentras, prov. S. Ludovici in Gallia lector atque definitor († 1714). — Opus edidit de antiqua priscorum hominum Philosophia, 4 voll. (Lugduni 1694).
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 371-373.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 44.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 786.

Bernardinus a Colpetrazzo, Prov. Umbriae (1514-1594). — *Croli* familia natus, inter Minores de Observ. a. 1532 receptus est, ast ineunte a. 1534 ad nos convolavit. Munera Magistri Novit. et Vicarii Prov. exercuit, comesque et consiliarius fuit Superiorum Gener. — De ipsorum mandato, *Chronicam* seu *Historiam Ordinis* conscripsit, quam nostris diebus tantum publici iuris fecit P. Melchior a Pobladura in collectione quae inscribitur: « Monumenta Historica O. M. Cap. », Voll. II-IV (Assisi-Roma, 1939-1941).
MONUM. HIST. O. CAP., II (*Prolegomena*); cfr. etiam *Indices t.* I, II, III, IV.
BULLAR. CAP., II, 102 s.
BOVERIO, *Annales*, II, 530-539.
FLORES SERAPHICI, II, 137-143 cum figura.
LEGGENDARIO CAPP., II, 149-55.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 304-09.
LIBER MEMOR. O. CAP., p. 131-145 (*Della Cronaca del P. Bern.*).
QUARTO CENTENARIO Prov. Serafica (1930) p. 153-56: *Il Conv. di Monte Scoppio* (Portaria) *e il P. Bern. da Colpetrazzo.* (A. Biagetti).
BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 44.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 134.
FRANC. DA VIC., *Scrittori Prov. seraf.*, p. 27-36.
ANTONINO, *Memorie Prov. seraf.*, p. 92-94.
EDUARDUS, *Tribulat. O. Cap.*, p. VII (Ind.).
IDEM, *De primordiis O. Cap.*, p. 125 (Ind.).
CUTHBERT, *I Cappuccini*, p. 501 s.
THEOPHIL GRAF, O. C., *Entstehung des Kapuz. Ord.* (1940), p. 114.
DICTIONN., HIST. ECCL., VIII, 788.
ANALECTA O. CAP., 43 (1927) p. 226-32. *Vita S. Franc. contenta* in « Chronica », P. Bernardini a Collepetraccio.
BOLLETTINO UFFICIALE PROV. UMBRA, a. 1940, p. 115, 132.
COLLECTAN. FRANC., 9 (1939) p. 34-72. Disquisitio critica de vita et scriptis P. Bern. a Colp. (Melchior a Pobladura); 10 (1940) p. 115, 418 ss., 519.
ITALIA FRANC., 2 (1927) p. 131-37 *Il P. Bern. e i Monti frumentari* (Franc. da Vicenza).

Bernardinus a Cuneo (*Caligaris*), prov. Pedemontanae concionator et lector († 1823). — Praeter *Concionum* volumina, edidit etiam: *Istruzioni Oratorie* (1808). — *Riflessioni intorno alla Provvidenza* (1805) et: *Dissertatio de libertate humana* (1821).
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 15.
HURTER, *Nomenclator*, V, 864.
SIGISMONDO, *Biografia Serafica*, p. 884.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 789.

Bernardinus ab Eppan, seu Appiano (domo *Thuille*) Prov. Tirolis sept. (1815-1893). — In vinea Domini zelosus operarius, Hospitia aliaque Opera caritatis suscitavit in civ. Merano, in pago Ried et in patria sua. Edidit Opera de re ascetica et Conciones.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.* II, 612, 652.
EDUARDUS, *Bibl. mariana*, p. 78.

CASSIAN, *Liter. Tätigk. Nordtir. Prov.*, p. 36.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 790.
ANALECTA O. CAP., 9 (1893) p. 158 (Necrol.).

Bernardinus a Favara, v. *Re Bern.* episc.

Bernardinus Hungarus, Provinciae Romanae alumnus. — Missionarius in Hungaria et in Congo. Scripsit *Relationem* sui itineris et missionis in opere quod sub praelo non paruit. Obiit a. 1664.
BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 45.
CAVAZZI, *Storia Congo* (cf. Ind. *Unghero*).
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 2, 577, 628.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 434, 493.
MIKLÓSI L., *Magyar hösök -öt világrészen* (Budapest 1936) p. 97-99.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 793.
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 363.
KAPUCINUS. *Tartományi Ertesitő* (Budapest), a. 1948 n. IV, p. 8-14.
NEERLANDIA FRANC., I (1914) p. 256-58.

Bernardinus ab Ischitella, vide *Avollo B.*

Bernardinus a London, v. *Clark B.* episc.

Bernardinus a Macerata (domo *Trolii* natus), Prov. Picenae alumnus († 1653). — Fuit suae Provinciae et Prov. romanae moderator; Commiss. Prov. Tusciae; Ablegatus ab Urbano VIII (1633) ad Mantuae Ducem; Concionator S. Palatii Apost. (1638) et bis Defin. Gener. (1637, 1643).
BULLAR. CAP., II, 68.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, II, 328-30.
GIUS. DA FERMO, *Nécrol. Prov.* (11 agosto).
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 138, 143.
VITA FRANCESCANA (Loreto), a. 1929, p. 143.

Bernardinus a Madrid, prov. Castellae alumnus. — Missionarius indefessus in missione *Dariensi* (Panamà) ab an. 1681, dein in patria clarus concionator regius et provinciae suae Minister (1692). Obiit in patria a. 1715. *Oratio funebris* in exsequiis Caroli II (1700) ab eo recitata typis demandata est an. 1701.
BUENAV., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
ROCCO DA CESINALE. *Storia Miss.*, III, 715.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 45.
DICTIONN. D'HIST. ECCLÉS., VIII, 795.

Bernardinus a Manlieu, Prov. Catalauniae (1585-1644). — Ordinem ingreditur a. 1605, fuitque Magister Novit. et Prov. Definitor. In favorem regni Cataloniae, legationem exercuit apud regem Philippum IV (1640...). Eius de hac re Epistolae, nonnullae editae sunt a Corroleu in opere *Clavis y son temps* (Barcel. 1880) et in *Chronica Michaëlis de Parets* (Ibid. 1888).
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, I, 558-60.
BASILI, *Necrologi de Catal.*, p. 283.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 795.

Bernardinus a Monticchio (cognomento *Lucantonio*), olim nostrae prov. Aprutinae alumnus; postea habitum religiosum a. circ. 1920 dimisit, ac demum a S. Congr. Concilii (5 ian. 1929) etiam habitu ecclesiastico privatus est. — Vir sane eruditus, plura iam ediderat opera, praesertim de re apologetica, ex quibus praestant: *La Preghiera dei grandi* (III ed. Modena 1903). — *Il trionfo di G. Cristo-Dio sulla vita intellettuale... del secolo XIX* (Ib. 1904). — *Leone XIII e l'igiene alimentare* (Ib. 1904). — *Il libero pensiero moderno. Ragioni e proteste* (Firenze 1906). — *Cristo e il Papato.* 2 voll. (Manoppello 1908).
TEISSER P. C., *P. Bern. da Monticchio.* (I nostri contemporanei. — *Galleria biografica internazionale*) Roma 1903.
ANALECTA CAP., 45 (1929) p. 34, Decret. S. Congr. Conc.

Bernardinus a Montolmo (nunc Pausula) prov. Picenae alumnus. — A Minoribus Conventualibus ad Capuccinos emigratus, magno in honore fuit eloquentia et doctrina. In disciplinis philosophicis et theologicis ita menti Scoti adhaesit ut huius *Anima* appellaretur. in provincia primaria officia obivit; universo autem Ordini praefuit ut Definitor Generalis an. 1536-38 et 1543-58. Obiit Maceratae anno 1565. Reliquit mss. *Commentaria super Libros Sententiarum iuxta mentem Scoti.*
MONUM. HIST. O. CAP. I, III, VI (cfr. Ind.)
BOVERIO, *Annales Cap.*, I, 625-35.
LEGGENDARIO CAPP., III, 180.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 39, 50-59.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 71-74.
SALVATORE, *La Prov. di Bologna*, I, 94 s.
BERN. A BON., *Bibl. Script.*, p. 45.
SBARAGLIA, *Scriptores*. I, 135.
IOANNES A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 211.
GIUS. DA FERMO. *Scrittori delle Marche*, p. 15
VECCHIETTI, *Biblioteca Picena*, II, 217.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 796.
DICTIONN. THEOL. CATH., XII, 75.
ITALIA FRANC. 7 (1932) p. 617-26.

Bernardinus ab Omiš (*Skrivanić*), prov. Illyriae natus an. 1855, sacerdotio auctus an. 1877 et habitu nostro indutus an. 1889. — Munus obivit lectoris S. Scripturae et per plures annos (1901-18) Ministri provincialis. Fuit concionator egregius et pro rei catholicae instauratione in Croatia strenue insudavit praesertim editis periodicis (*Naša Gospa Lurdska, Il Quarnero, Riječke novine, Il Risveglio, Sveti Rat*). Obiit Spalato die 25 sept. 1932. Inter cetera typis dedit Exercitiorum cursum pro utroque clero (Rijeka, 1911).
MAVRICIJ, *Samostansko življenje*, 146.
PILEPIĆ A., *Naša Majka* (1942) p. 186-93.
BINIČKI FRANC., *O. Bernardin Skrivanić*, in periodico *Duhovni život*, XI (Zagreb 1939), p. 366-371.

Bernardinus a Paris († 1685). — Egregius Concionator et luctator contra Jansenismum. Opus eius praecipuum: *L'Esprit de St. François d'Assise* denuo vulgatum est Parisiis 1880.

BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 46.
EDUARDUS, *Biblioth. Mariana*, p. 12.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 198.
IOAN. A S. ANT., *Biblioth. Franc.*, I, 212.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 797.
DICT. THÉOL. CATH., XI, 2031.
DICT. DE SPIRIT., I, 1516.
ETUDES FRANC., 39 (1927) p. 468 (de oper. spirit. P. Bern.).
ITALIA FRANC., 7 (1932) p. 315-34: *P. Bern. da Parigi apostolo, scrittore* (Imerio da Castellanza). Cfr. *Collectan. Franc.* 1936 p. 136.

Bernardinus a Parma (seu a Borgo S. Donnino), prov. Parmensis alumnus. — Natus e familia *Zuccheri* an. 1673; habitu seraphico indutus an. 1694. Munera obivit Definitoris, Magistri novit. per 24 annos et Ministri prov. (1735). Omni virtutum genere eluxit; praelatis et principibus carissimus exstitit; devotionem erga SS. Iesu Nomen propagavit. Miris signis clarus obiit cum fama sanctitatis in loco Busseto die 31 dec. 1748.
GIOVANNI DA MONTICELLI, *Vita del servo di Dio P. Bern. da Parma*. Parma 1752, pp. 327.
FRATE FRANCESCO (Parma) a. 1934, p. 74 ss. — a. 1935, p. 126 ss. — a. 1936 p. 295 ss.

Bernardinus a Pausola, vide *Bernardinus a Montolmo*

Bernardinus a Picquigny (Piconio), alumnus Prov. Parisien. (1633-1709). Exegeta princeps, nomen sibi comparavit opere: *Epistolarum Pauli triplex expositio* (Paris 1709) gallica lingua exarata a. 1706; hoc opus pluries fuit reimpressum et in alias linguas etiam versum. Pontifice cohortante composuit etiam: *Triplex expositio in Evangelia* (Paris 1726). Eius *Opera omnia* (latina) paruerunt Parisiis 1870 ss., voll. 5.
BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 46.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 199.
HURTER, *Nomenclator Théol.*, IV, 815.
DUNAND H., *De P. Bern. vita et operibus Dissertatio* (in « Opera omnia » P. Bern. T. I, Parisiis 1870).
EMMANUEL DE LANMODEZ, *Les PP. Gardiens des Cap. à Paris* (1893), p. 23-26.
DICTIONN. DE LA BIBLE, I, 1620.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 798.
DICTIONN. DE SPIRITUAL., I, 1517.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, II, 1409.
ANALECTA O. CAP., 40 (1924) p. 17-23 (*De vita et scriptis P. Bern.*).
COLLECTAN. FRANC., 12 (1942) p. 414 (recens. operis « *Le Lettere di S. Paolo* ». Brescia 1940. voll. 3, cura sac. Io. Castoldi).
ETUDES FRANC., 8 (1902) p. 453 s.
ESTUDIOS FRANC., 14 (1915) p. 185, 333; 15 (1915) p. 193, 285; 16 (1916) p. 19, 280.
FRANC. EDUCAT. CONFER. 7 (1925) p. 101-02.
ITALIA FRANC., 17 (1942) p. 136-40. - 18 (1943) p. 41-48: *Il P. Bern. e la sua « Triplex expositio Epist. S. Pauli »* (Alessandro da Serino).
ROUND TABLE, 12 (1946) 37-40, *A short introduction to Bern. of P.* (Vitalis Banazek).

Bernardinus a Prato (*Zarini*), concionator prov. Tusciae. — Postulatoris Gener. munus obivit ab. 1780 usque ad a. 1785, quo cessit e vita.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 85.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, II, 417, 486.
ANALECTA CAP., 54 (1938) p. 220.

Bernardinus a Reggio Calabria, *Georgius Molizzi* (1476-1535). — Theol. Doctor, ad nos transiit ex FF. Min. observ. familia, fuitque Prov. Calabriae institutor et moderator. Doctrina et eloquio plurimum valuit.
MONUM. HIST. O. CAP., I-II (cfr. Indices); III, 209, 210, 217-321; V, cfr. Ind.
BOVERIO, *Annales Cap.*, I, cf. Ind. rerum.
FLORES SERAPHICI, I, 73-77 cum figura.
EDUARDUS, *De primordiis Cap.* (cf. p. VII).
IDEM, *Tribulation. O. Cap.* (cf. p. 125).
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 58-60.
GIOV. FIORE, *Calabria illustr.*, II, 85.
BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 47.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 136.
ALIQUÓ-LENZI, *Scrittori Calabresi*, p. 287.
FERRARI, *Onomasticon* (Bibliogr.), p. 101.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 3-5.
CUTHBERT, *I Cappuccini*, p. 55.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 799.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XIII, 2101.

Bernardinus a Saluzzo, Prov. Pedemontanae. E comitali domo *Genala* ortus est a. 1638. Suae Prov. moderator; Procurator et Minister Gener. (1709). Dum Prov. Aprutinam visitabat, obiit *Atri* d. 29 iul. 1710.
BULLAR. CAP., II, 389.
PELLEGRINO, *Annali Capp.* IV, 209-13.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 178, 181, 182.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 801.
ANALECTA CAP., 7 (1891) p. 331. — 12 (1896) p. 153.

Bernardinus a S. Angelo in Vado (*Franceschi*) Prov. Picenae alumnus (1663-1752). — In sua Provincia omnia officia sustinuit, et in Ordine munera Definitoris, Procuratoris et Vicarii Gener. (1721) exercuit.
BULLAR. CAP., I, 157.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 193, 197, 202.
BERN. A BON., *Bibl. Script.*, p. 47.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 18.
MAZZUCHELLI, *Scritori d'Italia*, I, 764.
PATERVECCHI, *Uomini ill. di S. Ang. in V.*, 57.
VECCHIETTI, *Biblioteca Picena*, II, 218.
DICTIONN. HIST. ECCL. VIII, 801.
ANALECTA CAP., 8 (1892) p. 38 (C), 75 (B). 12 (1896) p. 154 nn. 37, 39.

Bernardinus a Siena, Vic. Gen., v. *Ochino*.

Bernardinus a Siena, alumnus Prov. Tusciae, die 4 iunii 1948 officium *Postulatoris*

Generalis in causis BB. et SS. ei conlatum est. Natus an. 1911, habitum nostrum suscepit an. 1926. Est doctor in Jure Canonico et Advocatus S. Rom. Rotae. Typis dedit: *Il Cardinale Protettore specialmente negli Ordini francescani*. Firenze, 1940; *Esposizione della Regola francescana*. Firenze, 1950.
ANALECTA O. CAP., 64 (1948) p. 84.

Bernardinus a Siéviller (*Hoffmann*), prov. Strasburgensis alumnus. — Natus 25 sept. 1909 habitu seraphico indutus die 5 septem. 1927; sacerdotio auctus die 20 apr. 1935; ad missionem de Ambanja in insula Madagascar profectus an. 1936; a S. Congr. de Prop. Fide Praefectus Apostolicus de *Djibouti* nominatus die 28 sept. 1945.
ANALECTA CAP., 61 (1945) p. 53, Praef. Ap.

Bernardinus a Thônes (*Charvet*) prov. Sabaudiae concionator et pluries definitor († 1881). — Scripsit librum de III Ord. Franc., qui multoties fuit impressus, et nonnullas alias opellas asceticas.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 12.
FRÉDÉRIC DE SIXT, *Biogr. du P. B.* (Douvaine 1882).

Bernardus ab Andermatt,
vide *Christen B.* episc.

Bernardus ab Arras, provinciae Parisiensis († 1757 c.). Plura edidit opera, in quibus prae oculis habuit oppugnare errores Jansenistarum. Vide, *L'Ordre de l'Eglise...* (Paris, 1735). — *Le ministère primitif de la pénitence* (1752).
BULLAR. O. CAP., VII, 412; VIII, 187.
BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 48.
APPENDIX AD SCRIPT. CAP., p. 16 (vel 42).
DICTIONN. THÉOL. CATH., II, 785 s.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 583.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 1107.

Bernardus a Bologna, familia *Toselli* (1699-1768). — In Prov. Bononiensi, in qua habitum sumpsit a. 1717, munera Lectoris, Definitoris etc. obivit. Custodiae Melitensis (1750-1753) et Prov. Mediolanensis (1758) Commiss. Gener. exstitit. Plurima edidit opera de re biblica, theologica, philosophica, etc. quae inter praestat notare: *Bibliotheca Scriptorum O. Cap.* (1747) et *Lezioni sopra la Regola dei FF. Minori* (1749).
BULLAR. CAP., II, 239.
BERN. A BON., *Script. Cap.*, p. 251.
APPENDIX AD SCRIPT. CAP., p. 16.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 200.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 90-99.
HURTER, *Nomenclator*, V, 6.
CASATI G., *L'Indice dei libri proib.* III, 42.
REUSCH, *Der Index*, II, 433.
CATHOLIC ENCYCLOP., II, 498.
DICTIONN. HIST., ECCL., VIII, 596.
DICTIONN. THÉOL. CATH., II, 786.
FANTUZZI, *Scrittori Bolognesi*, II, 94.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 1462.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, II, 1422.

Bernardus a Bordeaux,
Vide *Bernardinus a Bordeaux*.

Bernardus Maria a Cahors (vulgo *Marie Bernard*), alumnus prov. Tolosanae. — Fuit missionarius industrius ac impiger in Aethiopia ubi, inter alia, *Leprosarium* de Harar fundavit († 1937).
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 208.
ANALECTA CAP., 24 (1908) p. 118-20, *Relatio legationis P. Mariae Bern. ad imperatorem Aethiopiae*.
COLLECTAN. FRANC., 11 (1941) p. 628 n. 7.
IL MASSAIA (Roma), a. 1939, p. 12-15.
LES VOIX FRANCISC., (Toulouse) a. 1937 p. 337-40.

Bernardus M. a Canicattì Prov. Panormitanae († 1834). Praefectus Missionum Angolae et Congi. Linguae missionis Angolae edidit *Grammaticam* et *Dictionarium* (Lisboa 1804-05).
APPENDIX AD SCRIPT. CAP., p. 16.
Ios. M. Bernini a Gargnano, miss (+ 1761).
Irenaeus a Casalmoro, miss. († 1671).
Marcus Ant. a Carpenedolo, min. gener. (+ 1665).
Matthias Bellintani a Salò, conc. (+ 1611).
Michael a Bergamo, laic. archit. († c. 1650)
Paulus Bellintani a Salò († 1590).
Petrus a Martinengo, script. († 1669).
Theodorus Foresti a Bergamo (+ 1637),
Thomas ab Ome, script. († 1823).
Timotheus a Brescia, miss. († 1762).
Viator a Coccaglio, script. (+ 1793).
Zacharias a Salò, miss. et scr. (+ 1705).

Bibliographia

BULLAR. CAP., II, 346-65, 448 s.; VII, 45.
VALDEMIRO BONARI DA BERGAMO, *I Conventi ed i Cappuccini Bresciani. Memorie storiche*. Milano, 1891.
IDEM, *I Conventi ed i Cappuccini Bergamaschi. Memorie storiche. Milano*, 1888.
ANALECTA CAP. 28 (1912) p. 251; 29 (1913) p. 30 (Docum. quae servantur in Arch. Status Mediolani).
COLLECTAN. FRANC., 6 (1936) p. 11, 15.

Brixina, vide *Bressanone*

Brixinensis Provincia, in Italia (vulgo *Bressanone*). — Constituta est Decreto Gener. die 30 mart. 1928, ex duodecim Conventibus qui pertinebant ad Provinciam *Tirolis septentr.*, quique post bellum a. 1914-18 inventi sunt intra finia Regni italici. — Provinciae Brixinen. concredita est Missio *Sophiae et Philippopolis* in Bulgaria.

Conventus hodierni huius novae provinciae, forma italica atque germanica nominati: Appiano (Eppan), Bolzano (Bozen), Bressanone (Brixen), Brunico (Bruneck), Chiusa (Klausen), Egna (Neumarkt), Lana d'Adige (Lana), Malles (Mals), Merano (Meran), Silandro (Schlanders), Varna (Wahrn), Vipiteno (Sterzing. — In *Helvetia* siti sunt Münster et Valcava.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore:
Angelicus a Gries-Bolzano: 1928, 1934, 1937.
Iosaphat a Stilves: 1931.
Eligius a Rum: 1940.
Benedictus a Sankt Pauls: 1943. 1946.
Iosephus a Sankt Peter: 1949.

Religiosi huius Provinciae de quibus tractatur suo proprio loco

Pejov Cletus a Baltagia, episc. (+ 1941)
Agnellus ab Ahrn, script. († 1942)
Ioan. Bapt. a Sterzing, script. (+ 1928)
Iosaphat a Stilfes musicus († 1936)
Linus a Sterzing, Comm. Gen. (+ 1930)
Thomas Villan. Gerster a Zeil, script. († 1940).

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. CAP. (1929) p. 17 tab. XVII.
CATALOGUS FF. CAP. prov. Tirolis necnon *provinc. Brixinensis*. pro an. 1932 ss.
ANALECTA O. CAP., 44 (1928) p. 134-38 (*De erectione novae Prov. Brixin.*); 52 (1936) p. 101, 129 ss. (Publicat. periodicae). — 64 (1948) 141, de nova circumscriptione Prov. — Vide etiam *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 178.
COLLECTAN. FRANC., 6 (1936) p. 202.
ST. ANTONIUSBLATT, *Monatschrift d. Kapuziner*. (Bressanone, 1933 ss.).
ST. ANTONIUS, *Bote der Brixener Kapuziner-Provinz*, Brixen, 1948 ss.

Opera edita ad usum Provinciae

Rituale der Provinz Brixen. Als Manuscript gedruckt. Brixen, 1932.
Normae generales für die PP. Magistri und Lektoren zur einheitlichen Erziehung der Kleriker. Bressanone 1932.
Proprium Officiorum et Lectionum Ordinis Min. Capuccinorum Prov. Brixinensis sub tutela S. Antonii Patavini, Oeniponte, 1929.
Orate! Der Seraphische Seminarist in seinen Gebeten. Varna 1938.

Brno, Brünn (*Bruna*) in Prov. Bohemo-Morava. — Prior conventus fund. est a. 1606 et demolitus tempore belli a. 1645. Alter Conv. sub titulo Inventionis S. Crucis, fundatus est a. 1656.
BULLAR. CAP., IV, 377; IX, 88, 131.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 15 tab. XVIII.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 796.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, II, 479; III, 96.
SERAFINSKÉ KVĚTY, a. 1904, p. 181-83 (commemoratio III centen. adventus FF. Cap. in *Brno*).

Broggia M., vide *Maria Crucifixa Broggia*

Broken-Arrow, Oklahoma, in Statibus Foed. Americae. — Domus religiosa in hoc loco canonice erecta an. 1949, pertinet ad nostram provinciam *Varsaviensem*. In ea commorantur sodales qui post bellum a. 1939-45, ex Germania ubi detenti erant in patriam reverti non potuerunt.
ANALECTA CAP., 65 (1949) p. 26.

Bröll C., vide *Camillus a Dornbirn*

Bronnbach, in Prov. Rhenano-Westphalica. Domus nostra ibi canonice erecta est a. 1931.

ANALECTA O. CAP., 48 (1932) p. 44.
LEXIK. THEOL. U. KIRCHE, II, 571.

Bronte (*Brontis*) in Prov. Messanensi. — Conventus fundatus a. 1627 sub tit. S. Felicis a Cantalice.
BULLAR. CAP., III, 185, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. LVIII.

Bronx, N. Y.. vide *New York*

Brooklyn, (New York) in Prov. Calvariensi. Ab anno 1897 suscepta est cura paroeciae S. Michaelis, et a. 1920 nova Ecclesia et novus Conventus erecti sunt.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 17 tab. XX-XXI.
JAMES O. CAP., *St. Michael's in East New York... diamond Jubilee 1860-1935*. Brooklyn 1935.
BITTLE, *A Romance*, p. 354, 563.
ANALECTA O. CAP., 44 (1928) p. 22.

Brookline, Pa. (Status Foeder. Amer. sept.). Anno 1927 pro fratribus prov. Pennsylvanicae domus religiosa ibi canonice erecta est sub titulo S. Francisci: ecclesia dicata est B. M. V. Angelorum.
CATALOGUS CAP. PROV. PENNSYLV. (1932) p. 58.
ANALECTA CAP., 44 (1928) p. 22.

Bruchsal, (*Brucsalia*) in Prov. Rhenana. — Conventus aedificatus a. 1670, destructus a. 1690, restauratus a. 1805 et derelictus a. 1825.
BULLAR. CAP., IV, 335, 385.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, III, 163.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cfr. Ind.
PETRUS FRANC., *Suevia ecclesiast.*, p. 205.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 32 et Ind.
JACOBS, *Rhein. Kapuz. Prov.*, p. 143.
ANALECTA O. CAP., 17 (1901) p. 181, 248.
ASSISI-GLÖCKLEIN, a. 1929, p. 49, 68, 84, *Das Kapuzinerklost. zu B.* (J. Mayer).

Bruck an der Leitha, Prugg (*Leitae Pons, Motenum*) in Prov. Viennensi. — Conventus fundatus a. 1625 sub tit. Nativitatis Salvatoris, est suppressus a Iosepho II imp. a. 1718.
BULLAR. CAP., IV, 379.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 543.

Bruck an der Mur, Prugg (*Muraepons*) in Prov. Viennensi. — Conventus erectus a. 1607 sub tit. S. Ioan. Ap., supprimitur a. 1816.
BULLAR. CAP., IV, 271, 381.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali Capp.*, II, 91.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 14, 69.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 546.

Brucsalia, vide *Bruchsal*

Bruericae, vide *Bruyères*

Bruges vide *Brugge*.

Brugge, Bruges, (*Brugae Flandrorum*) in Belgio. — Prior Conventus fundatus a. 1591-92, suppressus est a potestate civili viae ferratae sternendae causa. Anno 1867 alter Conv. aedificatus est in Via S. Clarae, et a. 1869 alter in Via Boveria, cum ecclesia dicata B. M. ab Angelis.
BULLAR. CAP., IV, 368; X, cf. Index p. 772.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 15 tab. XIV.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Neder.*, I, cf. Ind. t. V, 214-228.
ANNUARIUM PROV. HOLL. BELG., I (1870) p. 70.
COMMENTARIUM *chronographiae sacrae Conv. Cap. Brugen.*, Antuerpiae [1879].
TE DEUM LAUDAMUS (1928) p. 42-49.
ADOLPHE DE DENDERWINDEKE, *St. Marguerite de Cort. venérée dans l'Église des Capucins à Br.* - Bruges 1893.
CELESTIN DE WERVICQ, *Une page de l'hist. de l'ancien Couv. des Cap. de Br.* - Bruges 1867.
FRANC. LEVEN, 32 (1949) p. 136-38 (Artis monumenta in conv. et ecclesia).
— Monasterium S. Andreae, Sororum *Capuccinarum* III Ord. Franc. Regularis, a. 1652 fundatum, derelictum est tempore gallicae eversionis. — Novum monasterium exstructum est, sub eodem titulo S. Andrea, an. 1833.
BULLAR. CAP., IV, 369.
HISTOIRE *des Capucines de Flandre*, II, 83-106.
FRANC. STANDAARD, 35 (1933-34) p. 102-05, 126-29: *De Kapucienessen te Brugge bij het eeuwfeest van hun klooster* (1833-1933).

Brugge (*dioecesis*). Huius *Brugensis* D., episcopus exstitit per breve tempus noster sodalis Carolus de HORNES Bruxellensis, qui electus a. 1710, eodem anno moritur.

Brugiotti H., vide *Hyacinthus a Vetralla*

Bruna, vide *Brno*

Brundusium, vide *Brindisi*

Bruneck vide *Brunico*.

Bruni T., vide *Theophilus a Verona*

Brunico, Bruneck (*Brunecium, Bruneggium, Brunopolis*) in Prov. Brixinensi. — Conventus a FF. Prov. Tirolis sept. fundatus a. 1625-28 sub tit. SS. Trinitatis.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 17 tab. XVII.
BULLAR. CAP., IV, 372.
SILVEST. A MEDIOL., *Annales Cap.*, p. 245.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali Capp.*, I, 295.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 98.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, 730.

Brünn vide *Brno*.

Brunnen, vide *Brenschede*.

Bruno a Gillonnay (gente *Bellier*), Prov. Sabaudiae Vicarius et Definitor (1859 † 1938). Missionarius in Syria (1890) et fundator Missionis vulgo: *Rio Grande do Sul* in Brasilia (1896-1924). Opuscula edidit de *SS. Corde Iesu*.
TEODORO, 50 *anos de atividades*, p. 34-43.
ANALECTA O. CAP. 54 (1938) p. 268-71.
ROSIER DE ST. FRANÇOIS, a. 1938, p. 543-54.

Bruno a Vinay, Prov. Lugdunensis. — Domo *Sibelin* ortus a. 1825, Ordinem ingressus

est a. 1841. Fuit Lector. Min. Prov. et Procurator Gener. (1879 et 1884). Consuetudinem habuit cum ven. Ant. Chevrier et S. Io. Bapt. Vianney. — Noster *Modus Procedendi pro Iudiciis* iterum eius cura editus est (1871). Obiit Romae die 5 augusti 1898.

EUGÈNE, *Nécrol. Prov. Savoie*, p. 325-27.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 297, 301.
THÉOTIME, *Les Capuc. de Lyon*, p. 120-24.
EDUARDUS DE ALENÇON, *P. Bruno a Vintia*, Romae 1898.
ANALECTA CAP., 1 (1884) p. 16. — 12 (1896) p. 156 n. 70. — 14 (1898) 281-86 (Necrol.).
PETIT MESSAGER ST. FRANÇOIS, a. 1898, p. 359.

Brunopolis, vide *Brunico* (Bruneck)

Brunovium, vide *Branau*

Bruntrutum, vide *Porrentruy*

Brüs in Helvetia, vide *Brusio*

Brusilow in Ucraina (Dioec. *Zytomerien.* - Jitomir). — Conventus fratribus datus circa an. 1790 suppressus est a. 1865.

ANALECTA O. CAP., 45 (1929) p. 294.

Brusio seu Brüs in Helvetia (Missio *Raetiae*). Curam paroecialem fratres nostri ibi exercuerunt ab a. 1879 ad a. circ. 1930.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. XV tab. XVI.
BÜRGLER, *Franz. Orden i. d. Schweiz*, p. 119.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 443 (Ind.).
IDEM, *Manuale hist. Miss.*, p. 42.

Brussel vide *Bruxelles.*

Brüx in Bohemia, vide *Most*

Bruxelles, Brussel, (*Bruxellae*) in Belgio. — Anno 1587 Fratres Hospitium sumpserunt. A Gallis vi eiecti (circa a. 1830), fratres reversi sunt a. 1852. Ecclesia, sub titulo Immaculatae Conc., ab a. 1912 in Paroeciam erecta est.

BULLAR. CAP., III, 249; IV, 88. 92, 368; X, cf. Index p. 772.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 15 tab. XIV.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, cf. Ind. t. V, 35-69.
COMMENTARIUM, *sive Chronographia Sacra monasterii FF. Capucc. Bruxellensis* (Editio lithographica) 1874.
TE DEUM LAUDAMUS (1928) p. 36-38.
PAROISSE DE N.-D. IMMACULÉE. *15 années de vie paroissiale. 1912-27.* Bruxelles 1927.
ANALECTA O. CAP., 32 (1916) p. 115-18 (Statutum paroeciale nostrae Eccl.).
ECHOS DU QUARTIER. (Publicatio periodica). Bruxelles 1933 ss.
FRANC. LEVEN, 32 (1949) p. 138-39 (Artis monumenta in conv. et ecclesia).

— Monasterium Sororum *Capuccinarum* III Ord. Franc. Regularis, a. 1658 fundatum, nunc derelictum iacet.

BULLAR. CAP., IV, 369.
HISTOIRE *des Capucines de Flandre*, II, 266-75.

Bruyères (*Bruyerium, Brueriae*) in Prov. Strasburgensi. — Capuccini antiquae Prov. Lotharingiae, Conventum erexerunt a. 1665, cum Ecclesia in honorem S. Blasii ep. mart. Suppressus fuit a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 403.
ARMEL, *Capucins du Dioc. de Metz*, p. 19, 29.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, III, 80.
ANALECTA O. CAP., 22 (1926) p. 296.
ETUDES FRANC., 43 (1931) p. 305.

Bry-sur-Marne in prov. Parisiensi. — In hoc loco hospitium receperunt fratres capuccini an. 1912 apud ecclesiam B. M. V. Divini Pastoris Matris; conventus vero ibi canonice erectus est an. 1937.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 28 tab. XIII.
ANALECTA CAP. 54 (1938) p. 11.

Buccheri (*Buccherium*) in Prov. Syracusana. Conventus aedificatus anno 1627, cum Ecclesia B. M. V. Immaculatae, et suppressus a. 1860.

BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa*, p. 185.

Buchen, vide *Mariabuchen*

Budapest, (*Buda*) in Hungaria. — Conventus S. Elisabethae fundatus est a. 1692. Ab a. 1785, fratres nostri munere paroeciali funguntur.

BULLAR. CAP., IV, 379.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 39 tab. XVIII.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 545.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, III, 399.
SCHEMATISMUS *Commissar. Hungariae* (1935) p. 14; (1940) p. 7.
VEREMUNDUS A BALINKA, *Emlékköny a budai kap.-rendi zárdáról* (Notitiae Conv. Cap.). Budapest 1927.
ANALECTA O. CAP., 3 (1887) p. 197.
KAPUCINUS, *Tartomanyj Értesitő* (Budapest), a. 1947, n. IV p. 6-10 (de Guardianis nostri conv.).

Budejovice, Budweis (*Budovicium*) in Prov. Bohemo-Morava. — Conventus S. Annae sacer, a. 1614 erectus, abrogatus est a. 1781 imperante Iosepho II.

BULLAR. CAP., IV, 211, 377.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 56.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 796.

Budel in Hollandia (Brabantia septentr.) — Conventus quem fratres prov. Parisiensis exstruxerant a. 1881, titulo SS. Sacramento, nunc derelictus iacet.

ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 286.

Budovicium, vide *Budějovice* (Budweis)

Budrio (*Butrium*) in Prov. Bononiensi. — Vetus Conventus exstructus a. 1562, est abrogatus a. 1810. Praesens Conventus fundatus est a. 1893, cum Ecclesia SS. Familiae dicata. Suppressus a S. Congr. Relig. (1924), reassumptus est a. 1933.

BULLAR. CAP., II, 439.

DONATO DA S. GIOV. IN PERSICETO, *I Frati Min. Cappuccini a Budrio*. Budrio 1946, pp. 27. (Estratto dal *Numero unico* del Congresso Eucaristico).
ANALECTA CAP. 40 (1924) p. 148; 50 (1934) p. 8
ZELATORE FRANC., a. 1930, p. 152 ss. (Semin. seraph.).

Budruntum, vide *Bitonto*

Budweis, vide *Budějovice*

Buenos Aires (*Bonus Aër*) in Commissariatu prov. Argentino. — Fratres prov. Genuensis hic pedes fixerunt ab an. 1897. Sanctuarium B. V. SS. Rosarii, vulgo de *Nueva Pompeya*, exstructum a. 1900; ab a. 1902 eius cura suscepta est a confratribus prov. Navarrae; anno demum 1907 Sanctuarium in paroeciam erectum est.

Nova domus B. V. Angelorum, vulgo de *Nuevo Asís*, fundata an. 1940 pro emigratis Italis, remanet sub auctoritate Commissarii prov. Rio Platensis.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 399, 404.
ESTADISTICA *Prov. de Navarra* (1928) p. 134.
RESEÑA *hist. de los Conv. en Argentina*, p. 133-90.
ANTONIO M. DE MONTEVIDEO, *Capuch. Genoveses en la Plata*, p. 223-36.
IGNACIO DE PAMPL., *Las Misiones Cap. en Chile y Argent.*, p. 470-508.
VITO ANGEL DE GIOYA, *El Santuario de N. S. de Pompeya*, Santiago 1894.
ALBUM *de Nueva Pompeya. Breve reseña histórica editada con motivo del XXV° aniversario de la fundación de la parroquia*. Buenos Aires, 1931 pp. 108.
ACTA — *Bollett. uffic. Prov. Genova*. — an 1941, p. 10 (Conv. de Nuevo Asis); an. 1942, p. 103-105 (Paroecia S. M. Angel.).
ANALECTA CAP., 37 (1921) p. 257, Imago B. V. coronatur. — 52 (1936) p. 39, Paroecia de Nuevo Asís; 59 (1943) p. 137, Domus de Nuevo Asís; 66 (1950) p. 17, Paroecia de Nuevo Asís.
JUVENTUD. Publicatio periodica mens. pro ex-alumnis Colleg. PP. Capucc. de Nueva Pompeya. Buenos Aires 1926-31.
NUEVA POMPEYA. *Revista mens. dirigida por los PP. Capuchinos*. Buenos Aires. 1924 ss.
NUEVO ASIS. *Publ. semanal de la Parroquia S. Maria de los Angeles*. Ibid., 1928 ss.
SANTA MARIA DE LOS ANGELES, *Revista Mensual dirigida por los Capuchinos de Nuevo Asís*. Buenos Aires, 1947 ss.

— Monasterium *monialium* Capuccinarum conditum est a. 1748-49 ad Ecclesiam B. M. V. (vulgo *del Pilar*). Nunc derelictum iacet.
BULLAR. CAP., VII, 419.

Buga in Columbia, Commissariatus provincialis Aequatoris-Columbiae. — Facultas erigendi in hoc loco domum nostram religiosam data est an. 1947.
ANALECTA CAP. 66 (1950) p. 19.

Bugella, vide *Biella*

Buggli A., vide *Alexander ab Altdorf*

Buhagiar Antonius M. a Cephalonia insula, *episcopus*, alumnus nostrae prov. Melitensis. — Ortus a. 1846; habitum sumpsit a. 1864. Sacerdotio initiatus, paulo post in Missionem *Tunetanam* perrexit. Episcopus tit. *Ruspensis*, et Auxiliaris archiep. *Carthaginen.* electus est d. 12 aug. 1884 dein Administr. Apost. *Melitensis* Ecclesiae (1885-88). Delegatus Apost. renuntiatus in S. Domingo, Haiti et Venezuela, paucis diebus post eius adventum in S. Domingo obiit d. 10 aug. 1891.
ANALECTA CAP. 1 (1884) p. 188; 8 (1892) p. 32.
ECO S. FRANC., a. 1885, p. 154-56.

Bulgaria, vide *Sophia et Philippopolis.*

Bulgnéville (*Bulneivilla*) in prov. Lugdunensi. — Quem fratres prov. Lotharingiae conventum exstruxerant a. 1706, gallica revolutio suppressit a. 1790.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 100.

Bulium, vide *Bulle*

Bullarium *Ordinis FF. Min. Capuccinorum*. — Opus magni ponderis et valoris pro historia et legislatione nostri Ordinis. In illo enim, praeter plurimas notitias historicas de Provinciis, Conventibus etc., exhibentur Bullae, Brevia, Decreta aliaque documenta, quae a S. Sede Apostolica emanata sunt pro Ordine Capuccino. (cf. MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, II, 447-48).

1. *Bullar. O. Cap.* variis notis ac scholiis elucubratum primus confecit atque iussu Patris Ministri Generalis edidit P. MICHAEL A TUGIO, prov. Helveticae alumnus. Opus, septem tomis constans, vulgatum est Romae an. 1740-1752. Documenta ibi non ordine chronologico sunt disposita, sed habita ratione materiarum scilicet:

T. I, complectitur Bullas, aliaque documenta Ordinem Cap. generaliter concernentia.

T. II, continet Bullas etc., quae Prov. Romanam, S. P. Francisci seu Umbriae, Marchiae seu Picenam, Bononiensem, Lombardiae seu Parmensem, Venetam, Mediolanensem. Brixiensem, Ianuensem, Pedemontanam, Tusciae et Corsicae specialiter concernunt.

T. III, continet Bullas etc. quae respiciunt provincias Regnorum utriusque Siciliae et Sardiniae, scilicet Neapolitanam, Lucaniae, Rhegiensem, Cosentinam, S. Angeli seu Fodiensem, Barensem, Hydruntinam, Panormitanam, Messinensem, Aprutinam, Calaritanam, Turritanam; necnon Custodias Italiae: Monferratensem, Tridentinam et Melitensem.

T. IV, continet Bullas etc. quae concernunt provincias Germaniae, videlicet Helveticam, Anterioris Austriae, Flandro-Belgicam, Wallonicam seu Gallo-Belgicam, Leodiensem, Tyrolensem, Bavariae, Franconiae, Bohemicam,

Austro-Hungaricam, Styriae, Coloniesem, Rhenanam, necnon Custodiam Poloniae.

T. V, Pars I, continet Bullas etc. concernentia provincias Galliae, videlicet Parisien., Turonen., Normandiae, Britanniae, Lugdunen., Sabaudiae, Burgundiae, S. Ludovici, Lotharingiae, Campaniae, Tolosanam, Aquitaniae, Alsatiae, Insulensem, necnon Hiberniae. — *Pars II*, continet Bullas etc. quae provincias Hispaniae concernunt, videlicet Cataloniae, Valentiae, Aragoniae, Navarrae, Castellae et Andalusiae seu Baeticae, cum Appendice Documentorum Insularum Maioricae et Minoricae, necnon Civitatis Ulyssiponensis etc.

T. VI, Collectio Bullarum etc. pro *Ordine Minoritano* specifice, et potissimum adhuc indiviso editarum, ac *Ordini Capuccino* per viam comprehensionis con-propriarum; necnon ailarum pro *Regularibus* generaliter emanatarum. Ad usum, commodum et eruditionem tam Superiorum, quam Subditorum Ord. Cap. compilata, ac notis etc. illustrata (cf. « Analecta Ord. » I, 1885, p. 341 n. VI, de emendatione facienda p. 316 T. VI Bullarii).

T. VII, Pars I, Documenta de Officio Divino, S. Missae Sacrificio, cultu Sanctorum etc. pro Ordine Cap. edita, serie chronologica continet. — *Pars II*, recenset Documenta Apostolica, *Missiones* Ord. Cap. extra Provincias et speciatim in partibus Infidelium constitutas concernentia. — *Pars III*, *Supplementum*, seu prosecutionem priorum sex Tomorum cum generali totius Operis *Indice* comprehendit.

2. *Bullarii continuatio* (T. VIII-X), a Superioribus generalibus commissa est P. PETRO DAMIANO A MÜNSTER, defin. gener. et prov. Tirolensis alumno, qui, adiuvante P. Aegidio Mediolanensi, opus absolvit tribus tomis, atque iussu P. Ministri Generalis typis vulgavit Oeniponte, 1883-84, (cfr. *Bullar.* t. x, p. 483; *Analecta Ord.*, I, 1885, p. 171). Documenta, *ordine chronologico* disposita sunt ut sequitur:

T. VIII, Documenta sub pontificatu Benedicti XIV et Clementis XIII edita a. 1740-69.

T. IX, Documenta sub pontif. Clementis XIV, Pii VI, Pii VII et Leonis XII edita an. 1769-1828.

T. X, Documenta sub pontif. Pii VIII, Gregorii XVI et Pii IX edita an. 1830-1878. — In fine additur Index Gener. trium voluminum.

3. *Bullarii Ord. Cap. Regestum* sive Summarium chronologicum diligenter confecit P. PIUS SABADEL A LANGOGNE, prov. Lugdunensis alumnus, qui illud vulgavit primum in nostris « *Analectis* » voll. VIII-XIII (1892-97), dein autem in volumen collegit. Regestum incipit a diebus S. P. Francisci atque prosequitur usque ad an. 1884, quo «*Analecta Ordinis* » fundata sunt, in quibus deinceps omnia vel fere omnia alicuius momenti documenta romano-franciscalia inserta reperiuntur.

Supplementum ad « Regestum Bullarii » pro annis 1878-1884, editum est in « *Analectis Ord.* » vol. 38, a. 1932, pp. 298-304.

4. *Bullarii Franciscani* quoddam compendium seu excerptum, typis vulgavit cardin. VIVES Y TUTO, IOS. CALAS. hac inscriptione: *Instituta Franciscana monumentis benevolentiae Romanorum Pontif.cum laudata, magnificata, defensa.* Romae 1904.

Bulle, Boll (*Bulium*) in Prov. Helvetica. — Anno 1665 a nostratibus suscepta est cura Sanctuarii B. M. V. Perdolentis. Post decem annos Hospitium in Conventum mutatum est.

BULLAR. CAP., IV, 364; IX, 68.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
LA CHAPELLE *de Notre-Dame de Compassion à Bulle*. Bulle, 1886, pp. 66.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 784 (Ind.).
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 90.
ST. FIDELIS, I (1910-13) p. 278; II (1913-14) p. 46. 225; III (1914-15) p. 68, 114, 233, 354 *Notre-D. de Compassion et le Couv. des Cap. de B.* (Athan. de Bellegarde). — Seorsum editum: Ingenbohl, 1913.
SCHWEIZER. PROV. FESTSCHRIFT (1928) cfr. Ind.

Bulneivilla, vide *Bulgnéville*

Bulsanum, vide *Bolzano*

Burburgum, vide *Bourbourg*

Burchardus M. a Röttingen (*Englert*), prov. Bavaricae alumnus. — Natus die 15 dec. 1864; in Ordinem ingressus die 11 oct. 1886; sacerdos consecratus die 1 sept. 1889. Ad missionem Araucanam in Chile profectus an. 1896, eiusdem missionis exstitit Praefectus Apostolicus ab an. 1901 ad an. 1924. In patriam deinde reversus, obiit in Aschaffenburg incursione aerea die 3 ian. 1945.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 416 s.
IDEM, *Le Missioni*, I, 384; III, 308.
EBERL, *Gesch. bayr. Kapuz.*, p. 682 ss
Kalendar Sv. Kiril i Metod. (Sofia), a. 1940 p. 122 n. 21.
ANALECTA CAP. 28 (1912) p. 19. — 61 (1945) p. 79, curric.
PROVINZBOTE (Bayern), 1946, sept. p. 18-20.

Burchusa, vide *Burghausen*

Burdigala, vide *Bordeaux*

Burgau, (*Burgavia, Burgovium*) in Prov. Bavarica. — Hospitium conditum a fratribus prov. Tirolensis a. 1730, suppressum fuit a. 1806.

BULLAR. CAP., IV, 372.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 194.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.*, II, cf. Ind.)

Burgener L., vide *Laurentius Burgener*

Burghausen, (*Burghusium, Burchusa*) in Prov. Bavarica. — Conventus sub titulo S. Annae, erectus a. 1654.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14 tab. XV.

BULLAR. CAP., IV, 374.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 45, 119-26, 261-63.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* (cfr. Index).
EMMERAM GLASSCHRÖDER O. CAP., *Im Dienste des Christkönigs* (Altötting 1930) p. 72 ss., 146.
ALTÖTTINGER FRANZ. BLATT, a. 1903, p. 10-13; a. 1912, p. 109-114 (de Semin. Seraph.).

Burgio, (*Burgium*), in Panormitana Prov. (Sicilia). — Prior Conventus aedificatus a. 1580, cum Ecclesia sub tit. B. M. V. Immaculatae, postea fuit derelictus propter aëris insalubritatem. — Conv. hodiernus, sub titulo S. Antonii Patav., conditus est a. 1638.
BULLAR. CAP., III, 153, 321.
ANTONINO DA CAST., *Stor. Prov. Palermo*, II, 52; III, 639.

Burglengenfeld, (*Lengenfeldensis Arx*) in Provincia Bavarica. — Conventus a. 1708 exstructus, sub titulo S. Antonii Patavini, mansit usque ad initium saec. XIX.
BULLAR. CAP., IV, 374; IX, 43.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 64.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 245, 345. 488.

Bürgler A., vide *Anastasius ab Illgau*

Burgos, (*Burgi*) in Hispania. — Fratres galli Prov. Tolosanae, a. 1903 Hospitium receperunt in domo vulgo *Casa Blanca.* Anno 1905 pedes fixerunt in antiquo Conventu de Fratribus Trinitariis, ibique manserunt usque ad a. 1929. Vide etiam *Cardeña.*
BUENAV., *La Prov. de Castilla*, I, cf. Ind. (de vanis tentaminibus erigendi olim conv.).
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. de Toulouse*, p. 132.
SIX MOIS *d'Exil au Pays du Cid.* Paris 1904.

Burgos (*dioecesis*). Haec *Burgensis* D. recta est an. 1824-25 a nostro antistite Raphael VÉLEZ a Vélez Málaga.

Burgovium, vide *Burgau*

Burgundiae antiqua Provincia (*Bourgogne* in Gallia) sub tit. S. Andreae. — Iam ab a. 1582 primi Conventus fundati sunt in Burgundia, et erant sub ditione prov. Lugdunensis. Anno 1618 soluti sunt ab illa provincia conventus novem, scilicet: *Besançon, Lons-le-Saunier, Poligny, Salins, Dôle, Gray, Vesoul, Pesmes* et *Pontarlier*, ex quibus formata est nova provincia comitatus *Burgundiae* seu *S. Andreae.* — Anno 1754 in hac provincia numerabantur: Conventus 21 et Religiosi 371; sed exorta Revolutione (1789), omnes Conventus suppressi sunt.

Index Conventuum qui olim pertinuerunt ad Prov. Burgund.: Arbois, Baume-les-Dames, Belfort, Besançon, Champlitte, Dôle, Faucogney,, Gray, Gy, Jussey, Lons-le-Saunier, Lure, Luxeuil, Orgelet, Pesmes, Poligny, Pontarlier, Saint-Amour, Saint-Claude, Salins, Vesoul, Vuillafans.

Series Superiorum Prov. addito eorum electionis tempore (cfr. « Schematismus Cap. Prov. Lugdunen. » a. 1895, p. 107-138).
Gratianus a Montfort: 1618, 1624, 1630.
Ludovicus a St. Claude: 1621.
Desideratus a Lons-le-Saunier: 1627, 1635, 1642, 1648, 1653.
Ludovicus a Dôle: 1632.
Gilbertus a Penessières: 1639.
Ioan. Bapt. a Dôle: 1645, 1654.
Claudius Franc. a Salins: 1650.
Ioachimus ab Uziès: 1657.
Hilarius a Pesmes: 1659.
Marcilianus a Vuillafans: 1662.
Cherubinus a Lure: 1664, 1670, 1676, 1682.
Iovita a Cervins: 1667, 1673.
Franciscus a Volore: 1679.
Franciscus a Saint-Amour: 1685, 1692, 1698.
Albertus a Besançon: 1690.
Leopoldus a Faucogney: 1695, 1701, 1707.
Emmanuel a Faucogney: 1704, 1710.
Michaelangelus a Besançon: 1712, 1718.
Augustinus a Moirans: 1715.
Archangelus a Vesoul: 1720, 1726.
Basilius ab Ornans: 1723, 1729, 1735.
Serapius a Iussey: 1732.
Aloisius a Vesoul: 1738, 1744.
Alexander a Jussey: 1741, 1747.
Silvester a Moirans: 1750.
Iosephus a Gouhenans: 1753.
Carolus a Cramans: 1756, 1768.
Ioan. Claudius a Dampvalley: 1759, 1762.
Basilius ab Ornans: 1765, 1771.
Clemens a Salins: 1774.
Ieremias a Bouclans: 1777.
Philippus a Neurey: 1780.
Balthasar a Baume: 1783.
Tiburtius a Jussey: 1786.
Ioannes a Saint-Jean: 1788.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
DE QUIBUS TRACTATUR SUO PROPRIO LOCO

Epiphanius a Moirans, miss. († post a. 1685)
Iosephus Romanus Joly a Saint-Claude, scriptor († 1805)
Ludovicus a Dôle, scriptor († 1636)
Prudentius Vauchoz a Faucogney, rei agrariae cultor († 1792)
Tiburtius a Jussey, proc. gen. († 1804)

Bibliographia

BULL. CAP., V, 123, 144-51, 400.
CHOROGRAPHICA DESCRIPT. O. CAP. (ed. 1649) Tab. 38; (ed. 1712) Tab. 18.
MOREY (L'ABBÉ J.), *Les Capucins en Franche-Comté.* Paris, 1881.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, I, 213.
SCHEMATISMUS *Prov. Lugd.* (1895), p. 17, 107-38.
TREVILLERS (DE) JULES, *Sequania monastica. Dictionnaire des couvents... de Franche-Comté... antérieure à 1790.* Vesoul, 1950. Cfr. pag. 239, Ind. convent. FF. Capucc. de quibus tractatur in opere.
UBALD, *Catalogue des mss.*, p. 110-12.
ANALECTA O. CAP., 21 (1905) p. 213; 22 (1906) p. 25, 357-67 (Notitiae et Docum. ad hi-

storium Prov. Burgund. pertin.); 28 (1912) p. 251 (Docum. prov. Burg. in Arch. Status Mediolani.

COLLECTAN. FRANC., 6 (1936) p. 18, 19.

ETUDES FRANC., 45 (1933) p. 20-47 *Une page d'hist. franc. bourguignone* (P. Godefroy).

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Caeremoniale parvum, seu Ritus qui observari solent apud PP. Capuccinos Prov. Burgundiae. Vesontione, 1712.

Burlingame, California (Status Foeder. Amer. sept.). — Fratres prov. Hiberniae, domum religiosam ibi a. 1927 aedificarunt cum sacello S. Mariae Angelorum dicato.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22 tab. XX.

CAPUCHINEWS, *The monthly publication of the Capuchin Club.* 1931 ss.

FATHER MATHEW RECORD (Dublin) 22 (1929) p. 133 s.

Burton Park, Sussex, in prov. Anglica. — Fratres nostri ibi morati sunt ab a. 1905 ad a. 1924, apud ecclesiam SS. Antonio et Georgio dicatam.

WILLIAM, *Capuchins in England*, p. 58, 59.

Busacchinum, vide *Bisacquino*

Busca, in Prov. Pedemontana. — Conventus aedificatus est a. 1833, cum Ecclesia sub titulo SS. Cordis Iesu.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 29 tab. III.

ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 317.

NUOVA CROCIATA FRANC., a. 1925, p. 130.

Buscemi in Prov. Syracusana (Sicilia). — Anno 1761 erectus fuit Conventus, sed derelictus est a. 1786 propter legem a Gubernio conditam, de abrogandis parvis domibus religiosorum mendicantium. — (*Mss. Prov.*).

Busiritana *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo ornatus est a. 1925-1936, noster missionarius Caelestinus CATTANEO a Desio.

Busseto (*Buxetum*) in Prov. Parmensi. — Conventus exstructus a. 1581, iuxta Ecclesiam S. Geminiani, suppressus est a. 1810.

BULLAR. CAP., II, 441.

CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 66-68.

Bussolari Iosephus-Antonius a S. Giovanni in Persiceto (*Min. Gen.* et *Archiep.*). — Ortus a. 1869, habitum induit a. 1884. Omnia munia in sua Bononiensi Provincia obivit. In Ordine officia sustinuit Postulatoris Causarum, Definitoris, Procuratoris et Ministri Gener. (1920-26). Fuit etiam Visitator Apost. pro Brasiliae Dioecesibus (1923-24); Consultor S. Congr. de Sacram. ac tandem Archiepiscopus *Mutinensis* (Modena) et Abbas nullius Nonantulae ab a. 1926. Obiit in sua sede d. 12 dec. 1939. — Opera edidit de re liturgica etc. inter quae: *De SS. Communionis frequentia in Familiis religiosis* (1905); *De Boni Pastoris cultu amplificando* (1914).

FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 321, 322.

DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 279-92.

DONATO DA S. GIOV. IN PERSICETO, *Elogio funebre*. Bologna, 1940.

ANALECTA CAP., 30 (1914) p. 177 (Proc. Gen.), 36 (1920) p. 178 (Min. Gen.) — 42 (1926) p. 141, 198 (Archiep.) — 54 (1938) p. 222 (Postul. Gener.) — 56 (1940) p. 19-22 (necrol.). — Cfr. etiam « Anal. » *Index Gen.* vol. 1-50, p. 65.

BOLLETTINO *del Clero delle diocesi di Modena e Nonantola*, an. 1926-1939.

IL MASSAIA, 13 (1926) p. 122-24.

PROVINCIA DI BOLOGNA. *Atti ufficiali.* a. 1940, num. 2, p. 1-20 (Elogi funebri ecc.).

ZELATORE DEL T. O. F., 1920, p. 81-83; 1940 p. 1-3.

Butrium, vide *Budrio*

Buxetum, vide *Busseto*

Buyse Rogerius ab Izegem, prov. Belgicae alumnus. — Ortum habuit die 22 aug. 1892 seraphicis lanis indutus est die 20 sept. 1910; sacerdos consecratus an. 1917; laurea in sacra theologia decoratus an. 1922. Paulo post in missionem Punjabensem in Indiis Orient. profectus est. Ab an. 1931 Vicarii Gen. officio dioecesis Lahorensis fungebatur; die 6 aug. an. 1946 Vicarius Capitularis renuntiatus est et die tandem 12 iunii 1947 a Pio XII ad sedem episcopalem *Lahorensem* evectus.

ANALECTA CAP. 63 (1947) p. 98.

VOX MINORUM CAP. BELG., III, 1948, p. 30-35.

Conventus fundatus anno 1535



Ecclesia dicata B. V. in caelum Assumptae

Bigorio in Ticino (Helvetia)

C

Cabellio, vide *Cavaillon*

Cabillonium, vide *Chalon-sur-Saône*

Cabo Verde, vide *Caput Viride*

Cabra (*Calicula*, *Egabrum*) in Prov. Baetica seu Andalusiae. — Conventus aedific. a. 1635 cum ecclesia dicata S. Francisco Assisiensi, abrogatus est an. 1835.
Bullar. Cap. V, 419.
Ambros. de Val., *Reseña hist.*, II, 330.
Nicol. a Córd., *Notitia Baeticae Prov.*, p. 32.

Càccamo (*Caccabus*) in Prov. Panormitana. — Conventus, cum Ecclesia titulo S. Rochi, fundatus a. 1589.
Descriptio geogr. (1929), p. 28 tab. XI.
Bullar. Cap. III, 321.
Antonino da Cast., *Storia Prov. Palermo*, II, 120; III, 183; IV, 349, 374.
Pietro da S. Biagio Plàtani, *Caccamo, i Cappuccini e il loro convento*. Palermo 1937.
Fiamma Serafica (Palermo), a. 1927, p. 244, 277; a. 1934, p. 19 ss. (Del convento e dei cappuccini illustri di Càccamo).

Cacique Doble in Prov. Caxiensi, *Rio Grande do Sul* in Brasilia. — Paroecia B. M. V. de Lourdes erecta an. 1932 a fratribus Capuccinis administratur. Domus vero nostra ibi canonice erecta est an. 1944.
Teodoro de Alfredo Chaves, 50 *anos no Rio Grande do Sul* (1946) p. 161-65.
Analecta Cap. 64 (1948) p. 9.

Cacouna (Rimouski), in prov. Canadensi. — An. 1941 domus religiosa canonice erigitur et a. 1942 novitiatus ibi translatur ex urbe Quebec; ecclesia dicata est S. Laurentio a Brundusio.
Schematismus *Prov. Canadensis Orient.*, a. 1946, p. 11; vide *tab. geogr.* p. 16-17.
Analecta Cap., 59 (1943) p. 12.

Cadillac (*Castelliacum*, *Cadillacum*) in Prov. Tolosana. — Conventus, cum Ecclesia S. Ludov. regis, exstructus a. 1604, supprimitur a. 1791.
Bullar. Cap., V, 233, 407.
Apollin. a Val. *Bibl. Prov. Aquit.* p. 12.
Idem, *Toulouse chrétienne*, I, 57 ss.
Irénée, *Hist. Prov. d'Aquit.* p. 191-95.
Idem, *Nécrol. Prov. de Toulouse*, p. 50.

Cádiz (*Acci*, *Gades*) in provincia Baetica seu Andalusiae. — Prima residentia (1639) apud aediculam S. Catharinae mart. Novus Conventus exstructus est a. 1641 sub eodem titulo S. Catharinae. Abrogatus est a. 1835.
Bullar. Cap. V, 419; VIII, p. 357.
Ambrosio de Valencina, *Reseña histórica*, III, 13-28; IV, 142-167.
Nicol. a Córd., *Notitia Prov. Baeticae*, p. 32.
Estudios Franc. 21 (1918) p. 288-91. *La Iglesia de S. Catalina. Ex Convento de Capuchinos* (E. Romero de Torres).
Florecillas de S. Franc., a. 1932, p. 198-201, *El Altar mayor de los Capuchinos de Cádiz*.
Verdad y Caridad, a. 1930, p 236-38 (de antiqua ecclesia S. Catarinae, FF. Capuccin.).

Cádiz-Ceuta (*dioecesis*). Huic *Gadicensi* seu *Gaditanae et Septensi* D. praefuit episcopus ex Ord. Cap. Felix M. Arriete Llano a Cádiz ab a. 1863 usque ad a. 1879, quo moritur.

Cadomum, vide *Caen*

Cadossensis *sedes titularis episcopalis*. — Hoc titulo potitus est an. 1930 noster sodalis Gaspar Monconill y Viladot a Pinell.

Cadralium, vide *Caraglio*

Cadurcum, vide *Cahors*

Caelestinus a Bergamo, nobili genere *Colleoni* ortus a. 1568; concionator et lector in veteri prov. Brixiensi (+ 1635). — Non pauca scripsit et vulgavit opera historica, quibus recensentur: *Breve ragguaglio dei Conventi Cappuccini di Bergamo*. Brescia 1622. *Historia quadripartita di Bergamo e suo territorio*. Bergamo 1617. — *Storia del monastero di Pontida* (a cura di Ant. Alessandri). Bergamo 1876. — *Vita e martirio dei SS. Fermo e Rustico nobili bergamaschi*. Ib. 1606... *Vita di S. Patrizio apostolo d'Irlanda*. Brescia 1622.
Bernardus, *Bibl. Script.* p. 65.
Eduardus, *Bibl. Mariana*, p. 17.
Sbaraglia, *Scriptores*, I, 197.
Ioan. a S. Ant., *Bibl. franc.* I, 272.
Hurter, *Nomenclator*, III, 554.
Valdemiro, *Capp. Bergamaschi*, p. 73-76.
Calvi D., *Scrittori Bergamaschi*, I, 95.
Ilarino, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 89-93.

Caelestinus a Desio, vide *Cattaneo C., episc.*

Caelestinus a Mont-de-Marsan, alumnus antiquae Prov. Aquitaniae († 1650). — S. Theol. Lector eruditus. Opera egregia edidit, inter quae: *Clavis David, seu Arcana Scripturae Sacrae.*

Bern. a Bon., *Biblioth. Script.* p. 66.
Joan. a S. Ant., *Biblioth. franc.* I, 273-74.
Apollin. a Val., *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 51.
Irén. d'Aul., *Bibl. Cap. de Toulouse*, p. 9.
Diction. Théol. Cathol., ii, 2064.

Caelestinus a Nîmes (*Clot*), clericus prov. Lugdunensis, tempore gallicae subversionis necatus (1790).

Vide *Benedictus a Beaucaire et socii.*

Caelestinus a Niort, prov. Turoniae in Gallia concionator. In Theologia polemica versatus, plurima libella vulgavit contra haereticos. Florebat circa a. 1650.

Bernardus, *Bibl. Script.* p. 66.
Sbaraglia, *Scriptores*, i, 197.
Ioan. a S. Ant., *Bibl. franc.*, i, 274.
Hurter, *Nomenclator*, iii, 993.

Caelestinus a Pedàvoli (nunc *Delianova*) Prov. Rheginensis in Calabria (1841-1910). — Missionarius in Brasilia, verbo et scriptis contra errores acriter pugnavit. Missionis Maragnonis (1872) et Pernambuci (1876) fuit Vice-Praefectus.

Modesto, *Mission. no Brasil*, p. 332-35.
Franc. da Vic., *Scrittori Capp. calabresi*, p. 30-33; *Appendice agli Scrittori*, p. 10.
Eduardus, *Biblioth. mariana*, p. 18.
Un grande Luctador. *Frei Celestino di P. S. Paulo*, 1906.
Analecta O. Cap. 26 (1910) p. 303 (Necrol.).
Seraphic Chronicle (New York) 17 (1934) p. 297, 307, 329, 339, 361, 371.

Caelestinus a Wervik, Prov. Belgicae. — E domo *Daubresse* ortus a. 1833, Ordinem ingressus est a. 1856. Pluries Minister Prov. — Praedicationi sedule vacavit, et Ecclesiae iuribus et dogmatibus tuendis verbo et scriptis specimina dedit. Anno 1868 speciale opus Forensium (vulgo: *Œuvre des Forains*) instituit pro religiosa adsistentia illorum vagorum qui propriam professionem huc illuc exercent. Obiit d. 27 mart. 1896.

Ange d'Anvers, *Les Promoteurs de l'œuvre des Forains en Belgique.* Mons 1937 (pp. 26-34 de P. Caelest.).
Analecta O. Cap. 12 (1896) p. 157-60.

Caelicum, vide *Célico*

« Caelorum Candor Splenduit » Haec *antiphona* quae in honorem Seraphici Patris nostri Francisci quotidie in choro recitatur *post Completorium* praescripta fuit a Capitulo generali an. 1685. Praescriptio autem pluries dein renovata fuit. Cfr. *Ordinationes et Decisiones Capit. Gen.* ed. an. 1851, p. 134, n. 3 — *Ordinationes Capit. Gen.* ed. 1928, n. 58. — *Analecta Cap.*, vii, (1891), p. 140, n. 1.

Caen (*Cadomum*) in Prov. Parisiensi. — Conventus aedificatus a. 1577 iuxta sacellum SS. Michaelis et Jacobi. Anno 1606 exstructa fuit nova Ecclesia. Omnia postea derelicta fuere.

Bullar. Cap. v, 90, 95, 393.
Godefroy, *Les Capucins en France. Prov. de Paris*, t. I, fasc. 1, p. 161; fasc. 2 p. 231.
[René de N.] *Docum. des Cap. en France*, p. 48 ss.
Analecta O. Cap. 27 (1911) p. 266-67.

Caeremoniale-Rituale. — De ritibus observandis in sacris peragendis vel in divinis officiis persolvendis primo loquuntur *Constitutiones* an. 1535-36 dum fratres nostros adhortantur ut ritus observent qui in Ecclesia universa vigent. Idipsum repetunt *Constitutiones* recognitae an. 1552, paucis additis praescriptionibus liturgicis. *Capitulum* vero *Generale* an. 1596 edidit articulos liturgicos speciales quibus via parabatur ad peculiare Ordinis Caeremoniale (Analecta, an. 1889, p. 139-141).

Primus autem qui hoc edendi *Caeremoniale* votum expressit fuit P. Paulus a Cesena in Capitulo Gen. an. 1613 sed munus illud redigendi suscepit P. Zacharias Boverio ex commissione Ministri Gen. P. Clementis a Noto illudque in lucem protulit Neapoli an. 1626. (*De sacris ritibus iuxta romanam regulam usui FF. Min. Capuccin.*). Numquam tamen hoc Caeremoniale seu Rituale fuit approbatum quandoquidem prius (1627) suppressum declaratum fuit a S. Congr. Indicis *donec corrigeretur;* die autem 19 aug. 1651 S. Congr. declaravit a Regularibus observandos esse ritus in *Caeremoniali episc.* descriptos. Exinde in Capitulis Gen. saepe commendatur simpliciter observantia Caeremonialis et Ritualis Romani. Anno tamen 1733 S. Congr. approbavit quosdam usus peculiares in Ordine introductos. Demum P. Eugenius a Rumilly typis vulgavit *Cerimoniale ed Ordinazioni dei FF. Minori Cappuccini* (Roma 1841).

Quoniam vero norma generalis deerat pro universo Ordine ab ipsa S. Congr. approbata, et quia consuetudines variarum provinciarum unico canoni subiacere non poterant, mos invaluit Caeremonialia seu Ritualia *ad usum fratrum propriae provinciae* edendi, quorum specimina, iuxta ordinem *Provinciarum* exhibemus:

Alsatiae: *Caerem.* (Argentorati 1755)
Andalusiae: *Caerem.* (Granada 1721)
Bavarica: *Caerem.* (Monachii 1720)
— *Manuale Rit.* (Herbipoli 1868)
Belgica: *Consuetudinarium* (Brasschaat 1922)
Castellae: *Collectanea* (Matriti 1658)
— *Ritual o Cerem.* (Ib. 1761)
Catalauniae: *Manual* (Barcelona s. a.)
— *Caeremoniale* (Barcinone 1716)
Coloniensis: *Caeremon.* (Coloniae 1689)

Flandro-Belgica: *Caerem.* (Lovanii 1759)
Galliae: *Rituale* (Paris 1860)
Helvetica: *Caerem.* (Friburgi 1743)
Insulensis: *Caerem.* (Leodii 1761)
Lugdunensis: *Cérém.* (Marseille 1871)
Parmensis: *Synopsis Rit.* (Placen. 1718)
Panormitana: *Manuale* (Panormi 1698)
Poloniae: *Ritualis* (Lublini 1771)
Rhenana: *Caerem.* (Moguntiae 1716)
— *Epitome sacr. Rit.* (Ib. 1684)
Rhenano-Westf.: *Caerem.* (Mogun. 1889)
Sabaudiae: *Cérém.* (Chambéry 1882)
Styriae: *Rituale* (Clagenf. 1778)
Tirolis Septentr.: *Manuale* (Brixinae 1732)
Valentina: *Cerem.* (Valen. 1731)

At anno 1892 omnia vetera Caeremonalia et Ritualia, sive Ordinis, sive particularium Provinciarum abrogata sunt, atque pro toto Ordine vulgatum est: *Caeremoniale romano. seraphicum ad specialem usum FF. Minorum S. Franc. Capuccinorum a S. Rituum Congr. revisum et de licentia eiusdem S. Congr. editum.* Romae, typis Vaticanis, 1892. Hoc Caeremoniale sequuta sunt: *Manuale precum functionum sacrarum ac Benedictionum ad usum FF. Min. Capuccinorum accomodatum* (Romae 1901). — *Rituale romano-seraphicum ad usum FF. Min. Cap.* (Romae 1915).

Anno demum 1944 iussu Ministri Gener. Romae apud Curiam Generalem editum est novum *Caeremoniale Romano-Seraphicum ad usum Ord. FF. Min. Capuccinorum, S. Rituum Congr. auctoritate approbatum.* — In « Litteris circularibus » Ministri Gen. (16 ian. 1944) quibus nova editio Caeremonialis universo Ordini praesentatur et imponitur sic statuitur « *Quae pridem in usu erant Caeremonialia et Ritualia aboleantur; et si quae sint Manualia vel huiusmodi particularia Provinciarum statuta, corrigantur et huic editioni plane conformentur* ». Cfr. Collectan. Franc. 14 (1944) p. 352-54.

Bernardus, *Bibl. Script.*, Ind. mater. p. 290
Appendix *ad Bibl. Script.*, Ind. mater. p. 48.
Melchior, *Historia O. Cap.*, i, 121 s.; ii, 84 ss.
Analecta Cap. 60 (1944) p. 3-6: *Litt. circul. Min. Gen.*, p. .50: *Decr. S. Rit. Congr.*; 62 (1946) p. 44-47: *De novi Caerem. evolutione et obligatione.* — Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) sub v. *Caeremoniale* et *Rituale.*

Caesaraugusta, vide *Zaragoza*

Caesarianum vide *Jerez de la Frontera*

Caesaris Insula, vide *Kaiserswerth*

Caesarius a Tours (*Potier*), prov. Parisiensis lector, magister novitiorum et definitor († 1922). — Praeter scripta ascetica et biographica ab eo vulgata in variis Periodicis, duo opera praesertim notanda sunt, scilicet: *La perfection séraphique d'après St. François.* (Couvin 1919) pluries postea reimpressa, et: *L'apôtre seráphique. Traité d'eloquence franciscaine* (Paris 1919).

Eduardus, *Bibl. Mariana*, p. 15.
Dictionn. de Spiritualité ii, 432 s.
Analecta Cap., 37 (1921) p. 220. Opus: *La perfection séraphique*, a Benedicto XV commendatur).

Caesarodunum vide *Tours*

Caesena, vide *Cesena*

Caesenaticum, vide *Cesenático*

Cagli (*Callium*) in Prov. Picena. — Conventus, cum ecclesia S. Gerontio ep. et mart. dicata, exstat ab a. 1566.

Descriptio geogr. (1929), p. 31 tab. vii.
Bullar. Cap. II, 437.
Gius. da Fermo, *Necrol. Prov.* p. 370.
Idem, *Iscrizioni Prov. March.* p. 4, 166.
Idem, *I Francescani nelle Marche*, p. 40.
Vita Francescana (Loreto), a. 1929, p. 80.

Cágliari (Provincia Ordinis) vide *Calaritana Prov.*

Cagliari (*Calaris*) in Sardinia. — Prior Conventus S. Antonii, fundatus est a. 1591-92; alter, sub titulo S. Benedicti Abb., a. 1643, suppressus a. 1860 circ.; praesens cum Ecclesia S. Antonii Patav., exstat ab a. 1903.

In hoc loco an. 1781 obiit B. Ignatius a Láconi.

Bullar. Cap. III, 327.
Descriptio geogr. (1929), p. 42 tab. x.
Boverio, *Annales*, ii, 462 (a 1591).
Analecta Cap., 1 (1885) p. 189.
Voce Serafica della Sardegna, a. 1928, pag. 25.

— Monasterium monialium *Capuccinarum*, S. Antonio dicatum, originem ducit ab a. 1737.

Bullar. Cap. iii, 327.
Giorgio da Riano *Le Monache Cappuccine a Cágliari. Notizie stor. e biografiche.* Cágliari 1938. Circa moniales vide praesertim p. 170-89 *Maria Rosalia Montañana a Barcelona*, abbatissa († 1794) et p. 221 ss. *Maria Rosalia Merlo a Cágliari* († 1772). (Cfr. *Collectan. Franc.* a. 1940 p. 327).

Cagnano (Oveglia)? in Corsica. — Ibi olim exstitit Conventus a. 1611 aedificatus, cum ecclesia sub titulo Assumptionis B. M. Virginis.
bullar. cap., ii, 456 (*Oveglia*).

Cahagne Taurinus ab Heubécourt, episc., alumnus prov. Parisiensis. — Ortus est a. 1826 die 26 maii. Sacerdotio auctus a. 1849, postea habitum seraphicum sumpsit in Ordine Capuccinorum a. 1856. Una cum G. Massaia, a. 1866 profectus est ad missionem apud Gallas in Aethiopia. An. 1873, die 21 mart., creatus est episcopus titul. *Adramyttenus* et coadiutor episc. G. Massaia; mense vero augusto a. 1880 fit Vicarius Apost. eiusdem Missionis apud *Gallas.* Obiit Carcassonne in Gallia, ubi transeundo commorabatur, die 1 sept. 1899. — Parvum et magnum *Catechismum* edidit ad usum populi de *Oromos.*

BULLAR. CAP., X, 720.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 274 ss.
IDEM, *Le Missioni*, x, 157, 175 ss.
IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 68.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, III, 295.
ANALECTA CAP. 2 (1886) p. 364. — 15 (1899) p. 352. — 16 (1900) p. 58-60.
ECHO DE ST. FRANÇOIS (Toulouse), a. 1899, novem. — a. 1900 p. 15.

Cahors (*Cadurcum*) in Prov. Tolosana. — Prior Conventus, erectus a. 1607 sub tit. S. Michaelis, supprimitur a. 1791. Alter, sub tit. S. Fidelis a Sigmaringa, fund. a. 1863, et abrogatus a. 1901, omnino derelictus est a. 1925.

BULLAR. CAP., V, 407; x, 539, 548, 603.
APOLLIN. DE VAL., *Bibl. Prov. Aquit.* p. 17.
IDEM, *Toulouse Chrétienne* I, 65 ss.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. Aquit.*, p. 233-37.
IDEM, *Hist. Prov. Toulouse*, I, 335-46.
IDEM, *Hist. Prov. de France*, III Part. p. 231-42.
ECHO ST. FRANÇOIS (*Toulouse*), a. 1903, Mai p. 18 (Conv. supprimitur a. 1901).

Caiazzo (*Calatia*) in Prov. Neapolitana. — Conventus, cum Ecclesia Spiritus Sancti, aedificatus a. 1592, suppressus a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 308.
BONAV. DA SORR., *I Capp. Prov. Napoli.* p. 8.

Caiazzo (*dioecesis*). Inter episcopos huius *Caiacensis* D. a. 1592 recensetur noster sodalis Laur. ACQUAVIVA neapolitanus († 1617).

Cajeta, vide *Gaeta*

Caietanus M. a Bergamo, Prov. Brixiensis. Domo *Migliorini* ortus anno 1672, habitum induit a. 1691, obiitque in patria a. 1753. Concionator magni nominis et scriptor, de rebus potissimum asceticis, eximius. Prae ceteris operibus quae edidit praestant: *Il Cappuccino ritirato per 10 giorni*. — *L'umiltà del cuore*. — *La carità fraterna*. — *Pensieri ed affetti sopra la Passione di G. C.* — *L'Uomo apostolico al Confessionario*. — Operum omnium collectio paruit Romae, 1776-80 (voll. 12) et Monza, 1838-46 (voll. 33). Plura opera ascetica in aliis linguis versa sunt.

ILARINO, *Bibliot. Capp. Lombardi*, p. 119-188
VALDEMIRO, *I Capp. bergamaschi*, p. 201-10.
BERN. A BON., *Biblioth. Script.* p. 57.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 206.
HURTER, *Nomenclator* IV, 1640.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 935.
MAXIMILIAN NEUMAYR, *Die Schriftpredigt im Barock* (Paderborn 1938) p. 186 (Index).
DICTIONN. THÉOL. CATH. VI, 985-87.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, v, 1846.
[ALESSANDRO VISCARDI DA BERGAMO], *Notizie stor. intorno alla vita, studi e libri mandati alla luce dal P. Gaet. da Berg.* Roma, 1776, pp. 24.
ECO DI S. FRANC., a. 1883, p. 106-112.

FRANC. LEVEN II (1919) p. 75, 105; XIII (1930) p. 89, 112.
ITALIA FRANC. 25 (1950) 34-43, 106-120, *Uno scrittore ascetico del 700: G. da B.* (Metodio da Nembro).
PROVINZBOTE (Bayern), 16 (1936) p. 144-45 (de prima translatione et editione latina libri: *Il Cappuccino ritirato*, 1750).

Caietanus a Caltanissetta, alumnus prov. Panormitanae. — Postulator generalis a. 1779 renuntiatus, anno sequenti (1780) moritur.

ANALECTA CAP. 54 (1938) p. 220.

Caietanus a Messina, senior. — Natus 1807, Ordinem ingreditur in Prov. Messanensi annos circ. 16 agens. Ad missionem Brasiliae pervenit a. 1842. Fuit Commiss. Gener. Brasiliae et Uruguay et Praef. Apost. Miss. Rio de Janeiro. Ob suos magnos apostolicos labores, Brasiliae apostolus vocatus est. Obiit in Montevideo an. 1878.

MODESTO, *Miss. no Brasil*, p. 279-88, 369-83.
GUENNES I., *Os Capuchinhos em Pernambuco* (Recife 1871), p. 72-79.
GIUSEPPE DA CASTROGIOVANNI, *Notizie della Missione di Rio de Janeiro* (1910), p. 80-88.
BOURROUL E.-L. *Frei Gaetano de M. Estudio historico-religioso.* S. Paulo 1879.
COLLECTAN. FRANC. 7 (1937) p. 672 (n. 6).
SERAPHIC CHRONICLE (N. York) 18 (1935) p. 82, 115.

Caietanus a Messina, (iunior), prov. Messanensis missionarius. Natus an. 1843; Ordinem ingressus an. 1859. Ad missiones in Brasilia profectus an. 1870, ibidem per fere 50 annos sacrum obivit ministerium religiosarum virtutum optima exempla praebens. Ab an. 1885 ad an 1911 officio Praefecti laudabiliter functus est eiusque industria non tantum se extendit ad bonum spirituale animarum, sed etiam ad materiales utilitates. Ecclesias aedificavit, collegium-orphanotrophium Boni Consilii amplificavit, hospitium S. Fidelis a Sigmaringa erexit in *Bom Conselho* pro missionariis. Post tot labores exantlatos piissime in Domino quievit die 5 iunii an. 1929 in praefato hospitio Bom Conselho.

MODESTO, *Mission. no Brasil*, p. 336-40.
ANALECTA CAP., 45 (1930) p. 300
SERAPHIC CHRONICLE (N. York), 18 (1935) pag. 182, 206.

Caietanus a Pistoia vide *Carli Caietanus.*

Caimenae, vide *Cómiso*

Cainovum, vide *Chinon*

Caivano (*Caivanum*) in Prov. Neapolitana. — Conventus, conditus 1586, cum Ecclesia S. Mariae a Spiritu Sancto dicata, suppressus a. 1866.

BULLAR. CAP., III, p. 308.
BONAV. DA SORR., *I Capp. Prov. Napoli.* p. 8.

Calabria in Italia meridionali. — Conventus regionis Calabrae, si excipias annos 1532-1584.

et a. 1909-1914, semper duas provincias efformarunt *Consentinam* nempe et *Rheginensem*, de quibus agitur suo loco.

Calabrium, vide *Chalabre*

Calais (*Calesium, Caletum*) in Prov. Parisiensi. — Vetus conventus exstruebatur an. 1619 sub tit. S. Antonii Patavini. Praesens conventus instauratus est a. 1879; ecclesia dicata est S. Iosepho a Leonessa.

Bullar. Cap. v, 27, 389.
Descriptio geogr. (1929) p. 28 tab. xiii.
Analecta O. Cap. 1 (1884-85) p. 307-09: *Cappuccini di Cales avvelenati dalli calvinisti (1625).*
Collectan. Franc. 9 (1939) p. 312 n. 235 (de duabus Statuis, quae olim exstabant in nostra Ecclesia).
Echo de St. François (Toulouse), a 1903, Mai, p. 91-93 (suppressio conv. a. 1901).

Calancae Missio, vide *Mesauci-Cal. Missio*

Calanda, in Provincia Navarro-Aragonensi. Conventus fundatus a. 1750, derelictus est ob civilem eversionem a. 1835 (*Mss. Prov.*).

Chordigeri — Archiconfraternitas Chordigerorum S. P. Francisci, a Sixto V. ex Ord. Min. Convent. erecta in Patriarchali Basilica Assisiensi (Constit. « *Ex supremae dispositionis* » d. 19 nov. 1585), concessa facultate Magistro Generali Min. Conv. erigendi alias Confraternitates Chordigerorum in omnibus Ecclesiis I Ordinis, easque aggregandi Archiconfraternitati Assisiensi. S. Congreg. Indulg. d. 14 dec. 1904, Ordini nostro in perpetuum concessit facultates pro erectione Confraternitatum *Chordigerorum* in Ecclesiis nostris.

Die 31 dec. 1949 in Ordine nostro numerabantur 482 Associationes seu Fraternitates et 32.595 Sodales Chordigerorum.

Bibliographia

Bullar. Cap. i, 40-42; x, 775, 778 (Ind.).
Bullarii Cap. Regestum, num. 384.
Estatutos *de la Cofradía de Cordígeros, PP. Capuchinos de Ribadeo*. La Coruña 1948
Antonino, *Manuale sul T. O. F.*, cfr. Ind.
Campelo Ios., *De Indulgentiis Seraphici Ord.* (1943). p. 531 ss. (not. hist.).
[Fr. Dominique, O. Cap.] *Guide des Cordigères*. Montréal, 1949. 251 pp.
Emilio da Matrice, *I Cordigeri. Piccolo catechismo*. Vicenza, 1942, 102 pp.
Hilarius Parisien. O. Cap., *Liber Tertii Ord. S. Franc.* (Genève 1888) pp. 741-86: De Chordigeris.
Analecta O. Cap. 21 (1905) p. 41 *Rescript. S. Congr. Indulg.*; 28 (1912) p. 359 *Monitum de Confrat. Chord.*; 39 (1923) p. 156 *Explanatio Rescripti a. 1904*.
Tertius Ordo (Periodicum), 2 (1941) p. 79-83, de facultatibus Min. Gen. O. Cap. concessis; 10 (1949) p. 65-69, De precibus a Chordig. recitandis necnon de eorum Statutis; 11 (1950) p. 49, Conspectus generalis Chordigerorum FF. Cap. die 31 dec. 1949.

Periodica pro Chordigeris a Capuccinis edita

L'Agneau de St. François - Billet mensuel des petits cordigères de St. Franç., Saint-Etienne (Prov. Lugdunen.) 1935, ss.
L'Alouette Franciscaine - Organe des Cordigères (Prov. Parisiensis) Calais 1926, ss.
L'Amico del Cordigero (Prov. Parmen.) Modena, 1931, ss.
O Cordígero (*Revista da Arquiconfraria do Cordão do S. Franc.*). São Paulo (PP. Capuch.) 1950 ss.
Cordiglio Bianco, Foglietto mensile per i Cordigeri francescani d'Italia. Roma (Centro Nazion. dei Min. Capp. del T. O. F.), 1948 ss.
Cordón Seráfico. *Suplemento de « Vida Franciscana » para los Cordígeros*. Córdoba 1950 ss.

Chorographia Ord. Cap., vide *Missiones, Provinciae*

Chorrillos (Residentia), vide *Peruviae Custodia*

Christen Bernardus ab Andermatt, Minister Gener. et Archiep., Prov. Helveticae alumnus. — Natus a. 1837 et Ordinem ingressus a. 1855. Philos. et Theol. Lector, Magister Novit. et suae Prov. Minister. Per vigintiquatuor annorum spatium (1884-1908) totum Ordinem moderavit ut *Generalis Minister*, eumque maximo labore et amore provexit. In Missiones exteras singularem curam contulit, et Historiae Ordinis investigandae et scribendae fautorem se praebuit. Munere expleto, ad Sedem archiepiscopalem titul. *Stauropolitanam* promotus est d. 30 maii 1908, posteaque in patriam reversus, obiit in Ingenbohl, d. 11 mart. 1909. — Edidit: *Leben des hl. Franz. v. Assisi*, Innsbruck, 1898, 1902 et 1922; gallice versa (Paris 1901) italice (Innsbruck 1902) et hispanice (Bahaia 1908).

Bossart Thomas (O. S. B.) *P. Bern. von Andermatt (Leichenrede)*. Einsiedeln, 1909.
Felice, *Tavole Capitoli Gener.* p. 299, 307.
Felder Hilarin, O.Cap., *General und Erzbischof P. Bernard Christen v. Andermatt und Erneuerung des Kapuzinerordens*, Schwyz, 1943, pp. 436. — Cfr. *Collectan. Franc.* a. 1945, p. 248-50.
Frowinus von Solothurn, *Bern. Christen General d. Kapuz.* — Luzern, 1909.
Ignudi Stef. O. M. Conv. — *Orazione funebre*, Roma, 1909.
Dictionn. Hist. Eccl. viii, 576.
Enciclopedia Cattolica, iii, 1567.
Analecta Cap. 25 (1909) p. 151-60. (Necrol.) Cfr. et *Index Gener.* voll. 1-50, p. 65.
St. Fidelis (Schweiz) 21 (1934) p. 103-11: *Das goldene Jubiläum d. General*.

Christianus a Kientzheim, (*domo Joos*). — Natus a. 1718 et in Alsatiae Prov. indutus a. 1738. Fuit bis Minister Prov. (1786 et 1792), nec plura de eo constant. Scripsit de re ascetica, praesertim « *Wohlgebahnte Himmelstrasse..* » Strassburg 1774, voll. 2 (Manuale asceticum completum).

Armel, *Les Cap. d'Alsace*, p. 71, 166, 316.
Eduardus, *Biblioth. Mariana*, p. 88.
Dictionn. de Spiritualité, ii, 870.
Analecta Cap. 38 (1922) p. 187 (Opera).
Archiv für Elsässische Kirchengesch. (Rixheim) I, 1926, p. 321-23.

Christina Eleusari, monialis Capuccina, vide *Città di Castello*

Christophorus ab Assisi, suam provinciam Umbriae bis rexit; bis quoque totius Ordinis electus est *Procurator* (1587 et 1593). Obiit a. 1599 in patrio conventu.

Boverio, *Annales*, ii, 242.
Felice, *Tavole Capit. Gener.*, p. 91, 95.
Collectan. Franc., 5 (1935) p. 253; 11 (1941) p. 75.

Christophorus ab Azcona, Prov. Navarrae. — Natus a. 1631, habitum induit a. 1650 in Castellae Prov. — Vir sanctimoniae illustris. Ad Nigritiae missionem profectus a. 1677, obiit anno seq. d. 4 febr. in pago Catandi (Ponga).

Pellegrino, *Annali*, iii, 370.
Rocco da Cesinale, *Storia Miss.* iii, 511.
Clem. da Terzorio, *Le Miss. Capp.* X, 354.
Ildefonso, *Capuch. de Navarra*, i, 155-92.
Analecta O. Cap. 8 (1892) p. 314, 340 (Vita et Gesta).

Christophorus a Cashel (domo *Kearney*), in Hibernica provincia missionarius industrius, Definitor atque Commissarius Gener. (1650). Rediens e Capitulo Generali, Romae celebrato a. 1656, mors illi obtigit in oppido *Fano* in Piceno d. 5 nov. 1656. Scripsit de *origine et progressu Missionis Hibernicae Capuccinorum ab a.* 1608 *ad a.* 1654, quae Relatio, anglice versa, edita est in periodico: *Father Mathew Record* (Dublin) a. 1913, p. 69 87, 106, 124, 142.

Pellegrino, *Annali*, ii, 470 ss.
Angelus, *Irish Capuchins*, p. 30, 33, 43, 88.

Christophorus a Cremona (domo *Picenardi*) Prov. Mediolanensis. — Ille *Christophorus* est, cuius vitam A. Manzoni egregie commemorat in opere *Promessi Sposi.* — Quaestio de huius viri authenticitate, olim abunde divexata, post tot investigationes historicas satis compertum est de vera P. Christ. existentia. Natus anno 1568, in Ordine nostro mala vitae anteactae verbo et exemplo expiavit. Mediolani, a. 1630 peste grassante victima caritatis occubuit. Anno 1928 in patria civitate via publica inscribitur a P. Christophoris nomine.

Valdemiro, *I Capp. milanesi*, vol. II, Appendice II pag. xxiii-liv; *Il P. Cristof. storico o ideale?*
Gloriose pagine di Storia Cappuccino-Cremonese. *Storica realtà e patria del P. Cristoforo manzoniano* (Cremona 1929) v. pp. 79-94 et 101-105.
Felice da Mezzana, *Cenni sul P. Cristoforo del Manzoni*. Crema 1899.
Remigio Le Pera [da Crópani], *P. Cristoforo ne « I Promessi Sposi »*. Reggio Calabria, 1947, pp. 27.
Pennacchi Franc., *Riflessi francescani nell'opera di A. Manzoni*, Sancasciano (Firenze) 1928.
— Cfr. etiam bibliogr. sub v. *Manzoni A.*

Christophorus a Toscolano (Brescia), alumnus prov. Mediolanensis. — Anno 1630 peste infectis ut mater tenerrima administravit. A morbo illaesus servatus, Raetiae missionem petiit, ubi strenue pro fide catholica tuenda decertavit et ab episcopo primum legatus missus fuit in Flandriam et in Westfaliam pro pace negotianda: dein Romam ad Summum Pontificem Alexandrum VII. In Provinciam reversus, definitor electus est et pro tertia vice Minister Provincialis. Natus an. 1601, obiit an. 1681.

Bullar. Cap., ii, 358.
Rocco da Cesinale, *Storia*, ii, 197, 209, 214.
Clem. da Terzorio, *Missioni*, i, 68, 83, 183.
Valdemiro, *Cappuccini Bresciani*, p. 281-84.
Leggendario Cappuccino, ii, p. 170 s.
Clem. da Brescia, *Miss. della Rezia*, cf. Ind.

Christophorus a Verucchio, domo *Facciardi*, Prov. Bononiensis. — A FF. Min. Convent. ad nos venit; vir doctrina et eloquentia clarus. Obiit a. 1630 aetate an. 75. Edidit opera de re ascetica, et *Ceremoniale* ad usum Ordinis (1614).

Silvest. Mediol. *Annales Cap.* p. 547.
Gius. da Cannobio, *Annali Cap.* ii, 223.
Leggendario Capp. i, 271-75; vi, 510-17.
Bernardus, *Biblioth. Script.* p. 63.
Sbaraglia, *Script. Min.* i, 207.
Ioan. a S. Ant. *Biblioth. franc.* I, 263.
Donato, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 132-40.
Cinelli, *Biblioteca volante*, iv, 349.
Hurter, *Nomenclator Theol.* iii, 565.
Cuthbert, *I Cappuccini*, p. 408.
Dictonn. de Spiritualité, ii, 876 s.

Chronographi et Chronographia Ord. Cap. vide *Historiographia Capuccina*

Chronologia *principalium eventuum historiae Ordinis Min. Capuccinorum.*
— Quoad chronologiam Missionum et Provinciarum Ordinis v. *Missiones* et *Provinciae.* Quod vero ad viros magis illustres attinet, hic memoria habetur tantum de *Sanctis* ac *Beatis* (ad annum obitus, beatific. et canoniz.) atque de *Cardinalibus* (ad annum eorum creationis).

1525 Initia novae reformationis Ordinis Minorum ope FF. Matthaei a Bascio, Ludovici a Fossombrone aliorumque fratrum de Observantia in prov. Picena; quae reformatio postea *Capuccinorum* nuncupata est.
1528 Clemens VII (bulla « *Religionis zelus* » data die 3 iulii) approbat novam reformationem Capuccinorum.
1529 Celebratur primum Generale Capitulum in eremo de *Albacina* ibique primae *Constitutiones Gener.* conduntur.
1535 Romae celebratur secundum Capitulum Generale.
1536 Romae prosequitur celebratio Capituli Generalis anni praecedentis et novae *Constitutiones Gener.* promulgantur, quae sequenti anno Neapoli impressae sunt.
— Paulus III (bulla « *Exponi Nobis* » diei 25 aug.) confirmat erectionem novae Capuccinorum Congregationis.
1537 Paulus III (bulla « *Dudum siquidem* » d. 3 ian.), ad instantiam Min. Gen. FF. Observantium, prohibet quominus nostri sodales se transferant extra Italiam.
1538 Moniales Capuccinae Neapoli institutae a Paulo III curae spirituali et visitationi FF. Capuccinorum subiiciuntur.

1552 Vulgantur novae *Constitutiones Gener.*
1558 Ex hoc anno *Procurator Generalis* assumitur non iam e sola prov. Romana ut hactenus, sed ex qualibet provincia.
1560 Pius IV (bulla « *Pastoralis officii* » diei 2 apr.) Ordinem Capuccinorum noviter approbat et privilegia praecedenter concessa confirmat.
1564 Praescribuntur *Studia theologica* in qualibet Ord. provincia ad normam Concilii Tridentini.
— Ex hoc anno Ordini Cap. conceditur proprius *Cardinalis Protector*.
1574 A Gregorio XIII (bulla « *Ex nostri pastoralis officii* diei 6 maii) datur facultas Capuccinis erigendi domus et provincias etiam extra Italiam.
1575 Rediguntur novae *Constitutiones Gener.* ad mentem Concilii Trid. (impressae Venetiis an. 1577).
1587 Moritur S. Felix a Cantalice die 18 maii.
1596 In Capitulo Generalis redigitur « *Modus procedendi* » in Causis disciplinaribus.
1604 Moritur die 12 oct. S. Seraphinus a Montegranaro.
— Creatur *Cardinalis* Anselmus *Marzati* a Monopoli († 1607).
1608 Promulgantur novae *Constitutiones Gen.* novis decretis S. Sedis accommodatae (impressae Romae anno sequenti).
— Paulus V (Const. « *Ecclesiae militantis* » diei 15 oct.) Capuccinos esse veros FF. Minores ac S. Francisci filios genuinos declarat.
1612 Moritur die 4 febr. S. Iosephus a Leonessa.
1619 Paulus V (bulla « *Alias felicis recordationis* » diei 23 ian.) eximit *Vicarium Generalem* Capuccinorum ab omni dependentia a Magistro Generali Conventualium eumque *Ministrum Generalem* constituit.
1622 Martyrium S. Fidelis a Sigmaringen (24 apr.).
1624 Creatur *Cardinalis* Antonius *Barberini* a Firenze († 1646).
1625 Moritur die 30 apr. B. Benedictus ab Urbino.
— Beatificatio Ven. Felicis a Cantalice die 1 oct.
1627 Urbanus VIII (Const. « *Salvatoris Domini* » diei 28 iun.) denuo declarat Capuccinos genuinos S. Francisci filios esse.
1638 Martyrium BB. Agathangeli et Cassiani.
1643 Promulgantur et eduntur novae *Constitutiones Gener.* a Capitulo Generali revisae et approbatae.
1667 Definitores Generales *Romae* residere tenentur ad normam decreti « *Debitum* » diei 9 sept. Clementis IX.
— Moritur die 12 ian. B. Bernardus a Corleone.
1694 Moritur die 22 aug. B. Bernardus ab Offida.

1712 Maria Virgo sub titulo *Immaculatae Conceptionis* a Capitulo Generali in *Patronam* eligitur totius Ordinis.
— Creatur *Cardinalis* P. Franc. M. *Casini* ab Arezzo († 1719).
— Canonizatio B. Felicis a Cantalice (22 maii).
1725 Ex hoc anno Ministro et Procuratori Generali ius conceditur participandi *Cappellae Pontificiae*.
1727 Moritur die 9 iul. S. Veronica Giuliani.
1729 Beatificatio Ven. Fidelis a Sigmaringen et Ven. Seraphini a Montegranaro.
1737 Moritur die 27 iul. B. Maria Magdalena Martinengo.
— Beatificatio Ven. Iosephi a Leonissa (22 iun.).
1739 Moritur die 30 oct. B. Angelus ab Acri.
1743 A Benedicto XIV die 2 mart. officium *Concionatoris Apostolici* apud Aulam Pontificiam in perpetuum Ordini Capuccinorum concreditur.
1746 Canonizatio BB. Fidelis a Sigmaringen et Iosephi a Leonissa (29 iun.).
1750 Moritur die 19 maii B. Crispinus a Viterbo.
1767 Canonizatio B. Seraphini a Montegranaro (16 iul.).
1768 Beatificatio Ven. Bernardi a Corleone (29 apr.).
1781 Moritur die 11 maii B. Ignatius a Làconi.
1783 Beatificatio Ven. Laurentii a Brindisi.
1787 Moritur die 31 maii B. Felix a Nicosia.
1792 Martyrium B. Apollinaris a Posat (2 sept.)
1795 Beatificatio Ven. Bernardi ab Offida (25 maii).
1801 Moritur die 24 mart. B. Didacus Iosephus a Cádiz.
1802 Beatificatio Ven. Veronicae Giuliani.
1804 Promulgatur Pii VII bulla « *Inter graviores* » data die 15 maii circa electionem *Ministrorum Generalium* Ordinum Religiosorum, *alternatim* peragendam inter Hispanos et aliarum nationum religiosos.
1806 Beatificatio Ven. Crispini a Viterbo (26 aug.).
1825 Beatificatio Ven. Angeli ab Acri (9 dec.).
1826 Creatur *Cardinalis* Ludovicus *Micara* a Frascati († 1847).
1828 Officium *Postulatoris Generalis* subtrahitur Procuratori Generali et officium distinctum constituitur.
1839 Canonizatio B. Veronicae Giuliani (26 maii).
1841 Romae fundatur *Collegium S. Fidelis* pro Missionibus Capuccinorum (vid. a. 1908)
1853 Creatur *Cardinalis* Iustus *Recanati* a Camerino († 1861).
1866 Moritur B. Franciscus a Camporosso (17 sept.).
1867 Beatificatio Ven. Benedicti ab Urbino (15 ian.).
1873 Minister Generalis facultatem obtinet a

S. Sede erigendi *Collegia* seu *Seminaria Seraphica* in omnibus Ordinis provinciis.
1874 Ordo Capuccinorum die 6 ianuarii *consecratur SS. Cordi Iesu*.
1881 Canonizatio B. Laurentii a Brindisi (8 dec.).
1883 Capuccinis committitur directio *Congregationis universalis Almae Domus Lauretanae.*
1884 Omnes missiones exterae Ordini Capuccinorum concreditae *eximuntur* a Procuratore Generali Missionum et immediate constituuntur *sub dependentia* Min. Generalis.
— Creatur *Cardinalis* Gulielmus *Massaia.*
— In lucem editur periodicum officiale « *Analecta Ord. Min. Capuccinorum* ».
1887 Missiones exterae committuntur curae *singularum Provinciarum.*
1888 Beatificatio Ven. Felicis a Nicosia (12 febr.).
1892 Editur *Caeremoniale Romano-Seraphicum* ad specialem usum FF. Capuccinorum.
1893 Creatur *Cardinalis* Ignatius *Persico* a Napoli († 1895).
1894 Beatificatio Ven. Iosephi Didaci a Cádiz (10 apr.).
— Moritur S. Conradus a Parzham (21 apr.)
1897 Nova *domus Generalitia* inauguratur in Urbe (via Boncompagni).
1899 In Helvetia instituitur *Opus Seraphicum Missarum* ad fovendas Missiones O. Cap.
— Creatur *Cardinalis* Ios. Cal. *Vives y Tutó*
1900 Beatificatio Ven. Mariae Magdalenae Martinengo (3 iun.).
1904 Beatificatio Ven. Agathangeli a Vendôme et Cassiani a Nantes (23 oct.).
1908 Romae instituitur *Collegium Internationale S. Laurentii Brundusini.*
1909 Vulgantur novae *Constitutiones Generales*
1910 Litaniis Lauretanis, approbante Pio X, (8 sept.) additur invocatio « *Regina Ordinis Minorum* ».
1925 Promulgantur novae *Constitutiones Generales* ad normam Codicis Iuris Canonici (anno sequenti typis datae).
1926 Beatificatio Ven. Apollinaris a Posat (17 oct.).
1927 Promulgatur novus et unicus textus *Constitutionum Monialium Capuccinarum* ad normam Codicis Iuris Canonici.
1928 Solemni pompa celebratur *IV Centenarium* ab Ordine nostro condito.
— Promulgantur *Ordinationes Capitulorum General.* revisae et in codicem redactae.
1929 Beatificatio Ven. Francisci a Camporosso (30 iun.).
1930 Beatificatio Ven. Conradi a Parzham (15 iun.).
— Assisii erigitur *Collegium Internationale* ad historica studia promovenda (vide an. 1940).
1931 In lucem editur periodicum « *Collectanea Franciscana* ».
1934 Canonizatio B. Conradi a Parzham (20 maii).
— A Pio XI Ordini nostro concreditur universalis cura *Almae Domus Lauretanae.*
1939 Erigitur apud Curiam Generalem *Secretariatus Generalis pro Tertio Ordine Franciscano* cum proprio *Consilio* et commentario periodico internationali « *Tertius Ordo* ».
1940 Beatificatio Ven. Ignatii a Láconi (16 iun.).
— Romam transfertur Collegium Internationale Assisiense, cui nomen imponitur « *Institutum historicum Ord. FF. Min. Capuccinorum* ».
1944 Editur novum *Caeremoniale Romano-Seraphicum* ad usum Ord. FF. Min. Capuccinorum.
1950 Apud SS. Rit. Congr. (die 14 nov.) excutitur circa titulum « *Doctoris* » concedendum S. Laurentio a Brundusio.
— Monasterium « Corporis Christi » in Urbe deseritur a monialibus Capuccinis, ut ibi tranferatur Curia Generalis Ordinis nostri.

Chrudim (*Chrudimium*) in Prov. Bohemo-Morava. — Conventus exstructus an. 1656 cum ecclesia sub titulo S. Ioseph, a Superioribus Ordinis suppressus est an. 1947.

Descriptio geogr. (1929) p. 15 tab. xviii.
Bullar. Cap., iv, 377.
Pellegrino, *Annali*, ii, 479.
Greiderer, *Germania franc.*, i, 797.
Analecta Cap., 64 (1948) p. 10.
Serafinské Kvéty, a. 1906, p. 263-65.

Chryptaliae, vide *Grottaglie*

Chryptaurea, vide *Grotteria*

Chryptulae, vide *Gróttole*

Chrysologus a Gy, provinciae Lugdunensis. — Domo *Noè* ortus a. 1728, obiit a. 1808. Cosmographiae atque Astronomiae cultor eximius exstitit; ex eius autem operibus et laboribus nonnulla principia astronomica enucleata sunt. Anno 1778 edidit *Planispherium* binis fol. max. contentum, in quo conspici possunt omnia 900 sidera, quae La Caille in caelo australi posuerat. Paulo post alterum edidit *planispherium*, quadam manuductione adiecta, quod ei inscribere placuit *Abrégé d'Astronomie pour l'usage des planisphères.* Curiose etiam vacavit studiis *proiectionis stereographicae*, quae indigitat inclinationem orbis caelestis. Edidit insuper: *Hémisphère superieur d'une Mappemonde projetée sur le plan de l'Horizon de Paris*, Paris 1774 et 1779; *Planisphères celestes projetés sur le plan de l'Equateur*, ibid. 1778.

Appendix ad Script. Cap., p. 33.
Biografia univers. (Venezia 1823) xiv, 163.
Gasser A., *Le P. Chrysologue de Gy*, Paris 1896.
Ubald d'Alençon, *P. Chrysologue de Gy, Géographe et Astronome*, Anger 1901.
Eco di S. Franc., a. 1901, p. 273-74, *Un Cappuccino geografo ed astronomo.*

Etudes Franc. 5 (1901) p. 399-412: *Capucin Géographe et Astronome* (Ubald d'Alençon); 9 (1903) p. 83 s.

Chrysostomus, vide *Ioannes...*

Chur, Coire vel Coira (*Curia Rhaethorum*) in Prov. Helvetica. — Ab a. 1621 huc advenerunt Fratres nostri missionarii, quos inter *S. Fidelis a Sigmaringa*, ubi martyrium a. 1622 accepit. Anno 1643 fratribus assignata est domus prope Ecclesiam Cathedr. cum Cappella S. Lucii, ibique manserunt usque ad an. 1880.

Bullar. Cap., iv, 365.
Chronica Prov. Helveticae, p. 785 (v. *Curia*).
Silvest. Mediol., *Annales Cap.* p. 378.
Gius. da Cannobio, *Annali Capp.* II, 22.
Clem. da Brescia, *Storia Miss. Rezia*, v. Ind.
Schweizer. Kapuz. Festschrift (1928) v. *Index*.
Sankt Fidelis, 2 (1923-24) p. 177-94, 274-302; 33 (1946) p. 308-11.

Cibo, vide *Cybo.*

Cicagna, vide *Monleone*

Cicoli (*Equicolis*) Vicaria paroecialis dioecesis Reatinae (Rieti) in Prov. Aprutina. — Conventus cum ecclesia sub titulo Immaculatae Conceptionis B. M. V. an. 1568 fundatus et suppressus an. 1866.

Bull. Cap. iii, 326.
Filip. da Tus., *I Capp. degli Abruzzi*, p. 16.

Cidoniensis sedes titularis, vide *Cydoniensis...*

Cigliano (*Cilianum*), in Prov. Pedemontana. — Conventus nostros excepit ab a. 1827 usque ad suppressionem a. 1861.

Bullar. Cap., ix, 415.
Analecta Cap., 1 (1885) p. 317.
Nuova Crociata Franc. a. 1925, p. 130, 227.

Cile in America, vide *Chile*

Cilium, vide *Ceglie Messápico*

Cilli, vide *Celje*

Ciminna in Prov. Panormitana. — Anno 1588, sub titulo B. V. Sacratissimi Rosarii, conditus est Conventus; anno vero 1866 abrogatus est.

Bull. Cap. iii, 321.
Antonino da Cast. *Storia Prov. di Palermo*, ii, 111; iii, 247.

Cina, vide *Sinae imperium*

Cinacum. vide *Ciney*

Cinematographia. — Hanc vocem recipimus, tantummodo ut animadvertamus hunc cultus et lusus nostri temporis modum, ab alienis a nostro Ordine et a Capuccinis ipsis adhibitum esse, ut quaedam nostri apostolatus peculiaria vulgarentur, et nonnullae virorum illustrium personae illustrarentur. Huiusmodi sunt ex. gr. « *Films* » qui vocantur:

— de *S. Francisco Assis.*, curante P. Laurentio prov. Parisiensis alumno, et Societatis « Les Amis de St. François » directore.

— de vita claustrali FF. Capuccinorum (tit. « *Non portate...* ») ac de pristinis locis nostris in provincia Picena (tit. « *La Marca stellata* »). Cfr. « Atti uffic. Prov. Picena » genn. 1950, p. 45; « Vita Francescana » (Roma), 1949, p. 235.

— de *S. Conrado a Parzham* (cfr. « Provinzbote » Bayern, a. 1931, p. 19).

— de *S. Iosepho a Leonessa* « Sulle orme di un Santo » (V. Mariani) 1948.

— de *G. Massaia* cardinali «Abuna Messias» (cfr. « Il Messaggero » Roma, 15 ottobre 1939. « *L'Italia* » Milano, 5 settem. 1939).

— de *A. Manzoni* famoso libro « *I Promessi Sposi* » in quo nostri fratris *Christophori* personam inter alias excellit.

— de nostra Missione *Ubanghi Belgici* in Africa, prov. Belgicae commissa.

— de nostra Missione *Ajmer* in Indiis Or., prov. Parisiensi tunc concredita.

— de nostra Missione *Lucknow* in Indiis Or. concredita prov. Bononiensi. (Cfr. *La Prov. di Bologna. Atti ufficiali*, 1950, p. 18).

— de nostra Missione *Erythreae* in Africa, prov. Mediolanensi concredita, (cf. « Analecta Cap. » 38 (1922) p. 329; « Il Massaia » an. 1923, p. 76-78.

— de nostra Missione *Caroní* in Venezuela, prov. Castellae concredita. (Cfr. *Boletín oficial Prov. de Castilla*, 1949, p. 27-28).

— de nostris Missionibus *Dar-es-Salaam* et *Port-Victoria* in Africa, a prov. Helvetica dependentibus.

— P. Yvo, alumnus Parisiensis prov., ipse « Film » conficiendum curavit de apostolatu suo apud nautas in *Terrae Novae* littoribus exercito. (cfr. « L'Illustrazione Vaticana » a. 1937, p. 239).

Ciney (*Cinacum*), in Prov. Belgica. — Conventus fundatus a. 1906 cum Ecclesia sub tit. Conceptionis Immaculatae.

Descriptio geogr. (1929) p. 15 tab. xiv.
Te Deum Laudamus (1928), p. 78 s.

Cingoli (*Cingulum*) in Prov. Picena. — Eremus S. Michaelis in Monte Acuto a. 1526; sed ab a. 1528 exstat Conventus cum parva Ecclesia sub titulo S. Crucis.

Descriptio geogr. (1929) p. 31 tab. vii.
Bullar. Cap. ix, 333, 423.
Gius. da Fermo, *Necrol. Prov.* p. 370.
Idem, *I Francescani nelle Marche*, p. 40.
Vita Franc. (Loreto) a. 1929, p. 81.

Cinisi, in Prov. Panormitana, vide *Capuccinae Tertiariae de Cinisi*

Cintavenigo, vide *Cintruénigo*

Cintruénigo (*Cintavenigo*) in Prov. Navarro-Cantabro-Aragonensi. — Conventus pro Capuccinis in hoc loco fundatus est an. 1634.
BULLAR. CAP. v, 417.
ESTADISTICA *General. Prov. Navarra* (1928) p. 100.

Cioffi, vide *Bernardus M. a Napoli* et *Hieronymus a Montesarchio*.

Ciotat, La (*Civitas*) in prov. Lugdunensi. — Fratres veteris prov. S. Ludovici (*Provence*) conventum excitarunt a. 1606, qui saeviente gallica revolutione, supprimitur a. 1791.
BULLAR. CAP., v, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 86.

Ciriniola, vide *Cerignola*

Ciró in Prov. Consentina (Cosenza). — Anno 1614 Conventus aedificatus est cum Ecclesia B. M. V. Constantinopolitanae dicata. Suppressus est ineunte saec. XIX.
BULLAR. CAP. III, 314.
GIOV. DA FIORE, *Calabria illustrata*, II, 416.

Cisterna in Prov. Romana. — Conventus (*Tres Tabernae*) pro FF. Minoribus Observ. erectus a. 1568, nobis donatur a. 1768 et derelictus est a. 1784. Ecclesia S. Antonio Patav. dicata est. — In conventu S. Pauli Ap., exstructo a. 1790 in vico *Torre tre Ponti*, quia locus aëre perniciosus, nostrates diu degere non potuerunt. (*Mss. Prov.*).

Cisternino (*Cisterninum*) in Prov. Apuliae. — Ab a. 1596 usque ad a. 1861 Conventus exstitit sub titulo S. Antonii Patav.
BULLAR. CAP. III, 317.
SALV. A VAL., *I Capp. nelle Puglie*, p. 205.
ANALECTA ORD., 55 (1939) p. 91.

Cité d'Aoste, vide *Aosta*.

Cité Jeanne d'Arc (*Saint Avold*) in Prov. Strasburgensi (Alsatia). — Ab an. 1928 exstat Conventus cum Ecclesia paroeciali.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 40 tac. XIII.
CATALOGUS *II Commiss. Alsatiae*, 1933 p. 27.
ANALECTA ORD. 44 (1928) p. 22.
PFARRBOTE *für Cité J. d'Arc*. — (Publicatio mensualis pro fidelibus Paroeciae). Cité J. d'Arc 1930 ss.

Citerna in Prov. Umbriae. — Conventus, erectus a. 1563 ad Ecclesiam S. Joannis Bapt., suppressus est a. 1866.
BULLAR. CAP. II, 435.
QUARTO *Centenario Prov. Serafica*, p. 23.

Citharizensis *sedes titularis episcopalis*. — Ex Ordine Capuccinorum hunc titulum obtinuit a. 1906 Athanasius SOLER-ROYO a Manises († 1930).

Città della Pieve (*Civitas Plebis*) in Prov. Umbriae. — Vetus Conventus, a FF. Prov. Tusciae fundatus a. 1545 et ab ipsis derelictus ad Prov. Seraphicam transiit a. 1570, Ecclesiae titulus erat S. Maria a Ripa. Alter Conv., exstructus a. 1619-20, supprimitur a. 1866.
BULLAR. CAP. II, 435.
QUARTO CENTENARIO *Prov. Serafica*, p. 24.

Città di Castello (*Tifernum*) in Prov. Umbriae. Capuccinos excepit a. 1538 apud ecclesiam S. Ioseph extra civitatem. Anno 1589 conventus proprior civitatem erectus est sub titulo S. Antonii Patav. — Suppressus a. 1866. Fratres ibi manserunt tamquam Cappellani *Coemeterii* usque a. 1892.
BULLAR. CAP. II, 435.
QUARTO CENTENARIO *Prov. Serafica*, p. 18, 28.

— Monasterium monialium *Capuccinarum* erectus est a. 1642, apud ecclesiam S. Martini. In hoc monasterio obiit S. Veronica Giuliani (1727) ibique floruerunt, inter alias, Angela M. Moscani († 1756), ven. Florida Cevoli († 1767), Maria Anna Piazzini († 1742), quae omnes sub proprio nomine recensentur.
BULLAR. CAP., II, cfr. Ind. p. 477.
BOVERIO, *Annales*, II, 864 n, 63: Anna a Città di Castello († 1610).
BOLLETTINO STOR. BIBL. FRANC. 4 (1933) pag. 123-28.
GUIDA *del Monastero di S. Veronica Giuliani in C. di C.*, Città di Castello, 1927.
RELAZIONE *di una guarigione seguita nel monastero delle Capp.*, Città di C. 1818.
LEGGENDARIO CAPP., I, 450-465, Maria Angelica Azzi † 1744; III, 322-324, Giacinta da Città di Castello † 1736; IV, 107-112, Agnese da Città di Castello † 1680; pag. 297-301, Lidwina Costanza Marsigli † 1720 p. 297, 301-306, Maria Costanza Sparacini † 17..; p. 398-400, Margarita Eleazari † 1672; V, 216-220, Maria Vittoria Tomasini † 1729; p. 220-222, Cristina Eleusari † 1729.
SAINATI G., *Vite di Santi nati nella diocesi Pisana* (ed. 1884), p. 363-490 (Biogr. 5 monialium Cap. quae obierunt in Città di Castello, inter quas Maria Magdalena Boscaini † 1765, p. 389-421).
ANNALI FRANC. (Milano), a. 1876 p. 535, 560; a. 1877, p. 13, 45, 74, 146, 181, Suor Maria Geltrude Camilletti † 1873. — an. 1877, p. 555, 591. 624, 647, 724, 746, Suor Maria Vittoria Gallucci † 1865.

Città di Castello (*dioecesis*). Huius *Civitatis Castelli* seu *Tifernatensis* D. praesul exstitit Mauritius CROTTI a Villa di Serio (1933 † 1934).

Cittadella (*Civitella*) in prov. Veneta, dioec. Patavina. — Monasterium monialium *Capuccinarum*, fundatum a. 1624, supprimitur a. 1810.
BULLAR. CAP., II, 444.

Cittaducale (*Civitas Ducalis*) in Prov. Romana. — Fratres recepti sunt a. 1533 apud Ecclesiam S. Mariae de Monte, et a. 1569 Conventus instauratus est.

Bullar. Cap. ii, 433.
Descriptio geogr. (1929) p. 32 tab. viii.
Analecta Cap., 1 (1885) p. 58.

Civeriacum, vide *Civray*

Cividale del Friuli (*Forum Julii*) in Prov. Veneta. — Conventus fundatus est a. 1614-15 ad Ecclesiam SS. Redemptoris et definitive supprimitur a. 1769.
Bullar. Cap. ii, 443.

Civita Castellana (*Civitas Castell., Fescenia, Fescennium*) in Prov. Romana. — Primus Conventus erectus a. 1577. Alter, a. 1700 excitatus sub titulo S. Laurentii mart., vi legis suppressionis, a. 1875 desertus est.
Bullar. Cap. ii, 443.
Analecta Cap. 1 (1885) p. 58.

Civita Ducale, vide *Cittaducale.*

Civitanova Marche (*Novana*) in Prov. Picena. — Vetus Conventus a. 1550, ad S. Bernardinum Senen., omnino destructus. Conv. hodiernus, titulo S. Ioannis Bapt., exstat ab a. 1625.
Descriptio geogr. (1929) p. 31 tab. vii.
Bullar. Cap. ii, 352, 437.
Gius. da Fermo, *Necrol. Prov.*, p. 370.
Idem, *Iscrizioni Prov. Marche*, p. 6, 166.
Bullettino di Studi Bernardiniani (Siena), ix, 1943, p. 16-20 (Conv. Capp.).
Vita Franc. (Loreto), a. 1929, p. 81.
Idem, *I francescani nelle Marche*, p. 40.

Civitas in Gallia, vide *Ciotat* (*La*)

Civitavecchia (*Centumcellae*) in Prov. Romana. — Ab a. 1713 Conventus adest ad Ecclesiam S. Felicis a Cantalice. Clemens XI Fratres nostros constituit Cappellanos apud Portum (*Darsena - Bagno Penale*), et pro eis hospitium aedificavit, ubi manserunt usque ad a. 1870.
Descriptio geogr. (1929) p. 32 tab. viii.
Bullar. Cap., ii, 74, 85, 96, 98, 433; viii, 206; x, 47, 637.
Italia Franc. 9 (1934) p. 158-94. *Spigolature Cappuccine all'Archivio Vaticano: I Cappucc. della Darsena di Civitavecchia* (P. Savio). cfr. *Collect. Franc.* an. 1939 p. 458.

Civitella (latine), vide *Cittadella*

Civitella del Tronto (*Civitella ad Truentum*) in Prov. Aprutina. — Conventus exstitit ab a. 1611 usque ad suppressionem a. 1866: Ecclesia tamen a nostris custodita est ad a. 1885.
Bullar. Cap. iii, 326.
Filippo, *I Capp. degli Abruzzi*, p. 16.

Civray (*Civeriacum*) in Prov. antiqua Turonensi (*Tolosana*). — Conventus exstitit ab a. 1665 usque ad eversionem gallicam (1791).
Bullar. Cap. v, 391.
Pellegrino, *Annali Capp.* iii, 96.

Irénée, *Nécrol. Prov.*, p. 110.
Revue Hist. Franc. 6 (1929) p. 329.

Clagenfurtum, vide *Klagenfurt*

Clairac in Prov. Tolosana. — Fratres antiquae Prov. Aquitaniae Conventum exstruxerunt a. 1765, qui mansit usque ad a. 1791.
Irén. d'Aul., *Hist. Prov. d'Aquit.*, p. 227-32.
Idem, *Nécrol. Prov. de Toulouse*, p. 78.

Clara Francisca ab Antwerpen, Tertiaria. Vide *Van der Goes, Clara Franc.*

Clara Francisca a Nancy, monialis capuccina in monasterio apud *Douai* (saec. XVII).
Garde, *La Judith de ce temps, ou la Vie de Louise de Lorraine, capucine à Douai, sous le nom de Claire-Françoise de Nancy* Mons 1641.

Clara Kuefstein, vide *Maria Clara K.*

Clara Maria Gómez Ponce, Capuccina, vide *Barcelona* (Monasterium Cap.)

Clara Maria Vivens a Vigan, monialis capuccina, magistra novitiar. in monasterio Aquensi (*Aix-en-Provence*). Orta a. 1843, ad caelum migravit d. 6 ianuarii 1892.
La Perle du Vigan, *ou Vie de Mère Claire de Marie clarisse-capucine du monastère d'Aix-en-Provence.* 2. édit. *Aix-la-Chapelle.* 1910. — Versio germanica: *Die Perle von Vigan, oder Leben...* Vaals, 1910
Les Voix Francisc. (Toulouse), a. 1911, p. 66-75.

Clara Pascoli a Ravenna. — Monialis Capuccina O. S. Clarae, fundatrix *Monasterii Ravennatensis.* Electa Abbatissa anno 1785, sancte obiit d. 8 ian. 1787.
Leggendario Capp., iii, p. 220-33.
Costante da Granaglione, *Suor Chiara P. fondatrice delle Capp. di Rav.* - Ravenna, 1935.

Claravallis, vide *Chiaravalle*

Clarissae. — 1. *Origo et progressus.* Secundus S. Francisci Ordo ortum duxit et nomen a Clara, prima Seraphici Patris discipula, quae die 19 martii 1212 in ecclesia S. Mariae de Portiuncula ex ipsius manibus S. Francisci poenitentiae insignia coepit.

Prima Clarissarum habitatio in S. Damiano de Assisi fuit; quo, paulo post, Claram sequebantur. Agnes, germana Soror, et aliae plurimae virgines, quae sub initio *Pauperes Dominae* appellatae sunt.

Celeriter Clarissae multiplicantur aliaque monasteria erigunt, scilicet Montecaelio, in suburbanis Florentiae; postmodum Faventiae perque alia Italiae loca. Primum earundem coenobium ultra Alpes condidit B. Isabella, soror S. Ludovici Galliarum regis, quae monasterium in *Longchamp* prope Parisios erexit a. 1255-59.

Subinde Clarissarum monasteria propagata quoque sunt extra Europam; anno 1680 numerabantur domus 925 et moniales 70.000 circiter quarum 34.000 Ministro Generali Ord. Minorum subiectae, ceterae vero locorum Ordinariis. Iuxta recentiorem statisticam exstant monasteria 600 circ. cum 12.500 circ. monialibus.

2. *Reformationes.* — Decursu temporum, ad conservandam Ordinis disciplinam, plures Reformationes seu Congregationes instaurantur, quarum praecipuae sunt:

a) *Coletanae,* quae S. Coletam de Corbia († 1447) institutricem venerantur, et praeter Regulam S. Clarae, peculiares « Constitutiones » observant, quas eadem S. Coleta condidit et an. 1434 Minister Generalis O. Min. approbavit et Pius II confirmavit an. 1458.

b) *Conceptionistae* vel moniales de Conceptione B. M. V. fundatae a B. Beatrice de Silva († 1490) et ab archiepiscopo Toletano Francisco Ximenes, dein approbatae a. 1511 a Iulio II. Iisdem Leo X an. 1520 omnia privilegia Minoritarum et Clarissarum concessit et Minister Gener. Quiñones pro eis peculiaria condidit Statuta. E numero Conceptionistarum fuit Maria de Agreda († 1665), auctrix libri « De mystica civitate Dei ».

c) *Capuccinae,* Neapoli institutae a Ven. Maria Laurentia Longo ann. 1535-38; de iis vero seorsim agitur sub voce *Capuccinae.*

3. *Regula.* — Quandam brevem vivendi formam ipse S. Franciscus tradiderat S. Clarae; sed cardinalis Hugolinus (postea Gregorius IX) ad Francisci preces formalem *Regulam* Clarissis dedit ann. 1218-19. Altera data est ab Innocentio IV an. 1247 aliquantulum mitigata, praesertim circa paupertatem. Haec autem Regula a S. Clara recepta non est, quippe quae *privilegio paupertatis* fideliter semper adhaerere cupiebat. Quare ipsa mox novam Regulam conscripsit, quam idem pontifex Innocentius IV sollemniter approbavit mediante bulla « *Solet annuere* » die 9 aug. 1253. Novam Regulam edidit Urbanus IV die 18 oct. 1263 bulla « *Beata Clara* », qua rigida paupertas mitigata est; haec autem *secunda Regula* vocari consuevit, eiusque asseclae *Urbanistae* nuncupantur, cum sub nomine *primae Regulae* intellegitur Regula S. Clarae ab Innocentio IV. approbata an. 1253.

4. *Constitutiones.* — Diversae Clarissarum Congregationes non solum respectu paupertatis, sed etiam aliarum rerum discrepabant, quod causa erat diversarum Constitutionum. Novo autem Iure canonico edito (1917) opportunum S. Congregationi visum est ut unus conficeretur Constitutionum textus pro omnibus monasteriis Clarissarum, exceptis monasteriis Capuccinarum et Coletanarum. Huiusmodi *novae Constitutiones* approbatae sunt a Pio XI respective; die 12 iulii 1927 pro monialibus *Capuccinis;* die 19 nov. 1931 pro monialibus *Coletanis;* die 12 mart. 1930 pro omnibus aliis *Clarissis.*

5. *Series chronologica Sanctarum, Beatarum ac Venerabilium* totius Ordinis S. Clarae.

Series I.

S. Clara Assisiensis († 1253)
S. Agnes, soror S. Clarae († 1253)
S. Coleta de Corbia († 1447)
S. Catharina de Bononia († 1463)
S. *Veronica Giuliani* († 1727).

Series II.

B. Philippa Mareri († 1236)
B. Helena Enselmini († 1242)
B. Salomea a Cracovia († 1268)
B. Isabella, soror S. Ludov. IX († 1270)
B. Agnes a Praga († 1280)
B. Margharita a Colonna († 1284)
B. Cunegundis ab Hungaria († 1292)
B. Jolenta Ducissa († 1298)
B. Matthia Mazzarei († 1300)
B. Petronilla Trecensis († 1355)
B. Felix Meda Mediolan. († 1444)
B. Antonia a Florentia († 1472)
S. Seraphina Sforza († 1478)
B. Beatrix de Silva († 1490)
B. Eustochium Messanen. († 1499)
B. Ludovica de Sabaudia († 1503)
B. Paula Montaldi († 1514)
B. Margarita a Lotharingia († 1521)
B. Baptista Varani († 1527)
B. Maria Magdalena Martinengo († 1737)
B. Iosephina Leroux († 1794)

Series III.

Ven. Maria Laurentia Longo († 1542)
Ven. Anna Ponce a Cruce († 1601)
Ven. Hieronyma ab Assumptione († 1630)
Ven. Maria Tomelin a Iesu († 1637)
Ven. *Angela Maria Astorch* († 1665)
Ven. Maria a Iesu de Agreda († 1665)
Ven. Ioanna Maria a Cruce († 1675)
Ven. Febronia Ferdin. Ansalone († 1718)
Ven. Antonia Maria Belloni († 1719)
Ven. Clara Isabella Fornari († 1744)
Ven. Maria Crucifixa Satellico († 1745)
Ven. *Florida Cevoli a Pisa* († 1767)
Ven. *Maria Diomira a Verbo Inc.* († 1768)
Ven. Clara Isabella Gherzi († 1800)

6. Bibliographia

a) *Bibliographia iuridica*

Oliger Livarius, O.F.M., *De origine Regularum Ordinis S. Clarae,* in « Archiv. Franc. Histor. » v, 1912, p. 181 ss., 413 ss.
Seraphicae *legislationis textus originales.* Quaracchi, 1897 cfr. p. 49 Regula S. Clarae; p. 97 Privilegium Paupertatis; p. 99 Constitutiones S. Coletae.
Prima Regola *di S. Chiara tradotta in italiano, con note.* Quaracchi, 1918.
Regula *et Constitutiones Generales pro monialibus Ordinis S. Clarae.* Romae, 1930.
Regula *S. Clarae et Constitutiones pro monialibus Clarissis a S. Coleta.* Romae 1932.
Costituzioni *delle monache Cappuccine del II Ordine di S. Franc. e della prima Regola di S. Chiara.* Rivedute e riordinate secondo il C.J.C., Roma 1927.

b) *Bibliographia historica*

ELENCHUS *monasteriorum Ordinis S. Clarae.* Romae, Curia Gen. O.F.M., 1942.

HISTOIRE *abrégée de l'Ordre de Sainte Claire d'Assise.* 2 voll. Paris 1906.

ST. CLARE *and her Order. A story of seven centuries*, London, 1912.

IN RICORDO 1212-1912, *VII Centenario della fondazione delle Clarisse.* Assisi, 1912.

ANCELET-HUSTACHE JEANNE, *Les Clarisses.* Paris, 1929.

ANTONIO DE BARCELONA, *La segona Ordre francescana de Monjes Clarisses.* Olot, 1912.

DAVAL GUY, O..F.M., *Les Clarisses.* Paris, 1929.

HEIMBUCHER, *Orden und Kongregationen,* 3 ed., I, 815-29: die Klarissen.

HOLZAPFEL H., *Manuale histor. Ord. Min.* (1909) p. 575-93. Clarissae.

LEMMENS L., *Die Anfänge des Klarissenordens.* Rom 1912 (ex *Röm. Quartalschrift,* XVI, fasc. I-II).

[POU Y MARTÍ J., O. F. M.] *Conspectus trium Ordinum S. Francisci.* Romae, 1929. Cfr. Index monaster. II Ord. in singulis nationibus.

RENÉ DE NANTES, O.Cap., *Les origines de l'Ordre de S.te Claire* (1212-1263). Paris, 1912 (ex *Etudes Franc.,* t. 28).

WAUER E., *Entstehung und Ausbreitung des Klarissenordens.* Leipzig, 1906.

Clarissimus M. a Ravenna, prov. Bononiensis alumnus. — Natus Romae e familia *Giannoli* an. 1786; iam in saeculo Protonotarius Apostolicus et caeremoniarius pontificius. Ordinem nostrum ingressus est an. 1830. Fuit inde a secretis ministri provincialis, Definitor prov., et praefectus Societatis pro missionibus in Provincia constitutae. Anno 1841 primus praefectus Collegii S. Fidelis pro missionibus in Urbe electus fuit necnon vice-Procurator Gen. missionum. Obiit die 10 mai an. 1843.

PELLEGRINO, *Leggenda dei Capit.,* p. 73.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni,* I, 107, 260
EDUARDUS, *Colleg. S. Fidelis,* p. 6, 8, 13, 19.

Clark Bernardinus a London, episc. — Ortus d. 12 nov. 1856, Ordini nomen dedit in Prov. Parisiensi a. 1874. Ad missionem Insularum Seychelles destinatus a. 1884. Ad Sedem titul. *Tingitanam* (Tanger) promotus d. 21 mart. 1902 et Vicar. Apost. *Arabiae* designatus; deinde ad Sedem episc. *Portus Victoriae* in Ins. Seychellarum translatus d. 19 iun. 1910. Obiit mense sept. 1915.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.,* p. 137 s., 290.
ANALECTA O. CAP. 18 (1902) p. 200; 26 (1910) p. 237; 31 (1915) p. 320.

Claromons, vide *Chiaramonte, Clermont*

Claudiopolitana *sedes titularis episcopalis in Isauria.* — Ex fratribus nostris, hoc titulo insignitus est a. 1923 Gabriel ZELGER a Stans († 1934).

Claudius ab Abbeville, Prov. Parisiensis. — Ordinem ingressus a. 1601 et ab a. 1612 per decennium praeclarus missionarius exstitit apud *Indos.* — Obiit in sua Provincia a. 1632. De regionibus ab ipso evangelizatis, opera scientifica typis dedit, scilicet: *L'arrivée des PP. Capucins en l'Inde nouvelle, appellée Maragnon* (Paris, 1612, 1613, 1623, 1876) versio *germanica* (Augspurg 1613). — *Histoire de la Mission des PP. Capucins en l'Isle de Maragnon et terres circonvoisines* (Paris, 1614); versio *lusitana* cura Sergii Milliet (Maranhão 1874; S. Paulo 1945).

SILVEST. MEDIOL., *Annales Cap.* p. 638.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali Capp.* II, 341.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* I, 442-57, 469, 512 s.
DUPUICH H., *Le P. Claude d'Abbeville et la tentative de colonisation française au Brésil sou Henri IV et Louis XIII,* in « Bulletin de la Soc. d'émulation d'Abbeville », t. XVII, 1938-42, p. 475-89.
FOURNIER P. — *Voyages et découvertes scientifiques des Missionnaires français* (Paris 1932) I, 30-34 (de P. Claudio ab Abbeville)
MODESTO, *Mission. no Brasil,* p. 27.
BERN. A BON., *Bibl. Script. Cap.,* p. 64.
SBARAGLIA, *Scriptores,* I, 209.
IOAN. A S. ANT., *Biblioth. franc.* I, 267.
STREIT, *Biblioth. Missionum,* II, p. 741-45. 748; III, num. 1862, 1872.
BIOGR. UNIV. (Venez. 1823) XII, 129.
ANALECTA O. CAP. 6 (1890) p. 351.
COLLECTAN. FRANC. 13 (1943) p. 303-09: *De ignoto ms. versionis italicae operis Patris Claudii ab Abbeville.* (Romualdus a San Marcello).

Claudius a Bourges (Bituricensis), antiquae prov. Turoniae pluries moderator; Ordinis autem bis Def. Gen. (1662 et 1667). Obiit a. 1678. — Scripsit: *Breviarium chronologicum Ord. Min. Capuc.,* cuius exemplar asservatur in Archivo Gener. Ordinis.

BULLAR. CAP., V, 66.
PELLEGRINO, *Annali,* III, 266.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.,* p. 154, 156.

Claudius a Pieve di Teco, domo *Clavesana* († 1805). — Prov. Genuensis bis Minister et Ordinis nostri in Hispania Visitator. Scripsit ac edidit plura opera ad *theologiam, oratoriam et asceticm* spectantia.

APPENDIX AD SCRIPT. CAP., p. 18.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana,* p. 17, 78.
FRANC. SAV., *I Capp. Genovesi,* I, 28, 224, 297, 494; IV, 225.
HURTER, *Nomenclator Theol.* V, 520.
SIGISMONDO, *Biografia Serafica,* p. 856.

Clausen, Klausen vide *Chiusa.*

Clavarum, Clavarium, vide *Chiávari*

Clavasium, vide *Chivasso*

Clavena, vide *Chiavenna*

Clemens VII (*Medici*) el. d. 19 nov. 1523, ob. d. 25 sept. 1534. — Nostram Capuccinorum reformationem auctoritate apostolica approbavit (Bulla *Religionis zelus* d. 3 iulii 1528) eandemque gratiis cumulavit diversis.

Bullar. Cap. i, p. 1-12.
Bullarii Cap. Regestum, p. 22,
Monumenta Hist. O. Cap., i, 533; ii, 517; v, cfr. Index.
Eduardus, *De primordiis*, cfr. Index.
Idem, *Tribulationes O. Cap.* p. vii (Ind.).
Boverio, *Annales*, i, cf. Ind. rerum
Melchior, *Historia Ord. Cap.*, i, 22-45 (passim), cfr. etiam Index.
Cuthbert, *The Capuchins*, cfr. Ind.
Theophil Graf, O. Cap., *Zur Entstehung des Kapuzinerord.* (1940) p. 114.
Pastor, *Storia dei Papi*, Vol. IV, Parte II, p. 591-603, 728.
Analecta, 9 (1893) p. 24: *Bullarii Regestum*; 23 (1907) p. 360-64: *Breve Clem. VII, die 3 iul.* 1532, *contra Capucc. Piceni et Calabriae.*

Clemens VIII (*Aldobrandini*) el. 30 ian. 1592, ob. 5 mart. 1605. — Ordinem nostrum contra detractores valide defendit; missionarios mittit in Bohemiam, Hungariam, Persidem; tempore Capituli Gen. a. 1593, sermonem ad Vocales habuit; anno 1604 Anselmum Marzati a Monopoli, primum inter Capuccinos sacrae purpurae cardinalitiae honore decorat.

Bullar. Cap. i, p. 48-50; vi, 314-346.
Bullarii Cap. Regestum, p. 32-37.
Vives, *Instituta Franciscana*, p. 483-490.
Boverio, *Annales*, ii, 502 (a. 1593).
Melchior, *Historia O. Cap.*, i, cf. Ind.
Godefroy, *Histoire Prov. de Paris*, ii, 121-25, cf. etiam Ind. p. 649.
Analecta, 9 (1893) p. 80 (*Bullarii Regestum*).

Clemens IX (*Rospigliosi*) el. 20 iun. 1667 - ob. 9 dec. 1669. — Pro Ordine nostro, inter alia, statuit ad septennium Ministri Generalis officium, ad triennium vero Provincialis. (Const. *Debitum pastoralis* 9 sept. 1669).

Bullar. Cap. i, 112-21; vi, 420-22.
Bullar. Cap. Regestum, pag. 81-83.
Melchior, *Historia Ord.*, vol. iii, 415, cf. Ind.
Analecta Cap. 7 (1891) p. 75 (K); 9 (1892) p. 42 (*Bullarii Regestum*),

Clemens X (*Altieri*) el. 29 apr. 1670 - ob. 22 iul. 1676. Multa particularis momenti, non generalis, decreta tulit pro Ordine nostro, cuius in favorem privilegia etc. concessit, quae autem in illius detrimentum cederent abolevit.

Bullar. Cap. i, 121-28; vi, 422-37.
Bullarii Cap. Regestum, p. 84-88.
Melchior, *Historia Ord.*, vol. iii, cf. Ind.
Vives, *Instituta Franciscana*, p. 579-586.
Analecta Cap. 10 (1894) p. 44, 71: *Bullarii Regestum.*

Clemens XI (*Albani*) el. 23 nov. 1700 - ob. 19 mart. 1721. — Nostram Familiam valde adamavit, illiusque operam in Ecclesiae bonum saepius adhibuit. Exteras Missiones multifarie provexit, primusque exstitit, qui de condendo Collegio pro nostris missionariis suo consilio cogitaverit. B. Felici a Cantalice sanctorum honores decrevit (1712); Franc. M. Casini ab Arezzo purpuratorum patrum collegio aggregavit (1712) et Gabrielem a Chiusa, Tirolensem († 1706) multis celebravit praeconiis.

Bullar. Cap. i, 142-59; iv, 348; vi, 463-74.
Bullarii Cap. Regestum, pag. 100-110.
Melchior, *Historia Ord.*, vol. iii, cf. Ind.
Vives, *Instituta Franciscana*, p. 598-607.
Analecta Cap. 10 (1894) p. 150, 169, *Bullarii Regestum*; 26 (1910) p. 258-68, *De erectione Collegii Missionum O. Cap. a Clem. XI cogitata.*

Clemens XII (*Corsini*) el. 12 iul. 1730 - ob. 6 febr. 1740. — Plura in nos, favoris dilectionisque indicia praebuit. Constitutiones Pauli V (15-X-1608) et Urbani VIII (28-VI-1627) de filiatione nostri Ordinis ex vera et nunquam interrupta S. P. Francisci linea, firmiter innovat (Const. « *Ea quae a...* » d. 14 maii 1735). Item Const. Clementis IX de residentia Definitorii Generalis Romae denuo innovat (Const. « Pastoris officii » d. 5 maii 1733). Declarat quod Superiores Tertium Ord. instituere possint (23 iul. 1735). — Ven. Iosephum a Leonissa beatum proclamat (1737). Quae tandem de Missionibus etc. egit, longum esset enarrare.

Bullar. Cap. i, 186-220; vi, 489-92.
Bullar. Cap. Regestum, pag. 117-125
Vives, *Instituta Franc. et RR. Pontif.* p. 629-38.
Melchior, *Historia Ord.*, vol. iii, cf. Ind.
Analecta Cap. 10 (1894) p. 261, 300. *Bullarii Regestum.*

Clemens XIII (*Rezzonico*) el. 6 iul. 1758 - ob. 2 febr. 1769. — Patribus Parisiensibus commisit ut *Biblicam societatem* fundarent, eamque ita fovit et dilaudavit, ut societas ipsa, seu academia, de suo compellaretur nomine (vide Academia Clementina). In albo Sanctorum inscripsit Seraphinum a Montegranaro, in albo vero Beatorum Bernardum a Corleone.

Bullar. Cap. viii, p. 283-403.
Bullarii Cap. Regestum, pag. 146-155.
Vives, *Instituta Franc. et RR. Pontif.* p. 669-88.
Analecta Cap. 11 (1895) p. 79, 102, *Bullarii Regestum.*

Clemens XIV (Laurentius *Ganganelli*, ex Ordine Minorum Conventualium) el. 19 maii 1769 — ob 22 sept. 1774. — Plurima acta in favorem Ordinis nostri emisit.

Bullar. Cap. ix, p. 1-92.
Bullarii Cap. Regestum, pag. 155-161.
Vives, *Instituta Franc. et RR. Pontif.* p. 689-94.
Analecta Cap. 11 (1895) p. 106, 136, *Bullarii Regestum.*

Clemens ab Ascain, Prov. Tolosanae. — Concionator magni nominis in tota Gallia. Antiquam Prov. Aquitaniae quater moderavit. Fama sanctitatis, obiit a. 1781, anno septuagesimo primo a sua vestitione. — Reliquit opera oratoria, praelo digna sed nondum commissa.

Apollin. de Val. *Bibl. Script. Aquit.*, p. 52.
Irénée, *Bibl. Prov. de Toulouse*, p. 10.
Idem, *Hist. Prov. d'Aquit.*, p. 139 ss.
Daranatz I. B., *Le P. Clément d'Ascain* (1696-1781). Bayonne 1921, pp. 17. (Ex periodico: *San Frantsesi Jarraik Gaizkion* a. 1920).
Haristoy P., *Le P. Clément d'A.*, Pau 1894.

Clemens a Brescia, Prov. Brixiensis lector. *Rhaetiae* missionem in Helvetia, suo ministerio lustravit et calamo descripsit opus cui titulus: *Istoria delle missioni dei Capp. della Prov. di Brescia nella Rezia* (1702). Obiit in patria a. 1703.

Bern. a Bon., *Bibl. Script.* p. 64.
Sbaraglia, *Scriptores*, iii, 212.
Ioan. a S. Ant. *Biblioth. franc.* I, 270.
Ilarino, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 95.
Rocco da Cesinale, *Storia Miss.* II, 182.
Valdemiro, *I Capp. Bresciani*, p. 370.
Clem. da Terzorio, *Le Miss. Capp.* I, 23, 53, 184.
Mazzuchelli, *Scrittori d'Italia*, ii, 2054.
Peroni, *Biblioteca Bresciana*, i, 181.

Clemens a Burghausen, domo *Harderer*, Prov. Bavariae († 1732). — Concionator suo tempore clarus. Eius *Conciones* editae sunt in sex voll. distributae (1732 ss.).

Bern. a Bon. *Biblioth. Script.* p. 64.
Eberl, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 291.

Clemens a Civitella de' Pazzi, cognomento *Civili*, prov. Umbriae lector, definitor ac minister prov. — In Capitulo Gener. a. 1830, *Procuratoris* munere honestatur. Obiit in Urbe d. 27 dec. 1832.

Basilio de Rubí, *Estudio de la Bula « Inter graviores »* (1804), p. 124 s. 134 s.
Felice, *Tavole Capit. Gener.*, p. 264.
Analecta Cap., 12 (1896) p. 155, n. 56.

Clemens a Gradara, Prov. Picenae. — Natus domo *Magrini*, a. 1823, vest. a. 1840, obiit a. 1909. Scientiarum magister et Definitor Prov. - Novam viam invenit figuras *sculpendi super vitrum*; eiusmodi laborum collectio in Sacrario nostrae Ecclesiae Pisauri (Pesaro) asservatur.

Gius. da Fermo, *Scrittori d. Marche*, p. 26.
Italia franc. 12 (1937) p. 178-83, *Il P. Clem. da Gradara e i suoi vetri graffiti* (Bernardino da Lapedona).

Clemens a Milwaukee, Min. Gen., prov. Calvariensis alumnus. — Natus e familia *Neubauer* die 1 aug. 1891; Ordinem seraphicum ingressus die 7 iulii 1910. Sacerdos consecratus, successive in prov. officia obivit Directoris Seminarii Seraphici, Magistri novitiorum, Lectoris philosophiae. In comitiis provincialibus an. 1930 et an. 1939 Definitor Prov.,; anno autem 1942 et iterum an. 1945 Minister Provincialis electus est. Tandem decreto Sacrae Congr. Religiosorum die 8 apr. an. 1946 ut Minister Generalis universo Ordini praepositus est.

Analecta Ord. Cap., 62 (1946) p. 59-61.
The Cowl (Yonkers), 10 (1946) p. 123-26.

Clemens a Noto, Min. Gener., Prov. Syracusanae alumnus. — Ortus a. 1558, inter nos cooptatus est a. 1574. Ad omnia suae Provinciae munia assumptus, fuit etiam Consentinae Prov. Minister et Commissarius Gener. in Prov. Panormitana, Messanensi et Rheginensi. In Capitulo Gener. a. 1613 Ordinis Procurator electus est, ac tandem munus Generalis Ministri tenuit ab a. 1618 ad a. 1625. Omnibus carus, sancte obiit Syracusis d. 22 sept. 1631.

Bullar. Cap. III, 193.
Marc. De Pise. *Annales Cap.* p. 836.
Massimo da Val. *Annali Capp.* a. 1631.
Bern. a Bon. *Bibl. Script.* p. 65.
Sbaraglia, *Scriptores* T. I, 211.
Ioan. a S. Ant. *Bibl. franc.* iii, (Append.).
Samuele da Chiar., *Memorie Prov. Siracusa*, p. 157-59, 204-210.
Felice, *Tavole Capitoli Gener.*, p. 118, 119.
Mongitore, *Bibliotheca Sicula*, i, 141
Analecta, 5 (1889) p. 298; 12 (1896) p. 152.

Clemens a San Daniele, in sua prov. Veneta sanctitate claruit. Peste, dum aegris inserviebat correptus, a. 1616 moritur.

De-Pise, *Annales*, p. 178.
Olgiati, *Annali*, i, 293-299.
Leggendario Capp., ii, 423 ss.
Patriarca Emilio, *P. Clem. da S. Daniele*. Verona 1940. (cf. recen. ap. « *Atti d. Prov. Veneta* » a. 1940 p. 97).
Atti della Prov. Veneta, a. 1939, p. 45, 89.

Clemens a Santa Maria in Punta, alumnus provinciae Venetae. — Familia *Vicentini* natus die 22 ian. 1904; Ordinem seraphicum ingressus a. 1926 et sacerdotio auctus a. 1932. Lector et definitor provincialis (1941); *Concionator Apostolicus* apud Aulam Pontificiam die 1 iunii 1944 nominatus, belli causa, hoc munus ipse tantum suscepit Adventu sequentis anni; demum inter Consultores S. Rit. Congr. adnumeratus a. 1949.

Analecta Cap., 60 (1944) p. 68 (Concion. Ap.); 65 (1949) p. 87 (Consultor).

Clemens a Terzorio, prov. Genuensis alumnus. — Natus e familia *Filippi* an. 1865; Ordini adscriptus an. 1881; ad missionem de Uruguay-Argentina profectus an. 1891. In patriam an. 1893 reversus infirmae valetudinis causa, secretarius gener. missionum Ordinis renuntiatus est; pluries autem Custos Generalis suae Prov. et in Comitiis Generalibus a. 1914, 1920, 1926 Definitor Generalis electus est. Interim laborem non intermisit missionalem; nam con-

scripsit ediditque ingens opus decem voluminibus constans cui titulus *Le missioni dei Minori Cappuccini, sunto storico* (Roma, 1913-1938). Edidit insuper utilissimum *Manuale historicum Missionum Ord. Min. Capuccinorum* (Isola del Liri, 1926). Romae ex hac vita migravit die 13 dec. 1946.

Felice, *Tavole Capit. Gen.*, p. 321, 323, 327.
Acta *Prov. Genova*, an. 1946, p. 47.
Analecta Cap. 63 (1947) p. 101 s. necrol.

Clemenswerth, (Hannover) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus antiquae Prov. Coloniensis fundatus a. 1739 et suppressus a. 1812, reassumptus est a. 1893. Ecclesia dicata est Assumptioni B. M. V.

Bullar. Cap. iv, 319, 383.
Descriptio geogr. (1929) p. 32 tab. xv.
Bonav. v. Mehr, *Predigtwesen*, p. 274, 438.
Kilian Müller O. Cap. *Rheinberg u. die Kapuziner* (1908) p. 108.
Clarenz Gerlach, O. Cap., *Clemenswerth. Seine Entstehung und seine Geschichte auf Grund von Quellen dargelegt.* Aschendorf 1950, 26 pp.

Clerici, Studentes, vide *Seminarium neoprofessorum* et *Studia*

Clermont-Ferrand (*Claromontum in Arverna*) in Prov. Lugdunensi in Gallia. — Antiquus Conventus exstitit ab a. 1609 usque ad suppressionem a. 1791. Conventus hodiernus, aedificatus est a. 1856, eiusque ecclesia dicata est B. M. V. Lauretanae.

Bullar. Cap. v, 397; x, 602.
Irénée, *Hist. Prov. de France*, iii, 60.
Descriptio geogr. (1929) p. 25 tab. xiii.
Echo de St. François (Toulouse) a. 1903, Mai, p. 59 (de conv. suppress. a. 1901).
Etudes Franc. 49 (1937) p. 71 ss.

— Circa Monasterium monialium Capuccinarum vide *Chamalières-sur-Loire.*

Cletus a Baltagia, vide *Pejov C.*, episc.

Cleve vide *Kleve.*

Clivia, vide *Kleve*

Clodia, vide *Chioggia*

Clodiensis dioecesis, vide *Chioggia*

Clonmel (*Clonmerium*) in Hibernia. — Olim adfuit Conventus a. 1689 aedificatus.

Bullar. Cap. V, 412.
Pellegrino, *Annali Cap.* iii, 428.

Clunia, vide *Coruña*

Clusa, vide *Chiusa Sclàfani*

Clusina, vide *Chiusa* (Klausen)

Cluts L., vide *Liberatus ab Exel.*

Clydeside, Uddingston, in provincia Anglica (*Scotia*). — Anno 1949 canonice erecta est in hoc loco domus nostra religiosa sub titulo S. Mariae Scoticae.

Analecta Cap., 66 (1950) p. 20.

Coblenz, vide *Ehrenbreitstein.*

Cocchia Dominicus a Cesinale, episc., Prov. Lucaniae seu Salernitanae alumnus. — Natus a. 1843 ad nos venit a. 1860. Tempore suppressionis religiosorum, primum in Angliam (1869) deinde in Americam sept. profectus est. Ad Angliam iterum destinatus (1873) ibi Definitoris officium obivit. Romam accersitus a. 1884, mox episcopus tit. *Thevestinus*, et archiep. *Hydruntinus* (Otranto) statim renuntiatur. Post tres annos (1887), ad Sedes unitas *Asculanam Apuliae* et *Ceriniolensem* (Ascoli-Satriano et Cerignola) evectus est, easque sancte et operose gubernavit usque ad obitum d. 18 febr. 1900.

D'Alessandro Massimo, *Mons. D. Cocchia. - Cenni biografici.* Chieti 1910.
Analecta O. Cap. 17 (1901) p. 91, Necrol. v. et *Index Gener.* voll. 1-50 p. 24.
Eco S. Franc. 28 (1900) p. 658-60.

Cocchia Rochus a Cesinale, archiep. — Ortus a. 1830, habitum sumpsit a. 1846 in Prov. Lucaniae (Salernitana). A Ministro Generali a. 1861 historiam Missionum scribendi munus accepit, qua de causa Europae, Asiae, Africae loca peragravit. An. 1870-72 officium Procuratoris Gener. Missionum adimplevit, et a. 1874 Episcopus tit. *Oropen.* creatur et Delegatus Apost. ad Respublicas S. Dominici, Haiti et Venezuelae delectus est; anno vero 1878, ad sedem tit. archiep. *Siracensem* promotus est. In urbe S. Domingo, insignis Christophori Colombo cineres a. 1877 invenit, de qua re agitur sub voce: *Colombo Christophorus...* - In Italiam reversus, archiep. *Hydruntinus* (Otranto) a. 1883 renuntiatus est, sed mox internuncius Apost. apud Brasiliae imper. deputatur. Post tres annos Italiam denuo petiit et ad archid. *Teatinam* (Chieti) cum Dioec. *Vasten.* (Vasto) administratione translatus est, quas usque ad obitum (19 dec. 1900) rexit. —

Inter opera ab eo typis data primum locum tenet: *Storia delle Missioni dei Cappuccini*, tom. i, Parigi 1867; *tom.* ii-iii, Roma, 1872-73. Huius operis quandam brevem continuationem Auctor reliquit manu scriptam, quae postea vulgata est in « Analecta Ordinis » vol. 24 (1908) p. 43 ss. — *Index Capuccinorum*, qui inveniuntur in tribus voll. praefati operis P. Rochi, editus est cura P. Callisti a Geispolsheim in « Collectanea Franc. » (1939-40) et separatim Assisii 1939. — Insuper, praeter plura scripta edita in periodicis: *Annali Francescani* (Milano); *L'Eco di S. Francesco* (S. Agnello di Sorrento) etc., praelo dedit: *Acta Synodi Dioec. Dominicopoleos* (S. Domingo 1878); *Acta Synodi Dioec. Theatinae* (Chieti 1899); *Atti Pastorali*, Chieti 1899, ac demum varias dissertationes circa inventionem cinerum celebris Christophori Colombo, de quibus agitur sub v. *Colombo C.*

Bullar. Cap. x, 720.
Eduard. de Al., *Collegii S. Fidelis conspectus histor.* (1926), p. 76, 98 ss., 108, 119.

BATTANDIER, *Annuaire Pontif.*, 1916, p. 460, 489.
DI MILIA BERNARDINO, *Elogio funebre*, Larino, 1901.
D'ALESSANDRO MASSIMO, *Mons. R. Cocchia. Biografia.* Milano, 1901.
ANALECTA O. CAP., 17 (1901) p. 117-123; 156-160. (Necrol.) — v. et *Index Gener.* voll. 1-50, pag. 24.
ANNALI FRANC. (Milano) Vol. 32, a. 1901, p. 84 ss. *Biografia di Mons. Cocchia* (auctore Massimo D'Alessandro).
ECO DI S. FRANC., a. 1887, p. 44-47; a. 1901, p. 44-53.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 4 (1928), p. 225, 259, 289, 321, *P. Rochus und seine Missionsgeschichte* (P. Adelhelm Jann). — Idem studium vulgatum est etiam in: *Jahrb. d. Akad. Missionsbundes Freiburg* (Annuaire de l'Associat. Académique...), IX, 1928, p. 16-32. (cfr. *Etudes Franc.* 1930, p. 90).

Coccino vide *Cocino.*

Cocentaina, in prov. Valentina, dioec. Aloniensis (*Alicante*). — Moniales *Capuccinae* ibi olim adfuerunt in monasterio tit. B. M. V. a Miraculis.
BULLAR. CAP. V, 336 (an. 1688), 415.

Cochem, vide *Kochem.*

Cocino Felicissimus a Cortemilia, episc., Prov. Pedemontanae alumnus. Anno 1816 natus, post quinque fere lustra ad nos convolavit. Gulielmi Massaia ad Abyssinos proficiscentis se fecit asseclam, donec a. 1859 d. 3 maii episc. tit. *Maroquiensis* et Coadiutor G. Massaia Vic. Apost. apud Gallas nominatus est. Obiit Kaffae d. 27 febr. 1878.
BULLAR. CAP. X, 721 n. 30.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, p. 172-175; cfr. etiam Index p. 674.
REVUE HIST. DES MISSIONS, 13 (1936) p. 625

Coelestinus vide *Caelestinus.*

« Coelorum candor » vide *Caelorum candor*

Coelsona, vide *Solsona*

Coësfeldia, vide *Koesfeld*

Cognac in Prov. Tolosana. — Ab a. 1900 adest Conventus cum Ecclesia S. Antonio Patav. dicata.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. XIII.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. de Toulouse*, p. 124.
ANALECTA CAP. 65 (1949) p. 27 (Novitiatus).
ECHO DE ST. FRANÇOIS (Toulouse) a. 1902, p. 114; 212; a. 1903, Mai p. 10-14.

Cognin in Sabaudia vide *Chambéry.*

Cogullada (*Cucullada*) in Prov. Navarro-Aragonensi. — Conventus, iuxta aediculam B. M. V. in loco eremitico fundatus a. 1651-57, relictus est tempore eversionis a. 1836.
BULLAR. CAP. V, 348, 416.

ENCICLOP. UNIV. (Espasa) T. 13.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 53.

Coimbra (*Conimbria*) in Lusitania. — Domus FF. Capuccinorum ibi canonice erecta est a. 1943 sub titulo S. Iustae.
ANALECTA CAP. 60 (1944) p. 64.

Coira-Coire vide *Chur.*

Coletanae (Moniales), vide *Clarissae*

Colle di Val d'Elsa (*Collis de Valle Elsae*) in Prov. Tusciae (Toscana). — Vetus Conventus a. 1574 exstructus sub tit. S. Ioseph et S. Francisci, derelictus fuit a. 1628, novo condito Convento sub titulo S. Ioseph.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 36 tab. VII.
BULLAR. CAP. II, 417-18, 454.
MEMORIALE *Capp. Toscani* (1932) p. 251, 434, 443.
SISTO DA PISA, *Storia Capp. Toscani*, I, 636 (Ind.); II, 452.

Collectanea Franciscana. — *Periodicum trimestre cura Instituti Historici Ord. Min. Cap. editum.* Assisi, 1931-40; Roma, 1941 ss.
In his *Commentariis* eduntur *Articuli* et *Studia* quae scientias theologicas, philosophicas etc. respiciunt, quatenus praesertim ab Ordine Seraphico in genere et a nostro in specie coluntur. Insuper historia trium Ordinum S. Franc. fusius illustratur. Denique exhibentur *Recensiones* operum franciscalium maioris momenti, et specialem *Bibliographiam franciscanam* operum et articulorum in quibus de historia et doctrinis franciscanis agitur.
ANALECTA CAP. 52 (1936) p. 195.
COLLECTAN. FRANC. 11 (1941) p. 5, 176, *Literae Min. Gen. etc., occasione decennalis institutionis C. F.*

Collegia vel Studia Generalitia *vide* sub nomine civitatis ubi sita sunt (*Bologna, Fermo, Milano, Roma,* etc.).
— Quoad Collegia Seraphica in genere, vide *Seminaria Seraphica.*
— Quoad Collegia Missionum, cfr. EDUARDUS, *Colleg. S. Fidelis* (Prolegomena, p. V-IX; MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 281 s.
— Quoad studia in genere, vide *Studia.*

Collegium Aethiopicum,
vide *Vaticana Civitas*

Collepepe (*Collis Piperis*, seu *Priapi*) in Prov. Umbriae. — A monachis O. S. B. a. 1535 Fratribus donatus est locus iuxta Ecclesiam S. Pancratii. Anno 1866 suppressus est.
BULLAR. CAP. II, 435.
QUARTO CENTENARIO *della Prov. Serafica.* p. 14.

Collesano (*Collesanum*) in Prov. Messanensi (Sicilia). — Conventus aedificatus a. 1568 cum Ecclesia S. Mariae Angelorum. Derelictus a. 1594, Fratribus concessus est Conv. olim PP. Carmelitarum cum Ecclesia S. Mariae a Miraculis. Suppressus ab a. 1860 circ.

Bullar. Cap. iii, 323.
Andrea, *Notizie Prov. Messina*, p. xxxvi.
Gesualdo da Bronte, *La Cappella di S. Maria dei Miracoli, nella Chiesa dei Capp. di C. considerata nel diritto di Patronato.* Roma 1848.
Analecta Cap. 1 (1885) p. 315.

Collevecchio (*Collis Vetus*) in Prov. Romana. — Primum Conventum a. 1536 Fratres incoluerunt, quo relicto, a. 1579 alterum aedificarunt cum ecclesia S. Andreae Apost. dicata in qua S. Mariae Gratiarum effigies colitur.
Descriptio geogr. (1929) p. 32 tab. viii.
Bullar. Cap. ii, 433.
Gius. da Monter., *Inizi dell'Ord. Capp.*, p. 145-50.

Colmar (*Colmaria*) in Prov. Strasburgensi (Alsatia). — Conventus, aedificatus a FF. Prov. Helveticae a. 1699, vi relictus fuit a. 1791. Ecclesia dicata erat S. Ioseph. — Nova domus canonice erecta est a. 1947.
Bullar. Cap. v, 231, 409.
Chronica Prov. Helveticae, p. 102, 353.
Armel, *Les Cap. d'Alsace pendant la Révol.*, p. 10, 81, 201.
Beuchot I., *Das ehemalige Kapuzinerkloster zu Colmar*. Ib. 1915, pp. 38.
Stintzi P., *Elsässische Klöster* (Colmar 1933), p. 91 s.
Analecta, 64 (1948) p. 9 (nova domus).

Colmenzone vide *Camerino*.

Cöln vide *Köln*.

Cologna Veneta, in dioecesi Vicentina (Vicenza). — Monasterium tit. S. Petri Ap., monialium *Capuccinarum* ibi exstitit ab a. 1613 usque ad civilem suppressionem a. 1810. In eo floruit Maria Domitilla Rota. (*vide* sub hoc nomine).
Bullar. Cap. ii, 303 s, 444; viii, 295.
Franc. Barbarano, O. Cap., *Historia di Vicenza*, VI, 42 (Vicenza 1762).
Leggendario Capp. i, 317, Suor Anna Maria Michieli † 1721.

Cologne (*Coloneae*) in Prov. Mediolanensi. — Conventus aedificatur a. 1568 cum Ecclesia S. Iacobo maiori dicata: supprimitur a. 1805.
Bullar. Cap. II, 448.
Valdemiro, *I Capp. bresciani*, p. 26, 629.

Colombo Christophorus, Genuensis, celeberrimus viator et nauta († 1506). — Illius *ossa* et *cineres*, post tot saecula, invenit ac rite recognovit, mense septembri an. 1877, *Rochus Cocchia a Cesinate*, O. M. Cap., archiepiscopus, Delegatus et Vicarius Apost. in insula Dominicana (S. Domingo).
Circa hanc inventionem necnon quaestiones super eam postea exortas, cfr. opera et periodica quae sequuntur:
Cocchia Mons. Rocco, O. Cap. — *Descubrimiento de los verdaderos Restos de Cristóbal Colón. Carta Pastoral* (14 sept. 1877). Santo Domingo, 1877.
Idem — *Los Restos de Cristóbal Colón en la Cadedral de S. Domingo. Contestación al « Informe » de la « Real Academia de la Historia » al Gobierno de S. M. el Rey de España, por Mons. Roque Cocchia de la Orden de Capuchinos, arzobispo, y Delegado Apostolico.* Santo Domingo, 1879, in-8° pp. 338.
Idem — *Cristoforo Colombo e le sue ceneri, per Mons. R. Cocchia dell'Ord. dei Cappuccini, arcivesc. di Chieti, Amministratore di Vasto.* Chieti, 1892, 8° pp. xvi-376.
Astrana Luis, *Cristóbal Colón: su patria, sus restos y el enigma de su descubrimiento.* Madrid, 1929. — (cfr. recens. ap. « *Archivo Ibero-Americano* », t. 34 a. 1931, p. 137-38).
Cipriano de Utrera, *Donde nació Colón? Estudio crítico de los hipótesis sobre su patria y cuna.* S. Domingo 1925, 385 pp.
Tejera Emiliano, *Los restos de Colon en Santo Domingo y los restos de Cristóbal Colón* ii ed., Santo Domingo 1926. Cfr. *Archivo Ibero-Amer.* 27 (1927) p. 404-408.
Italia Francescana, 2 (1927) p. 455-71: *Nel Cinquantesimo dallo scoprimento delle ossa di Cristoforo Colombo.* — (Denuo vulgantur *Epistola Pastoralis* et *Relatio officialis* R. Cocchia, circa inventionem *cinerum* C. Colombo).
Seraphic Chronicle (Yonkers), a. 1931 pag. 371 ss., de C. Colombo *cineribus* a Mons. Cocchia inventis a. 1877 (J. Lenhart).
Seraph. Weltapostolat, 7 (1931) p. 238 s. *P. Rochus und die Auffindung des Grabes C. Columbus* (L. de Camillis).

Colombo Robertus a Castellanza, episc., Prov. Mediolanensis alumnus. — Natus a. 1870, Ordinem ingressus est a. 1886. Ad missionem de *Maranhão* in Brasilia perrexit a. 1898, et a. 1918 in Superiorem regularem eligitur. Anno 1922 primus Administrator Apost. novae Praelaturae nullius *S. Ioseph de Grajahu* evasit et a. 1924, episcopus tit. *Camachenus* electus, Praelatus ordinarius constituitur. Obiit in Ceará d. 8 nov. 1927.
Modesto, *Mission. no Brasil*, p. 477-80.
Metodio [da Nembro], *Figure apostoliche. Vescovi missionari* (Milano 1947), p. 9-58.
Ezechia da Iseo, *Il padre degli Indi* (*Mons. R. Colombo*) Milano 1929.
In memoriam... (Dom Rob. Col. Bispo) Ceará 1927.
Analecta Cap. 41 (1925) p. 16: 44 (1928) 72.
Italia Franc. 5 (1930) p. 549-58. *L'anima missionaria di Mons. Colombo* (Enrico da Lonate).

Colomericum, vide *Coulommiers*

Colón in *Panamá* (America centr.). — Anno 1918 a S. Congr. Religios. facultas conce-

ditur erigendi canonice domum, Fratribus Prov. Cataloniae commissam.

Clem. a Terzorio, *Manuale hist.*, p. 384.

Pacífico de Vilanova, *Capuchinos Catalanes en Centro-America*, I, 221-41; II, 29 ss., 213-17.

Analecta O. Cap. 35 (1919) p. 52-54.

Colonia Agrippina, vide *Köln*

Colônia Mineira, vide *Siqueira Campos*

Colonia sup. Albim, vide *Kotin nad Labem*

Coloniensis Provincia antiqua in Germania. Fundata est a P. Francisco Nugent Hibernico alumno Prov. Flandro-Belgicae, qui anno 1611 Coloniae conventum condidit. Brevi tempore 20 coenobia sunt exstructa, quare anno 1626 Commissariatus constitutus est in Provinciam. Usque ad annum 1668 aliae adhuc 32 domus religiosae erectae sunt; ita ut divisio Provinciae necessaria evaserit; quare dicto anno 1668 seiuncti sunt a Provincia Coloniensi 17 conventus et formata est nova Prov. *Rhenana*. Anno 1754 Prov. Colon. numerabat 29 conventus cum 779 religiosis. Nova divisio Prov. Coloniensis et erectio novae Prov. *Westphalicae* anno 1770 decretata est, attamen non est mandata executioni nisi anno 1802, cum omnes Conventus ad dexteram partem Rheni siti in propriam Provinciam sunt constituti. Prov. Coloniensis suppressa est anno 1802, quo numerabat adhuc 36 domus, 419 sacerdotes, 108 clericos et 173 laicos.

Index Conventuum, qui ad Colonien. Prov. olim pertinuerunt: Aachen, Aldenhoven, Benrath, Bonn, Borken, Brakel, Brenschede, Clemenswerth, Deventer, Düren, Düsseldorf, Essen, Euskirchen, Hannover, Hildesheim, Jülich, Kleve, Kaiserswerth, Koesfeld, Köln, Linz, Lobith, Marsberg, München-Gladbach, Münster i. West., Münstereifel, Paderborn, Peine, Rheinberg, Rüthen, Stolberg, Warburg, Wassenberg, Werl, Werne, Wesel, Wittem in Holl., Xanten, Zülpich, Zwolle in Holl.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore (cfr. *Hierotheus*, Prov. Rhen. ed. II, p. 154 ss., *Annalen histor. Ver. N. Rhein.* (Köln), fasc. 28-29, 1876, p. 279-81.

Franciscus Nugent: 1611 Comm. Gen.
Cornelius a Recanati: 1615 Com. Gen.
Cyprianus ab Antwerpen: 1618 Com.
Matthias a Reichenau: 1624 Com.
Cornelius ab Enschede: 1626 Prov.
Victor a Trier: 1629, 1635, 1644.
Benedictus a Liège: 1632, 1649, 1655.
Bernardus a Trier: 1638.
Lucas a Maring: 1641, 1646, 1652, 1658.
Melchior ab Emmerich: 1661.
Reginaldus a Gröningen: 1664.
Heliodorus ab Utrecht: 1666.
Hieronymus a Rüthen: 1668.
Georgius a Düsseldorf: 1671, 1677, 1683.
Reginaldus a Gröning: 1674, 1680.
Hilarion a Pier: 1684, 1690, 1696, 1701.
Theodatus a Münster. 1687.
Albinus a Kervendonck: 1693, 1699, 1704.
Gulielmus a Münster: 1707.
Bernardus a Soller: 1710, 1718.
Sebastianus ab Aachen: 1713.
Blasius a Brilon: 1715.
Athanasius a Köln: 1721, 1727.
Anno ab Euskirchen: 1724.
Melchior ab Euskirchen: 1730, 1736.
Palmatius a Kirchrath: 1733.
Franciscus ab Hildesheim: 1738, 1744.
Ioseph. Ant. a Jülich: 1741, 1746.
Pancratius a Werl: 1749.
Elzearius a Düren. 1752.
Angelinus ab Aachen: 1755, 1761.
Aurelianus a Münstereifel: 1758.
Casimirus ab Heinsberg: 1764.
Pantaleon ab Heiden: 1767.
Melchiades a Gescher: 1770, 1776.
Agritius a Montzen: 1773.
Damasus a Köln: 1779, 1785, 1791.
Sebastianus a Paderborn: 1782.
Adalbertus a Münstereifel: 1788.
Gothardus a Paderborn: 1794.
Fridericus a Paderborn: 1797.

Religiosi huius Provinciae *de quibus agitur sub eorum nomine*

Ambrosius ab Oelde, archit. († 1708)
Carolus ab Hildesheim, script. († 1700)
Dionysius a Werl, conc. script. († 1709)
Georgius a Düsseldorf, conc. († 1693)
Leonardus ab Aachen, script. († 1694)
Lucas a Maring, def. gen. († 1672)

Bibliographia

Bullar. Cap. IV, 278 ss. 383; X, 736.

Chorographica *Descriptio O. Cap.* (*ed. 1649*) Tab. 42; (*ed. 1712*) Tab. 50.

Pellegrino, *Annali Capp.* IV, 107.

Kilian Müller, O. Cap., *Rheinberg u. die Kapuziner* (Cöln, 1908) p. 106-08 (Notitiae breves de Conv. ant. Prov. Colon.).

Bonaventura von Mehr, *Das Predigtwesen in der Kölnischen und Rheinischon Kapuzinerprovinz im 17 und 18, Jahrhundert*, Roma 1945, pp. XXXII+484.

Schulte, *Festschrift* (1928), p. 14-22.

Analecta O. Cap. 16 (1900) p. 147 ss.; 17 (1901) p. 114 ss. *Brevis Relatio de ortu et progressu Prov. Rhenanae et Colonien.* — (Vide et *Index Gener.* voll. 1-50, pag. 191.

Opera edita ad usum Provinciae

Florentinus Bonnensis, *Caeremoniale* sive *Compendium SS. Rituum...* ad usum FF. Min. Capuccinorum Prov. Coloniensis, Coloniae, 1689.

Colonna Victoria, marchionissa Piscariae, litteris non minus quam morum honestate clara (1490-1547). — Nostram Capuccinorum reformationem *materne* fovit ac dilexit, atque suo patrocinio eam in eius primordiis valide sustinuit ac defendit praesertim apud *Curiam romanam* et apud pontifices Clementem VII et Paulum III. Haec omnia abunde

liquent tum ex *Epistolis* ipsius V. Colonna tum ex iis quae apud rerum Ordinis scriptores enarrantur circa originem nostrae reformationis.

MONUMENTA HISTOR. O. CAP. — Cfr. *Indices* voll. I-VI sub v. *Colonna*.
BOVERIO, *Annales*, I, 194 (a. 1534).
BULLARII CAP. REGESTUM, num. 265 (1537).
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, cf. Ind.
EDUARDUS, *De primordiis*, (cf. Index).
IDEM, *Tribulationes*, (cf. Ind. p. VII).
CUTHBERT, *The Capuchins* (cfr. Ind.).
IDEM, *I Cappuccini* (cfr. Ind.) *Epistola* ad Paulum III, p. 509-16.
THEOPHIL GRAF, O. Cap. — *Zur Entstehung des Kapuziner*. (1940), p. 66-69.
GIUS. DA MONTEROT., *Gli inizi dell'Ordine*, p. 49-63.
VITTORIA COLONNA, *Carteggio raccolto e pubblicato da E. Ferrero e G. Müller*. Torino 1892. (cfr. pag. 93, 107, 109, 110, 117, 132, 164, 181, 241, 245, 247, 391, 483 (nota), 522.
BARTOLOMEO FONTANA, *Documenti Vaticani di V. Colonna, Marchesa di Pescara, per la difesa dei Cappuccini*. Roma 1886. pp. 31 (Ex: « *Archivio della R. Società Romana di Storia Patria* », vol. IX).
COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 28-58: *Vittoria Colonna e la Riforma Cappuccina* (Padre Tacchi Venturi, S. J.).
ITALIA FRANCESCANA, 22 (1947) fasc. I-II, pag. 1-135: *Centenario di Vittoria Colonna* (1547-1947). Quod attinet ad V. Colonna et Capuccinorum congregationem cf. praesertim p. 31-37, 122-125. Bibliogr. gener. ad p. 126-134. An fuerit tertiaria franc., p. 113-121.
ROUND TABLE, VIII (1942-43, reimpr. 1949), p. 94, 99-103, *The influence of V. C. on the Capuchins*.

Colophoniensis *sedes titularis episcopalis*. — Hunc titulum habuit a. 1931 noster sodalis Matthias SOLÀ-FARELL a S. Llorenç Savall.

Colturato Aloisius Maria a S. Anna dei Boschi (Verona), *episc.*, alumnus prov. Tridentinae. Natus die 21 martii 1887; in Brasiliam (Status S. Pauli) cum familia profectus an. 1903; in Ordinem Capuccinorum ingressus an. 1904; sacerdos ordinatus a. 1910. Indefesse saluti animarum incubuit et tandem a Pio XI die 2 aug. an. 1929 praefectus est ecclesiae cathedrali de *Uberaba* in Brasilia (Minas Geraes); dein, die 2 apr. 1938, translatus est ad sedem *Botucatuensem* (S. Paulo). Post incredibiles tot labores et molestias omne genus, sancte obiit die 5 maii 1946.

MODESTO, *Mission. no Brasil*, p. 549-51
ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 269, electus episc.; 64 (1948) p. 156, necrologia.
ANNAES FRANC. (S. Paulo), 1938 p. 152-53.

Columbanus a Rottenburg, Prov. Helveticae. — Illustri familia *Precht* natus c. a. 1589, ad nos venit a. 1607. Concionator clarus evasit fuitque Lector, Definitor et quater Minister Provincialis. Sancte obiit a. 1643.

BULLAR. CAP. IV, 67.
PELLEGRINO, *Annali Capp.* I, 508-11.
BURGENER, *Helvetia Sancta*, II, 400-03.
CHRONICA PROV. HELVET. p. 171, 229-40.
ROMUALDUS, *Hist. Anter. Austr.* p. 266-68
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* II, 528.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 199, 200.
COLLECTAN. HELVET. FRANC., I B (1940) pag. 94-100.

Columbia in America merid. — A saeculi XVII dimidio, fratres Capuccini hispanici praesertim provinciae Valentiae, uberrimum apostolatum religiosum exercuerunt, et in pluribus regionibus ad civilem progressum multum contulerunt. — Quod ad diversas Missiones ab eis conditas attinet, vide praesertim sub v. *Bogotá, Caquetá, Goajira, S. Andrés y Providencia*. — Cum autem vita etiam regularis, conditis Hospitiis et Conventibus paulatim in Columbia a nostratibus stabilita esset, a. 1890 Superiores generales, Custodiam provincialem *Aequatoris-Columbiae* erexerunt, quae primum prov. Catalauniae, dein (1900) prov. Aragoniae in iurisdictione fuit.

Ulteriores notitias et bibliogr. vide sub v. *Aequator* (Aequatoris-Columbiae Commissariatus).

Columbinus a Nantes, prov. Britanniae: missionarius in Guinea. — *Relatio* eius itineris (1634) denuo edita est in nostris *Analectis* a. 1906 p. 244-49.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale*, 227, 314 ss.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 215, 244 ss.

Columbus a Dublin, Prov. Hiberniae. — Domo *Maher* natus d. 9 iun. 1835. Italiam petiit a. 1851, ibique eodem anno habitum nostrum sumpsit in Prov. Romana (Frascati) et studia perfecit in Prov. Tusciae. In patriam reversus a. 1856, sacerdotio auctus est a. 1858. Munus Definitoris Prov. obivit. Ab a. 1880, commorans in Conv. Dublinensi, *Societati Temperantiae*, a. P. Theobaldo Mathew olim fundatae, ita se mancipavit ut alter apostolus temperantiae ab omnibus sit conclamatus. Obiit d. 10 sept. 1894.

FRANCISCAN ANNALS 18 (1394) p. 303-309.

Comacchio (*Comaclum*) in Prov. Bononiensi. — Anno 1570 Conventus erectus est iuxta antiquum Sanctuarium *S. Mariae in Aula Regia*, in quo Simulacrum B. V. magna veneratione colitur, a. 1619 solemniter incoronatum.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 16 tab. VI.
BULLAR. CAP. II, 249. 439.
OLGIATI, *Annali Capp.* T. III P. I, p. 638.
KEHR, *Italia Pontificia*, V, 175: Monaster. S. Mariae in A. R. (Bibliogr. et Docum.).
CAVALIERI G., *Istoria della Chiesa della Madonna in Aula Regia*, Comacchio, 1782.
MEMORIE *di S. Maria in A. R. che si venera nella Chiesa dei Capp.* Faenza (1820).

Fogli Ant., *Origine e culto in Com. di Santa Maria in A. R.*, Bologna 1927.
La Madonna SS. in Aula Regia. — *Periodico bimensile*, Comacchio 1918-1920.
Il III Centenario *dell'incoronazione di S. M. in Aula Regia* 1619-1919. Numero unico. Bologna 1919.

Comacchio (*dioecesis*). Episcopi ex Ord. Cap. qui hanc *Comaclensem* D. rexerunt: 1) Gregorius Boari a Marrara (a. 1797 † 1817); 2) Fabianus Galliani a Ferrara (1818); 3) Gerardus Menegazzi a Bevilacqua (1920-1938).

Combensis *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo decoratus est a. 1934 noster sodalis Tharsicius Van Valenberg ab Asten.

Comburg, vide *Kleinkomburg.*

Cómiso (*Caimenae*) in Prov. Syracusana. — Conventus a. 1616 erectus cum Ecclesia S. Mariae Gratiarum dicata, suppressus ab a. 1866.
Bullar. Cap. iii, 325.
Samuele da Chiar. *Memorie Prov. Siracusa*, p. 144-46.

Commercy (*Commercejum*) in Prov. Strasburgensi. — Conventus erectus a. 1704 a Prov. Lotharingiae mansit usque ad gallicam subversionem (1790).
Bullar. Cap. v, 403.
Armel, *Capucins de Metz*, p. 19, 29, 163.
Etudes Franc. T. 43 (1931) p. 306.

Commissariatus Generales. — Idem sunt ac Commissariatus provinciales a quibus tantum differunt ob electionem superiorum maiorum nempe *Commissarii Gen.* et duorum consultorum seu *Assistentium* quae fit directe atque ad interim a Ministro Generali. Nec isti Commiss. Gener. ius habent interveniendi Capitulo Generali.
Bullar. Cap., x, cfr. Ind. p. 776.
Ordinationes Capit. Gen., n. 199, 321 (3).
Melchior, *Historia O. Cap.*, i, 134, 158.
Analecta Cap. 5 (1889) p. 307 n. 30.

Commissariatus Provinciales. — Ita nuncupantur ea territoria seu districtus Ordinis nostri in quibus sacerdotes (praeter studentes) sunt numero quinquaginta inferiores, et ideo ad normam Constit. (n. 130) Provinciae declarari non possunt.

Superiores Provinciales, scilicet Commissarius Prov. et duo saltem consultores seu *Assistentes* eliguntur ad triennium a Ministro Generali eiusque Definitorio, praehabito voto consultivo. Commissarii vero Provinciales ius habent Capitulo Generali interveniendi.
Venantius, *Monum. ad Const.*, p. 352, 445.
Ordinationes Capit. Gen., cfr. Index.
Antonianum, 24 (1949) 329-52, *De Commissariatibus et Provinciis in praxi iuridica Ord. FF. Minorum.* (Elmar Wagner).
Collectan. Franc. 6 (1936) p. 6.

Commissarius Generalis. — Quoad Commissarios Gen. adlectos ad regendam quoddam territorium vide *Commissariatus Generales*; quoad Commissarios Gen. ablegatos ad negotia particularia pertractanda vide *Visitator Generalis.*

Commissarius Generalis totius Ordinis de iure est Procurator Gener. cum Ministri Generalis vices gerit, dum hic extra Curiam seu extra Italiam procul abesse cogitur. (*Constit.* n. 167). — Usque ad an. 1619 Commissarius Gen. appellabatur quoque ille qui, defuncto Superiore generali, Ordinem regebat usque ad proximum Capitulum; postea vero non Commissarius sed *Vicarius Gen.* vocari coepit.
Bullar. Cap., viii, 244; ix, 275.
Venantius, *Monum. ad Constit.*, p. 459.
Melchior, *Hist. O. Cap.*, i, 150, 158; ii, 127.

Commissarius Provincialis,
vide *Commissariatus Provinciales*
Communio sacramentalis, vide *Eucharistia*

Como (*Comum-Novocomum*) in Prov. Mediolanensi. — Vetus Conventus, sub titulo S. Bonaventurae, ab a. 1537 ad suppressionem a. 1808. — Ab a. 1916, exstat domus apud Ecclesiam S. Ioseph, quam appellant in *Valleggio*, quae canonice erecta est a. 1934.
Valdemiro, *I Capp. milanesi*, I, 145-53.
Descriptio geogr. (1929) p. 23 tab. iv.
Bullar. Cap., ii, 324.
Monumenta Hist. O. Cap., v, 219.
Analecta Ord., 51 (1935) p. 13.
Annali Franc. (Milano), 1939, p. 70-72, *Mons. A. Archi e l'entrata dei Cappuccini in Como.*
Atti Prov. Lombardia, 1947, p. 174, *Servizio religioso dei Capp. all'Ospedale Psichiatrico.*

— Domus Monialium Capuccinarum a S. Ambrosio nuncupata, supprimitur a 1677 et nova, sub titulo S. Caroli erecta, nunc derelicta iacet.
Bullar. Cap. ii, 339. 447.

Como (*dioecesis*). Huic Comensi D. praefuit noster sodalis Augustinus Maria Neuroni a Lugano, ab. a. 1746 usque ad a. 1760, quo mortuus est.

Compendium, vide *Compiègne*

Compiègne (*Compendium*) in Prov. Parisiensi. — Conventus ibi exstitit ab a. 1611 usque ad a. 1791. Sacellum B. M. V. a Bono Auxilio (*N.-D.-de-Bon-Secours*), magna in veneratione habetur.
Bullar. Cap. v, p. 389.
Annales Franc. T. 27 (1903) p. 200-06.
Revue Sacerd. du III Ordre (Paris). 15 (1937) p. 135-37 (de origine Oratorii B. M. V. in Compiègne).

Completorium. — Antiphonae et Responsorium post Completorium, vide *Caelorum candor, Si quaeris, Unica est.*

Comployer A., vide *Albertus a Sankt Sigmund*

Complutum, vide *Alcalà de Henares*

Compostela, vide *Santiago de Compostela*

Conceiçao do Serro, in Brasilia (Custodia provincialis de Rio de Janeiro, FF. prov. Syracusanae concredita). — Anno 1915, paroecia sanctuarium (vulgo: *Bom Jesus*), fratribus nostris commissum est, ac a. 1918, *Collegium Agriculturae*, opera fratrum prov. Syracusanae, hac in urbe conditum est.

Descriptio geogr. (1929) tab. xxxvii.
Modesto, *Mission. no Brasil*, p. 116-18, 485.
Analecta Cap. 35 (1919) p. 77, 89, 90.

Concentaina, vide *Cocentaina.*

Concepción (*Conceptio*) in Chilensi Commissariatu. — Domus religiosa erecta est an. 1855, et an. 1921 nostratibus commissa est cura paroeciae S. Ioseph.

Estadistica *Gener. Prov. Navarra* p. 124.
Reseña *hist. de los Conv. Capuch. en Argent. y Chile* (1936) p. 89-114.
Ignacio de Pamplona, *Hist. de los Capuch. en Chile...* (1911) p. 153-57.
Analecta Ord. 37 (1921) p. 74.

Conceptionistae (Moniales), vide *Clarissae*

Concettini, vide *Fratres Hospitalarii*

Concezionisti vide *Fratres Hospitalarii*

Conchensis dioecesis, vide *Cuenca*

Concilium Tridentinum (Trento 1545-1563). Quod Ordinem franciscalem generaliter spectat, Concilium in quaestione *Paupertatis* decrevit ut Minores Conventuales ius possidendi in commune haberent, exceptis tamen Fratribus de Observantia et Fratribus Capuccinis. Verum non videtur in Concilio disceptatum esse, ut refert Boverio (Annales, I, 377), inter Observantium et Conventualium Ministros Generales, cuinam *Sigillum Ordinis* deberetur. (Cfr. *Annales Minorum*, XIX, 472 ss.).

Ex Ordine Minorum Capuccinorum, Concilio Tridentino *Theologi* qui sequuntur certe interfuerunt:

1) *Bernardinus ab Asti*, prov. Pedemontanae alumnus, *Vicarius Generalis.* — In prima congregatione generali (14 iulii 1546) de primo statu iustificationis hominis verba fecit, ac operam dedit usque ad Concilium intermissum (1547).

2) *Evangelista a Cannobio*, prov. Umbriae alumnus, *Vicarius Generalis.* — Pars fuit praesertim xxi sessionis, die 16 iulii 1562 habitae, in qua de communione sub utraque specie disputatum est. Qui etiam nonnulla Concilii decreta in novis nostris *Constitutionibus* (1575) inserenda curavit.

3) *Ioannes a Valencia*, hispanus. — Die 30 iulii 1562, in antimeridiana Congregatione, disseruit de articulis viii-xiii ad sanctae Missae sacrificium spectantibus.

4) *Hieronymus a Pistoia*, prov. Tusciae alumnus, *Definitor Generalis.* — In matutina Congregatione diei 28 iulii 1562, in disceptatione de Ordine sacro quid sentiret respondit.

5) *Franciscus a Mediolano*, illius Provinciae alumnus, *Procurator generalis.* — Unus ex illis fuit, qui de Sacramenti Matrimonii primis articulis locuturi erant post sessionem XXIII.

6) *Angelus ab Asti*, alumnus prov. Genuensis. — In eorum numero fuit, qui de Sacramento Ordinis verba erant facturi circa primos articulos.

7) *Hieronymus a Montefiore* in Piceno, alumnus prov. Romanae, *Vicarius generalis.* — Ex illis fuit, quorum de Sacramento Matrimonii tractare officium erat.

8) *Thomas a Città di Castello* (Tiphernates), ex Umbriae provincia, *Vicarius Generalis.* Cum inter Concilii Patres in sessione XXV, de bona immobilia possidendi iure, omnibus religiosorum Ordinibus concedendo ageretur, impetravit ut Capuccinorum Ordinem exciperetur; quod privilegium etiam Fratres de Observantia obtinuerunt.

Alios ex Ordine nostro sodales, Concilio Tridentino interfuisse, certo non constat.

Bibliographia

Annales Minorum, xix, 472.
Boverio, *Annales*, i, 377 ss.
Monumenta Hist. O. Cap., v, vi, cf. Ind.
Bullarium Cap., iii, 115-16.
Melchior, *Historia O. Cap.*, i, cfr. Ind.
Constantius ab Aldeaseca, *Natura iuridica Paupertatis Ord. FF. Capucc.* (Romae 1943) — cfr. pp. 79-83: *Dispositio Tridentina circa Capuccinorum paupertatem.*
Cherubelli Paolo, *Il contributo degli Ordini religiosi al Conc. di Trento* (Firenze 1946), p. 207-243: *I Frati Min. Cappuccini* (Conferenza del P. Ilarino da Milano).
Analecta Cap. 5 (1889) p. 78 (D).
Archivum Franc. Histor. 42 (1949) 141-43, *I Cappuccini al Concilio di Trento.*
Collectan. Franc. 3 (1933) p. 396-409, 571-583: *I Cappuccini nel Concilio di Trento* (Paolino da Casacalenda).
Italia Franc. 19 (1944) p. 50-78: *I Frati Min. Cappuccini e il Conc. di Trento.* (Ilarino da Milano).
Round Table, ix (1943, reimpr. 1949), p. 85-95, *Capuchins at the Council of Trent.*

Concilium Vaticanum (Romae 1869-1870. Die 8 decem. 1869, quo hoc Oecumenicum Concilium initium habuit, *Oratio proemialis* coram S. Pontifice et Patribus a fratre capuccino *Aloisio Puecher Passavalli*, archiep., habita est.

Cfr. Collectio Lacensis. *Acta et Decreta SS. Conciliorum recentiorum.* Tom. VII, *Acta... Concilii Oecumenici Vaticani.* Friburgi Br. 1890.
Costantino da Valcamonica, O. F. M. —

L'Ordine serafico nel Concilio Vaticano, Venezia 1872. — *Appendice....* Lodi 1875.

Ex nostro Capuccinorum Ordine, Concilio Vaticano sodales qui sequuntur interfuerunt:

a) Minister Generalis

Nicolaus a S. Giov. in Marignano, qui interest Sessionibus I, II et IV. (cfr. *Coll. Lacensis*, Index, p. 1807).

b) Episcopi-Archiepiscopi

Cantimorri Felix a Russi, episc. *Parmensis* († 28 iulii 1870). Interest Session. I, II, III, IV. Pars fuit Deputationis pro rebus ordinum; exstitit insuper inter oratores de cap. II et III de fide, de schemate reformato de Catechismo, et de cap. IV schematis de Ecclesia. (cfr. *Coll. Lacensis*, Ind. p. 1765).

Carrión Paulus Benignus a Málaga, episc. de *Portorico*. Interest Session. I, II, III, IV. (cfr. *Coll. Lacensis*, Ind. p. 1765).

Carli Caietanus a Pistoia, episc. tit. *Almirensis*, Vicar. Apost. *Agrae* in Indiis Or. — Interest Sess. II (*Coll. Lacensis*, Ind. p. 1766).

Charbonnel Armandus, episc. *Torontinensis* (Canada). Interest Sess. I, II, III. Procurator card. de Bonald, archiep. Lugdunensis. Inter oratores in discussione schematum de Episcopis etc. et de Sede episcopali vacante. (cfr. *Coll. Lacensis* Ind. p. 1766).

Connolly Thomas a Cork, archiep. *Halifaxiensis* (Nova Scotia). Interest Sess. I, II, III. Inter oratores super schemate de doctrina cathol.; super schem. de Ecclesia generatim spectato et super cap. IV eiusdem. Inter illos qui inopportunam existimabant definitionem dogmatis de Rom. Pontif. infallibilitate. (cfr. *Coll. Lacensis*, Ind. p. 1768).

D'Ambrosio Franc. Xav. a S. Erasmo, episc. *Muranus* (Muro). Interest Sess. I, II, III et IV. (cfr. *Coll. Lacensis*, Ind. p. 1755).

Jacopi Michaelangelus a Seravezza, episc. tit. *Pentacomiensis* et Vicarius Apost. *Agrae* in Indiis Or. — Interest Sess. III et IV. (cfr. *Coll. Lacensis*, Ind. p. 1789).

Martinez y Saez Hyacinthus M. a Peñacerrada, episc. *S. Christophori de Havana* (Cuba). Interest Sess. III et IV. Inter oratores super schem. de Catechismo; super cap. II-III schem. de fide; super proemio et cap. IV schem. de Ecclesia. (cfr. *Coll. Lacensis*, Ind., p. 1801).

Persico Ignatius neapolitanus, episc. tit. *Gratianopolitanus* et a die 11 mart. 1870 episc. *Savannensis* (Stat. Foed. Amer. sept.). Interest Sess. I, II, III et IV. (cfr. *Coll. Lacensis*, Ind. p. 1811).

Puecher Passavalli Aloisius, tridentinus, archiep. tit. *Iconiensis*. Interest Sess. I, II et III. Oratio proemialis Concilii ab ipso habita est. Sessioni IV non interest propter valetudinem. Const. « Pastor aeternus » adhaeret. (cfr. *Coll. Lacensis*, Ind. p. 1814).

Reynaudi Franciscus a Villafranca, episc. tit. *Aegensis* et Vicarius Apost. *Sophiae* (Bulgaria). Interest Sess. II et III. Venia a Concilio discedendi obtenta, suum *Procuratorem* P. Fabianum a Scandiano constituit. (cfr. *Coll. Lacensis*, Ind. p. 1816).

Sutter Fidelis a Ferrara, episc. tit. *Rosaliensis* et Vicarius Apost. *Tunetanus* (Tunisi). Interest Sess. I, II, III et IV. (cfr. *Coll. Lacensis*, Ind. p. 1825).

Tosi Paulus a Cesena, episc. tit. *Rhodiopolitanus* et Vicarius Apost. *Patnensis* in Indiis Or. — Interest Sess. I, II, III et IV. (cfr. *Coll. Lacensis*, Ind. p. 1826).

c) Procuratores Episcoporum (publicis tantum sessionibus interesse poterant, sed sine suffragio).

Fabianus a Scandiano, prov. Parmensis; *Procurator* episcopi *Reynaudi Franc.*, O. Cap., Vicarii Apost. Sophiae et Philippopolis.

Rochus a Cesinale (Cocchia), prov. Lucaniae; *Procurator* episc. Persico Ignatii, O.Cap.

d) Theologi Conciliares (Episcoporum *consultores privati*, ius habebant assistendi sollemnibus Sessionibus tantum).

Ambrosius a Mombrisach, prov. Tolosanae; theologus *Iosephi Nic. Darbert*, episc. Petrocoricensis (*Perigueux*); qui interfuit Sess. I, II, III et IV. (cfr. *Coll. Lacensis*, Ind. p. 1770).

Fabianus a Scandiano, prov. Parmensis; theologus *Fidelis Sutter*, O. Cap., Vicarii Apost. Tunetani.

Franciscus a Vibonato, prov. Consentinae; theologus *Michaelangeli Iacopi*, O. Cap., Vicarii Apost. Agrae in Indiis Or.

Iesualdus a Bronte, prov. Messanensis; theologus *Francisci Xav. D'Ambrosio*, O. Cap., episc. Murani (Muro).

Maurus Parisiensis, theologus *Gasparis Mermillod*, episc. Auxiliarii Genevensis (Genève), qui interfuit Sess. I, II, III et IV. (cfr. *Coll. Lacensis*, Ind. p. 1803).

Maurus a Perugia, prov. Umbriae; theologus *Caietani Carli*, O. Cap., Vicarii Apost. Agrae in Indiis Or.

Rochus a Cesinale (Cocchia), prov. Lucaniae; theologus *Pauli Tosi*, O. Cap., Vicarii Apost. Patnae in Indiis Or.

Nota. — *Opera nonnulla a Fratribus Capuccinis, occasione Concilii Vaticani edita.*

Celestin de Wervicq, *Le Concile-Discours*. Bruxelles, 1870.

Iesualdus De-Luca a Bronte, *Pro opportunitate oecumenicae declarationis de pontificia magisteriali Infallibilitate theologica disquisitio*. Neapoli 1870.

Idem, *De regno Dei divinaque Summi Pontificis potestate. Conquisitio historico-dogmatica*. Romae 1870.

Mariano da Civitanova, *Del Primato del Romano Pontefice*. Roma 1870.

Marie-Antoine de Lavaur, *Triomphe de l'Eglise par le Concile et l'Infalibilité*. Paris-Toulouse, 1870.

[Martinez y Saez Jacinto], *El Concilio Ecumenico y la Europa oficial. Por lo Obispo de Habana.* Habana (Cuba) 1869.

Nicolaus a S. Ioanne, Min. Gen. — *Quaedam absurda, quae ex opinione errantiae Romani Pontificis exoriuntur.* Romae 1870.

Puecher Passavalli Aloisius, tridentinus, *Sermo habitus die quo Oecumenicum Concilium auspicatum est.* Romae 1869. (Editus est etiam in: *Coll. Lacensis,* VII, 764-68; *Bullar. Cap.,* X, 585-89).

Concionator Apostolicus, seu *Praedicator S. Palatii Apostolici.* — Hoc nomine appellatur *Orator* a Summo Pontifice electus, ut statutis diebus coram ipso S. Pontifice atque Cardinalium, Episcoporum, Superiorum et Procuratorum Generalium Ordinum religiosorum, aliorumque adstante coetu, conciones habeat. Qui hoc munere fungitur, fit socius familiae pontificiae atque Praelatus Palatinus ad instar S. Palatii Magistri; utitur iure interveniendi in Cappellam Pontificiam, aliisque privilegiis, et generaliter est Consultor S. Rituum Congr.

Ab illo conciones habentur: a) *tempore Adventus* in festis S. Andreae apost., S. Nicolai episc., S. Luciae atque S. Thomae apost. — b) *tempore Quadragesimae* singulis feriis sextis; at in maiore hebdomada, sermo *de Passione* habetur in Cappella Sixtina.

Haec sacrae praedicationis consuetudo, anno primo pontificatus Pauli IV (1555) initium habuisse videtur, et usque ad Benedictum XIV a diversorum religiosorum Ordinum sodalibus, praesertim a patribus Societatis Iesu, exercita est. — Anno demum 1743, Benedictus XIV, per Constitutionem in forma Brevis « *Inclitum fratrum* », die 2 martii latam, decrevit ut *Concionatoris Apostolici* officium Ordini FF. Capuccinorum in perpetuum adiudicaretur (cfr. Bullar. O. Cap., VII, 354 ss.). — Superiores generales a S. Pontifice impetrarunt ut Pater ad hoc officium electus, non apud aedem Vaticanam, sed apud Curiam generalem Ordinis moraretur.

Series Concionatorum

a) *usque ad Benedictum XIV*
(ex variis Institutis religiosis)

1. 1555 (?) - Benedictus Palmi, S. J.
2. 1569 - Alphonsus Salmeron, S. J.
3. 1569 - Franciscus Toledo, S. J.
4. 1571 - Emmanuel Sà, S. J.
5. 1573 - Franc. Toledo (II^a vice).
6. 1594 - Alexander Graviano, O. Praed.
7. 1595 - * Anselmus Marzati a Monopoli, O. Cap.
8. 1606 - Petrus a Matre Dei, O. Carm. Exc.
9. 1608 - * Hieronymus a Narni, O. Cap.
10. 1613 - Augustinus Cassander, O. M. Conv.
11. 1615 - Ludovicus Tommasi, Theatinus.
12. 1615 - Benedictus Giustiniani, S. J.
13. 1621 - * Hieronymus a Narni (II^a vice).
14. 1623 - * Franciscus a Genova, O. Cap.
15. 1638 - * Bernardinus a Macerata, O. Cap.
16. 1639 - Aloisius Albrizi, S. J.
17. 1651 - Ioan. Paulus Oliva, S. J.
18. 1675 - * Bonaventura a Recanati, O. Cap.
19. 1689 - Michaelangelus Farolfi, O. Min.
20. 1692 - Paulus Segneri, S. J.
21. 1693 - Petrus Valle, S. J.
22. 1698 - * Franc. M. Casini ab Arezzo, O. Cap.
23. 1713 - Peregrinus De Negri, Congr. Miss.
24. 1721 - * Bonav. Barberini a Ferrara, O. Cap.
25. 1740 - * Michaelangelus a Reggio Emilia, O. Cap.

b) *post Constitutionem Benedicti XIV*
(omnes ex Ordine FF. Capuccinorum)

— 1743 - Michaelangelus (*de quo supra*).
26. 1752 - Franciscus a Bergamo.
27. 1773 - Ios. Maria Luvini a Lugano.
28. 1785 - Petrus a Como
29. 1791 - Petrus Ant. a Parma .
30. 1793 - Ioan. Fraschina a Bosco Lugano.
31. 1804 - Fridericus Bencivenni a S. Giov.
32. 1817 - Iosephus Maria a Pescia.
33. 1820 - Ludovicus Micara a Frascati.
34. 1827 - Laurentius Serafini a Macerata.
35. 1840 - Aloisius a Bagnaia.

Nota. - Electus Min. Gen. a. 1844, nonnullae conciones, eius loco, habitae sunt a P. Salvatore Saba ab Ozieri.

36. 1845 - Ignatius a Rovereto.
37. 1847 - Larentius Signani a Brisighella.
38. 1855 - Aloisius Puecher Passavalli a Trento.
39. 1867 - Eusebius Magner a Montesanto.
40. 1881 - Franciscus Cenci a Loreto.
41. 1894 - Paulus Tei a Pieve di Controne.
42. 1904 - Pacificus Carletti a Seggiano. (*a. 1909 electus Minister Generalis*).
43. 1914 - Lucas Pasetto a Padova, (*iam ab ab a. 1909 coadiutor P. Pacifici, Min. Gener.*).
44. 1921 - Victorius Consigliere a Sestri Pon.
45. 1931 - Vigilius Dalla Zuanna a Valstagna.
46. 1941 - Octavius Ceci ab Alatri.

Nota. - Conciones Adventus a. 1943 et Quadragesimae a. 1944, habitae sunt a P. Ioanne a Baggio, prov. Tusciae.

47. 1944 - Clemens a S. Maria in Punta.

Nota. - Conciones Adventus a. 1944 et Quadrages. a. 1945, habitae sunt a P. Michaelangelo a Cavallana, prov. Parmensis.

— Summa Concionatorum, ex Ordine Capuccinorum, *triginta*:

Prov. Bononiensis (*tres*) n. 24, 31, 37.
» Brixiensis (*unus*) n. 26.
» Genuensis (*duo*) n. 14, 44.
» Mediolanensis (*tres*) n. 27, 28, 30.
» Parmensis (*duo*) n. 25, 29.
» Picenae (*quattuor*) n. 15, 18, 39, 40.
» Romanae (*sex*) n. 7, 33, 34, 35, 41, 46.
» Tridentinae (*duo*) n. 36, 38.
» Tusciae (*tres*) n. 22, 32, 42.
» Umbriae (*unus*) n. 9.
» Venetae (*tres*) n. 43, 45, 47.

Bibliographia

BULLAR. CAP., I, 229 (*Series Concionatorum Ap.*) — VII, 354 (*Constit. Ap. Benedicti XIV*) — X, 776 (*Index gener.* t. VIII-X).
MELCHIOR, *Historia Ord.*, *vol.* III, 94-101.
MAURO DA LEONESSA, O. CAP., *Il Predicatore Apostolico. Note Storiche.* Isola del Liri, 1929. (Cfr. recens. ap. *Collectan. franc.*, a. 1931, p. 266).
ANALECTA CAP., 2 (1886) p. 356-362: De Concionatoris Apostolici dignitate et officio.
ECO DI S. FRANC., a. 1881, p. 438, 479, 538: Il Predicatore Apostolico.
FRANC. LEVEN, 11 (1928) p. 273-277: *Een eervolle bediening* (P. Agathangelus).

Concordia in Rep. Argentina. — Collegium sub titulo S. Mariae ab Angelis (*Nuestra Señora de los Angeles*), erectus a. 1904, nunc pertinct ad novum Commissariatum prov. Rio Platensem.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) tab. XXXVIII.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 404.
ANTONIO DE MONTEV., *Los Capuch. Genoveses en la Plata*, pp. 113-148.
EL COLEGIO. — *Publicación del Colegio N.S. de los Angeles.* - Concordia 1927-29.
IDEM. — *Publicación mensual del Centro « Ex-Alumnos Capuchinos »* - Concordia, 1938 ss.
ACTA, *Prov. Genova*, an. 1942, p. 98.

Concordia sulla Secchia in Prov. Parmensi. — Conventus, a. 1616 conditus cum Ecclesia S. Alexandro P. et M. dicata, derelictus fuit a. 1805.
BULLAR. CAP. II, 439.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.*, p. 15.
PAPOTTI-CERETTI, *Memorie stor. della Mirandola*, III, 42, 104; IV, 18, 113, 225. 271.

Concordius a Gernsheim, antiquae provinciae Rhenanae, lector et bis Minister provincialis; obiit Nothgottes an. 1772. — Eius sunt opera: *Der Berg Thabor, das ist der Dritte Orden*, Mainz 1742, 1750, 1767; *Seraphische Tugendschul* (opus asceticum de virtutibus valde aestimatum), Frankfurt 1750, 1764.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana* (1750) p. 118.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, 126, 334, 358.
DICTIONN. DE SPIRITUALITÉ, II, 1334.

Condatum, vide *Condé*

Condé (*Condatum*) in Prov. Parisiensi. — A Fratribus antiquae Prov. Insulensis (Lille) conditus fuit Conventus a. 1643 cum Ecclesia Epiphaniae Domini dicata.
BULLAR. CAP. V, 410; IX, 78.
ANNUARIUM PROV. HOLL.-BELG. I (1870) p. 33
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, II, 141-44.

Conde d'Eu,
vide *Garibaldi* (Rio Grande do Sul).

Condino (*Condinum*) in Prov. Tridentina. — Ab a. 1742 adest Conventus cum Ecclesia in honorem S. Gregorii Thaumaturgi.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 36 tab. V.
BULLAR. CAP. III, 294, 330; VIII, 64.
MARCO DA COGN., *I Capp. Prov. di Trento*, p. 154-58, 210, 267.

Condom (*Condomium*) in Prov. Tolosana. — Conventus erectus a. 1611, cum Ecclesia sub titulo Immaculatae Conc. et S. Francisci Assisien. eversus fuit a. 1791.
BULLAR. CAP. V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse Chrétienne*, I, 100.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. de Toulouse*, p. 55.
IDEM. *Hist. Prov. d'Aquit.*, p. 279.

Conegliano (*Coniglianum*) in Prov. Veneta. — Vetus Conventus anni 1589, supprimitur a. 1867. Ecclesia in honorem SS. Petri et Pauli dicata erat. Hospitium in S. Leonardi colle erectum a. 1929, conventus factus est a. 1944 eiusque ecclesia dicata est S. Ant. de Padua.
BULLAR. CAP. II, 443; X, 88.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 410.
ATTI *della Prov. Veneta*, an. 1944, p. 151, 166; an. 1945, p. 95, 185 (nuovo conv.).
BOLLETTINO FRANC. (Padova), a. 1930 p. 42.

Confessio sacramentalis. — Circa Confessionem sacramentalem fratrum et circa iurisdictionem ad confessiones in Ordine nostro excipiendas necessariam cfr. opera:
VENANTIUS, *Monumenta ad Constit.*, cfr. Ind. p. 669 ad v. *Confessio* et *Confessarii*.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. II, 192-194; vol. III, cfr. Index.
ACTA ORD. MINORUM, (Romae) 60 (1941) p. 218-22; 61 (1942) p. 45-50: *De Confessione sacramentali in Ordine nostro.*

Confessio saecularium. — Saecularium confessiones excipere, fratribus nostris olim non licebat, vel magna cautione adhibita et in casibus verae necessitatis permittebatur. At paulatim, ex SS. Pontificum declarationibus etc., ante finem saec. XVIII, saecularium confessiones audiendi consuetudo apud omnes nostrates invaluit.
BULLAR. CAP., I, 44, 49, 200. — VI, 77, 119, 223. — X (cfr. Ind. p. 777).
MONUM. HIST. O. CAP., I, 359, 360.
LIBER MEMORIALIS O. CAP. (1928), p. 115-117.
VENANTIUS, *Monum. ad Const.*, p. 316 ss.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, 277-282; vol. III, 102-123.
SISINIO M. DA ROMALLO, O. CAP., *Il ministero della Confessione nei primordi dell'Ordine francescano in relazione ai diritti parrocchiali.* Milano 1949. (A. disserit etiam de mente S. Franc. circa ministerium confessionis).
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 464, 471.
MARCO. *Capp. Prov. Trento*, p. 112 s.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 107 (K.). — 19 (1903) p. 251, 279, 370. — 20 (1914) p. 27, 125, 150: *De confessione saecularium in Ordine nostro.*

Configni in Prov. Umbriae (Dioec. *Tudertin.*). — Ab a. 1919 Fratribus committitur Paroecia huius loci.
ANALECTA O. CAP., 36 (1920) p. 7.

Conflans Albertville (*Confluentum*) in Prov. Sabaudiae. — Conventus a. 1626 aedificatus, et a. 1903 suppressus. Ecclesia dicata erat B. M. V Lauretanae.
BULLAR. CAP. V, 399.
EUGÈNE DE BELL., *Nécrol. Prov. Savoie*, p. XXI, XXVII.
JEAN DE COGN., *Les Cap. en Savoie*, p. 342
ECHO DE ST. FRANÇOIS (Toulouse), a. 1903, Mai, p. 55.

Confluentia (Koblenz), vide *Ehrenbreitstein*

Confluentum, vide *Conflans*

Confraternitates. — De variis *Confraternitatibus* in ecclesiis nostris institutis, vel a nostratibus inservitis, sermo est apud BULLARIUM CAPUCC. (cfr. *Indices* t. IV, p. 393; t. VII, p. 458; t. X, p. 777-78); MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, cfr. Ind. voll. I sqq. sub v. *Archiconfraternitas* et *Confraternitas*.

— Archiconfraternitas « Chordigerorum Sancti Francisci » vide *Chordigeri*.

— Archiconfraternitas « Matrum Christianarum » in Statibus Foederatis Americae, vide *Pittsburgh, Pa.*

— Archiconfraternitas SS.mae Eucharistiae, vulgo de « Los Jueves eucarísticos », vide *Ioannes a Guernica*, prov. Navarrae († 1950).

— Confraternitas « SS.mi Crucifixi » vide *Paulus a Chioggia*, prov. Venetae († 1531).

— Pia Unio in honorem « Spiritus Sancti » vide *Ioannes M. a King's Lynn*, prov. Angliae († 1931).

Confraternitatis Litterae, vide *Affiliatio*

Congregatio Generalis — Hac denominatione in Ordine nostro Capuccinorum significari consuevit, quo tempore Ministri Generalis officium extendebatur ad 12 annos, congressus superiorum Ordinis ad modum Capituli Generalis, vel pro gravioribus Ordinis negotiis pertractandis, vel pro superioribus Generalibus Ministro Generali inferioribus eligendis. Vocales erant, praeter Min. Gen., aliquot Ministri Provinciarum, Procurator et Secretarius Ordinis iisdemque facultatibus, paucis exceptis, gaudebant ac Generale Capitulum.

Huiusmodi Congregatio, iam praescripta a Pio V die 28 mai 1571, innovata fuit a Pio IX die 23 maii 1862. Relatio Ministri Generalis, de rebus et pro Ordine gestis, coram universis Ministris Provincialibus Romae congregatis, transmittenda erat S. Sedi.

Ab an. 1890 in eadem Congregatione Procurator et Definitores Generales eligebantur quia tunc eorum munus a duodennio ad sexennium reductum erat. Pius X, Generalatum Minorum (*Const. Gen.* an. 1913, n. 402 et 434) cum Capuccinorum (*Normae Regiminis* diei 15 maii 1908; *Const.* an. 1909, n. 149 et 150) ad sexennium reducto, Congregationem Generalem semel pro semper abstulit.

Congregatio provincialis intermedia. — Huiusmodi denominatione ab an. 1667 significari consuevit congressus Ministri provincialis et Definitorum provincialium singulis annis habendus in quibus Capitulum provinciale non celebraretur ad subrogandos novos guardianos illis qui tempus iam compleverant et etiam iis qui minus apti reperti essent. In eadem Congregatione perficiendus erat syndacatus Patris Provincialis per quattuor Definitores, dicta prius a Ministro provinciali sua culpa et facta depositione sigillorum, in signum humilitatis, licet ipse non deponeretur.

Anno 1676 permissa sunt Capitula sesquiennalia etiam sine Congregatione intermedia; an. 1709 statutum est ut Capitula prov. essent sesquiennalia; an. vero 1747, sublatis Capitulis sesquiennalibus, praescripta est Congregatio intermedia post decimum octavum mensem a Capituli triennalis celebratione. Nunquam tamen in Provinciis viguit eadem praxis quoad Congregationem intermediam.

Post saeculum XVIII Minister et Definitores provinciales congregari consueverunt pluries in anno simpliciter pro gravioribus negotiis Provinciae pertractandis, quin adesset aliqua peculiaris norma communis pro huiusmodi Congregatione.

VENANTIUS, *Monum. ad Const.*, pp. 386-87.
BULLARIUM CAP., I, 112 n. II.
ORDINATIONES *et Decisiones Capit. Gen.* (ed. 1851), cfr. Index p. 378.

Congregationes (SS) — Officiales ex Ord. Cap., vide *Consultores SS. Congr.*

Congus in Africa aequatoriali. (Missio antiqua, 1645-1835). — Alvaro III Congi rege petente, iam a. 1621 Paulus V pontifex mittere censebat nonnullos fratres Capuccinos hispanos in regnum Congi, sed frustra. Anno tantum 1645 nonnulli Capuccini itali et hispani, inter quos P. Bonaventura ab Alessano et frater Franciscus a Pamplona, pervenerunt in novam Congi missionem. Ex eo tempore saepe saepius multi alii missionarii, praesertim itali, illam regionem petierunt. (*Angola, Loanda, Matamba* etc.). Quot fratres nostri ibi sustulerint dolores et labores, quotque fructus religiosos et civiles retulerint facile numerari non possunt. Insuper nonnulli missionarii (Io. Ant. Cavazzi etc.) operam laude dignam dederunt studiis et publicationibus ad illius regionis historiam, geographiam, ethnographiam et linguam illustrandas. Transactis tamen duobus fere saeculis illa celebris Missio exstincta est quia initio saeculi XIX ob civiles perturbationes novi missionarii in eam pergere non potuerunt.

S. Congr. de Prop. Fide saepe instantiam

fecit ut Capuccini iterum in Congum mitterentur sed « ob improbitatem ac difficultates temporum » Superiores generales illi Missioni renuntiare debuerunt; ideo die 21 iulii 1865 Ordo a S. Congr. de P. F. ab onere memoratae Missionis exemptus declaratus est.

Tandem tempore novissimo, anno scilicet 1911 accepta est Missio de *Ubanghi* in Congo Belgico, et an. 1947 nova Missio de *Angola* in Congo Lusitano; de his vide sub v. *Ubanghi Belg.* et *Congus Lusitanus*.

Missionarii in Congo de quibus tractatur suo proprio loco:

Andreas a Pavia († 1709)
Angelus a Valencia (flor. a. 1654)
Antonius a Gaeta († 1662)
Antonius a Gradisca († 1716)
Antonius M. a Monteprandone († 1687)
Antonius a Seravezza († 1673)
Antonius a Teruel († 1665)
Benucci Zenobius a Firenze († 1824)
Bernardinus Hungarus († 1664)
Bernardus M. a Canicattì († 1834)
Bonaventura a Nuoro († 1649)
Bonaventura a Sorrento († 1663)
Dionysius (Carli) a Piacenza († 1695)
Franciscus M. (Gioja) a Napoli († 1670)
Franciscus a Pamplona, laic. († 1651)
Gabriel a Bologna († 1739)
Georgius a Gheel († 1652)
Hieronymus a Montesarchio († 1669)
Hieronymus a Sorrento († 1697)
Hyacinthus a Bologna († 1759)
Hyacinthus a Vetralla († 1659)
Ianuarius a Nola († 1654)
Ioannes Ant. (Cavazzi) a Montecuccolo († 1678)
Ioannes Franc. a Roma († 1656)
Ioannes (Bellotti) a Romano († 1685)
Iosephus a Modena († 1726)
Marcellinus ab Atri († 1717)
Michaelangelus (Guattini) a Reggio Em. († 1669)
Seraphinus a Cortona († 1660)
Victorius a Pistoia († 1689)

Bibliographia

BULLAR. CAP., VII, cf. Ind.; IX, 379; X, 499.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 350 ss., cfr. etiam Index.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 505, 613 II, 50, 113-118, 325; III, 25.
ROCCO DA CESINALE, *Storia M.ss.*, III, 517-673
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 257-67.
IDEM, *Le Missioni*, X, 359-550.
ILG, *Geist d. H. Franz.*, I, 266-321.
STREIT, *Bibl. Missionum*, II, 735.
LA PRATIQUE *missionnaire des PP. Capucins italiens dans les royaumes de Congo, Angola et contrées adjacentes*. Louvain 1931. Textus italicus (auctore P. Hyacintho a Bononia?) et versio gallica. Cfr. *Collectan. Franc.* a. 1934 p. 511.
AGOSTINO DA BOLOGNA, *Catalogo dei Capp. missionari nel Congo...* (1645-1722), in: Molfino, *Capp. Genovesi*, IV, 1-22.
ANTONIO DA GAETA (Laudati), *La meravigliosa conversione della regina Zinga e del suo regno di Matamba*. Napoli 1669.
ANTONIO ZUCCHELLI DA GRADISCA, *Relazione del viaggio e missione nel Congo*. Venezia 1712. (Circa versionem et edit. german. vide *Antonius a Gradisca*.
AUGUSTE ROEYKENS DE TERVUREN, *Les Capucins et les Missions Congolaises au XIXe siècle*, in: « Aequatoria » a. 1948 n. IV, p. 128-36.
BUENAVENTURA, *La Prov. de Castilla*, cf. Ind.
BUENAVENTURA DE CARROCERA, *Los Capuchinos españoles en el Congo y el primer Diccionario congolés*. Madrid 1945 (ex: *Missionalia Hispanica*, vol. II, Num. 5).
IDEM, *O primeiro dicionario congués*, in: « PORTUGAL EM AFRICA » (Lisboa), III, 1946 p. 337-351.
IDEM, *Los Capuchinos españoles en el Congo y su trabajos en pro de la formación del clero indígena*, in periodico « *España Misionera* » (Madrid), II, 1945, p. 183-206.
CAVAZZI GIOV. ANT. DA MONTECUCCOLO, *Istorica descrizione de' tre regni Congo, Matamba et Angola... e delle missioni apostoliche esercitatevi da religiosi Cappuccini*. (pubblicata per cura del P. Fortunato Alamandini da Bologna), Bologna 1687; Milano 1690; Roma « Il Massaia » 1931-33. (Circa gallicam et germanicam translationem et edit., vide *Ioannes Ant. a Montecuccolo*).
DEODAT DE THUIN, *Les missionnaires Belges au Congo. Aperçu historique* 1491-1930. Bruxelles 1931.
DIONIGI CARLI DA PIACENZA e Michelangelo Guattini da P. — *Viaggio del P. Dionigi nel regno del Congo*. Reggio Em. 1671, 1672; Bologna 1674; Venezia 1679. (Quoad versiones huius operis, vide *Dionysius a Piacenza*).
GIOVANNI FRANC. DA ROMA, *Breve relazione del successo della Missione dei FF. Min. Cappuccini al regno del Congo*. Roma, Napoli 1648, Milano 1651. etc.
GIROLAMO MEROLLA DA SORRENTO, *Breve Relatione del viaggio nel regno del Congo*. Napoli 1692. 1726. (Quoad translationes etc. vide *Hieronymus a Sorrento*).
P. HILDEBRAND O. CAP., *L'ancienne Procure des Missions Congolaises à Lisbonne* 1647-1834. Anvers 1938.
IDEM, *Le martyr Georges de Geel et les débuts de la Mission du Congo* (1645-1652). Anvers 1940. Cfr. *Collectan. Franc.* 1940, p. 429-432.
JONGHE (DE)-SIMMAR TH., *Archives Congolaises*, fasc. I, Bruxelles, 1919, pp. 218 (cfr. *Archiv. Franc. Hist.*, a. 1922 p. 198).
KILGER LAUR., OSB., *Die Taufpraxis in der alten Kapuzinermission am Kongo und Angola*, in: « Neue Zeitschrift für Missionswissenschaft » v, 1949, p. 30-40, 161-69.
LUCA DA CALTANISSETTA, *Relazione inedita*

sul Congo scritta dal P. Luca nel 1701. Caltanissetta 1906, pp. 31.
MATEO DE ANGUIANO, *La Misión del Congo* [1645-1657]. Con introducción y notas del P. Buenav. de Carrocera. Madrid 1950, pp. XLVI-494. — Cf. *Boletín oficial Prov. Castilla*, 1950 p. 107.
MORI ASSUNTO, *Il contributo degli Italiani alla conoscenza dell'Angola*, in: « Bollett. della Soc. geografica italiana » a. 1949, p. 83-93, 185-94 (describuntur Opera a Capuccinis edita circa Congum).
PAIVA MANSO (VISCONDE DE), *Historia do Congo (Documenos)*. Lisboa, 1877 (Plurima docum. spectant mission. Cap.).
PENNESI G., *I missionari viaggiatori-italiani* [Cappuccini] *nella Bassa Guinea durante la seconda metà del sec. XVII*. Roma, 1881 (Ex « Bollett. d. Soc. geogr. italiana » 1881 n. 6).
ANALECTA CAP. 3 (1887) p. 123, 218, 252, 343, 377, *Docum. inedita de Congo*; 5 (1889) p. 26-29, *Istruzioni del Proc. Gen. ai missionari del Congo* (1683); 12 (1896) pag. 349, *Proclamatio regis Congi* (1653); 21 (1905) p. 216-221; 22 (1906) p. 89-90, *Elenchus missionariorum decurrente saec. XVIII*. (Quoad alia, cfr. *Index Gener.* voll. 1-50, p. 119).
ARCHIVO IBERO-AMER., 1948 p. 370 s. (bibl.)
BOLETÍN OFICIAL PROV. NAVARRA, III, n. 14 (1948) p. 67 ss. *Antiguas Misiones* (Congo).
COLLECTAN. FRANC. 16-17 (1946-47) p. 102-24: *Dos Relaciones inéditas sobre la Misión Capuch. del Congo* (Buenav. de Carrocera). Auctores Relationum: *Ioannes a Compostela* († 1672?); *Antonius a Teruel* († 1665).
ESTUDIOS FRANC. 50 (1949) 210-216, *Proyecto de misión en el Congo 1618-23* (Melchor de Pobladura).
ETENDARD FRANC. 41 (1939-40) 382-91, *Les premiers Capucins au Congo en 1645*. (P. Hildebrand).
ETUDES FRANC. 35 (1923) p. 615-631, *Les Capucins au Congo* (P. Dieudonné).
ITALIA FRANC. 6 (1931) p. 74-92, *I Cappuccini missionari nel Congo* (Catalogo inedito, pubblicato dal P. Sisto da Pisa) Cfr. *Collectan. Franc.* 1934 p. 512 n. 36.
NEERLANDIA FRANC. I (1914) pp. 33, 251; II (1919) p. 101-126. *Essai de bibliographie Capucino-Congolaise* (Edouard d'Alençon).
REVUE D'HIST. DES MISSIONS, 11 (1934) pag. 329-45. — 13 (1936) p. 53-67, *Quelques notes sur les anciennes missions des Capucins au Congo et dans l'Angola* (J. Cuvelier). Cfr. *Collectan. Franc.* 1937, pag. 656; 1941 p. 632.
IDEM, 16 (1939) p. 381-89. *Les premiers Capucins au Congo en* 1645 (P. Hildebrand).

Congus-Belga vide *Ubanghi belgicum*.

Congus Lusitanus (Angóla) in Africa Occidentali. — In ista regione, quae olim pertinebat ad Missionem *Congolensem*, fratres Capuccini iterum apostolatum susceperunt an. 1947. Nova Missio cum sede principali in *Luanda* commissa est provinciae Venetae.
BONAVENTURA DE CARROCERA, *Os Capuchinhos no Congo e o clero indígena*. In: Portugal em Africa, VI (Lisboa 1949) 232-41.
ANALECTA ORD. 63 (1947) p. 207 (Missionarii); 66 (1950) p. 141-46, Relatio Missionis.
ATTI OFFIC. PROV. VENETA, an. 1947 p. 64-73; an. 1948 p. 52-54, 101-103; an. 1949 p. 48-51, 136-47; an. 1950 p. 39-43 (*Nuova Missione del Congo*).
BOLLETTINO FRANC. (Padova), 1947, p. 83, 115.
IL MASSAIA, an. 1949, p. 148-150.

Coniglianum, vide *Conegliano*

Conimbria vide *Coimbra*

Conlegum, vide *Conliège*

Conliège (*Conlegum*) in prov. Lugdunensi. Hospitium ibi conditum a. 1600, nunc derelictum iacet.
BULLAR. CAP., V, 400 (Prov. Burgundiae).

Connolly Thomas Ludovicus a Cork (*archiep.*), alumnus prov. Hiberniae. — Ordinem Capuccinorum ingressus est in nostra prov. Romana (*Frascati*, 1825), sacrum autem presbyteratum suscepit Lugduni in Gallia a. 1838. In missionem *Canadensem* se retulit a. 1842, a secretis episcopi dioec. *Halifaxiensis*. An. 1852, die 4 maii, factus est episcopus dioecesis *S. Ioannis* in *Nova Brunswick* (nunc dioec. S. Ioan. Canadensis). et a. 1859 promotus est ad sedem archiepisc. *Halifaxiensem* (Nova Scotia in Canada). Inter alia, aedificavit ecclesiam cathedralem dioec. S. Ioann.; restauravit et complevit ecclesiam cathedralem archid. Halifaxien. — Decessit ibi a. 1876.
BULLAR. CAP. X, 720 n. 10.
GAMS. *Series Episcop.*, p. 178.
CATHOLIC ENCYCLOPEDIA, VII, 118 (Cfr. etiam *Index Gener.* p. 244).
FRANC. EDUCATIONAL CONFERENCE, 18 (1936) p. 185.

Conquista in Brasilia, Custodia de *Bahia* (Prov. Picena). — Cura paroecialis in hoc loco concredita est fratribus Capuccinis.
ATTI UFFICIALI CAPP. PICENI, a. 1950, p. 53, 54 (Familia religiosa et status paroeciae).

Conradus a Monheim (domo *Meyerle*) Prov. Bavaricae alumnus egregius. — Iam sacerdos et in Universitate Ingolstadii Professor, ad nos venit a. 1671. Munera Lectoris Defin. et Ministri Prov. exercuit. Obiit Monachii 3 nov. 1712. Scripsit Sermones ad Confessarios et Meditationes pro sanctis Exercitiis.
BULLAR. CAP. IV, 153.
PELLEGRINO, *Annali Capp.* IV, 322 ss.
BERN. A BON., *Bibl. Script.*, p. 67.
CHRONICA BAVAR. PROV. p. 383-85, 404.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 238-43.
LEXIK. THEOL. U. KIRCHE, VII, 159.
PROVINZBOTE (*Bayern*) a. 1934, p. 71-76.

Conradus (S.) a Parzham, Prov. Bavaricae. E familia *Birndorfer* ortus d. 22 dec. 1818, professionem religiosam inter fratres laicos emisit d. 4 oct. 1852. Per 43 annos in Conventu de *Altötting* ianitoris officium maxima cum caritate, zelo et patientia tenuit. Fama sanctitatis occubuit d. 21 apr. 1894. Plurimis patratis miraculis, d. 15 iun. 1930 inter Beatos, et d. 20 maii 1934 in albo Sanctorum relatus est.

Antonio M. de Montevideo, *El B. Conr. Apuntes biogr.* Montevideo, 1931.
Berra Franco, *Corrado da P. portinaio del convento.* Milano 1934.
Bruno (Gossens) von Cleve, *Bruder Konr. v. P.* - Dülmen 1934.
Constant, *Légende dorée des Cap.* p. 473-92.
Dunstan, *St. Conrad of P.* - Crawley 1934.
Ernest M. de Beaulieu, *Le Portier de la Madonne St. C. de P.* - Toulouse 1934.
Felice da Porretta, *Vita di S. Corr. da P.* - Roma, 1934.
Jérôme de Paris, *Un grand Serv. de Dieu et des pauvres. St. C. de P.*, Paris 1934.
Imerio da Castellanza, *L'Ostiario di Dio. S. Corrado da P.* - Milano 1934.
Joseph-Ant. von Harsberg, *Lebensbild des Konr. v. P.* - München, 1930 (versio hollandica, Herenthals, 1930); versio anglica, Detroit, 1932).
Marino da Desio, *Compendio vita B. Corr.* Roma 1930 (versio armena, Atene 1931).
Samuele da Chiaramonte, *S. Corr. da P. - Cenni biografici.* Isola del Liri 1934.
Zenón de Arenys de Mar, *Vida popular de S. Conrado de P.* - Cartago (C. R.) 1936.
Analecta O. Cap., cf. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) pag. 32-33.
Bruder-Konrad-Blatt. Beilage zum: *Altötinger Franziskusblatt.* Altötting, 1931 ss.
Collectan. Franc. 2 (1932) p. 557-58; 9 (1939) p. 417-20 (Bibliogr. S. Conr.).

Conradus a Provvidenti, v. *De Vito C.* episc.

Conradus a Salzburg (*Würfl*), Prov. Tirolensis Lector, Definitor et bis Minister. Fuit optimus Concionator uti testantur opera eius posthuma a Juvenali Annaniensi typis data: *Fidei salutis monitor,* 2 voll. (Salzburg 1683) et *Mysticum animae christianae theatrum* (Salzburg 1684). Obiit Salisburgi die 28 mart. 1681, aetatis phys. 53, religionis vero 34 annorum.

Bernardus, *Bibl. Script.*, p. 67.
Io. a S. Ant., *Bibl. Franc.*, I, 275.
Hohenegger, *Gesch. Tirol. Kap.*, I, 579.
Cassian, *Liter. Taetigkeit,* p. 95 s.
Zingerle J., in: *Zeitschr. f. Philologie,* 24 (1890) 318.

Consentia, vide *Cosenza*

Consentinus Commissariatus Prov. (*Cosenza,* in Italia merid.). — Anno 1584 ex aliquibus Conventibus Prov. Calabriae efformata est nova Prov. Consentina, quae a. 1754 numerabat 36 Conv. et 457 Relig. — Anno 1888 unita est memoratae matri Prov. Calabriae, sed a. 1899 denuo separatur. Anno 1909 iterum erigitur unica Prov. Rheginensis-Consentina, et ultimo d. 13 iulii 1914 Commissariatus Prov. Consentinus constitutus est.

Index Conventuum et Hospit. qui in territorio hodierni Commissariatus Consentini a) *nunc exstant:* Acri, Belvedere Marittimo, Cosenza, Morano Cálabro, San Giovanni in Fiore, Scigliano.

b) *sunt derelicti* conv. qui sequuntur: Altomonte, Amantea, Belmonte Cálabro, Bisignano Carolei, Casalnuovo, Cassano al Ionio, Castiglione Cosentino, Castrovillari, Celico, Cetraro, Ciró, Corigliano Calabro, Dipignano, Luzzi, Montalto Uffugo, Mormanno, Nocera Terinese, Oriolo, Orsomarso, Paola, Pedace, Piane Crati, Rogiano Gravina, Rogliano, Rossano, Saracena, Strongoli, Terranova, Torano.

Series Superiorum Prov. addito eorum electionis tempore. (cfr. Giov. Fiore, Calabria ill., II, 417. Mss. Prov. et Arch. Gener.).

Bonifacius ab Amendolara. 1585.
Hieronymus ab Acquaro: 1588.
Rufinus a Bisignano: 1591.
Ambrosius a Nocera: 1595.
Marcus a Corigliano: 1598.
Anselmus a Rossano: 1601.
Paulus a Correggio: 1608.
Franciscus a Corigliano: 1612.
Franciscus a Paola: 1615, 1625.
Ioannes a Cosenza: 1618.
Antonius a Castrovillari: 1621, 1635.
Hieronymus a Mormanno: 1627.
Benedictus a Cellara: 1632.
Benedictus a Taverna: 1637.
Romualdus a Cosenza: 1640, 1656.
Anselmus a Zumpano: 1643.
Gabriel a Morano: 1644, 1653.
Franciscus a Strongoli: 1647.
Antonius a Saracena: 1650.
Bonaventura a Scigliano: 1659.
Bonaventura ab Oriolo: 1663, 1669.
Antonius a Regina: 1666.
Daniel a Morano: 1671.
Ludovicus a Zumpano: 1673.
Gabriel a Belvedere: 1675.
Iosephus a Maglie: 1678.
Franciscus a Scalea: 1681, 1687.
Franc. Maria a Zumpano: 1685.
Antonius ab Acri: 1690.
Hieronymus a Seminara: 1693.
Hyacinthus a Tessano: 1696.
Antonius ab Olivadi: 1698.
Ludovicus a Mormanno: 1700.
Franciscus a Maglie: 1703.
Bonaventura a Rotonda: 1706, 1714.
Antonius a Maglie: 1709.
Bonaventura a Serra: 1711.
B. Angelus ab Acri: 1717.
Silvester a Rossano: 1720.
Ioan. Bapt. a Scigliano: 1723.
Ioan. Bapt. a Rotonda: 1726.
Ludovicus a Belmonte: 1729.

Antonius a Strongoli: 1732.
Bonaventura a Paola: 1734.
Gabriel ab Orsomarso: 1737.
Macarius a Mangone: 1740, 1755.
Paulus a Castiglione: 1742.
Emmanuel a Morano: 1743.
Ambrosius a Nocera: 1746.
Bonaventura a Belvedere: 1749, 1751.
Iosephus a Strongoli: 1758.
Bonaventura a Pedace: 1761.
Franc. Anton. a Mormanno: 1764.
Fidelis a Montalto: 1767, 1778.
Antonius a S. Pietro: 1770.
Angelus ab Orsomarso: 1773, 1784.
Seraphinus ab Amantea: 1775.
Michaelangelus a Mormanno: 1787.
Cherubinus a Mormanno: 1790.
Franciscus a Paola: 1793.
Angelus a Paola: 1796.
Seraphinus a S. Giov. in Fiore: 1799.
Bernardinus a S. Giov. in Fiore: 1802.
Vincentius M. ab Ajeta: 1809.
Antonius a Mormanno, Vic. Prov. 1813.
Seraphinus a Paola: 1816.
Seraphinus a Mormanno: 1820, 1826.
Aloisius a Mormanno: 1823.
Bernardus a Panettieri, nominatus a Super. Gen. a. 1829, loco P. Laurentii ab Aieta el. a Capit. Prov.
Iosephus a Lago: 1830.
Angelus ab Acri: 1833.
Ambrosius a Carpanzano: 1836 et a. 1839 nominatus est Commiss. Gen.
Zacharias a Laino: 1847, 1856.
Seraphinus a Panettieri: 1850.
Cherubinus a Laino: 1853.
Iesualdus a Cardinale: 1859-69, 1875-79.
Iesualdus a Scigliano: 1869.
Ignatius a Cerchiara: 1872.
Angelus a Regina: 1879, 1885.
Hyacinthus a Belmonte: 1882.
Michaelangelus a Rionero: 1888-98.
Bernardus a Petrizzi: 1898.
Michaelangelus a Mormanno: 1899.
Thomas a Montenero (Umbriae). 1909, 1911.
Cherubinus ab Irsina: 1914.
Archangelus a Calliano (Salerno): 1918.
Gregorius a Breno (Mediolan.): 1922.
Alphonsus a Calitri (Salerno): 1926-1932.
Nicolaus a Cesena (Bononien.): 1932-1944.
Archangelus a S. Giov. in Fiore: 1944, 1947.
Ioannes a Bucita (San Fili): 1950.

Religiosi huius Provinciae
de quibus tractatur sub eorum nomine

B. Angelus ab Acri († 1739)
Loschirico Iesual. a Cardinale, episc. († 1890)
Cherubinus a Mormanno, Proc. G. († 1835)
Hieronymus a Dinami, conc. (flor. 1583)
Hyacinthus a Belmonte, scriptor († 1899)
Michael a Cosenza, script. (saec. XVII)
Silvester a Rossano, conc. († 1596)

Bibliographia

Bullar. Cap. III, 77-98, 314; X, 727.
Chorographica Descriptio O. Cap. (ed. 1649) Tab. 17; (ed. 1712) Tab. 40.
Descriptio Geogr. O. Cap., pag. 40, Tab. X.
Pellegrino, *Annali Capp.* I, 321 (Terremoto del 1638).
Giov. Fiore, *Calabria illustrata*, II, 415-17.
Analecta Cap. 1 (1885) p. 190 (Status Prov.) 28 (1912) p. 285; 29 (1913) p. 30, 92, *Docum. hist. Prov. Consent. in Archivo Status Mediolani et in Arch. Prov. Bononiensi asservata*). — Quoad alia cfr. *Index Gener.* voll. 1-50, p. 181.
Il Beato Angelo [d'Acri]. — *Bollettino mensile dei Capp. della Prov. di Cosenza.* - Acri-Cosenza, 1924 ss. — Not. hist. vulgatae sunt a. 1942 ss.
Collectan. Franc. 6 (1936) p. 14, 15 (de orig. Prov.); 12 (1942) p. 138-139 (not. bibliogr.).

Consigliere Victorius a Sestri Ponente, episc. — Ortus d. 5 iun. 1883, Ordinem amplexus est in Prov. Genuensi a. 1899. Munus Concionatoris S. Palatii Apost. tenuit a d. 21 oct. 1921 usque ad a. 1931. Inter Consultores S. Rit. Congr. adnumeratur d. 15 decembris 1923 et ad Sedes Cathedrales unitas *Asculanam Apuliae et Ceriniolensem.* (Ascoli Satriano et Cerignola) promotus est die 1 sept. 1931. Graviore morbo implicitus, Romam venit, ibique paulo post mortem obivit d. 15 mart. 1946.

Il Novello vescovo *Mons. V. Consigliere Omaggio della ligure Prov. Cappuccina.* Genova 1931.
Sua Eccell. V. Consigliere *nel suo I° ingresso in Cerignola.* Cerignola 1932.
Acta *Prov. di Genova* an. 1946 p. 35-39.
Analecta O. Cap. 37 (1921) p. 306; 40 (1924) p. 33; 47 (1931) p. 271; 62 (1946) p. 103.
Vita nostra, *Bollettino della Curia vescovile di Cerignola.* Cfr. an. 193.-1946.

Constances vide *Coutances.*

Constantia, vide *Coutances, Konstanz.*

Constantia Maria Castreca a Fabriano, abbatissa monialium Capuccinarum in monasterio S. Ioseph apud *Fabriano.* Nata a. 1670, obiit a. 1736.

Compendio *della vita della Serva di Dio Suor Costanza Castreca.* Padova 1923.
Buti Angelagostino, *Vita della S. di D. Suor Costante M. C. Badessa delle Capp. di Fabriano.* Fabriano 1745, pp. 404.

Constantinopolis. — Primus fratrum Capuccinorum in urbem, quae est caput Turciae, ingressus est P. Ioannes Zuave a Medina del Campo a. 1550, qui fidei causa Cayri anno sequenti occisus est. An. 1585-87 Constantinopolim se contulerunt S. Iosephus a Leonessa cum quibusdam sociis, qui multa ob evangelicam praedicationem perpessi sunt. — Stabilis Missio Constantinopolitana a. 1624, opera praesertim P. Iosephi Parisiensis, clari viri, initium habuit, quae Missio usque ad a. 1881 etiam Missionem Smyrnensem etc. comprehen-

dit; praecipuae residentiae fuerunt Galata (S. Georgius) et *Pera* (S. Ludovicus), suburbia Constantinopolis. Nostri missionarii, qui postea etiam Cappellanorum officio apud gallicam Legationem functi sunt, multiplicem operam apostolicam exercere potuerunt. Cum tamen ob gallicum motum saec. XVIII, Capuccini gallici dein defecissent, Missionem Constantinopolitanam Capuccini itali sibi sumpserunt et usque ad a. 1881 exercuerunt, quo anno iterum Missio nostrae provinciae Parisiensi commissa est. Dignum est quod memoretur *Seminarium S. Ludovici « interrituale »* nuncupatum, a nostris missionariis in urbe Constantinopolitana circiter a. 1884 conditum, in quo iuvenes bonae spei, tum latini, tum orientalis ritus, ad sacerdotium instituuntur.

Missionarii in hac regione de quibus tractatur suo proprio loco:

Aegidius a Santa Maria, hispanus († 1603)
Arsenius a Châtel-Montagne († 1900)
Bernardus a Paris († 1669)
Cannavó Alois. a Castiglione († 1907)
Iosephus (S.) a Leonessa († 1612)
Ioannes (Zuazo) a Medina (1551)
Ioannes a Troja, laic. († 1551)
Pacificus a Provins († 1648)
Robertus a Dreux († 1720)
Sebastianus M. ab Assisi, natione Gallus († 1818)
Thomas a Paris († 1671)
Zohrabian Cyrillus ab Erzerum (1914)

Bibliographia

(Vide etiam sub v. *Turcia*)

Descriptio geogr. (1929) p. 51 tab. XXIII.
Bullar. Cap., VII (cfr. Ind. p. 459); IX, 230.
Melchior, *Historia Ord.*, vol. III, 313-320; cfr. etiam Index.
Pellegrino, *Annali*, I, 38, 372 ss.
Rocco da Cesinale, *Storia Miss.* I, 47-71.
Steidl, *Missionen d. Kapuziner*, p. 19-23.
Clem. da Terzorio, *Le Missioni*, II, 7-151.
Idem, *Man. hist. Miss.*, p. 22-25.
Franc. da Vic. *Missionari Prov. Seraf.* p. 86-129.
Statistica... *della Gerarchia di Rito orientale* (Roma 1932) p. 283 (Semin. S. Lud.).
Belin A.-Arsène de Chatel, *Histoire de la latinité de Constantinople*. Paris 1894.
Bruno de Paris, *Création et débuts d'un Séminaire oriental à Constantinople*. Paris 1907. pp. 90.
Analecta Cap., 1 (1885) p. 286. — 12 (1896) p. 89 (*Origo Miss. etc.*). — 18 (1902) p. 49 ss. — 40 (1924) p. 98-106 (*historia Seminarii S. Ludov.*). — 50 (1934) p. 328 ss. (*de Seminario « interrituale »*) — 56 (1940) p. 295-97 (Relatio missionis). (Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 119.
Annuario Franc. per l'Italia (Reggio Emilia) II, 1935, p. 216-219, Il Seminario interrituale dei Capp. a Costantinopoli (*Decreto, Statuti*).
Collectan. Franc. 18 (1948) 118 ss. *Docum. inediti del sec. XVII* (cf. Ind. p. 369).
Etudes Franc., 2 (1899) p. 483 ss. *Un episode de la vie de St. Ios. de Léonisse. Première installation des Capucins à Constantinople (1587-1589)* — 6 (1901) p. 342 ss. *L'idée du P. Ioseph. Fondation des Missions Capucines françaises* (Hilaire de Barenton) — 29 (1913) p. 232 ss. *Ambassadeurs de France et Capucins français à Constantinople au XVIIe siècle d'après le Journal du P. Thomas de Paris* (P. Bruno).
Le Flambeau (Istanbul), 1948, p. 40-43, *Le centen. de St. Louis* (Mgr. Gautier).
Seraph. Weltapostolat, 2 (1926) p. 353-355.

Constantinus a Barbençon, antiquae Prov. Gallo-Belgicae alumnus. — Ortus e gente *Pauwet* a. 1581 vel 1582, Regulam professus est a. 1601. Optimus magister vitae spiritualis verbis et scriptis se praebuit. Eius opus *Les secrets sentiers de l'amour divin* (1623) magni aestimatur, pluresque variarum linguarum editiones habuit. Ordinis nostri instaurator in Germania exstitit, ibique sancte obiit in urbe Bonn anno 1631.

Bullar. Cap. IV, 279.
Bern. a Bon., *Bibl. Script.* p. 67.
Sbaraglia, *Scriptores* I, 214.
Ioan. a S. Ant. *Biblioth. franc.* I, 276.
Pellegrino, *Annali Capp.* I, 177 ss. (ubi non omnia correcta inveniuntur).
Hierotheus, *Prov. Rhenana*, p. 70, 119.
Bonav. v. Mehr, *Predigtwesen*, cfr. Ind.
Hildebrand, *Kapuc. in de Nederl.*, IV, 110.
P. Optatus, *Spiritualiteit Capuc. in de Nederlanden* (Utrecht 1948), p. 104-106.
Théotime de 's Hertogenbosch, *Le P. Constantin de Barbanson et le Préquiétisme* (Excerpta ex *Dissertatione* ad lauream) Assisi, 1940 pp. 51.
Enciclopedia Cattolica (Roma), IV, 716. notitiae bio-bibl.
Collectan. Franc. 10 (1940) p. 338-382 (vide supra Théotime...) — 11 (1941) p. 572 n. 775 (de *versione neerlandica* operis P.C.)
Etudes Franc. 42 (1930) p. 586-94 (*Bio-bibl.* par le P. Hildebrand); 45 (1933) p. 236-37; 46 p. 368-74, 744 (Bibliogr.).
Idem, Nouv. Série, N. 1 (1950) 97-102, *Note sur un ms. des « Secrets Sentiers » du P. C. de B.* (Willibrord de Paris).
Franc. Leven, 11 (1928) p. 345 ss. (de oper. P. Const.); 29 (1946) p. 71-87, *P. Const. een oude mysticus met moderne opvattingen.* (P. Theotimus).
Revue Ascet. et Myst. 13 (1932) p. 412-15; 14 (1933) p. 198-99; 15 (1934) p. 102.
Vie Spirituelle 32 (1932) p. 169-75.
Zeitschr. für Aszese 10 (1935) p. 161-64.

Constantinus ab Eisenharz (*Rösch*), prov. Rhenano-Westfalicae filius illustris. — Ortus a. 1869, habitum seraphicum inter Capuccinos sumpsit a. 1889. Studiis absolutis a. 1894, mox munus lectoris S. Scripturae ei committitur, quo officio per annos quinquaginta, scilicet

usque ad mortem, egregie persolvit. Ut in sacris disciplinis et linguis orientalibus plenius se instrueret a. 1899 Universitatem Studiorum Monasteriensem (Münster) frequentare coepit et a. 1927 iter in Palaestinam cum Pontificio Instituto Biblico perfecit. Porro de vertenda exponenda et divulganda S. Scriptura ita summe meritus est ut etiam publica laus ei tribueretur a facultate theologica Universitatis Monasteriensis (1930) et a praeside sic dicti « Operis biblici catholici » (1938). Revera opera biblica a P. Rösch vulgata magna gaudent aestimatione et inter fideles linguae germanicae sunt valde usitata. En eorum elenchus, ordine chronologico, quibusdam minoris momenti praetermissis:

Der Aufbau der hl. Schriften des Neuen Testamentes. Münster 1905.

Die hl. Schriften des Alten Testam. I. Teil. *die historischen Schriften.* Ibid. 1908.

Die vier hl. Evangelien und die Apostelgeschichte. Paderborn 1914.

Das Neue Testament übersetzt und erläutert. Paderborn 1921. — Haec versio germanica prae ceteris optima praedicata est; assidue reimprimitur et an. 1941 plus quam decies centena milia exemplaria edita sunt.

Perikopen. Die Episteln und Evangelien des Kirchenjahres. München 1927. — Haec editio in omnibus fere dioecesibus Germaniae ab Ordinariis pro usu liturgico praescripta est.

Das Lukasevangelium: I. Text, II. Kommentar. Münster 1931-33.

Die Offenbarung des hl. Apostels Johannes. Paderborn 1941.

Praeter opera quae supra diximus multos articulos de re biblica in pluribus Commentariis periodicis vel ephemeridibus evulgavit et saepissime in variis catholicorum coetibus seu conventibus collationes de eadem re habuit. Tandem pius ac benemeritus religiosus in Domino quievit Münster, die 23 feb. 1944.

Analecta Cap. 60 (1944) p. 108-111, necrol.
Collectan. Franc. 15 (1945) p. 268, necrol.
L'Osservatore Romano, 25 giugno 1944, p. 4

Constantinus a Loro Piceno (*Mochi*), alumnus prov. Picenae, in regno Thibetano missionarius (1738-49). Decessit in conv. Asculano a. 1770. — Suae Missionis reliquit *Epistolam* seu *Relationem* (1742), quae publici iuris facta est, italice in: *Analecta Capucc.* vol. 18 (1902) pp. 337-349; gallice vero in: *Annales Franciscaines* (Paris), t. 29 (1905) p. 35, 86, 174, 232. — Aliud eius scriptum, cui titulus: *Notizie laconiche sopra alcuni usi, sacrifizi ed idoli del regno di Nepal*, in Archivo Propag. Fidei asservatur.

Clem. da Terzorio, *Le Missioni*, viii, 361, 411; ix, 10, 50.
Gius. da Fermo, *Scrittori d. Marche*, p. 27.
Amat di S. Filippo, P., *Biografia dei Viaggiatori italiani* (Roma 1882) p. 504 (erronee ab *Ascoli* dictus).
Streit, *Bibl. Missionum*, vi, nn. 423, 497.
Analecta Cap., 18 (1902) p. 338.
Vita Franc. (Loreto) a. 1940, p. 173, *Una Lettera del P. Cost.* (Lhasa, 1742) esposta alla Mostra d'Oltremare (Napoli 1940).

Constantinus a Poggioberni, Prov. Picenae. — Familia *Giacomini* ortus a. 1757, habitum recepit a. 1782 apud Fratres Prov. Bononiensis. Post annos quatuordecim Prov. Picenae aggregatus fuit, ibique sanctitate et fama clarus, obiit in Fossombrone d. 22 oct. 1835.

[Eugenio da Potenza Picena] *Brevi cenni relativi alla vita di Costant. da Poggiob.* — Castelpanio, 1912.
Gius. da Fermo, *Iscrizioni.., Prov.* p. 58.
Analecta O. Cap. 28 (1912) p. 136-39 (*Instrumentum recognitionis corporis Fr. Const.*).
Vita Francescana (Loreto) a. 1935, p. 104-107, *Nel 1° Centen. della morte del Padre Costantino da Poggioberni.*

Constantius ab Acqui, laicus prov. Genuensis; sanctitate clarus († 1627).

Silvest. Mediol., *Annales*, p. 466-475.
Gius. da Cannobio, *Annali*, ii, 125 ss.
Leggendario Francescano, vi, 91.
Aurora Franc. (Alessandria), a. 1927, p. 51.
Archiv. Franc. Histor., a. 1914, p. 789. — a. 1922, p. 214 (Recognitio corporis Fr. Const. etc.).
Rivista *di storia... della prov. di Alessandria*, t. 23 (1914) p. 284; t. 26 (1917) fasc. iii, p. 36 s.

Constanz vide *Konstanz.*

Constitución in Chilensi Commissariatu. — Conventus, cum Ecclesia SS. Cordi Iesu dicata, exstat ab a. 1900

Estadistica *Prov. de Navarra* (1928) p. 130.
Analecta Cap. 57 (1941) p. 34, Novitiatus.
Reseña hist. *de Capuch. en Argent. y Chile*, p. 191-204.

Constitutiones FF. Capuccinorum. — Praeter Regulam, quae toto Ordini minoritico communis est, Ordo noster peculiares *Constitutiones* habet pluries revisas ac vulgatas.

I. (1529). Antiquiores Constitutiones promulgatae sunt in prima generali Congregatione Alvacinae coacta a. 1529, quae e loco originis Constitutiones de *Albacina* nuncupatae sunt. Eorum textus italice conscriptus, nempe: *Costitutioni delli Frati Minori detti della vita heremitica*, anno tantum 1913 Romae apud Curiam Gen. publici iuris factus est hoc titulo: *Le prime Costituzioni dei FF. Min. Cappuccini di S. Francesco.* Idem textus denuo vulgatus est in *Monumenta Ord. Min. Cap.*, vol. V, p. 158-172 (Romae 1946). — Hae Constitutiones in latinum idioma conversae primum editae sunt a P. Boverio in suis *Annalibus* (I, 117 ss.): iterum autem in *Analecta Ord. Cap.* (V, 1889, p. 13-21).

II. (1536). In altero Capitulo generali, an. 1536-37 celebrato, priores *Constitutiones*, auc-

tore praesertim P. Bernardino ab Asti Vicario Generali, reformatae amplificatae ac iuxta duodecim Regulae capita redactae sunt et in lucem editae italico idiomate Neapoli an. 1537. Haec originaria editio ita postea deperdita est, ut de eius existentia dubitari potuerit iam saec. XVII. Feliciter tandem a. 1926 illius editionis *exemplar* inventum est, atque a. 1928 Romae nova impressio facta est in opere cui titulus: *Liber memorialis Ord. Min. Capuccin.* (pp. 356 ss.).

III. (1552). Patribus in Capitulo Generali a. 1546 congregatis, utile visum est *Constitutiones a.* 1536 recognoscere, emendare et complere; quod factum est in sequenti Capitulo a. 1552. Harum Constitutionum textus italice conscriptus, lucem vidit Venetiis eodem anno 1552. Huius editionis *exemplar* asservatur in nostro Archivo Assisiensi; eaedem vero Constitutiones iterum vulgatae sunt in opere: *Liber Memorialis Ord. Cap.* (Romae 1928, pp. 356 ss.

IV. (1575). In Capitulo Generali a. 1575 celebrato decisum est *Constitutiones* vulgatae an. 1552 iterum recognoscere atque in lucem edere eo fine praesertim ut nonnulla S. Concilii Tridentini decreta in illis insererentur. Novus itaque Constitutionum textus decretis Concilii Trid. accommodatae, editus est Venetiis a. 1577 et nuper in opere: *Le prime Costituzioni dei FF. Min. Cappuccini* (Roma 1913) pp. 35-100.

V. (1608). Iussu Capituli Gener. an. 1608, *Constitutionum* recognitio facta est, ut novis S. Sedis decretis conformarentur; haec nova redactio typis data est Romae an. 1609.

VI. (1638). Alia contextio *Constitutionum*, Cardinali Protectore mandante elaborata, praelo subiecta est (italice et latine) Romae an. 1638. Hae vero Constitutiones, etsi a S. Congreg. et ab ipso Urbano VIII approbatae et confirmatae die 24 mart. 1638, ab Ordine nostro, qui in recognitione *nullam habuerat partem*, non sunt acceptatae.

VII. (1643). Quinquennio vix elapso e publiblicatione praecedentium Constitutionum, ne Ordo Constitutionibus debitis destitueretur, Capitulum Gen. a. 1643 *novas Constitutiones* redegit, antiquioribus innixas; quae Constitutiones approbatae atque confirmatae *in forma specifica* a Sede Apostolica die 19 iunii 1643, per duo dein saecula cum dimidio perstiterunt.

VIII. (1909). Capitulum Gener. an. 1896 congregatum *Constitutionum* revisionem esse peragendam edixit; quae revisio non sine improbo labore, ad finem perducta est tempore Capituli Gen. a. 1908. Has novas Constitutiones, tum latino tum italico idiomate exaratas, Pius PP. X *in forma specifica* approbavit et confirmavit die 8 sept. 1909 atque Minister Generalis die 8 decembris eiusdem anni rite promulgavit.

IX. (1925). Edito Codice Iuris Canonici (1917), ad normam can. 489 et iuxta Decretum S. Congr. de Religiosis (26 iun. 1918), etiam nostrae *Constitutiones* in nonnullis immutari atque accommodari debuerunt; quod factum est a Commissione in Capitulo Gener. a. 1920 electa, una cum PP. Ministro Gener. et Definitoribus Gener. — Novum textum Constitutionum, ad praescripta Codicis J. C. ita reformatum atque latino sermone exaratum Pius Papa XI adprobavit et confirmavit die 22 dec. 1925.

Bibliographia

BULLAR. CAP., I, cf. *Index* p. 235; IX, 5.

CONSTITUTIONES CAP. (a. 1926), cfr. « *Prologus* ».

LIBER MEMORIALIS O. CAP. (1928) p. 333 ss. *Primigeniae legislationis O. Cap. textus originales, seu Constitutiones a.* 1536 *ordinatae et a.* 1552 *recognitae.* (cfr. *Introductio* historica, auctore P. Eduardo ab Alençon).

MONUM. HIST. O. CAP., cfr. *Indices* vol. I, p. 534; II, p. 518; IV, p. 236; V, p. 469.

EDUARDUS, *De Primordiis*, p. 51, 63, 64.

IDEM, v. supra *Liber Memorialis.*

PELLEGRINO, *Annali*, I, 504 (Const. a. 1643).

CONSTANTIUS AB ALDEASECA, *Natura iuridica Paupertatis O. Cap.* (Romae 1943) p. 30-43.

THEOPHIL, *Enstehung d. Kapuz.*, p. 106-112.

VENANTIUS, *Monum. ad Constit. O. Cap.* pag. 14-23. cfr. Index, p. 669.

MELCHIOR, *Hist. O. Cap.*, I, 106-17; II, 74-78.

ANALECTA CAP., cfr. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 34.

COLLECTAN. FRANC. 12 (1942) p. 377-79, 393-396, *Constitutionum series chronologica* (Marinus a Neukirchen).

ESTUDIOS FRANC., 49 (1948) p. 427-437: *Valor jurídico de la interpretación de las Constituciones de los Capuchinos hecha por el Definitorio General.* (Agapito de Sobradillo); 50 (1949) p. 265-74, *Forma en que están aprobadas por la S. Sede las Constituciones de los PP. Capuchinos.* (Agap. de Sobradillo).

FRANC. LEVEN, 13 (1930) p. 49-57, *Richting en regelmaat* (P. Clarentius).

ITALIA FRANC. 4 (1929) p. 407-427, *Il « Liber Conformitatum » e le Costituzioni de FF. Cappuccini* (Teodorico da Castel S. Pietro). Cfr. *Collectan. Franc.* 1931, p. 265

THE MESSENGER (Prov. Calvariensis in Amer. sept.), vol. III (1929...) p. 36. 92, 132 288, *Changes effected in the new Constitutions.*

ROUND TABLE, VII (reimpr. a. 1949) p. 113-142 (versio anglica *Constit. a. 1536*, cura P. Marci Stier); VIII (reimpr. a. 1949) p. 1-13, *The spirit of the first Constitutions* (1529); p. 116-26 (versio anglica earundem Const., cura Fr. Isidori Mausolf).

SANKT FIDELIS (Schweiz), 25 (1938) p. 9, 42, 131, 169, 197. — 26 (1939) p. 18, 58, 88, 136, *Die Konstitutionen der Observantem und der Kapuziner.* (P. Caesar).

Consultores SS. Congregationum in Curia Romana. — Series Religiosorum Ord. Min.

Capuccinorum ad officium Consultoris in variis SS. Congregationibus Romanis electorum ab an. 1734 usque ad an. 1895 vide *Analecta Cap.* 11 (1895) p. 313-315; ab an. 1885 usque ad an. 1934 vide *Index Generalis* voll 1-50 eiusdem *Analecta Ord.*, p. 64; ab an. 1935 usque ad praesens vide Indices annuales *Analecta Ord.* sub v. *Consultores*; demum de nonnullis Consultoribus, a Pio VI usque ad Pium IX vide *Bullarium Ord.*, t. x, p. 778 Ind.

Circa Consultores SS. Congr. cfr. etiam MELCHIOR, *Historia Ord. Cap.*, vol. III, 429 s.

Contendas in Brasilia, Custodia de *Pernambuco* (Prov. Lucensis). — Domus nostra ibi canonice erecta est an. 1948 cum Seminario Seraphico S. Antonii Patavini.

ANALECTA CAP., 65 (1949) p. 26.
BOLLETT. UFF. PROV. LUCCA, 1948, N. 1, p. 3, 17.

Conters in Helvetia (Missio *Raeticae*). — Ibi fratres nostri apostolatum et curam paroecialem exercuerunt ab a. 1638 ad a. 1724.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 119.
CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia* (Ind.).
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 63, 93.

Conti Innocentius romanus (1731 † 1785). — Creatus cardinalis tit. S. Mariae in Aracoeli a. 1773, in Protectorem Ordinis nostri datus fuit a. 1774.

BULLAR. CAP. IX, 139.
ANALECTA O. CAP. 12 (1896) p. 367.

Contratto Modestus a Bagnasco, episc., Prov. Pedemontanae alumnus. Anno 1798 natus, Ordini nostro nomen dedit a. 1816. Ad Sedem episcopalem *Aquensem*, (Acqui) promotus, et S. Romani Imperii Princeps electus d. 21 nov. 1836, per triginta annos Dioecesim cum laude rexit. Obiit d. 6 dec. 1867.

BULLAR. CAP. X, 157.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, II, 81 ss.
CAPPELLETTI, *Le Chiese d'Italia*, XIV, 155.

Conventuales (FF. Minores). — Inter Congregationes quibuscum Capuccinorum Ordo magis familiariter et fraterna caritate usus est adnumerandi sunt *FF. MM. Conventuales*. Etenim Ludovicus a Fossombrone iam an. 1527, ut efficacius reformationem initam prosequeretur, sub Conventualium dependentiam transitum obtinuit et Paulus III statutum *Constitutionum* approbavit iuxta quod Vicarius generalis Capuccinorum statim post suam electionem tenebatur *confirmationem* petere a Magistro generali Conventualium, quod quidem usque ad a. 1619 servatum est, cum Paulus V ab omni dependentia a Conventualibus Capuccinos exemit.

Ex Minoribus Conventualibus plurimi insuper ad Capuccinos convolarunt primis annis reformationis. Inter praecipuos recensentur *Bernardinus a Montolmo* et *Bartholomaeus* (Baffi) *a Lucignano*. Integra communitas de S. Angelo in Vado habitum Capuccinorum assumpsit; a FF. item Conventualibus Capuccini habuerunt coenobium oppidi *Montepulciano*.

In publicis processionibus fratres nostri primitus sub cruce Conventualium incedebant, sed Sixtus V et dein etiam Paulus V, an. 1617 Capuccinis privilegium concesserunt propriam deferendi crucem.

BULLAR. CAP., I, 3, 18, 29, 62.
MONUMENTA HIST. O. CAP., I, V, cfr. Ind.
MELCHIOR, *Hist. O. Cap.*, I, 351, cfr. et Ind.
ROUND TABLE *of Franciscan Research* (Marathon, Wis.), XI, 1945, p. 25-36.

Conventus FF. Capuccinorum. — Primis annis reformationis Fratres nostri, ut commodius vitae contemplativae vacarent, procul ab urbibus et oppidis morabantur, in humilibus tuguriis vel eremis, ab ipsis ligno et humo aedificatis, aut in parvis monasteriis ab aliis derelictis. Primi generis fuerunt eremi in oppido Colmenzone iuxta Camerinum, Montemelone (nunc Pollenza) et Acquarella apud Albacinam ubi an. 1529 primum Capitulum Generale habitum est. Ex eremis inhabitatis primores Capuccini *Fratres vitae eremiticae* vulgo appellabantur.

Primus veri nominis conventus iuxta Constitutiones de Albacina aedificatus est Renacavatae prope Camerinum an. 1531, illucque fratres eremi Colmenzone se transtulerunt. Ex antiquioribus coenobiis pauci supersunt; aliquorum solummodo parva vestigia habentur; alia pauca penitus mutata sunt vel ad alios usus adhibita.

Decursu temporis quidam eremi et conventus ab ipsis fratribus derelicti sunt quippe qui insalubriores vel parum tuti aut quia remotiores a locis habitatis ministerio apostolico incommodi.

Conventus nulla architectonicae artis peculiari norma aedificantur, sed iuxta humilem et simplicem formam a Constitutionibus praescriptam. Quilibet conventus ad unicum tabulatum aedificari solet, cum parvis fenestris, parva ecclesia, modico claustro; singulisque conventibus permittitur non nimis amplus hortus. Ab huiusmodi tamen forma interdum opus est discedere si agatur de collegiis, de sanctuariis etc. vel si a legibus civilibus aliud praescribatur.

Conventuum Ordinis numerus usque ad alteram saeculi XVIII partem continuo auctus est. Ex pluribus statisticis eruitur ut sequitur: an. 1529 conv. 4; an. 1550 conv. 105; an. 1571 conv. 300 et ultra; an. 1596 conv. 664; an. 1608 conv. 808; an. 1625 conv. 1192; an. 1650 conv. 1428; an. 1698 conv. 1605; an. 1754 conv. 1715 (vide sub v. *Statistica Ord.*). Tamen a fine saec. XVIII, idest a gallica revolutione, ob leges in pluribus Europae nationibus contra religiosos Ordines latas nostrorum conventuum numerus valde imminutus est.

Conventuum suppressiones habitae sunt:
in *Austria*, an. 1781, 1810.
in *Belgio*, an. 1796, 1810.
in *Gallia*, an. 1790, 1810, 1880, 1903.

in *Germania*, an. 1810, 1875.
in *Helvetia*, an. 1841.
in *Hispania*, an. 1835-36.
in *Hollandia*, an. 1810.
in *Hungaria*, an. 1781.
in *Italia* an. 1810, 1855, 1860-66, 1873.
in *Polonia* et *Russia* an. 1831, 1864.

Post quae tempora mala conventuum numerus lente, sed continuo augeri coepit. Hodiedum coenobiorum summa, hospitiis comprehensis, ultra mille et centum extenditur.

BIBLIOGRAPHIA

a) *Bibliographia generalis*

DESCRIPTIO GEOGRAPH. O. CAP., Romae 1929.
BULLAR. CAP., cf. in fine voll. II-V, Index Conventuum; quoad alia cf. Indices sub v. *Conventus*, *Fabricerii*, *Valetudinaria*.
MONUM. ORD. CAP., I, II, IV, V, cf. Indices.
VENANTIUS, *Monum. ad Constit. Cap.*, cfr. Index sub v. *Conventus*, *Fabricae*, *Valetudinaria*, etc.
BOVERIO, *Annales*, II, cfr. Index rerum in fine vol. sub v. *Aedificia*.
LIBER MEMORIALIS O. CAP. (1928) pp. 53-74 *I primi Conventi Cappuccini* (Emidio d'Ascoli)
EDUARDUS, *De primordiis O. Cap.*, p. 57-62.
BUENAVENTURA. *La Prov. de Castilla*, I, 280ss. (de modo construendi conventus).
CHRYSOST. SCHULTE, *Festschrift des Ordens* (1928) p. 60-63, *Anlage eines Kapuzin. Klosters*; p. 63-67, *Kapuz. Klost. als Ausdrucksform*; p. 68, 116, 141, 155, 157, *Ein Tag im Kapuz. Kloster*.
CONSTANTIUS AB ALDEASECA, *Natura iuridica Paupertatis* (Romae 1943), cfr. Ind. p. 223.
ILG, *Geist des hl. Franz.*, I, 6-12.
ISIDORO DA ALATRI, *Per la vita dei nostri Conventi*. Roma 1949. 52 pp.
MAGNUS KÜNZLE, *Bauten und Bilder in der Provinz*. In: *Schweizer. Kapuz. Prov.-Festschrift*. (1928), p. 66-88. — cfr. *Etudes Franc.*, 1929, p. 631 n. 144.
MELCHIORRE, *La bella e santa Riforma dei Capp.*, p. 36-50.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I 34-37 II, 17s. (decr. Innoc. X de parvis conv.) 108-111.
ANALECTA CAP., 2 (1886) p. 43, *An possit tempore contagii Conv. in hospitale transformari*. — 20 (1904) p. 181-183, *De Conv. ante a. 1700 aedificatis sub invocatione Immaculatae Conc. B. V.* — 49 (1933) p. 201, *De normis servandis in Conv. constructione*.
ETUDES FRANC. 28 (1912) p. 484-503, *Les premiers Couvents et souvenirs*. (Edouard d'Alençon).
ROUND TABLE, IX (reimpr. a. 1949) p. 1-9, *Early Capuchin Convents*. (Fr. Roland).
— Cfr. etiam bibliogr. sub v. *Ars*.

b) *Bibliographia particularis*
circa Conventuum suppressiones

BULLAR. CAP., X, cfr. Index sub v. *Regulares Ordines*.
VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, p. 645-48; De Religiosis violenter dispersis vel suppressis.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908), p. 65-69, de suppress. Conv. a. 1781.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 420-449, Suppress. a. 1810 et 1866.
BUCHBERGER, Lexikon f. Theol. u. Kirche, IX, 100-107 (Not. gener. de suppress.).
THE CATHOLIC ENCYCLOPEDIA, X, 453-458.
COLLECTIO *instructionum et declarationum SS. Roman. Congreg. pro Italiae Regularibus suppressis*. Romae 1882.
[NICOLA DA S. GIOV. EX MIN. GEN.] — *Soppressione degli Ordini religiosi e demaniazione dei beni ecclesiastici*. Roma 1873.
BERNARDINO CUSMANO, Lettore Cappuccino, *La guida sicura dei Religiosi dispersi nei tempi presenti*. V ediz. Milano 1870 pp. 56.
UBALD DE CHANDAY, *Les Expulsés, Ce qu'ils sont — Ce qu'ils font — Ce qu'ils veulent*. Paris 1881.
AGOSTINO D. — *Risposta ai Superiori Generali degli Ordini religiosi, sopprimendosi in Roma le loro corporazioni*. Venezia 1874.
GIOV. BATT. DELL'ADDOLORATA, O. F. M. — *Incitamenti serafici ai Frati francescani dispersi*. Roma 1886.
HITTMAYER R., *Der josefinische Klostersturm*. Freiburg, 1907.
LARACCA ITALO MARIO, C.R.S. — *Il patrimonio degli Ordini religiosi in Italia. Soppressione e incameramento dei loro beni* (1848-1873) Roma 1936. (Cfr. « L'Osservatore Romano » 21 Giugno 1936, p. 3).
WOLF A., *Die Aufhebung der Klöster in Innerösterreich*. Wien, 1871.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 108-111, 141-47, 168-71, Commentaria in Ordinationes Capit. Gen. a. 1884 circa Fratres dispersos et suppressos.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 13, 19, 24, 199, 205 (Not. de persecutionibus et Suppression. Relig.).
ECO S. FRANC., a. 1873 p. 173, 234; a. 1874 p. 301, *Le soppressioni dei Frati*.

Conversano (*Cupersanum*) in Prov. Apuliae (Bari). — Anno 1572 Hospitium, anno vero 1580 Conventus aedificatus fuit cum Ecclesia S. Cruci dicata. Post a. 1861 suppressionem, reassumptus est a. 1900, sed anno sequenti definitive relictus est.

BULLAR. CAP. III, 317.
SALV. DA VAL., *I Capp. nelle Puglie*, p. 182.
ANALECTA O. CAP. 55 (1939) p. 92.

— Monasterium monialium *Capuccinarum* fundatum est a. 1635; eius ecclesia dicata est SS. Cosmae et Damiano.

SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 309.

Copertino (*Cupertinum*) in Prov. Apuliae (Bari). — Ab a. 1590 usque ad a. 1861 Con-

ventus exstitit cum Ecclesia in honorem SS. Trinitatis dedicata.

Bullar. Cap. iii, 319.
Salv. da Val. *I Capp. nelle Puglie*, p. 135.

Cor Iesu Sacratissimum. 1. — De cultu Ordinis Capuccinorum erga SS. Cor Iesu, aliqua documenta:

Anno 1809 d. 30 aug., *Officium et Missam propriam* SS. Cordis I. toto Ordini conceditur (Bullar. Ord. ix, 314).

Anno 1872 d. 24 apr., *Ad Confoederationem* SS. Cordis I., seu *Apostolatus Orationis*, Ordo noster aggregatur (Bullar. x, 642).

Anno 1874 d. 6 ian. totus Ordo SS. Cordi I. consecratur (Bullar. x, 663; Analecta Ord. iii, 1887, p. 10).

Anno 1909 d. 18 aug., *Missa votiva privata* SS. Cordis I. in prima feria VI cuiuscumque mensis nobis indulgetur (Analecta Cap. 25, 1909, p. 257).

2. — De cultu Ordinis seraphici erga SS. Cor Iesu, notitiae bibliographicae:

Melchior, *Historia O. Cap.* ii, 206-08.
Henri de Grèzes, *Le S. Cœur de Jésus — Etudes franciscaines.* — Lyon, Paris, 1890 (De FF. Capucc. ad pp. 216-58, 347, 365).
Enrico da Grèzes, *L'Aurora della divozione al S. Cuore di G. nella famiglia francescana.* Modena (187..).
Hilaire de Barenton, *La dévotion, au S. Cœur. Doctrine - Iconographie - Histoire.* Paris, 1914.
Dedouvres L., *Un précurseur de la B. MargueriteMarie. Le P. Joseph* (de Paris) *et le Sacré-Coeur*. Angers, 1899, pp. 204.
Annales Franc. (Paris) T. IX (1874-76) p. 113 ss. *Aurore de la dévotion au S. Cœur de J. dans la famille franciscaine* (Fr. Henry Miss. Apost.).
Italia Franc. IV (1929) p. 304-24 *Le S. Cœur de Jésus et l'Ordre franciscain*, (P. Constant) p. 319 ss. (de Capuccinis).
Messaggero Serafico (Ticino), a. 1940, p. 138 ss.; a. 1941, p. 51 ss., *Il S. Cuore di Gesù divozione francescana* (P. Rocco).
Zelatore Francescano (Bologna) a. XX (1930) p. 82-85, 99-101 *Il Cuore di Gesù e i Francescani* (Luigi da Gatteo).

Corato (*Coratum*) in Prov. Apuliae (Bari). — Sub titulo Iesu Christi Resurgentis. Conventus exstitit ab a. 1594 usque ad suppressionem a. 1861.

Bullar. Cap. iii, 112-113; 317; x, 74.
Salv. da Val. *I Capp. nelle Puglie*, p. 204.
Analecta O. Cap., 55 (1939) p. 93.

Corbigny (*Corbiniacum*) in Prov. Lugdunensi in Gallia. — Anno 1628 Fratres vocati sunt ut Calvinistas ad fidem revocarent. Ecclesiae titularis erat Virgo virginum ab Angelo annuntiata.

Bullar. Cap. v, 397.
Analecta Cap. 9 (1893) p. 60.

Corbiniacum, vide *Corbigny*

Corbinianus ab Obergschwend, in saeculo Stephanus *Steinberger*, prov. Bavaricae definitor et magister novitiorum. — Natus an. 1833; sacerdos initiatus an. 1857; habitu seraphico indutus an. 1864; vita functus die 29 iunii an. 1905. Strenuus assertor doctrinae et auctoritatis Ecclesiae necnon inerrantiae Summi Pontificis adversus haereticos, nullo persecutionis timore perterritus; zelantissimus et efficax concionator et exercitiorum pro clero moderator; caritate flagrans et miro orationis dono praeditus.

Braunstein Jos., *Stephan Steinberger. Leben und Schriften.* München, 1929, pp. 160.
Analecta Cap. 21 (1905) p. 288, necrol.
Provinzbote (Bayern), 1925, p. 16-18.

Corbinianus a Wolnzach, Prov. Calvariensis alumnus. — Natus in Bavaria e familia *Vieracker* a. 1871, Ordinem ingressus est in Detroit, Mich., a. 1892. *Classicae litteraturae* Professor eruditus, Opera edidit de litteratura et lingua germanica, de stylo latino, et de rebus historicis suae Provinciae. Obiit in Appleton, Wis. d. 21 mart. 1930.

The Messenger (Detroit) Vol. III, (1927-30) p. 281-87.

Corcyra (Insula), vide *Corfù*.

Cordes (*Cordae, arum*) in Prov. Tolosana. — Conventus, a. 1641-42 conditus cum Ecclesia SS. Stigmatum S. Francisci, vi relictus est a. 1791.

Bullar. Cap. v, 405.
Pellegrino, *Annali*, i, 468.
Apollinaire, *Toulouse Chrét.* i, 150; iii, 319.
Irénée,, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 79.

Córdoba (*Corduba*) in Argentina. — Ab a. 1911 Fratres variis in domibus inhabitarunt; anno autem 1918 novus Conventus exstructus est. Usque ad a. 1933 officia sacra peracta sunt in Ecclesia Sororum Boni Pastoris; postea nova Ecclesia fundata est sub titulo SS. Cordis Iesu, quae a. 1936 canonice in *Paroeciam* erecta est.

Descriptio geogr. (1929) p. 13 tab. xii.
Estadistica *Prov. Navarra* (1928), p. 139.
Reseña *hist. de Capuch. en Argent. y Chile*, p. 219, 242.
Analecta O. Cap. 53 (1937) p. 9.

Córdoba (*Corduba*) in Hispania, Prov. Baetica seu Andalusiae. — Anno 1629, ad Conventum fundandum, Fratribus datum est Xenodochium cuius Ecclesia S. Teresiae a Iesu dicata erat; sed a. 1638 nova Ecclesia condita est in honorem SS. Angelorum Custodum.

Bullar. Cap. v, 419.
Ambrosio, *Reseña hist.*, ii, 85.
Nicol. a Cord., *Notitia Baeticae Prov.*, p. 30.
La Campanilla del Viático. *Boletín mensual.* Córdoba, 1914 ss.

— Monasterium monialium *Capuccinarum* Ord. S. Clarae, ibi exstat ab a. 1655, eiusque ecclesia dicata est S. Raphaël Archangelo.
BULLAR. CAP. v, 419.
NICOLAUS, *Notitiae Baeticae Prov.* p. 38.
TORRADEFLOT, *Crónicas*, II, pag. VI.
ELENCHUS *Monast. Ord. S. Clarae* (1942) p. 35.

Corfù (*Corcyra*, vulgo *Kerkyra*) Insula graeca in mari Jonio. — Anno 1684 a S. Pontifice missi sunt nonnulli Fratres in auxilium exercitus christiani contra Turcas. Postea a Fratribus missionis *Cephaloniae* saepius Corcyra visitur. Anno 1923 mense martio, a S. Congr. pro Eccl. Orient. P. Cyrillo ab Erzerum demandata est cura *Armenorum* in istam insulam profugorum. Ab anno 1925 ibi nova domus canonice erecta est.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, II, 372 Ind.
ANALECTA O. CAP., 42 (1926) p. 59.
Aliae notitiae Bibliogr. sub v. *Graecia*.

Corfù (*archidioecesis* in mari Ionio). — Haec *Corcyrensis* archid. ab an. 1885 usque ab an. 1897 gubernata est a nostro sodali *Evangelista Boni* a Pistoia.

Corigliano Calabro (Coriolanum) in Prov. Consentina. — Conventus, a. 1582 erectus cum Ecclesia B. V. Lauretanae dicata, relictus est, vi legis contra Ordines relig., a. 1866.
BULLAR. CAP. III, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 415.

Corigliano d'Otranto (*Corilianum*) in Prov. Apuliae (Bari). — Conventus fundatus a. 1587 suppressus est a. 1861.
BULLAR. CAP., III, 116, 118, 319.
EMANUELE, *Cronaca di Puglia*, p. 202.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 133, 405.

Corinaldo (*Corinaltum*) in Prov. Picena. — Vetus Conventus anni 1540, titulo SS. Trinitatis, totus eversus. Conv. hodiernus, titulo S. Ioan. Bapt., exstat ab a. 1574.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
MONUMENTA HIST. O. CAP., v, 149.
BULLAR. CAP. II, 437; x, 228, 531.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov.* p. 371.
IDEM, *Iscrizioni della Provincia*, p. 7, 166.
IDEM, *I Francescani nelle Marche*, p. 40.
VITA FRANC. (Loreto) a. 1929, p. 82.

Corinthiensis *sedes titularis archiepiscopalis*. — Ex Ordine nostro, ad hanc sedem tit. promoti sunt: a. 1804 Ioannes FRASCHINA a Bosco Luganese († 1837) et a. 1911 Pius SABADEL a Langogne († 1914).

Coriolanum, vide *Corigliano*

Corisopitum, vide *Quimper*

Cork (*Corcagia*) *in Hibernia*. — Ab a. 1637-40 Fratres variis in domibus vitam duxerunt. Anno 1884 Conventus exstructus est iuxta Ecclesiam SS. Trinitatis, iam ab a. 1832 a nostris aedificatam: Hospitium S. Bonaventurae conditum est a. 1917 pro auditoribus Universitatis.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XIX.
BULLAR. CAP., V, 412.
ANGELUS, *Story Irish Capuch.*, p. 64-74.
ANALECTA O. CAP., 33 (1917) p. 95 *de Hospitio S. Bonav.*; 35 (1919) p. 34 *Clericis Prov. Angliae et Hibernicae conceditur facultas frequentandi Universitatem.*

Corleone (*Corleo*) in Prov. Panormitana (Sicilia). — Vetus Conventus, fundatus a. 1570 sub titulo S. Francisci Ass., post annos circiter septuaginta derelictus fuit. Alter Conv. statim aedificatus sub eodem titulo S. Francisci, abrogatus est an. 1866.
BULLAR. CAP. III, 156, 321.
ANTONINO, *Storia della Prov.*, I, 163; III, 46.

Cormons (*Cormontium*) in Prov. Veneta. Conventus ab antiqua Prov. Styriae fundatus an. circ. 1620, abrogatus est a. 1785.
BULLAR. CAP. IV, 271, 385.
SILVEST. MEDIOL., *Annales Cap.* p. 402.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali Capp.* II, 50.
KUŠEJ, *Joseph II und die aüssere Kichenverfassung* (1908), p. 288.

Cornelius a Mussolente,
vide *Cuccarollo Cornelius*

Cornelius a Recanati, Prov. Picenae. — Ortus a. 1559, domo *Lunari*, obiit in patria a. 1632. Fuit Cappellanus militum in Hungaria contra Turcas. Commissarius Gener. in Flandria et Sabaudia et in Coloniensi et Lugdunensi Provinciis. — Plura reliquit *mss.* de Paupertate seraphica, etc.
DE PISE, *Annales*, p. 898-900.
MASSIMO, *Annali*, a. 1632, n. 95-127.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, VI, 146-166.
BERN. A BON., *Bibl. Script.* p. 68.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 120; III, 307.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Prov.*, p. 27.
IOAN. A S. ANT., *Biblioth. franc.*, I, 283.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, II, 242, 295-97, 300, 304, 451, 481 s.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf. Ind. 474.
FERRARI, *Onomasticon* (Bibliogr.), p. 227.

Cornelius ab Urbino (*Castellucci*), concionator et definitor in sua prov. Picena († 1603). Praelo commisit opus cui titulus: *Dardi del divino amore... Opera spirituale.* Venetia 1593 et Urbino 1598.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 68.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores* I, 217; III, 303.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 279.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 26.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 192 (Castellucci)
SIGISMONDO, *Biografia Serafica*, p. 504.

Cornensis *sedes titularis episcopalis*. — Hoc titulo decoratus est a. 1932 noster confrater Matthias BRANS a Strijp.

Corneoburgum, vide *Korneuburg*

Corniatum, vide *Cuorgné*

Cornigliano-Campi in Prov. Genuensi. — Ab an. circ. 1619 adest Conventus, cuius Ecclesia in honorem SS. Stigmatum S. Francisci est consecrata.

Descriptio geogr. (1929), p. 20 tab. iv.
Bullar. Cap. ii, 448.
Silvester Mediol. *Annales Cap.* I, 244.
Gius. da Cannobio, *Annali Capp.* I, 294.
Franc. Saverio, *I Capp. genovesi*, ii, 461-72; v, cfr. Ind. p. 634.
Idem, *Il Conv. dei Capp. di Campi. Cenni stor.*, S. Pier d'Arena, 1903.

Corona Domini, constans triginta tribus granis in commemorationem 33 annorum D.N.J. Christi. — Haec Corona, quam primum Camaldulenses gestare coeperunt, etiam a Capuccinis assumpta fuit et ab eis recitata. An in omnibus Provinciis fuerit in usum deducta difficile dictu est; certum tamen est FF. Prov. Bononiensis, Picenae etc. hanc Coronam ad cingulum appensam gessisse et quidem usque ad generalatum P. Pacifici a Seggiano (1908-1914), cum Coronam seu Rosarium B. V. Mariae gerere, ad normam Constitutionum, iussum est.

Collectan. Franc., i (1931) p. 65, 77.
Studi Franc. (Firenze), a. 1931 p. 29-32, *La Corona della B. V. e la Corona D.N.J.C.* (Ciro Cannarozzi).

Corona Franciscana seu *Corona septem gaudiorum B. M. V.* — Seraphicus Ordo pro sua devotione erga Beatissimam Virginem Dei Matrem diligenter semper studuit eiusdem vitae ad nova inquirenda argumenta honoris et laudis. Septem praecipua gaudia, quibus Beatissima Virgo laetificata est a momento Verbi incarnationis usque ad vitae exitum, obiectum semper peculiaris meditationis efformarunt in Ordine franciscali. Ad huiusmodi meditationem adiuvandam a. 1422 introducta est corona septem decadum, nota sub nomine *Coronae franciscanae*, quae in Ordine habetur tamquam donum ipsius Virginis. In *prima decade* considerandum venit gaudium B. V. in momento incarnationis Verbi; in *secunda* gaudium in salutatione S. Elisabeth; in *tertia* gaudium in nativitate Domini nostri J. C.; in *quarta* gaudium in adoratione magorum; in *quinta* gaudium in inventione pueri Jesu cum doctoribus in templo disputantis; in *sexta* gaudium in resurrectione Domini nostri J. C.; in *septima* gaudium in ascensione eiusdem in coelum.

Primitus *Corona franciscana* constabat tantum 70 *Ave Maria* et 7 *Pater noster*, addito tantum uno *Pater noster* et *Ave Maria* pro Summo Pontifice; postmodum vero mos invaluit recitandi 72 *Ave Maria*, addendo nempe post ultimam decadem duo alia *Ave Maria*, quae quidem adiici coeperunt ad complendum numerum annorum, quibus Beatissima Virgo, iuxta probabiliorem sententiam, in terris vixit.

Pius X, die 14 martii 1906, officium approbavit et missam propriam in honorem septem gaudiorum; novas insuper adiecit indulgentias plurimis iam a praedecessoribus concessis pro recitantibus praefatam coronam.

Wadding, *Annales* ad an. 1422 n. 62-63.
Antonino, *Manuale sul T. O. F.*, p. 414-17.
Campelo Ios., *De Indulgentiis Seraphici Ord.* (1943), p. 185 ss. (not. hist.).
Brandys M., *Der Rosenkranz von den sieben Freuden Mariens.* Frauenberg (Fulda) 1906.
Analecta Cap., cfr. *Index Generalis* voll. 1-50 (1884-1934), p. 36.
Annales Franc. (Paris), 10 (1876-78) pag. 72 ss.; 47-48 (1908-09) p. 261-64: *La Couronne Franc.*
Annali Franc. (Milano), a. 1943, p. 180-81.
Frate Franc. (Parma), a. 1939, p. 13 ss.
Studi Francescani, an. 1932 p. 257-295: *Origine, evoluzione ed affermazione della Corona francescana mariana.* (Bracaloni Leone, O. F. M.).

Corona Immaculatae Conceptionis. — Hanc Coronulam excogitavit ac divulgavit circa a. 1845 *P. Bonaventura a Ferrara*, Prov. Bononiensis alumnus, eo fine ut quam citius definiretur et postea coleretur dogma Immaculatae Conceptionis. Coronula constat ex *una invocatione, 1 Pater, 4 Ave et 1 Gloria* (et sic per tres vices).

Bullar. Cap. x, 254 s., 317 s.
Bullarii Cap. Regestum, num. 3895.
Campelo, Ios., *De Indulgentiis Seraphici Ordinis* (1943), p. 169 ss. (notitiae hist.)
Analecta O. Cap. i (1885) p. 275; x (1894) p. 297; xx (1904) p. 269-77 *De Coronula Immac. Conc. et de P. Bonav. eiusdem institutore.*
Annales Franc. (Paris) T. 28 (1904) p. 458-64, *Le petit Chapelet de l'Immac. Conc. et le P. Bonav.*

— De quadam alia parva *Corona* eiusdem generis, a P. Athanasio a Megen, flandrico, invecta circa a. 1700, fit sermo apud:
Franc. Leven, xi (1928) p. 326 s.
Etudes Franc. T. 42 (1930) p. 236.

Corona Spiritus Sancti, a Capuccino anglico composita et a S. Congr. approbata a. 1900, vide *Ioannes M. a King's Lynn.*

Coronatio Imaginum B. M. V. — Consuetudo *Imagines B. Mariae Virginis* publice ac ritu sollemni coronandi, inducta est a P. Hieronymo a Forlì, prov. Bononiensis († 1620), qui, ob peculiarem in Virgine devotione, *Deiparae apostolus* vocatus est. Qua in re, PP. Michaelangelum a Venetiis et Fidelem a S. Germano Vercellese praecipuos adiutores habuit. Quae pia consuetudo, Christi fidelibus pergrata, brevi propagata et mox per totam Ecclesiam ritus communis facta est.

Coronae ad sacrum ritum destinatae, fere semper a *Capitulo Vaticano* benedicuntur et ad

Sanctuaria Mariana mittuntur. — Ab an. 1631 ad hodiernum diem, iam numero amplius mille B. Virginis Imagines *Corona* redimitae sunt.

Pellegrino, *Annali*, I, 185 ss.

Ottavio da Alatri-Anselmo da Reno Centese, *L'incoronazione delle Immagini Mariane* (Istituzione - Cerimoniale - Catalogo), in: *L'Italia francescana*, VIII, 1933, p. 159, 308, 415, 530, 651.

Zelatore Francescano (Bologna), a. 1928, p. 91-94. *Le incoronazioni di Maria SS. e il suo istitutore.*

Aliae notitiae sub v. *Hieronymus a Forlì.*

Corradini R., vide *Renatus a Modena*

Corrarius vide *Correr Franc. Ant.*

Correggio (*Corrigium*) in Prov. Parmensi. — Conventus, a. 1601 erectus iuxta Ecclesiam S. Ioannis Bapt., Dux Mutinae, Jansenii adseclis obsecundans, evertit a. 1771.

Bullar. Cap. II, 259, 441.

Cirillo, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 83-86.

— Monasterium Sororum Capuccinarum III Ord. Franc., fundatum est a. 1825.

Bollett. Stor. Bibl. Franc. 4 (1933) p. 232-242.

Correr Franciscus Ant., patriarca, Prov. Venetae alumnus. — Nobili gente natus Venetiis a. 1676, urbis Patavinae fuit Rector. Sacerdotio auctus; ad nos venit a. 1730. Patriarcha *Venetiarum* et Primas *Dalmatiae* creatus a. 1734, verbo et exemplo fideles sapienter gubernavit. Obiit a. 1741.

Bullar. Cap., I, 198 s.

Ritratti Capp. illustri, I, 73.

Leggendario Capp. v, 234-40.

Bernardino, *Quattro secoli di vita*, p. 81-83.

Giov. Crisost., *Bibliot. Veneta*, p. 120.

Cappelletti, *Chiese d'Italia*, IX, 356 s.

Hocher G., *Oratio funebris*, Venetiis 1741.

Analecta O. Cap., 53 (1937) p. 239-40 *In Franc. Ant. Correr, coëva laus.*

Corridonia (olim *Montolmo* et *Pausula*) in Prov. Picena. — Relicto primo Conventu, fundato a. 1544, alter aedificatus est a. 1615, cum Ecclesia S. Bonaventurae dicata, cuius religiosi expulsi sunt a. 1867.

Bullar. Cap. II, 182.

Gius. da Fermo, *Necrol. Prov.* p. 375.

Corrigium, vide *Correggio*

Corsica (Insula). — Circa a. 1540 fundamenta Corsicae Provinciae iacta fuere. Exeunte saec. XVI Genuensi Prov. aggregata est, sed paucos post annos ab ea seiungitur (1605). An. 1754, Prov. numerabat 18 Conv. et 309 Relig. — Post eversionem gallicam, in Corsica primo erigitur Commissariatus a. 1839; deinde Provincia efformatur a. 1873; iterum ad Commissariatum reducitur a. 1880; tandem a. 1939, decreto generalitio d. 3 apr., Corsicae Conventus ad *Lugdunensem* Provinciam incorporantur.

Index Conventuum, qui in insula Corsica

a) *nunc exstant*: Bastia, Túani.

b) *sunt derelicti*: Ajaccio, Belgodere, Bonifacio, Brando, Cagnano (Oveglia), Calvi, Corte, Ersa, Fiumorbo, Linguizzetta (Verde), Lota (S. Martino di Lota), Luri, Morosaglia, Nebbio (S. Pietro di Tenda), Olmeto, Olmetta, Piedicorte di Gaggio, Santa Reparata di Balagna, Speloncato, Vescovato.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (Ex. *Mss.* Prov).

Ioannes a Bastia: 1588.
Archangelus a Bergamo: 1596.
Cherubinus a Bastia: 1599.
Thomas a Rapallo: 1601.
Augustinus a Bastia: 1604, 1616.
Baptista a Pino: 1607.
Dionysius a Bastia: 1610.
Ioannes a Bastia: 1613, 1625?
Ludovicus a Tortona: 1619.
Archangelus ab Olmeto: 1623, 1626?
Desiderius a Murato: 1630.
Michael a Ianna (Gianna): 1633.
Innocentius a S. Reparata: 1636, 1645, 1654.
Antonius a Cesena: 1639.
Stephanus ab Olmeto: 1642.
Dionysius a (Vallecalle): 1648, 1667.
Silvester a S. Reparata: 1651.
Caesarius ab Olmeto: 1657.
Bernardinus a Bastia: 1660, 1670.
Gulielmus a Speloncato: 1664.
Antonius ab Ajaccio: 1671.
Angelus a Venaco: 1674.
Petrus a Luri: 1677, 1684, 1690.
Bonaventura a Bastia: 1680.
Dionysius a Corte: 1687.
Archangelus a Luri: 1693, 1707.
Alexius a Bastia: 1697.
Bartholomaeus a Calvi: 1701.
Franciscus a Fiumorbo: 1704.
Antonius a Bastia: 1710.
Aloisius ab (Herbajolo): 1713.
Gulielmus a Speloncato: 1715, 1721, 1733, 1736.
Petrus a Venaco: 1718.
Petrus a Bastia: 1724.
Franciscus M. a (Tomino): 1727.
Paulus a S. Pietro di Nebbio: 1730.
Petrus Paulus ab (Alliani): 1740.
Caietanus a Messina: 1743, 1752.
Ignatius Franc. a Speloncato: 1746.
Bonaventura a Vénaco: 1749, 1758, 1770.
Ignatius Fidelis ab Ajaccio: 1755.
Angelus a Vénaco (electus a Visit. Apost.)
Silvester a Calenzano (el. a Defin. Gen.): 1761.
Angelicus a Calenzano et Ambrosius a Brando (electi respective ut supra): 1764.
Leonardus a Lola et Carolus Franc. a Bastia (u. s.): 1767.
Angelicus a Calenzano: 1773.
Callistus a Bastia: 1776.
Vincentius a (Tox): 1779.
Antonius a (Monticello): 1782.
Franciscus a (Tomino): 1785.

Caietanus ab (Herbajolo): 1788, 1794.
Aloisius ab Ajaccio: 1791.

Post Gallicam eversionem:

Salvianus a Genova: 1860 Comm. Gen.
Angelus a Genova: 1862 Comm. Gen.
Ioann. Franc. a Soave: 1867 Com. Gen.
Aemilianus a San Remo: 1871, 1873 Prov.
Cyrillus a Toulon: 1876, 1879, 1886, 1890, 1893.
Romulus a Cogorno: 1882.
Aemilianus a (Vallecale): 1896.
Benedictus a Costa: 1900, 1903.
Fidelis a (Canavaggia): 1907, (1926).

Commissarii Provinciales

Damianus a (Nocario): 1910.
Gulielmus a Speloncato: 1919, 1922, 1929.
Fidelis a (Canavaggia): 1926.
Aloisius a Moulins: 1933, 1935.
(An. 1939 ss. vide *Lugdunensis Prov.*)

Religiosi illustres

Ioan. Bapt. ab Ajaccio, script. († 1813)
Marianus a Nebbio, Def. Gen. († 1558)

Bibliographia

Boverio, *Annales* I, 281 (a. 1540).
Bullar. Cap. II, 424-430; VIII, 323, 324 (de Quaestuis Conv. a. 1761); X, 749.
Chorographica Descriptio O. Cap., ed. 1649, tab. 22; ed. 1712, tab. 45.
Descriptio geogr. (1929) p. 41 tab. XIII.
Casanova (Abbé), *Histoire de l'Eglise Corse* (Zicavo, 1931), t. I, 350 (Couv. Cap.); t. II, 35-37, 167 (Réforme et conflit Cap.) t. III, 422, Cap. Serv. de Dieu).
Molfino, *Capp. Genovesi*, V, (cf. Ind.)
Analecta Cap. 1 (1885) p. 189, Status Prov. 21 (1905) p. 337; 55 (1939) p. 81. — Quoad alia cfr. *Index Gener.* voll. 1-50, p. 181.
Archivio Storico di Corsica, X, 1934, N. 1 (vide: Sisto da Pisa: *I Cappuccini in Corsica*); a. 1941, Nr. 4 (vide: Chiappini Aniceto, *La Corsica Francescana*).
Collectan. Franc. 6 (1936) p. 11, 19, 20 (Origo Prov.).
Echo de St. François (Toulouse), a. 1903, Mai p. 51-53 (de Conv. suppress. a. 1901).

Corte (*Curia*) in Corsica. — Ab anno 1639, per duo saecula circiter, exstitit Conventus cum Ecclesia sub titulo S. Franc. Assis.
Bullar. Cap. II, 427, 456; VIII, 323, 324.
Pellegrino, *Annali Capp.* I, 383.

Cortona in Prov. Tusciae. — Extra portam Coloniam, loco situm nemoroso, et solitario, exstat sanctuarium franciscanum, quod de potioribus est Minoritici Ordinis. *Celle* usitato vocabulo dicitur, non alio ex capite, quam a cellis, quas primitus S. Franciscus ipse cum beato Guido, suo Ordini recenter adlecto sibi construxerant. Cella adhuc ibidem venerationi patet in qua Seraphicus Pater habitavit et rupes cernitur super quam somnum carpebat. Locus, a Franciscalibus relictus, cessit Episcopo Aretino, dein Cortonensi, qui an. 1537 dono dedit religiosae Provinciae Capuccinorum Tusciae. Hoc coenobium tyronibus instituendis iam a primordiis adhibetur; decursu vero temporis non parum ampliatum est. Ecclesia titulo S. Antonii de Padua gaudet.
Intra urbem Capuccini hospitium quoque detinent in commodum fratrum quaestuantium et itinerantium. Erectum a. 1668 in meliorem formam redactum est a. 1740. Primaevum sacellum, hospitio adnexum, penitus periit anno 1829.
Descriptio geogr. (1929) p. 36 tab. VII.
Bullar. Cap., II, 454.
Memoriale Capp. Toscani (1932), p. 435, 443, 525, 536-540.
Sisto, *Storia Capp. Toscani*, I, cfr. Ind.; II, 42.
Giuliano da Lecore, *Ricordo del Santuario delle « Celle »*. Cortona 1939, 1950.
Leopoldo da Cortona, *Il primo Convento francescano* [le Celle]. Firenze 1915.
Eco di S. Franc., a. 1879, p. 553-564.
Risveglio Franc., a. 1914, p. 206-210.
Ecclesia, *Rivista illustrata* (Città del Vaticano), VI (1947) p. 532-37: *Il Conv. delle Celle.*

Cortona (*dioecesis*). Haec *Cortonensis* D. gubernata est a nostro episcopo Iosepho Antonio Borghi a Livorno an. 1849-1851.

Cortrijk vide *Kortrijk.*

Coruña (*Brigantinus Portus, Clunia*) in Prov. Castellae (Hispan.). — Conventus a. 1918 fundatus, igni traditus est ab anarchicis a. 1931. Novus Conventus exstructus est an. 1946.
Bullar. Cap. V, 418.
Descriptio geogr. (1929) p. 18 tab. XII.
Melchor, *Cap. en Castilla*, p. 259-75, 293.
Mensajero Seráfico (Madrid), a. 1946, pag. 210 s.

— Moniales *Capuccinae* Ord. S. Clarae. ibi moram faciunt iam ex anno 1683.
Bullar. Cap., V, 418.
Elenchus *Monast. O. S. Clarae* (1942) p. 36.
Conspectus *Trium Ordinum* (1929) p. 233.
Torradeflot, *Crónicas*, II, pag. VI.

Coryciensis *sedes titularis episcopalis.* — Ex Capuccinis hunc titulum habuit an. 1840 Laurentius Serafini a Camerata († 1846).

Corzano in Prov. Mediolanensi. — Conventus antiquae Prov. Brixiensis, a. 1613 erectus sub titulo S. Michaëlis Archang., ob aëris insalubritatem, derelictus est a. 1661.
Bullar. Cap. II, 359.
Valdemiro, *I Capp. bresciani*, p. 64, 656.

Cosenza (*Consentia*) in Commissariatu Consentino. — Anno 1534 Fratres pedes fixerunt in ex-monasterio Monialium Cistercensium, in loco vulgo *S. Maria la Motta.* Anno 1652, eo relicto, Conventus aedificatus est in *Monte S. Pancratii* cum Ecclesia Virgini Immacula-

tae dicata. Post suppressionem a. 1866, Fratres variis in domibus privatis commorati sunt. Ab a. 1915 ipsis concredita est antiqua Ecclesia SS. Crucifixi iuxta Conventum olim FF. Min. Reformatorum.

Descriptio geogr. (1929) p. 41 tab. x.
Bullar. Cap. iii, 91-92, 314; x, 44.
Giov. Fiore, *Calabria illustrata*, ii, 415.
Angelo da Saracena, *I Cappuccini a Cosenza e la Chiesa del SS. Crocifisso. Cenni storici*. Cosenza 1936. (cf. *Collectan. Franc.* a. 1942, p. 304 n. 4).

— Monasterium S. Crucis monialium Capuccinarum vulgo *Cappuccinelle*, fundatum an. 1581, suppressum est an. 1866.

Bullar. Cap., iii, 82, 315.
Luce Serafica (Min. Conv. di Ravello - Saleno), an. 1938, p. 16.

Cosenza (Provincia Ordinis) vide *Consentina prov.*

Cosmas a Castelfranco (in saec. *Piazza Paulus*), pictor, Prov. Venetae alumnus. — Ortus a. circiter 1560, iam in arte pingendi insigniter versatus, Ordinem nostrum amplexus est a. 1597. Sacerdotio initiatus, artem suam intra et extra Ordinem mire explicavit in Italia, Austria, Bohemia et Germania. Plurima ex eius operibus deperdita sunt; non pauca tamen adhuc reperiuntur in patrio loco, Romae, Venetiis, Monachii, Oeniponti (Innsbruck) et alibi. Obiit Venetiis d. 20 dec. 1620.

Bullarium Cap., iii, 312.
Davide da Portogruaro, *Paolo Piazza, ossia P. Cosmo da C. pittore capp. — Monografia storico-artistica*. Venezia 1936.
Idem, *A proposito di un ritratto di Marcello Malpighi*. Roma 1937 (ex periodico « *Atti e Memorie dell'Accademia di Storia dell'Arte Sanitaria* » a. 1937, fasc. 3).
Giov. Crisost.. *Bibliot. Veneta*, p. 91.
Lupattelli Angelo, *La Chiesa di S. Francesco... Il dipinto ad olio del Piazza nella parete della Sagrestia di S. Martino in Terni. Discorso*. Terni 1892.
Venturi A., *Storia dell'Arte ital.*, Vol. IX, Parte VII, p. 108, 165 s.
Allgemeines Lexikon *der Bildenden Künstler*, (Leipzig 1932) v. Piazza.
Lanzi L., *Storia pittorica dell'Italia* (v. *Indice*).
Analecta O. Cap., 9 (1893) p. 220 s. *De quodam fratre pictore (P. Cosmas?)*.
Atti della Prov. Veneta a. 1933, p. 61, 77; a. 1934 p. 14 (*P. Cosmo pittore e scrittore*).
Franc. Leven, 19 (1936) p. 317-19; *Capucijnen en Beeldende kunst: Cosmo van C.*)
Italia franc. 8 (1933) p. 635-50: *P. Cosmo Piazza scrittore* (Davide da Portogruaro).
Miscellan. Franc. 5 (1890) p. 54 *Il Conv. di S. Martino presso Terni e il « Giudizio » di Fra Paolo Piazza.*
Osservatore Romano, 16 settem. 1936 p. 3.

Cosmas a Zwickenberg (*Glader*), Prov. Tirolensis alumnus, natus anno 1863, Ordinem ingressus a. 1883. Ad Missionem de *Bettiah* in Indiis Orient. profectus a. 1893, plurimum ibi laboravit, inter alia fundavit Congregationem Sororum indigenarum Tertii Ordinis, *Bahins* dictarum. Fuit etiam peritus in arte poetica et sculptoria. Die 15 mart. 1903 laceratus et devoratus est a tigribus.

Clem. da Terzorio, *Missioni*, ix, 27, 568.
Hohenegger, *Gesch. Tirol. Kap.*, ii, cf. Ind.
Cassian, *Liter. Tätigkeit*, p. 97.
Missionsjahrbuch Tirol. Kap. 1933 p. 17ss.
Analecta Cap. 19 (1903) 127 necrol.
Seraph. Weltapostolat, 2 (1926) 8, 35, 65, *P. Kosmas, ein Opfer der Tiger*. (Jos. Braun).

Cosoleto (*Cusolitum*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — Conventus, erectus a. 1532 ad ecclesiam S. Nicolai Barensis, supprimitur a. 1803.

Bullar. Cap. III, 312.
Fortunato, *Memorie Prov. Reggio*, p. 28.
Italia Franc. 22 (1947) p. 253.

Cossura insula, vide *Pantelleria*.

Costa Rica, in America centrali. — Dimidio circiter saec. XIX, nonnulli Capuccini hispani, ob motum civilem a. 1835 dispersi, etiam in Costam Ricam ingressi sunt. Hoc territorium pars est Custodiae provincialis Americae centralis, quae Custodia fratribus prov. Catalauniae concredita est.

— Quod bibliographiam etc. attinet, vide: *America centralis* et *Periodica*.

Cosyra insula, vide *Pantelleria*

Cotrone vide *Crotone*.

Coulommiers (*Colomericum*) in Prov. Parisiensi. — Conventus aedificatus a. 1616, suppressus a. 1791. Ecclesia in honorem B. M. V. ab Angelis dicata fuit.

Bullar. Cap. v, 389.
Etudes Franc. 23 (1910) p. 88 n. 47.
Dessaint Ernest, *Histoire locale. Les Capucins*. Coulommiers, (1924).

Courtrai vide *Kortrijk*.

Coutances, olim *Constances* (*Constantia*) in Prov. Parisiensi. — Anno 1617 lapis primarius positus est pro Conventu FF. Capuccinorum, qui mansit usque ad gallicam revolutionem (1790). Ecclesia dicata fuit S. Carolo et S. Francisco.

Bullar. Cap. v, 393.
Analecta O. Cap. 27 (1911) p. 312-13.

Couvin (Namur) in Belgio. — Tempore gallicae persecutionis Capuccini Parisienses an. 1903 in hoc loco moram fixerunt ad eorum studia franciscana prosequenda ac editiones parandas, quas inter notissimae ephemerides « *Etudes Franciscaines* ». Domus vulgo dicta « *Maison St. Roch* » adnexum habebat sacel-

lum Immaculatae Conceptioni dicatum. Tempore belli (1914-19) activitas Patrum fere penitus cessavit et an 1921 domus prorsus derelicta est.

René de Nantes, *Souvenirs et impressions. Couvin pendant la guerre. Lettres au Père Provincial des Capucins de la Prov. de Paris.* Paris-Couvin, 1919, pp. 100. — cfr. *Neerlandia Franc.* a. 1920, p. 152.

Cowley vide *Oxford.*

Cracovia, vide *Kraków*

Cracoviensis Provincia in Polonia. — Ex divisione antiquae Poloniae Provinciae facta a. 1781, orta est *Galiciana* Provincia, quae cum ob civiles vicissitudines et persecutiones numerus conventuum et religiosorum imminutus fuisset, in Commissariatum Prov. a. 1912 mutata est. Anno 1921, loco Galiciae, *Cracoviensis* Commiss. appellatur, qui a. 1939 in Provinciam erigitur. Exeunte a. 1939 adnumerabat: Domos 10 et religiosos 139.

Index Conventuum, qui in territorio hodiernae Prov. Cracoviensis a) *nunc exstant*: Drohobycz, Kraków, Krosno, Olszanica, Rozwadów, Sędziszów, Wrocław (Breslaus); b) *sunt derelicti*: Blizne, Korąbniki, Kutkorz, Lwów, Mariampol, Olesko, Ostróg, Zamarstynów.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (Cfr. *Schematismus Prov. Cracovien.* an. 1937, p. 7-9).

Pacificus Gajensis: 1781.
Innocentius, Commiss. episcopalis: 1782.
Alexander a Neodyszenio: 1785, 1794, 1797.
Jaroslaus a Daubicio: 1799, 1803.
Lucanus ab Iglavia: 1804.
Thaddaeus a Varsavia: 1806.
Damasus a Pacerzyce: 1810, 1813, 1819, 1822.
Athanasius Horochoviensis: 1816.
Leopoldus ab Ożydów: 1825, 1828.
Clemens a Konska Wola Vic. Prov. 1830.
Paulus a Neoforo: 1831, 1834.
Franc. Xav. a Baranów: 1837, 1840, 1855, 1858.
Iosephus a Jasienica, 1843, 1846, 1861, 1867, 1873.
Abel a Żmigród: 1849, 1852, 1864.
Alphonsus a Kutkorz: 1870.
Victor ab Ostrów: 1876.
Stanislaus a Jasienica: 1879.
Laurentius a Stary Sącz: 1882, 1885, 1888.
Florianus ab Haczów: 1891, 1894, 1900.
Ignatius a Zagorzyce: 1897, 1903.
Augustinus a Trzeboś: 1906, 1909.
Constantinus a Głogów: Comm. 1912-21.
Ceslaus ab Haczów: Com. Prov. 1921, 1924, 1930, 1933.
Marianus a Jasionów: Com. 1927.
Gerardus ab Haczów: Com. 1936.
Casimirus a Kraków: Prov. 1939.
Aloisius a Kombornia: 1947.

Bibliographia

Bullar. Cap., x, 742 s. (Not. hist. et *Index docum.* qui continentur in Tom. viii-x).
Descriptio geogr. (1929) p. 41 tab. xviii.
Catalogus *Prov. Cracovien.* a. 1926 ss.
Schematismus *Prov. Galicianae*, a. 1885 ss.
Schematismus *Prov. Cracovien*, a. 1937 ss.
Fijałek Ks., *Nova Polonia sacra* (Kraków, 1928), tom. i, (de conv. O. Cap.).
Analecta O. Cap. 38 (1922) p. 46: *nomen Commiss. mutatur*; 42 (1926) p. 138: *nova circumscriptio Commiss.*; 52 (1936 p. 103, 129 ss. *Periodicae publicationes* a Fratribus editae; 55 (1939) p. 148: *Commiss. in Prov. erigitur;* 1 (1885) p. 190, Status Prov. — Quoad alia cfr. *Index Gener.* voll. 1-50. p. 181).
Collectan. Franc. 6 (1936) p. 207, 208.
Echo Trzeciego Zakonu Sw. O. Franciszka. (*Publicatio mensualis pro Tertiariis*). Kraków, 1883-91.
Wiadomości z Prowincji Krakowskiej OO. Kapuc. w Polsce. (*Publicatio periodica ufficialis pro Provincia*). Kraków, 1938 ss.

— Quoad alias *Ephemerides* ab hac provincia editas vide sub v: P e r i o d i c a.

Crainburg vide *Kranj.*

Crawley (Sussex) in Prov. Anglica. — Conventus fundatus a. 1861 cum Ecclesia paroeciali S. Francisco Assis. dicata. — Anno 1895, cura P. Elzearii a Risca, pia Sodalitas S. Antonii Patavini (vulgo: *Guild of St. Anthony*) in nostra ecclesia erecta est. Quam Sodalitatem, iam variis Indulgentiis ditatam, Pius X, per Rescriptum d. 31 maii 1909, universalem declaravit.

Bullar. Cap. x, 261 (nota).
Descriptio geogr. (1929) p. 12 tab. xix.
William, *Capuchins in England*, p. 52, 59.
Analecta O. Cap. 12 (1896) p. 198; 25 (1909) p. 193: *Sodalitas S. Antonii a Pad.*
Annales Franc. T. IV (1867-68) p. 73-76.
Franc. Annals, 35 (1911) p. 161-64. *Golden Jubilee;* 66 (1942-43) 37-39, 170.

Crefeld vide *Krefeld.*

Crema in Prov. Mediolanensi. — Conventus sub titulo S. Franc. Ass. conditus a. 1575 in loco vulgo *Sabbioni* (Ombriano). An. 1913 consecratur nova ecclesia S. Franc. et a. 1948 nobis concreditur Vicaria paroecialis autonoma.

Bullar. Cap. ii, 448.
Descriptio geogr. (1929) p. 23 tab. iv.
Monumenta Hist. O. Cap., v, 314.
A ricordo *della consacrazione del nuovo tempio di S. Franc. annesso al conv. dei Capp. in Ombriano.* Lodi 1913.
Valdemiro, *Capp. bresciani*, p. 67-71, 658.
Analecta Cap. 46 (1930) p. 39 (Novitiatus). 65 (1949) p. 27 (Vicaria paroecialis).
Atti Prov. Lombardia, 1948, p. 261-64 Vicaria.

— Monialibus Capuccinis, novo iam exstructo monasterio, datur facultas (1613) vendendi aedes antiqui monasterii.

Bullar. Cap. ii, 350, 449.

Crembsium, vide *Krems*

Crémieu (*Cremium*) in Prov. Lugdunensi in Gallia. — Olim exstitit Conventus a 1615 fundatus.

BULLAR. CAP. v, 397.
LAGIER A., *Les Capucins à... Crémieu*, Grénoble, 1917. pp. 67.

Cremona in Prov. Mediolanensi. — Vetus Conventus, erectus a. 1566 cum Ecclesia Sanctor. XII Apost., suppressus est a. 1810. Anno 1843 Fratres incoluerunt Conv. S. Lucae Evan. et ab a. 1883 sunt apud Ecclesiam S. Josepho dicatam.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 23 tab. IV.
BULLAR. CAP. II, 445.
VALDEMIRO, *I Capp. Bresciani*, p. 91.
IDEM, *I Capp. Milanesi*, I, 247-61.
GLORIOSE PAGINE *di Storia cappuccino-cremonese*. Cremona, 1929.

— Moniales *Capuccinae* in hoc loco olim moratae sunt in monasterio a S. Thoma nuncupato.

BULLARIUM CAP. II, 447.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, II, 112 de Dorothea Goldoni a Cremona capuccina.

Crems vide *Krems.*

Crépy-en-Valois (*Crespiacum*) in Prov. Parisiensi. — Exstitit olim Conventus, fundatus a. 1644, cum ecclesia dicata S. Genovefae.

BULLAR. CAP. v, 389.
SCHEMATISMUS *Prov. Lugdun.* (1895) p. 48.

Crespiacum, vide *Crépy-en-Valais*

Crespino (*Crispinum*) in Prov. Veneta. — Conventus, a. 1723-33 aedificatus a FF. Prov. Bononiensis, suppressus fuit a. 1810.

BULLAR. CAP. II, 250, 439.
PELLEGR. DA FORLÌ, *Leggenda Capit. Prov.*, p. 43.

Crest (*Crista*) in Prov. Lugdunensi, in Gallia. — Conventus fundatus a. 1609 cum ecclesia sub titulo Assumptionis B. M. V.; in eo floruit (1861) *Seminarium Missionum Orientis.*

BULLAR. CAP. v, 397; x, 352, 602.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 25 tab. XIII.
SCHEMATISMUS Prov. Lugdun. (1895) p. 48, 149.
IRÉN. D'AUL., *Hist. Cap. de France*, I-II Part. p. 39-83; III P. p. 175,212.
VIEL A., *Expulsion des Capucins de Crest (23 mai 1903)*. Crest, 1903.
ANALECTA O. CAP. 17 (1901) p. 338-42, 369; 18 (1902) p. 27-30, 53, 85, 327.
BILLET DES FRATERNITÉS *du District de Crest*. Besançon, 1910 ss.
ECHO DE ST. FRANÇOIS, a. 1903, Mai, p. 60-63.

Creta vide *Candia.*

Creuzberg vide *Kreuzberg.*

Crispino vide *Crespino.*

Crispinus (B.) a Viterbo, laicus Prov. Romanae. — Domo *Fioretti* ortus d. 13 nov. 1668, Ordinem ingressus est d. 22 iul. 1693. Per annos quadraginta munus quaestuandi exemplariter et laetanter peregit. Sancte obiit Romae d. 19 maii 1750 et inter Beatos relatus est d. 26 aug. 1806. Eius *Massime e Preghiere* editae sunt a P. Georgio a Riano (Alba 1929; Vicenza, 1931).

BULLAR. CAP. x, p. 779 (Index).
CONSTANT, *Légende dorée des Cap.*, p. 237-50.
ILG, *Geist des hl. Franz.*, II, 452-78.
LECHNER, *Leben d. hl. Kapuz.*, II, 253-336.
ALESSANDRO DA BASSANO - EMANUELE DA DOMODOSSOLA, *Vita del Ven. Crisp.*, Venezia 1752; Roma 1761.
BONIFACIO DA NIZZA, *Vita del B. Crisp.* Roma 1806.
CAMPELLO PAOLO, *Frate Crispino da Vit.*, Tivoli, 1912; Roma, 1923.
FELICE M. DA BRIGNANO, *Saggio d. vita d. B. Crisp. tratto dai Processi apost.*, Roma 1806.
FRANC. ANT. DA VITERBO, *Vita del B. Crisp.* Assisi 1806; Firenze 1807.
GAUDENZIO DA CREMONA, *Vita del B. Crisp. da Vit.*, Milano, 1887.
GIORGIO DA RIANO, *B. Crispino da V. - Cenni biografici. Massime del B. Crispino.* Roma 1950.
ILDEFONSE DE BARD, *Vie du B. Crispin.* Paris 1889 (versio *hispanica*, Barcelona 1888; versio *germanica*, Mainz, 1902).
ISIDORO DA ALATRI, *Il prediletto di Maria. Fr. Crisp. da Vit.*, Civitavecchia, 1933.
IDEM, *Aspetti sociali nella vita del B. Crispino da V.* - Roma 1950.
PACILLI P. [Giuseppe da S. Nicandro], *Comp. d. vita del B. Crisp. da V.*, Viterbo 1908.
PIE DE LANGOGNE, *Vie du B. Crispin.* Paris 1901.
PINUZZO DA BONEA (Gius. De Simone) *Frate Rondinella di Dio. B. Crisp. da Vit.* Roma, 1930.
THOMAS-VILLAN. v. ZEIL, *Lebensbild des Hl. Crispin.* Brixen, 1893.
ANALECTA O. CAP. 27 (1911) p. 19-23: *B. Crispini Epistola exhortativa nunc primum edita.* — 61 (1945) p. 57 (Status Causae Canoniz. — 66 (1950) 59-62, Puncta historica in Causa beat. et canon. B. Crisp. (1757-1925). — Cf. etiam *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 36.
ITALIA FRANC. IV (1929) p. 525-30: *Il B. Crispino in un processo della Polizia napoleonica* (Giorgio da Riano).
OSSERVATORE ROMANO, 22 agosto 1949, p. 2, *Un poeta in un Santo.* (L. Huetter).

Crista, vide *Crest*

Criterion — *Revista trimestral de Filosofia.* Barcelona, 1925-1936.

Hoc periodicum commentarium fundatum est an. 1925 a P. Michaele ab Esplugues ex Ord. Cap. pro studiis philosophicis neo-scho-

lasticis provehendis. Sub directione fuit PP. Capuccinorum provinciae Catalauniae et cessavit tempore civilis eversionis a. 1936.

Index generalis annorum I-X editus est an. 1935 eodemque anno *Numerus specialis* vulgatus est in memoriam P. Michaelis fundatoris († 1934).

EPHEMERIDES... *a Capuccinis edita*, 1937, pag. 36 (editio aucta ex *Analecta*).
ANALECTA CAP. 52 (1936) p. 196.
CRITERION, XI, 1935, p. 5-19 (*X anniversari de « Criterion »*).

Croatiae Commissariatus antiquus intra fines *Jugoslaviae*. — Initium sumpsit a. 1783 quando conventus *Zagreb Varaždin*... separati sunt a Styriae Provincia. Ab a. 1847 usque ad a. 1910 Croatiae Commiss. ad gradum *Provinciae* elevatus fuit. Anno 1913 Missio *Sophiae et Philippopolis* ipsi concredita fuit. Tandem vertente a. 1921, quando nova Prov. Illyriae instituta est, Croatiae Commiss. disparuit.

Index Conventuum qui ad Prov. Croatiae pertinebant: Dubrovnik (Ragusa), Gospič, Karlobag, Rijeka (Fiume), Split (Spalato), Varaždin, Zagreb (Zagabria).

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (ex *Mss.* Prov.).
Severianus a Varaždin. 1783.
Apollonius a Rijeka: 1785.
Modestus a Rijeka: 1792.
Emmericus a Varaždin: 1797.
Antoninus a Rijeka: 1800.
Blasius a Varaždin: 1806.
Thomas a Jaurinać: 1809.
Eusebius ab Osivnica: 1821.
Andreas a Rijeka: 1824.
Maximilianus a Petriniać: 1830, 1839, 1851.
Fidelis a Toplika: 1836.
Angelicus a Koprivnika: 1845.
Antonius a Varaždin: 1855, 1861.
Hyacinthus a Varaždin: 1858, 1864.
Augustinus a S. Maria-Wurmberg: 1870, 1879.
Casimirus a Varaždin: 1873.
Aloisius a Toplika: 1892.
Bernardinus ab Omiš: 1901.
Odoricus a Varaždin: 1918.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
de quibus fit mentio suo proprio loco
Bedenik Angelicus, episc. († 1866).
Gregorius a Vinica (Malevac) poeta, † 1812.

Bibliographia
BULLAR. CAP. X, 739.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 190. Status Prov.; 29 (1913) p. 36, *Missio Sophiae et Philippopolis Croatiae traditur;* 38 (1922) p. 43, *de suppressione Commissariatus.* — cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50, 1885-1934 p. 181.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 204.

« Crociata Mariana » — Pia quaedam Unio seu Associatio sub patrocinio B. Mariae de Sacra Cinctura (*Prato* in Tuscia) summo in honore habita. Illam. a. 1918, P. Leonardus a Prato constituit; at, variis de causis, prius ab Episcopatu Tusciensi a. 1937, d. 8 apr.; deinde ab ipsa Congr. S. Officii die 8 martii 1941, prohibita est. (Cfr. « *L'Osservatore Romano* » 9 marzo 1941. — « *Il Monitore Ecclesiastico* » a. 1941; p. 58-59). — Pro historia etc. huius associationis, videsis: Leonardo da Prato, *La S. Crociata Mariana. Il S. Cingolo ed il suo Altare in Prato.* IV ed. Empoli 1928. — « *La Santa Crociata Mariana* » parvum folium periodicum, qui vulgari coepit *Prato* a. 1924 (cfr. *Analecta Cap.* a. 1936 p. 298).

Crocicchio (Pesaro) in Prov. Picena. — Conventus S. Ioannis Bapt. a. 1546 fundatus, derelictus est a. 1636.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov. Picena*, p. 371.

Croensis *sedes titularis episcopalis.* — Hunc titulum tenuit ab a. 1847 ad a. 1851, noster sodalis Andreas CANOVA a Garessio.

Crogi Pasithea, vide *Pasithea* Crogi.

Croisic, Le (*Crussiliae*) in Prov. Parisiensi. — Conventus, conditus a. 1617, abrogatus est tempore gallicae revolutionis (1791).
BULLAR. CAP. V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 23.
ANALECTA CAP. 46 (1930) p. 240 s.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 330.

Crópani (*Cropanum*) in Prov. Rheginensi (Calabria). — Conventus a. 1619 aedificatus cum Ecclesia sub titulo S. Mariae Angelorum.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 42 tab. X.
BULLAR. CAP. III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 42.

Crosno, vide *Krosno*

Crotone, olim Cotrone (*Crotonium*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — Ad Ecclesiam S. Mariae de « *Porto Salvo* » Conventus exstitit ab a. 1617 usque ad a. 1783.
BULLAR. CAP. III, 65, 312.
SILVEST. MEDIOL. *Annales Cap.* I, 132.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali Capp.* I, 161.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 41.

Crotone olim Cotrone (*dioecesis*). Ad hanc *Crotonensem* D. regendam. a. 1829 electus est noster sodalis Zacharias BOCCARDI a Sicignano; infirmitatis autem causa illam sedem adire nequivit.

Crotti Mauritius a Villa di Serio, episc., Prov. Mediolanensis alumnus. — Ortus d. 9 maii 1874, habitum sumpsit a. 1894 et a. 1899 sacerdotio auctus est. In sua Provincia munera Lectoris ac Ministri Prov. obivit. Episcopus Dioec. *Tifernaten.* (Città di Castello) creatus d. 20 mart. 1933, obiit Bergomi d. 25 iul. 1934.
IN MEMORIAM, *A Mons. Crotti* Milano 1934.
NEL GIORNO *della consacrazione episc. di*

Mons. Crotti, i Cappuccini Lombardi. Milano 1933.
ANALECTA CAP. 49 (1933) 121; 51 (1935) 24.
ANNALI FRANC. 65 (1934) p. 481-512 Necrol.
BOLLETTINO *diocesano di Città di Castello,* cfr. an. 1933-34.

Crous Salichs Placidus a Calella, prov. Caltalauniae alumnus. Natus die 16 ian. 1896; in Ordinem Capuccinorum ingressus die 27 iulii 1912; presbyter ordinatus die 20 dec. 1919; profectus missionarius in Americam Centralem an. 1922; anno sequenti translatus ad missionem de *Caquetá* in Columbia. Strenue his in territoriis sacrum exercuit ministerium variis officiis oneratus. Die 10 apr. a. 1947 a Pio XII electus est episcopus tit. *Cratiensis* et Vicarius Apostolicus de *Caquetá.*
ANALECTA ORD. CAP., 63 (1947) p. 98.

Crousers Cypr. vide *Cyprianus ab Antuerpen.*

Cruces in insula Cubana. Custodia de Venezuela-Cuba, provinciae Castellae concredita. — Domus nostra a Capuccinis hispanis ibi erecta est a. 1919; cura vero paroecialis eisdem commissa est an. 1932.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929), tab. XXXIV.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 370.
ESTANISLAO, *Misión de Venezuela*, p. 240 ss, 286 ss.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, p. 280 s.
ANALECTA, 49 (1933) p. 43; 64 (1948) p. 11. vol. 66 (1950) p. 21, Paroecia.

Crussiliae, vide *Croisic (Le)*

Crux Rubea italica (a. 1882 instituta). — Huius Societatis Praeses, a. 1887 cum nostro Ministro Gener. convenit nonnullos fratres Sacerdotes Ordinis nostri, *Cappellanos* pro « Cruce Rubea » semper paratos esse cuilibet petitioni super id a Societatis Praeside admotae.
ANALECTA O. CAP. 35 (1919) p. 228 *Ordini nostro numisma argent. tribuitur.*
ANNALI FRANC. 18 (1887) p. 600 *De conventione inter Min. Gen. et Praes. Societ.*
— Vide etiam: *Cappellani militum.*

Cuba, in Antillis insulis. — Paulo post a. 1780, viginti circiter Capuccini hispani etiam in Cubam insulam ingressi sunt, et *Habanae* Collegium missionarium fundaverunt. Motu autem civili, qui in Hispania a. 1835 ortus est, fratres paulatim ab ea regione discedere coacti sunt. Conatus in Cubam redeundi a P. Stephano ab Adoain, claro viro, a. 1850 et a 1867 facti parum profecerunt. Solum initio saec. XX nonnulla hospitia vel stationes in Cuba fundare nostris missionariis hispanis licuit, in quibus *Bayamo* et *Cruces* (1905-1919).
Missio Venezuela-Cuba-Puerto Rico die 14 sept. 1927 in duas dividitur: *Venezuela* et *Puerto Rico-Cuba;* dein Missio de Puerto Rico concreditur Prov. Pennsylvaniae d. 26 nov. 1929 et Cuba iterum unitur cum Venezuela d. 21 iun. 1930. Quae ultima inde ab a. 1937 in Custodiam provincialem *Venezuela-Cuba* erecta est atque Prov. Castellae commissa. (Vide *Venezuela*).
Missionarii in Cuba de quibus tractatur suo proprio loco:
Martinez Hyacinthus a Peñacerrada († 1873)
Sanctes ab Abelgas († 1937).
Sieni Cyrillus a Barcelona († 1809).
Stephanus ab Adoain († 1880).

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 73 tab. 34.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale* p. 365, 368.
MELCHOR, *Los Capuch. en Castilla*, cfr. Index sub v. *Cuba* et *Habana (La)*
STREIT, *Bibl. Missionum*, III, 341.
JOHN M. LENHART, O.Cap., *Capuchin Champions of Negro emancipation in Cuba* 1681-1685 in: FRANC. STUDIES, VI (1946) p. 195-217.
MELCHIOR DE ESCORIAZA, *Crónica de las Misiones Capuchinas en Venezuela y Cuba.* Caracas 1910.
ESTANISLAO DE PERIDIELLO, *La Misión de... Cuba... de los Capuchinos de Castilla.* Caracas 1930.
ANALECTA CAP. 43 (1927) p. 223. — 46 (1930) p. 101. — 47 (1931) p. 43 nota 2.

Cuba (Dioecesis), vide *Santiago de Cuba*

Cubas (*Cubae, arum*) in Prov. Castellae (Hispan.) — Conventus S. Catharinae, an. 1614-19 fundatus, mansit usque ad a. 1835 quo abolitus est.
BULLAR. CAP. V, 418.
SILVEST. MEDIOL., *Annales Cap.* I, 101.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali Capp.* I, 238.
STATISTICA PROV. CASTELLAE (1909), p. 9.
BUENAV., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
FEL. DE GRANADA, *Anales Cap. de Castilla*, p. 54.

Cubellas vide *Vilanova de la Geltrú.*

Cuccarollo Cornelius a Mussolente, archiepiscopus, alumnus Prov. Venetae. — Natus 15 iul. 1870, Ordini nostro nomen dedit 18 mart. 1886. In Provincia S. Theol. Lector, bis Definitor atque a. 1914-1923 perantiquae Basilicae vulgo *della Tomba* in Adria parochus. Die 27 mart. 1923 ad episcopalem *Bovinensem* sedem (Bovino) evectus, atque 24 oct. 1930 ad Metropolitanam Eccl. *Hydruntinam* (Otranto) promotus.
A SUA ECC.ZA *Mons. C. S. Cuccarollo nel 25° di Episcopato.* Galatina, 1948.
BERNARDINO, *Quattro secoli di vita*, p. 90.
ANALECTA ORD. 39 (1923) p. 127; 46 (1930) p. 310.
BOLLETT. FRANC. (Padova) an. 1923, p. 81, 106, 183.
L'ECO IDRUNTINA, *Bollettino ufficiale della archidiocesi di Otranto*, an. 1930 ss.

Cuculloda, vide *Cogullada*

Cucusena *sedes titularis episcopalis.* — Ad hanc sedem titul. electus est a. 1938 Zephyrinus Gomez Villa a La Aldea, O. Cap.

Cuenca (*dioecesis*). Inter huius *Conchensis* D. moderatores recensetur noster sodalis Firminus Sanchez-Artesero ab Alcaraz, qui electus a. 1849 mortem obivit a. 1855.

Cúglieri (*Cularis*) in Sardinia. — Anno 1610 exstructus fuit Conventus cum Ecclesia sub titulo S. Eduardi regis.

Bullar. Cap. iii, 328.
Voce Seraf. della Sardegna, a. 1928, p. 141.

Cularis, vide *Cúglieri*

Culparum Capitulum, seu publica confessio defectuum externorum. — Iam nostrae *Constitutiones* de Albacina (1529) explicite culparum confessionem *coram fratribus* inculcant (num. 9 et 33). Constitutiones ordinatae a. 1536 et recognitae a. 1552 (n. 127) omittunt tale praescriptum, sed illud supponunt (cf. *Liber Memorialis O. Cap.*, p. 408). Constit. a. 1575 (cap. II) explicite imponunt iuvenibus professis per tres annos *quotidianam culparum confessionem.* Vi decreti Capit. Gener. a. 1613, Guardiani *ter in hebdomada* audire tenentur culpam, et vigentes Constitutiones (n. 31 et 222) disponunt « *ut in omnibus locis nostris capitulum culparum feria II, IV et VI habeatur* ».

Venantius, *Monum. ad Constit.* p. 91, 539-42,
Analecta O. Cap. 26 (1910) p. 149, 217, 237, 327, 363: *De Culparum Capitulis Commentariolum.*

Cumaná in Venezuela, Custodia de *Venezuela-Cuba,* provinciae Castellae concredita. — Anno 1915 fratribus Capuccinis commissa est cura paroeciae S. Agnetis, quae an. 1922 in cathedralem ecclesiam erecta est.

Quod attinet ad antiquam missionem regionis de Cumaná vide sub v. *Venezuela.*

Descriptio geogr. Ord. (1929) tab. xxxv.
Estanislao de Peridiello, *La Misión de Venezuela,* p. 328 ss., 401 ss. et passim.
Buenav., *La Prov. de Castilla,* i, cf. Ind.
Melchor, *Los Cap. en Castilla,* p. 278.
Analecta, 40 (1924) p. 16 (Paroecia).
La Buena Nueva, *Hoja Parroquial de S. Inés* Cumaná, 1930 ss.
Cofradía *del SS. Sacramento de la Parroquia de S. Inés, Cumaná,* 1926-1930.
Venezuela Misionera, ii, 1940, p. 481-85, 546-48, *Los Capuch. en Cumaná* (xxv° aniversario).

Cumbels in Helvetia (Missio *Raetiae*) — Ab a. 1649 ad a. 1924, ibi fratres nostri apostolatum et curam paroecialem exercuerunt.

Bürgler, *Franz.-Orden i. d. Schweiz,* p. 119.
Clem. da Brescia, *Storia Miss. Rezia* (Ind.)
Clem. a Terzorio, *Man. hist. Miss.* p. 43.
Idem, *Le Missioni,* i, cfr. Ind. p. 444.

Cumberland (Maryland) in Prov. Pennsylvaniae (Stat. Foed. Amer.). — Ab a. 1875 adest Conventus cum Ecclesia paroeciali sub titulo SS. Apost. Petri et Pauli.

Descriptio geogr. (1929) p. 30 tab. 20-21.
Catalogus *Prov. Pennsylvan.* (1950) p. 11.
Fifty years *of SS. Peter and Paul's church at Cumberland* 1848-1898. Cumberland, 1898. Versio germanica. Ib. 1898 Editiones curavit P. Pancratius Dockler ab Augsburg.
Analecta Cap. 48 (1932) p. 45 (Novitiatus)
Annals Prov. St. Augustine, 1950 N. 2 p. 20-38, *Hist. of SS. Peter and P. Parish.*

Cúneo (*Cuneum*) in Prov. Pedemontana (Torino). — Anno 1604 fundatus Conventus sub titulo S. Ludovici Episc., et a. 1801 a francorum militibus occupatus fuit.

Bullar. Cap. ii, 452; ix, 252.
Molfino, *Capp. Genovesi,* v, Ind. p. 634.
Nuova Crociata Franc., an. 1925, p. 7.

Cuorgné (*Corniatum*) in Prov. Pedemontana. — Conventus, a. 1623 fundatus, eum relinquere coacti sumus ob legem civilem a. 1866

Bullar. Cap. ii, 452.
Analecta Cap. 1 (1885) p. 317.
Nuova Crociata Franc., a. 1925, p. 7, 130, 227.

Cupersanum, vide *Conversano*

Cupertinum, vide *Copertino*

Cupi (Paroecia), vide *Visso.*

Curaçáo vide *Antillae minores.*

Curel Parisot,
vide *Norbertus a Bar-le-Duc*

Curia in Corsica, vide *Corte*

Curia Generalis Ord. Min. Cap. — Locum habet in Urbe, idque prius in veteri Conventu S. Bonaventurae ad clivum *Collis Quirinalis;* deinde ex a. 1631 in novo Conv. Immaculatae Conceptionis (*Piazza Barberini*). Post plus quam duo saecula cum dimidio, die 31 martii 1890, hanc sedem relinquere coactus, Minister Gener. Curiam transtulit ad tempus iuxta ecclesiam S. Nicolai de Tolentino (*Via S. Nicola da Tolentino*).

Tandem a. 1896 idem Minister Gen. (Bernardus ab Andermatt) novam domum paulo ante exstructam apud hortos Sallustianos (*Via Boncompagni*) emit, ibique Curiam collocavit et parvum sacellum, S. Laurentio Brundusino dicatum, erigendum curavit. Nunc vero paratur nova sedes in monasterio « SS.mi Corporis Christi » hucusque monialium Capuccinarum (Via Piemonte).

Bullar. Cap., x, 495 s., Conv. de Urbe, a Pio IX declaratur Generalitius (1865).
Bullarii Regestum, n. 4032 (nota 1) Curia Gener. a. 1890 relinquit conv. Immac. Conceptionis.
Constitutiones O. Cap., cf. num. 176, 177.
Venantius, *Monum. ad Constit.* p. 465-67.
Eduardus, *Collegium S. Fidelis,* p. 131-32.

Pozzi Oliviero, *Le Chiese di Roma edificate nel secolo XIX.* (Roma 1900), p. 72-73, notitiae de veteri sacello Curiae Gen. O. Cap., S. Laur. Brund. dicato.

Analecta Cap. 1 (1884) p. 23, *Nova Domus acquirenda.* — 4 (1888) p. 372, *Conv. generalitii* Urbis partialis demolitio. — 6 (1890) p. 99, Litt. Circul. Min. Gen. *de expulsione Curiae Gener. a Conv. Imm. Conc. in Urbe.* — 12 (1896) p. 127, 164, 174, *Relatio de nova constructione Curiae Gen.* — 13 (1897) p. 264, *Litt. encyclicae Min. Gen. de translatione Curiae Gener. in novam domum.* — 41 (1925) p. 184 s. (Conv. Immac. Conc. olim sedes Curiae Gen.). — Quoad ulteriores notitias circa Curiam Gen. eiusque officiales cfr. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 37.

Annali Franc. (Milano) 21 (1890) p. 314, *Il Ministro Gen. ed il Conv. dell'Immacolata Conc. a Roma.*

Curia Raethorum, vide *Chur*

Curia Romana — Officiales ex Ord. Cap., vide *Consultores SS. Congr.*

Curiensis *sedes titularis episcopalis.* — Hunc titulum tenuit ab a. 1915 ad a. 1917, noster missionarius Angelus Poli a Casola Valsenio.

Curitiba in Brasilia, Custodia Prov. de *Paraná.* Prov. Venetae concredita. In Conventu condito a. 1924, erectus est Novitiatus a. 1934. Ecclesia dicata est B.M.V. de Mercede.

Descriptio geogr. (1929) tab. xxxviii.

Clem. a Terzorio, *Manuale hist.*, p. 354.

Inácio, *Custodia do Paraná*, 106-15, 122-27.

i primi *cinque anni della nostra Missione nel Paraná* (S. Paolo), p. 25-31, ill.

Bollett. Franc. (Padova), 1941, p. 265, 278.

Seraph-Weltapostolat, 6 (1930) p. 211-214, *Einweihung des Heiligtums « Nossa Seño. ra das Merces » in Curityba.*

Analecta O. Cap. 51 (1935) p. 15.

Curradi Ioan., vide *Ioannes a Rovezzano.*

Curtium, vide *Corte*

Cusentina Provincia vide *Consentina* Prov.

Cusolitum, vide *Cosoleto*

Cusset (*Cussetum*) in Prov. Lugdunensi in Gallia. — Conventus, nunc deperditus, fundatus fuerat a. 1612.

Bullar. Cap. v, 397.

Schematismus *Prov. Lugdun.* (1895) p. 46.

Custodiae et Custodes — Seraphicus Pater loquitur de Custodibus in cap. IV et VIII Regulae et in suo Testamento. Subintelligit in genere superiorem intermedium inter Guardianum et Ministrum Provincialem; etenim cum termini provinciarum nimis amplas ditiones amplecterentur, necessarium visum est provincias dividere in varios districtus seu in *Custodias* quarum superiores seu *Custodes*, Ministris Provincialibus quidem subditi, ius inspectionis vel regiminis super conventus et fratres sibi commissos exercerent. Custodibus S. Franciscus commisit insuper ut vigilarent super fide fratrum, ut simul cum Ministris pro fratribus induendis sollicitam curam gererent atque Capitulo Pentecostes interessent pro electione Ministri Generalis et consultatione de rebus Ordinis simul cum Ministris Provincialibus.

Decursu temporis iura Custodum a Pontificibus valde imminuta sunt et in Ordine FF. Minorum unus tantum habetur Custos in singulis provinciis qui est primus definitor et ius solummodo gaudet vices gerendi Ministri Provincialis quandocumque hic impeditus evadat.

In *Ordine Capuccinorum* quoad Custodias et Custodes ius antiquum retentum est; Capitulum autem Generale a. 1549 decrevit ut ex qualibet Provincia tot Custodes ad Capitulum Generale mitterentur quot in ea invenirentur Custodiae, dummodo non essent ultra quinque nec minus tres. Custodes eligebantur et eliguntur a Capitulo Provinciali; primus eorum olim *Custos Custodum* appellabatur et Ministri Provincialis defectus ad Capitulum Generale deferre debebat (*Analecta Cap.* v, 1889, p. 74 et ss.).

Urbanus VIII an. 1643 statuit quod ex qualibet Provincia Minister Provincialis et duo tantum Custodes ad Capit. Gen. ablegari possent. Qui ad Capit. Gen. ablegabantur tunc *Custodes Generales* vocari coeperunt, ceteri vero *Custodes Provinciales*. Custos tamen Provincialis simul esse potest Custos Generalis (*Bullar. Cap.* vi, 162).

Cum temporis decursu adhuc usus invaluisset ut plures ex qualibet Provincia se conferrent ad Capitulum Gen., Pius X, die 15 maii 1908, novas normas pro celebratione Capituli Gen. dedit secundum quas *Minister Provincialis* tantum et *primus Custos Generalis* accedere possunt ad Capit. Gen. (*Analecta Cap.*, XXIV, 1908, p. 171). Si autem primus Custos interesse non possit, tunc in eius locum sufficî potest *secundum Custos Generalis.* Uterque gaudet voce activa et passiva in Capitulo Provinciali et qui ad Capit. Gen. accedit referre debet de Provinciae necessitatibus (*Const. Cap.*, n. 151; *Ordinationes Capit. Gen.*, nn. 202-204).

In ipso Provinciae territorio raro nostris temporibus Custodiae inveniuntur; praecipuum exemplum habetur in Provincia Helvetica.

Bibliographia

Bullar. Cap., *Custodiae Prov.* ix, 78, 159. 169, 193. 273; x, cfr. Ind. p. 779. — *Custodes Gen. et Prov.*: i, 98 ss. vi, 12. 23, 65; ix, 77, 159, 169.

Venantius. *Monumenta ad Constit.*, pag. 408 ss. (Custodes Generales).

Melchior, *Historia O. Cap.*, i. 134, 152 s. 158 s.; ii, 106-08, 131-36, 154 s.

Analecta Cap., *Custodes*: 24 (1908) 171 n. v; 54 (1934) 147, 166, 257.

Collectan. Franc. 6 (1936) p. 6 (Custodiae).

Custodiae Provinciales Ordinis nostri. — Decreto Ministri Generalis, dato die 30 apr. 1937, constitutae sunt extra Provinciarum territorium, praesertim in locis Missionum latiori sensu, nonnullae *Custodiae Provinciales* rectae a Custode Provinciali cum duobus Assistentibus electis a Superioribus Provinciae cui subsunt. (Cfr. *Analecta Ord.*, an. 1937 p. 110; an. 1940 p. 12, 66, Normae generales et Responsa Definitorii Gener.).

Index Custodiarum Provincialium quae nunc exstant ac de quibus tractatur suo proprio loco ,addito nomine respectivae Provinciae a qua dependent:

America Centralis: Catalauniae.
Bahia in Brasilia: Picena.
Bogotá in Columbia: Valentina.
Canada Occidentalis: Belgica.
Maranhão in Brasilia: Mediolanensis.
Minas Gerais in Brasilia: Messanensis.
Paraná in Brasilia: Veneta.
Pernambuco in Brasilia: Lucensis.
Peruvia in Amer. Merid.: Genuensis.
Philippinae Insulae: Navarro-C.-Arag.
Puerto Rico: Pennsylvaniae.
Rio de Janeiro: Syracusana.
Santo Domingo in Amer. Centr.: Baetica.
Status Foeder. Americae: Hibernica.
» » » Tusciensis.
Venezuela-Cuba: Castellae.

Cutcorzum, vide *Kutkorz*

Cuthbertus a Brighton, Prov. Anglicae. — Domo *Hess* natus a. 1866, seraphicas lanas induit a. 1881. Studia historica et franciscalia impense fovit, plurimaque opera edidit, inter quae eminent: *Life of St. Francis of Assisi* (1912) quod pluries dein prelo datum est et in varias linguas versum. — *The Capuchins. A contribution to the history of the Counter-Reformation* (1929), opus in linguam germanicam (1931) et in linguam italicam (1930) versum. — In sua Provincia officia Defin. et Ministri explevit. Anno 1930 institutus est primus Praeses novi Collegii Assisiensis S. Laur. Brund., ibique obiit d. 22 mart. 1939.

Felix M. Kirsch, O. Cap., *In Memoriam*: *Father Cuthbert*, in «Homiletic and Pastoral Review» (New York), 39 (1939) p. 1179-84.
Analecta O. Cap. 55 (1939) p. 106-111.
Collectan. Franc. 9 (1939) p. 316-20: *In memoriam P. Cuthberti.*
Franc. Annals (London), 1940 p. 55-58, 86-89.
Etudes Franc. 38 (1926) p. 191-94: Recensio *Vitae S. Francisci*, a P. Cuthberto editae.

Cutro (*Cutrum*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — Ab a. 1600 usque ad a. 1866 Conventus exstitit cum Ecclesia Assumptioni B. M. V. dicata.

Bullar. Cap. iii, 72, 312.
Fortunato, *Memorie Prov. Reggio*, p. 41.
Italia Franc. 24 (1949) p. 294.

Cybo-Varano Catharina, *Ducissa* de Camerino in Piceno (1501-1557). — Doctrina, pietate clara, nostram Reformationem, una cum Victoria Colonna, materne fovit strenueque defendit.

Monumenta Histor. O. Cap. T. I, 533; II, cfr. Index, p. 517; v, cfr. Ind. p. 468.
Eduardus, *De primordiis*, (cfr. Ind.)
Cuthbert, *The Capuchins* (versio germanica et italica) cfr. Index.
Boverio, *Annales*, i, cf. Ind. (*Catharina*).
Melchior, *Historia Cap.*, i, cf. Ind.
Bernardino da Lapedona, *Il Conv. dei Capp. in Camerino* (1931) p. 87.
Feliciangeli B., *Notizie e Documenti sulla vita di C. Cybo.* Camerino, 1891.
Round Table, viii (1942-43, reimpr. 1949) p. 94-99, 103, *The influence of C. C. on the Capuchins.*
— Vide etiam bibl. sub v. *Colonna Victoria.*

Cydoniensis *sedes titularis episcopalis.* — Ex Ordine nostro hoc titulo fruiti sunt: a. 1825 Emmanuel Diaz de Bedoya a Sanlucar († 1851) a. 1882-88 Symphorianus Mouard a Sombernon.

Cynthianum, vide *Genzano*

Cyprianus ab Antwerpen (domo *Crousers*). — Suae Prov. Flandro-Belgicae aliquoties Minister, et Commissarius Gener. Prov. Rhenanae. Electus in Defin. Gener. a. 1637, Romam rediens, Genuam appulsus, ibidem obiit d. 11 aug. eiusdem anni. Edidit, inter alia: *Lectiones paraeneticae ad Regulam S. Franc.* (Coloniae Agr. 1625), insigne volumen, quod non omnes eodem modo iudicarunt.

Bullar. Cap. iv, p. 84.
Bern. a Bon. *Bibl. Script.* p. 68.
Eduardus, *Bibl. Mariana* p. 93.
Ioan. a S. Ant. *Biblioth. franc.* I, 284.
Reusch, *Der Index*, T. II p. 261.
Felice. *Tavole Capitoli Gener.*, p. 137.
Bonav. v. Mehr, *Predigtwesen*, cfr. Ind.
Hildebrand, *Kapuc. in de Nederl.*, i, cfr. Index.
Rocco da Cesinale, *Storia d. Missioni*, i, 380; ii, 480, 495, 705.
Analecta O. Cap. 16 (1900) p. 219-20 de eius opere super Regulam.
Franc. Leven 17 (1934) p. 290.

Cyprianus ab Eggolsheim, Prov. Bavaricae. Natus domo *Fröhlich* a. 1853. Sacerdotio initiatus a. 1877, eodem anno inter nos receptus est. Magna operositate pias uniones et instituta fundavit pueris fide et moribus periclitantibus servandis. Praecipuum exstat *Opus seraphicae caritatis* (vulgo: *Seraphisches Liebeswerk für Kinder*). Pro quibus operibus multos etiam ipse folia periodica et libros composuit. Obiit Monaci d. 6 febr. 1931.

Eberl, *Gesch. Bayr. Prov.*, cfr. Index p. 783
Eduardus, *Bibl. mariana*, p. 18.
Enciclopedia Cattolica, iii, 1691.
Lexik. Theol. u. Kirch. iv, 209.

ANALECTA O. CAP. 47 (1931) p. 199-202.
PROVINZBOTE (Bayern) 1931 p. 61-64.

Cyprianus a Gamaches, Prov. Parisien. alumnus ab a. 1624. — Concionator, Lector et Missionarius in Anglia, ubi etiam reginae filiae munera instructoris et confessarii obivit. Plura opera composuit de re ascetica et *Mémoires de la Mission des Capucins de la Prov. de Paris près la reine d'Angleterre* (1630-1669). Editio P. Apollin. de Valence. Paris, 1881. — Obiit Parisiis 1 nov. 1679.
BERN. A BON. *Bibl. Script.* p. 69.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 221; III, 308.
IOAN. A S. ANT. *Biblioth. franc.* I, 284.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.* I, 168, 397; II, 401, 404, 427, 432, 441, 443, 446.
DICTIONN. THÉOL. CATH. III, 2474 s.
CYPRIEN DE GAMACHES *Mémoires...* (v. supra) Notitiae bio-bibliogr. in *Praefatione*.
ETUDES FRANC. 9 (1903) p. 15-26 *L'Aumônerie de la reine Henriette* (Ubald d'Alençon).

Cyprianus a Palencia (*Aparicio*), alumnus prov. Castellae in Hispania. Natus an. 1772, quo anno obierit nescitur. Munera Pro-Vicarii gener. (1830) et Procur. gener. (1830-38) obivit.
BUENAV. DE CARROCERA, *Necrol. Prov.* p. 49.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.* p. 265.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.

Cyprianus a Piacenza, in saeculo *Claudius Poggi* (1831-1908). Prov. Parmensis lector philosophiae et litterarum professor eruditissimus Post religiosorum suppressionem a. 1866, recusata cathedra in Bononiensi Universitate, Rector factus est insignis Collegii Parmensis « Maria Luigia ». Edidit opus proemiatum in concursu « Ravizza » cui titulus *Il pensiero filosofico nei suoi rapporti colla civiltà e moralità italiana nell'epoca moderna* (Firenze. 1884) et aliud sub titulo *I Trionfi della Vergine Immacolata nel secolo XIX* (Milano. 1904). Insuper edidit academicas orationes.
NECROLOGIUM *Prov. Lombardiae*, d. 14 sept.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*. p. 18.
ANNALI FRANC. (Milano), a. 1908, p. 609 s.

Cyprianus a Sampont in Belgio, frater laicus alumnus prov. Lugdunensis; in missionibus insularum Seychelles, in Aden et alibi indefesse adlaboravit atque magnum nomen sibi acquisivit. Obiit in *Dire-Daua* a. 1934. Edidit *Grammaire de la langue Somale*. Rome 1920.
CLEM. DA TERZORIO. *Le Missioni*, X, 226. 239
COLLECTAN. FRANC. 11 (1941) p. 629 n. 8.
IL MASSAIA, 23 (1936) p. 147, 176.
PETIT MESSAGER ST. FR., a. 1936, p. 190. 222.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT. 12 (1936) p. 289-293.

Cyprus. — In hac insula, Pacificus a Provins, Augustinus a Pontoise et alii, primi laboraverunt circa a. 1630. Missio, e Prov. Turonensi ad Prov. Insulensem (Lille) transivit a. 1753, quae ibi permansit usque ad gallicam eversionem exeunte saec. XVIII.
BULLAR. CAP. VII, 303.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss. Capp.* V, 501 (v. Cipro), p. 503 (v. Nicosia).
IDEM. *Manuale hist. Miss.* p. 68, 238.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cfr. Ind.
DE GUBERNATIS, *Orbis Seraphicus, De Missionibus* t. II. pars II. p. 404.
COLLECTAN. FRANC. 18 (1948) cf. Ind. p. 369 (Docum. ined. sulla Missione nel s. XVII).

Cyrenensis *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo potitus est a. 1581-1588 Ioannes SALIASCHI a Grignasco.

Cyrillus a Barcelona, vide *Sieni C.*, episc.

Cyrillus a Bergamo, Prov. Brixiensis, nobili gente *Rossi* († 1692). — Praedicator egregius, S. Theol. et Juris Can. Professor, et a secretis Procuratoris Gener. — Scripsit et edidit de re *iuridico-morali*.
PELLEGRINO, *Annali Capp.* III, 462.
BERN. A BON., *Bibl. Script. Cap.* p. 69.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 285.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 94.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 18.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 934.
VALDEMIRO, *I Capp. bergamaschi*, p. 77.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XIV, 5.

Cyrillus ab Erzerum,
vide *Zohrabian C.* episc.

Cyrrhensis *Sedes titularis.* — Ad hanc Sedem tit. translatus est an. 1950 archiepiscopus *Mulligan Silvester* a Tasson, O. Cap.

Czechowicz S., vide *Simon a Kraków*

Camerino
in Prov. Picena



Eremus
" Renacavata " 1528

D

Daldini A., vide *Augustinus a Vezia.*

Dalhousie in Lahorensi missione (Indiarum Oriental.). An. 1933 domus religiosa canonice erecta est pro Patribus Prov. Belgicae.
ANALECTA O. CAP., 50 (1934) p. 65.

Dalla Zuanna Vigilius a Valstagna, ex-Min. Gen. et episc., alumnus Prov. Venetae. — Natus die 24 dec. 1880, fit Capuccinus a. 1896 et sacerdos a. 1904. Laurea in facultate theologica Universitatis Gregorianae adepta, variis officiis in sua Provincia functus est et bis Minister Prov. electus est (1925, 1931). Eius consilio Collegium in sua provincia institutum est pro critica editione Operum S. Laurentii Brundusini.

Anno 1931, rescripto Secretariae Status diei 4 sept., Pius XI ei munus Concionatoris Apost. apud Aulam Pontificiam commisit; anno post (1932) Capitulum Generale eum in supremum moderatorem elegit; tandem Pius XII, die 12 maii 1941, ad sedem episcopalem *Carpensem* (Carpi) eundem promovere dignatus est.
BERNARDINO, *Quattro secoli di vita*, p. 75-77.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 331.
ANALECTA ORD., 48 (1932) p. 135 (Min. Gen.); 57 (1941) p. 100 (Episc.) p. 126 (Relatio consecr. episc.) — cfr. etiam *Index Gen.* voll. 1-50, p. 66.
BOLLETT. FRANC. (Padova), 1941, p. 297-300.
BOLLETTINO UFFICIALE *della Diocesi di Carpi*, an. 1941 ss.

Dalmatia in Jugoslavia. — An. 1539 Iacobus a Molfetta, primus ex nostris Dalmatiam petiit. Eum postea fratres Venetae et Picenae Prov. sequuti sunt, quos inter Bartholomaeus et Bonaventura a Verona (1649).
BULLAR. CAP., VII, 271-72.
ROCCO DA CESIN., *Stor. Miss.*, p. 92-94.
CLEM. DA TERZ., *Le Miss. Capp.*, II, 372 (Ind.).

Dalmatius a Morcone, vide *D'Andrea D.*

Dal Monte Ignatius a Ribeirão Preto (Brasilia), *episc.*, alumnus Prov. Venetae. — Natus die 28 augusti 1897, habitum fratrum Capuccinorum sumpsit in nostra provincia Veneta die 15 sept. 1912. Sacerdotio insignitus an. 1924, subsequenti anno missionarius profectus est in *Paraná* (Brasilia). Anno 1937, erecta *Custodia de Paraná*, ipse electus est primus Custos provincialis, quod munus iterum habuit an. 1948. Pius autem XII, die 15 apr. 1949, eum ad sedem titularem *Agbiensem* elegit atque nominavit episcopum *Coadiutorem* cum iure successionis episcopi *Joinvillensis* in Brasilia.
ANALECTA O. CAP. 65 (1949) p. 57.

Damascenus, vide *Ioannes...*

Damaun (Bombay) in Indiis Orient. — Fratres nostri provinciae Melitensis an. 1923 tentaverunt fundare Missionem in dioecesi *Damanensi*, sed an. 1929, relicta hac regione, in dioecesim Allahabadensem se contulerunt.
CLEM. A TERZ., *Man. Hist. Miss.*, p. 215 s.
DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 56.
SANTOS S. A., *The Diocese of Damaun* (Bombay, 1925) p. 57, 146.

D'Ambrosio Franc. Xaverius a S. Erasmo, episc. alumnus Prov. Neapolitanae. — Apud Nolam ortus a. 1799, vigesimo aetatis anno relig. habitum induit. Lector, Minister Prov. et scriba a secretis Ordinis fuit. Anno 1859 episcopus renuntiatus est *Murani* (Muro Lucano), qua dioecesi in gubernanda exsilium et multas aerumnas passus est. Ob infirmam valetudinem sedem remisit a. 1872, obiitque in patria a. 1883. Opuscula edidit contra Protestantismum et sectam massonicam.
APOLLINARIS, *Bibl. Neapolit.*, p. 35, 98-100.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 30, 80.
BONAVENT., *I Capp. Prov. Napoli*, p. 32.
CAPPELLETTI, *Le Chiese d'Italia*, XX, 576.
ONORANZE *funebri per Mons. D'A.*, Nola 1883
ECO S. FRANC., 1874, p. 122-24; 1883, p. 90-96.

Dambsovium, vide *Tamsweg*

Dämbsweeg, vide *Tamsweg.*

Damianus a Bergamo, laicus Prov. Mediolanensis. — Domo *Damiani* natus a. 1771 in pago Villa d'Almè, anno aetatis suae XXII habitum sumpsit. In *arte organaria* ita eluxit ut merito huius artis reformator et magister a musicae peritis habeatur. Obiit a. 1842, multa relinquens in ecclesiis huiusmodi musica instrumenta a seipso confecta.
VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, II, 649-51.

Damianus a Lyon in Gallia. — Missionarius in Georgia, cuius nomen in honore fuit apud regem Persarum (1738). Artem medicam qua

pollebat, exercuit in bonum missionis. De eo laudatoriam epistolam scripsit Bened. XIV quae habetur sub d. 21 sept. 1743. A schismaticis percussus obiit a. 1747.

BULLAR. CAP., VII, 247 ss., 307.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 82, 91.
CLEM. DA TERZ., *Le Miss. Capp.*, VI, 171, 176-78, 194; VII, 266-69.
PETIT MESSAGER DE ST. FRANÇOIS, an. 1938, p. 288.

Damianus a Viareggio, *mission.*, Prov. Lucensis. — Natus a. 1807, Ordinem a. 1823 ingreditur. In missionem Georgianam missus a. 1832, eidem missioni a. 1842 praeficitur. At a. 1845 inde expulsus, in Turcarum ditionem abiit et novam Trapezunto constituit missionem illamque per aliquot annos moderatus est. Infirmitatis causa in patriam rediit a. 1852, sed paulo post Praefectus iterum missus est in Syriam et postea etiam ad Chilem veluti Inspector seu Visitator. Obiit a. 1867 in Panama.

BULLAR. CAP., X, 362.
CLEM. DA TERZ., *Le Missioni Capp.*, V, 390-402; VII, 418.

Damianus a Villa d'Almé,
vide *Damianus a Bergamo.*

D'Andrea Dalmatius a Morcone, *episc.*, Fodiensis seu S. Angeli Prov. alumnus. Natus a. 1800, inter nostros adlectus est a. 1819. Fuit Lector, Definitor et bis Minister Prov. (1843, 1852). Ad episcopatum *Bovensem* (Bova in Calabria) evectus mense sept. 1856, obiit d. 12 oct. 1870.

BULLAR. CAP., X, 720.
GAMS, *Series Episcop.*, p. 861.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Ang.*, p. 358.
DICTIONN. HIST. ECCLÉS., II, 1734.

Daniel a Bagnolo Cremasco, Prov. Mediolanensis. — Nobili gente *Braguti* natus a. 1685, Ordinem ingreditur a. 1703. Adhuc clericus in missionem Raeticam missus, Lectoris et Pro-Praefecti munus exercuit. Obiit in loco Tomils an. 1760. Nonnulla opuscula edidit de fide catholica et de re ascetica, Raetorum lingua (romancia) conscripta.

ROCCO DA CESIN., *Stor. Miss.*, II, 163, 170, 181, 203.
CLEM. DA TERZ., *Le Miss. Capp.*, I, 43, 75, 95.
VALDEMIRO, *I Capp. Bresciani*, p. 370.
ILARINO, *Bibl. Scritt. Lomb.*, p. 95.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 19.

Daniel a Manoppello, prov. Aprutinae alumnus. Ortus e familia *D'Astolfi* an. 1841; Ordinem ingressus a. 1860; profectus missionarius in Mesopotamiam a. 1866. Per 55 annos ibidem strenue insudavit in officio quoque vice-praefecti. Anno 1895 civitatem *Mardin* a caede liberavit. In conflagratione universali a. 1914-18 plurimas aerumnas passus est. In provinciam reversus an. 1920 obiit Sulmonae an. 1924.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, VI, 502 (Ind.)

Daniel a Mineo (*Zimbone*), prov. Syracusanae, qui litteris latinis et italicis enituit (1883-1917). Edidit egregium atque singulare opus sic inscriptum: *La « Divina Commedia » e l'Imitazione di Cristo* (Roma 1914).

IN MEMORIA. *Orazioni fun. ecc.* Catania 1917.
IL MASSAIA, a. 1917, p. 85-88.

Daniel a Paris, Prov. Parisiensis magister novitiorum, lector et concionator egregius. Edidit, inter alia: *Conférences théologiques et morales.* 6 voll. (Paris 1741).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 70.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, III, (Append.).
DICTIONN. THÉOL. CATH., XI, 2031.
DICTIONN. *biogr. et bibliogr. des Prédicateurs français* (Paris 1824) p. 81 s.

Daniel a Saint-Sever, antiquae Prov. Aquitaniae (Tolosana). — Familia *Campet* natus, ad nos venit Theologiae lauream iam adeptus. Pluries exstitit Minister Prov. — In Universitate studiorum Montpellier linguam hebraicam docuit, fuitque in rebus historicis et orientalibus versatus. Cum Protestantibus, ut eos converteret, scriptis et verbis congressus et luctatus est. Obiit a. 1630 (minime 1635). Libros evulgavit de controversiis, inter quos: *La christomachie combattue...* (Lyon 1611).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 70.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 224.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 290.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, I, 179.
APOLLINAIRE, *Toulouse Chrét.*, II, 272-74; III, 353.
IDEM, *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 53-56.
IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 11.
DICTIONN. THÉOL. CATH., IV, 106; XIV, 767.

Daniel a Samarate, Prov. Mediolanensis. — Parentibus *Rossini* natus a. 1876, Ordinem ingreditur a. 1891. Adhuc clericus, in missionem Brasiliensem (Maranhão) ivit a. 1898. Sacerdotio auctus, ministerio apostolico totis viribus vacavit et moderandae Coloniae S. *Antonii de Prata* deputatus est. Dum cuidam lepra laboranti assistit a. 1907 et ipse eodem morbo correptus, ad valetudinarium pro leprosis curandis in loco *Tucundúba*, non longe a Belém, cito properavit. Per septem annos (1914-21) veluti leprosorum curio, pro spirituali eorum cura functus est. Decennio effluxo a suo in illum miseriarum locum adventu, sancte et placide quievit d. 19 maii 1924.

EZECHIA DA ISEO, *Un apostolato e un martirio nell'alto Brasile... P. Daniele da Sam.* (Milano 1938).
JUSTINIANUS V. STILL, *Mit P. Daniel zu den Aussätzigen.* Strassburg, 1927.
ANALECTA O. CAP., 40 (1924) p. 284-88 (Necrol.)
FRANC. STANDAARD (Herenthals) 29 (1928) p. 155, 177, 200, 224, 249, 270; 30 (1929)

p. 41, 64, 93, 109, 136: *Levensschets v. P. Daniel* (P. K.).
IL MASSAIA, 22 (1935) p. 53-55 (*P. Daniele di Sam. nella Mostra missionaria di Napoli*).

Daniel a Torricella, prov. Parmensis alumnus. — Natus e familia *Coppini* a. 1867; seraphico habitu indutus a. 1897. Vir Spiritu Dei plenus; magister novitiorum; director spiritus expertissimus; institutor virentis Congregationis Sororum Tertii Ord. Franc. vulgo nuncupatae *Spose del Verbo Incarnato* (Reggio Emilia). Virtutibus insignis obiit in coenobio Reggio Emilia die 10 dec. 1945.
[TORREGGIANI DINO, SAC.], « *Uno che resta* » *P. Daniele da Torricella*. Reggio Em. 1947.
FRATE FRANCESCO (Parma). an. 1945, nov.-dic. p. 7-8.

Danis, in Helvetia (Missio Raetiae). — Ibi perstiterunt fratres nostri ab a. 1650 ad a. circ. 1930, munus paroeciale etiam exercentes.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) tab. XVI.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz.* p. 119.
CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia* (v. Ind.).
CLEM. A TERZORIO, *Man. hist. Miss.* p. 43.
IDEM, *Le Missioni*, I, Ind. p. 444.

Dardel Edmundus ab Aix-les-Bains, *episc.*, Sabaudiae Prov. alumnus. Ortus a. 1825, inter nos cooptatus est a. 1845. Concionator egregius, Magister Novit. et Definitor Prov. Anno 1881 missionarius ivit ad *Insulas Seychellas* (Africa merid.) et earumdem Vicarius Apost. nominatus est d. 28 iul. 1889. Ad sedem titularem *Zoarensem* promotus d. 23 aug. eiusdem anni, antequam consecraretur obiit in civ. Portus Victoriae d. 21 mart. 1890.
CLEM. DA TERZ., *Le Miss. Capp.*, X, 265, 267, 269.
EUGÈNE, *Nécrol. Prov. Savoie*, p. 291.
JEAN, *Les Capuc. en Savoie*, p. 201, 214, 391.
ANALECTA O. CAP., 6 (1890) p. 191 (Necrol.).

Dar-es-Salaam in Tanganika (Africa orient.) — Anno 1922, d. 3 mart. Vicariatus Apost. *Daressalamensis*, quibusdam partibus exceptis, concreditus est Patribus Prov. Helveticae qui iam ab a. 1920 ministerium apostolicum in regione vulgo « Mahenge » exercebant.
Domus religiosa erecta est in loco *Sali* (v.)

Vicarii Apostolici

1923 — Zelger Gabriel a Stans
1930 — Maranta Edgar a Poschiavo

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 59, tab. XXX.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 629-33.
IDEM, *Man. Hist. Miss.* p. 306-10.
MISSIONES CATHOL. PROPAGAT. FIDEI, (1922) p. 369-71.
MISSIONI *dipend. da Prop. Fide* (1950) 102.
GUIDUS KÄPPELI, O. CAP., *Die Erste Schweizer-Mission in Afrika*. S. l. (c. 1920).
IDEM, *Reisebericht unserer Ersten Missionskarawane*. Luzern, 1921.
PHILEMON MAYTAIN, O. CAP., *Auf Apostelpfaden, Reisebriefe und Missionsberichte*. Appenzell, 1923.
ANALECTA O. CAP., 37 (1921) p. 42 (de missione Mahenge); 38 (1922) p. 163 (Vicar. Ap. committ. Prov. Helv.); 48 (1932) p. 185 (Fines Vicar. mutantur). Quoad alia, cfr. *Index Gener.* voll. 1-50, pag. 120.
IDEM, 66 (1950) 55-59, *Relatio Missionis*.
COLLECTAN. FRANC., 11 (1941) p. 632, n. 142-144 (Bibliogr.).
IDEM, *Bibliogr. Franc.* an. 1940-46, nn. 2719-2720 (Guido Käppeli, O. Cap.).
LE COURRIER D'AFRIQUE. *Bulletin missionnaire des Capucins Suisses*. Fribourg 1934 ss.
MISSIONSBOTE *der Schweizer Kapuziner in Afrika*. Olten, 1921 ss.
ST. FIDELIS, (Schweiz) 9 (1921) p. 73-109 (Documenta circa acceptationem Missionis Dar-es-Sal.).
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 3 (1927) p. 292-300 (*Missionsstation « Sali »* — 10 (1934) pag. 97-103 (*St. Ios. Kirche in Daressalam*).

Dariensis Missio in Panamá. — Anno 1646 nonnulli fratres hispani Prov. Castellae ad hanc missionem pervenerunt duce P. Antonio ab Oviedo. Post excidium a. 1652, in quo P. Antonius ab Indis devoratus est, missio intermissa fuit usque ad a. 1681. Pace reddita, novi missionarii, duce itineris P. Bernardino a Matrito, illuc perrexerunt. Sed non multum ibidem commorati sunt, nam ob novas exortas difficultates, missio omnino intermissa est a. 1689.
BULLAR. CAP., VII, 337-38.
CLEM. A TERZ., *Man. hist. Miss.* p. 357-58.
BUENAV., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
STREIT, *Biblioth. Miss.*, II, 735 (de Docum. mss. in Bibl. Nation. Matriten.).

Daroca in Prov. Navarro-Aragonensi. — An. 1641 a Fratribus antiquae Prov. Aragoniae obtenta est facultas apostolica exstruendi conventum, cuius sigillum S. Francisci transitum adumbrabat. Nunc est derelicta domus.
BULLAR. CAP., V, 347, 416.
ANALECTA O. CAP., 9 (1893) p. 54.

David a Savignano al Rubicone, prov. Parmensis alumnus. Natus e familia *Molari* die 21 martii 1869; habitu seraphico indutus an. 1891; sacerdotio auctus a. 1896. In Provincia lector philosophiae, theologiae moralis iurisque canonici; pro quinta vice definitor et minister provincialis. Ab an. 1921 ad an. 1922 Rector Collegii Intern. S. Laurentii in Urbe. Ingenio, virtutibus, dexteritate in rebus agendis praestans; magni habitus etiam extra Ordinem, praesertim a Praelatis; exercitiorum dictator efficacissimus. Ex hac vita migravit die 1 ian. 1945 in coenobio Placentiae. Typis edidit, inter alia: *Siate perfetti* (Piacenza. 1920); *Rosalia Molari* (Piacenza, 1926); *Pic-*

cola imitazione di S. Francesco (Reggio E., 1934).

ANALECTA CAP. 61 (1945) p. 68, necrol.
CONVIVIUM VERITATIS, *Quaderni di Coltura* (Reggio Em.), 1942, sett. p. 3-22, dic. p. 4-13; 1943, dicem. (Placido da Pavullo).
FRATE FRANC. (Parma), 1943, p. 6-10, *Il 50° di professione relig. del P. Davide.*

D'Avolio, vide *Avolio.*

Davos, in Helvetia (Missio Raetiae). — Hospitium missionarium conditum a. 1623, nunc derelictum iacet.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni,* I, 12, 37.
SCHWEIZER. FRANZ. KALENDER (1943) p. 50.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz,* p. 68, 70.

Dax (*Aquae Turbellicae*) in Prov. Tolosana. — Primus conventus conditus est a. 1614-1615. Illo relicto a. 1653, alter exstruitur, qui mansit usque ad a. 1792.

BULLAR. CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.,* I, 108.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. d'Aquit.* p. 319.
IDEM, *Nécrol. Prov. de Toulouse,* p. 57.

Decem Pagi, vide *Dieuze*

Dedouvres Ludovicus e Beaulieu, canonicus et doctor (1848 † 1921). — Disertus historiographus fuit celeberrimi *P. Iosephi* (Le Clerc) *Parisiensis* († 1638). Per triginta enim annos, rebus gestis a P. Iosepho, suo calamo describendis vacavit. Ad hunc finem, canonicatu remisso, sacelli munera obtinuit apud *Sorores Calvarienses,* ab eodem P. Iosepho institutas. — Quosnam fructus protulerit huius viri labor, fuse narrat *M. Pasquier* apud ÉTUDES FRANCISCAINES, tom. 35 (1923) p. 5-13.

Definitores Generales sunt veluti *assistentes* seu *consiliarii* Ministri Generalis in Ordinis regimine. Usque ad an. 1541 Definitorium generale quattuor Definitoribus constat, sex autem postea, in ipso Capitulo generali electis. Iuxta hodiernas Constitutiones (n. 164) Procurator Generalis iure est *primus Definitor.*

Definitorum munus usque ad immediate successivum Capitulum generale perdurat; in hoc vero *media saltem pars* Definitorum reeligi nequit vi resolutionis Capituli gener. an. 1567 (*Analecta,* a. 1889, p. 80).

Ab anno 1667 in Urbe residere tenentur ad normam decreti Clementis IX « *Debitum pastoralis officii* » diei 9 sept. 1667.

Definitorii generalis est dubia quae in *Constitutionibus* occurrunt solvere, necessitatibus Provinciarum consulere, omnes causas quae ad rectum Ordinis regimen spectant definire, necnon pro singulis casibus in re disciplinari super statutis *Constitutionum* dispensare.

Salva auctoritate Min. Gen. et Definitorii qua talis, singulis Definitoribus negotia Ordinis et praesertim Provinciarum propriae cuiusque linguae examinanda et pertractanda committuntur, etiam extra congregationes definitoriales (Pius X, *Normae regiminis servandae,* 15 maii 1908); *Const.* an. 1925. art. 173).

Series chronologica omnium Definitorum Gener. exhibetur sub voce *Capitula Generalia.*

BULLAR. CAP., I et X, cfr. Ind.
VENANTIUS, *Monum. ad Const.,* cf. Ind.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.,* II, 128-31, 151 s.
BASILIO DE RUBÍ, *Estudio de la Bula « Inter graviores »* a. 1804 (Barcel. 1943) p. 105 s.
ANALECTA CAP., cfr. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 39-40.
ESTUDIOS FRANC. 49 (1948) p. 427-37: *Valor jurídico de la interpretación de las « Constituciones » de los Capuchinos hecha por el Definitorio general.* (Agapito de Sobradillo).

Definitores Provinciales stabile *consilium* constituunt Ministri Provincialis et una cum ipso *Definitorium provinciale* efformant.

Iam ab initio Ordinis, iure antiquo retento, *quattuor* Definitores tamquam consultores dantur Ministro provinciali electi in Capitulo provinciali eorumque munus perdurat a Capitulo ad Capitulum.

Antiquitus tantum ex vocalibus Capituli; hodie vero ex tota Provincia eligi possunt (Const. n. 146), sed *duo tantum* inter praecedentis Capituli Definitores (hoc iam ex praescripto Capit. Gen. an. 1567). Olim quorumdam Definitorum munus expirabat initio novi Capituli; ab anno vero 1818 iure suffragii gaudent (*Bull. Cap.,* IX, 337).

Definitorii provincialis consensus vel saltem consilium requiri debet a Ministro provinciali omnibus in rebus gravioribus, quae in *Constitutionibus* editis an. 1926 diversis in locis exprimitur (cfr. *Index*).

Definitores provinciales, item Assistentes Commissarii provincialis, semper et ubique intra Provinciam vel Commissariatum, *praecedunt* Superiores locales omnes, cum collegialiter congregati sunt; secus *post* Superiorem localem veniunt (*Ordinat.,* ed. 1925, nn. 226, 321, paragr. 2).

BULLARIUM CAP., X, cf. Ind. p. 780.
VENANTIUS, *Monum. ad Const.,* cfr. Ind.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.,* I, 157-58; II, 151-154, 157.

Defuncti, vide *Suffragia defunctorum*

De Gallo Ludov., vide *Gallo L.*

Deggendorf in Prov. Bavarica. — An. 1625 conventus aedificatur cuius ecclesia S. Michaëli Arch. dicata est. Saeculo XIX ineunte conventus suppressus est.

BULLAR. CAP., IV, 374.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali,* II, 92.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 16.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 95, 783 (Ind.).
SCHEGLMANN A. M., *Geschichte d. Säkularisation i. Bayern.* II, 158-63 (1903).

Deggingen in Prov. *Rhenano-Westfalica.* — Anno 1929 nobis tradita est pervetusta egregioque artificio exornata ecclesia B. M. V. a Nativitate dicata, quae in vico « *Ave Maria* » sita est. Hospitium adiacens a. 1932 aedificatum est.

CATALOGUS PROV. RHEN. WESTF., (1939) p. 33.
GRADMANN E., *Die Kunst- und Altertums-Denkm. i. Königr. Württemberg,* IV, 4: OA. Geislingen, (Esslingen, 1914) p. 72-79.
KILIAN MÜLLER, O.Cap., *Unserer lieben Frau von Ave Maria bei Deggingen.* Deggingen, 1930.
ANALECTA O. CAP., 46 (1930) p. 38.
ASSISI-GLÖCKLEIN (Mainz), an. 1929, p. 61.

Dego (Degum), in prov. Genuensi. — Hospitium ibi conditum a. 1866, ab ipsis Superioribus provinciae supprimitur a. 1887.

FRANC. SAV., *Capp. Genovesi,* V, num. 495, 506, 518, 525.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 281.

Deidesheim (*Deideshemium*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Eiecti ex conventu Spirensi a. 1634, fratres hic se receperunt et Hospitium obtinuerunt usque ad a. 1649.

BULLARIUM CAP. IV, 386.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhen. Cap.,* p. 47.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* p. 17, 47, 60.

Delcuve Ghislenus a Mons, *episc.*. alumnus prov. Belgicae. — Ortus die 24 dec. 1895, habitum Capuccinorum induit an. 1913 et sacro presbyteratus charactere insignitus est a. 1920. Ad missionem *Ubanghiensem* in Africa profectus an. 1926, iam Pro-Praefecti officium accepit an. 1931, dein in Superiorem Regularem an. 1935 et iterum an. 1938 designatus fuit. Demum Pius XII die 10 iunii 1948 eum episcopum titularem *Bargyliotanum* elegit et Vicarium Apost. ipsius Missionis de *Ubanghi* nominavit.

ANALECTA CAP. 64 (1948) p. 91.
ETENDARD FRANC. (Ciney), a. 1948, p. 145-54.
VOX MINORUM *Cap. Belg.,* a. 1948, p. 35-50.

Delémont sive Delsberg, in Prov. Helvetica. — Primus conventus a. 1626 fabricatus una cum ecclesia B. M. V. in caelum receptae dicata, derelictus fuit a. 1793. Nova vero domus iuxta ecclesiam S. Crucis, canonice erecta est a. 1923.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP., IV, 364.
SILVEST. MEDIOL., *Annales,* p. 459.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali,* II, 119.
BÜRGLER. *Franz.-Orden i. d. Schweiz,* p. 75
CHRONICA PROV. HELVET. p. 100-02, 197, 530.
SCHWEIZER. PROV. FESTSCHR. p. 411 (Ind.).
ANALECTA CAP., 40 (1924) p. 15.

Delhi-Simla, Archidioec. in Indiis Orient. — An. 1910, Brevi Pii Pp. X sub die 13 sept., aliquot districtus ab Archid. Agraensi et aliquot a Dioec. Lahorensi seiunguntur, iique in novam Archidioec. *Simlensem* eriguntur. Haec Missio est concredita Fratribus Capuccinis prov. Angliae, primusque archiep. fuit P. Anselmus Kenealy ab Abersychan.

S. Congr. de Prop. Fide, die 13 apr. 1937, urbem *Delhi* una cum territorio finitimo, ab Archidioec. Agraensi seiunxit et cum Archidioec. Simlensi univit, quae in posterum Archid. *Delhi-Simla* nuncupabitur.

Archiepiscopi

1910 — Kenealy Anselmus ab Abersycham
1937-50 — Mulligan Silvester a Tasson

BIBLIOGRAPHIA

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 57 tab. XXV.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.,* p. 209-14.
IDEM, *Le Missioni,* IX (cf. Ind. p. 616).
GUIDA DELLE MISSIONI CATT., (1934) p. 148.
MISSIONI *dipend. da Prop. Fide* (1950) 223.
ANALECTA CAP. 26 (1910) p. 316. — 53 (1937) p. 112. — Cf. etiam *Index Gener.* voll. 1-50, 1884-1934, p. 129 (*Simla*).
CAPUCHIN ANNUAL (Dublin), 1944, p. 177-84.
COLLECTANEA PUNJABENSIA, *A Quarterly Review for the Clergy of the Ecclesiastical Province of Delhi and Simla.* Vol. I ss. Lahore 1942 ss. (Not. hist. Miss. cf. an. 1947, p. 166-68).
FRANCISCAN ANNALS (London), 1946, p. 88 ss. 1947, p. 18, 46, 75, 107, *Our Mission in India.*
Cfr. etiam Bibliogr. sub v. *Indiae Or.*

Della Chiesa A., vide *Angelus a Savona*
Della Valle, card., vide *Valle (Della)*
Delsberg, vide *Delémont.*
De Luca I., vide *Iesualdus a Bronte*
Dembinski I., vide *Ioannes Bapt. Polonus*
De Mestria, A., vide *Di Mestria A.*

Demo (*Demum Bertium*) prope Codègolo in prov. Mediolanensi. — FF. veteris prov. Brixiensis a. 1710 facultatem exstruendi Hospitium pro itinerantibus etc. ab Apostolica Sede obtinuerunt. Postea fuit derelictum vel suppressum.

BULLAR. CAP., II, 362. 449.

Demonte (*Demontium*) in Prov. Pedemontana. — Sedes missionaria a. 1633 statuta pro fratribus in Vallibus subalpinis adlaborantibus, post aliquot annos derelinquitur.

BULLAR. CAP., II, 453.
FERRERI, *Rationar. Miss. Cap.,* II, 545-74, 661.
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino), an. 1925, p. 55; a. 1928, p. 65.

Dendermonde seu Termonde (*Teneramunda*) in Prov. Belgica. — Duo conventus, qui hic iam exstabant, primus a. 1595, alter a. 1628 exstructi, nunc derelicti iacent.

BULLAR. CAP., IV, 368.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.,* I, cf. Ind.
(BLOMME A.), *Le Couvent des Capucins à Termonde,* 1906 (cf. ÉTUDES FRANC., t. 23, 1910, p. 91).
FRANC. LEVEN, 33 (1950) 49 (Monum. artis).

Deodatus, vide *Adeodatus.*

Deodatus (S.), geogr.. vide *Saint-Dié*

De-Pise M., vide *Marcellinus a Mâcon*

Deppa, vide *Dieppe*

Derbensis *sedes titularis episcopalis.* — Ab a. 1845 usque ad a. 1866 illum titulum tenuit noster missionarius Anastasius HARTMANN a Luzern.

Derthona seu Dertona, vide *Tortona*

Derthusa, vide *Tortosa*

Deschamps P., vide *Petrus ab Amiens.*

Desgranges A., vide *Archangelus a Lyon*

Desiderius (S.), geogr. vide *Saint-Dizier*

Detroit, Michigan, in Stat. Foeder. Amer. — Conventus S. Bonav. Doctoris fuit inauguratus a Patribus Prov. Calvariensis a. 1883.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 17 tab. XX-XXI.
BITTLE, *A Romance...* p. 170, 296.
ANALECTA CAP., 23 (1907) p. 170; 44 (1928) p. 22; 55 (1939) p. 18.

Deusto, vide *Bilbao.*

De Vélez Raphael, vide *Vélez Raphael*

De Vito Conradus a Provvidenti (Campobasso), episc., alumnus prov. Bononiensis. — Ortus die 27 martii 1904, Ordini Capuccinorum se adscripsit a. 1919 et presbyter factus est a. 1927; S. Theologiae lauream Romae apud Universitatem Gregorianam consecutus est an. 1931 atque subsequenti anno missionem *Allahabadensem* in Indiis Orient. petiit ubi, inter alia, munere Vicarii Generalis illius dioecesis functus est. Demum die 12 dec. 1946, decreto S. Congr. de Prop. Fide, novae dioecesis de *Lucknow*, in eadem regione iam ab anno 1940 erectae, primus Episcopus nominatus est.
SOUVENIR *of the consecration of the Right Rev. Conrad De Vito.* Lucknow 1947.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna,* p. 130.
ANALECTA CAP. 63 (1947) p. 18.
LA PROV. DI BOLOGNA. *Atti uffic.*, 1947, p. 36 s.
ZELATORE FRANC. (Bologna) a. 1947, p. 19.

Devotiones Franciscanae. — Circa pias devotiones relate ad Ordinem Franciscanum in genere vel specialiter ad Ordinem nostrum Capuccinorum vide praesertim sub vocibus
Cor Iesu SS.
Corona Franciscana
Corona Immaculatae Concept.
Corona Spiritus Sancti
Coronatio Imaginum B. M. V.
Immaculata Conceptio
Ioseph (S.), Scapulare
Litaniae Ordinis Seraphici
Maria Virgo (Mater Divini Pastoris, etc.)
Mensis Marianus
Passio D. N. Iesu Christi
Portiunculae Indulgentia
Praesepe Pueri Iesu
Quadraginta Horarum devotio
Tres « Ave Maria »
Trinitas (SS.ma)
Via Crucis

Diarbekir, in Mesopotamia. — Quod attinet ad nostram missionem ibi initam saec. decimoseptimo, praeter opera relata sub voce *Mesopotamia,* cfr. etiam:
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.* p. 107.
IDEM, *Le Missioni*, VI, cf. Ind. p. 511.
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 85. — 9 (1893) p. 125, 148. — 15 (1899) p. 199, 231, 263, 306, 340. — 21 (1905) p. 342.

Diaz de Bedoya Emmanuel a Sanlúcar, *episcopus*, alumnus prov. Andalusiae seu Baeticae. — Ortus est d. 9 febr. 1781 et Capuccinorum habitum induit a. 1801. Prius missionarius ivit in Venezuelam, deinde in Hispaniam reversus, boni nominis concionator fuit. A Leone XII, d. 4 apr. 1825 electus est episc. tit. *Cydoniensis* atque Coadiutor archiepiscopo *Compostellano* datus est. — Civili eversione a. 1835, multa adversa tulit et per novem annos in exsilium relegatus est. In archidioecesim cum rediisset (1844), obiit die 26 dec. 1851. — Nonnulla de re ascetica edidit, inter quae: *Nuevo Marial.* 4 voll. Santiago 1831. — *Nueva Iosefina,* 2 voll. Ib. 1831.
BULLAR. CAP., IX, 426.
RITRATTI CAPPUCC. ILLUSTRI, II, 50 ss.
JUAN B. DE ARDALES, *La Divina Pastora,* t. I (Sevilla 1949), p. 655-66 (not. biogr.).
ARCHIVO IBERO-AMER. 21 (1924) p. 221-23.

Didacus-Iosephus (B.) a Cádiz, Andalusiae, seu Baeticae Prov. alumnus. — Nobili *López Caamaño* genere ortus est die 30 mart. 1743. In novitiatum conv. de Sevilla recipitur anno 1757. Concionator magni nominis atque vere apostolicus tamquam « novus Paulus » totum Hispaniarum regnum peragravit, exemplar factus arctissimae poenitentiae. Mira dixit praesertim de B. Maria Virgine et de SS. Trinitate. Multa pertulit incommoda multaque operatus est pro patriae ac religionis defensione. Obiit in loco *Ronda* (Málaga) die 24 mart. 1801, et Leo XIII eum inter Beatos retulit die 10 apr. 1894. — Nonnulla edidit opuscula, et alia post eius obitum evulgata sunt, inter quae: *El Soldato católico en guerra de religión. Carta ascético-histórico-política.* Madrid, 1814, voll. 2. — *Cartas de Conciencia a su Director Espiritual.* Sevilla, 1902. — *Cartas que dirigió al P. Franc. González.* Madrid, 1909. — *Correspondencia epistolar del B. Diego con el P. Franc. González.* Sevilla, 1901. (Ex: Revista de Archivos, Bibl. y Museos). — *Cartas intimas del B. Diego* (1779-97) *dirigidas al P. Eusebio de Sevilla su primer maestro de novicios.* Coleccionadas y anotadas por el P. Diego de Valencina. Cádiz 1943. *Arsenal de materias predicabiles formado con autógrafos inéditos del B. Diego,* colleccionados y anotados por el P. Diego de Valencina. Sevilla, 1944. — *Cartas espirituales del B. Die-*

go. *Selección*. Madrid 1945. — *La Vida Religiosa*. 2. ed. preparada por el P. Serafino de Ausejo. Sevilla 1949.

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., X, V. Index p. 780.
CONSTANT, *Légende dorée des Cap*. p. 435-50.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 19.
STREIT-DINDINGER, *Bibl. Missionum*, I, n. 1081; IX, n. 1464 (de 2 sermonibus B. Did.).
LECHNER, *Leben d. hl. Kapuz.*, III, 173-93.
LEVEN *van den gelukzaligen Didacus Jos. v. Cádiz*, Tilburg, 1894.
SHORT SKETCH *of the life of Bl. Didacus Ios. of Cádiz*. Cork, 1895.
ALCOBER HIGUERAS JOSÉ, *Historia de la vida interior y exterior del B. Diego... referida por el mismo en las Cartas que por obediencia enviaba a sus Directores espirituales*, Madrid, 1894.
AMBROSIO DE VALENCINA, *Romancero del B. Diego J. de Cad.*, Sevilla, 1899.
DAMASE DE LOISEY, *Le B. Diego*. Paris, 1902.
JUAN BAUTISTA DE ARDALES, *La Divina Pastora y el B. Diego J. de Cádiz. Estudio histórico*. T. I, Sevilla 1949. 879 pp. — Cfr. *Analecta Ord.* 1950, p. 29.
LUIS ANT. DE SEVILLA, *Vida ...*, Sevilla, 1862.
MARTÍNEZ VALVERDE CARLOS, *El B. Diego de Cádiz: su figura y su obra*. Madrid, 1943-45
NORBERT STOCK [von Tux]. *Der selige P. Diego v. Cádiz*. Brixen, 1894.
PAOLO DALLA PIEVE, *Vita ...*, Roma, 1894.
SEBASTIAN DE UBRIQUE, *Vida ...*, Sevilla, 1926.
SERAFIN DE AUSEJO, *Reseña bibliográfica de las obras impresas del B. Diego J.*, Madrid 1947. (cfr. *Estudios Franc.*, 1948, p. 137-39; *Collect. Franc.* 1949, p. 336-38.
IDEM, *Doctrina Asuncionista del B. Diego delatada a la Inquisición*, in « VERDAD Y VIDA », Revista por PP. Franciscanos, 1948 p. 317-343.
SERAFIN DE HARDALES, *El misionero capuchino, fr. Diego Jos.* (Manresa 1813).
VIVES Y TUTO J. C., *Vida ...*, Roma, 1894.
ANALECTA O. CAP., 10 (1894) p. 246 ss. (*Comp. vitae B. Did.*); p. 241-45, 344, 369 (*In honorem B. Did. Carmina latina et italica*). — 61 (1945) p. 57 (Status Causae Canoniz.) — Quoad alia, cf. *Index Gener.* voll. 1-50 (1885-1934) p. 41.
ARCHIVO IBERO-AMER. 21 (1924) p. 69-79 (Adnotationes B. Didaci circa *Expositionem Regulae seraphicae* a P. Ant. Esquivel exaratam).
COLLECTAN. FRANC., 7 (1937) p. 567-608; 8 (1938) p. 38-69: *Estudio sobre la oratoria del B. Diego* (Sebastián de Ubrique); 10 (1940) p. 550-53, de praedicatione B. Ios.
IDEM, *Bibliogr. Franc.* an. 1940-46 nn. 1720-1744; notae bibliogr. circa B. Did.
ESTUDIOS FRANC. 49 (1948) p. 329-52 (contin.) *El derecho de Maria a la inmortalidad según las obras del B. Diego delatadas a la Inquisición*. (Serafín de Ausejo).
EL MENSAJERO SERÁFICO. a. 1884, p. 134, 176, 194: *B. Diego, su estancia en Mondoñedo*.

Didacus a Civitanova (a Novana) prov. Picenae alumnus. Nobili *Luchetti* familia ortus, utriusque iuris laurea decoratus Ordinem amplexus est. Definitoris et custodis generalis munus obivit in provincia, dein ab Urbano VIII ad missionem Tononis et Genevae missus, innumera discrimina pertulit pro haereticorum conversione. In patriam cum reversus esset, iterum in Sabaudiam missus fuit, ubi Minister Prov. renuntiatus est. Virtutibus clarus obiit in oppido S. Iuliani a. 1638.

BULLAR. CAP. II, 192; V, 141.
ROCCO DA CESIN. *Storia Miss.* II, 243, 296-311.
EUGÈNE. *Nécrol. Prov. Savoie*, p. 333-38.
GIUS. DA FERMO, *Scritt. d. Marche*, p. 29.
IDEM, *Iscrizioni Prov. March.* p. 59.

Didacus a Madrid, prov. Castellae definitor et ad aulam regiam concionator († 1746). Plures edidit *Orationes panegyricas*, praesertim de S. Felice a Cantalice; nonnulla alia opera conscripsit et typis mandavit.

MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
BUENAV. DE CARROCERA, *Necrol. Prov.* p. 31.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 71.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 19.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 215.
IO. A S. ANT. *Bibl. Franc.*, I, 302; III (Appendix in fine vol.).
ANDRÉS, *Vitalidad seráfica*, I, 198.
BUENAV., *La Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.

Didacus a Messina seu a Palmi (*Sgroii*), in sua Messanensi provincia lector atque moderator († 1709). — Edidit perutile opus quod inscribitur: *Lux Praelatorum praesertim Regularium, necnon Curiae saecularis, foro criminali accensa* (Venetiis 1673).

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 72.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 215.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, IV, 247.
FIORE, *Calabria illustrata*, I, 392.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, 86.
MONGITORE, *Bibliotheca Sicula*, I, 155.

Didacus a Quiroga, Prov. Castellae. — Nobili genere *Somoza y Quiroga* a. 1572 natus. Ordinem a. 1598 in Prov. Catalauniae ingreditur. Fuit Lector, S. Officii Qualificator et pluries Minister Prov. — Philippi III, IV et Ferdinandi III exstitit Consiliarius et Concionator. Sacram purpuram ab Urbano VIII sibi oblatam humiliter remisit. Obiit Matriti die 10 octobris 1649.

BULLAR. CAP., V, 364.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, II, 139 ss.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 52.
MARTIN DE TORRECILLA, *Apologema... de Men. Capuchinos* (Turin 1673), p. 351-54.
BUENAV., *La Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
ROCCO DA CESIN., *Stor. Miss.*, I, 46; II, 570-74, 589, 592, 641, 653, 655; III, 37.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 71.

SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 229.
ANDRÉS, *Vitalidad seráfica*, I, 198.
ANDREU, *Iconogr. Cap. de Catal.*, I, 41.
LONCHAY H., *Correspondance de la Cour d'Espagne sur les affaires des Pays Bas au XVII*e *s.* (Bruxelles 1927), II, 635-44 (cfr. *Revue d'Hist. Francisc.* 1928, p. 381).
FRANCISCALIA (Barcel. 1928) p. 233.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XIII, 1598.
ANALECTA O. CAP., 7 (1891) p. 351.
ESTUDIOS FRANC. 24 (1920) p. 297; 30 (1923) p. 281 (Bio-bibliogr.); 50 (1949) p. 71-100, *El P. de Q. diplomático y confesor de reyes.* (Buenav. de Carrocera).

Didacus a Vannes (*Steven*), laicus prov. Parisiensis; pro Christi fide, Nanneti (Nantes) in flumen demersus est an. 1793.
BESCHIN, *Martyrol. Franc.* (17 nov.).
EDOUARD, *Essai de Martyrologe*, p. 35.
GLOTIN H., *Deux Capucins morbihannais noyés à Nantes en 1793* (Vannes 1903).

Dieburg (*Dieburgum*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Anno 1650, vetus coenobium FF. Min. Conventualium, nostratibus dono datur. At a. 1692-95 novus conv. erigitur iuxta sacellum Virgini Perdolenti dicatum; postea ecclesia aedificatur a. 1701 sub tit. S. Ludovici ep. Tolosani. Conventus mansit usque ad a. 1822; an. vero 1860 fratres alium conv. exstruxerunt cum ecclesia SS. Cordi Iesu consecrata.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. XV.
BULLAR. CAP., IV, 385; X, 626.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 30-32 Ind.
MÜNKLER, *Dieburg und seine Wallfahrtskapelle* 1934 (Agit etiam de FF. Capuccinis)
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*. cfr. Ind.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.* (v. Index).
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* p. 142 (Index).
ANALECTA O. CAP., 17 (1901) p. 154.
ASSISI-GLÖCKLEIN, (Mainz) 18 (1936) p. 139 s.

Diedenhofen, vide *Thionville*.

Diensis *dioecesis titularis*. — Ad hanc sedem titularem promotus est an. 1949 Aloisius *Magliacani* a Castel del Piano ex Ordine Capuccinorum.

Dieppe (*Deppa* seu *Dieppae*) in Prov. Parisiensi. — Conventus exstructus a. 1614, una cum ecclesia in honorem S. Salvatoris, nunc derelictus iacet.
BULLAR. CAP., V, 393.
ANALECTA CAP., 28 (1912) p. 29-31.

Dierdorf in Prov. Rhenano-Westfalica. — Hospitium quod a. 1755 fratres excitarunt, a. 1787 iidem deserere coguntur.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* p. 21.
KILIAN, *Aufheb. d. Wallfahrt Nothgottes*, p. 93.

Dieuze (*Decem Pagi*) in Prov. Strasburgensi. Conventus exstitit ab a. circiter 1749 usque ad gallicam eversionem (1791).

SCHEMATISMUS *Prov. Lugdun.* (1895) p. 100.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 202 (Ind.).
ETUDES FRANC., 43 (1931) p. 304.

Di Fazio Ios. Angelus a Pianella, *episc.*, Aprutinae Prov. alumnus. — Ortus a. 1801, religiosum habitum sumpsit annorum sexdecim adolescens. Fuit Lector, Concionator et missionarius operosus. Raetiae missionis Praefecturam Apost. (1831) per aliquot annos moderatus est. Visitator Apost. in Tuneti ditione per biennium mansit (1834-35); deinde Episcopus tit. *Tipasitanus* creatus est d. 13 maii 1836. Ad Libani tandem Delegationem Apost. destinatus, obiit in civ. Beyrouth d. 13 dec. 1838.
BULLAR. CAP., X, 31, 49, 50, 156.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, II, 74.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 104, 111; III, 207-08; V, 280-313; IX, 289-91; X, 603-10.
IDEM, *Manuale hist. Miss.*, p. 70, 159.

Dignano in prov. Veneta. — An. 1752 a S. Congr. erectio Hospitii pro Capuccinis permittitur.
BULLAR. CAP., VIII, 187.

Dijon (*Divio*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus exstructus a. 1602, tempore gallicae seditionis derelinquitur (1791).
BULLAR. CAP., V, 397.
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 54-59; 18 (1902) p. 327.

Diliberto V., Vide *Iosephus M. a Palermo.*

Dilinga, vide *Dillingen*

Dillingen (*Dilinga*) in Prov. Bavarica. — Conventus a. 1692 fuit erectus una cum ecclesia S. Antonii Patavini a provincia Tirolensi. An. 1782 novae Prov. Suevo-Palatinae incorporatur et an. denique 1826 Prov. Bavaricae traditur.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14 tab. XV.
BULLAR. CAP., IV, 372; IX, 211.
CHRONICA BAVAR. PROV. p. 142-47, 265-67.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 489 ss. 783.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.*, cfr. Ind.
PETRUS FRANC., *Suevia ecclesiast.*, p. 283-86
DAS MARIA-GNADENBILD *in der Klosterkirche d. Kapuz. zu D.* — Dillingen 1855... 1878.
ANALECTA CAP. 35 (1919) p. 143; 38 (1922) p. 76
PROVINZBOTE (Bayern), 1948 p. 265-70, *250 Jahre Kapuzinerkirche Dillingen.*

Di Mestria Angelicus a Ferrandina, episc., alumnus Prov. Lucaniae. — Natus a. 1760, sexdecim annos agens ad nos convolavit. Vir in iure canon. et in re historica doctus, suam Provinciam rexit a. 1803-07 et a. 1810-20. Episcopus Ecclesiae *Ugentinae* (Ugento in Calabria) creatus est d. 13 febr. 1828. Obiit a. 1837.
BULLAR. CAP., IX, 427.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, II, 56.
CAPPELLETTI, *Le Chiese d'Italia*, XXI, 321.

Di Milia Bernardinus a Calitri, episc., Prov. Lucaniae alumnus. — Natus a. 1838, Ordinem ingressus est a. 1853. Oratorem facundum in patria et in Gallia se ostendit. A secretis fuit apud Rochum Cocchia Ordinis nostri, Delegatum Apost. in insulis Antillis, eumque iuvit in reperiendis cineribus Christophori Colombo, quos postea in Italiam secum traiecit a. 1880. Episcopus tit. *Tabracensis* d. 27 mart. 1884 creatus, statim Delegatus Apost. apud Respublicas Dominicanam, Haiti et Venezuela mittitur. In Italiam reversus, ad Sedem episcop. *Larinensem* regendam est delectus d. 4 iun. 1891. Obiit d. 6 apr. 1910. Edidit funebres orationes, Conciones, Epistolas Pastorales etc.

PICUCCI PARDO, *Orazione fun.* Salerno 1910.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 795.
ANALECTA O. CAP., 26 (1910) p. 159 (necrol.).
ECO S. FRANC., 1891, p. 527-29.

Di Milia Evangelista a Calitri, episc., alumnus Prov. Lucaniae. — Ortus a. 1842, habitum nostrum suscepit decimo sexto aetatis anno. Studiis hinc inde peractis, ob legem eversionis in Galliam profugit a. 1864 et a. 1873 in Angliam; quibus in regionibus, postquam illarum linguam bene didicerat, ministerio apostolico totum se dedidit. In Italiam reversus (1884), Provinciae suae Lucaniae regimini praeficitur. Denique *Cassanensis* (Cassano al Jonio) episcopus electus d. 11 febr. 1889 ad Ecclesiam *Lyciensem* (Lecce) postea transfertur d. 15 nov. 1899. Obiit d. 17 sept. 1901.

FUNERALI *di Mons. Di Milia*, Napoli 1902.
ANALECTA O. CAP., 17 (1901) p. 372 (necrol.).
ECO S. FRANC., 1889, p. 669; 1899, p. 130-35.

Dinan (*Dinannum, Dinantium*) in Prov. Parisiensi. — Conventus a fratribus antiquae Prov. Turoniae aedificatus a. 1620, clauditur a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 23.
REVUE HIST. FRANC., 6 (1929) p. 330.

Dinant (*Dinannum ad Mosam*) in Belgica provincia. — Fratres Capuccini morati sunt in hoc loco ab an. 1613 usque ad an. 1797. Eorum ecclesia dicata erat B. Mariae Virgini et SS. Gulielmo et Margaritae.

BULLARIUM CAP., IV, 114, 371.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederlanden*, I, 251 s., 407 s.; II, 266-69.

Dinard in Prov. Parisiensi. — Anno 1897 Conventus erigitur una cum Ecclesia B. M. V. Divini Pastoris Matri dicata. Ab a. 1927 novae domus fabrica canonice erecta est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 28 tab. XIII.
CHRISTIAN DE LIBERCOURT, *Une Ecole Séraphique* (Paris, 1911) p. 52-77.
ANALECTA O. CAP., 44 (1928) p. 22.
ECHO DE ST. FRANÇOIS (Toulouse), a. 1903, Mai, p. 81-85 (de suppr. Conv. a. 1901).

Di Negro F., vide *Franciscus a Genova*

Dinkelsbühl (*Dinkelspila*) in Prov. Bavarica. — Conventus a. 1622, sub titulo S. Francisci Assis. aedificatus, supprimitur a. 1803.

BULLAR. CAP., IV, 162, 374; IX, 43, 211.
SILVEST. MEDIOL., *Annales Cap.*, I, 359.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 508.
CHRONICA BAVAR. PROV. p. 15.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 90, 783.
FRANC. PETRUS, *Suevia Ecclesiast.* p. 291 s.

Dioeceses et Archidioeceses ab episcopis ex Ordine FF. Min. Capuccinorum administratae vel gubernatae, vide *Episcopi*.

Diola Horatius,
vide *Marcus a Lisboa*, O.F.M.

Diomira (Ven.) a Verbo Incarnato, monialis capuccina. — Parentibus *Serri* orta est Genuae d. 27 febr. 1708. Habitum religiosum in monasterio loci *Fanano* (dioec. Mutinensis) induit d. 28 oct. 1730. Officia Magistrae novitiarum et Abbatissae sapienter per plures annos exercuit. Poenitentia et virtutibus clara, cum fama sanctitatis obiit d. 14 ian. 1768. Eiusdem beatificationis Causa rite introducta est a. 1910.

VITA *di Diomira scritta da lei medesima*. Bologna, 1877; Roma 1916.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 587-602.
CIOLLI A., *Vita...*, Firenze, 1872.
FRANZ. HAAS, O.Cap., *Leben der M. Diomira von ihr selbst beschrieben, mit Supplement*. Regensburg 1891.
SOEUR *Maria Diomira du Verbe Incarné*. Traduction abrégée de l'italien d'après l'autobiographie, par M. T. M. — Fribourg 1936.
PINI C., *Life of Ven. M. D.*, St. Louis, 1917.
ANALECTA O. CAP., 14 (1898) p. 257-61; 18 (1902) p. 45-49: M. Diomirae vitae synopsis. — Quoad statum causae beatif. cfr. *Index Gener.* voll. 1-50, p. 97, et vol. 61 (1945) p. 63.
ECO S. FRANC., 1898, p. 649-52.
FRATE FRANC. (Parma), a. 1930, p. 185 s.

Dionysia Bernarda Gómez, monialis Capuccina hispana, abbatissa monasterii Palmae de Majorica, quod ipsa fundaverat. Sancte obiit anno 1719, aetatis suae octuagesimo.

ANDREU, *Iconogr. Caputxina*, p. 52.
FRANC. DE MALLORCA, *Oración fún.*, Palma 1719.
TORRADEFLOT, *Crónicas de las Capuch.*, II, 107.
TOMÁS CIFRE, O. CARM., *Vida de la Madre Sor Maria Dionisia Bern. Gómez, Abadesa.* Palma 1796.
ESTUDIOS FRAN. 28 (1922) p. 253-58. 465-67; 29 (1922) p. 194-208: *Cartas inéditas de D. B.*

Dionysius ab Avignon (*Rives*), prov. S. Ludovici (Provence) concionator et missionarius egregius (1596 † 1665). — Eius opera typis data sunt: *Triplex tractatus Scripturae sacrae expositorius...* (Lugduni 1663). — *Dissertatio*

de Origenis Hexaplis et Octaplis... (Romae 1671), etc.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 73.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 311.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 55.
APOLLINAIRE, *Correspondance de Peiresc* (cfr. Lettres p. XVII ss.; not. biogr., p. 326).

Dionysius a Barletta (*Filisio*), laicus prov. Apuliae. Ortus a. 1682, mirifica virtutis exempla praebuit. Sancte obiit in patrio conventu d. 21 dec. 1755.

SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 272-76.
ANTONIO DA STIGLIANO, *Una Gemma nascosta. Note biografiche di fra Dionisio da Barletta.* 2. ediz. Bari 1941.
FUMELLI A., *Il cercatore benefico: Fra Dionisio da B.* - Bari 1946, pp. 63, ill.
L'AURORA SERAFICA (Bari), a. 1932, Ottobre p. 3. — a. 1938, Ottobre p. 1.

Dionysius a Genova. — *Tassorelli* familia ortus a. 1636, ad religiosum habitum admissus est a. 1651, obiitque a. 1695. — Ad colligendas Scriptorum nostrorum memorias se contulit. Fructus sui laboris est opus, quod evulgavit sub titulo: *Bibliotheca Scriptorum Ord. Min. Capuccinorum.* Genuae, 1680. - Editio II, aucta, Ib. 1691. Huius operis *editio retexta et extensa*, vulgata est a P. Bernardo a Bononia, Venetiis 1747. Nonnulla etiam opera P. Ivonis Parisiensis italice vertit.

DIONYSIUS, *Bibl. Script.* (ed. 1691) p. 324.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 72.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 216.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. franc.*, I, 310.
FRANC. SAV., *I Capp. Genovesi*, I, 30.
OLDOINI, *Athenaeum Ligusticum*, p. 153.
SIGISMONDO, *Biografia Serafica*, p. 726.
DICTIONN. THÉOL. CATH., IV, 429.

Dionysius a Luxemburg, Prov. Rhenanae († 1703 vel 1705). — Concionator egregius fuit et Definitor Prov. (1690). Plura scripsit de fide catholica, de re hagiographica et nonnulla de B. Virgine ac de SS. Corde Iesu.

PELLEGRINO, *Annali Capp.*, IV, 121.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 73.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 20, 88.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 310.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf. Ind.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhen. Cap.*, p. 111, 119.
LEXIK. THEOL. U. KIRCHE, III, 338.
COLLECTAN. FRANC., 11 (1941) p. 413.

Dionysius a Piacenza (*Carli* familia) Prov. Parmensis. — Natus a. 1637, Ordinem ingressus est in antiqua Prov. Bononiensi a. 1652. Ab a. 1667 usque ad a. 1671 fuit missionarius in Congo. Postea Brasiliam petiit, et inde in Italiam regressus est. Anno vero 1678 ad missiones Asiae minoris, Persiae et Georgiae mittitur. In Georgia Propraefecti officium exercuit. Tandem Venetias se recepit, ibique a. 1695 vita cessit. Duobus in operibus sua descripsit itinera, quorum primum, laboris socio adscito P. Michaëlangelo Guattini a Reggio, edidit sub titulo: *Viaggio del P. Dionigi... nel regno del Congo.* Reggio Emilia, 1671 et 1672; Bologna, 1674; Venezia, 1679; quod denique, contractum tamen, a P. Samuele Cultrera in lucem editur sub titulo: *Un morto che cammina. Storia commovente di un missionario al Congo.* Parma, 1926. — Opus originale, plus minus integrum, gallice vulgabatur Lugduni, 1680, sub titulo: *Relation curieuse et nouvelle d'un voyage de Congo fait es années* 1666 *et* 1667, postea etiam Parisiis in: *Relations historiques...*, cura et studio P. Labat (vol. V, a. 1728), et tandem in *Histoire générale des Voyages...* edita a Prevost (tom. IV, 1748). — Versio anglica ab J. Pinkerton inserta in opere: *A general Collection of the best and most interesting Voyages and Travels* (vol. XVI, London, 1808). — Opus alterum P. Dionysii, quod inscribitur: *Il Moro trasportato a Venezia, ovvero Racconto dei costumi... de' popoli dell'Africa, America, Asia et Europa* typis datum est Bassano, 1687; inde, germanice redditum, in lucem edebatur, sub titulo: *Der nach Venedig überbrachte Mohr...* (Augspurg, 1693).

CAVAZZI, *Istoria del Congo* (v. Indice).
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 352-58, 635, 637.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, VIII, 418; X, 673
FELICE, *Missionari Prov. Parmense*, p. 35-37.
BERNARDUS, *Biblioth. Script.* p. 72.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 215.
IOAN. A S. ANT., *Biblioth. Franc.*, I, 310, 311.
STREIT, *Biblioth. Missionum*, I, nn. 715, 760, 934, 939, 940, 1068.
AMAT DI S. FILIPPO, P., *Biografia dei Viaggiatori italiani* (1882), I, 435-37.
NASALLI ROCCA, EMILIO, *Missionari Piacentini in Africa* (1935) p. 12-15.
MENSI L., *Dizion. biogr. Piacentino*, p. 108.
PENNESI G., *I missionari viaggiatori italiani nella Bassa Guinea* (Roma 1881), p. 17-22.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, IV, 1669.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 364, de Operibus.
BOLLETTINO DELLA R. SOCIETÀ GEOGRAFICA D'ITALIA (Roma). Serie VII, vol. I, 1936, nn. 3-4: *Il P. Dionigi Carli e le sue opere geografiche* (Nasalli Rocca, E.); an. 1949 p. 90.
NEERLANDIA FRANC., II, 1919, p. 101-04, *Bibliog. Congolaise* (P. Edouard d'Alençon).
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 4 (1928) p. 195, 227 263, 295: *Eine Missionsreise nach dem Kongo* (1667).

Dionysius a Piacenza (*Scotti* familia), Prov. Bononiensis. — In Algeri missionem destinatur et proficiscitur a. 1570 ad captivos redimendos. In Tusciae Prov. bis Commissarius exstitit. Munia quoque obivit Ministri Prov. et Definitoris Gener. (1599-1610). — Tempore Interdicti pontificii in rempublicam Venetiarum, (1606-07) Brixiensi et Venetae Prov. deputatus est Commissarius Gener. — Obiit in loco Sassuolo a. 1610.

CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 63, 75.
SALVATORE, *Prov. di Bologna*, I, 129, 139-42.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 235, 251.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 427.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.* p. 10, 12.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 103, 108, 111, 112.
IDEM, *Missionari Prov. Parmense*, p. 21.

Dionysius a Vire, alumnus antiquae Prov. Normanniae in Gallia († 1658). — Doctoris lauream Parisiis adeptus, 23 annos natus Ordinem ingressus est, ubi Lectoris, Novitiorum Magistri ac Definitoris officiis functus est. Eximius Orator et strenuus contra haereticos concertator multos ex iis ad veram fidem perduxit. Scripsit de re apologetica et de fidei controversiis. Opus edidit contra Protestantes, quod inscribitur: *Cartel oft Beroep-Brief...* (Antwerpen, 1651).

BULLAR. CAP., V, 93-95.
MELCHIOR, *Historia*, vol. III, 192, 222, 232.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 451-458.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, II, 371 s.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 74.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 234.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 312 s.
FRANC. LEVEN, 19 (1936) p. 311-15, *Een fransche Kapucijn en de « herghefatsoeneerde Religie ». P. Dion. v. V.* (P. Hildebrand). — Cfr. *Collect. Franc.* 1941, p. 579.

Dionysius a Werl, antiquae Prov. Coloniensis. — Ordinem ingreditur a. 1658, et obiit a. 1709. Magni nominis Concionator, Theologiae Lector et Definitor Prov. — In controversiis fidei fuit apprime versatus et de hac re plura scripsit. Eius opus princeps est: *Via pacis inter homines per Germaniam in fide dissidentes, sive tractatus irenicus in quo religionis dissidia... pacifice componuntur.* Hildesii, 1686.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 73.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 314.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 706.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 107-109.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cfr. Ind.
LEXIK. THEOL. U. KIRCHE, III, 340.
FRANZ. STUDIEN, 2 (1915) p. 314-17; *P. Dion. v. Werl, ein Ireniker aus dem Kapuz. Orden* (G. Menge, O.F.M.).

Diotallevi M.,
vide *Michaelangelus a Rimini*

Dipignano (*Dipinianum*) in Prov. Consentina. — Conventus sub titulo S. Mariae Angelorum exstructus est inter an. 1532-1538 et derelictus fuit tempore napoleonicae subversionis.

BULLAR. CAP., III, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustr.*, II, 415.

Diplomatica actio. — Fratres Capuccini, praeter ceteras apostolatus formas, *actionem* etiam *diplomaticam* in bonum ecclesiae et societatis non parum exercuerunt. Tanta enim apud omnes pacti sunt auctoritatem et exstimationem ut saepe ecclesiae praelati, reges, principes et civiles gubernatores eorum consiliis uterentur et eos ad publica negotia pertractanda ablegarent.

LIBER MEMORIALIS O. CAP. (1928) p. 42-43.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. II, 345-49; vol. III, cf. Ind.

SERIES CHRONOLOGICA
praecipuorum legatorum etc.

Angelus a Joyeuse († 1608): anno 1591 cum beneplacito superiorum Ordinis ipsiusque Clementis VIII regimen regionis Occitaniae assumpsit et summum imperium suscepit exercitus confoederatorum (Ligue) contra protestantes.

Matthias Bellintani a Salò († 1611), qui an. 1594 Florentiam ablegatur ad quasdam differentias inter ducem Etruriae et regem Hispaniarum componendas.

S. Laurentius a Brindisi († 1619): legatus Pauli V ad Maximilianum I Bavariae et populi Neapolitani ad regem Hispaniae. Non exiguam habuit partem in foedere catholico constituendo contra protestantes in bello 30 annorum.

Hyacinthus a Casale Monferrato († 1627): per amplius 30 annos consiliarius exstitit imperatorum Germaniae Matthiae et Ferdinandi II.

Franciscus a Chambéry († 1634): Taurinum et Lutetiam Parisiorum missus est ad pacem componendam; foederis initor inter duces Sabaudiae et Summum Pontificem.

Philippus (*Arendondo*) *a Bruxelles* († 1637): in re civili et religiosa operam dedit apud regiam Domum belgicam et hispanicam.

Iosephus Parisiensis du Tremblay († 1638): in regimine Galliae magnam habuit partem tamquam consiliarius Card. Richelieu.

Paulus a Cesena († 1638): graviora negotia pertractavit apud Sabaudiae ducem.

Felicianus a Piacenza († 1644): a Pontifice Urbano VIII legatus missus est ad rem publicam Genuensem (1640).

Ioannes a Moncalieri († 1654): legatus a Pontifice Viennam missus est.

Didacus a Quiroga († 1648): consiliarius extitit imperatoris Austriae et regis Hispaniarum.

Innocentius a Caltagirone († 1655): varias legationes sustinuit ex parte magni ducis Tusciae, vice-regis Siciliae, regis Poloniae, ducis Venetiarum, Caroli Eman. Sabaudiae, imperatoris Austriae Ferdinandi III et Pontificis.

Petrus (*Gianoli*) *a Modena* († 1657): legatus missus est ad Pontificem Urbanum VIII, ad ducem Sabaudiae et ad Philippum IV (1649), regem Hispaniae.

Valerianus Magni a Milano († 1661): legatus ad Pontificem missus est a rege Poloniae Sigismundo.

Romualdus (Castellina) a Parma († 1677): a duce Parmensi legatus missus est (1649) ad regem Hispaniae.

Marcus ab Aviano († 1699): magnam habuit partem in victoria contra Turcas seu in liberatione Viennae an. 1684 et legationibus functus est ex parte imperatoris Leopoldi I Austriae.

Timotheus Pescherard de la Flèche († 1715): nuntius, minister et legatus Ludovici XIV.

Athanasius Mesgrigny ab Aix († 1726): consiliarius Ludovici XIV.

Augustinus M. Neuroni a Lugano († 1760): concionator apud imperatorem Carolum VI et legatus ad regem Lusitaniae Ioannis V.

Michaël a Vercelli († 1764): consiliarius Victorii Amedei et Caroli Eman. III Sabaudiae

B. Didacus a Cádiz († 1801): consiliarius regis Hispaniae Caroli IV.

Adeodatus Turchi a Parma († 1803): concionator et consiliarius Parmensis ducis ac regiae prolis praeceptor.

Franciscus Dominicus Reynaudi a Villafranca Piemonte († 1893): pro tertia vice praeses electus ministrorum civilis gubernii in Bulgaria.

Card. Gulielmus Massaia († 1889): consiliarius regis Menelik in Aethiopia aliorumque principum.

Card. Ignatius Persico a Napoli († 1895): plurimis legationibus functus ex parte Pontificis Leonis XIII.

Rochus Cocchia a Cesinale († 1900): Internuntius Apostolicus apud Brasiliae imperatorem.

Discreti. — In Ordine franciscali « *discretus* » appellatur qui electione Superiorum vel fratrum alicuius communitatis discernitur ut vel consultor evadat alicuius Superioris vel vocalis aliquo in Capitulo.

I. *Discreti locales* sunt qui vel a Definitorio provinciali vel a familia conventuali eliguntur, quorum consilio graviores causae submitti debent a Guardianis.

Capuccinorum *Constitutiones* a. 1577 et successivae ordinant Guardianos omnibus in negotiis procedere oportere cum seniorum Patrum et Fratrum consilio, Capit. generale an. 1847 statuit ut quilibet Superior localis rationem redderet omni bimestre duobus Patribus Discretis ad hoc nominatis, quorum unus a Definitorio provinciali (*Vicarius*), alter a familia conventuali eligeretur. Qui Discreti seu Consiliarii debent consilium et adiutorium in rebus sive spiritualibus sive temporalibus alicuius momenti Guardiano exhibere (*Constit.* n. 157; *Ordinat.*, n. 246).

II. *Discreti capitulares* sunt qui, occasione Capituli provincialis, in conventibus formatis eliguntur ut accedant cum Guardianis ad Capitulum provinciale tamquam vocales et relaturi de necessitatibus suorum conventuum et fratrum. (*Constit.* nn. 139-142; *Ordinat. Capit. Gen.* nn. 173-185).

Decursu temporis obortae quidem sunt plures difficultates circa domus quibus facultas Discretum eligendi competeret necnon circa participationem fratrum laicorum in huiusmodi electione. Laicorum conatibus obsecundans Innocentius X eis a. 1647 omnia iura pristina concedebat, dummodo per quattuor annos in Ordine fuissent (*Bull. Cap.*, I, 95, 102). Exurgentibus novis malis, Discreti omnino sublati sunt an. 1694 pro Sardinia, an. 1747 pro Hispania, an. 1761 pro Gallia, an. 1801 pro Italia (*Bull. Cap.*, VIII, p. 319; IX, pp. 277, 289).

Cum autem, his non obstantibus, saeculo XIX in Italia iterum Discreti eligerentur, S. Congregatio Ministro generali Capuccinorum an. 1863 concessit facultatem supprimendi Discretos locoque eorum concedendi vocem activam et passivam Lectoribus (*Bull. Cap.*, X, p. 147). Sed non satis: vi rescripti Pii X diei 17 febr. 1909 et eiusdem anni *Constitutionum* statuto, Discretos eligendi ius iterum domibus formatis concedebatur, ita nempe, ut sacerdotes vocem activam et passivam haberent, clerici et laici vero voce dumtaxat activa pollerent, dummodo clerici studiorum cursum absolverint et laici emiserint solemnem professionem et insimul duodecim religionis annos expleverint. Iuxta autem legislationem vigentem clerici et laici post decem annos a prima eorum professione active concurrere possunt (*Const. Cap.*, n. 140).

Bibliographia

BULLAR. CAP., III, IV, V, X. cfr. Indices.

VENANTIUS, *Monumenta ad Constit. Cap* p. 366, 368, 382, 546.

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, II, 143-47.

BUENAV., *La Prov. de Castilla*, I, cf. Ind. (Discreti Capit. abolentur in Prov. Castellae).

MACÍA IOAN., presbyter. *Obligationi Religiosorum Capuccinorum Prov. Catalauniae filiorum... Allegationem*, quam idiomate castellano in lucem edidit an. 1698, nunc latino sermone typis mandare curavit Hier. Quintana U. J. Doctor, Monspelii, 1702, (agitur de *Discretorum* institutione in Hispania).

PAULIN DE BEAUVAIS, *Défense ou Apologie pour le droit de voix active et passive qu'ont les Laics Capucins en toutes les élections de leur Ordre*, Paris, 1642.

ANALECTA CAP. 4 (1888) p. 41, Commentaria in Ordinationibus Capituli Gen. a. 1884 circa *Discretos*.

ESTUDIOS FRANC. 49 (1948) p. 407-26: *Abrogación de los discretos capitulares.* (Basilio de Rubí).

Disentis in Helvetia (Missio Raetiae). — Ab a. 1648 ad a. 1812, fratres Capuccini apostolatum et parochi munus ibi exercuerunt.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, cfr. p. 444.

BÜRGLER, *Franz-Orden i. d. Schweiz*, p. 119.

Diso (*Disum*) in Apuliae Prov. — Conventus exstructus a. 1614 sub titulo S. Franc. Ass., ob civilem suppressionis legem derelinquitur a. 1861.

BULLAR. CAP., III, 319.
SALV. DA VAL., *I Capp. nelle Puglie*, p. 146.

Divini Pastoris Mater, vide *Maria Virgo*

Divio, vide *Dijon*

Dodicimensis *sedes titularis episcopalis*. — Ad hanc sedem tit. electus est a. 1914 noster sodalis Ioach'mus OLAIZ ZABALZA a Pamplona.

Dola Sequanorum, vide *Dôle*

Dôle (*Dola Sequanorum*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus a. 1588 exstructus, ob gallicum discidium a. 1791 amittitur.

BULLAR. CAP., V, 146, 400.
MOREY, *Capuc. en Franche-Comté*, p. 11.
ANALECTA O. CAP., 22 (1906) p. 358.

Domaso (*Domasium*) in Prov. Mediolanensi. — Anno 1573 Fratres se receperunt in monasterium olim Humiliatorum sacra peragentes in Ecclesia S. Ioan. Bapt. — At a. 1623 conv. instauratur et nova exstruitur ecclesia S. Antonio Patav. dicata. — Conventus amittitur a. 1802.

BULLAR. CAP., II, 306, 322, 445.
VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, I, 158-64.

Domina Orientis,
vide *Notre-Dame d'Orient*

Dominicana (Insula),
vide: *Santo Domingo* (*Ins.*).

Dominicus a Benoacaz,
vide: *Fernandez de Sobrado, D.*, episc.

Dominicus a Castelnaudary, Prov. Tolosanae. — Domo *Gouttes* ortus est a. 1814. Sacerdotio initiatus a. 1838, Vicarius Ecclesiae Cathedr. Carcassonensis destinatur. Anno 1849 ad nos evolavit, et munia Magistri Novitior., Definitoris et Ministri Prov. pluries obivit. Anno 1863, apud Gallas in Aethiopiam iter instituit, sed post longum tempus sine fructu impensum, in Galliam redit, ibique instaurationi Ordinis nostri totus se dedit. Obiit an. 1890.

APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquit.* p. 57, 168.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. Toulouse*, I, 347 ss.
IDEM, *Hist. Cap. de France*, III, 17-47, 224 ss.
ANALECTA O. CAP., 7 (1891) p. 63 (necrol.).

Dominicus a Cesinale, vide *Cocchia D.*

Dominicus a Fano (*Magnanini*), prov. Picenae; in regno Thibetano missionarius (1706-1728). — In bonum missionariorum scripsit: *Istruzione sopra la medicina*; necnon *Vocabolario latino-tibetano*, quorum *mss.* asservantur Romae in nostro Missionum Archivo et Bibliotheca Congr. Prop. Fidei.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, VIII (v. Ind. p. 418); IX, 51-s.

GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 29.
AMAT DI S. FILIPPO P., *Biografia dei viaggiatori Italiani* (ed. II, 1882), II, 20 A.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 349.

Dominicus a Francavilla Fontana antiquae prov. Hydruntinae in Apulia concionator et moderator (1675). — Edidit: *Rodia rediviva ovvero Francavilla risorta dalle reliquie di Rodia* (1687). Plura alia, de re ascetico-morali, vel edidit vel manu scripta reliquit.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 75.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 315.
SALVATORE, *Capp. delle Puglie*, p. 290 s.

Dominicus Antonius (Ven.) a Roma. — Natus a. 1746 *Galli* familia, habitum nostrum induit a. 1765. Fuit Concionator et Confessarius assiduus; Lector philos. et theol.; Definitor Prov. et Visitator Apost. monasteriorum monialium. Donis supernis ditatus et virtutibus clarus, obiit cum fama sanctitatis in loco Genzano d. 27 oct. 1813. Eius beatificationis Causa iam introducta est ab a. 1868.

BULLAR. CAP., X, 555.
CONSTANT, *Légende dorée d. Cap.*, p. 451-60.
ANALECTA CAP. 61 (1945) p. 59, Status Causae.
ITALIA FRANC., 12 (1937) p. 520-38 (Biogr.)
RESOCONTO PROV. ROMANA, a. 1945, p. 422-25.
VOCE SERAFICA (Roma) a. 1931, p. 10-14.

Domitilla, vide *Maria Domitilla*

Domodossola (*Domus Ossulae*, v. *Domoduscella*) in Prov. Alexandrina. — Conventus a. 1614 exstructus, supprimitur a. 1866.

BULLAR. CAP., II, 445; IX, 190.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 47.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 54.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 380.

Donatus a Welle, *Min. Gen.*, alumnus prov. Belgicae. Natus die 13 sept. an. 1890; habitu seraphico indutus an. 1908; sacerdotio auctus an. 1915. In provincia munera obivit Lectoris philosophiae, Magistri novitiorum, Definitoris et pro secunda vice Ministri Provincialis (1928-1931). Primo bello Europaeo exardescente eleemosynarius exstitit pro populo ex Belgio in Hollandiam profugo. Anno 1932 Definitor Generalis electus est et dein Rector Collegii Aethiopici in civitate Vaticana (1932-1938) eiusdemque Collegii Praeses (1938-46). Anno demum 1938 in Ministrum Generalem electus est, quo in munere, belli causa, permansit usque ad an. 1946; postea suam Provinciam repetiit.

FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 332, 334.
ANALECTA CAP. 49 (1933) p. 13, Rector Coll. Aethiopici. — 54 (1938) p. 139, Min. Gen.

Donauwörth (*Donawerda*) in Prov. Bavarica. — Anno 1630 conventus inauguratur una cum ecclesia S. Ioseph dicata. Clauditur et amittitur a. 1802.

BULLAR. CAP., IV, 374.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 268.

CHRONICA BAVAR. PROV., p. 19.
EBERL., *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 101, 783.
PETRUS FRANC., *Suevia ecclesiast.*, p. 290.
SCHEGLMANN, *Gesch. d. Säkularisation in Bayern*, II, 176-80 (1903).
UNGEWITTER JOS., *Das Kapuzinerkloster in D.* 1630-1802. (In « Donauwörther Institutsblätter », VIII, 1929, p. 76-97).

Dondori I., vide *Iosephus a Pistoia*

Doornik, vide *Tournay*.

Doriorigum, vide *Vannes*

Dornach (*Dornacum*) in Prov. Helvetica. — Conventus sub tit. S. Mariae Magdalenae exstat ab a. 1673.
BULLAR. CAP., IV, 364.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 91.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 785 (Ind.).
SCHWEIZER. KAPUZ. PROV. FESTSCHR., p. 410.
SIGFRIED WIND, O. CAP., *Geschichte des Kapuzinerklosters Dornach*. Stans, 1909 (recen. ap. ARCH. FRANC. HIST. a. 1912, p. 618).
SANKT FIDELIS, 29 (1942) p. 56-59: *Zwei alte Altarbilder kommen wieder zu Ehren*.

Dornbirn in Prov. Tirolensi. — Conventus cum Ecclesia S. Ioseph dicata a. 1893 aedificatus est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 34 tab. XVII.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, cf. Ind.

Dorothea Goldoni, Capuccina, vide *Cremona*

Dorotheus ab Alençon (domo *Valframbert*) Prov. Lugdunensis. — Natus a. 1764, habitum seraphicum induit a. 1785 in conv. Argentoni. Tempore gallicae subversionis in carcerem detruditur mense septembri 1791, et insequenti anno d. 6 eiusdem mensis trucidatus in patrio loco, martyrii palmam obtinuit.
BESCHIN, *Martyrol. Franc.* (6 sept.).
EDOUARD, *Essai de Martyrologe*, p. 25.
LÉOPOLD, *Nos Martyrs*, p. 171-92.
ANALECTA O. CAP., 43 (1927) p. 76-79.
BULLETIN *Soc. hist. de l'Orne* (Alençon), an. 1924, p. 28-31.
ETUDES FRANC., 26 (1911) p. 288, 497: *Un martyr de sept. 1792. Le Capucin Valframbert* (H. Beaudouin).

Dorotheus a Brescia, veteris prov. Brixiensis alumnus. — Ortus e familia *Betera* an. 1552; prius Definitor in prov. et theologiae lector eruditissimus; dein S. Congr. Prop. Fidei theologus et consultor. Pro iuribus Ecclesiae tuendis in locis missionum strenue operam impendit. Virtutibus clarus in Domino quievit Brixiae a. 1624. - Reliquit expositionem Regulae minoriticae, quam pluries edi. tam tradunt.
SYLVEST. MEDIOL., *Annales Cap.* p. 397.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali Capp.*, II, 44.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 76.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 239.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* I, 322,
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 98.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 1087.
PERONI, *Biblioteca Bresciana*, I, 124.
VALDEMIRO, *I Capp. Bresciani*, p. 148.
DICTIONN. HIST. ECCLES. VIII, 1227.

Dorotheus a Saint-Trinit (*Vincent*) alumnus Prov. Britanniae († 1732). — Missionarius fuit in Syria et Palaestina, quam missionem quater ut Custos gubernavit (1703...). A S. Sede non semel apud graecos catholicos Delegatus delectus est (1729-30). Duo volumina paravit de Sacramentis et de Ecclesia arabice scripta, cum ei disserendum esset cum Graecis.
BULLAR. CAP., VII, 314, 369.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, V, 150-53.
COLLECTAN. FRANC., 2 (1932) p. 42-48, 183, 201 (de *mss.* arabicis P. Dorothei).

Dorylaënsis *sedes titularis episcopalis*. — Hoc titulo ex Ordine nostro adornati sunt: a. 1923 Benvenutus ALONSO-NISTAL a Carucedo; a. 1938 Gerardus MENEGAZZI a Bevilacqua.

Dositheus a Guémené (*Herpe*), prov. Parisiensis; pro Christo martyrio coronatur Nanneti (*Nantes*) anno 1793.
BESCHIN, *Martyrol. Franc.*, (5 maii).
EDOUARD, *Essai de Martyrologe*, p. 9.
GLOTIN H., *Deux Capucins morbihannais noyés à Nantes en* 1793. Vannes 1903.

Douai (*Duacum*) in Prov. Parisiensi. — Duo conventus hic exstabant, prior quidem a. 1591-92, alter vero a. 1712 conditus. Nunc iam uterque amissus iacet.
BULLAR CAP., V, 410; IX, 78.
ANNUARIUM PROV. HOLL.-BELG., I (1870) p. 32.
HISTOIRE *des Capucines de Flandre*, I, 548-54.
HILDEBRAND, *De Kapuc. in de Nederlanden*, I, cfr. Index; II, 79-84.

— Monasterium monialium *Capuccinarum* olim ibi exstitit, in eoque saec. XVII floruit *Clara Francisca de Nancy*, de qua agitur suo loco.
BULLAR. CAP., V, 411.
HISTOIRE *des Capucines de Flandre*, I, 294-314.

Dover (Ohio) in Prov. Pennsylvanica (Status Foed. Americ.). — Hospitium a. 1886; conventus vero an. 1897 extruitur. Ecclesia, S. Ioseph dicata, paroeciali iurisdictione fruitur.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 30 tab. XX-XXI.
AN ILLUSTRATED *Parish Guide of St. Joseph's Church Canal Dover*. Ohio, 1903.
CATALOGUS PROV. PENNSYLV. a. 1950, p. 15.
ANNALS PROV. ST. AUGUSTINE, 1947 N. 1 p. 27.
THE CHIMES (Folium periodicum paroeciae S. Ioseph) Dover 1908-1911.

Dowdall, vide *Ioannes Bap. ex Ultonia*

Dracenae, vide *Draguignan*

Draconerium, vide *Dronero*

Draghetta S., vide *Silvester a Milano*

Dragina, vide *Troina*

Draguignan (*Dracenae*), in prov. Lugdunensi. — Vetus conventus fundatus a. 1599, abrogatus est a. 1790; novus conv. tituli S. Antonii a Padua, extructus a. 1880, amissus est saec. XX ineunte.

BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN, (1895) 86, 151.

Dramata religiosa. — E praestantioribus viris, qui mira ac multiplici apostolica actione Ordinem Capuccinorum illustrarunt, quidam, non tantum historiae laudem adepti sunt, sed etiam *dramaticis repraesentationibus* exaltari meruerunt; hos inter invenimus:

P. Archangelus (Lesley) ab Aberdeen († 1637). — Servatius van Enschede, De Held van Aberdeen. *Episode* uit de Engelse Kerkver volging *in 4 bedrijven*. Haarlem 1929.

— Eleuterio da Alatri [sub nomine Francesco]: Il Cappuccino scozzese in iscena. (Sacra rappresentazione di 5 atti in prosa). Roma 1673.

S. Fidelis a Sigmaringen († 1622). — P. Ferdinandus (v. Scala) a Bozen: Der heilige Fidelis von Sigmaringen. *Trauerspiel in 4 Akten* mit einem Vorspiel « die Muttergottes von Seewis ». Nach Motiven des P. Vigil Angerer bearbeitet, Lindau, 1897.

S. Iosephus a Leonessa († 1612)). — La missione di S. Giuseppe da Leonessa in Costantinopoli, *Rappresentazione sacra* di un Religioso dell'Ordine di S. Agostino. Napoli, 1756

Ven. Marcus ab Aviano († 1699). — In memoriam Marco d'Aviano: Fata Morgana. *Die Tragödie des Führers*. Wien Kapuzinerkloster, 1935. (Repraesentatur praesertim mirabilis actio P. Marci tempore obsidionis Vindobonae a. 1683).

Card. Gulielmus Massaia († 1889). — Lorenzo Tognetti, S. I., Il Card. Massaia « Abuna Messias ». *Dramma in tre atti*. Brescia, Morcelliana, 1935, pp. 124. (cfr. Collectan. Franc. a. 1937, p. 653).

P. Theobaldus Matthew, hibernus († 1856). — Alexis Boulachon, Le P. Mathew des Capucins fondateur des Sociétés de Tempérance. *Drame en 3 Actes*. Lyon, 1879.

— P. Servatius van Enschedé, De Kapucijn Theobald Mathew. (*Drame original anti-alcoolique et historique*). Tilburg, 1908, pp. 165. (cfr. Etudes Franc. 22, 1909, p. 426).

Dredagh, vide: *Drogheda*.

Drei-Aehren, vide *Trois-Epis* (Les).

Drepanum, vide *Tràpani*

Dreux (*Drocum*) in Prov. Parisiensi. — Conventus an. 1615 exstructus, mansit usque ad gallicam eversionem (1791). Ecclesia fuit dicata S. Ludovico regi.

BULLAR. CAP., V, 389.
LEMENESTREL C., *Notice histor. sur l'Église et le couv. des Capucins*. Dreux 1900.

Drocum, vide *Dreux*

Drogheda, olim Dredagh (*Pontanum, Vadipontum*) in Hibernica Provincia. — Primus conventus aedificari coepit a. 1635 in situ Midensi ad meridianam partem civitatis. Alter vero exstruitur a. 1684-86 in loco Louthensi ad septentrionem. Uterque postea derelictus est.

BULLAR. CAP., V, 412.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 407.
NOTITIA HIST. PROV. HIBERN., p. 8-9.

Drohobycz in Prov. Cracoviensi. — An. 1934 in hoc loco nostra religiosa domus canonice erigitur apud ecclesiam dicatam Nomini B. V. Mariae.

ANALECTA O. CAP., 51 (1935) p. 13.
SCHEMATISMUS *Prov. Cracoviensis*, 1937, p 28.

Dronero (*Draconerium*) in Prov. Pedemontana. — Domum missionis ibi fratres capuccini aperuerunt a. 1596; conventus vero, a S. Maria Angelorum nuncupatus an. 1620 fuit exstructus et a. 1832 clausus atque amissus.

BULLAR. CAP., II, 452.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 582.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 266.
FERRERI, *Rationarium Missionis Capuccin.*, II, 164-224, 652.
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino), an. 1925, p. 7; an. 1928, p. 65.

Drúgalo (*Drugolum*) in Prov. Mediolanensi. — Conventus a. 1571 conditus, amittitur a. 1802. Ecclesia Virgini ab Angelo salutatae dicata fuerat.

BULLAR. CAP., II, 448.
VALDEMIRO, *I Capp. Bresciani*, p. 27-30, 631.

Duacum, vide *Douai*

Dubbione, prope Pinasca, in prov. Pedemontana. — Fratres capuccini missionarii in *Vallibus subalpinis*, per paucos annos ibi residentiam habuerunt (1687-1691).

NUOVA CROCIATA FRANCESCANA (Torino), a. 1924 p. 58 n. 11. — a. 1925 p. 130. — a. 1928, p. 65.

Dublin (*Dublinum*) in Hibernica Provincia. — Conventus fabrica erecta est a. 1624. Nova ecclesia S. Mariae Angelorum dicata, exstat ab an. 1868.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XIX.
BULLAR. CAP., V, 412.
ANGELUS, *Story Irish Capuch.*, p. 53-64.
FATHER MATHEW RECORD, 5, (1912) 130, 159.
THE CAPUCHIN ANNUAL, 5 (1934) p. 239-242.

Dubrovnik (ital. Ragusa, lat. *Rhagusium*) in Prov. Illyrica (Dalmatia). — Antiquum Sanctuarium, B. M. V. a Misericordia dicatum, a. 1913 nobis fuit concreditum. Parva domus penes ecclesiam exstructa est a. 1928.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 23 tab. XVIII.
P. MAVRICIJ, *Zgodovine Kapuc.* (1929) p. 87.

Du Jardin B., vide *Bona Parisiensis.*

Dulwich (East), iuxta Londinum in prov. Anglica. — Conventus vel Hospitium ibi a. 1879 fundatus, cum sacello S. Antonii, postea derelictus est.
WILLIAM, *The Capuch. in England*, p. 56.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 94.

Dunajowce (Dioec. *Camenecen.* in Russia). — Conventus exstructus a. 1790 cum ecclesia sub invocatione B. M. Virg. Immaculatae, clausus est an. 1832.
ANALECTA O. CAP., 45 (1929) p. 293.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) p. 357, 359, 361.

Dunand I., vide *Iosephus a Besançon*

Dunkercana Custodia flandro-belgica. — Constituta est a. 1773, eiusque septem Conventus, a prov. Insulensi abstracti, nempe: *Bailleul, Bourbourg, Dunkerque, Ieper* (Ypres), *Menen* (Menin), *Bergues - St. - Winoc, Veurne* (Furnes), sub immediata iurisdictione Ministri Gen. positi sunt. Custodia cessit a. 1796.
BULLAR. CAP., IX, 77, 159.
HILDEBRAND, *Kap. in de Nederl.*, III, 79-83.
COLLECTAN. FRANC., 6 (1936) p. 193.
(NEERLANDIA) FRANCISCANA, VII, 1924, p. 23 s.

Dunkerque (*Dunkerca*) in Prov. Parisiensi. — An. 1626 exstruitur primum hospitium deinde conventus, qui nunc derelictus iacet.
BULLAR. CAP., V, 235, 236, 410; IX, 78, 159.
HILDEBRAND, *De Kapuc. in de Nederland*, I, 26, 363, 379; III, cf. Ind.; V, 344-54.
FRANC. LEVEN, 33 (1950) 50 (Monum. artis).

Duplessis de Mornay, vide *Mornay Ludov. Franc.*

Durand M., vide *Maria S. Franc. Durand.*

Düren (*Marcodurum*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Fratres antiquae Prov. Coloniensis urbem ingrediuntur a. 1635 et conv. condiderunt a. 1643 cum ecclesia S. Cruci dicata. Novus conv. exstructus a. 1721, derelinquitur a. 1802.
BULLAR. CAP., IV, 383.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cfr. Ind.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.*, p. 17, 93.
KILIAN, *Rheinberg u. d. Kapuz.*, p. 107.
BONN D. - RUMPEL P. J., *Sammlung v. Materialen zur Gesch. Dürens* (1835) p. 370-77.
ANALECTA CAP., 16 (1900) p. 314.


Dürnau-Tyrnau (*Dyrnavium*) in Prov. Bavarica. Capuccini ibi hospitio recepti fuerunt an. 1689 pro spirituali animarum cura; at an. 1802 locum reliquere coacti sunt.
BULLAR. CAP., IV, 374.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 217, 255-58, 406
SCHEGLMANN A. M., *Gesch. der Säkularisation in Bayern*, II, 200 (1903).
DIÖCESAN-ARCHIV VON SCHWABEN (1894) p. 5, 9, 14, 21, 25, 29.

Dusenbach, locum montanum prope civ. Ribeauvillé (germ. Rappoltsweiler). Cura antiqui *Sanctuarii mariani* (saec. XIII), a. 1904 Fratribus Prov. Rhenano-Westphalicae, et inde ab a. 1919 Prov. Strasburgensi commissa est. Ecclesia dicata est Nativitati B. M. Virginis. — Peculiare Hospitium in peregrinantium commodum a. 1913 exstruebatur.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 40 tab XIII
CATALOGUS II *Commiss. Alsatiae* (1933) p. 31.
DUSENBACHER *Wallfahrts büchlein.* Neu herausgeg. v. d. Kapuz. — Strassburg 1933.
DIE WALLFAHRT *Maria Dusenbach. Zum 25 Jähr. Jubil. der Wiedereröffnung.* Dusenbach, 1919.
NOTRE-DAME DE DUSENBACH: *le pélerinage, et son histoire*, ed. II, Kehl, 1924.
ARCHANG. SIEFFERT O. CAP., *Bilder vom Wallfahrtort Dusenbach.* ed. II, Rappoltsweiler, 1934.

Düsseldorf (*Dusseldorpium*) in Prov. Rhenano-Westphalica. — Conventus a S. Maria Magd. a 1617 aedificatus, clauditur a. 1804.
BULLAR. CAP., IV, 383.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cfr. Ind.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.*, p. 131.
ANALECTA O. CAP., 16 (1900) p. 253.

Dyrnavium, vide *Dürnau*

Dillingen in Bavaria



Claustrum cum hortulo

E

East Barkwith, vide: *Panton*.

Easton, California, in Stat. Foeder. Amer. — Paroecia S. Mariae Angelorum (Dioec. S. Franc.) an. 1927 concredita est Fratribus Prov. Hiberniae.

ANALECTA O. CAP., 44 (1928) p. 22.

Eauze (*Elusa*) in Prov. Tolosana. — Anno 1691 coepta est fabrica conventus pro fratribus antiquae Prov. Aquitaniae. Conv. amittitur tempore gallicae eversionis a. 1792.

BULLAR. CAP., V, 407.
IRÉNÉE, *Histoire Prov. Aquit.*, p. 292.
IDEM, *Nécrologe Prov. Toulouse*, p. 76.

Eberl A., Vide *Angelicus ab Egmating*.

Ebersberg, in prov. Bavarica. — Hospitium seu Stationem missionariam fratres capuccini ibi habuerunt ab a circ. 1787 usque ad a. 1801.

EBERL, *Gesch. bayrisch. Prov.*, p. 363 s.

Eboli (*Ebulum*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Anno 1561, antiqua sanctimonialium Ord. S. Bened. domus nobis oblata est, titulo S. Antonii abbatis retento. At ea in publicum nosocomium a. 1886 commutata, fratres se receperunt in antiquam Abbatiam Benedictinam S. Petri. Ecclesia titulum S. Franc. a Paula obtinuit.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 24 tab. IX.
BULLAR. CAP., III, 310.
IN MEMORIA *dei sette Cappuccini periti ad Eboli sotto l'incursione aerea 4 ag. 1943*. Salerno 1945.
MARIANO, *I Capp. nella Lucania*, p. 289 ss.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 241.

Ebredunum, vide *Embrun*

Ebroica, vide *Evreux*

Ecclesia (urbs), vide *Iglesias*

Ecclesiae Capuccinorum. — Primi Capuccini monitis S. Francisci fideliter adhaerere studentes, etiam in ecclesiis omnimodam paupertatem et simplicitatem expetebant. Constitutiones Albacinenses (1529) praescribunt ut ecclesiae aedificentur parvae et pauperes ad mentem Seraphici Patris qui in Testamento ait: « *Quod fratres habeant ecclesias et habitacula paupercula...* »

In successivis Constitutionibus simili modo statuitur quod ecclesiae nostrae sint « *simplices, devotae tamen, decentes et mundissimae: nec eas quo magis commode praedicetur, amplas habere velimus, quum, iuxta seraphicum Patrem, meliori simus exemplo in alienis praedicando ecclesiis quam in nostris, maxime cum offensa sanctae paupertatis* ». (Constit. n. 102).

Antiquissimae ecclesiae longitudine et latitudine generatim *Domum Lauretanam* non excedebant; fenestras et portam exiguas habebant et vix 50 personas capere poterant. *Chorus* angustae ecclesiae conformis erat, ideoque strictus admodum. Singulis autem ecclesiis unam campanulam licebat habere 70 circiter kilogrammatum, ut hodiernae Constitutiones praescribunt (n. 102), minime vero campanile ad modum turris.

Similiter *sacristiae* tantummodo ecclesiis congruentes haberi poterant cum sacra suppellectili pauperrima et necessitatem minime excedenti, in omnibus auro, argento, sericis, curiosis et praetiosis exclusis. Simul tamen cum paupertate extrema munditiés requirebatur tamquam unicum et optimum ornamentum. Ecclesiarum Capuccinorum *nitor* in exemplum proponebatur ab ipso Summo Pontifice Benedicto XIII uti refert Bened. XIV in Constit. « *Annus qui hunc vertentem* » diei 21 febr. 1749 (cf. Benedicti XIV *Bullarium*, t. III, pars I, p. 17).

Pedetentim vero in omnibus provinciis ampliores ecclesiae exstructae sunt, non semper observatis eisdem limitibus et lineis. Plerumque cum aliis altaribus, praeter altare maius, iuxta idem ecclesiae latus, ad externam commoditatem transitus, et muro chorum ab ala aedis penitus dividente. Singula altaria a corpore ecclesiae clatris ligneis separantur. Super altaria et ecclesiae parietes *tabulae pictae* positae sunt, quarum plurimae ab ipsis fratribus egregie pictae vel ab aliis clarissimis pictoribus. Altaria autem exornari coeperunt candelabris ligneis et *tabernaculis* vermiculato seu tesselato artificio ab eisdem fratribus eximia arte confectis.

Chorus plerumque post altare maius locum servavit in eodem plano; sed aliquibus in provinciis, praesertim Italiae meridionalis, chorus erigi coepit post altare maius ad altitudinem primae coenobii contignationis vel a latere

sanctuarii vel super ingressum ad eandem altitudinem primae coenobii contignationis.

Post civiles eversiones et suppressiones, plurimae ecclesiae non amplius receptae sunt; aliae denuo receptae, sed despoliatae insignioribus tabulis depictis, quarum potissima pars in civiles *pinacothecas* vel in ecclesias Ordini extraneas translata reperitur.

Fere in omnibus provinciis praeter ecclesias iuxta Constitutionum placita extructas, ecclesiae quoque ampliores habentur, templa vel sanctuaria summa arte exaedificata. Huiusmodi ecclesiarum administratio repetenda est etiam ex necessitate, post eversiones et suppressiones, acceptandi domus et ecclesias *alterius Ordinis* vel paroeciales. Ex omnibus *sanctuariis* Ordini concreditis Lauretanum celeberrimum est (vide *Loreto* et *Maria Virgo* (III Sanctuaria mariana Capuccinis concredita).

Antiquitus in Ordinis ecclesiis, ob cantus neglectum, organa et harmonia non habebantur; sed medio saeculo XIX aliquibus in ecclesiis organum vel harmonium admissa sunt. Capitulum Gen. an. 1847 declaravit nova organa erigere non licere, sed Capitulum Generale an. 1884 permisit ut organa et harmonia haberentur in ecclesiis Ordinis paroecialibus (*Ordinat. Capit. Gen.*, 1928, n. 142).

Quod *sacram suppellectilem* attinet calicis cuppa argentea semper fuit; Capitulum autem Gen. an. 1613 iussit ut etiam patenae ex argento essent vel saltem ex cupro bene inaurato. Capitulum an. 1847 permisit quoque ut tabernacula, calices, pyxides, ostensoria et vasa Olei Sancti inaurata esse possent et haec licentia novissimis Constitutionum editionibus inserta fuit (n. 104). Sacra tandem Congregatio Rituum, die 17 dec. 1888, Capuccinis iniunxit ut se conformarent decretis 18 dec. 1877 et 28 iul. 1881 quibus praescribuntur paramenta serica; indulsit tamen ut iam exsistentia adhiberentur donec consummarentur.

Alia vide sub v. *Altare Privilegiatum*, *Conventus*, *Paroeciae*.

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., VI, 26 (Eccl. conventuales); X, 98, 179 (Organa non licent).
VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, p. 271 s.
MONUMENTA HIST. O. CAP., IV, V, cfr. Ind.
CONSTANTIUS, *Natura Paupertatis*, cfr. Ind.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.* II, 110, 467.
MAGNUS KÜNZLE, O. Cap., *Bauten u. Bilder in der Provinz*, in « Schweizer. Kapuzin. Festschrift » (1928), p. 66-88.
BRUD. RUDOLF, *Kapuziner u. bildende Kunst*, in « Festschrift zum 400 Jährig. Jubil. des Kapuz. » (1928), p. 107-116.
ACTA — Ufficiale Prov. Genova, a. 1946, pag. 31-34 (cont.): *Le nostre Chiese* (Orientamenti moderni).
ANALECTA CAP. 20 (1904) p. 181-83: De eccles. ante a. 1700 aedificatis sub tit. Immac. Conc.
ASSISI-GLÖCKLEIN, 1938, p. 50-52, 95-97; 1939, pp. 5-8, 54-61, *Religiöse Kunst in unserer Klosterkirche* (P. Crescenz).
LAURETUM (Ancona), XIII, aprile 1950 p. 24-27, *Le nostre Chiese.* (Notae peculiares iuxta traditiones et Constitutiones nostri Ordinis).

Echinensis *sedes titularis episcopalis.* — Inter illos qui hoc titulo decorati sunt, recensentur nostri sodales: Franciscus SIMÓN-RÓDENAS ab Orihuela (1912 † 1914); Franciscus SEMINARA a Gangi (1926 † 1939).

Ecija (*Astigis* seu *Augusta Firma*) in Prov. Baetica seu Andalusiae. — Anno 1631 iuxta aediculam S. Benedicti fratres sedem statuerunt. Anno autem 1638 alium locum civitati proximum elegerunt, ast ob insalubrem aërem novam coacti sunt exstruere domum in via *del Palomar* una cum ecclesia Virgini ab Angelo salutatae dicata. Modo conventus derelictus iacet.

BULLAR. CAP., V, 376, 419.
AMBROSIO, *Reseña histor.* II, 161.
NICOLAUS, *Brevis notitia Prov.*, p. 31.

Eckert Steph., vide *Stephanus a Dublin.*

Eco (L') di S. Francesco. — *Rivista sacro-francescana illustrata bimensile.* Napoli, 1873-1904. — Hoc periodicum bimestre, opera P. Bonaventurae Gargiulo a Sorrento, an. 1873 exordium sumpsit et a. 1904 intermissum est ob clarissimi viri mortem. Doctum commentarium, imaginibus ornatum, plurima franciscanae historiae pretiosa documenta suppeditat; missiones siquidem, varios conventus, illustres viros, apostolicos labores, artes et maioris momenti eventus erudite recenset, quovis partium studio sublato.

Ut supplementum prodierunt etiam periodica commentaria: *L'Eco del Vaticano* (1875-1879). — *La Strenna di fra Ginepro* (1877-1882). — *La Strenna del Terziario francescano* (1882-1904).

ANALECTA CAP. 52 (1936) p. 217.
ITALIA FRANC. 6 (1931) p. 302.

Ecuador, vide *Aequator*

Edgarus a Poschiavo, vide *Maranta E.*

Edingen-Enghien (*Anghia*) in Belgica Provincia. — Anno 1616 a fratribus veteris Prov. Vallonicae coenobium fundatur cum ecclesia S. Ioseph dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 15 tab. XIV.
BULLAR. CAP., IV, 370; X, 290, 295, 563.
ANNUAR. PROV. HOLL.-BELG., 5 (1884) p. 3-17.
HILDEBRAND, *De Kapuc. in de Nederland*, I, cfr. Ind.; II, 170-179.
HISTOIRE *des Capuc. de Flandre*, I, 530-34.
TE DEUM LAUDAMUS (1928), p. 62-65.
BASILE DE BRUGES, *Inventaire des Archives... et souvenirs du Couv. des Cap. à Enghien* (Enghien, 1908).
HILAIRE D'ANVERS, *N.-D. Reine de la Grâce,*

vénérée à Enghien en l'Église des Cap. - Tournai 1881.

LANDELIN HOFFMANS, O. CAP., *Les Portraits des d'Arenberg dans les Tableaux religieux* (XVII-XVIII siècle) *à Enghien*. Enghien 1941.

ANNALES DU CERCLE ARCHÉOL. D'ENGHIEN., VIII (1915-22) Fasc. 1-2 (cf. NEERLANDIA FRANC., V, 1922, p. 289.

COLLECTAN. FRANC. 7 (1937) p. 150 n. 102 (de *mausoleo* card. G. de Croy, quod servatur in ecclesia Cap.).

ETENDARD DE ST. FR. 7 (1900-01) p. 83, 99.

FRANC. LEVEN, 33 (1950) 50 (Monum. artis).

NEERLANDIA FRANC., 2 (1919) p. 225-32: *De Kapucijnen en de pest te Edingen 1667-70.*

VOX MINORUM CAP. BELG., IV, 1950, p. 51-80, 140-156, *Inventaire archéologique des œuvres d'art de l'église et du couv. des Cap. à E.* (P. Landelin).

Edmundus ab Aix-les-Bains, vide *Dardel E.*

Edolo (*Edulum*) in Prov. Mediolanensi. — Conventus S. Petro Apost. dicatus, exstruitur a. 1608, et a. 1801 amittitur.

BULLAR. CAP., II, 448.

VALDEMIRO, *I Capp. Bergamaschi*, p. 53.

IDEM, *I Capp. Bresciani*, p. 650.

Eduardus ab Alençon, Prov. Parisiensis. — Natus a. 1859 e domo *Lecorney*, Ordini nostro nomen dedit a. 1879. Historiae franciscanae cultor eximius, per quadraginta fere annorum spatium ad documenta exploranda et describenda quae vitam S. Franc. eiusque filiorum gesta illustrant, toto animo incubuit. Anno 1890 iter per Italiam instituit ut historiam Ordinis exquisitiore investigatione tractaret. Dum Romae degebat Minister Gener. eum Archivo Ordinis praefecit (m. febr. 1892), postea eundem a. 1896 etiam periodico commentario « *Analecta Ord. Capuccinorum* » conficiendo et moderando deputavit, quae quidem officia omnia usque ad a. 1914 diligenter exercuit. Anno 1924, mortuo P. Symphoriano Defin. Gener. ei suffectus est P. Eduardus, a quo munere in Capitulo a. 1926, sponte se abdicavit. Postea Assisii domicilium sibi constituit in nova domo generalitia; sed morbo laborans Romam repetere coactus est, ibique vita cessit d. 1 sept. 1928.

De eius erudita operositate plura exstant monumenta, ut typis impressa Opera testantur; ex quibus hic nonnulla tantum referre specimina sufficiat, quae S. Franciscum, eius aetatem et Ordinem nostrum spectant:

Ermitage (L'), vide: *Nantes*.

Ernen Aernen, in prov. Helvetica. — Fratres nostri Hospitium inibi habuerunt annis tantum 1740-46.
SULPICE, *Les Capuc. en Valais*, p. 126 ss.
SCHWEIZER. PROV.-FESTSCHRIFT, p. 59.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 95.
ADRIANUS IMHOF, *Eine Niederlassung d. Kapuz. in Ernen*. (Valais, 1904).

Ernest Alves in Provincia *Caxiensi* (Brasilia). — Paroecia huius loci fratribus Capuccinis commissa est an. 1944.
ANALECTA CAP. 64 (1948) p. 11.

Ernestus M. a Beaulieu, Prov. Tolosanae. — Anno 1860 e familia *Lescure* ortus est. Habitum relig. sumpsit a. 1876, obiitque a. 1936. Definitoris ac Ministri Prov. officia exercuit. In sacris praedicationibus quibus Galliam et Hispaniam perlustravit, eloquentia emicuit, Multa scripsit et edidit praesertim de historia suae Provinciae et de hagiographia Ordinis. Mentione digna est vita, qua describitur P. Mariae Antonii a Lavaur, « Sanctus Tolosanus » appellatus.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 21, 88.
APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 60.
IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Tolouse*, p. 32-34, 91.
ECHO ST. FRANÇOIS (Toulouse), a. 1936, pag. 251-254.
LES VOIX FRANCISC. 42 (1936) p. 221-223.

Ernestus a Montagny-la-Ville, vide *Joye E.*

Ersa in insula Corsica. — Conventus anno 1629 aedificatus, deseritur tempore eversionis napoleonicae. Ecclesia B. M. V. sub tit. de Succursu fuerat dicata.
BULLAR. CAP., II, 456.
SILVESTER MEDIOL., *Annales*, p. 541.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 215.

Erythrea in Africa Orientali. — In hac colonia italica *Praefectura apostolica* erecta est die 13 sept. 1894 atque concredita fratribus provinciae Romanae. Praefectus nominatus est P. Michael a Carbonara, qui officium sustinuit usque ad obitum (1910).
Cum interea fidelium numerus non minus quam clerus auctus fuerit, atque quotidie magis bona opera florerent, eadem Praefectura ad gradum *Vicariatus Apostolici* die 7 febr. 1911 evecta est atque concredita fratribus provinciae Mediolanensis, qui magis ac magis incremento Missionis incubuerunt. — Praecipuae *residentiae* habentur: Asmara, Cheren, Massaua, Seganeiti; *domus* vero religiosa canonice erecta est in loco *Ada-Ugri* an. 1950.
In hoc Vicariatu Ap. ministerium apostolicum exercetur etiam a fratribus provinciae Alexandrinae in regione *Acchelé Guzai* ex an. 1937, et a fratribus prov. Fodiensis in regione *Barentú-Cheren et Bassopiano occidentale* ex an. 1947.
In urbe *Asmara* admirantur pulchra ecclesia cathedralis et magna officina typographica a qua plurima opera excusa sunt.

Vicarii Apostolici

1911 Carrara Camillus ab Albino.
1925 Cattaneo Caelestinus a Desio.
1936 Marinoni Ioan. Chrys. a Clusone.

Missionarii in Erythrea, praeter Vicarios Apost., de quibus tractatur suo proprio loco:
Angelus a Ronciglione († 1944)
Franciscus a Bassano di Sutri († 1934)
Lanzo Aegidius a Caraglio: 1911-21
Maurus a Leonessa († 1946)
Michael a Carbonara, Praef. Ap. († 1910)
Seraphinus a Collepardo († 1916)

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 60 tab. XXX.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 295-305.
IDEM, *Le Missioni*, X, 278-316.
MEMORIE CARE. *XXV Annivers. della Missione in Eritrea* (1894-1919). Asmara 1919.
PAGINE *d'apostolato nell'Eritrea*. Asmara 1917
EZECHIA DA ISEO, *Pionieri di fede e di civiltà in Eritrea*. Asmara 1937, pp. 192.
GABRIELE DA MAGGIORA, *Eritrea 1937-47* (Decennio della Missione di *Acchelé Guzai* dei Capp. della Prov. di Alessandria). Roma 1949, pp. 303.
GALDINO DA MEZZANA SUP., *La Missione Eritrea affidata ai Cappuccini di Milano*. Milano 1912. pp. 93, ill.
ILARINO DA MILANO, *Panorama delle Missioni dei Cappuccini in Eritrea*. Milano 1939.
ANALECTA CAP., cfr. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934), p. 120. — 51 (1935) p. 96-99; 63 (1947) p. 207-09 (Relationes Missionis).
ANTISCHIAVISMO (periodicum) a. 1933, pag. 165-182, *La civilizzazione dell'Eritrea e la cooperazione missionaria*. (Mauro da Leonessa).
ATTI PROV. LOMBARDIA, an. 1948, p. 244-46, *Visita del Ministro Generale* (1948).
IL DIRITTO ECCLESIASTICO (Roma), an. 1937 fasc. 12. — a. 1938 fasc. 1, 3, 5, 7, 9. —

a. 1939 fasc. 1, 9: *Istituzione di una Prefettura Apost. nella Colonia Eritrea.* (Avv. Arnaldo Cicchitti).
ITALIA FRANC. 11 (1936) p. 66-76: *La Missione cattolica della Colonia Eritrea.* (Mauro da Leonessa); p. 214-225: *La Missione Eritrea, Conferenza.* (Serafino da Collepardo).
RIVISTA DELLE COLONIE ITALIANE a. 1934, pag. 371-390, *La Missione cattolica, fra i Cunama.* 1912-1934. (Anselmo da Ponzano).
RIVISTA ITALIANA DI STORIA DELLE MISSIONI, (Roma), I, 28-48, *Lettere missionarie di Ernesto Schiaparelli al P. Antonino da Reschio* (Segret. Gen.) 1894-96.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 15 (1939) p. 225, 249, *Die Mission der italienischen Kapuziner in Erythräa.* (P. Hieron. Graf).
Periodica edita a PP. Missionariis:
PAROLE BUONE. *Periodico mensile missionario del Vicariato Apost.* Asmara 1917 ss.
IL VERO AMICO DEL POPOLO ETIOPICO [in lingua tigrina] — Publicatio menstrua, Asmara 1916-20.
VERITAS ET VITA — *Bollett. della Missione Cattol. dell'Eritrea.* Gaggiret (Asmara) 1947 ss.

Erzerum in Armenia. — Circa hanc nostram residentiam missionariam fundatam a. 1852, praeter opera sub v. *Armenia* et *Trapezunta* exhibita, vide etiam:
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 100-105.
IDEM, *Le Missioni*, VII, cf. Ind. p. 430.
ANALECTA CAP., 18 (1902) p. 42. — 19 (1903) p. 132, 167. — 22 (1906) p. 110, 135, 172.

Esanatoglia, olim *Sant'Anatolia,* in Prov. Picena. — Conventus, cum ecclesia B. M. V. in caelum assumptae dicata, extructus an. 1614-1615, derelictus est an. 1907.
BULLAR. CAP., II, 184, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Prov.*, p. 371.

Esbornitana *sedes titularis episcopalis.* — Hunc titulum tenuit ab a. 1826 usque ad obitum (1844) noster missionarius Antoninus PEZZONI a Lodi.

Escalante, vide: *Montehano.*

Esmeralda (Vila) in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia). — Paroecia S. Ioan. Bapt., ibi canonice erecta an. 1937, fratribus Capuccinis concredita est an. 1940.
TEODORO DE ALFREDO CHAVES, 50 *anos de atividades no Rio Grande do Sul* (1946) pag. 140-43.

Espinosa Carolus, episc., antiquae Prov. Flandro-Belgicae alumnus. — E clara stirpe comitum *Robincourt* natus est Dendermonde a. 1662 et aetatis suae anno XVIII Ordini nostro nomen dedit. Propter catholicae fidei defensionem contra haeresis satores, per longum tempus in Hollandia missionarius fuit. Die 22 sept. 1722, episcopus titularis *Tricalensis,* atque Auxiliaris archiepiscopi *Mechliniensis* renuntiatus est. Ad sedem deinde *Antwerpiensem* translatus d. 14 iun. 1728, ibi de vita excessit d. 31 iul. 1742.
BULLAR. CAP., I, 160, 181; IV, 84.
ROCCO DA CESIN., *Storia Miss.*, II, 395, 493.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 68.
GAMS, *Series Episcop.*, p. 247.
JADIN LOUIS, *Les Actes de la Congrég. Consistoriale concernant les Pays-Bas...*, in: *Bullet. Inst. Hist. Belge de Rome,* t. XVI (1935), p. 410-413. (cf. *Collectan. Franc.*, a. 1942, p. 108 n. 198).
LE CLERCQ L., *Het antwerpsch Seminarie,* in: *Collectanea Mechliniensia,* N. S., t. X (1936) p. 19-41. 107-130, 251-271. (cfr. *Collectan. Franc.* a. 1942, p. 116 n. 226).
FRANC. LEVEN, 4 (1921) p. 16, 25.

Esplanada del Timbó in Brasilia, Custodia de *Bahia* commissa Prov. Picenae. — Domus nostra ibi exstat ex an. 1904; sedes *novitiatus* fuit ab an. 1935 ad an. 1947.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) tab. XXXVII.
GIUS. DA FERMO, *Franc. nelle Marche,* p. 44.
MODESTO, *Mission. no Brasil,* p. 456 s.
ANALECTA CAP. 51 (1935) p. 15; 64 (1948) p. 10; 65 (1949) p. 27 (Novitiatus).
ATTI UFF. CAPP. PICENI, 1950, genn. p. 54.
VITA FRANC. (Loreto), a. 1929, p. 91.

Esquivias (*Esquiviae*) in Prov. Castellae (Hispan.). — Conventus aedificatus a. 1696, nunc derelictus iacet. Ecclesia S. Felici a Cantalice fuit dicata.
BULLAR. CAP., V, 418.
STATISTICA PROV. CASTELLAE (1909) p. 22.
BUENAV., *Prov. de Castilla,* p. 263, 270 ss.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla,* cf. Ind.

Esseg, seu Eszék, vide *Osijek*

Essen a. d. Ruhr (*Essendia*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Anno 1614 fratribus antiquae Prov. Coloniensis traditum est antiquum monasterium Beguinarum in loco *Kettwig* situm. Anno 1620 nova excitatur ecclesiae fabrica sub titulo S. Clarae et S. Augustini Doct. — Conventus suppressus est a. 1834.
BULLAR. CAP., IV, 383.
ARSENIUS, *Die Rhein. Kapuz.*, p. 130.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen,* cf. Ind.
ARENS F., *Das Essener Kapuzinerkloster.* Essen, 1907.
ANALECTA O. CAP., 16 (1900) p. 251.
ASSISI-GLÖCKLEIN, a. 1934, p. 35-40: *Die letzten Kapuziner in Essen.*

Este (*Ateste, Atheste*) in Prov. Veneta. — Conventus iam exstructus an. 1594 abrogatur an. 1806.
BULLAR. CAP., II, 443.

Estella (*Stella*) in Prov. Navarro-Cantabro-Aragonensi. — Fratres nostri hic commorantur ab a. 1899, iuxta Ecclesiam B. M. V., vulgo *de Rocamador.*
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 27 tab. XXVI.
ESTADISTICA PROV. NAVARRA (1928) p. 76.

Estermans, vide: *Eestermans.*

Estoniae et Lettoniae Commissariatus Generalis. — An. 1927 mense augusto, cura Ordinem FF. Capuccinorum in republica *Lettoniae* instaurandi commissa est nostrae Prov. Bavaricae ac primus operarius exstitit P. Robertus ab Ach. Postea alii coadiutores advenerunt domusque religiosae exstructae sunt in urbibus Riga, Vilaka et Skaistkalne. — In *Estonia* ab Administratore Apostolico FF. Capuccini advocati sunt a. 1931 ut catholicis inservirent. Primi ad hoc opus missi sunt sodales e Bavariae ac Cracoviensis provinciis; deinde a. 1933 illi e provincia Hollandica, quibus demandata est cura et apostolatus apud dissidentes orientales ritus bizantino-slavi. Eorum praecipua residentia exstat in urbe Narva.

ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 315-322, *Relatio de initiis apostolatus nostratum in Lettonia.* — 57 (1941) p. 50, 52 (Statistica).
KIRIKU ELU [i. e. *Vita Ecclesiae*], Publicatio menstrua, edita a P. Roberto. Tartu, 1933-1935.
POKÓJ I DOBRO (Kraków), a. 1938 p. 80 (De P. Luciano polonus, miss. in Estonia).
PROVINZBOTE (Bayern), 1947, nov. p. 14-24; 1948, p. 18-21, 76-81 (*Kriegs-Chronik 1939-44*).
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 6 (1930) p. 161-166, *Die Kapuziner in Lettland* (P. Robert).
UNI TRINOQUE, 6 (1939...) p. 42-44, *De Bizantijns-Slavische Missie in Estland.*

Estrapes (D'), vide: *Trappes (de).*

Estrées (D'), vide *Ongnies d'Estrée A.*

Estudios Franciscanos. *Publicación cuatrimestral de ciencias eclesiásticas, dirigida por los PP. Capuchinos de España y America.* Barcelona, 1907 ss. — Hoc periodicum commentarium fundatum fuit an. 1907 a P. Michaele ab Esplugues († 1934) pro studiis franciscanis et ecclesiasticis vulgandis.

Occasione singularium eventuum *numera extraordinaria* edidit non parvi valoris inter quae hic meminisse iuvat: Centenarium Regulae seraphicae (1910); Centen. de Balmes (1910-11); in morte Card. Vives y Tuto (1913) Centen. Dantis Alighieri et Tertii Ord. Franc. (1921); Centen. S. P. Francisci (1926); Centen. Raym. Lulli (1934-35).

Titulus periodici: *Revista de Estudios franciscanos* a. 1907-11; *Estudios Franciscanos* an. 1912-22; *Estudis Franciscans* a. 1923-36; *Estudios Franciscanos* a. 1947 ss.

Editionis frequentia: *mensualis* a. 1907-26; *trimestris* a. 1927-36; (intermissa causa belli a. 1936-46); *quadrimestris* a. 1947 ss.

ENCICLOPEDIA CATTOLICA (C. d. Vaticano), V, 661
ANALECTA CAP. 52 (1936) p. 218.
ESTUDIOS FRANC., a. 1907 p. 1-7; a. 1912 p. 5-12; a. 1923 p. 1-8; a. 1948 p. 5-12 (Notitiae variae de ipso periodico).

Eszék, s. Esseg, vide: *Osijek.*

Etain (*Stannum*) in Prov. Strasburgensi. — Conventus aedificatus a. 1667, sub titulo S. Ioseph, a. 1792 abrogatur.

BULLAR. CAP., V, 404.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, III, 324.
SCHEMATISMUS *Prov. Lugdun.* (1895) p. 106.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 23, 202.
LEMOY A., *Le Couv. des Cap. d'Étain au XVIII siècle.* In: Memoir. Soc. Philomat. (Verdun) 18, 1934, p. 233-43.
ANALECTA O. CAP. 22 (1906) p. 296.
ÉTUDES FRANC., 43 (1931) p. 305.

Etampes (*Stampae*) in Prov. Parisiensi. — An. 1580-81 Conventus aedificatus est, qui postea tempore gallicae eversionis abrogatur. Eius ecclesia fuit dicata S. Iacobo M. apost.

BULLAR. CAP., V, 390.
DOCUMENTS... *des Cap. en France*, p. 70 ss.
GODEFROY, *Les Cap. en France*, t. I, fasc. I, 164; fasc. II, 232 (Index).

Ethiopia, vide: *Aethiopia.*

Ettlingen (*Ettlinga*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Fratres veteris Prov. Austriae Anterioris hic sedem obtinuerunt annis dumtaxat 1700-1713.

ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austr. Ant.*, p. 403.

Etudes Franciscaines. — Periodicum commentarium editum Parisiis an. 1899 ss. a Patribus Capuccinis provinciae Parisiensis; fundatum a P. Eugenio ab Oisy-le-Verger († 1927) praesertim pro studiis franciscanis vulgandis.

Editum est: *singulis mensibus* a. 1899-1914; (intermissum causa belli a. 1914-19); *quater in anno* a. 1921-22; *sexies in anno* a. 1923 ss. Cessatum medio an. 1939, iterum apparuit initio an. 1950.

ANALECTA CAP. 41 (1925) p. 175, Litterae gratulatoriae Pii XI; 52 (1936) p. 219, descriptio bibliogr.

Eu (*Augae, Augium*) in prov. Parisiensi. — Conventus erectus a. 1622 derelictus est tempore gallicae perturbationis saec. XVIII. Ecclesia fuit dicata S. Petro Apost. et S. Francisco Assisiensi.

BULLAR. CAP., V, 95, 393.

Eucharistia. — I. *Devotio S. Francisci erga Eucharistiam.* — Eucharistica devotio primus effectus et signum fuisse videtur conversionis S. Francisci. Ex eo enim tempore flagrare coepit amore erga SS. Sacramentum; ecclesias reparare suis manibus et emundare suscepit; pixides practiosas mittere voluisset ad omnes mundi ecclesias; hostias praeparabat; indignum se reputabat sacerdotali dignitate; sacra dape saepe reficiebatur; *epistolas* ad omnes christifideles et ad populi magistratus et ad sacerdotes dictavit eos obsecrans ut Eucharistiae Sacramento peculiarem tribuerent reverentiam et seipsos dignos redderent ad illud

recipiendum; demum in suo *Testamento* discipulis suis iniunxit ut sacerdotes et sanctissima mysteria corporis et sanguinis Christi honorarent.

Patris voluntatem optime filii intellexerunt et apostoli Eucharistiae semper exstiterunt. Inter alios enituit S. Paschalis Baylon († 1592) quem Leo XIII (bulla « Providentissimus Deus » diei 28 nov. 1897) *Coetuum Eucharisticorum* et omnium *Associationum*, quae ab Eucharistia nomen habent, *caelestem Patronum* declaravit.

II. *Devotio Eucharistica inter Capuccinos.* Pietas eucharistica iam ab Ordinis exordiis peculiaribus urgetur statutis. *Constitutionibus* a. 1535-36 saltem bis in mense fratres ad communionem accedere tenebantur et tempore Quadragesimae atque Adventus singulis dominicis diebus. Ab an. 1573 sacra communio praescribitur octavo quoque die et a *Constitutionibus* an. 1577 fratres tenentur ad sacram dapem accedere saltem ter in hebdomada; monentur insuper ut altissimum ac divinissimum sacramentum in omnibus ecclesiis nostris asservetur in loco mundissimo et mundissima sint corporalia et purificatoria. Porro omnes *Constitutionum* editiones fratres adhortantur ut frequenter in hebdomada ad Eucharistiam sumendam accedant de consensu praelatorum (*Monum. ad Constitutiones*, p. 341 et ss.).

Iuxta laudabilem Ecclesiae universalis consuetudinem etiam in ecclesiis Ordinis inde ab anno 1727 per totam octavam festi *Corporis Christi* vespere sanctissimum sacramentum publicae adorationi exponi coepit et coram ipso matutinum cum laudibus persolvi. Eadem autem consuetudo postmodum (1851) introducta est etiam pro octava festi *Immaculatae Conceptionis.*

Cultus eucharisticus in Capuccinorum ecclesiis mirabiliter semper effulsit in earum munditie, quae commendari solebat a Benedicto XIII (cf. *Monum. ad Const.*, p. 272), in mundissima supellectili et in altaribus et tabernaculis admirabili artificio ex ligno confectis.

III. Inter praecipuos *propagatores* pietatis eucharisticae commendantur:

Iosephus a Ferno († 1556), qui consideratur tamquam institutor adorationis « XL Horarum » (vide *Quadraginta Horarum* devotio).

Matthias Bellintani a Salò († 1611), qui in Gallia eandem devotionem propagavit ibique instituit confraternitatem Corporis Christi (1577);

Hyacinthus a Casale († 1627), qui adorationem « XL Horarum » propagavit in Italia et extra atque confraternitatem eucharisticam instituit constantem XL viris illustribus;

Ludovicus a Saxonia († 1608), qui an. 1604 sodalitium instituit *Apostolatus Eucharistici;*

Ivo Parisiensis († 1679), qui communionem frequentem propagavit in Gallia contra Jansenistas;

Basilius a Soissons († 1698), qui contra Protestantes realem praesentiam strenue defendit;

Martinus a Kochem († 1712), qui in Germania cultum eucharisticum verbo et scriptis efficacissime promovit;

Ludovicus a Deggendorf († 1686), qui Monachii instituit sodalitium *Adorationis Perpetuae,* quod celeriter propagatum est in totam Bavariam.

Archangelus (Du Puy) a Lyon († 1630), qui morem invexit solemniter deferendi Eucharistiam infirmis domi degentibus;

Michael a Cosenza († c. 1650), qui eximius propagator exstitit frequentiae Communionis;

Heribertus a Salurn († 1700), menstruae Communionis promotor.

Ne longius series producatur addidisse sufficiat aliquos ex recentioribus, qui pietate eucharistica magis enituerunt. Hos inter exstant.

Ioannes Chrysostomus a Lyon († 1895), qui conventus eucharisticos in Gallia egregie promovit inter primos et institutum fundavit Franciscanarum S. Mariae Angelorum Adorationis Perpetuae;

Adolphus a Bouzillé († 1902), qui eucharisticam adorationem hebdomadalem (singulis feriis quintis) in Gallia propagavit;

Iosephus Antonius Bussolari a S. Ioan. in Persiceto († 1939), qui opus laudatissimum edidit *De sanctissimae Communionis frequentia in familiis religiosis* (Romae, 1905);

Antoninus a Castellammare († 1939), qui aliud exquisitum opus edidit *L'Anima eucaristica* nuncupatum.

Iosephus a Guernica († 1950), qui eucharisticam associationem in Hispania instituit, vulgo nuncupatam de « *Los Jueves eucaristicos* ».

Bibliographia

BULLAR. CAP., I, 219 ss. (Communio gener. instituitur in eccles. nostris a. 1740); IV, 24 (Comm. gener. menstrua in Germania a. 1742).

MONUMENTA HIST. O. CAP., I, 360. 392, de Commun. frequentia; V, 418 s, cultus eucharisticus propagatur.

FELDER, *Die Ideale d. hl. Franz.* (cfr. cap. III: S. Franc. et Eucharistia).

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, 179, 207 s.; II, 177-81, 185-92; III, cf. Index.

P. OPTATUS, *De Spiritualiteit van de Capuc. in de Nederlanden*, (1948) p. 179-184.

VENANTIUS, *Monum. ad Const.*, p. 146, 160.

P. AUGUSTINE, O.Cap., *St. Francis and the Blessed Eucharist.* London, 1932. (cfr. *Collectan. Franc.* an. 1935 p. 113).

BASILIDE DE MARIE, *Les traditions franciscaines par rapport à l'Eucharistie.* Lille, 1899.

GÖTZELMANN AMBROS., O.F.M.; *Cultus SS. Eucharistiae, praeclaris exemplis sanctorum... ex triplici S. Franc. Ordine illustratus.* Passaviae 1751. Nova editio cura P. Anast. Müller (*Seraphische Liebe am Altare...*) Landshut, 1930 (cf. *Collectan. Franc.* 1934 p. 442).

MARIOTTI CANDIDO, O.F.M., *L'Eucaristia e i Francescani,* Fano, 1908.
P. RAYMOND, O.F.M., *La S. Eucharistie dans les trois Ordres de S. François,* 2 éd. Bolbec 1872. (cfr. *Acta Ord. Min.,* I, 46).
SDERCI BERNARDINO, O.F.M., *L'Eucaristia ed i Francescani. La Predicazione eucaristica,* Roma, 1905.
TITUS VON DORTMUND, *Franziskus und die Eucharistie.* Frankfurt, 1940.
ANALECTA CAP. 19 (1903) p. 245 ss. *De SS. Communionis frequentia in nostris familiis religiosis Commentariolum* [P. Ios. Ant. a S. Io. in Persiceto]; p. 273-77: *Traditio franciscana et antiquus Religionis nostrae usus, frequentem quotidianamque Communionem alte commendant.*
APOSTOLADO FRANC. (Barcelona), 1944, p. 91, 116, 137, 153, 178, 196: *Los Capuchinos de Cataluña y la devoción a la Eucaristía.* (Andrés de Palma M.).
COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 375-82, *Un propagatore della Comunione frequente: P. Michele da Cosenza.* (Franc. da Vicenza).
ETUDES FRANC. 34 (1922) p. 520-37: *St. François et l'Eucharistie.* (P. Hilarin, O. Cap.); 49 (1937) p. 475-86: *La Messe publique et privée dans la piété de St. François.* (Octave d'Angers).
FRANC. LEVEN, 7 (1924) p. 133-40: *Het franciscaansch « Adoro Te »* (P. Theophilus).
FRANZISKAN. STUDIEN, 1 (1914) p. 36-52: *Martin v. Cochem, ein Förderer des Eucharist. Kultes.* (J. C. Schulte).
PRIESTERBLAD DER III ORDE (Anvers) 11 (1929-1930) p. 223-25; 12 (1930-31) p. 3-9: *Franciscaansche Eucharistie-Vereering* (P. Hildebrand). cf. *Collectan. Franc.* an. 1932, p. 433.
STUDI FRANC. 14 (1928) p. 450-69: *Saggio di archeologia e di arte francescana Eucaristica.* (Leone Bracaloni).

Eugenius a Bellevaux (*Meynet*). Egregie suae prov. Sabaudiae praefuit, et praedicationis ministerio valde eminuit. Natus a. 1859, obiit a. 1925. — Illius cura coepta est publicatio periodica cuius est titulus: *Le Rosier de St. François* (1900). Edidit insuper, inter alia, opus historicum quod inscribitur: *Nécrologe et Annales biographiques des FF. Min. Capucins de la Prov. de Savoie* (Chambéry 1902).
ANALECTA CAP., 42 (1926) p. 293-96.

Eugenius a Carcagente, domo *Soler,* alumnus provinciae Valentinae in Hispania. — Natus die 24 ian. 1865, inter Capuccinos susceptus a. 1882 et sacerdotio auctus a. 1888. Ad missionem de *Goajira* in Columbia ivit a. 1891 et Praefectus Apostolicus pro missione de *San Andrés y Providencia* in Antillarum insulis a S. Congr. de Prop. Fide die 14 nov. 1946 nominatus est.
ANALECTA CAP. 62 (1946) p. 126.

Eugenius Maria a Genova (*Maberini*), prov. Genuensis; missionarius in Brasilia (Rio de Janeiro). Obiit a. 1871 eique cives de *Uberaba,* ob multa ab eo patrata, grati animi ergo quandam viam inscripserunt.
FRAN. SAV., *Capp. Genovesi,* I, 143-44.
GIUS. DA CASTROGIOVANNI, *Notizie Stor. della Miss. di Rio de Jan.* (Catania 1910) p. 86.
MODESTO, *Miss. no Brasil,* p. 410-18.
BORGES SAMPAIO ANTONIO, *O Hospital de Misericordia de Uberaba e o seu fundador Frei Eugenio M. de Genova.* Uberaba 1898.
ANNAES FRANC. (S. Paulo) 1936 p. 78-80.

Eugenius ab Oisy-le-Verger, Prov. Parisiensis definitor et moderator. — Familia *Quix* ortus a. 1856, inter nostros cooptatus est a. 1875 et vita cessit d. 29 dec. 1927.

Tertii Ordinis S. Franc. propagator fuit eximius. Anno 1911, eo auctore, Parisiis caepta est vulgatio periodicae publicationis cui titulus *Revue sacerdotale du Tiers-Ordre de St. François.* Eius opus a. 1911 vulgatum sub tit. *Manuel du T. O...* plures obtinuit editiones et in alias linguas fuit redditum. Memoria dignum est, inter alia, opus cui titulus: *Directoire spirituel du T. O. F.* (1903...) et aliud inscriptum: *Abrégé des Missions Capucines jusqu'en 1675* (ed. 1893).

Ut Opera, quae ad res franciscanas spectant maxime evulgarentur, singularem officinam librariam Parisiis instituit, quae vulgo dicitur « *Librairie St. François* ». Item, incrementa « *Bibliothecae franciscanae* » quae in nostro conv. eiusdem civitatis exstat, valde promovit. Denique eius cura an. 1899 vulgatum est periodicum *Etudes Franciscaines.*
NOCES *d'or du P. Eugène* (Blois 1926).
ANALECTA CAP., 44 (1928) p. 55.
ÉTUDES FRANC., 40 (1928), p. 5-13.

Eugenius ab Oliva, prov. Valentiae in Hispania fundator et primus moderator († 1613). — Scripsit *Expositionem Regulae seraphicae.*
DE-PISE, *Annales,* p. 10-21.
OLGIATI, *Annali,* I, 18-32.
EUGENIO DE VALENCIA, *Necrol. Prov.* (16 oct.)
VIVES, *Biogr. hispano-Capuch.* p. 334-50.
FRANCISCALIA (Barcelona 1928) p. 231.
BERNARDUS, *Bibl. Script.,* p. 81.
SBARAGLIA, *Scriptores,* I, 246.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.,* I, 338.

Eugenius a Potriès, domo *Aznar Escrida,* Valentinae Prov. alumnus, quam postea deseruit. — Optimus quidem religiosus, sed in multiplicibus eius occupationibus quandoque minus efficax reputatus est. Itinera tum in Italia tum in Gallia per plures annos instituit. Anno 1822. vel circiter, Roma regrediens, in Galliam introivit et instaurationi coenobiorum maxime se applicuit. Consuetudinem habuit cum sac. Maria-Ios. Chiron († 1852) eumque iuvit in regimine eius novae Congregationis *a Fratribus Poenitentiae,* seu a *Pauperibus fratribus S. Franc. Ass.* nuncupatae. - Ro-

mam iterum petens ineunte a. 1855, a Superioribus relegatus est in conv. S. Bonav. PP. Reformatorum apud Palatinum ibique mortuus est a. 1866. Plurima edidit opuscula de re ascetica et apologetica.

APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquit* p. 61-64, 168.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 21.
IRÉNÉE, *Hist. des Cap. de France*, I-II Partie, p. 84-103; III *Part.*, p. 110-31.
JUAN B. DE ARDALES, *La Divina Pastora*, t. I (Sevilla 1949), p. 704 ss.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XII, 2663.
ÉVÈNEMENTS *instructifs et observations à M. l'Ab. Lamennais du P. Eugène capucin espagnol... mis au jour par un ami de la religion*. Nantes, 1849 [Est autobiogr.].
GAUDON Z., *Un bienfaiteur des aliénés, le P. Marie-Jos. Chiron, prêtre. 1797-1852*. Avignon, 1930. (Plures notitiae de P. Eug.) cf. recens. in COLLECTAN. FRANC. a. 1932, p. 443 et REVUE HIST. FRANC., VIII, 1931, p. 238-40.
ANALECTA CAP. 18 (1902) p. 146-56, 213 ss.; 327-332. — 19 (1903) p. 180-83.

Eugenius a Rumilly, Prov. Sabaudiae, Min. Gen. — Domo *Gruffat* natus a. 1769, ordinem ingressus est a. 1786. Tempore gallicae eversionis in Italiam venit, deinde sacerdotio auctus, per duos annos in Raetiae missione adlaboravit. Post a. 1814 ad suam revertitur Provinciam, eamque per sexdecim annos magna cum operositate rexit. Anno 1833 Definitor Gen. et a. 1836 Ordinis Procurator nominatus est. Denique a. 1838 ad supremum Ordinis regimen eligitur, quo in munere Missionum incrementa maxime fovit. Ipsi debetur prae caeteris Collegii S. Fidelis pro Missionibus in Urbe fundatio (1841) necnon opus inscriptum: *Cerimoniale ed Ordinazioni dei FF. Min. Cappuccini*, Roma 1841; gallice dein versum, Chambéry, 1843. — Obiit, benemerentissimus Pater, d. 28 mart. 1843.

BULLAR. CAP., X, 61 (nota), 722.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 264, 266.
EUGÈNE, *Nécrol. de Savoie*, p. 292-99.
JEAN DE C., *Les Cap. en Savoie*, p. 343.
EDUARDUS, *Collegii S. Fid. hist.*, p. 152.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 106, 251-58; IV, 153.
APPENDIX *ad Bibl. Script. Cap.*, p. 19.
AMBROISE DE UGINES - VALENTINO DA TAGGIA, (Oratio funebris gallice et italice), Chambéry, 1843.
STROZZI C., *Orazione funebre*, Roma, 1843.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 155 n. 58.
IL MASSAIA, 2 (1915) p. 167-71.
ROSIER DE ST. FRANÇOIS, a. 1902, p. 103-114: *Le restaurateur des Cap. en Savoie, après la Révolution*.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 2 (1926) p. 98, 129, 161 (P. Eug. Missionum instaurator).

Eugenius a Sortino, Prov. Syracusanae. — An. 1827 e familia *Scampolino* natus est. Bonae notae concionator exstitit, et per annos tredecim munus Ministri Prov. gessit. Omnes vires suas contulit qua lector magister novit, et moderator ad Provinciam instaurandam post Ordinum dispersionem a. 1866. Obiit die 30 apr. 1911.

LORENZO DA SORTINO, *Elogio funebre*, Ferla, 1911.
ANALECTA ORD., 27 (1911) p. 205, necrol.
ÉTUDES FRANC., 36 (1924) p. 192-98: *Le P. Eug... capucin sicilien* (Ubald d'Alençon).

Eugubium, vide *Gubbio*

Eumenensis *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo potitus est a. 1713-1727 noster sodalis Ludov. Franc. MORNAY Duplessis.

Eupen, olim Neaux (*Eupena*) in Belgica provincia. — Conventus antiquae Prov. Vallonicae qui an. 1662 conditus fuerat, derelictus fuit tempore gallicae subversionis (1796). Ecclesia B. M. V. Immaculatae dicata fuit.

BULLAR. CAP., IV, 370.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, II, cfr. Index.
HEINEN, J. J., *Pfarrgeschichte Eupens* (1896) p. 96 ss., 198 ss.
REINERS H., *Die Kunstdenkmäler von Eupen-Malmédy* (1935) p. 83-89.
COLLECTAN. FRANC. 12 (1942) p. 113 n. 219, p. 114 n. 2 (Notitiae conv. Eupen ex artic. a P. Hildebrando edito in *Elckerlyc*, an. 1936).
FRANC. LEVEN, 33 (1950) 51 (Monum. artis).

Eusebius ab Ancona Prov. Picenae, Min. Gen. domo *Fardini* ortus a. circiter 1490. Ex Minorum Observantium familia, cui se addixerat, ad nos venit a. 1533 vel 1534. Theologi et Concionatoris laudem sibi conciliavit. Suam provinciam ab a. 1535 usque ad a. 1538 rexit. In generalibus vero Capitulis, ab a. 1535 ad a. 1567 habitis, saepius Definitor electus est, bis Procurator (1561, 1564), demum semel iterumque supremus Ordinis moderator nominatur (1552 et 1555). Porro Pius IV, qui sibi eum Theologum a. 1556 adsciverat, Cardinalium etiam purpuram eidem tradere deliberabat, at ille talem honorem prae sua modestia studuit recusare. Sunt qui affirmant eum Tridentino Concilio interfuisse: alii vero negant. In coenobio vulgati nominis Scapezzano e vivis sublatus est a. 1569. — De re ascetica, praesertim vero de seraphica Paupertate, scripsit; sed nihil prorsus ab eo conscriptum iam nunc superest.

MONUMENTA HIST. O. CAP., I, 536; II, 518; III-IV-V-VI, cfr. Indices.
BULLAR. CAP., III, 115.
BOVERIO, *Annales Cap.*, I, 494-96. 692-97.
FLORES SERAPHICI, I. 23-27 cum figura.
ANNALES MINORUM, a. 1569, n. XVIII.
PALOCCI, *Frutti Serafici*, p. 93-95.
EDUARDUS, *De primordiis O. Cap.*, p. 126.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 37-72.
LEGGENDARIO CAPP., I, 150.

RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 9.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, cfr. Ind.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 82.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 246.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 339.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 36.
IDEM, *Iscrizioni...* p. 64.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, I, 687.
VECCHIETTI-MORO, *Bibliot. Picena*, IV, 49.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 75; 12 (1896) p. 151
BOLLETTINO UFFIC. PROV. UMBRA, 1939, p. 19-22.
COLLECTAN. FRANC., 3 (1933) p. 403-05 (P. Euseb. non adfuit Conc. Trid.).
ITALIA FRANC. 10 (1935) p. 268-70.
ROUND TABLE, IX (reimpr. 1949), p. 62-71.

Eusebius a Montesanto, vide *Magner E.*
Euskal-Echea (Collegium), vide: *Llavallol.*

Euskirchen (*Euskirchium*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Primus conv. a fratribus Prov. Coloniensis fundabatur a. 1639. Alter, cum ecclesia B. M. Virgini dicata, exstruitur a. 1680 et a. 1802 a Gubernio abrogatur.

BULLAR. CAP., IV, 383.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 414, 433.
KILIAN, *Rheinberg u. Kapuz.*, p. 107.
ANALECTA CAP., 16 (1900) p. 316.
BEITRÄGE ZUR GESCH. D. STADT EUSKIRCHEN (1898 ss.) II, 5 ss. *Die Kapuziner in E.* (G. Gissinger).

Eustadiensis Prov., in Bavaria, vide *Suevo-Palatina* provincia
Eustadium, *vide Eichstätt*

Eutenhausen, prope Mussenhausen, in prov. Bavarica. — Paroeciam illius oppidi fratres capuccini administrarunt ab a. 1879 usque ad a. 1911.

EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 762.

Evangelista, vide etiam *Ioannes...*
Evangelista a Calitri, vide *Di Milia E.*

Evangelista a Cannobio, Prov. Umbriae, Min. Gen. — E familia *Ferratina* natus est a. 1511. Sacerdotio iam insignitus, ad Capuccinos venit. In sua et in aliis Provinciis fuit Minister. Concilio Tridentino interfuit a. 1562. Munera etiam obivit Definitoris Gener. (circa decies ab an. 1541 ad an. 1593); item Procuratoris, a. 1558 et iterum a. 1561; ac tandem Supremi Moderatoris Ordinis a. 1564-67. Eo gubernante singularem Cardinalem protectorem Ordo noster obtinuit, Studia vero ad normam Concilii Trid. institui iussit. Obiit Perusiae a. 1595. Opus quoddam edidit de iure canonico (1591).

BULLAR. CAP., II, 16-17, 305.
MONUM. HIST. O. CAP., I, 536; IV, VI, cf. Ind.
BOVERIO, *Annales Cap.*, II, 560.
FLORES SERAPHICI, II, 33-35 cum figura.
PALOCCI. *Frutti Serafici*, p. 318-20.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 51-91.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 81.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 336.
FRANC. DA VIC., *Scritt. Prov. Ser.*, p. 40-43.
ANTONINO DA R., *Memor. Prov. Ser.*, p. 175.
VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, II, 26-27.
BERNARDINO, *Memor. Prov. S. Ang.*, p. 194-95.
ANALECTA ORD., 5 (1889) p. 78-79; 12 (1896) p. 151, n. 6.
BOLLETTINO UFFIC. PROV. UMBRA, 1940, p. 134.
COLLECTAN. FRANC. 3 (1933) p. 571-72, (de P. Evang. ad Concil. Trid.); 10 (1940) p. 524 (notitiae biographicae).
ITALIA FRANC. 19 (1944) p. 57 (P. Evang. al Conc. di Trento).

Evangelista a Cephalonia, Praef. Apost. — E familia *Galea*, natus est a. 1882 in insula Cephaloniae. Adolescens, in Provinciam seraph. Umbriae se recepit, ibique a. 1898 habitum relig. sumpsit et cathedram theologiae obtinuit. Anno 1910, die 6 sept., novae missionis *Solimoes superioris* in Brasilia Praefectus Apost. nominatus est. Qua in regione omnia prorsus a fundamentis condere illi necesse fuit; quare magnam sibi laudem comparavit. Obiit in oppido *S. Paulo de Olivença* die 31 ian. 1936.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 350 s.
ANALECTA ORD., 26 (1910) p. 358; 54 (1938) p. 96-98 (necrol.).
BOLLETTINO UFFIC. PROV. UMBRA, 1938, p. 12, 14, 101.
VOCE SERAFICA (Foligno) an. 1932, mag. p. 2.

Evangelista a Pistoia, vide: *Boni E., episc.*

Evangelista a Saint-Béat (*Ladevèze*), Prov. Tolosanae lector. (1864 † 1905). — Plurima opuscula edidit praesertim circa S. Bonaventurae doctrinam et magisterium, de iis tantum adnotamus: *S. Bonaventura. Scholae franciscanae magister.* Paris 1888. — *Le Séraphin de l'Ecole.* Ib. 1901. — *St. François et la Science.* Ib. 1895.

APOLLINARIS, *Bibl. Aquitan.*, p. 64, 168.
IRÉNÉE, *Bibl. de Toulouse*, p. 34, 59.
LES VOIX FRANC., 1905, p. 251, 300, 354, 402.

Evangelista ab Usella, vide *Vanni E., episc.*
Evoli, vide: *Eboli.*

Evreux (*Ebroica*) in Prov. Parisiensi. — Primus Conventus exstruitur a. 1613, sub titulo SS. Stigmatum S. Franc. — Alter aedificatur a. 1697, qui tempore gallicae eversionis a. 1791 abrogatur.

BULLAR. CAP., V, 96, 393.
EDOUARD D'ALENÇON, *Le couvent des Capucins d'Evreux.* Evreux, 1894.
GUERY L., *Inscriptions françaises et latines du Couvent des Capucins d'Evreux, actuellement le Lycée.* Evreux, 1908.
ANALECTA ORD., 28 (1912) p. 31.

« Exaltation de la Sainte Croix » (Congregatio), vide *Hyacinthus Parisiensis* († 1650).

« Exaudiat te Dominus » (*Psal. XIX*). — Indulgentiae quae olim FF. Camaldulensibus Psalmum « *Exaudiat...* » recitantibus concessae fuerant, deinceps Provinciae nostrae Venetae primo (20 iun. 1837), postea etiam Prov. Bononiensi (22 nov. 1852) et tandem toti Ordini nostro d. 7 augusti 1868, a Sede Apostolica conceduntur.

BULLAR. CAP., X, 57, 279, 552.
BULLARII CAP. REGESTUM, num. 3411 (nota 2)
CAMPELO IOS., *De Indulgentiis Seraphici Ord.* (1943), p. 227 ss. (not. hist.)
SALMO E PRECI *pel S. Pontefice e per la Romana Chiesa con amplissime indulgenze in favore degli Eremiti Camaldolesi e dei Cappuccini della Provincia di Venezia e di Bologna*. Forlì, 1896.
ANALECTA CAP., 14 (1898) p. 217-19: *De Ps. « Exaudiat »* et de indulg. illum recitantibus concessis.
COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 77.

Exea, vide *Egea*

Exemptiones. — Quaedam exemptiones sive temporaneae sive permanentes in toto Ordine admittuntur Religiosis, qui ad Praelaturas provehuntur aut maioris momenti officiis onerantur, ut liberiores sint ad sua munera adimplenda, nec non reverentiae et gratitudinis gratia.

Circa has exemptiones cfr. *Ordinationes Capitulorum Gener.* ed. an. 1928, nn. 306-316; VENANTIUS, *Monumenta ad Constit. Ord.*, p. 607-618, 640 s.

Exercitia Spiritualia — Iam ineunte saeculo XVII in pluribus Ordinis provinciis consuetudo invaluit *exercitia spiritualia decem dierum* peragendi semel in anno.

Primam legis nostrae praescriptionem de hac annua recollectione exhibent *Ordinationes* Capituli Generalis an. 1656 his verbis: « Omnes exhortamur ut semel in anno per decem dies sacris exercitiis vacent ac generalem suorum peccatorum confessionem faciant » (*Analecta*, 1890 p. 358). In comitiis generalibus an. 1662, 1671 et 1678 iterum haec quaestio agitatur, atque anno 1678 in medio profertur expressa Innocentii XI voluntas ut singuli fratres annuatim per octo aut decem dies se recolligant in solitudine.

Eodem anno, die 10 oct., prodiit etiam peculiare mandatum Card. Protectoris, quod, inter alia negotia, agit de exercitiis spiritualibus imponendis. (*Analecta*, 1891, p. 53, 112). Capitulum dein Generale an. 1685 ordinationem edidit secundum quam guardiani tenentur fratres subditos obligare ad annuam recollectionem. (*Analecta*, 1891, p. 137 n. 5). Experientia edocti de utilitate annualis recessus patres legislatores saepe in Capitulis ordinationem renovant, addentes a. 1733 ut, si quis annuum recessum facere recusaverit, ad munera guardiani, lectoris, sive ad quodlibet aliud officium non promoveretur. (*Analecta*, 1892, p. 142 n. 45).

Primis annis fratres *singillatim* recollectionem spiritualem peragebant, ita tamen ut simul in chorum et refectorium convenirent; sed an. 1733 statutum est ut tota familia religiosa *simul*, vel in *duas partes* divisa, recollectionem annuam faceret. (*Analecta*, 1892, p. 142).

Ars huiusmodi recollectionem peragendi primo descripta invenitur anno 1705 in opere *Breve metodo per fare con profitto gli esercitii spirituali di dieci giorni di ritiramento* (Milano, 1705) futuri Ministri Gen. P. Michaelangeli a Ragusa. Textus exercitiorum spiritualium inter primos ediderunt *Iosephus a Dreux* († 1671), cuius librum *Solitude Seraphique* an. 1706 in sermonem italicum vertit *Cherubinus a Correggio*; *Franciscus a Montereale*, qui librum edidit inscriptum *Il religioso ritirato nella solitudine* (Milano, 1719); *Caietanus M. a Bergamo* († 1752), cuius liber *Il Cappuccino ritirato per dieci giorni in se stesso* (Milano, 1719) innumeras habuit editiones et classicus evasit in Ordine.

Decursu temporis, cum decem dierum exercitiorum spiritualium praxis in aliquibus locis intermissa esset, Capitulum Generale an. 1761 non tantum praecedentes adhortationes renovavit, sed iussit ut quilibet superior localis, eius onerata conscientia, deputaret singulis annis congruum tempus omnibus suis subditis pro exercitiis spiritualibus decem dierum peragendis, per partes vel collective, non tantum auxilio alicuius libri et assistentia proprii confessarii, sed sub moderamine idonei directoris (*Analecta*, 1892, p. 263).

Tempore restaurationis Ordinum religiosorum, post suppressiones ineuntis saeculi XIX, iterum inolevit praxis *exercitia* peragendi auxilio tantum alicuius libri; hunc usum vero reprobavit Cap. Gen. an. 1847 statuens ut exercitia spiritualia, quae in singulis conventibus quotannis fieri solebant legendo, deinceps dictarentur ab aliquo concionatore ad munus idoneo, etiam ex alia provincia.

Nuper editae *Constitutiones* (1925) superiores curare monent (n. 61) ut spiritualibus exercitiis, quae singulis annis in conventibus nostris peragenda sunt, omnes religiosi, etiam qui in hospitiis degunt, perfrui possint. Consuetudo quidem invaluit exercitiis spiritualibus vacandi tantum per integram hebdomadam, non iam ut antea per decem dies; sed praeter exercitia spiritualia ubique introducta est piissima praxis *menstruae recollectionis.*

Praedicatio exercitiorum. — Notum est morem exercitia spiritualia praedicandi recentiorem esse sed iam saeculis XVII et XVIII apud nostrates exempla inveniuntur quibus elucet hoc genus ministerii sacerdotalis adhibitum fuisse tam apud animas religiosas, quam apud saeculares sacerdotes et populum fidelem. Inter alios in exercitiis dictandis clero saeculari emicuit *P. Honoratus a Cannes* († 1694); in exercitiis vero spiritualibus dictandis pro monialibus et fidelibus emicuerunt *P. Ioseph du*

Tremblay († 1638), *Carolus a Motrone* († 1763) Plurimi autem alii libros ediderunt in commodum religiosorum, clericorum et fidelium pro annuali recollectione decem dierum. (Cfr. Bern. a Bon., *Biblioth. Script., Ind. mater*, p. 263-67; *Appendix* ad Bibl. Script., Index p. 44 s.).

VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, p. 598 s.
DE-PISE, *Annales*, p. 784-786.
BERTANI, *Annali* (1629), p. 159 n. 104.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.* II, 229-39.
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 358 n. 1. — 8 (1892) p. 263 n. XXXII.
ASSISI-GLÖCKLEIN (Mainz), 1931, p. 60, 79, *Zur Geschichte der Exerzitien bei den Kapuzinern des 17. und 18. Jahrhunderts.*
FRANC. LEVEN, 13 (1930) p. 67, 106, 132, 173 *De retraite bij de Capucijnen in de* 17-18 *eeuw.* (P. Gerlachus).
PROVINZBOTE D. NORDTIR. KAPUZ. 14 (1931) pag 229, 288, *Zur Gesch. d. Exerz.*
SANKT FIDELIS, 19 (1932) p. 8, 51, *Zur Gesch. d. Exerz. bei den Kapuz. des 17-18 Jahrhunderts.* (cfr. Collectan Franc, a. 1934, p. 454).

Expositiones. — Capuccinorum Ordo saepe partem habere curavit in diversis *Expositionibus*, quas inter adnumerantur:

1. VATICANA an. 1888, occasione Iubilaei sacerdotalis SS. PP. Leonis XIII. — Nostrae Provinciae, Missiones et Tertii Ordinis Confraternitates, plura ac diversa dona et obiecta obtulerunt vel praesentarunt. Pontificius Consessus huius Expositionis toti Ordini nostro concessit amplissimum « Diploma » cum magno aureo « Numismate » ob numerum et qualitatem donorum oblatorum; insuper « Diploma » et « Numisma Meriti » duodecim ex Missionibus nostris concessit.

ANALECTA CAP. 3 (1887) p. 164 (Monitum P. Min. Gener.) — 4 (1888) p. 5-11 (Elenchus Donorum), p. 319 (Diploma) — 5 (1889) p. 120 (Gratiarum actio Pontificiae Commissionis).
ANNALES FRANCISC. (Paris), 15 (1888) p. 559-562. *Les Capucins à l'Exposition Vaticane.*

2. COLUMBIANA an. 1892 in urbe Genova recurrente IV Centenario ab inventione Americae. — Missionarii Capuccini regionis Americae latinae plura ac pretiosa obiecta miserunt, inter quae « Collectio botanica » e *Riohacha* in Columbia proveniens, omnium admirationem suscitavit.

ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 282-287 (De Expositione Columbiana, et Elenchus rerum Mission. Cap.).

3. MISSIONARIA VATICANA anno Iubilaei 1925 — Res ad Missiones nostri Ordinis Capuccinorum pertinentes, in plurimis aulis seu cubiculis mira industria dispositae fuerunt. Tabulae insuper geographicae et diagrammata bene delineatae; copiosa bibliotheca missionaria etc., ex his omnibus clare elucebat actuosa vita apostolica ubique terrarum Fratrum nostrorum. Signo gratitudinis ergo, Commissio Pontificia peculiare Diploma atque Numisma « bene merentibus » concessit Ministro Generali ac 21 ex nostris Religiosis. — Termino posito huic Expositioni, nonnullae res maioris momenti, ad novum Museum Lateranense translatae sunt.

GIOVANNI DA S. GIOV. IN PERSICETO, *L'Esposizione missionaria Vaticana e l'Ordine dei FF. Min. Cappuccini. Sunto illustrativo.* Roma 1925. pp. 110 ill.
GONSALVO DA ERLAHEIM, *Le Missioni dei Min. Cappuccini all'Esposizione Vaticana.* Roma 1925, pp. 32 ill.
La Missione di Agra (Indie Orient.) *all'Esposiz. Vaticana* 1925 (Cappuccini Toscani). Agra 1925.
ANALECTA CAP. 39 (1923) cfr. Index p. 296. — 41 (1925) p. 8 (Inauguratio), p. 33 (Audientia Pontificia), p. 92 (Missio Ajmerensis). — 42 (1926) p. 53 (Expos. terminus), p. 58 (Elenchus FF. Cap. praemio remuneratorum).

4. VATICANA EXPOSITIO UNIVERSALIS EPHEMERIDUM CATHOLICARUM, an. 1936-1937.

In Aula Ordini nostro Capuccinorum assignata, Ephemerides seu Commentaria periodica exposita sunt hoc ordine: in I^a pariete, *Ephemer. missionariae*; in II^a, *Ephemer. religiosae varii generis*; in III^a, *Ephemer. franciscanae*; in IV^a, *Tabulae et notitiae statisticae* omnium nostrarum Ephemeridum, quae eo tempore numerum 498 attingebant.

Praeterea in Aula exposita sunt: *Collectio* postremorum annorum nonnullarum Ephemeridum. — Magnum « *Album* » cum frontibus seu tegumentis nostrarum Ephemeridum. — *Series* photographiarum, opusculorum, aliaque documenta ad rem pertinentia.


LA STAMPA CATTOLICA NEL MONDO. *Insegnamenti dell'Esposizione mondiale della Stampa Catt. nella Città del Vaticano (1936-37).* Milano, 1939. — Circa P e r i o d i c a Ordinis nostri vide pag. 103-04, 425-26, 444-54.
ANNALI FRANC. (Milano) a. 1936, p. 141, 178, 361, 406, 542, 598, 698 Esposizione Vaticana della Stampa periodica cattolica: *Sala dei FF. Min. Cappuccini.*

Exuperius a Prats-de-Mollo, Prov. Tolosanae. — Ortus anno 1837 e familia *Guiu*, religiosum habitum induit a. 1858. Fuit suae Provinciae bis Moderator et Ordinis Procurator (1878), quod officium insequenti anno dimisit. Duo monialium monasteria condidit S. Clarae, scilicet *Mazamet* et *Millau*. Seminarium insuper seraphicum inauguravit a. 1876. Ordinis nostri « *Analecta* » ut in lucem ederetur enixa commendatione studuit et adlaboravit. Obiit in civ. Mazamet d. 20 oct. 1917. — Plura scripsit et edidit opera oratoria et de re ascetico-mystica ex quibus subsequentia indicamus, videlicet: *Œuvres oratoires,* voll. 5

(1896); *La Pauvreté. Sa mission dans l'Église et dans le monde* (1866 et 1899); *Le S. Coeur étudié dans l'Évangile* (1910); *Les Litanies de la Vierge méditées* (1904); *Méditations sur la S. Enfance de N.-S. J. C.* (pluries editum) et *Sainte M. Madeleine dans l'Evangile.* 3 voll. (1883).

FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 296.
APOLLINARIS, *Bibl. Aquit.* p. 65, 113, 168.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 22.
IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 35-40, 62 78, 91.
CANDIDE DE NANT, *Un semeur d'évangile. Le P. Exupère...* (Toulouse 1936). - Cfr. *Collectan. Franc.* 1937, p. 84-86.
LES AMIS DE ST. FRAN., an. 1936, Mars p. 22s. *P. Exupère, un grand « Ami de St. Fr. ».*
ANALECTA O. CAP., 5 (1889) p. 383 (Opus: « *S. Marie Mad.* » encomiatur a Leone XIII); 12 (1896) p. 156 n. 69; 38 (1922) p. 189-90 (necrol.).
ÉTUDES FRANC., 40 (1928) p. 93 (de Oper. spirit. P. Exup.); 48 (1936) p. 401-14 (not. bio-bibl.).
COLLECTAN. FRANC., 6 (1936) p. 150 n. 641 (recensio operis: *Méditations sur l'Enfance de N.-S. J. C.*

Eystadium, vide *Eichstätt*
Ezoldunum, vide *Issoudun*



P. Eduardus ab Alençon
Prov. Parisiensis
Rerum franciscalium cultor
atque scriptor illustris
1859-1928

F

Fabianus a Ferrara, vide *Galliani F.* episc.

Fabianus a Meerle, vide *Eestermans F.*

Fabianus a Scandiano, Prov. Parmensis. — E domo *Morsiani* natus a. 1810. Prius in provincia lector et definitor; dein (1846) in Brasilia Praefectus Apostolicus et Commissarius Generalis; tandem Romam accitus, per annos decem (1859-69) fuit Procurator Gen. Missionum, praeses Collegii S. Fidelis pro missionibus, Consultor S. Inquisit. et Propag. Fidei. In Urbe obiit d. 17 oct. 1884.

BULLARIUM CAP., X, 480.
EDUARDUS, *Collegii S. Fidel. hist.*, p. 153.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 280.
IDEM, *Missionari Prov. Parma*, p. 58, 93.
ADELHELMUS A STANS, *Monumenta Anastasiana*, t. IV, 1946, p. XXVII (biogr.) cfr. Index, p. 1093.
ANALECTA O. CAP., 1 (1885) p. 32, Necrol.
ECO DI S. FRANC., an. 1884, p. 689-91 (necrol.).

Fabriano (*Fabrianum*) in Prov. Picena. — Primus Conventus conditur a. 1538 et S. Mariae a Populo dicatur, at paucos post annos deseritur. — Alter, in colle Paganello exstructus a. 1562, postmodum evertitur. — Denique tertius Conv. S. Ioseph dicatus, conditus an. 1592, derelictus est a. 1881.

BULLAR. CAP., II, 107, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Piceno*, p. 371.
SAN FRANC. D'ASS. (Ephem. PP. Conv. Assis.) I, 1928, p. 178-86: *Fabriano e la Riforma dei Cappuccini* (R. Sassi).
SASSI ROMUALDO, *Fabriano e la Riforma dei Cappuccini.* Assisi, 1928.

— Monasterium monialium Capuccinarum Ord. S. Clarae, fundatum est a. 1627. In eo floruit *Constantia Maria Castreca* de qua agitur suo proprio loco.

BULLAR. CAP., II, 188-191, 438.
CONSPECTUS *trium Ord. S. Fr.* (1929) p. 300.
SAN FRANC. D'ASSISI (Ephemer. supra cit.).

Facciardi C.,
vide *Christophorus a Verucchio*

Faenza (*Faventia*) in Prov. Bononiensi. — Primus Conventus conditus est a. 1538 in colle *Persolino* satis longe a civitate. Ecclesia dicata fuit S. Macario. — Anno 1571 alter aedificatur Conv. propior civitati. In ecclesia, S. Christinae mart. dicata, exstat vetustum quoddam Christi Cruci affixi simulacrum, quod a fidelibus magna veneratione colitur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. VI.
BULLAR. CAP., II, 251, 439.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.*, p. 5.
SALVATORE, *La Prov. di Bologna*, I, 31-34.
IL SS. CROCIFISSO *venerato nella Chiesa dei Capp. - Cenni storici.* Faenza, 1900, 1935.
LORENZO DA FAENZA, *Della miracolosa immagine del SS. Crocifisso dei Capp. di Faenza.* Ravenna, 1909.
PAOLO DA MOLINELLA, *Chiesa e Convento dei Capp. di F.* (*Cenni storici*). Faenza, 1914.
ANALECTA O. CAP., 16 (1900) p. 261-69.
ANNALI FRANC., 31 (1900) p. 727, 754.
IL CROCIFISSO. *Pubblicazione mensile per le feste del 1925.* Faenza, 1924-25.
ITALIA FRANC., 6 (1931) p. 280-83. *Conv. di Faenza.* (Sisto da Pisa); 18 (1943) p. 19-32 *Dei due primi Conv. della Prov. di Bologna: Ferrara e Faenza.* (Salvat. da Sasso).
LA PROV. DI BOLOGNA, Atti ufficiali a. 1947 p. 38, 43 (Ricostruzione del Santuario del SS. Crocifisso).
LA VOCE DEL CROCIFISSO. *Bollettino mensile dei Min. Cappuccini.* Faenza, 1933 ss.
ZELATORE FRANCESC. a. 1934, p. 189-191, *La Via-Crucis ai Cappuccini di Faenza.*

Faido (*Faidum*) in Commissar. provinciali Ticinensi (Helvetia). — Ab a. 1607 exstat Conventus cuius Ecclesia S. Francisco Assisien. dicata est.

BULLAR. CAP., II, 445; IX, 190, 314.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 43 tab. XVI.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 113
VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, p. 330-42.
S. FRANC. NELLA SVIZZERA ITAL., p. 137-50.
IN OCCASIONE *del III Centen. d. fondazione del Conv. di Faido.* (Numero unico). Lugano, 1907.
IL CONVENTO *dei PP. Cappuccini di Faido. Documenti ed osservazioni.* Torino, 1875.
MONITORE OFFICIALE *della Diocesi di Lugano.* XI, 1907, pp. 424-30.

Falaise (*Falesia*) in Prov. Parisiensi. — Conventus, an. 1616-1620 aedificatus, cum ecclesia SS. Salvatori dicata, desertus est tempore gallicae subversionis.

BULLAR. CAP., V, 393.
ANALECTA CAP., 28 (1912) p. 63.

Falconerium, vide *Faucogney*

Falesia, vide *Falaise*

Falkenau a. d. Eger, vide *Falknov*

Falkenburg (Castrum de), vide *Irdning*.

Falknov, Falkenau, in Prov. Bohemo-Morava. — An. 1663 Conventus aedificatus est cum ecclesia ad honorem S. Antonii de Padua dicata.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 15 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 377.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 67.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 797.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 157.

Familia Pontificia. — Inter illos qui Familiae Pontificiae addicti sunt recensetur *Concionator Apostolicus*, quod munus Ordini Fratrum Capuccinorum in perpetuum ex anno 1743 commissum est. (Vide sub v. *Concionator Apostolicus*).

Familiari I.,
vide *Ioannes Bapt. a San Lorenzo*

Fanano in Mutinensi dioecesi (Modena). — Monasterium Sororum *Capuccinarum* III Ordinis Regularis S. Francisci ibidem fundatum est an. 1705.
BULLAR. CAP., II, 275, 442; X, cf. Ind.
PEDROCCHI NIC., *Storia di Fanano*, edita per cura di A. Sorbelli (1927), p. 171-80.
BOLLETTINO *storico bibliogr. franc.* 4 (1933) p. 225-231, 271.

Fanciulli Zacharias a Catignano, episc., Prov. Aprutinae alumnus. — Ortus est a. 1802 et habitum nostrum induit a. 1827. Missionarius fuit in Syria (1841), ubi munera Praefecti Apost. (1856) et Vicarii Gener. Delegati Apost. exercuit (1857-71). Pius IX eum Episcopum titul. *Maronensem* et Coadiutorem Delegati Apost. Mesopotamiae nominavit d. 24 nov. 1871. Obiit in civitate *Mardin* d. 4 nov. 1873.
BULLAR. CAP., X, 720.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss. Capp.*, V, 358, 400 ss., 421 ss.; VI, 359, 362 s.
FILIPPO, *I Capp. d. Abruzzi*, p. 143.
ANNALI FRANC., 5 (1874) p. 179-81, necrol.
ECO S. FRANC., a. 1874, p. 218, Necrol.

Fano (*Fanum*) in Prov. Picena. — Prima domus, seu eremus a S. Elia nuncupata, a. 1530, in loco *villa di Magliano* vulgo dicto, fuit exstructa. Qua postea uno circiter elapso saeculo relicta, de illa nullum vestigium reperitur. — Novum interim coenobium apud vicum vulgo *Rosciano* anno 1567 fuit excitatum et S. Christinae mart. dicatum, sed dein vastatum est. — Ab a. 1596 ad a. 1867, fratres in alio eiusdem tituli coenobio habitarunt. — Alius conventus a. 1880-82 fabricatus, cum ecclesia Immaculatae Virgini atque S. Christinae dicata, anno 1922 Apostolicae Sedis iuri cessit ut inibi regionale Seminarium excitaretur. Fratribus vero antiquae et magnificae *S. Paterniani* basilicalis Paroeciae spiritualis cura posthac attributa est, commutata sede apud monasterium olim Canonicorum Regular. Lateranensium.
BULLAR. CAP., II, 173, 191-92, 211-437.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov.*, p. 371.
IDEM, *Iscrizioni d. Prov.*, p. 8.
IDEM, *I Francescani nelle Marche*, p. 40.
MEMORIE FRANC. FANESI (1926) p. 182-88 (cf. *Archiv. Franc. Hist.*, 1928, p. 441).
ANALECTA CAP., 24 (1908) p. 29: *S. Elia primo Conv. de' Capp. a Fano.*
VITA FRANCESCANA (Loreto) a. 1929, p. 82.

Fara, vide *Fére (La)*

Fara S. Martino, in Prov. Aprutina. — Conventus a. 1852 constructus prope sacellum SS. Trinitatis derelinquitur a. 1902.
FILIPPO, *I Capp. d. Abruzzi*, p. 17.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 94.

Farangipet (S. Kanara) in Indiis Orient. vide *Monte Mariano*

Farnese (*Farnesium*) in Prov. Romana. — Anno 1585 conventus exstruitur sub patrocinio S. Francisci Assisiensis. Post bellum a. 1915-18 quibusdam monialibus conceditur.
BULLAR., CAP., II, 433.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 58.

Farnese Hieronymus, card. tit. S. Agnete (1599-1668). — Protector Ordinis nostri edicitur d. 4 maii 1662. Ab ipso expetita fuit confectio *Constitutionis* a suo nomine *Farnesianae* dictae, varia circa electiones statuentis (6 sept. 1667).
BULLAR. CAP., I, 110.
BULLARII CAP. REGESTUM, num. 1313, 1314. 1367 (nota 2) de Const. Farnesiana a. 1667.
ANALECTA O. CAP., 7 (1891) p. 74, litt. C, F, H; 12 (1896) p. 366, n. XXX.

Faucogney (*Falconerium*) in Prov. Lugdunensi. — Pro Fratribus antiquae Prov. Burgundiae, anno circiter 1640, Conventus instituitur una cum ecclesia, S. Andreae Apost. dicata. Stetit usque ad gallicam subversionem (1790).
BULLAR. CAP., V, 400.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, II, 478.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 138.
MOREY, *Capucins en Franche-Comté*, p. 43.
ANALECTA O. CAP., 22 (1906) p. 366.

Faventia, vide *Faenza*

Fazio (Di), vide *Di Fazio Ios.*

Febure Michel vide *Iustinianus a Neuvy*

Fécamp (*Fiscanum* seu *Ficicampus*) in Prov. Parisiensi. — An. 1621 aedificatur conventus,

qui nunc derelictus est. Ecclesia SS. Francisco Assis. et Benedicto fuit dicata.

BULLAR. CAP., V, 95, 96, 393.
ANALECTA O. CAP., 28 (1912) p. 159.

Felder Hilarinus a Luzern, *episc.*, alumnus prov. Helveticae. — Natus in vico Flühli die 20 iulii 1867; habitu Capuccinorum indutus a. 1886; sacerdotio auctus a. 1890. Laurea in sacra Theologia adepta apud Universitatem Friburgensem, eandem disciplinam per 40 fere annos confratribus tradidit. Studia theologica et franciscana maxime coluit; pluries Definitor provincialis electus est et non pauca negotia tractanda ab Apostolica Sede ei commissa sunt. Demum Pius Pp. XI die 12 apr. 1938 eum ad titularem Ecclesiam episcopalem *Geritanam* promovit.

Ex operibus ab ipso editis sequentia tantum adnotantur: *Geschichte der wissenschaftlichen Studien im Franziskanerorden bis um die Mitte des XIII Jahrhund.*, Freiburg i. Br. 1904. — *Jesus Christus. Apologie seiner Messianität und Gottheit* gegenüber der neuesten Christusforschung, voll. 2, Paderborn, 1911, ed. 1923. — *Apologetica seu Theologia fundamentalis* voll. 2, ib. 1920 et 1923. — *Die Ideale des hl. Franziskus von Assisi.* Ib. 1923. IV ed. 1935. — *Jesus von Nazareth.* Ib. 1937. — *General und Erzbischof: P. Bernard von Andermatt.* Schwyz, 1943.

ANALECTA CAP. 38 (1922) p. 111, Opus « *Apologetica* » laudatur a Bened. XV. — 54 (1938) p. 109, 161, Episc. tit.
ESTUDIOS FRANC. a. 1910 (Num. extraord.) p. 186-202, *A proposito de una obra de historia franciscana* (scil. de Studiis in Ord. Min.).
SANKT FIDELIS, 7 (1918-19) p. 298-321, *P. Hilarin Felder Magister und Lektor der hl. Theologie.*

Feldkirch (*Veldkirchium*) in Prov. Tirolensi. — Ab a. 1602 (vel circa) exstat conventus a Fratribus helveticis fundatus. Ecclesia dedicata est Visitationi B. Mariae Virg.; in ea asservatur et colitur caput S. Fidelis a Sigmaringa.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. XVII.
BULLAR. CAP., IV, 366.
SILVEST. MEDIOL., *Annales Cap.*, I, 135.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali Capp.*, I, 164.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 785.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.*, II, 732.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Anter. Austr.*, p. 221-26.
PETRUS FRANC., *Suevia ecclesiast.*, p. 804-06.
ANALECTA CAP. 40 (1924) p. 10 (Novitiatus).
« FRANZISKUS » (Linz), 3 (1928-29) p. 172.

Felicianae (Sorores), vide *Honoratus a Biala*

Felicianus a Messina, in saeculo *Guargena* vel *Guarcena* Dominicus, alumnus prov. Messanensis (1610 † 1663). — Pictor egregius rerum historicarum et religiosarum artem didicit ab Abrahamo Casembrot et Guidonem Reni imitavit. A suis coaetaneis « Raphael Capuccinorum » vocabatur. Artem excoluit Bononiae, Venetiis, Romae et Messanae. In nostra ecclesia Catanae admiratur pictura « Virginis Spei »; in illa Messanensi reliquit « Virginem Agonizantium » quam perdidimus in terrae motu an. 1908. Alias picturas reliquit in Pozzo di Gotto, etc.

BÉNÉZIT, *Dictionn. des Peintres*, II, 502.
CORNA P. ANDREA, *Dizion. della Storia dell'Arte in Italia* (II ed. 1930), p. 540.
LANZI, *Storia pittorica dell'Italia* (ed. IV, 1818); II 347; VI, 95.
ITALIA FRANC. 10 (1935) p. 278, nota 22.

Felicianus a Piacenza, Prov. Bononiensis alumnus. — Ex marchionibus *Lampugnani* ortus, habitum seraph. a. 1594 sumpsit. In sua provincia per multos annos Lectoris, Definitoris et bis etiam Ministri officia obivit. In aliis vero provinciis fuit Commissarius et Visitator Generalis, in Tuscia insuper an. 1634-'37 Minister Prov. — Demum in Gener. Capitulo, a. 1637 celebrato, *Procurator Gener.* eligitur: quo munere absoluto, dum in suam provinciam revertebatur, Florentiae morbo occubuit, principio a. 1644.

BULLAR. CAP., II, 253.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 136.
CIRILLO, *Capp. Emiliani*, I, 170, 175, 179.
SALVATORE, *La Prov. di Bologna*, I, 150-60.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.*, p. 15.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 373.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 152, n. 25; 54 (1938) p. 217.

Felicianus a Sevilla, Prov. Baeticae seu Andalusiae. — Natus a. 1657 e nobili familia *Solis de Almansa*, Ordinem ingreditur a. 1676. Concionator fuit celeber et devotionis erga SS. Trinitatis mysterium studiosus propagator. De patria optime meruit anno 1702 cum in portum *Cádiz* Angliae naves appulissent. An. 1701 in eadem civitate Domum pro pauperibus aperuit, quae adhuc exstat sub nomine; *Hospital de la Santa Caridad*. Sancte obiit in urbe Granada a. 1722. — Supersunt eius nonnulla impressa opera de re spirituali et concionatoria.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 84.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 23.
IOAN. A S. ANT., *Biblioth. franc.*, I, 344.
ADALID SERÁFICO, a. 1900, p. 310-312.
ARCHIVO IBERO-AMER. 21 (1924) p. 217 (opera)
MENSAJERO SERÁFICO a. 1892, p. 209, 239.

Felicissimus a Cortemiglia, vide *Cocino F.*

Felix de Alamin, seu de los Molinos, Prov. Castellae in Hispan. († 1727, vel circa). — Concionator vere apostolicus et scriptor egregius de re morali, ascetica et mystica. Typis vulgavit, inter alia, opera quae sequuntur: *Falacias del Demanio* (pluries editum); *Espejo de verdadera y falsa contemplación* (1695); *Felicidad natural y sobrenatural del hombre* (1723); *Impugnación contra el Talmud* (1727)

BULLAR. CAP., V, 366.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 86.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 251; III, 220.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 344, 346.
ANDRÉS, *Vitalidad Seráfica*, I ,204-07.
BUENAV., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, p. 84, 98.
DICTIONN. THÉOL. CATH., I, 658.
INDEX LIBR. PROHIB., sub v. *Alamin*.

Felix ab Antwerpen (Anvers) Prov. Belgicae. — E familia *Finck* natus an. 1868, habitum religiosum induit a. 1886. Ad missionem *Punjabensem* seu *Lahorensem* in Indias orient. profectus, ministerio apostolico se dedit non spiritualibus tantum, sed et temporalibus necessitatibus illius regionis populi providens. De historia missionum etiam bene est meritus, namque per totam *Indiam* iter instituit ad notitias et monumenta colligenda circa antiquas missiones Ordinis nostri. — A mense ianuario 1916 usque ad a. 1921 munere Administratoris Apost. dioecesis *Bettiah* functus est. Obiit in urbe Maryabad d. 30 mart. 1932. Inter alia opera quae typis tradidit recensentur haec, videlicet: *Historical Records of early Christianity in Northern India*. Simla, 1908. *Short history of the Capuchin Missions in Tibet*. Bettiah, 1922. *Notes on the Jesuit mission to the Mogul Emperors*. Simla, 1907.

CLEM. DA TERZ., *Le Miss. Capp.*, IX, 601.
STREIT-DINDINGER, *Bibl. Missionum*, VIII, num. 2207, 2208; cf. et Ind. p. 954.
[P. QUIRINUS], *Een Capucijn onder de indische verstootelingen*: *P. Felix*. Leuven, 1933 (cf. *Collectan. Franc.* a. 1936 p. 653.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA (Vaticano), V, 1132.
ANALECTA O. CAP., 48 (1932) p. 145. Necrol.

Felix a Bergamo (domo *Pàssera*) antiquae Prov. Brixiensis alumnus (1610 † 1702). — Quantumvis studiis vacasset, in statu tamen laicali inter nos adscribi voluit a. 1630. Pharmaceuticae artis valde peritus aegrotantium curam suscepit et opera scripsit satis commendata. — Typis dedit: *Il nuovo tesoro degl'arcani farmacologici* (Venetia, 1688 et 1689); *Pratica universale della medicina* (Milano, 1693).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 87.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 221.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 346; III, in *Appendice* (v. *Felix Rotundo*).
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 103.
VALDEMIRO, *I Capp. Bergamaschi*, p. 193-96.
IDEM, *I Capp. Milanesi*, II, 651.

Felix a Bertinoro (familia *Sassi*) Prov. Bononiensis. — Vir fuit prudentia et virtute clarus. Missus in Galliam tamquam Commissarius Gener., Provincias instituit et pericula ab haereticis sustinuit. Nonnulla scripsit de statu Ecclesiae in Gallia, de Regula minoritica etc. Obiit a. 1596.

BOVERIO, *Annales Cap.*, II, 584.
FLORES SERAPHICI, II, 104.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 85.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.*, p. 10.
ROCCO DA CESIN., *Stor. Miss.*, II, 368 (n. 2).
GODEFROY, *Les Capuc. en France*, t. I, fasc. II, p. 221 (Ind.).

Felix M. a Cadiz, vide *Arriete y Llano F.*

Felix (S.) a Cantalice, Prov. Romanae alumnus. — Humili *Porri* domo natus d. 18 maii 1515, agris colendis adolescens incumbebat. An. 1543 caelitus vocatus habitum nostrum inter fratres laicos induit et per 40 annos in *Urbe* quaeritandae stipis humile officium exercuit. Cum S. Carolo Borromeo, Sixto V papa et cum S. Philippo Neri familiarissime fuit coniunctus. Ob miram castitatem et agilitatem mentis ad Deum sursum elatae contemplandum, dignus fuit cui B. Virgo *puerum Iesum* amplexandum praeberet. Virtutibus et miraculis clarus, Romae in Domino obdormivit d. 18 maii 1587. — Urbanus VIII d. 1 oct. 1625 inter *beatos* eum adnumeravit; Clemens vero XI, d. 22 maii 1712 eidem *sanctorum* honores decrevit.

MONUM. HIST. O. CAP., III, 462-72 (Ind. 519).
ACTA SS., T. IV maii, d. 18, p. 202-92.
BULLAR. CAP., VII, cf. Index p. 464.
BOVERIO, *Annales Cap.*, II, 246-335.
FLORES SERAPHICI, II, 592-630 cum figura.
LEGGENDARIO CAP., V, 251-275.
LEGGENDARIO FRANC., V, 226-47.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 14; IV, 208, 296-300.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 17-28.
LECHNER, *Leben d. Hl. Kapuz.*, I, 147-228.
POTTHAST, *Bibl. Hist. M. Aevi*, II, 1307.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, III (Append.)
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 250.
AMBROGIO DA NOVE, *Vita...*, Genova 1712.
CORT *verhael des levens van den Felix van C.* — Antwerpen, 1626.
EIGENTLICHER *Abriss d. Lebens* — Wandel Felix v. Cant., Wien, 1712.
[VITA *S. Felicis a Cantalice*, in lingua polonica], Kraków, 1712.
ANGELO M. DA VOLTAGGIO, *Vita...*, Roma 1706.
BERNARDINO DA PALMAS ARBOREA, *Vita di San Fel.*, 2ª ed., Roma 1928.
DIEGO DA MADRID, *S. Félix de C. en sus nadas sus grandezaz, su vida...*, voll. 3, Madrid 1729-32.
GAUDENZIO DA CREMONA, *Vita...*, Milano 1884.
GERVAISE (Abbé), *Vie...*, Tours 1714.
GIOV. BATT. DA PERUGIA, *Vita...*, Roma 1625.
JEAN-FRANÇOIS DE DIEPPE, *Vie...* Rouen 1714.
JERÓNIMO DE ECIJA, *Comp. de la vida de S. Félix de C.* — Cordoba 1716.
KERR ANNABEL, *A son of St. Francis. St. Felix of Cant.* — St. Louis Mo., 1900.
LUPIS ANT., *Vita d. B. Fel.*, Massa, 1672.
MARCHESE FRAN., *Vita B. Fel.*, Roma, 1671.
MASSIMO DA VALENZA, *Ristretto d. Vita di S. Fel.*, Milano, 1712.

PHILIBERT DU BOURG, *Abrégé de la Vie...*, Paris, 1713.
RATTE FRANZ, *Leben...*, Paderborn 1866.
SCUDERONI PIO, *Comp. vita...* Roma 1887.
URBANUS VAN IZEGEM, *Gelukzak. Br. Felix v. Cantalicjë*. Antwerpen. 1942.
VIVES y TUTO, IOS. CALAS., *Encomia exhortatoria...*, Mediolani, 1887.
IDEM, *Vida de S. Fel.*, Barcelona, 1887.
WILHELM AUER V. REISBACH, *St. Felix v. Cantal.*, Schrobenhausen, 1887.
ZUCCHI BARTOL., *Vita...*, Verona, 1636.
ANALECTA O. CAP., 1 (1885) p. 203-05: *Fragmenta Seraphica in honorem S. Fel.*; 3 (1887) p. 130-33: *Encomia S. Fel.*; 29 (1913) p. 317-20: *Auctores qui de S. Fel. a Cant. scripserunt*; 53 (1937) p. 30-33: *De quodam Officio rhythmico in honorem S. Fel.*; p. 238: *Supplex libellus Card. Ruspoli ad Clem. XII pro extensione festi S. Fel. ad universam Ecclesiam.* (Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50, p. 50).
ETUDES FRANC., 33 (1921) p. 97-109, *Les Sources de la Vie de St. Félix de C.* (Jean de Dieu); 35 (1923) p. 89-99 *Les Capucins et St. Fél. de C.* (Idem); p. 532-46, *St. Félix aux Couvents d'Anticoli et de monte S. Giovanni* (Idem); 48 (1936) p. 415-44, *Mort... de St. Félix* (Idem).
ITALIA FRANC. 11 (1936) p. 100, 439; 12 (1937) p. 38, 215, 364: *I trionfi di S. Felice*, (Sisto da Pisa); 23 (1948) p. 126 ss. *Fra Felice da Cantalice il santo delle vie di Roma* (Ilarino da Milano).
ROUND TABLE, vol. X (reimpr. a. 1949) p. 99-116

Felix a Castelvetrano, Prov. Panormitanae. — An. 1628 natus est e fam. *Brandimarte*, et Ordinem ingreditur a. 1646. Fuit laudatae famae concionator, S. Theologiae Lector, Definitor et Minister Prov., atque S. Officii Qualificator in regno Siciliae. Obiit a. 1685 (iuxta alios a. 1693).

Edidit: *Tractatus de arte sacra concionandi* (Panormi, 1667); *Conciones et Panegirici*. Ineditus manet eius *Cursus theologicus ad mentem Scoti*.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 86.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 221.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 344.
EGIDIO, *Scrittori Prov. Palermo*, p. 54.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 2012.
MONGITORE, *Bibliotheca Sicula*, I, 193.
REUSCH, *Der Index*, II, 226.
INDEX LIBR. PROHIB. (sub v. *Brandimarte*).
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 61, 72.
MAXIMILIAN NEUMAYR, O. CAP., *Die Schriftpredigt im Barock* (Paderb. 1938) p. 185.
DICTIONN. THÉOL.-CATH., V, 2133.
DICTIONN. HIST. ECCL., X, 417.
COLLECTAN. FRANC., 11 (1941) p. 420 (de opere: *Panegirici sacri* in « Indice » relato).

Felix Maria a Cavour, prov. Pedemontanae alumnus († 1846). — Studiis philologicis se dedit, pluraque opera ad linguam et grammaticam latinam et italicam pertinentia typis vulgavit, inter quae: *Manuale del Maestro e dello Scolaro* 4 voll. Torino 1837-38. — *Vocabolario piemontese-italiano e italiano-piemontese*, 3 voll. Ib. 1830 et iterum 1840. — *Appendice ad alcuni vocabolari latini-italiani*. Alessandria 1842. — *Precetti di umane lettere italiane*. 3 voll. Torino 1838.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. CAP. p. 20.

Felix a Lapedona, Prov. Picenae. — Ortus circa a. 1550, primum militares copias reipublicae Venetae fuerat secutus, postea vero seraphicae militiae nomen dedit. Per octo annos fuit Novitiorum Magister. Anno 1584 in Galliam et anno sequenti in Belgium missus est ut ordinem nostrum inibi propagaret. In Provinciam suam reversus a. 1596, obiit Maceratae a. 1615.

DE PISE, *Annales Cap.*, p. 130.
OLGIATI, *Annali*, I, 189-195.
LEGGENDARIO CAPP., III, 347-54.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 367-69.
ANNUAR. PROV. HOLL.-BELG., I, 44-46.
GODEFROY, *Les Capuc. en France*, t. I, Fasc. II, p. 25, 34.
ITALIA FRANC., 9 (1934) p. 310-28, 485-509: (Not. biogr. scriptae a P. Fulgentio a Lapedona). Cfr. *Collectan. Franc.* a. 1939, p. 456.

Felix a Lipari, (domo *Fenech*) Prov. Messanensis alumnus († 1866). Electus fuit Definitor Gener. a. 1844 et *Procurator Gen.* a. 1847. Insuper adnumeratus fuit inter Consultores S. Congr. Episc. et Regul. a. 1854. De dogmatica Theologia quemdam tractatum scripsit, cuius tamen primam tantum partem, duobus voll. comprehensam, typis dedit (Messanae 1857) sub tit. *Institutiones Theologicae ad usum studiosae iuventutis O. Cap.*

BULLARIUM CAP., X, 125, 178.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 270, 274.
GESUALDO DA BRONTE, *Elogio funebre del P. Fel. da Lip.*, Bergamo, 1867.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 156 n. 62.

Felix a Marola, laic. Prov. Genuensis. — E *Faggioni* progenie ortus a. 1713, habitum induit a. 1735. Mira pietate in Virginem Mariam claruit et quamquam artis chirurgicae peritus, humile munus tenuit quaestuandi. Obiit cum sanctitatis fama d. 25 sept. 1787. Eius Processus informativus ad finem ductus a. 1808, ob politicas vicissitudines Romam missus est tantum a. 1859.

FRANC. SAV., *I Capp. Genovesi*, I, 377-79.
COMPENDIO *della vita del Servo di Dio Felice da Marola*. Genova 1791.

Felix a Milano, — Comitali *Casati* genere ortus a. 1583, duo et viginti annos natus Ordinem seraphicum ingressus est. Mira emicuit caritate et operositate in aegrotos, qui Mediolani a. 1630-32 pestifera lue laborabant.

Immo, per totum pestilentiae tempus, a reipublicae Auctoritate omnium Valetudinariorum moderatio tum civilis tum religiosa P. Felici commissa fuit. Tantam ob beneficentiam grati animi ergo, in ipsa urbe via publica ei dicata est. Nuntius a suis civibus ad Hispaniarum regem mittitur a. 1644, sed, legatione functus in exilium eiicitur et in Corsicam insulam fraudulenter relegatur. Post duos annos ad suam revertitur Provinciam eamque iterum rexit a. 1647 et 1654. Tandem Romam petens ut Capitulo Gener. interesset (1656) d. 18 apr. eiusdem anni in Tuscia (Livorno) supremum diem obiit.

BERTANI, *Annali*, p. 210-224.
DE PISE, *Annales*, p. 827-31 (a. 1630).
LEGGENDARIO FRANCESCANO, XI, 346-
PELLEGRINO, *Annali*, II, 459-470.
VALDEMIRO, *I Capp. Milanesi*, II (Append. I).
CUTHBERT, *The Capuchins*, p. 365 s.
IDEM, *I Cappuccini*, p. 411-13.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, III, 972 (*Casati*).
SISTO DA PISA, *Il P. Casati dei « Promessi Sposi »*, Firenze, 1929.
ITALIA FRANC., 6 (1931) p. 388-404; *Del P. Felice Casati* (Ildefonso da Vacallo). — Cfr. etiam bibliogr. sub v. *Manzoni A.*

Felix de los Molinos, vide *Felix de Alamin*.

Felix a Montecchio (nunc *Treia*) Prov. Picenae. — Ex primis religiosis fuit, qui a. 1704 ad Thibetanam missionem profecti sunt. Eiusdem missionis exstitit etiam Praefectus Apost. Post duos et viginti annos Romam vocatus, scriptis suis, in officio secretarii, missionibus nostris prodesse non destitit. Obiit in Urbe a. 1732. Nonnulla de missione Tibetana scripsit.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss. Capp.*, VIII, cf. Ind. p. 418; IX, p. 2, 61.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 38.
STREIT-DINDINGER, *Bibl. Missionum*, VI, p. 13, 59, 79, 93 (De scriptis P. Fel.).
VECCHIETTI-MORO, *Bibliotheca Picena*, IV, 100.

Felix M. a Napoli, huius Prov. alumnus. — Domo *Garcia Guzman* ortus, mortuus perhibetur a. 1778; de eo notitiae particulares desunt. Plurima scripsit ediditque opera de re oratorica, historica et apologetica, inter quae numerantur: *Morale cristiana nella Orazione domenicale*, voll. 9 (Napoli 1747-52). — *Raccolta di trattati intorno ai doveri degli ecclesiastici*, voll. 9 (Ib. 1753-58). — *Storia della repubblica e dell'impero romano contro quella di Tito Livio*, voll. 5 (Ib. 1778). — *Dimostrazione della ignoranza dell'anonimo scrittore delle « Riflessioni sopra la Chiesa e il Clero »* voll. 3 (Ib. 1770). — Nonnulla etiam scripsit (ex. gr. *Allegazioni di Fr. Felice M. da Nap.*, s. l. et a.) de controversia quam ipse habuit cum Superioribus Gener. circa sua opera edenda.

BULLAR. CAP., VII, 397.
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 20.

APOLLINARIS, *Bibl. Neapolit.*, p. 80-90.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 24.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 221.
BONAV. DA SORRENTO, *Capp. Prov. Napoli*, p. 43.

Felix (B.) a Nicosia, in Sicilia, Prov. Messanensis alumnus. — Anno 1715, d. 5 nov., humilibus parentibus *Amoroso* ortus est et in Ordinem, laicali statu, recipitur d. 10 oct. 1745. Arctissima paupertate emicuit et caritate praesertim erga infirmos et in vinculis detentos. Miris claruit factis ita ut « Thaumaturgus » appellaretur. Sancte obiit Nicosiae d. 31 maii 1787. Leo XIII d. 12 febr. 1888 inter Beatos eum adscripsit.

BULLAR. CAP., X, 70 cf. Index p. 782.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 391-402.
ILG, *Geist des hl. Franz.*, III, 136-153.
LECHNER, *Leben d. Hl. Kapuz.*, II, 449-70.
ALEJO DE BARLETTA, *Vida del B. Félix de Nic.*, Santiago de Chile, 1889.
FELICI ICILIO, sac., *Bisaccia eroica. Vita del B. Fel. da Nic.*, Pisa, 1940.
FRANC. DA MONTE COLOMBO, *Vita...* Roma, 1888.
GESUALDO DA BRONTE, *Vita...* Catania, 1863.
IDEM, *Leben d. Fel. v. Nic.*, Mainz, 1888.
GIACINTO DA BELMONTE, *Compendio della vita del B. Fel. da Nic.*, Roma, 1888.
HENRI DE GRÈZES, *Vie du B. Félix*, Paris 1914.
ILLUMINATO DA ISCHITELLA, *Vita...*, Nap. 1838
LUIGI DA SEZZE, *Comp. vita...* Roma, 1888.
VENANZIO DA LAGOSANTO, *Breve sunto intorno la vita del B. Fel.*, Imola, 1888.
ANALECTA O. CAP., 1 (1885) p. 221 (*de translatione corporis B. Fel.*) — 61 (1945) p. 57 (Status Causae canoniz.) — Cfr. etiam *Index Gen.*, voll. 1-50 (1884-1934) p. 50.

Felix ab Olivola, alumnus Prov. Lucensis, concionator egregius et lector S. Eloquentiae. Natus a. 1873, Ordinem ingressus est a. 1888. Fuit primus e sua Provincia missionarius in Brasilia, ubi ab anno sui adventus (1931) per 17 annos incessanter ac strenue adlaboravit in Missione Pernambuci. Cum Italiam peteret morte in navi sublatus est die 30 Martii a. 1948. Illi multum cordi fuit Beatificationis Causa nostri piissimi Olindae episcopi, Vitalis M. Gonçalves de Oliveira de quo aliquas biographicas notitias typis vulgavit.

DOM VITAL (Periodicum editum Recife), XII, 1948, Jun.-Julho p. 81-109 (*Número especial dedicado a Frei Felix de Olivola*).
SQUILLA SERAFICO-MARIANA (Lucca), an. 1948, Num. 3, p. 7-8.

Felix a Pamplona, Prov. Navarrae. — Illustri gente *Bretos* natus, in patria obiit octuagenarius a. 1701. Fuit Concionator illustris, necnon a sacris confessionibus et Institutor apud proregem Navarrae et Catalauniae. Nonnulla scripta edidit de re ascetica, Conciones atque opus pro Praedicatoribus nostris *El Menor predicador Capuchino*, inscriptum, pluries editum.

PELLEGRINO, *Annali Capp.*, IV, 81.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 87.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 345.
ILDEFONSO, *Capuchinos de Navarra*, I, 222.
ANALECTA O. CAP., 8 (1892) p. 373.

Felix a Pedona, vide *Felix a Lapedona*

Felix a Porretta Terme, (1871-1945), prov. Tusciae lector sacrae eloquentiae pluries definitor et moderator in sua (1929) et in Neapolitana provincia (1923). Ingenio, eloquio ac humanitate fulgens omnes allexit atque verbum Dei per omnes Italiae partes magno cum plausu ac fructu administravit. Florentiae obiit die 19 aug. 1945. — Plurimas opellas edidit de re concionatoria, hagiographica etc.; hic tantum memorantur eius *Conferenze ecclesiastiche*, II ed. Torino 1913, et *Conferenze spirituali per le Comunità religiose* (1921).
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 24.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 671.
FRANCINI BRUNI ALESSANDRO, *In memoria di P. Felice da P.* — S. n. t. (1945), pp. 26.
ANALECTA CAP. 61 (1945) p. 76 s., necrol.
BOLLETT. UFFIC. PROV. TOSCANA, a. 1945 n. 33 p. 39-41, necrol.
RISVEGLIO FRANC., 1945, p. 15 s. necrol.

Felix a Russi, vide *Cantimorri F.*, episc.

Felix a Sambuca, (*Viscosi*), prov. Panormitanae. Natus a. 1734, in Ordinem ingressus est inter laicos, vigesimum primum annum agens. Fuit pictor bonae famae ita ut Princeps *Academiae Romanae* a Benedicto XIII dictus sit. Inter eius picturas eminent imagines B. M. Virginis miri artificii. Pinxit etiam tabulas pro beatificatione S. Laurentii a Brundusio (1783). Vitam vere seraphicam duxit obiitque Panormi mense decemb. a. 1805. Nonnullae eius depictae tabulae prostant in museo franciscano Ordinis nostri.
ANTONINO, *Stor. Prov. Palermo*; IV, 169-72.
FIAMMA SERAFICA (Palermo), a. 1933, p. 345-347.

Felix M. a Sellano, Prov. Umbriae. — Ortus familia *Severini* a. 1656, inter nostrates cooptatus est a. 1675. In Georgiam a. 1693 mittitur Evangelii preco illaque in regione multum adlaboravit, donec, morbo urgente, a. 1698 in suam Provinciam redire cogitur. Interea quum Georgiae res in peius ruerent, ab Innocentio XII P. Felix legatus mittitur ad Regem Persarum (1699), qua legatione mirifice functus, in Italiam revertitur an. 1701. Obiit Assisii a. 1720.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 374-76.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 87 ss.
IDEM, *Le Missioni*, VII, 125, 129-42, 231.
FRANC. DA VIC., *I Missionari*, p. 173-82.
ITALIA FRANC., 3 (1928) p. 123-132; 4 (1929) p. 141, 335, 453, 518, *P. Felice Ambasciatore del Papa al re di Persia* (Franc. da Vicenza). Separatim editus: Vicenza 1930.

Felix Spinelli, vide *Maria Felix*

Felix a Treia, vide *Felix a Montecchio*

Felix Ios. ab Ubrique, Prov. Baeticae seu Andalusiae alumnus († 1731), Lector, Minister Prov. et Concionator apud aulam Philippi V regis et in tota Hispania celeber. Illius eloquentiae monumenta exstant *Conciones*, *Orationes funebres* et *Panegyrici*, quae patria lingua typis dedit.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 87.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 346.

Felix M. a Wheeling (*Kirsch*), prov. Pennsylvaniae alumnus. — Natus a. 1884, habitum seraphicum sumpsit a. 1903, obiit in Washington die 21 martii 1945. Magnum nomen sibi acquisivit in Statibus Foederatis Americae peculiari peritia in rebus educationem christianam attinentibus. Plura de hac re scripsit, praesertim in commentariis periodicis, sed opus eius vulgatissimum illud est quod inscribitur *The Catholic Teacher's Companion* (Comes magistri catholici) primum editum a. 1924 (New York) ac subinde pluries reimpressum. Opus in 4 partes divisum agit I° de dignitate magisterii et de dotibus magistri; II° de natura educationis sub aspectu morali; III° de educatione intellectuali; IV° de modo scholas dirigendi.

Inter alia eius opera haec adnotantur: *The Classics. Their history and present status in Education*. Milwaukee, 1928. — *Franciscan education*. Ibid. 1928. — *Sex education and training in Chastity*. New York 1930.
FRANCIS SERAPH. LAING OF CUMBERLAND, Fr. *Felix M. Kirsch. A sketch of his life and activities*. Pittsburg Pa., 1946, pp. 101.
ANNALS *Cap. Prov. St. Augustine*, I (1946) N. 1, p. 27-35 (*Necrology*).
FRANC. STUDIES, 1945, p. 317 (Necrol.).

Feltre (Dioecesis), vide *Belluno-Feltre*

Fenech F. X.,
vide *Franciscus Xav. a Floriana*

Ferdinandus Philippus Dux Alenconiensis, vide *Alençon (Philippe de)*

Ferdinandus a Bolzano (*Della Scala*), Prov. Tirolensis alumnus. — Ortus a. 1866, ad nos venit a. 1883, et defunctus est Oeniponte (Innsbruck) die 3 maii 1906. Fuit scriptor fecundus ac poeta laudatus, suae patriae vere amator, itemque populo suo carissimus. Cultum erga S. Fidelem a Sigmaringa maxime promovit, eiusque actam vitam et gesta non semel descripsit et typis tradidit. Nonnulla etiam scaenicas fabulas et varia poemata evulgavit.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.*, II, p. 706.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 51-53.
CONSTANTIUS VON GASCHURN, *P. Ferd. von Scala der Patriot und Dichter im Franziskuskleide*. Bozen, 1906.
MAZAKARINI LEOPOLD, *Lebensbild eines Tiroler Dichters (P. Ferd.)*. Freiburg. 1903.

Ferdinandus a Varese, Prov. Mediolanensis. — *Beltrami* familia natus a. 1739, vota religiosa emisit a. 1757. Fuit Concionator et S. Scripturae Lector bonae famae. Edidit: «*L'Ecclesiaste di Salomone*» (Milano, 1773) et «*Saggio sopra il libro di Giobbe*» (Ib. 1774). — Obiit a. 1805.

VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, II, 520-22.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 108.
HURTER, *Nomenclator*, V, 684.
DICTIONN. DE LA BIBLE, I, 1571.

Fère, La (*Fara*) in Prov. Parisiensi. — Olim exstitit Conventus a. 1644 fundatus.

BULLAR. CAP., V, 389.

Ferentillo (*Ferentillum*) in Prov. Umbriae. — Conventus in declivitate montis erectus a. 1578, civilis legis decreto abrogatur a. 1866. Ecclesia S. Illuminatae Virg. fuit dicata.
Fratribus huius loci, tempore aestivo in loco *San Mamiliano* dicto, per modum Hospitii morari posse, a S. Congr. Regul. an. 1702 indultum est.

BULLAR. CAP., II, 148 (Hospitium), 435.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAFICA, p. 27.

Feriolum (?), vide *Tiriolo*

Ferla (*Ferula*) in Prov. Syracusana. — Anno 1579 conditus est conventus in summo colle civitatis. Dirutus ob terraemotum a. 1693, statim restituitur. Ecclesia dicata fuit B. Mariae de Itria. Anno 1927, decreto S. Congr. Relig. diei 6 iunii, conventus canonice abrogatur, sed re non clauditur.

BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Memor. Prov. Sirac.*, p. 109.
ANALECTA O. CAP., 43 (1927) p. 184.

Fermo (*Firmum*) in Prov. Picena. — Primus conventus a S. Savino nuncupatus in monte Vissiano, quem nostri a. 1535 acceperant, dirutus fuit. Alter vero, sub titulo S. Laurentii mart. exstructus a. 1595, circa napoleonicae dominationis tempus derelictus est. Conventus praesens exstat ab an. 1851, et sedes quoque Studii Generalitii extitit. Ecclesia, S. Laurentio martyri olim dicata, anno 1909 duplicem titulum obtinuit, S. Ioseph scilicet et S. Laurentii.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 174, 216, 437; X, 480.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio*, p. 372.
IDEM, *Iscrizioni*, p. 9-12, 40, 166, 168.
IDEM, *I Franc. nelle Marche*, p. 41.
BERNARDO DA CAPANNORI, *Discorso proemiale ai Capp. dell'Archiginnasio di F.*, Fermo, 1861.
ANALECTA CAP., 15 (1899) p. 126 col. I (*de Studio Gener.* notitiae quaedam).
ITALIA FRANC. 24 (1949) 327-28 (Studio Gener.).
VITA FRANCESCANA (Loreto), a. 1929, p. 82, 107-110; a. 1933, p. 242-265 (Novum Seminar. seraph.).

— Monasterium S. Hieronymi, *monialium Capuccinarum*, exstat ab a. 1662.

BULLAR. CAP., II, 438.
GIUS. DA FERMO, *Iscrizioni*, p. 145.
ANALECTA CAP. 50 (1934) p. 198.

Fernandez de Sobrado Dominicus a Benaocaz, episc. — Ex praenobili prosapia ortus est a. 1733. Ordinem ingressus a. 1747, Prov. Baeticae seu Andalusiae fuit definitor. Electus est episcopus dioec. *Septensis* (Ceuta) a. 1785 et obiit a. 1811 (vel 1812).

BULLAR. CAP., IX, 266.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 124.
DICTIONN. HIST. ECCL., VII, 1028.
GAMS, *Series Episcoporum*, p. 25.
LOPEZ A., O.F.M., *Obispos en el Africa sept. desde el s. XIII.* (Tanger 1941) cf. pag. 244-47.
ARCHIVO IBERO-AMER. 21 (1924), p. 219, 347.

Ferrandina in Prov. Lucaniae, seu Salernitana. — Primus Conventus, exstructus a. 1566, postea derelictus est ob aëris insalubritatem. Alter, aedificatus a. 1615, supprimitur a. 1866. Ecclesia dicata fuit S. Petro Apost.

BULLAR. CAP., III, 53 s. 310.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 144, 396 ss.
ANALECTA O. CAP., 55 (1939) p. 242.

Ferrara (*Ferraria*) in prov. Bononiensi. — Nostri, praeter praesentem, quatuor ibi conventus habuerunt. 1. Primus conditus est an. 1537 in loco vulgo *Calafassi* dicto, vel *de Misericordia*, extra Romanam seu S. Georgii portam. — 2. Solitarium hunc locum postea reliquerunt fratres an. 1551, ut aliud coenobium sibi aedificarent prope sororum monasterium, quae a *S. Lucia* nuncupantur. — 3. Paucis post annis (an. 1563) novum conventum in *via Soncina et Columbara* situm fratres nostri incolere coeperunt, eiusdem ecclesia sanctis Petro et Paulo Apostolis rite dicata. — 4. Quartus conventus maiorem amplitudinem exhibens an. 1587 exstructus est in *viculo S. Lucae* extra portam S. Pauli. Ecclesia dicata fuit S. Maurelio Episcopo et Martyri. — 5. Verum quum postea, non multis elapsis annis, oportuerit ibidem arci excitandae aptum situm quaerere atque ideo claustrale aedificium penitus demoliri, an. 1612 praesens pro fratribus aedificatum est coenobium eidem S. Maurelio dicatum, in via, olim a S. Benedicto nuncupata, modo vero *Corso Porta Po* dicta.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. VI.
MONUM. HIST. O. CAP., IV, 306.
BULLAR. CAP., II, 225, 232, 439.
BOVERIO, *Annales*, I, 184.
LEGGENDARIO CAPP., II, 132.
PELLEGRINO, *Leggenda d. Capit.*, p. 14.
GUARINI M., *Comp. histor. delle Chiese di Ferrara* (1621) p. 146 (de ecclesia Cap.).
SALVATORE, *La Prov. di Bol.* p. 29-31, 229.
SALVATORE DA SASSO MARCONI, *I Cappuccini in F.* (*1537-1937*). Isola del Liri, 1938.

ITALIA FRANC., 4 (1929) p. 342-55: *Chi ha fondato il I° conv. dei Capp. a Ferrara?*; 13 (1938) p. 341-64: *I Capp. a Ferrara* — 18 (1943) p. 19-32, *Dei due primi conventi della Prov. di Bologna.* (Salvat. da Sasso).
ZELATORE FRANCESCANO, a. 1925, p. 176-178.

— Monasterium monialium *Capuccinarum* ibi exstat iam ab a. 1609. In eo floruit *Benedicta Gambarini*, quae recensetur suo proprio loco.
BULLAR. CAP., II, 229, 441.
GUARINI M., *Comp. hist. d. Chiese di Ferrara* (1621), p. 166 (Cappuccine).
BOLLETT. FRANC. STOR. BIBLIOGR. a. 1934 pag. 104.

Ferrara, (*archidioecesis*). Ex FF. Capuccinis huic *Ferrariensi* Arch. praefuit Ven. Bonaventura BARBERINI a Ferrara, et quidem ab an. 1740 usque ad a. 1743, quo vita cessit.

Ferreri M., vide *Matthias a Cavallermaggiore*

Ferretti (card.),
vide *Milesi Pironi Ferretti*

Ferretti Gabriel (card.) Anconitanus (natus a. 1785, obiit d. 13 sept. 1860). Cardinalis Protector Ordinis nostri exstitit ab a. 1854.
ANALECTA O. CAP., 12 (1896) p. 367.

Ferula, vide *Ferla*

Fiacrius a Kilkenny. Prov. Hiberniae. — E ditissima familia *Tobin* a. 1620 circiter ortum habuit. In ipso aetatis flore in Galliam perrexit atque in nostro coenobio Charleville, quod Hiberniae fratrum erat, religiosum habitum accepit. Studiis peractis et sacerdotio auctus, a Superioribus in patriam a. 1646 remissus est. Ibi gravi atque periculoso munere apostolico functus est, maxime inter catholicos ab haereticis exagitatos. Initio a. 1656, dum in sacerdotes catholicos persecutio fervet, in vincula coniectus est. Ne tamen illius capitalis sententia catholicis proficeret, in exilium perpetuum commutata poena, in insulas *Barbados* relegatur. Navi conscensa, iam infirmus et tot vexationibus fractus, interim in ipso itinere obiit d. 6 mart. 1656 apud Kinsale civitatem. Eius beatificationis Causa a. 1919 incoepta est una cum eiusdem martyrum concivium, inter quos etiam illius consodalis Ioan. Bapt. Dowdall ab Ultonia adnumeratur († 1710).
BULLAR. CAP., V, 276.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 360-362.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, II, 461.
NOTITIA *hist. Prov. Hibern.*, p. 14.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 193-200.
ANALECTA CAP., 34 (1918) p. 6, 74; 35 (1919) p. 128, 145, 148. — 61 (1945) p. 60 (Causa beatific.).
FATHER MATHEW RECORD, 6 (1913) p. 33, 52; 12 (1919) p. 172, 190: *Cause of beatification.*
FRANC. ANNALS, 26 (1902) p. 234-37, *A forgotten Irish Capuchin.*

Ficarius, vide: *Fiacrius.*

Ficicampus, vide *Fécamp*

Ficulle (Ficullum) in Prov. Romana. — Conventus circa a. 1570 aedificatus, a. 1863 regio decreto confiscatus fuit. Ecclesia S. Mariae Gratiarum dicata fuit.
BULLAR. CAP., II, 433.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 58.

Fidelis ab Annecy, laicus Prov. Lugdunensis, qui pro fide occisus est tempore gallice subversionis a. 1790 una cum aliis sui Instituti sodalibus.
vide *Benedictus a Beaucaire et socii mart.*

Fidelis ab Avola, Prov. Syracusanae. — Familia *Lentini* natus a. 1829, Ordinem ingreditur a. 1852. Ad missionem Brasiliensem missus est a. 1861 et tanquam castrensis militum sacerdos, bello tunc saeviente cum Paraguay, emicuit. Administrator Apost. et Commissarius Gener. in Paraguay nominatus a. 1868 ibidem stetit per septem annos. In Brasiliam reversus, totius missionis electus est Praefectus Apost. - Obiit in *Rio de Janeiro* d. 9 sept. 1896.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 327, 329.
GIUS. DA CASTROGIOVANNI, *Notizie della Miss. di Rio de Janeiro* (1910), p. 95-99.
MODESTO, *Miss. no Brasil*, p. 385-90.
SAMUELE, *Memor. Prov. Sirac.*, p. 474-84.
ANALECTA O. CAP., 12 (1896) p. 352.
L'ARALDO DEL GRAN RE, a. 1935, p. 182-185.

Fidelis a Ferrara vide *Sutter F.*, episc.

Fidelis a Montclar, Prov. Catalauniae. — Natus est a. 1867 e familia *Pujol*. In Americam profectus, ibi habitum nostrum sumpsit in Conv. Ibarrae (Aequator). Praefecturam Apost. *Caquetensem* (Caquetá in Columbia) primus rexit ab a. 1905 ad a. 1930. In suam Provinciam reversus, mortem oppetiit in conv. Arenys de Mar d. 21 mart. 1934. Plurimas de sua missione *Relationes* scripsit.
ANALECTA O. CAP., 50 (1934) p. 214.
APOSTOLADO FRANC. (Palma) an. 1935, p. 4-9.
CATALUNYA FRANC., an. 1934, p. 86 s.

Fidelis a Napoli (*Filippi*), prov. Neapolitanae magister novitiorum et concionator; pro missionibus internis strenue adlaboravit († 1750).
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, I, 396-404.
BONAVENTURA, *Capp. Prov. di Napoli*, p. 21.
EMANUELE DA NAPOLI, *Vita del Servo di Dio P. Fed. da Nap.*, Napoli 1757.

Fidelis a Roma, *Balzani* familia, Romanae provinciae alumnus. — Anno 1866 natus est. Civilis iuris lauream adeptus, forum reliquit et a. 1895 tunicam nostram induit. Sacerdotio auctus, missionem Raetiae in Helvetia adit et

postea eidem missioni d. 21 ian. 1913 praeficitur. Multarum qua pollebat linguarum notitia non parum illi valuit ad uberes in vinea Domini fructus colligendos. Obiit Coirae d. 29 iun. 1918.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 150, 162.
ANALECTA CAP., 29 (1913) p. 70; 34 (1918) p. 170.

Fidelis a S. Biagio Plàtani, (*Tirrito*), prov. Panormitanae. Natus an. 1717, fit Capuccinus an. 1739. Picturae studiis Panormi et Romae vacavit, eiusque picta opera exstant in conventibus suae Provinciae, praesertim Panormi, nonnulla vero etiam in Museo franciscano Ordinis nostri. Edidit, inter alia *Dialoghi sopra la Pittura* (Palermo, 1788). Obiit a. 1801.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. CAP., p. 21.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, IV, 144-49.
EGIDIO, *Catal. Scrittori*, p. 51.
FEDELE DA S. BIAGIO, *Dialoghi*, 1788, (Notizie autobiografiche) cfr. pag. 5, 8, 10, 18, 20, 55, 71, 86, 92, 94, 107, 192, 206, 240, etc.
MIRA G., *Bibliogr. Siciliana*, I, 347.
LA SICILIA SERAFICA, 3 (1905) p. 409.

Fidelis a S. Germano Vercellese, Prov. Mediolanensis. — Ortus a. 1569, in Ordinem ingressus est a. 1585. Sui temporis celeberrimus Concionator omnia ferme Italiae loca peragravit. Supplicationem eucharisticam « Quadraginta Horarum » maxime fovit; item marianam pietatem et devotionem verbis et factis propagavit. Anno 1623, dum Neapoli suam Provinciam petit, Romae obiit. — Sermones et nonnulla de re ascetica typis mandavit.

DE PISE, *Annales Cap.*, p. 423-426.
OLGIATI, *Annali Capp.*, II, 131-46.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 20.
LEGGENDARIO CAPP., V, 125-139.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 87.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 252.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 349.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 103.
DE GREGORY, GASP. *Istoria della Vercellese letteratura* (1819), III, 120.
VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, II, 115-26.

Fidelis a Scandiano (*Minari* familia) laicus Prov. Parmensis. — Viginti annos natus, inter nos cooptatur a. 1738. Artis *mechanicae* valde peritus, apud Universitates studiorum Papiae (1769-73) et Mutinae (1774-79) egregie adlaboravit. Construxit etiam optima *Tabernacula* lignea quae adhuc exstant in nostris ecclesiis, nempe in Scandiano, S. Martino in Rio et Novellara. Pie obiit Mutinae d. 24 dec. 1779.

CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 166.
I FRANCESCANI *a Reggio Emilia* (1927) p. 66.
IL CONVENTO *dei Cappuccini di Modena*. — IV Centenario (1939), p. 13, 14, 27.

Fidelis (S.) a Sigmaringen, martyr., Prov. Helveticae. — Natus a. 1577, Iuris civilis studiis vacavit; at fori pericula expertus, non multo post statum ecclesiasticum elegit. Sacerdotio vero auctus mense sept. 1612, statim Ordinis nostri habitum sumpsit d. 4 oct. eiusdem anni. In sacro ministerio inter catholicos et heterodoxos ita excelluit, ut S. Congr. de Prop. Fide cum missiones in Raetia statuisset, his praeficere voluit Fidelem a Sigmar. - Ibi, quo uberius a fide errantes ad bonam frugem reduceret, multas tulit iniurias. Propterea, odio haereticorum in se concitato, d. 24 apr. 1622, in ecclesia loci *Seewis*, cum dolose ab ipsis ad praedicandum invitaretur, violenter lacessitus et oppugnatus martyrii palmam consequutus est. An. 1729, tamquam S. Congr. Prop. Fidei *Protomartyr*, inter Beatos et d. 29 iun. 1746 in albo Sanctorum adscriptus est.

De scriptis variis a S. Fideli a Sigmaringa typis editis fuse tractatur apud « Anal. O. Cap. » a. 1922, p. 123-26, 332; hic tantum memorari liceat perpulchram opellam cui titulus: *Exercitia Seraphicae Devotionis*, pluries impressam et varias in linguas versam.

BULLAR. CAP., I, 183; IV, 27, 63; X (cf. Ind.)
ANNALES MINORUM ad an. 1611 nn. 17-22; 1615 n. 73; 1620 nn. 117-19; 1622 nn. 6-14.
DE-PISE, *Annales Cap.*, p. 413-16.
OLGIATI, *Annali*, II, 56-116.
SILVEST. MEDIOL., *Annales Cap.* p. 248-333.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 299-474.
LEGGENDARIO CAPP., IV, 343-72.
LEGGENDARIO FRANC., XII, 83 ss.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, I, 67.
CHRONICA PROV. HELV., p. 87-95, 427, 651.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* II, 47, 61-119, 124-26, 147, 168, 238, 523, 700 s.
CLEM. DA BRESCIA, *Miss. Rezia*, p. 454-96.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, I, cf. Ind.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 141-50.
STANISLAUS, *Franziskan. Mystik*, p. 130.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 88.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 252.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 342.
POTTHAST, *Bibl. Hist. M. Aevi*, p. 1310.
ILG, *Geist d. hl. Franz.*, I, 335-52.
LECHNER, *Leben d. Hl. Kapuz.*, I, 1-78.
FESTSCHRIFT... (vide infra: *Sankt Fidelis*)
ADRIANUS V. BERGEN-OP-ZOOM, *De Hl. Fidelis van Sigm.* Rotterdam, 1922.
ANGELO M. DA VOLTAGGIO, *Vita...*, Genova 1696.
ANTONIUS M. AUGSCHELLER V. BRIXEN, *Lebensgeschichte d. hl. Fid.* Bregenz, 1889.
AUGUSTINUS M. ILG, *Friar Faithful. St. Fid. of Sigmaringen.* Detroit, 1934.
BALDUINUS HÜRTH V. BERG, *St. Fidelis v. S. der getreue Heilige.* Einsiedeln, 1923.
BRUNO GOSSENS, O.Cap., *Der hl. Fidelis v. Sigm. Lebensbeschreibung.* München 1933 (cf. *Collectan. Franc.* a. 1934 p. 101-03).
DANIEL DE PARIS, *Vie...*, Paris, 1731.
DOMENICO DA ORIGGIO, *Vita...*, Milano 1922.
FELIX DE GRANADA, *Vida...*, Madrid, 1669.
FERDINAND VON SCALA (V. BOZEN), *Der Hl. Fidel. v. Sigm.* Mainz, 1896.

IDEM, *St. Fidel v. Sigm. Trauerspiel in vier Akten...*, Lindau, 1897.
FIDÈLE DE LA MOTTE-SERVOLEX, *Avocat, religieux, martyr, ou St. Fidèle.* Paris, 1901.
FRANCISCO DE AJOFRIN, *Comp. de la vida del abogado de los pobres, S. Fid. de Sigm.* Madrid 1786.
GIUSEPPE DA CANNOBIO, *Vita...* Milano, 1749.
LEONE DA LAVERTEZZO, *S. Fedele...* Milano, 1922.
LUCIANUS EX SCHRUNS VALLIS MONTIFONTANAE, *Probatica Sacra Cisarulana...* (Vita S. Fid.) Constantiae 1674 (*versio german.* ibid. 1674).
MASSIMILIANO DA VANGHENA, *Vita...* Roma, 1746.
SCHICK J. G., *Leben...* Schaffhausen, 1852.
SCHNELL EUGENIUS, *Neue Beiträge zur Geschichte u. Literatur des hl. Fid. v. Sigm.* Sigmaringen 1879.
SILVESTER A MILANO, *Vita...*, Mediolani, 1730.
IDEM, *Comp. d. Vita...*, Venezia 1729.
THÉODORE DE PARIS, *Vie...* Paris, 1745.
URBANUS VAN ISEGHEM, *Hou et Trouw.* (St. Fid. van Sigm.) Antwerpen, 1938.
VIGEL PLAZIDUS, O. S. B., *Lebensbeschreibung d. Hl. Fidelis v. Sigm.*, Constanz, 1623.
WAITZENEGGER FRANZ IOS., *Fidelis v. Sigm. Eine merkwürdige und lehrreiche Geschichte.* Augsburg 1817.
ZIMMERMANN, J. A., *Der hl. Fid., Sein Leben...* Innsbruck, 1863.

ANALECTA O. CAP., 38 (1922) p. 18, 49, *de S. Fideli historicae ac liturgicae indagines;* p. 84, 120, 329, *Bibliogr. histor. S. Fid. et de Scriptis S. Fid.;* 40 (1924) p. 106-08, *S. Fidelis sententiae quaedam.* 63 (1947) p. 209-14, *Puncta historica in Causa beat. et canon. S. Fidelis* (1623-1771).
COLLECTAN. FRANC. 18 (1948) 273-85, *Zur chronologie des Lebens des Hl. Fid. v. Sigm.* (P. Siegfried).
PRIESTERBLAD (Brugge), 30 (1949) 48-51, *Een vergeten Boek:* « *Exercitia seraph. devotionis* » S. Fid.
SANKT FIDELIS, 33 (1946) p. 169-307: *Festschrift anlässlich des 200 jährigen Jubiläums der Heiligsprechung unseres P. Fidelis v. Sigmaringen.* — Inter alia studia cfr. p. 269-298, *Das Schrifttum des hl. Fidelis und sein Schicksal.* (P. Adalbert v. Stans).

Fidelis a Zara (*Busotti*), prov. Venetae alumnus. — Natus a. 1728, iam sacerdos habitum Capuccinorum induit 27 annos natus. Concionator in Italia et Dalmatia; theologus arciepiscopi Spalatensis aliorumque pro quibus negotia pertractavit apud imper. Franciscum II. Socius exstitit plurium Academiarum. Obiit Spalato a. 1801, plurima opera relinquens quorum potissimam partem ineditam: *Carmina* latina et italica, *Relationes academicas* de oeconomia rurali, opuscula *ascetica*, *conciones*, etc. — Inter opera edita habentur: *Notizie istoriche concernenti il P. Marco d'Aviano*, voll. 2, Venezia 1798; *Riflessioni ed istruzioni intorno all'uso ingiusto del denaro.* Ibid. 1802.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 21.
GIOV. CRISOST., *Bibliot. Capp.*, p. 99-105.
HURTER, *Nomenclator*, v, 621 (n. 1).
FERRARI, *Onomasticon* (Bibliogr.), p. 298.
MELZI, *D.zion. Op. anon.*. II, 392, Quesito sciolto e difeso.
UNIONE SERAFICA (Venezia), XIV, 1948 N. 1, p. 11-16: *P. Fedele da Zara poeta latino.*
VENEZIE FRANC. a. 1936, p. 40-42, *G. B. Morgagni nei ricordi di un Cappuccino coevo.* (Tergolina U.) — cfr. *Collectan. Franc.*, 1941, p. 592 n. 931.

Fidentiola, vide *Fiorenzuola d'Arda*

Fidenza (*Fidentia*), olim Borgo S. Donnino, in Prov. Parmensi. — Conventus exstructus an. 1573-74 in loco vulgo « *Pusterla* » adveniente suppressione an. 1866, amissus et destructus est. Anno vero 1875 alter aedificatus est extra urbem cum ecclesia S. Cordi Iesu dicata.

BULLAR. CAP., II, 441; X, 678, 679.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 29 tab. VI.
BOVERIO, *Annales*, I, 853 (a. 1580).
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, III, 338.
CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, p. 28, 50, 59, 166-69.
FRATE FRANC. (Parma) a. 1935, p. 267 s.

Fiera di Primiero, vide *Primiero.*

Figeac (*Figiacum*) in Prov. Tolosana. — Anno 1624 conventus exstructus est apud ecclesiam B. M. V. vulgo « du Puy ». Fratres inde expulsi sunt a. 1792.

BULLAR. CAP., V. 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.*, I, 130.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 67.
IDEM, *Hist. Prov. Aquitaine*, p. 240-44.

Fighinum, vide *Figline Valdarno*

Figiacum, vide *Figeac*

Figline Valdarno (*Fighinum*) in Prov. Tusciae. — Fratres domum et ecclesiam S. Romuli acceperunt a. 1567, ibique manserunt usque ad a. 1885.

BULLAR. CAP., II, 454.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 276-78, 435, 443.
SISTO, *Stor. Capp. Toscani*, I, 637 (Ind.); II, 187, 311.

Figueras (*Figuerium*) in Prov. Catalauniae. — Conventus an. 1584 fundatus iuxta sacellum S. Rochi, ob aedificationem arcis S. Ferdinandi, eversus est a. 1757. Alter, constructus a. 1760, civili decreto abrogatur a. 1835.

BULLAR. CAP., V, 316, 413.
ANALECTA O. CAP., 5 (1889) p. 355.

Filadelfia in Costa Rica, Custodia Americae centralis dependens a Prov. Catalauniae. —

Paroecia huius loci, erecta an. 1896, administratur a fratribus Capuccinis.
DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP., (1929) tab. XII.;
PACÍFICO, *Capuch. en América centr.* II, 76.
ZENÓN DE ARENYS DE MAR, *Los Capuch. en Costa R.ca* (Cartago 1936), p. 38 s.

Filchius B., vide *Benedictus a Canfield*

Filiae Septem Dolorum B. M. V. (vulgo « Serafitki ») vide *Honoratus a Biala*..
Filiationis Litterae, vide *Aff.liatio*
Filicaia Ludov., vide *Ludovicus a Firenze.*
Filles de Sainte Madeleine vide *Athanasius Parisiensis.*
« **Film** » (Pellicula), vide *Cinematographia.*
Filocastro, vide *Motta Filocastro*
Filomarino I., vide *Franciscus a Napoli*

Filottrano (*Filoctranum*) in Prov. Picena. — De primo conventu a. 1569 condito, ecclesia tantum superest sub titulo B. M. V. vulgo « di Tornasano ». — Alter conv., sub tit. S. Laurentii mart. exstructus est a. 1611, et a. 1867 abrogatur. — Novissimus tandem conv. a. 1883 erectus sub eodem tit. S. Laur., a. 1909 abalienatur.
BULLAR. CAP., II, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio*, p. 372.
IDEM, *Iscrizioni*, p. 13.

Finale Emilia (*Finalis Mutinae*) in Prov. Parmensi. — Conventus a fratribus antiquae Prov. Bononiensis conditus a. 1575 cum ecclesia dicata S. Francisco Assisiensi, abrogatus est a. 1810.
BULLAR. CAP., II, 367, 441.
CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 52-54.

Finale Ligure, olim Finalmarina (*Finarium*) in Prov. Genuensi. — An. 1582-85 conventus aedificatus est iuxta ecclesiam SS. Nazarii et Celsi, qua diruta a. 1628, nova erigitur sub tit. S. Francisci Assisiensis.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
BULLAR. CAP., II, 367-68, 450.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, II, 141-60; v, (Ind.)
FELICIANO DA TAGGIA, *Cenni intorno al Conv. d. Capp. di Final M.*, Genova, 1880.
ACTA, *Prov. Genova*, a. 1941, p. 23-28 (La nostra Chiesa e gli scavi fatti nel 1939); an. 1944, fasc. 20, p. 22-24 (Donazione al Conv.).

Finalmarina, vide *Finale Ligure*
Finarium, vide *Finale Ligure*
Finigan I., vide *Ioannes M. a King's Lynn*
Fiore I., vide *Ioannes a Crópani*

Fiorenzuola d'Arda (*Fidentiola*) in Prov. Parmensi. — Conventus in hoc loco exstitit ab an. 1619 usque ad eversionem napoleonicam (1805). Ecclesia S. Conrado Placentino T.O.F. fuit dicata.
BULLAR. CAP., II, 441.
SILVEST. MEDIOL., *Annales Cap.*, I, 190.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali Capp.*, I, 237.
CIRILLO, *Memorie stor.*, I, 114-17.

Fiorini Angelus, a Sassalbo, episc., Prov. Parmensis alumnus. — Natus est a. 1861 in oppido « Campiglia Marittima » et habitum relig. induit a. 1876. Sacerdotio insignitus a. 1883, fuit S. Theologiae et Philosophiae Lector et bis Definitor Prov. — Physicis disciplinis operam navavit, eique debetur quoddam instrumentum a se ingeniose inventum « De vitandis occursionibus in viis ferratis » quod ipse descripsit in opusculo cui titulus: *Sistema di blocco automatico e a mano* (Roma, tip. del Genio Civile, 1906). Anno 1899, die 1 sept., ad sedem episcopalem *Apuanam* (Pontremoli) promotus est, eamque prudentia et operositate rexit. — Obiit d. 5 maii 1929.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 328-30.
IN MEMORIA *di Mons. A. F. vescovo di Pontremoli.* Borgotaro 1930.
DAVIDE DA SAVIGNANO, *Elogio funebre*, Reggio Emilia 1930.
ROBERTO DA NOVE, *Mons. A. Fiorini. Commemorazione.* Borgo Val di Taro, 1930.
ANALECTA CAP., 45 (1929) p. 209-12.
ECO S. FRANC., 1899, p. 578-80: *L'invenzione di Mons. F. per evitare gli scontri ferroviari.*
FRATE FRANC. (Parma), a. 1929, p. 166, 236-245 (Necrol. e Discorso funebre).

Firenze (*Florentia*) in Prov. Tusciae. — Primus conventus sub titulo SS. Conceptionis fundatus est a. 1537 iuxta viam Bononiensem tertio ab urbe milliario. Derelictus a. 1787, nunc a Sororibus a S. Franc. Stigmatibus nuncupatis incolitur. Alter conv. qui prius ad PP. Humiliatos pertinuit, dein vero ad alios etiam Ordines, tandem a. 1572 nobis oblatus est. Situs est in colle vulgo « Montughi » eiusque ecclesia S. Patr. Francisco dicata est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 36 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 406-07, 454; IX, 14; X, 232.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 34-43, 360-63, 508-12.
IL MUSEO *missionario indiano dei Cappuccini di Montughi-Firenze.* Firenze 1933.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I-II (cf. Ind.).
FIORESI ANTONINO, *Il convento di Montughi ed i Cappuccini nelle feste centenarie di S. Felice da Cantalice.* Firenze 1887, pp. 65.
ANALECTA O. CAP., 46 (1930) p. 39.
ITALIA FRANC., 12 (1937) p. 364-79, *Firenze a S. Felice da Cantal.* (Filippo Bernardi).
RISVEGLIO FRANC. a. 1927, p. 218-25, 246-55 (Domus variae Cap.). — a. 1931, p. 5, 40 (Museum miss.).
— Circa Hospitium apud *Nosocomium S. Mariae Novae*, cfr. BULLARIUM, IX, 180-82; MEMORIALE (s. c.) p. 368-85, 640-52; SISTO, *op. cit.* I, 638; II, 556.

— Monasterium monialium *Capuccinarum*, fundatum est a. 1725 in Via Malcoltenti (nunc Via 28 Ottobre). Post suppressionem con-

ventuum translatum est in colle *Montughi*.
BULLAR. CAP., II, 423, 455.
FIORESI A., *Chiesa e Conv. delle Cappuccine di Montughi*. Firenze, 1890.

Firminus ab Alcaraz,
vide *Sanchez Artesero*, episc.

Firminus a Centellas (*Mata Homs*), prov. Catalauniae lector ac definitor. Ad Brasiliensem missionem ivit a. 1854, ubi Seminarium S. Pauli erexit. In provinciam reversus, obiit in conv. Arenys de Mar die 17 apr. 1893. — Plures libros praelo dedit, inter quos: *Compendio de Filosophia Racional*. São Paulo 1864. — *Historia de la Filosofia*. Barcelona 1889. — *Sermoes*. Rio de Janeiro 1867.
FRANCISCALIA (Barcelona 1928) p. 222.
BASILI DE RUBÍ, *Necrologi*, p. 108.
ELIES DE MOLINS, *Diccion. escritores catalanes* (Barcelona 1889) p. 147.
MODESTO, *Mission. no Brasil*, p. 438-40.
ANALECTA CAP. 10 (1894) p. 127.

Firmium Jullium, vide *Motril*

Firmum, vide *Fermo*

Firmus a Sint-Truiden (*Vanhoren*), antiquae prov. Flandro-Belgicae lector († 1828). — Plura opera ascetica, lingua neerlandica conscripta, typis commisit.
FRANC. LEVEN, 17 (1934) p. 317-320.
UNI TRINOQUE, 5 (1936-39) p. 272-276.

Fiscanum, vide *Fécamp*

Fiuggi, olim Anticoli (*Anticolum*) in Prov. Romana. — Conventus a. 1450 a PP. Conventualibus fundatus, nobis traditus est eo ipso anno (1535) quo omnes fratres conventuales, qui in eo degebant, ad nostrum Ordinem transierunt. Ecclesia dicata est S. Mariae, vulgo « in Campagna » nuncupata.
In loco *Fiuggi-Fonte*, cura superiorum Prov. romanae, nova Ecclesia aedificata est a. 1922 in honorem B. M. V. sub titulo « Regina Pacis ».
BULLAR. CAP., II, 443.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. VIII.
GUS. DA MONTE ROT., *Gl'inizi*, p. 138, 256.
ANALECTA CAP. 59 (1943) p. 12 (Paroecia).
RESOCONTO PROV. ROMANA, I (1940-41) p. 10-11; II (1942-43) p. 192-208 (Sanctuarium).

Fiumara (*Flumaria*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — Conventus exstat ab a. 1534 cum ecclesia sub tit. S. Francisci Assisien.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 42 tab. X.
BULLAR. CAP., III, 75-76, 312; VIII, 103.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 32.
ITALIA FRANC. 23 (1948) p. 146-149.

Fiume, vide *Rijeka*

Fiumorbo, vide *Prunelli di Fiumorbo*

Flaminius a Sale Marasino, antiquae prov. Brixiensis concionator et lector; Missionis Raeticae apud Helveticos Vice-Praefectus († 1733). — Edidit : *Fundamenti principali della Lingua Retica o Griggiona*. Disentis 1729. — *Vitta del b. martir p. Fidel capucciner missionari enten la Rezia*. Ib. 1730.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 92, 94.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 378-80.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 109.

Flandro-Belgica seu Flandrica Prov. antiqua (1616-1796). — Ex divisione veteris provinciae Belgicae facta die 4 nov. 1616, orta est nova provincia Flandro-Belgica, cui assignati sunt 18 conventus. Ex hac provincia postea nonnulli conventus subtracti fuere ad efformandam novam provinciam *Insulensem* (1671) et Custodiam *Dunkercanam* (1773).
Anno 1754 Prov. Flandro-Belgica numerabat 22 conventus et 730 religiosos, sed grassante revolutione gallica, vi edicti diei 1 sept. 1796, etiam haec provincia extincta est.
Vide alia sub v. *Belgium* et *Hollandia*.
Index Conventuum et Hospit. qui ad antiquam Prov. Flandro-Belg. pertinuerunt: Aalst, Aarschot, Antwerpen, Bailleul, Bergues St.-Winoc, Bourbourg, Breda, Brugge, Bruxelles, Dendermonde, Dunkerque, Geldern, Gent, Hasselt, 's-Hertogenbosch, Ieper, Kortrijk, Leuven, Lier, Maastricht, Maeseyck, Mechelen, Meenen, Meersel, Munsterbilsen, Oostende, Oudenaarde, Sint-Truiden, Tervuren, Tienen, Velp, Veurne,
Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore (cfr. *Annuarium Prov. Hollando-Belg.*, I, 1870, p. 35-38).
Simon ab Audenarde: 1616, 1626.
Iuvenalis a Mons: 1619, 1623, 1629, 1635.
Heliodorus a Bruxelles: 1620.
Cyprianus ab Antwerpen: 1632.
Valentinus a Leuven: 1638, 1644, 1655.
Cassianus a Geldern: 1641.
Hippolytus a Lille: 1647, 1660, 1665.
Carolus a Bruxelles: 1649.
Georgius a Mol: 1652, 1654.
Ioannes a Landen: 1657, 1663, 1669, 1675, 1681.
Patritius ab Hazebrouck: 1666.
Constantinus a Bruxelles: 1672.
Michael ab Oudenbosch: 1678, 1684, 1690.
Serenus a Sint-Truiden: 1687.
Remigius a Wambeek: 1695.
Silvester ab Hasselt: 1697.
Fulgentius a Bruxelles: 1701, 1703.
Tranquillinus a Sint-Truiden: 1705.
Angelus a Lokeren: 1711.
Alexander ab Aalst: 1717, 1723, 1728.
Eugenius a Landen: 1720.
Bonaventura ab Edingen: 1725.
Theodorus a Calmpthout: 1730, 1735, 1740.
Cassianus a Bossuyt: 1732, 1738.
Gulielmus a Lombeke: 1743, 1749, 1755.
Martinianus a Bruxelles: 1746.
Alexander a Mook: 1752.
Bonaventura ab Oostende: 1758.
Theodorus a St.-Truiden: 1761.

Gulielmus a Doesburg: 1764, 1770, 1776, 1782, 1786.
Ambrosius a Maastricht: 1767, 1773.
Arnoldus a Wespelaer: 1779.
Godefridus ab Aalst: 1790, 1796.
Livinus a Gent: 1793.

Religiosi huius Provinciae
de quibus tractatur suo proprio loco

Episcopi:
Espinosa Carolus a Bruxelles vel a Dendermonde († 1742)
Hornes (De) Carolus a Bruxelles († 1710)
Ongnies d'Estrées Angelus a Bruxelles († 1722)

Scriptores, missionarii etc.
Albertus a 's Hertogenbosch († 1740)
Antoninus a Tienen, script. († c. 1735)
Archangelus Scotus (Forbes) conc. († 1606)
Arnoldus a Wespelaer, conc. († 1795)
Bonav. Speeckaert a Bruxelles († 1633)
Bonaventura a La Bassée († 1650)
Bonaventura ab Oldenzaal († 1653 ?)
Bonaventura ab Oostende († 1771)
Bonaventura a Schulen, poeta (1850)
Carolus de Arenberg a Bruxelles († 1669)
Cyprianus ab Antwerpen, script. († 1637)
Firmus a Sint-Truiden, script. († 1828)
Franciscus M. a Bruxelles († 1713)
Fulgentius Bossaert a Steenvoorde († 1746)
Gabriel ab Antwerpen, script. († 1656)
Gisbertus a Lummen, poeta († 1838)
Ioan. Evang. a 's Hertogenb. († 1635)
Lucas a Malines, poëta († 1652)
Marcellinus ab Helmond († 1653)
Nicolaus ab Amersfoort, script. († 1656)
Nicolaus Iosephus a Stavelot († 1799)
Octavius Worst ab Amsterdam († 1671)
Paulus Mol a Bruxelles († 1625)
Philippus a Bruxelles, diplomat. († 1637)
Seraphinus Vos a Bruges, poeta († 1728)
Seraphinus a Bruxelles, conc. († 1661)
Tiburtius a Bruxelles, musicus († post 1648)

Bibliographia

bullar. cap., iv, 82 ss., 368; v, 3, 326; x, 739-741.
bullarii regestum, num. 724, 744 (a. 1625).
chorographica descriptio ord. (1649) tab. 41.
idem, (1712) tab. 49.
ilg, *Geist des hl. Franz.*, i, 94-103.
p. hildebrand, *De Kapucijnen in de Nederlanden*, t. v: *De Vlaamse Kloosters*. Antwerpen 1950.
p. optatus, *De Spiritualiteit van de Capuc. in de Nederlanden, XVII-XVIII eeuw*. Brussel 1948.
ubald, *Catalogue des Mss.*, p. 49, 60, 113.
[lambertus a velp], *Necrologium FF. Min. Capuccinorum antiquae Prov. Flandro-Belgicae. Exhibens etiam compendiosas notitias Religiosorum, fundationum, etc.* — Tilburgi 1897 pp. 220.
de gubernatis, *Orbis seraph., De Missionibus* t. ii pars ii, p. 401 s.
collectan. franc. 6 (1936) p. 193, 194 (Origo Prov.) — 8 (1938) p. 384-394, *De difficultatibus, pretextu Jansenismi, in Prov. Flandro-Belgica Min. Capuccinorum excitatis, iuxta Gabr. du Pac de Bellegarde.* — 9 (1939) p. 383-388, *Litterae Caroli Franc. Ortenburgensis O. Cap., de difficultatibus, pretextu Jansenismi in Prov. Flandro-Belg. excitatis* (Lucianus Ceijssens O.F.M.). — Cfr. recens. horum artic. in eadem Collect. Franc., *Bibliogr. Franc.* a. 1943, p. 143 n. 9, p. 144 n. 10.
franc. leven, 8 (1925) p. 39-45, 63-68; *De Kapucijnen in Zeeuwsch-Vlanderen.* (Cyrille de Schiedam). — 20 (1937) p. 59, 89, 122, 149, *Betrekkingen van Anthonius van Gils met de Capucijnen* (P. Gerlachus). Cfr. recens. apud *Collect. Franc.* 1942, p. 107 n. 197. — 22 (1939) p. 373-77; 23 (1940) p. 267-76: *De Nederlandsche Capuc. in de XVII ee. polemiek.* (P. Gerlach).

Opera edita ad usum provinciae

Caeremoniale in usum FF. Capuccinorum Prov. Flandro-Belgicae. Lovanii (1759-60).
Ritus administrandi infirmis S. Eucharistiam ad usum FF. Prov. Flandro-Belgicae. Antwerpiae, 1713, 1796.

Flaviobriga, vide *Bilbao*

Flèche, La (*Flexia*) in Prov. Parisiensi. — Conventus a. 1635 conditus una cum Ecclesia S. Annae dicata, abrogatur a. 1791.

bullar. cap., v, 395.
fulgence, *Capucins Bretons*, p. 31.
revue hist. franc., 6 (1929) p. 332.

Flexia, vide *Flèche (La)*

Flintridge (California), vide *Pasadena.*

Floch G. vide *Le Floch G.*

Florac, Lozère (*Floriacum*) in prov. Lugdunensi. — Hospitium seu residentia missionaria a. 1629 fundata, derelicta est 1791?.

bullar. cap. v, 398.
schematismus prov. lugdun. (1895) p. 46.

Florentia, vide *Firenze*

Florentini Th. vide *Theodosius a Münster.*

Florentinus a Bourges, Prov. Parisiensis alumnus, et missionarius in Indiis orientalibus. — Longo itinere in suam proficiscitur missionem: mense aprili an. 1711 *Port-Louis* discedens, primum American petiit (regiones *Buenos-Aires, Paraguay, Chile, Peruvium* pertransiens), deinde in Philippinas insulas, denique *Madras* et *Pondichery*, quo pervenit mense februario a. 1714. Huius itineris Relationem, gallice ipse conscripsit, quae vulgata est in aliquibus operum Collectionibus (cfr. infra).

streit, *Biblioth. Missionum*, i, pag. 822; iii, num. 103; vi, num. 166, 188 (de editionibus *Itineris* P. Florentini).
analecta cap., 22 (1906) p. 143, 178, 219: *Relation du Voyage du P. Flor.*

Florentius a Torgiano, Prov. Umbriae. — Ex familia *Camponetti* ortum habuit a. 1800, et inter nostros est cooptatus a. 1821. Fuit Magister Novitiorum et missionarius per 24 annos in Georgiana et Trapezuntina regione. Obiit apud Burgas, in ora Euxini maris, a. 1863.

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, VII, 419 Ind.
FRANC. DA VIC., *Missionari*, p. 76, 202-15.
FRATE FRANC. (Parma), 1928, p. 151, 186, 292.
VOCE SERAFICA (Foligno), a. 1927, fasc. Giugno-Dicembre; an. 1928, Gennaio.

Flores de Cunha, olim *Nova Trento*, in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia). — Conventus SS. Cordis Iesu (in quo adest Novitiatus) fundatus est an. 1897; paroecia B. M. V. de Lourdes seu Immaculatae Conceptionis fratribus nostris concredita est an. 1903.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 347.
EUGÈNE, *Nécrol. de Savoie*, p. XXIX.
TEODORO DE ALFREDO CHAVES, 50 *anos de atividades no Rio Grande do Sul* (1946), pag. 77-85.

«Flores Seraphici» vide *Carolus de Arenberg*

Floriacum, vide *Florac*

Floriana, Furjana, (lat. *Vilhena*) prope La Valletta, in insula Melita. — Conventus ibi exstat ab a. 1585, cuius ecclesia dicata est Inventioni S. Crucis. — Prope conventum, an. 1920 excitata est aedicula B. Mariae Virg. de Lourdes, quae magno obsequio colitur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 25, tab. XI.
BULLAR. CAP. III, 330.
PROSPECTUS PROV. MELITEN. (1920) p. 7.
ANALECTA CAP. 58 (1942) p. 19, Novitiatus.
L'IMMACULATA (Malta), a. 1912, p. 248. — a. 1913, p. 351 s. — a. 1923, p. 145-48. — a. 1926, p. 153-55.
LUCE SERAFICA — Rivista dei FF. Min. Conv. di Ravello (Salerno), an. 1938, p. 77-79: *Ricordi dell'Ordine Gerosolimitano nella Chiesa dei Cappuccini* (G. Savastano).

Florida (Ven.) Cevoli, Clarissa Capuccina. — Ex illustri comitum familia orta est Pisis (Pisa) d. 11 nov. 1685. Inter sanctimoniales Capuccinas Tiferni (Città di Castello) religiosum habitum suscepit d. 8 iun. 1703. Miris charismatibus a Deo decorata fuit, et in Christum passum quam devotissima exstitit. S. Veronicae Giuliani benevolentia et consuetudine fruita est. Monasterii regimen, qua Vicaria et qua Abbatissa, annos amplius quadraginta tenuit. Sancte obiit d. 12 iun. 1767, eiusque Causa beatificationis introducta est ab a. 1838.

BULLAR. CAP., X, 68.
LEGGENDARIO CAPP., VI, 307-326.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 569-86.
LECHNER, *Leben d. Hl. Kapuz.*, II, 479-507.
CAPOZZI M. D., *Suor Florida... la confidente di S. Veronica Giuliani*. Milano 1936 (cf. COLLECTAN. FRANC., 1938, p. 266).
GEMELLI FRANC., *Comp. Vita Ven. Florida*, Roma, 1838; II ed. 1940.
SAINATI G., *Vite de' Santi... nati nella diocesi Pisana* (ed. III, 1884) p. 422-490.
SAINATI G., *Vita d. Ven. Fl.*, Monza 1873.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, III, 1364 (*Cevoli*).
ANALECTA O. CAP., 13 (1897) p. 149, *Vitae ven. Floridae Cevoli commentariolum.* — 61 (1945) p. 60 (Causa beatific.) Cfr. etiam *Index Gener.*, voll. 1-50, p. 52).

Flumaria, vide *Fiumara*

Flumen, vide *Rijeka* (Fiume)

Flumen Grandense Australe (Rio Grande do Sul), vide *Caxiensis Provincia*

Flumen Januarii vide *Rio de Janeiro.*

Flumorbus, vide *Fiumorbo*

Flynn C., vide *Chilianus a Killybegs*

Fodia, vide *Foggia*

Fodiensis seu S. Angeli Prov. in Apulia (Italia merid.). — Circa a. 1530 aliquot fratres Picenae regionis S. Angeli provinciae fundamenta posuerunt et eremum in oppido *Castelluccio* aedificarunt. Quo relicto, a. 1535 Larini coenobium fundatum est, et sic deinceps alia ita ut, saeculo cum dimidio elapso, iam triginta Conventus numerarentur. Provincia autem S. Angeli canonice et formaliter constituta est anno tantum 1555, quo primum Capitulum est celebratum.

Ob civilem suppressionem Ordinum regularium (1866), plurimi Conventus deperditi sunt, quapropter Provincia an. 1892 in Commissariatum conversa est, ast die 21 martii a. 1903, denuo ad gradum Provinciae evecta est.

Anno 1947 fratribus huius provinciae concredita est missio in regione *Barentù-Chereh et Bassopiano occidentale* in Erythrea.

Index Conventuum, qui in territorio hodiernae Prov. Fodiensis a) *nunc exstant*: Campobasso, Cerignola, Foggia, Gesualdo, Isernia, Larino, Montefusco, Morcone, S. Elia a Pianisi, S. Giov. Rotondo, S. Marco la Cátola, Pietrelcina, San Severo, Serracapriola, Tora, Venafro, Vico del Gargano.

b) *sunt derelicti*: Agnone, Apricena, Bovino, Castelluccio, Frosolone, Guglionesi, Lucera di Puglia, Manfredonia, Montefalcone, Monte S. Angelo, Riccia, Rodi del Gargano, Termoli, Torre Maggiore, Trivento, Troia, Vasto, Vieste.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (Cfr. Bernardino, Memorie Prov. S. Angelo, p. 127-174).

Anselmus a « Morte » appellatus: 1555, 1564
Evangelista a Cannobio: 1558.
Ioannes M. a Tusa: 1561, 1573.
Silvester a Rossano: 1567, 1580.
— Quidam sicilianus (ignotus): 1570.
Dominicus a Ragusa: 1571.
Franciscus a Rocca Imperiale: 1576.
Urbanus a Manfredonia: 1578.
Laurentius a Montepulciano: 1579.

Franciscus a Termoli: 1583.
Hieronymus a Sorbo: 1586.
Bernardinus ab Asti: 1589, 1604.
Leo a Rocca Romana: 1592.
Michael a Manfredonia: 1595.
Matthaeus ab Agnone: 1598.
Franciscus Lusitanus: 1601.
Franciscus a Vico: 1606.
Franciscus ab Apricena: 1609.
Thomas a Trivento: 1611.
Petrus a Lucera: 1614.
Bernardinus a Castelluccio: 1617.
Hieronymus a Napoli: 1620, 1626.
Franciscus a Tramonti: 1623, 1636.
Antonius a Serracapriola: 1629.
Laurentius a Molfetta: 1632, 1639, 1645, 1651.
Franciscus a Castelvetere: 1633.
Gabriel a Cerignola: 1641.
Franciscus a Lucera: 1648.
Bartholomaeus a Camerino: 1654.
Bonaventura a Serracapriola: 1657.
Thomas a Ciurlano: 1661.
Laurentius a Lecce: 1665, 1674.
Angelus a Castelvetere: 1668, 1678.
Iosephus a S. Marco la Cátola: 1671.
Antonius a Volturara: 1679.
Laurentius a S. Marco la Cátola: 1682.
Ioan. Bapt. a Morcone: 1685.
Vincentius a Vico: 1690.
Basilius a S. Severino: 1693.
Michael a Serracapriola: 1695, 1703.
Basilius a Carpinone: 1699.
Bonaventura a Letino: 1702.
Laurentius a Bovino: 1706.
Pacificus a Morcone: 1709.
Bonaventura a S. Severino: 1712, 1720.
Petrus a Cerignola: 1715.
Gabriel a Napoli: 1716.
Vincentius a Solofra: 1721.
Antoninus a Letino: 1722.
Simon a Morcone: 1725.
Andreas a Serracapriola: 1727, 1736.
Illuminatus a Monte S. Angelo: 1730.
Archangelus a Montescaglioso: 1733.
Emmanuel a Foggia: 1739.
Dominicus ab Ailano: 1742.
Clemens a Cerignola: 1745.
Antonius a Morcone: 1748, 1754.
Bernardinus a Foggia: 1751.
Bernardus a Troja: 1757.
Paulus a Morcone: 1760, 1769.
Bernardinus a Rodi: 1763, 1772.
Placidus a Foggia: 1766.
Raphael a Foggia: 1775, 1784.
Evangelista a S. Marco la Catola: 1779.
Sanctes a Monte S. Angelo: 1787.
Franc. Ant. a S. Bartolomeo: 1790, 1796, 1805.
Vitus a Foggia: 1793.
Gabriel a S. Nicandro: 1799.
Ignatius a Vico Garganico: 1802.
Ioan. Maria a Foggia: 1808, 1823.
Bernardinus ab Ischitella: 1816.
Felix Ant. a Morcone: 1820.
Illuminatus ab Ischitella: 1827.
Franc. Maria a Gambatesa: Vic. 1828; Prov. 1832; Vic. 1841.
Philippus a S. Giov. Rotondo: 1835.
Bernardinus a Torremaggiore: Vic. 1837.
Stephanus a S. Nicandro: 1840.
Dalmatius a Morcone: 1843, 1852.
Felix a S. Giov. Rotondo: 1846.
Stephanus a Bovino: 1850.
Ioan. Maria a Vieste: 1855.
Felix a Pomigliano: 1858.
Stephanus a Bovino: 1850.
Philomenus a Morcone: 1873.
Gabriel a S. Nicandro: 1877.
Franciscus M. ab Apricena: 1882, 1889.
Franc. Maria a Gambatesa: 1886.
Stephanus a Monte S. Angelo: 1892.
Franc. Maria a Savignano: 1895.
Pius a Benevento: 1899, 1906.
Benedictus a S. Marco in Lamis: 1909, 1912
Petrus ab Ischitella: 1919, 1922.
Bernardus ab Alpicella: 1925, 1928, 1931, 1935.
Augustinus a S. Marco in Lamis: 1938, 1941.
Paulinus a Casacalenda: 1944, 1947.
Antoninus a S. Elia a Pianisi: 1950.

Religiosi huius Provinciae
de quibus tractatur sub eorum nomine

EPISCOPI:
Avolio Bernardin. ab Ischitella († 1821)
D'Andrea Dalmatius a Morcone († 1870).

VARII:
Angelus M. a S. Giovanni Rotondo, miss. († 1893).
Gabriel a Mentone († 1771)
Ioannes a S. Severo († 1631)
Pius a Benevento, miss. († 1908).
Raphael a S. Elia a Pianisi, conc. († 1901)

Bibliographia

BULLAR. CAP., III, 99-105; X, 732.
BOVERIO, *Annales*, I, 198.
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO ORD. (1649) tab. 13.
IDEM, (1712) tab. 36.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 19 tab. VIII.
BERNARDINO DA S. GIOV. ROTONDO, *Memorie dei Conventi e dei Cappuccini della Prov. di S. Angelo.* Benevento 1906.
IDEM, *Necrologium FF. Min. Capuccinorum Prov. S. Angeli.* Foggia 1927,
L'AMICO DEL TERZIARIO — *Bollettino mensile di cultura religiosa e francescana.* Foggia 1926 ss. (de historia Prov. agitur a. 1928, p. 26, 50, 87, 109; a. 1947 p. 52, 67, Decr. Min. Gen. circa Miss. de *Cheren*).
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 378 (Status Prov.) Quoad alia cfr. *Index Gen.* voll. 1-50, p. 182.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 3, 14, 15 (Origo Prov.).
— Quoad *ephemerides* ab hac Provincia editas vide sub v. *Periodica*.

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Statuti ed Ordinazioni dei FF. Min. Cappuccini della Prov. di S. Angelo. Campobasso, 1904; Benevento, 1906.

Foedus Eucharisticum pro Missionibus Ord. Cap., vide *Opus Seraphicum Missarum*

Foedus Seraph. Missarum
vide *Opus Seraphicum Missarum*.

Foggia (Provincia Ordinis)
vide *Fodiensis prov.*

Foggia (*Fodia, Tuticum*) in Prov. eiusdem nominis (Fodiensi). — Vetus conventus aedificatus a. 1579 et instauratus a. 1618, abrogatur an. 1867. Ecclesia S. Mariae Constantinopolitanae fuit dicata. Alter exstruitur a. 1882 cum Ecclesia in honorem S. Annae, quae a. 1932 in paroeciam erecta est. — Demum novus conv. canonice erigitur a. 1939 in loco vulgo « Orto Onorato », de facto autem exstructus non est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 19 tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 101, 316.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Ang.*, p. 67.
L'AMICO DEL TERZIARIO, an. 1928, p. 136-38, *I Capp. e i Monti di Pietà di Foggia;* an. 1928, p. 175; an. 1931, p. 65, 97, *L'Iconavetere di Foggia e i Capp.* — p. 79, *Parrocchia di S. Anna.*
ANALECTA CAP., 48 (1932) p. 45: Paroecia S. Annae; 56 (1940) p. 13; Nova Domus.

Foix (*Fuxum*) in Prov. Tolosana. — Annis 1619-23 conventus aedificatus fuit extra pomoerium una cum ecclesia S. Ioseph dicata. An. 1790 fratres eum derelinquere coacti sunt.
BULLAR. CAP., V, 405.
APOLLINAIRE, *Toulouse Chrét.*, I, 122; III, 307.
IRÉNÉE, *Nécrologe Prov.*, p. 62.

Folger Frieda natione helvetica, T. O. F., vide *Opus Seraphicum Missarum*

Foligno (*Fulgineum*) in Prov. seraphica Umbriae. — In primo conventu S. Valentini, prope oppidulum Collis S. Laurentii, fratres commorati sunt ab a. 1530 ad a. 1540. — In secundo, iuxta antiquam ecclesiam S. Ioseph, usque ad a. 1560 steterunt. — In tertio denique, qui exstat in colle S. Francisci, Fratres iam ab a. 1561 incolunt. Ecclesia dicata est Seraphico Patriarchae Francisco.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 144, 435.
MONUM. HIST. O. CAP., II, 519; V, cf. Ind.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAF., p. 11, 18, 22, 64-80
ANALECTA CAP. 43 (1927) p. 47 (Novitiatus)
ARCHIV. PER LA STOR. ECCLES. DELL'UMBRIA, IV (Foligno 1919) p. 635-51: *S. Valentino di Civitavecchia presso Foligno* (Mich. Faloci Pulignani).
MISCELLAN. FRANC., 31 (1931) p. 62, 116: *I Frati Cappuccini a Foligno* (M. Faloci).

Folklore Capuccinum. — Folklore seu populi doctrina (*Demopsychologia*) designat populares traditiones, mores, legendas, dicta, proverbia et usus vulgi alicuius regionis et societatis.

1. — Relate ad Ordinem nostrum Capuccinorum manifestationes folkloristicae *vitae internae* dici possunt humilitas domorum; unica campanula pro fidelibus in ecclesiam invitandis; altaria et tabernacula lignea affabre constructa; tegula metallica vel saxea pulsanda pro fratribus convocandis ad actus communes; mensae refectorii sine mappa; pocula fictilia quibus fratres utuntur ad mensam.

In *vita* autem *externa* folkloristica dici possunt fiducia qua fratres nostri facile gaudent inter operarios, pauperes, pueros, miseros quosque; barba eorum inculta; tunica rudis; pedes discalceati; fratres laici sportam viminibus contextam gestantes vel sacculos utrimque ex humeris pendentes pro eleemosynis.

Hac sane de causa Capuccinus habet in se aliquid populare, valde amatur a populo et vere dici meruit *populi Frater*. Insuper nihil mirum si clarissimi etiam litterati ex. gr. A. Manzoni (*I Promessi Sposi*), Chateaubriand (*Génie du Christianisme*), V. Gioberti (*Il Primato degli Italiani*), Schiller-Goethe (Wallensteins Lager: *Kapuzinerpredigt*) Capuccinos exaltant. Itidem faciunt etiam quidam pictores ut Tommasi Romanus (*Partita a scacchi*) et Vitelleschi (*Dopo vita lieta*). — Cfr. alia sub v. *Litteratura* (n. II); de *A. Manzoni* tractatur sub eius nomine.

2. — Circa varias manifestationes populares fratres Capuccinos respicientes, nempe: Cantus, Consuetudines, Proverbia etc. haec tantum adnotamus:

a) CANTUS POPULARES

Caudana Fridericus, « *O Cappuccino* », Coro a 3 voci pari. Bergamo, Ediz. Carrara.

Giuseppe da Bra, O. Cap., « *Laus barbarum Capuccinorum* » Scherzo. Coro a 3 e a 5 voci pari. Roma, Ediz. Casimiri.

Mozart (?), « *Venerabilis barba Capuccinorum* », Nuova revisione di F. Enrico Buondonno, O.F.M., Roma, Ediz. Casimiri.

Haec notissima compositio communiter Wolfango Mozart († 1791) attribuitur vel ab aliquibus etiam Iosepho Haydn († 1809), attamen videtur neutrum esse auctorem, sed *Ioan. Ios. Fux* de Hirtenfeld in Styria († 1741), qui modos istos probatur fecisse an. 1705. Cfr. P. Cunibertus, O. Cap., *Das Neueste vom « Venerabilis barba Capuccinorum »*, in: ASSISI-GLÖCKLEIN (Mainz), IX, 1927, p. 5).

In Italia, saltem in provincia Bononiensi, iuvenes sincere vel iocose sic canebant: *Ho deciso farmi frate - farmi frate Cappuccino - e di notte al mattutino - io con gli altri me ne andrò* etc. (i. e. Frater esse ego statui, frater autem Capuccinus; nocte vero ad matutinum una cum aliis properabo). Cantus prosequebatur plerisque strophis, et etiam typis impressus circumivit.

b) CONSUETUDINES POPULARES

Pueri Capuccinis praesertim obviam occurrere solent ad coronam deosculandam vel petenda numismata seu imagines sanctorum;

viri autem ut habeant tabaci pulverem odorandum.

In Belgio (praesertim Brugi) pueri credunt Capuccinos esse, qui matribus novos filiolos afferunt sub pallio; quapropter interdum transeuntes Capuccinos rogant ut parvulum fratrem vel sororem sibimetipsis afferant. (Causa huius modi agendi exponitur a P. Maximiliano in periodico: *Franc. Leven*, a. 1935 p. 3-6, 94-95; cfr. *Collectan. Franc.* 1939 p. 300 n. 181-182).

In quibusdam regionibus parentes ad beneficia petenda vel ad gratias agendas propriis pueris per aliquod tempus habitum induunt ad modum Capuccini.

c) Proverbia, Facetiae populares

Gallice: *Vivre chez les Jésuites; être malade chez les Capucins; mourir chez les Dominicains.*

Capucin (dicitur de aliquo ob eius immoderatam devotionem). —

Capucinade (Sermo vel actus nimis vulgaris et incultus). —

Un barbe de Capucin (Barba prolixa).

Hollandice: *Patientie hebben met de Capucientjes* (Oportet habere patientiam ut habent Capuccini).

Italice: *Barba nera, novità vera; barba bianca, novità non manca; barba scura, novità sicura* (Barba Capuccinorum semper novitates portat). —

Un frate! (Patientia); *con barba!* (Providentia). —

Tonaca caffè, qualche nôva c'è! (Ita exclamant puellae, sponsalia cupientes, si obviam Capuccinum habeant). —

Col denaro dei Cappuccini poco si compra al mondo (Quia eorum moneta est « Deo gratias »). —

Voglie da gran Signori e borsa da Cappuccini (Cum aliquis magna molitur et non babet ad perficiendum).

Polonice: *Albo Kapucynem, albo starosta* (vel Capuccinus, vel Syndicus; ita nobiles parentes dicunt filiis suis ut ad altiora inducantur). —

Milcza jak ojcowie Kapucyni (Silent seu tacent ut Capuccini).

3. — Circa res varias, animalia et plantas, quas a colore habitus vel a forma caputii vel ob alias rationes a « *Capuccinis* » vulgo nuncupantur, has tantum recensemus:

a) *Res variae*

Acetaria. (« Barba di cappuccini » — « Insalata cappuccina »).

Apiarii (Alvearii) species (« La Capucine d'Anjou »). Vide sub v. *Iulianus a Mamers* († 1929).

Coffeae potio leviter lacte mixta (« Un Cappuccino » — « Kapuzinermalzkaffee »).

Crucis species quattuor ornata discis seu globulis ad eius extremitates (« Capuchin cross »).

Domus in qua habitant personae valde devotae (« Capucinièrie »).

Fenestra verticalis in tecto acclivi (« Kapuzinerfenster ».

Gasiogeni species (Gazogène à acétylène « Le Capucin »). Vide sub v. *Iulianus a Mamers* († 1929).

Higrometri species, cui figura Capuccini applicatur, quae aut egressu et introitu in domunculam, aut caputii motu, caput plus minus vel nullatenus tegens, temporis immutationem demonstrat. Varia insuper huius generis instrumenta conficiuntur in quibus Capuccini imagines habentur.

Incisiones marginales ad ornandam imaginem (« Quadretto alla cappuccina »). Cfr. Fumagalli, Vocabolario bibliografico, 1940, p. 75.

Lampadis species, cui appenditur caputium ad eam extinguendam (« Capuchina »).

Librorum modus quidam religandi (« Legatura alla cappuccina »). Cfr. Accademie e Biblioteche d'Italia (Roma), V, 1932, p. 312.

Morbus quidam genuum (« Kapuziner-Knie » vel « Kapuziner-Krankheit »).

Murus e lateribus externe omnino nudis (« Fabbrica in mattone scoperto alla cappuccina »).

Pulvis quaedam ad perdenda insecta (« Kapuzinerpulver »).

Pallium cum caputio pro Domina (« Capuchin »).

b) *Animalia*

Avicula indica ex ordine Passerum, generis Munia (« Cappuccino », « Domino »).

Calvifrons calvus, avis brasiliensis (« Capuchin fruit crow »).

Columbarum quaedam species quodammodo capuciata.

Cebus Capucinus seu *Macacus sinicus*, Simius quidam (« Capuchin monkey », « Cebo », « Kapucijnery-aap », « Kapuzineraffe », « Rollaffe »).

Falconis species seu Gymnocephalus (« Cappuccino » « Kapuzinervogel »).

Papilionum quaedam species capuciata.

Scarabaeus melolontha (« Kapuzinerkäfer »).

c) *Plantae*

Boletus scaber, quaedam species fungorum (« Boleto » - « Capuchin mushroom » - « Kapuzinerpilz »).

Capparis spinosa (« Kapuzinerblume »).

Nasturtium seu *Tropaeolum maius*, species plantae hederaceae in hortis (« Capuchina » - « Capucine » - « Capuchin cresses » - « Kapuzinerkresse » - « Le Cappuccinelle »).

Pisum, species leguminis (« Kapucijners » - « Pisello »).

Prunorum species (« Kapuzinerpflaume »).

Rosa latea var. puniceae, species virgulti (« Capuchin rose »).

Bibliographia

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, 368; vol. III, 483-89 (Populorum consuetudo cum Capuccinis).
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, I, 165 s.
STRAFFORELLO G., *Dizionario univ. dei Proverbi*, voll. 3, Torino 1883. Cfr. sub v. *Barba, Cappuccino*.
ANNALI FRANC. (Milano), 1937 p. 72-74, *Lo scaldatoio* (Usanze Cappuccine).
ECO DI S. FRANC., anno 1876 p. 416, *L'ultima cappuccinaia dell'Europa*; a. 1882 p. 128, *Il Cappuccino di moda*; a. 1893 p. 336, *I Cappuccini e il popolo*; a. 1903 p. 17, *Il Cappuccino* (ritratto morale).
ETENDARD FRANC. 41 (1939-40) 441, 449-53, *Les motifs de notre popularité*. (Léon de Braine).
FRANC. LEVEN, 11 (1928) 145-50, *De physionomie der Capucijnen-Orde*; p. 286-294, *Het getuigenis der taal* (over de Capucijnen).
ROUND TABLE, 12 (1946-47) p. 74 (Res variae *Capuccinae* nuncupatae).

Fons rapidus, vide *Fuenterrabia*

Fonsvivus, vide *Fontevivo*

Fontecchio (*Fonticulum*) in Prov. Aprutina. — Conventus a. 1593 conditus, cum ecclesia in honorem Nativitatis B. M. V., stetit usque ad eversionem napoleonicam (1811).
BULLAR CAP., III, 326.
FILIPPO, *I Capp. d. Abruzzi*, p. 17.

Fontenay-le-Comte (*Fontenacum*) in Prov. Tolosana. — Primus conventus, a fratribus antiquae Prov. Turoniae fundatus a. 1610, derelictus est tempore gallicae eversionis a. 1791. — Conventus hodiernus, sub tit. Patrocinii S. Ioseph, exstat ab a. 1872.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. XIII.
BULLAR. CAP., V, 395; X, 649.
APOLLINAIRE, *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 17.
FULGENCE, *Capuc. Bretons*, p. 30.
IRÉNÉE, *Nécrologe Prov.*, p. 101, 119.
IDEM, *Hist. Prov. Toulouse*, II, 33-42.
IDEM, *Hist. Cap. de France*, III, 314-26.
MADU, E., *Expulsion des Capucins, ou exécution des Décrets à Fontenay-le-Comte*. Niort, 1880.
ECHO DE ST. FRANC, a. 1903, mai, p. 14-16.
REVUE HIST. FRANC., 6 (1929) p. 332.

Fontenoy-le-Château (*Fontenejum*, *Fontenium*) in Prov. Lugdunensi. — Fratres antiquae Prov. Lotharingiae a. 1626 conventum aedificavere una cum ecclesia in honorem S. Antonii Patavini. Derelictus est tempore gallicae eversionis (1791).
BULLAR. CAP., V, 403.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 459.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 119.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 99.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 17, 29, 156.
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 294.
ÉTUDES FRANC., 43 (1931) p. 79.

Fontevivo (*Fonsvivus*) in Prov. Parmensi. — Conventus a. 1605 a fratribus antiquae Prov. Bononiensis fundatus, clauditur a. 1810. Ecclesia in honorem S. Francisci Assisien. fuit erecta.
BULLAR. CAP., II, 441.
CIRILLO, *Memorie stor.*, I, 93-97, 170-72.

Fonticulum, vide *Fontecchio*

Fontiniens, vide *Onteniente*

Forains (Oeuvre des),
vide *Caelestinus a Wervicq*

Forbes A., vide *Archangelus Scotus*.

Foresti T., vide *Theodorus a Bergamo*

Forges (*Forgiae*) in Prov. Parisiensi. — Conventus, sub titulo S. Mariae de Angelis, conditus est a. 1631 cura fratrum antiquae Prov. Normanniae. Nunc derelictus iacet.
BULLAR. CAP., V, 393.
ANALECTA CAP., 28 (1912) p. 159.

Forgiae, vide *Forges*

Forlì (*Forum Livii*) in Bononiensi Prov. — Ab a. 1541 usque ad a. 1570, fratres nostri habitarunt extra *Portam Cottogni* iuxta valetudinarium vetus a S. Ioanne in Vico nuncupatum. — An. 1570 novum coenobium exstructum est in urbe prope templum S. Ioannis in *Faliceto*: relictum fuit tempore napoleonicae eversionis. — Conventus, quem nostri ab a. 1822 incolunt, extra *Portam S. Petri* (modo *P. Mazzini*) situs est: illum alii religiosi Ordines antea iam possederunt. Templum SS. Vito et Modesto mart. dicatum, vulgo « S. Maria del Popolo » appellatum, ab a. 1940 paroecialis ecclesia evasit sub titulo S. *Maria del Fiore*.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. VI.
BULLAR. CAP., II, 223, 439.
PELLEGRINO, *Leggenda d. Capit. Prov.*, p. 75.
SALVATORE, *La Prov. di Bologna*, I, 34-36.
DONATO DI S. GIOV. PERSICETO, *Il IV Centenario dei Cappuccini a Forlì*. Forlì 1940.
ANALECTA CAP., 57 (1941) p. 34, de Paroecia.
BOLLETTINO DELLA DIOCESI DI FORLÌ, fasc. Nov.-Dic. 1940, pp. 101-142 (Paroecia).
ITALIA FRANC., 5 (1930) p. 356-67: *I Capp. a Forlì* (Salvat. da Sasso M.).
S. MARIA DEL FIORE, *Bollettino mensile parrocchiale* (a cura dei PP. Cappuccini). Forlì 1947 ss.
ZELATORE FRANC., an. 1929, p. 7-9,

— Monasterium *monialium Capuccinarum* a. 1652 fundatum, ineunte saec. XIX suppressum est.
BULLAR. CAP., II, 246, 441.
BOLLET. FRANC. STOR. BIBL., VI, 1934, p. 105.

Fornari Raphael, cardin. (1788, † 15 iun. 1854). Ordinis nostri *Protector* exstitit a mense mart. 1852.
BULLAR. CAP., X, 260.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 367.

Fort Bragg, California (Custodia provincialis in Stat. Foeder. Americae). — FF. Capuccini Prov. Hiberniae domum religiosam ibi erexerunt a. 1903, sacello dicato B. Mariae Virgini a Bono Consilio.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22 tab. XX.

Fort de Kock, in Vicariatu Apost. *de Padang* (Sumatra). — Anno 1938 domus religiosa canonice erecta est, missionariis Prov. Hollandiae concredita.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 17.

Fort Lee, New Jersey, in Prov. Calvariensi (Stat. Foeder. Amer.) — Hospitium, cum ecclesia B. Mariae Virg., exstitit ab a. 1876 usque ad a. 1891.
BULLAR. CAP., X, 691.
BITTLE, *A Romance...* p. 243, 329.

Fort-Louis (*Arx* seu *Castrum Ludovici*) in Prov. Strasburgensi (Alsatia). — Hospitium S. Catharinae ibi exstitit ab an. 1719 usque ad gallicam eversionem (1792); nova autem domus erecta an. 1927, sub eodem titulo S. Catharina, suppressa est a Superioribus Ordinis an. 1945.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 40 tab. XIII.
BULLAR. CAP., V, 409.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 354.
ARMEL, *Capucins d'Alsace*, p. 9, 75, 193.
SIEFFERT ARCHANG., *Fort-Louis Geschichte...* Colmar 1935 (cf. COLLECTAN. FRANC. 1936, p. 103).
ANALECTA CAP. 43 (1927) p. 47; 62 (1946) p. 30

Fortaleza, Ceará in Brasilia, Custodia de *Maranhão*, provinciae Mediolanensi concredita. — Anno 1901 fratribus Capuccinis commissa est cura sanctuarii SS.mi Cordis.
DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) tab. XXXVII.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 343.
MODESTO, *Mission. no Brasil*, p. 471.
TIMOTEO DA BRESCIA, *Alto Brasile* (Milano 1911), pp. 281-97.

Forte dei Marmi, in prov. Lucensi. — Conventus an. 1926 est aedificatus eiusque ecclesia, dicata S. Francisco Assisiensi, in paroeciam erecta est a. 1944.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 24 tab. VII.
ANALECTA CAP. 60 (1944) p. 65 (Paroecia); 66 (1950) p. 20 (Conventus).
SQUILLA SERAFICO-MARIANA a. 1933, p. 121, 141, *Inaugurazione della nuova Chiesa di S. Franc.*

Forton Iacobus a Mans (vulgo *Sieur de Saint-Ange*). — Nostrum Ordinem amplexus, eundem reliquit a. circiter 1635, quali de causa nescitur. Sacerdos saecularis effectus, in Bituricensi (Bourges) Universitate Doctor Theologiae exstitit, et intimam habuit consuetudinem cum Blasio Pascal. Plura scripsit opera ad philosophiam ac theologiam pertinentia, quae multas excitarunt quaestiones.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, II, 386 s.
F. JOVY, *Un philosophe, victime de Pascal: Jacque Forton, Sieur de Saint-Ange* (Archives de Philosophie, Paris, vol. I, Cahier III. p. 122-169. Notitia biogr. ad p. 124-25).
ÉTUDES FRANC., 37 (1925) p. 380 ss.; 38 (1926) p. 5, 113: *Pascal et Saint-Ange. Les infortunes de J. Forton d'après quelques Documents inédits* (Ernest Jovy).

Fortunatus a Bologna, eiusdem Prov. alumnus († 1692). — Nobili *Alamandini* progenie ortus, in patria urbe civilis exstitit Curator et Academicus. Triginta amplius annos cum ageret, inter nos cooptatus, eruditionis laude cumulatus est. — Opus insigne de Congi missione, a P. Ioan. Ant. Cavazzi a Montecuccolo conscriptum, P. Fortunatus ad politiorem stilum et ad meliorem formam exegit ediditque sub titulo: *Istorica Descrizione delli tre regni Congo, Matamba e Angola...* (Bologna 1687 et Milano 1690). (Vide *Ioannes Ant. a Montecuccolo*).
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 89.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 223.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. franc.*, I, 352.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 173.
FANTUZZI, *Scrittori Bolognesi*, I, 90.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, I, 240.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 363 n. XXXIII.
NEERLANDIA FRANC., I (1914) p. 262-65 n. XIX.

Fortunatus a Cadore, Min. Gen., Prov. Venetae alumnus. — Nobili *Giera* familia ortus a. 1594, Ordinem ingreditur non serius a. 1611. Concionator et Lector exstitit egregius, fuitque pluries suae provinciae Moderator. Anno 1662 adlectus est Definitor et Procur. Gener.; ad regimen vero totius Ordinis eligitur a. 1650 et iterum a. 1667. Obiit Sulmone, die 2 aug. 1669, dum Aprutinam Prov. perlustrabat.
BULLAR. CAP., II, 281.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 199-205.
BERNARDINO DA CITTADELLA, *Quattro secoli di vita d. Prov. Veneta* (1936) p. 72-74.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 145, 153, 155.
GIOV. CRISOST., *Bibl. Veneta*, p. 108.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 266; 7 (1891) p. 73; 12 (1896) p. 53 n. 78; p. 153 n. 28.

Fortunatus ab Empoli, Prov. Tusciensis. — Pictor non ignobilis, qui, *Bogani* familia ortus a. 1823, habitum nostrum sumpsit a. 1843 obiitque Florentiae a. 1899. — Praecipua eius depicta opera haec sunt: *Virgo Perdolens*, in conv. Florentiae; *Virgo a Bona Spe*, in ecclesia eiusdem loci; *S. Felix a Cantalice*, in nostra ecclesia loci Colle Val d'Elsa; *S. Ambrosius episc. et doctor*, in ecclesia Collegiata loci Empoli.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 320.

Fortunatus a Manoppello, prov. Aprutinae. Natus an. 1840, Ordinem ingressus est anno 1857. Missionarius fuit in *Mesopotamia* (1865), deinde *Smyrnis* (1880), quam missionem rexit

tamquam Superior Regularis. Mira praeditus fuit dexteritate, quapropter eo usi sunt in variis arduisque negotiis tum praelati saeculares cum civiles auctoritates. Obiit Smyrnis die 28 nov. 1892.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, III, 425; IV, 193; VI, 342, 361 s.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 32 necrol.

Fortunatus a Rovigo, laicus Prov. Venetae (1638-† 1701). — Ordinem ingressus a. 1658, aegrotantium ministri munus toto vitae curriculo magna cum laude gessit. In *re herbaria* valde expertus, « Theatrum plantarum » quod est insigne *Herbarium*, sex magna volumina complectens composuit in quo conspiciuntur bis circiter mille stirpes medicinales etc. ex variis mundi plagis excerptae, adiecta earum scientifica descriptione. — Illud *Herbarium*, olim in nostro conventu Veronae conservatum, ab a. 1866 transiit ad *Museum scientiarum naturalium* eiusdem civitatis. — Fr. Fortunatus scripsit etiam de re medica, inter quae: « *Selva di varie compositioni appartenenti all'arte medica* » quod in nostra Biblioth. Venetiis asservatur.

BERNARDINO, *Quattro secoli di vita della Provincia Veneta*, p. 108, 116 (n. 10).
GIO. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 281 s.
CAPPELLINI, *Polesani illustri*, (1938) p. 46.
PACCARDO P. A., *La Botanica in Italia. Materiali per la storia di questa scienza*, I, 75; II, 50.
GEISTER LUIGI, *Elogio di Fra Fortunato da Rov. infermiere cappuccino*. Verona 1840.
ITALIA FRANC., 3 (1928) p. 220-26, *Un frate botanico del 600: Fra Fortunato* (Bern. da Cittadella).
LE VENEZIE FRANC., I, (1932) p. 147-62, *Cappuccini botanici: Fr. Fortunato...* (U. Tergolina-Ghislanzoni) cf. recen. apud COLLECTAN. FRANC., 1936, p. 139.

Fortunatus a Tours, vide *Caumont F.*, episc.
Forum Cassii, vide *Vetralla*
Forum Cornelii, vide *Imola*
Forum Iulii, vide *Cividale del Friuli*
Forum Livii, vide *Forlì*
Forum Sarsinium, vide *Mercato Saraceno*
Forum Sempronii, vide *Fossombrone*

Fossano (*Fossanum*) in Prov. Pedemontana. — Primus conventus a. 1574 fundatus est una cum ecclesia sub tit. S. Laurentii mart.; quo relicto, in alterum Fratres se receperunt ibique manserunt usque ad suppressionem a. 1802. Tertius conv., cum ecclesia sub eodem tit. S. Laurentii, exstat ab a. 1832.

BULLAR. CAP., III, 452; X, 231.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 29 tab. III.
NUOVA CROCIATA FRANC., a. 1924, p. 58, n. 10; an. 1925, p. 130; an. 1937, p. 1, 21.

Fossombrone (*Forum Sempronii*) in Prov. Picena. — Pristinae sedis quam fratres nostri acceperunt a. 1529 iuxta aediculam B. M. Virginis « dei Ravi », nullum superest vestigium. Ab a. 1590 fratres incolunt conventum in loco excelso situm. In ecclesia, S. Ioanni Bapt. dicata, corpus B. Benedicti ab Urbino asservatur, qui obiit in hoc loco an. 1625.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BOVERIO, *Annales*, I, 113 (a. 1529).
BULLAR. CAP., II, 209, 437.
MONUMENTA HIST. O. CAP., II, 519 (Ind.).
LIBER MEMORIALIS O. CAP., p. 69-71.
GIUS DA FERMO, *Necrologio*, p. 372.
IDEM, *Iscrizioni*, p. 13.
IDEM, *I Franc. nelle Marche*, p. 41.
VERNARECCI A., *Fossombrone* (1914) II, 625.
EUGENIO DA POTENZA PICENA, *Il convento dei Capp. di F. e il B. Bened. Passionei*. Fossombrone, 1936.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 313; 43 (1927) p. 47
VITA FRANC. (Loreto), a. 1929, p. 83, 111-16.
VOCE DEL COLLE DEI SANTI — Conv. Capp. di Fossombrone (Foglietto annuale) 1939 ss.

Foyer-Saint-Camille in provincia Canadensi orientali. — Domus nostra religiosa ibi canonice erecta est an. 1946.

ANALECTA CAP. 63 (1947) p. 16.

Fozzano in Corsica. — Conventum exstruendi facultas Capuccinis data est ab Apostolica Sede a. 1671; at ob varias causas non fuit aedificatus.

BULLAR. CAP., II, 427.

Fraga, in Prov. Navarro-Aragonensi. — Olim ibi exstabat conventus a. 1624 conditus, cum ecclesia sub tit. S. Francisci sacra stigmata patientis.

BULLAR. CAP., V, 416.
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 31.

Fragata (Paroecia de), vide *Pelotas*.
Franca Preve a Milano, Capuccina, vide *Piacenza* (Monasterium Cap.).

Francavilla di Sicilia in Prov. *Messanensi*. Conventus exstructus est a. 1570. Ecclesia dicata est B. M. V., quae vulgo *Madonna delle Preci* nuncupatur.

BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Mess.*, I, p. XXXVIII.

Francavilla Fontana, in Apuliae Prov. — Primus conventus aedificatus a. 1560, civili decreto abrogatur a. 1861. — Conventus praesens exstat ab a. 1901, eiusque ecclesia S. Familiae dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 13 tab. IX.
BULLAR. CAP., III, 319.
SALVATORE, *I Capp. nelle Puglie*, p. 107.
ITALIA FRANC., 14 (1939) p. 289-305, *L'origine di Franc. Font. nelle opere di due cappuccini* (Primaldo Coco, O. F. M.).

Franche-Comté vide *Burgundiae Prov.*
Francifons, vide *Francofonte*

Francisca.... vide *Maria Francisca*

Francisca a Saint-Omer, vide *Taffin F.*

Franciscaines de l'Esvière (= de S. Marie des Anges), vide *Ioannes Chrysost. a Lyon*

« **Franciscana** » (Periodicum).
vide *Neerlandica Franciscana.*

Franciscus ab Ajofrin, Prov. Castellae alumnus († 1789), — Concionator, S. Theologiae et Philos. Lector ac suae Prov. annalium scriptor fuit. Eius plurima scripta historica etc. praesertim in Bibl. Nation. Matriti asservantur. Typis mandavit nonnullas *biographias* virorum illustrium Ordinis nostri et *Tratado teológico-místico sobre el Confesor extraord. de las Monjas* (Madrid 1789).

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 25.
ANDRÉS, *Vitalidad seráfica*, I, 210-18.
BUENAVENT., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
BUENAV. DE CARROCERA, *Necrol. Prov.*, p. 15.
MELCHOR, *Los Cap. de Castilla*, cf. Ind.
REVISTA DE ARCHIVOS BIBLIOT. Y MUSEOS, 15 (1906) p. 392-94.

Franciscus M. ab Alassio, Prov. Genuensis. — Domo *Giancardi* ortus a. 1603, obiit a. 1670. Plurima scripsit de re ascetica praesertim vero quae ad B. Virginem Mariam spectant. Omnia fere quae edidit nomine *Iuliani Giancardi*, sacerdotis ex patre nepotis, prodierunt.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 105.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 280.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. franc.*, I, 400.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 28, 80.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 349 (Giancardi).
PELLEGRINO, *Annali*, III, 159.
FRANC. SAV., *I Capp. Genovesi*, I, 39, 298.

Franciscus-Sebast. ab Altdorf, Prov. Helveticae. — Illustri *Beroldingen* genere natus a. 1635, vota in Ordine nostro nuncupavit a. 1653. Obiit duodecimo anno sui in Provincia regiminis (1698). — Studio theologiae asceticae ac mysticae magnopere incubuit. Typis edidit: *Exercitia spiritualia per decem dies peragenda* (1686) et *Piae meditationes de vita, doctrina et passione D. N. Iesu Christi pro quolibet anni die*, 2 voll. (1698 et 1701).

BULLAR. CAP., IV, 24.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 418.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 106.

Franciscus ab Aquila, Prov. Aprutinae. — Nobili *Vastarini* familia natus a. 1566, habitum relig. sumpsit a. 1587. Fuit Theologiae Lector, Definitor et Minister Prov. — Concionator exstitit sui temporis celeber et magna in aestimatione habitus. Legatione apud Insulam Melitensem functus est a. 1614 a Siciliae prorege commisso sibi munere. Obiit in patrio coenobio a. 1641. De eius scriptis, *Conciones* tantum ad nos pervenerunt.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 91.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* I, 361.
FILIPPO, *I Capp. Abruzzesi*, p. 39.
FERRARI, *Onomasticon* (Bibliogr.), p. 320.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, I, 899.
L'ABRUZZO FRANC. a. 1933, p. 39, 61. 80, 106; a. 1935, p. 161, 197, *Il P. Franc. ed il Conv. di Aquila.*
ITALIA FRANC., 8 (1933) p. 517-29, *Un cappuccino abruzzese Ambasciatore a Malta* (Paolino da Bagno).

Franciscus Xav. ab Arenys de Mar,
vide *Vilá-Mateu F. X.*, episc.

Franciscus M. ab Arezzo,
vide *Casini*, cardin.

Franciscus Ludov. ab Argentan,
vide *Ludovicus Franc. ab Argentan*

Franciscus (S.) Assisiensis. — Fratres Capuccini utpote a Fratribus Minoribus orti S. Franciscum ut proprii Instituti conditorem, patriarcham et protectorem iugiter coluerunt, eiusdem paupertatis zelum, caritatem in Deum et homines, spiritum orationis et contemplationis aemulari satagentes. Siquidem autem Seraphici Patris summa gestorum passim invenitur, loco tradendi brevem ac simplicem notitiam biographicam maluimus exhibere vitae S. Francisci chronologiam, quae rarius invenitur. Postea adiicientur: Nota de *Opusculis* S. Francisci atque *Bio-Bibliographia.*

CHRONOLOGIA S. P. FRANCISCI.

1182-1201. Nascitur Assisio a Petro Bernardone et Pica eique nomen *Ioannis* imponitur, quod postmodum a patre e Gallia reverso commutatur in *Franciscum* ob amorem erga Franciam. — A presbyteris S. Georgii in disciplinis inferioribus eruditur. A patre in mercaturae negotiis initiatur; sed indoles effusa, spectaculis et hilaritati prona praevalet. *Rex iuvenum* Franciscus evadit.

1202-1205. Bellum oritur (1202) inter Assisium et Perusiam. Franciscus sibi magna promittens in pugnam proficiscitur, sed captivus cadit (1204). Mox e carcere liberatus (31 aug. 1205), Assisium revertit. Non amplius societatem amicorum praegustat, sed a divina gratia illuminatus singulari amore et liberalitate erga pauperes corripitur.

1206. Romam cum pauperibus peregrinatur. Facta oblatione super S. Petri sepulcrum, cum mendico vestes mutat et eleemosynam petit ad introitum ecclesiae. Assisium reversus leprosum osculatur; confugit apud ecclesiam S. Damiani et a Domino e cruce pendenti ecclesiam reparandi mandatum accipit.

1207. Mense Aprili coram episcopo Franciscus patri abrenuntiat modicam pecuniam, quam adhuc retinet, ipsasque vestes ut proprie possit orare: *Pater meus, qui es in coelis.* Mox pauperibus et leprosis inservit, reparat ecclesias S. Damiani, S. Petri et S. Mariae Angelorum.

1208. Die 24 febr. vehementer commovetur verbis evangelii festi S. Matthiae: *Euntes... praedicate dicentes: quia appropinquavit re-*

vide *Simón y Ródenas Fr.*, episc.

Franciscus a Pamplona, laic. Prov. Aragoniae. — E *Redín* nobili progenie ortus est a. 1597. Cum esset Dux supremus militum et Gubernator Aragoniae, Ordini nostro inter fratres laicos nomen dare voluit a. 1637. Pro missione Congi apud Hispaniarum regem fuit orator illucque cum aliis fratribus missionarius mittitur (1642). Alias etiam adivit missiones in America apud Indos (1648) multaque difficiliora et adversa tulit. Guairae de Caracas in Venezuela occubuit a. 1651.

BULLAR. CAP., V, 352; VII, 387 s.
BULLARII CAP. REGESTUM, num. 1177.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 255-272.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Ind.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Missioni*, III, 527-544, 577, 712-16.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 370-377 381-83, 396-99.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale*, p. 259, 357, 359.
HUARTE (José M. de), *El Capuchino español Fr. Franc. de Pamplona, Nuevos documentos de su vida*. In: Boletín de la Comisión de monumentos hist. de Navarra. an. 1926, p. 336-414.
PUYOL IULIO, *Vida y aventuras de Tiburcio de Redín, soldado y capuchino*. Madrid 1913.
ILDEFONSO, *Capuch. de Navarra*, I, 73-108.
ESTANISLAO DE PERIDIELLO, *La Misión de Venezuela* (1930) p. 56-64.
BALTASAR, *Capuch. en Venezuela*, III, 145-68.
LARRAYOZ JAVIER, SAC., *De aventurero a apóstol, o Fr. Francisco de Pamplona, misionero*. Madrid 1948, pp. 126.
M. DEL AMPARO, *Biografía de D. Tiburcio de Redín, Barón de Bigüezal* (Franc. de P.) Madrid 1861.
MATHEO DE ANGUIANO, *Vida de el Fr. Franc. de Pamplona*. Madrid 1704.
ANALECTA CAP., 8 (1892) p. 349.
BOLETÍN OFICIAL *Prov. de Navarra*, III, n. 14 (1948) p. 67 ss. *Fr. Franc. miss. al Congo.*
ÉTUDES FRANC., 46 (1934) p. 423-34, *La merveilleuse hist. du « Capuchin español »* (Yvonne de Romaine).
NEERLANDIA FRANC., 2 (1919) p. 118.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 1 (1925) p. 195-203
VERDAD Y CARIDAD, a. 1924, p. 60-64; a. 1942, p. 436, 457; a. 1943. p. 21.

Franciscus M. Parisiensis (*Jablier* vel *Rallier*), concionator, lector et scientiarum physicarum cultor. Obiit octogenarius in oppido Marais a. 1714. — Circa quoddam suum inventum, opusculum edidit cui titulus: *Nouvelle découverte sur la lumière pour la mesurer et en compter les degrés*, Paris 1700. — Edidit insuper duo voll. in dilucidationem et descriptionem « *Tabulae* » P. Spiritus ab Yvoy (Paris 1689).

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. II, 381.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 106.

ETUDES FRANC. 10 (1903) p. 655-58, *Une illustre Parisien. L'inventeur du Photomètre.* (Ubald d'Alençon).

Franciscus Horatius a Pennabilli, Prov. Picenae, familia *Olivieri* natus a. 1680. Ad missionem Thibetanam a. 1712 profectus, eam rexit tamquam Praefectus Apost. ab a. 1720. Per triginta tres annos tam illic quam in regnis finitimis strenue adlaboravit. Obiit in civitate Patna (Nepal) a. 1745. Plurima opera, quae ad Thibeti regionem et linguam spectant, ad usum missionariorum scripsit. Composuit, inter alia, *Vocabolario italiano-tibetano-nepalese*. Quae ipse edidit, vel quae postea ab aliis de eius scriptis edita, iterum impressa et translata sunt, fuse describuntur praesertim apud *Analecta Ord.* et *Streit* (vide infra).

BULLAR. CAP., VII, 251.
BULLARII CAP. REGESTUM, num. 2248.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, VIII, 418; IX, 602
AMAT DI S. FILIPPO P., *Biografia dei Viaggiatori italiani* (1882), I, 490-91.
IDEM, *Gli illustri Viaggiatori italiani* (1885) p. 349-60.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori March.*, p. 50.
MELCHIOR, *Historia Cap.*, vol. III, cf. Index.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XII, 1179.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA (Vaticano), V, 1615.
MATTEI GENTILI, *Memorie sulla vita di Franc. Orazio della Penna*, Urbino 1845.
TANI ANT., *S. Franc. nel Montefeltro* (1926) p. 225-42.
STREIT-DINDINGER, *Biblioth. Missionum* I, num. 934, 939, 940; VI, pag. 96-100; VIII, pag. 32, 72, 140, 415, 643, 689: De Scriptis P. Franc. Hor. a Pennabilli (editiones, versiones etc.).
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 349; 21 (1905) p. 344 (nota) de operibus P. Franc...; 37 (1921) p. 285-94; 38 (1922) p. 57-63: Relatio de Praefectura Ap. Thibeti 1712-36; 47 (1931) p. 303-12; 50 (1934) p. 17-19, 43-49, De Vocabulario Thibetano, etc.
BOLLETT. STOR. BIBL. FRANC. 5 (1933) p. 21-23: *Intorno al « Vocabulario » del P. Franc. Or. della Penna* (Arsenio da S. Agata).
COLLECTAN. FRANC., 4 (1934) p. 619 n. 95 (de studio P. Adelhelmi Jann circa P. Franc. Hor., edito in: *Studien aus dem Gebiete v. Kirche u. Kultur* (Paderborn. 1930, p. 128-207). — 6 (1936) p. 648-49.
FRANC. EDUC. CONFER., VI, 1924, p. 97-99 (de operibus P. Franc. Hor. a Pennabilli).
PENSIERO MISSIONARIO. 4 (1932) p. 365-86 *P. Franc. Orazio...* (Gius. Frediani).

Franciscus a Perugia (familia *Oddi*) Umbriae provinciae Lector, Definitor et Moderator. — Per Breve pontificium d. 11 mart. 1688, P. Bonav. a Recanati Procuratori Gen. abdicanti fuit suffectus et in Capitulo Gen. a. 1691, Procurator confirmatus est. Obiit durante munere d. 27 apr. 1697.

BULLAR. CAP., I, 134.

FELICE, *Tavole Capitoli Gen.*, p. 167, 169.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 153 (32).

Franciscus a Pieve di Teco (domo *Garello*), Prov. Genuensis Minister (1751), obiit a. 1768. Reliquit magnum opus: *Lectiones theologico-morales*, quod post eius mortem est editum, octo voll., Bononiae 1775 et Lucae 1779, cura et studio P. Claudii Clavesana eiusdem Ord. et civitatis.

FRANC. SAV., *I Capp. Genovesi*, I, 38, 298.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XII, 2094.

Franciscus a Porto Maurizio, Prov. Genuensis. — Natus a. 1801 ex familia *Amadeo*, 19 annos agens seraphicum sumpsit habitum. Multam sibi aestimationem conciliavit veluti artifex in imitandis aliquot potissimis italicae picturae tabulis, nullo alio adhibito instrumento praeter *scriptorii calami* seu *graphii cuspidem*. Porro de hoc suo artificio singulare saepe scripserunt variae Italiae ephemerides, scilicet: *La Gazzetta* di Genova (23 iul. 1841); *Il Cittadino di Genova* (7 mart. 1856); *Il Giornale* di Roma (8 iun. 1859); *La Patria* di Torino (1856).

Anno 1856 Romam missus, sacerdotali ministerio functus est in valetudinario a S. Spiritu in Sassia nuncupato, ibique a. 1857, una cum P. Ioan. Bapt. Tagiasco a Genua, initia posuit Congregationis T. O. F. vulgo: « Fratelli Ospitalieri dell'Immacolata Concezione » (vide *Fratres Hospitalarii*). In Urbe ex hac vita migravit d. 21 nov. 1868.

FRANC. SAV., *I Capp. Genovesi*, I, 301, 330-39; VI, 46.
ECO S. FRANC., 3 (1875) p. 563-67: *I religiosi Concettini ed il P. Franc. loro istitutore.*
ITALIA FRANC. 12 (1937) p. 130-31.

Franciscus (Ven.) a Precetto, Prov. Umbriae alumnus. — Illustri *Romanelli* familia natus est apud Ferentillo d. 27 febr. 1564, habitumque nostrum induit d. 4 maii 1589. Concionator exstitit vere apostolicus et mira egit pro aliorum necessitatibus tum spiritualibus tum temporaneis sublevandis. Paenitentia et pietate conspicuus, obiit in loco Ferentillo d. 6 ian. 1645. Ab a. 1863 eius beatificationis Causa rite introducta est.

BULLAR. CAP., VII, 348; X, 451.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 587-597.
LEGGENDARIO CAPP., I, 87-95.
ANTONINO, *Memor. Prov. Seraf.*, p. 53-55.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 101-12.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 130, 214. — 61 (1945) p. 60. (Status Causae beatif.).

Franciscus a Rodrazen, polonus alumnus Prov. Bohemiae. Missionarius apostolicus et socius P. Valeriani Magni, multos reduxit ad Christi ovile († 1671). — Quaedam opera apologetica conscripsit contra haereticos, inter quae recensetur: *Tractatus... sive responsiones ad 70 Obiectiones ab haereticis confictas*. Raudnitz 1620.

BULLAR. CAP., IV, 348.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 678.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 98.
WADDING, *Scriptores*, p. 92.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 298.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 432.
HURTER, *Nomenclator*, III, 1030.
DICTIONN. THÉOL. CATH. XIII, 2758 *Rodrasem*.

Franciscus a Romorantin, veteris prov. Britanniae alumnus; missionarius egregius in Syria et in Mesopotamia († c. 1700). Opus ingens ac non parvi valoris arabice scripsit circa librum *Alcorani* Mahometis.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 228, 255, 272.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, V, cf. Ind. p. 491. — VI, cf. Ind. p. 502.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 98.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* I, 433.
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 348.
COLLECTAN. FRANC. 2 (1932) p. 54, 191, 201. — 7 (1937) p. 179-208, 374-416: *Une réfutation inédite du Coran* (P. Louis de Gonzague). — 11 (1941) p. 653 n. 294 (3).

Franciscus (S.) de Sales, Episc. et Ecclesiae Doctor (1567-1622). — S. Franciscum Assisiensem singulari pietate ac veneratione coluit, et cum Ordine seraphico arctissimam habuit consuetudinem. Quod ad nostram Congregationem spectat semper ipsam fraterna dilectione ita adamavit ut etiam quorundam coenobiorum exstructionem pro nostratibus ipse foveret et commendaret. Ad haec pro haereticorum conversione obtinenda, in regione vulgo *Chablais* in Sabaudia, validos sibi auxiliares adhibuit fratres nostros, prae caeteris vero *Cherubinum a Maurienne* et *Spiritum a Baume*. Praeterea suum confessarium habuit *Philibertum a Bonneville*. Magni quoque idem fecit quaedam spiritualia opera a nostris scriptoribus composita, praesertim a *Benedicto de Canfield* et a *Matthia Salodiensi*.

FLEURY F., *St. Fr. de Sales, le P. Chérubin et les Ministres de Genève*. Paris, 1864.
ANALECTA CAP., 42 (1926) p. 25-32: *St. Fr. de Sales et la vie religieuse des Capucins.*
ANNALES FRANC., t. XV (1886-88) p. 429 ss.; t. XVI (1889) p. 24 ss. *Étude sur les rapports de St. Fr. de Sales avec la famille franciscaine* (Fr. Edouard).
ÉTUDES FRANC., I (1889) p. 203 ss.; II (1889) p. 190 ss. *S. Fr. de Sales, le P. Esprit et le P. Cherubin en Chablais* (S. Truchet); 38 (1926) p. 464-78: *St. Fr. d'Ass. et St. Fr. de Sales* (G. Goyau).
IL MASSAIA (Rivista), X, 1923, p. 148, 172, 196: *Una pagina di storia missionario-cappuccina: S. Francesco di Sales e i Cappuccini nel Chiablese.* (Giovanni da San Giov. in Persiceto).
REVUE SACERD. DU T.O., a. 1949, p. 80 ss. (S. Franc de Sales et P. Bened. a Canfield).
ROSIER DE ST. FRANÇOIS, a. 1923, p. 40, 71, 99, *Le franciscanisme de St. Fr. de Sales.*

(P. Robert); a. 1946, p. 55 ss. *St. François de Sales et les Capucins par la porte du vén. Jean de Maurienne.* (B. Secret).
TERTIUS ORDO (Commentarium) II, 1941, pag. 93 s. (S. Fr. de Sales ex *Chordigeris* S. Franc.).
VERDAD Y CARIDAD, a. 1932, p. 23, 54, 88, 118, 142, 216, *S. Fr. de Sales y los Capuchinos* (Miguel de Pamplona).

Franciscus Xaver. a S. Erasmo, vide: *D'Ambrosio F. X., episc.*

Franciscus a Sciacca, Prov. Panormitanae. — Anno 1505 circiter ortus, regulam seraphicam primum inter FF. Min. de Observantia, deinde, fere decennio post, inter nos professus est (1533 v. 1534). Eruditus Theologus scotista, vehemens concionator atque magnae austeritatis religiosus fuit. E vita sancte migravit a. 1575. Opus nondum vulgatum reliquit, cui titulus: *Lecturae philosophicae et theolog. secundum mentem Scoti.*
ANNALES MINORUM, ad a. 1575 n. 53.
BOVERIO, *Annales,* I, 773.
FLORES SERAPHICI, I, 117-120 cum figura.
PALOCCI, *Frutti serafici,* p. 127-29.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo,* II, 20-29.
BERNARDUS, *Bibl. Script.,* p. 98.
SBARAGLIA, *Scriptores,* I, 299.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.,* I, 434.
EGIDIO, *Scrittori Prov. Palermo,* p. 62.
FARINA VINC., *Biografie di uomini illustri nati in Sciacca,* (1867), p. 165.
MIRA, *Bibliografia Siciliana,* I, 368.
MONGITORE, *Bibliotheca Sicula,* I, 237.
DICTIONN. THÉOL. CATH. XIV, 1594.

Franciscus a Scicli, Prov. Syracusanae. — Domo *Cavalli* ortus circa a. 1595, medicinae lauream in Universitate Patavina obtinuit a. 1618. Inter nostros cooptatus a. 1632, artem suam exercuit, curavitque inter alios ipsum S. Pont. Innocentium X (1648). Specialia medicamenta suis ipse manibus confecit, quorum formulae nonnullae inscriptae fuerunt in: *Teatro universale Farmaceutico,* ab Ant. De Sgobbis edito Venetiis a. 1667. — Obiit in patrio loco a. 1662, quaedam de rebus medicis scripta relinquens.
BERNARDUS, *Bibl. Script.,* p. 99.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.,* I, 437.
GUBERNALE A. G., *Dizion. biografico degli uomini illustri della prov. di Siracusa* (1909), p. 97.
MIRA, *Bibliografia Siciliana,* I, 212.
MONGITORE, *Bibliotheca Sicula,* I, 240.
SAMUELE, *Memorie Prov. Sirac.,* p. 232-34.
ÉTUDES FRANC., 28 (1912) p. 85-96, *Poudre de vipère et or potable. Consultation donnée à un Pape par un capucin* (Edouard d'Alençon).
L'ILLUSTRAZIONE DEL MEDICO (Milano) a. 1935 n. 17, p. 6, 8.

Franciscus a Sestri Ponente, Prov. Genuensis († 1692). — Natus est e familia *Rombo* a. 1619. Suae Provinciae ter Moderator exstitit (1667, 1676, 1687) et Prov. Romanae Visitator Apost. — Plurimos scripsit Sermones et nonulla de re politica, philosophica, etc. Edidit inter alia: *Vita del P. Zaccaria Boverio* (Genova 1664). — *Discorsi morali da farsi ai Religiosi e Religiose claustrali.* 2 voll. (1675-1681) - *Ragionamenti ai novizi.* 2 voll. (1682-1685). — *Il Tiranno considerato privo delle qualità necessarie all'eccellenza del Principato* (1690).
MOLFINO, *Capp. Genovesi,* I, 43 s. 363.
BERNARDUS, *Bibl. Script.,* p. 99.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana,* p. 26.
SBARAGLIA, *Scriptores,* III, 233.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.,* I, 436.
FERRARI, *Onomasticon* (Bibliogr.), p. 321.
MELZI, *Dizion. Opere anon.,* II, 75 (sub. v. Leoclavius Sivilianus...).

Franciscus a Sevilla, alumnus Provinciae Castellae-Baeticae. — Clara stirpe *Velasco* natus a. 1558, inter PP. Mercedarios aliquot annos moratus est, deinde a. 1589 ad nos venit. Concionator perdiligens, vel in Aula regia hoc munus explevit. Marianae pietatis atque eucharisticae XL Horarum supplicationis propagator exstitit studiosissimus. Binas constituit Congregationes, unam a *Pietate,* alteram a *Maria Immaculata* nuncupata, pro quibus opportunas Regulas edidit. Cum sanctitatis fama quievit d. 27 dec. 1615.
BULLAR. CAP., V, 364, 375.
DE PISE, *Annales,* p. 150-169.
OLGIATI, *Annali,* 228-284.
ILG, *Geist des hl. Franz.,* II, 196-213.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla,* p. 23, 24.
BERNARDUS, *Bibl. Script.,* p. 147.
SBARAGLIA, *Scriptores,* I, 306.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana,* p. 39.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.,* III (Append.)
AMBROSIO DE VAL., *Reseña hist.,* I, 63-108.
ANDREU, *Iconografia de Catalunya,* p. 34.
BUENAVENT., *Prov. de Castilla,* I, cf. Ind.
NICOLAUS, *Notitia Baeticae Prov.,* p. 40.
ANDRÉS, *Vitalidad seráfica,* II, 76-88.
FRANCISCALIA (Barcelona 1928), p. 236.
VIVES, *Biogr. Hispano-Cap.,* p. 373-400.
ADALID SERÁFICO, a. 1902, p. 283, 296, 316, 349

Franciscus a Solchaga, Min. Gen. alumnus prov. Castellae in Hisp. — Ortus a. 1747, fit Capuccinus a. 1764. Orator exstitit apud aulam regiam et vi bullae « Inter graviores » (1804) supremus Ordinis moderator nominatus est die 18 mart. 1818 eodemque anno inter Hispaniarum Magnates (*Grandes*) receptus est. Obiit die 26 aug. 1823. Nonnulla ediderat opuscula pro iuribus Ordinum religiosorum tuendis contra civilem potestatem.
BULLAR. CAP., IX, 275-276.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.,* p. 255.
BASILIO DE RUBÍ, *Estudio de la Bula « Inter graviores »* 1804 (Barcelona 1943) p. 145 s.
BUENAVENTURA, *Necrologio,* p. 215.

MELCHOR, *Los Capuc. en Castilla*, cf. Ind. COLLECTAN. FRANC. 13 (1943) p. 298-300.

Franciscus a Soleto (domo *Scarpa*), antiquae Provin. Apuliae alumnus. — Parisiis a. 1536 lauream adeptus, prius apud Minores de Observantia fuit, deinde in Ordinem nostrum commigravit. Scientia theologica clarus, iuxta aliquos, Concilio Tridentino interfuit et Bibliothecae Vaticanae praeses exstitit. Anno 1558 Definitor Gener. et a. 1570 Procurator Gener. electus est. Obiit a. c. 1580.
BULLAR. CAP., III, 115-16.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 64, 74.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 218.
COLLECTANEA FRANC., 3 (1933) p. 409, n. 1, 4.

Franciscus a Soriano nel Cimino, Prov. Romanae. — A familia minoritica de Observantia transiit ad nostram Congregationem. Fuit egregius Theologus, fervidus Praedicator et propagator eucharisticae XL Horarum supplicationis. Electus Definitor Gen. a. 1561, cum fama sanctitatis obiit a. 1567. Scripsit de theologia scholastica quaestiones, etc.
MONUMENTA HIST. O. CAP., III, 157-67.
BOVERIO, *Annales Cap.*, I, 658.
FLORES SERAPHICI, I, 224-228 cum figura.
ANNALES MINORUM ad an. 1567 n. 116.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 40 s., 52.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 85-88.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 99.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 66.
GIUS. DA MONTE ROT., *Gl'inizi*, p. 180-87.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., XIV, 2417.
COLLECTAN. FRANC., 10 (1940) p. 518. Bibl. ITALIA FRANC. 10 (1935) p. 388-94.

Franciscus Seraph. a Taufers (*Tischler*), prov. Tirolensis. — Natus a. 1850; habitu seraphico indutus a. 1868; lector S. Scripturae. Magnum sibi nomen acquisivit plurimis de Tertio Ordine Franc. scriptis et praesertim ob manuale pro familia christiana (*Christliches Hausbuch*), quod iterum atque iterum est impressum et innumeris exemplaribus diffusum. Cum lucro honorario ex libris percepto *Opus Seraphicum caritatis* variis in locis diffudit. Obiit Merano die 15 maii 1916.
CASSIAN, *Liter. Tätigkeit*, p. 56-58.
ALTÖTTINGER FRANZ. BLATT, 1916, p. 157 ss.
SANKT FIDELISBLATT, 9 (1916) p. 102 ss.

Franciscus a Tàuste (Hauste), e Prov, Aragoniae. — Missionarius exstitit apud Indos in regione de Orinoco (Venezuela), ubi a sylvicolis in odium fidei occisus est a. 1698. Ad intelligentiam idiomatis illius regionis edidit opus: *Arte y Vocabulario de la lengua de los Indios Chaymas... con la Doctrina Christiana y Catecismo en la dicha lingua india*. Madrid, 1680 et denuo Leipzig, 1888.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 362.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 719, 727.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 94.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 441.
LATASSA, *Bibl. Escrit. Aragon.* III, 245.
STREIT, *Bibl. Missionum*, II, p. 726 s.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 351.
ESPAÑA MISIONERA, *Revista* (Madrid) II, 1945 p. 545-47 de opere *Arte y Vocabulario*
VENEZUELA MISIONERA, 7 (1945) p. 46-48.

Franciscus Titelmans ab Hasselt (Limbourg in Belgio), Prov. Romanae alumnus. — Natus a. c. 1500, Lovanii academicos gradus in philosophia obtinuit a. 1521 et paulo post Ordinem FF. Minorum ingreditur. Sacerdotio auctus a. 1526, statim Cathedram tenuit Lovanii magna cum laude. Theologiae studiis strenue vacavit, in disciplinis vero biblicis vere principem obtinuit locum. An. 1535-36 Romam petiit et ad nostram congregationem transiit. Provinciae Romanae Moderator electus, post paucos menses obiit in loco Anticoli (Fiuggi) die 12 sept. a. 1537, mirae humilitatis non minus quam doctrinae clarissimum exemplar. Permulta edidit opera de re philosophica, theologica et biblica, quae fere omnia pluries typis mandata sunt et nonnulla etiam in alias linguas versa fuere. Prae aliis sequentia adnotamus: *Elucidatio in omnes Epistolas apostolicas* (Antwerpiae, 1528); *Collationes quinque super Epistolam ad Romanos B. Pauli Apost.* (Ib. 1529); *Libri duo de authoritate libri Apocalypsis* (Ib. 1530); *Elucidatio in omnes Psalmos* (Ib. 1531); *Summa Mysteriorum christianae fidei* (Ib. 1532); *De Consideratione Dialectica* (Ib. 1534); *Compendium Naturalis Philosophiae* (Ib. 1535); *Commentarii in Ecclesiasten Salomonis* (Ib. 1536); *Elucidatio paraphrastica in Evangelium secundum Ioannem... secundum Matthaeum... in librum Iob.* (Ib. 1544-45-47); *Commentarii in Cantica Canticorum* (Ib 1545).
BULLAR. CAP., II, 14; IV, 113.
ANNALES MINORUM ad a. 1537 n. 14.
BOVERIO, *Annales*, I, 257-269.
FLORES SERAPHICI, I, 86-92 cum figura.
MONUMENTA HIST. O. CAP., II. cf. Ind.; III, 171-79, 438, 439; VI, cf. Ind.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 7-9.
LEGGENDARIO FRANCESCANO, IX, 161 ss.
ILG, *Geist des hl. Franz.*, I, 28-34.
WADDING, *Scriptores*, p. 94.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 303.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 441-43.
DIRKS S., *Histoire littér. des FF. Mineurs en Belgique* (1885) p. 49-59.
HURTER, *Nomenclator*, II, 1307-10.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 100.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 26.
GIUS. DA MONTE ROT., *Inizi dell'Ordine Capp.* p. 187-195, 287-297.
BIOGRAPHIE NATIONALE (Belgique), XXV 341-352.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XV, 1144 s.
VIE, mort et miracles du P. François Titelmans. Liége, 1610.
CHRYSOSTOME DE CALMPTHOUT, *Fr. Titelmans de Hasselt. Esquisse biographique*. Roulers 1903.

GAUDENZIO DA CREMONA, *Titelmano il derelitto, scrittore cappuccino*. Milano, 1896.
PAQUAY A., *Frans Titelmans van Hasselt*. Hasselt, 1906 (cf. Études Franc., t. 18, 1907, p. 735 n. 13).
ÉTUDES FRANC., 7 (1902) p. 367-85, 651-64, *Le P. Titelmans. Esquisse biographique* (P. Chrysostome de Calmpthout).
FRANC. EDUCAT. CONFERENCE, VII, 1925, p. 83.
ITALIA FRANC. 10 (1935) p. 36-43; 14 (1939) p. 268-74 (Opera); 18 (1943) p. 122-24 (biogr. corrigitur).
RESOCONTO PROV. ROMANA, II, (1942-43) p. 292-294, *Rettifiche storiche* (circa Titelmans).
ROUND TABLE, VIII (reimpr. a. 1949) p. 56-61.

Franciscus a Toulouse (cognomento *Julia*) Prov. Tolosanae alumnus. — Anno 1628 inter nostros cooptatus est, et vita cessit a. 1678. Magni nominis Orator, singulariter excelluit in missionibus tradendis inter fideles, et controversiis agitandis adversus haereticos. Opuscula scripsit de hagiographia et alia: eius vero opus princeps, quod magna diffusione inter concionatores enituit, illud est quod Parisiis (1666 ss., 12 voll.) typis mandaverat sub titulo: *Le Missionnaire apostolique, ou Sermons utiles à ceux qui s'emploient aux Missions*. Nonnulli Sermones (*Sermons choisis*) denuo editi sunt a Migne in T. X-XI collectionis: « Orateurs sacrés » (Paris, 1844). Vulgavit insuper quoddam manuale praedicationis sub titulo: *Jésus Christ, ou le parfait Missionnaire*. (Paris 1662).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 102.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 27, 80.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 443.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.*, II, 387.
IDEM, *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 72-75.
IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 12.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, II, 376.
STREIT, *Bibl. Missionum*, I, n. 582.
DICTIONN. THÉOL. CATH., VI, 762.

Franciscus Maria a Tours, alumnus antiquae prov. Turonensis; missionarius laboriosus per annos plurimos in Indiis Orient. et in regno Thibetano. Obiit Patnae a. 1709. — Eius *Quaestiones circa Ritus malabaricos*, S. Congregationi de Prop. Fide propositae, editae sunt Leodii (Liège) a. 1704. Verum « *Thesaurus linguae Indianae* » seu Hindostanicae, *ineditum* asservatur apud Archiv. Congr. de Prop. Fide.

PELLEGRINO, *Annali*, I, 342.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 302.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 144. 152.
IDEM, *Le Missioni*, VIII, 418 (Indice).
SOMMERVOGEL, *Bibliothèque de la Comp. de Jésus*, XI, 1242 n. 2-4.
STREIT, *Bibl. Missionum*, VI, nn. 52, 96, 741.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA (Vaticano), V, ?615.

Franciscus a Valdobbiadene, (domo *Dal Bosco*) laicus Prov. Venetae (1563 †1640). Ordinem ingressus a. 1583, per multos annos religiosis infirmis curandis magna cum caritate incubuit. In scientia medicinae et pharmaceutica valde peritus exstitit. Opus edidit: *La pratica dell'Infermiero...* (Verona, 1664), pluries postea reimpressum.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 92.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 227.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 372.
BERNARDINO, *Quattro secoli di vita Fr.* p. 108.
GIO. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 282 s.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 1825.
VENEZIE FRANCESC., 3 (1934) p. 175-81, *Fra Franc. detto il « Castagnaro » speziale-infermiere* (Umb. Tergolina-Ghislanzoni).

Franciscus Ant. a Venezia,
vide *Correr F. A.*, patriarcha

Franciscus Anton. a Venezia (*Fantuzzi*), prov. Venetae concionator celeber. († 1786). Opus edidit contra incredulos, quod inscripsit: *Osservazioni sopra il libro intitolato: Antifilosofo militare* (Venezia 1782); aliud opus vulgavit cui titulus est: *Ragionato critico esame sopra la traduzione dei Salmi fatta da Saverio Mattei*. Voll. 5, Venezia 1785-86.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. p. 23.
GIO. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 121 s.
SIGISMONDO, *Biografia Serafica*, p. 849.

Franciscus a Vicenza, Prov. Venetae. — E comitibus *Barbarano De Mironi* originem duxit a. 1596 et in patria moritur a. 1656. In Athenaeo Patavino iurisprudentiae vacavit, et a. 1614 in Ordinem ingressus est. Munus Lectoris obivit et orator alicuius notae exstitit. Historicis monumentis conquirendis atque exscribendis maxime incubuit. Edidit: *Historia ecclesiastica della città territorio e diocesi di Vicenza*, voll. 6 (Vicenza 1649-1762), Scripsit et alia de christiana pietate et de patria historia.

BERTANI, *Annali*, p. 301-03.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 92.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 27.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 260.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, I, 368.
GIO. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 111-18.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 70 (Barbaran).
DICTIONN. HIST. ECCL., VI, 577.
BORTOLAN DOMEN., *Il P. Franc. Barbarano, storico vicentino*. Vicenza, 1893.

Franciscus M. a Vicenza (*Lorenzoni* familia). laicus Prov. Venetae. — Architectus valde peritus, plurima descripsit et construxit aedificia ex quibus recensentur: Pons ex novem fornicibus super flumen *Mladi* apud pagum Veliaci; Conventus et Ecclesia Ordinis nostri in locis *Trieste* et *Tuani* in Corsica; Conv. FF. Min. de Observ. loci *Humac* (Ljubuski in Jugoslavia); tandem Templum B. Mariae V. vulgo « da Penha » in urbe *Recife* (Pernambuco), in Brasilia. Natus anno 1804, Ordini nostro adscribitur a. 1829 et in patrio loco moritur d. 13 febr. 1880.

BERNARDINO, *Quattro secoli di vita...* p. 113-15.
GIO. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 283 s.
ONORI FUNEBRI *a Fra Franc. da Vic. architetto cappuccino*. Vicenza, 1880.
ZANELLA GIACOMO (SAC.), *Elogio di Fr. Franc. M. da Vic. architetto cappuccino, letto nel Teatro Olimpico di Vicenza il 1° agosto 1880* (Vicenza 1880). Quod Elogium iterum paruit in periodico: *Italia Franc.* (VI, 1931, p. 405-19) notis auctum a P. Franc. a Vicenza.
ANNALI FRANC. (Milano), 10 (1879) p. 629 (de laboribus Fr. Franc. breves notitiae).
ITALIA FRANC. (vide supra: *Zanella...*).

Franciscus a Vietri di Potenza, Prov. Lucaniae, seu Salernitanae. — E domo de *Franchis* seu *Franco* ortus est circa an. 1602; habitum sumpsit a. 1620 et vita cessit a. 1666. Fuit philos, ac theol. lector, orator facundus, definitor et pluries Minister Provincialis. Edidit Commentaria in Oseam prophetam, sub titulo: *Salvator mysticus, sive Oseas enucleatus*, voll. 3, Palermo, 1643...
BULLAR. CAP., III, 48.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 93.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 269.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* I, 387, 446.
TOPPI, *Biblioteca Napoletana*, p. 91.
ITALIA FRANC., 15 (1940) p. 29, 101, 159, 299: *Il P. Franc... e il suo « Salvator mysticus »* (Alessandro M. da Serino).

Franciscus a Villafranca Piemonte, domo *Ferrero* ortus. In sua prov. Pedemontana Minister provincialis et in prov. Picena per plures annos lector exstitit. Ex mandato S. Congreg., die 29 nov. 1878 in Commissarium Gener. totius Ordinis electus est; quo in munere vita cessit die 20 apr. 1881.
BULLAR. CAP. X, 723.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 296.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*. p. 27.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 104.
ANALECTA CAP. 1 (1884) p. 8 nota 1.
ECO S. FRANC. (Napoli) a. 1881, p. 233.

Franciscus Domin. a Villafranca, vide *Reynaudi F. D.*, episc.

Franciscus a Villalpando (*Soto*) prov. Castellae in Hispania definitor philosophiae ac theologiae professor egregius. Ortus a. 1740. habitum sumpsit an. 1758 obiitque an. 1789. Praelo commisit: *Philosophia ad usum scholae FF. Min. Capuccin. provinciae utriusque Castellae accommodata*. Voll. 3, Matriti 1777-1778. — *Tractatus praeliminaris. Mathematicarum disciplinarum elementa in usum Physicae candidatorum*. Ib. 1778.
FRANCISCALIA (Barcelona 1928), p. 235.
ANDRÉS, *Vitalidad seráfica*, I. 224-28.
BUENAVENTURA, *Necrologio*, p. 32.
MELCHOR, *Los Capuch. en Castilla*, cf. Ind.
MENENDEZ PELAYO, *La Ciencia española*, III, 200.
ARCHIVO IBERO-AMER. 11 (1919) p. 373. — 25 (1926) p. 346.
ESTUDIOS FRANC. 49 (1948) p. 56, 379 Un capitulo de la historia le la filofía en España: *la obra filosófica del P. Franc. de Vill., texto oficial en las Universidades españolas*. (Buenav. de Carrocera).

Franciscus a Xerez, v. *Franciscus a Jerez*.

Francodalium, vide *Frankenthal*

Francofonte (*Francifons*) in Prov. Syracusana. — Conventus, cuius annus fundationis ignoratur, certe exstabat a. 1574. Derelictus fuit, ob aëris insalubritatem, a. 1603. Novum autem conv. construendi plura tentamina iam facta, irrita hactenus evaserunt.
BULLAR. CAP., III, 200 (Decret. a. 1710).

Francofurtum, vide *Frankfurt*

Franconiae Provincia, in Germania. — Ex divisione Prov. Bavaricae facta a. 1711, exorta est nova Prov. Franconica, cui attributi sunt 12 conventus, inter quos: *Würzburg, Mergentheim, Bamberg, Karlstadt*. — An. 1754, Prov. Franc. numerabat 12 Conv. 307 Relig. — Stetit haec Provincia usque ad a. 1836, quo omnes conventus ditionis Franconicae denuo Prov. Bavaricae aggregati fuere.

Index Conventuum et Hospit. qui ad Prov. Franconiam olim pertinuerunt: Affaltrach, Bamberg, Bartenstein, Freienfels, Friesenhausen, Gössweinstein, Grönungen, Höchstadt, Karlstadt, Kitzingen, Komburg, Königshofen, Leutzendorf, Maria-Buchen, Mergentheim, Michaelsberg, Neckarsulm, Nikolausberg, Ochsenfurt, Pfedelbach, Pommersfelden, Vilseck. Würzburg.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (cf. Eberl, Gesch. bayr. Prov., pag. 259-60).

Lucas a Rothenfels: 1711, 1717, 1723.
Bruno a Mergentheim: 1714.
Nicolaus a Randersacker, 1720.
Gedeon a Donauwörth: 1725. 1732.
Fulgentius a Saal: 1728.
Hippolythus a Flandungen: 1729.
Bernardus a Saal: 1735, 1741, 1747.
Marcellus a Frickenhausen: 1738, 1744.
Pacificus a Bamberg: 1750.
Angelicus a Sommerach: 1753.
Ludovicus a Neustadt a. d. Saale: 1756.
Gulielmus a Kitzingen: 1759, 1765, 1771.
Hartmannus a Würzburg: 1762. 1768.
Dionysius a Gremsdorf: 1774, 1780.
Probus a Bamberg: 1777.
Dorotheus a Dettelbach: 1783, 1789.
Gabriel ab Iphofen: 1786, 1792, 1798.
Alexander ab Hollfeld: 1795.
Sigismundus ab Hollfeld: 1801.
Reinhardus Erhart a Kronach: 1806 Commiss. Gen., 1828 Prov.
Basilius a Traustadt: 1833.

Bibliografia

BULLAR. CAP., IV, 157-63, 165-70, 376.
CHOROGRAPHICA DESCRIPT. ORD. (1712) tab. 59.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 66, 234.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 252.
ANALECTA CAP., 19 (1903) p. 183-89, *Origo et erectio antiquae Prov. Franconicae.*
COLLECTAN. FRANC., 6 (1936) p. 198, 200, 201.
PROVINZBOTE (Bayern) a. 1932, p. 10-26 *Die Kapuziner u. Gustav Adolf in Franken* (1631-1931): a. 1937, p. 75 (Tab. topogr.)

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Caeremoniale pro usu FF. Capuccinorum Provinciae Franconiae. Bambergae, 1735.

Frangini A., vide *Aloisius M. a Verona*

Frankenthal i. d. Pf. (*Francodalium*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Coenobium inibi excitatur a. 1624, quod quidem saepius fratres relinquere coacti sunt. Anno dumtaxat 1698 illius loci pacificam sedem obtinuerunt ibique usque ad an. 1802 sunt commorati. Ecclesia S. Felici conf. a. 1718 dicata fuerat.

BULLAR. CAP., IV, 385.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 95, 265, 416
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 13 et Index.
KILIAN, *Aufheb. d. Wallf. Nothgottes*, p. 91.
MONATSCHRIFT DES FRANKENTHALER ALTERTUMSVEREINS, 7 (1899) p. 25-27: *Das Kapuzinerkloster* (P. Hildebrand).

Frankfurt a. Main (*Francofurtum*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Prima vice fratres hic manserunt ab a. 1628 ad a. 1633, quo expulsi fuere. — Reversi a. 1723, novum conv. exstruxerunt; at anno 1802 per vim discedere coguntur. An. 1900 fratres cooptantur ad pastorale munus adimplendum apud ecclesiam S. Antonii Patavini; tandem an. 1917 novus conventus pro eis exstruitur una cum ecclesia B. M. V. in coelum assumptae dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. XV.
BULLAR. CAP., IV, 330, 341, 343.
IACOBUS, *Die Rhein. Kapuz.*, p. 134.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 15 et Ind.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 433.
FESTSCHRIFT *zur Einweihung des neuen Kapuzinerklosters*. Frankf. 1925.
BATTONN J. G., *Beschreibung d. Stadt Frankfurt.* II (1863) p. 201-13.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*. cfr. Ind.
GERHARD E. G., *Gesch. d. Säkularisation in Frankf.* (Paderborn 1935). cf. Ind. *Kapuziner*.
EUSEBIUS VAN WYHL., *Die Kapuziner in Frankfurt*. Frankfurt. 1925, pp. 63.
ANALECTA CAP., 17 (1901) p. 182-91: *Relatio hist. causae inter Antonitas et Capuccinos 1626-1718.*

Frascati (*Tusculum*) in prov. Romana. Conventus huius loci, ad aspectum pulcherrimum situm, erectus est an. 1573-75. Ecclesia dicata est S. Francisco Assisiensi; in ea admirantur pulchrae picturae necnon monumentum marmoreum card. G. Massaia, super ipsius sepulchrum, a Caesare Aurelii effectum.

Ab anno 1880 ad an. 1889 insignis apostolus Aethiopiae card. Gulielmus Massaia in hoc conventu ultimos annos transegit suas memorias conscribens. In humilibus et angustis cellis, quibus ipse usus est, parvum quidem sed magni pretii *Museum aethiopicum* seu *Massaianum* constitutum est, in quo coadunata reperiuntur plurima instrumenta et documenta ad eum pertinentia.

Ex anno 1911 conventus Tusculanus directe dependet a *Curia Generali* et potissimum inservit pro aestiva rusticatione alumnorum *Collegii internationalis* S. Laurentii Brundusini in Urbe.

BULLAR. CAP., II, 27. 433; IX, 400.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 33 tab. VIII.
AURELI CESARE, *L'appartamento cardinalizio di G. Massaia nel convento dei Cappuccini presso Frascati.* Roma 1890; IV ed. Frascati 1909.
CARINI ISIDORO, *Discorso per l'inaugurazione del monumento del card. Massaia in Frascati* (9 ottobre 1892). Roma 1892.
FARINA G., *La verità su le onoranze al Card. Massaia e sul Museo Etiopico Massaiano di Frascati.* Frascati, 1940. 14 pp.
ANALECTA CAP. 8 (1892) p. 337-40 (Monumentum marmoreum card. Massaia).
« PRO FAMILIA » (Periodico settimanale) Milano, 1 marzo 1936, p. 99: *Museo Massaiano* (con illustrazioni).

Frascati (*dioecesis*). Hanc *Tusculanam* D. ab a. 1837 usque ad a. 1844 moderavit noster egregius sodalis Ludovicus MICARA a Frascati, cardinalis.

Fraschina Ioannes, archiep., Prov. Mediolanensis alumnus. — Bosco Luganese, in Ticini ditione, d. 7 sept. 1750 in lucem editus est. Anno 16 aetatis, Ordinem nostrum amplexatus est et munus Definitoris Prov. obivit. In tota Italia praeclaram dicendi artem, qua callebat, ostendit, et in regia Neapolis Aula sermones habuit. Ab a. 1793 ad a. 1804 S. Palatii Apostolici concionator exstitit, deinde archiepisc. titularis Ecclesiae *Corinthien.* renuntiatus est d. 26 mart. 1804. In conv. Luganensem reversus, valido adiumento fuit dioecesibus Luganensi, Mediolanensi, Comensi et Novariensi. — Obiit d. 27 mart. 1837.

BULLAR. CAP., IX, 375.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 157-60.
MAURO, *Il Predicatore Apost.*, p. 147-49.
VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, II, 548-50.
S. FRANC. NELLA SVIZZERA ITAL., p. 211.
PORETTI EMILIO, *Mons. G. Fraschina capp. arciv.* (Oratio funebris recurrente I centenario a morte). Lugano, 1937.
MESSAGGERO SERAFICO, (Locarno). an. 1937, p. 72, 96, 117, 151.

Fratelli Ospitalieri...,
vide *Fratres Hospitalarii...*

Fraternitatis Litterae,
vide: *Affiliatio ad Ordinem.*

Fratres Hospitalarii Filii Immaculatae Conceptionis, vulgo *Fratelli Ospitalieri Figli dell'Immacolata Concezione*, seu uno verbo *Concezionisti* (olim *Concettini*).

Haec Congregatio fundata est Romae an. 1857 in magno nosocomio Sancti Spiritus in Saxia, opera PP. Capuccinorum Francisci a Porto Maurizio et Ioannis Bapt. a Genova (*vide*), atque a. 1865 S. Sedis approbationem obtinuit. Sodales positi fuerunt sub Regula III Ord. Franciscalis et sub tutela ac suprema directione spirituali Ministri Generalis Ord. Capuccinorum. Anno 1875 ipse Min. Gen. (Nicolaus a S. Ioanne), peculiares Constitutiones pro ipsis redegit, quae mox a S. Sede approbatae sunt ad quinquennium.

Nonnullis controversiis exortis inter Sodales eiusdem Congregationis et Patres Capuccinos, S. Sedes, mense novembri 1876, ab omni directione spirituali fratrum nostrorum illos exemit, atque a. 1878. Institutum Conceptionistarum plenam ac sui iuris independentiam seu autonomiam obtinuit.

Inter sodales, qui erectioni sodalitii huiusque independentiae a Capuccinorum cura magis operam contulerunt censendus est *Aloisius M. Monti* († 1900), qui veluti institutor Conceptionistarum retineri potest.

SPREAFICO EUFRASIO M., barnabita, *P. Luigi M. Monti fondatore dei Religiosi Concezionisti.* II ediz. Roma 1940, (De Capuccinis, p. 39 ss., 325-28).
ITALIA FRANC. 12 (1937) p. 130-32.

Fratta in prov. Neapolitana. — Hospitium pro nostris religiosis itinerantibus etc. a. 1716 fundatum nunc derelictum iacet.
BULLAR. CAP., III, 38, 309.

Frauenfeld in Prov. Helvetica. — Conventus fundatus a. 1595, et iterum aedificatus a. 1644, abrogatus fuit a. 1848.
BULLAR. CAP., IV, 364.
CHRONICA PROV. HELVET., cf. *Index*, p. 786.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 54.
SCHWEIZER, *Kap. Festschrift* (1928) cf. Ind.
RAPHAEL HOGG, O.Cap., « *Zur Geschichte des Kapuzinerklosters Frauenfeld*, (Collectan. Helvet. Franc. » III Band), Luzern. 1943, pp. 99.

Fredarezina (pseud.),
vide *Adeodatus M. a Venezia*

Freiburg i. Br. (*Friburgum Brisgoviae*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Primum coenobium a Fratribus Helveticis aedificatum a. 1599-1600, a Gallis a. 1680 vastatur et evertitur. Alterum, quod eodem a. 1680 et sub eodem tit. Immaculatae Conc. fuit exstructum, derelinquitur anno circiter 1820.
BULLAR. CAP., IV, 366.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 786 (Index).
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae Anter.*, p. 105-11, 418.
FRANC. PETRUS, *Suevia Ecclesiast.*, p. 334-36.
FREIBURGER DIÖCESAN-ARCHIV., 2 (1866) pag. 260-64.

Freiburg in Helvetia, vide: *Fribourg.*

Freienfels, in prov. Bavarica. — Inter annos 1720-1743, nonnulli fratres Capuccini ibi commorati sunt ad fidem catholicam tuendam vel propagandam.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 267.
AUFSESS (HANS VON), *Rechtsverhältniss des Privat-Gottesdienstes d. Schlosskapelle d. Kapuz.-Hospizes zu Freyenfels.* Erlangen, 1845, pp. 294.

Freistadt (*Freistadium*) in Prov. Viennensi in Austria. — Conventus a. 1643 aedificatus, abrogationem subiit sub Iosepho II imper. (1780-90). Ecclesia dicata fuit Nativitati B. M. V.
BULLAR. CAP., IV, 379.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.

Frey Bonav., vide *Bonaventura ab Herdern.*

Freyenfelds vide *Freienfels.*

Fribourg seu Freiburg (*Friburgum*) in Prov. Helvetica. — Ab a. 1609 exstat conventus sub titulo S. Mariae Magdalenae.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP., IV, 34, 364.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 59; IV, 357.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 786 (Index).
SCHWEIZER. KAPUZ. PROV., p. 411 (Ind.).
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, pag. 62-65.
ANALECTA CAP., 11 (1895) p. 315.
SANKT-FIDELIS, 5 (1916-17) p. 182, 281; 6 (1917-18) p. 105, 237: *La prédication des Capucins dans la ville de Frib.* (Justin de Matran).

— Monasterium S. Ioseph *Sororum Capuccinarum* III Ord. Regul. S. Franc. de « Montorge » conditum est a. 1626 a Iacobo Wallier, illudque a. 1921 a S. Congreg. Ordini nostro prov. Helveticae subiectum est.
BULLAR. CAP. IV, 365.
CHRONICA *Prov. Helveticae*, p. 379.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 184.
GREIDERER, *Germania franc.*, II, 655.
ANALECTA, 37 (1921) p. 122 (Decr. S. Congr.)

Friburgum Brisgoviae, vide *Freiburg i. Br.*

Friburgum in Helvetia, vide *Fribourg.*

Fridericus a S. Giov. in Persiceto,
vide *Bencivenni F.*, episc.

Friesenhausen in prov. Bavarica. — Hospitium pro nostris missionariis ibi erectum fuit a. 1731, verum subinde derelictum fuit.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kap.*, p. 265 s.

Frisononum, vide *Frosolone*

Fröhlich C.,
vide *Cyprianus ab Eggolsheim*

Frontenac, Kansas, in Prov. Pennsylvanica (Status Foeder. Amer.). — Apud ecclesiam paroecialem SS. Cordis Iesu nobis concreditam hospitium exstitit ab a. 1929 ad a. 1950.
CATALOGUS PROV. PENNSYLVAN. a. 1950, p. 19.

Frontignan (*Frontinianum*) in Prov. Tolosana in Gallia. — Anno 1610 conventus extructus est sub tit. SS. Apost. Petri et Pauli. Post annos quinquaginta, eo relicto, alter construitur sub eodem titulo. Deletus autem est an. 1791.
BULLAR. CAP., V, 405.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.*, I, 93; III, 302.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 55.

Frosinone Stazione (*Frusino*) in prov. Romana. — Paroecia S. Familiae, quam FF. Capuccini iam anno 1913 administrandam susceperant, Ordini nostro « pleno iure » commissa est a. 1941.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32, tab. VIII.
ANALECTA CAP. 58 (1942) p. 20.
RESOCONTO PROV. ROMANA, II (1942-43) p. 37-42

Frosolone (*Frisononum*) in Prov. Fodiensi (Foggia). — Conventus erectus a. 1580, iuxta antiquam ecclesiam S. Mariae Gratiarum, abrogatus fuit a. 1811.
BULLAR. CAP., III, 316.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo*, p. 71.

Fructal in Brasilia, Custodia provincialis de *Minas Gerais* (prov. Messanensi concredita). An. 1936 domus religiosa canonice erecta est atque paroecia vulgo *Nossa Senhora do Carmo* nostratibus ad nutum S. Sedis commissa est.
ANALECTA CAP. 53 (1937) p. 8, 9.

Frusino, vide *Frosinone*

Fubine (*Fubinae*) in Prov. Alexandrina. — Conventus exstructus a. 1611 pro fratribus prov. Genuensis, mansit usque ad saec. XIX.
BULLAR. CAP., III, 329.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, V, cf. Ind.

Fuenterrabia (*Fons rapidus*) in Prov. Navarro-Aragonensi. — Conventus cum ecclesia sub titulo B. M. V. Immaculatae conditus est an. 1663-66.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 27 tab. XXVI.
BULLAR. CAP., V, 417.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 67.
ESTADISTICA *Gen. Prov. Navarra* (1928) p. 58.
ECOS *del Colegio de N. S. de los Dolores.* Fuenterrabia, 1915 ss.

Fügen, in prov. Tirolensi. — Anno 1926 Domus erecta est tamquam sedes « Operis seraphicae caritatis » (*Seraphisches Liebeswerk*). Ecclesia dicata est S. Ioseph.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. XVII.
CATALOGUS PROV. TIROLEN. (1935-36) p. 11.
LIEBESWERK-GRÜSSE *vom Knabenheim " St. Joseph " in Fügen, Zillertal.* — Innsbruck 1933.

Fulda in Prov. *Rhenano-Westfalica.* — Domus religiosa, quae pro nostratibus a. 1761 fuerat aedificata, a. 1804 a Gubernio abrogatur et clauditur.
BONAV. v. MEHR, *Predigtwesen*, cfr. Ind.
KILIAN, *Aufhebung d. Wallfahrt Nothgottes* (1907) p. 93.

Fulgentius a Carmagnola, Prov. Pedemontanae alumnus. — Natus est e familia *Druetta* a. 1803 et in nostrum coetum cooptatur a. 1819. Fuit Philosophiae Lector, Commissarius Gener., Definitor et bis Minister Provincialis (1838, 1844). Caroli Alberti Sabaudiae regis a sacris confessionibus fuit. Dignitate episcopali recusata, obiit in conv. Châtillon d. 23 iul. 1852.
BULLAR. CAP., X, 721.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 175.
ITALIA FRANC., 12 (1937) p. 348, 421, 502; contin. 13-16 (1937-41), *Spigolature Cappuccine all'Archivio Vaticano: P. Fulgenzio da Carmagnola* (Notizie, Lettere, ecc. pubblicate da Mons. P. Savio).

Fulgentius a Gerardimont, domo *Carnonckel* natus a. 1874, habitum religiosum sumpsit in prov. Belgica a. 1893. Novae missionis de *Ubanghi* in Congo Belgico Praefectus Ap. designatus est die 11 iulii 1911. Obiit die 26 dec. 1930.
NECROL. KAPUC. BELG. PROV. (1932), p. 77.
ANALECTA 27 (1911) p. 215; 47 (1931) p. 138.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 7 (1931) p. 234-36.

Fulgentius a Gossensass (italice: *Colle Isarco*) Prov. Tirolensis alumnus. — E domo *Hinterlechner* ortum habuit a. 1845 et nostrum habitum sumpsit a. 1864. Anno 1884 a Ministro Gener. Romam accersitur ut sibi ab epistolis esset. Definitor Gener. electus est a. 1891 et iterum ab a. 1909 ad a. 1914. In Provinciam reversus, vita cessit d. 2 mart. 1917. — De Tertio Ord. Franc. propugnator et propagator exstitit ardentissimus; eius opus: *Seraphisches Handbuch für die Mitglieder des III Ordens* (Salzburg, 1882) pluries editum fuit. Scripsit et alia opuscula de re ascetica.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 302, 307, 317.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, 651.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 60.
ANALECTA CAP., 7 (1891) p. 49; 25 (1909) p. 334; 33 (1917) p. 128, Necrol.
SANKT FIDELISBLATT (Innsbruck), 10 (1917) 82 ss.
SANKT FIDELISGLÖCKLEIN (Luzern), 5 (1917) 331 s.

Fulgentius a Lisieux (*Lexoviensis*), genere *Le Roux* ortus, clericus novitius prov. Parisiensis. Tempore gallicae revolutionis in odium fidei trucidatus est a. 1794 in urbe *Cherbourg*.
BESCHIN, *Martyrol. Franc.* (11 iulii).
ANALECTA CAP. 43 (1927) p. 79-81.

ETUDES FRANC. 19 (1908) p. 302-312, Fr. Armel: *Un novice capucin devant la Commission militaire de Cherbourg.*

Fulgentius a Steenvoorde (domo *Bossaert*), antiquae Custodiae Flandro-Belgicae Lector, Definitor et Custos Gener. — Amisso canonicatu ecclesiae cathedralis Iprensis, post paucos annos ad nos venit et religiosam votorum professionem emisit a. 1703. Obiit in eadem civitate a. 1746. Opus valde aestimatum concinnavit, quod aliorum cura prodiit Ypres sex voll. a. 1780-83 sub titulo: *Principia Theologiae moralis et scholasticae.* Eiusdem operis nova editio paruit Silvae Ducis ('s-Hertogenbosch a. 1815-17.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT, p. 23.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., VI, 968.
NEERLANDIA FRANC., VII (1924) p. 188-94, *Le théologien Fulg. Bossaert* (P. Hildebrand).

Fulgineum, vide *Foligno*

Fulnek (*Fulneca, Fulnecium*) Prov. Bohemo-Morava. — Conventus sub titulo S. Ioseph conditus est a. 1674.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 15 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 175, 377.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 219.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 797.
SERAFINSKÉ KVĚTY, a. 1937, p. 110-23 (cum figura).

Funchal, vide: *Madera* (Insula).

Fünfkirchen in Hungaria, vide *Pécs.*

Furaducis, vide *Tervuren*

Furjana, vide *Floriana*

Furnae (Furnes), vide *Veurne*

Furnes in Belgio, vide: *Veurne.*

Fuxum, vide *Foix*



Seraphicus Pater Franciscus
trium Ordinum fundator

G

Gabriel ab Aleppo in Syria, Instituti Apost. Orientis alumnus, deinde ad Prov. Panormitanam translatus demum ab a. 1916 Prov. Melitensi aggregatus fuit. Ex parentibus austriacis *Kneider* ortum habuit a. 1862. Sacerdotio auctus iuxta Maronitarum ritum (1880), dein inter nos cooptatus est a. 1884 in conv. Buggia (Smyrna). Missionarius exstitit in insula Candiae postea in Syria. Cum linguam arabicam optime calleret, in ea tradenda et in libris exarandis maxime sese impendit. Obiit in civ. Beyrouth d. 22 mart. 1939. Eius praecipua opera sunt: *Grammatica araba* (Beyrouth, 1902) — *La lingua araba senza maestro* (Palermo, 1912) — *Le fonti arabiche nel Dialetto siciliano* (Roma, 1910) — *Gran Dizionario scientifico bilingue italo-arabo* (vol. I, A-D, Harissa - Libano, 1933); reliquorum 5 voll. editio intercepta est.

ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, IV, 395-7.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 162, 202.
ATTI UFFIC. PROV. PALERMO, a. 1940, p. 27.
OSSERVATORE ROMANO, 1 agosto 1934, p. 2 (notitiae breves de I vol. operis: *Dizionario ital. arabo*).

Gabriel ab Antwerpen alumnus prov. Flandricae. — Gente *Tibanti* ortus a. 1593 circiter, habitum sumpsit a. 1611 et obiit *Maastricht* a. 1656. — Consuetudinem habuit cum egregio historico et poeta hollandico P. C. Hooft († 1647). — Opus falso tributum Ioanni Tauler « *De imitatione vitae pauperis Christi* » in neerlandicam linguam vertit et a. 1648 Antuerpiae in lucem edidit collectionem poematum cui titulus: *De Gheestelijcke Tortelduyve* (= Turtur spiritualis).

P. OPTATUS, *De Spiritualiteit van de Capuc. in de Nederlanden*, 1948, p. 116-118.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 314.
AMPE A., S.J., *Gabriel v. Ant. in verband met een weinig bekend Ruusbroecgedicht, in* ONS GEEST. ERF, 24 (1950) p. 182-198.
FRANC. LEVEN, 11 (1928) p. 340, 353, 375: *Een vriend van dichter Hooft: P. Gabriel v. Antwerpen.* (P. Gerlachus). cfr. *Etudes Franc.* 41 (1929) p. 617 n. 57.

Gabriel a Bologna, prov. Bononiensis lector theologiae. — An. 1705 iam aderat missionarius in regno Congi; deinde a. 1732 in Russiam migravit, ubi illius missionis Praefectus eligitur a. 1735, et a. 1739 e vivis eripitur.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, VII, Ind. p. 419.
AMAT DI S. FILIPPO P., *Biografia di Viaggiatori italiani* (Roma 1882) p. 484.
ITALIA FRANC. 20 (1945) p. 201 (P. Gabriele mission. in Russia).
NEERLANDIA FRANC. II, 1919, p. 109 n. 30 (de quadam Epistola P. Gabr., Loanda 1705).

Gabriel a Bullandio, vide *Gabriel a Doullens.*

Gabriel a Canet de Mar, prov. Catalauniae magister novitiorum ac definitor. — Gente *Maciá* ortus est a. 1604 et inter Capuccinos cooptatur a. 1623. Fuit vir miris donis exornatus atque virtutum fama condecoratus. Barcinone vitam finivit die 16 iulii 1680.

BASILI DE RUBÍ, *Necrologi Catal.*, p. 198.
ANDREU, *Iconogr. Caputxina*, p. 46.
ATANASIO DE BARCELONA, *Vida del ven. P. Gabriel Maciá.* Gerona 1721, et iterum Barcelona 1891.
APOSTOLADO FRANC. (Barcelona). a. 1945, pag. 10, 35, 66, 142, 171.
ESTUDIS FRANC. 31 (1923) p. 286 s.

Gabriel a Chinon, antiquae Prov. *Turoniae* in Gallia alumnus. Indefessus fuit missionarius per multos annos in variis Orientis regionibus: Mesopotamiam enim, Armeniam et Persiam novas ubique stationes erigendo peragravit. Multas suis in itineribus apostolicis adversitates patienter pertulit. Diversis linguis itidem loquebatur, erat insuper in mathematicis disciplinis egregie versatus. An. 1664 Alexander VII grave illi negotium circa Patriarcham antiochenum Chaldaeorum tractandum demandavit. Mortuus est a. 1668. Scripsit de Persorum et Armenorum religione, statu ac moribus itemque de rebus aliarum regionum finitimarum. Illius opera publice typis tradidit *Moreri*, Lugduni a. 1671.

BULLAR. CAP., VII, 303 s.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 128 ss.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 260-66, 273, 337, 341 s.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, VI, 113-27 131-40; VII, 419 (Ind.).
IDEM, *Manuale hist. miss.*, p. 79 ss.
BIOGRAFIA UNIV. (1823) t. 22, p. 432 s.

Gabriel a Chiusa, seu Klausen, Prov. Tirolensis. — Familia *Pontifeser* natus est a. 1653.

Granet Franciscus Marius, Gallicus pictor fama clarus (1775-1849). — Tertio Ordini Franciscano fuit adscriptus. Multae sunt tabulae ab eo descriptae quae franciscanum aliquod tractant argumentum, et in quibus seraphicam Francisci vim mysticumque afflatum egregie refert et exprimit. Arcto amicitiae vinculo cum FF. Capuccinis fuit coniunctus, propterea varios eorum gestus depingendo expressit, scilicet, sive cum in Choro divinas laudes persolvunt, sive cum litterarum studio dant operam legendo aut scribendo, aut arctus admoto igne refovent. Romae ecclesiae nostrae necnon coenobii diversas partes illustravit.

RIPERT EMILE, *F.-M. Granet, peintre d'Aix* Paris, 1937 (cf. Etudes Franc. 1938 p. 382).
TOUSSAINT GABRIEL, *Fr. M. Granet, peintre provençal et franciscain*. Aix, 1937 (cfr. Revue d'Hist. franc. 1931 p. 236-38).
ITALIA FRANC., 7 (1932) p. 288: A. Zimei, *Un pittore francescano in Provenza*.

Granito Pignatelli di Belmonte Ianuarius, Neapoli ortus a. 1851; a Leone XIII electus *Archiepiscopus* a. 1899; a Pio X *Cardinalis* creatus die 27 nov. 1911 et evectus postea ad sedem suburbicarium Albanensem (1915) dein Ostiensem (1930), *Protector* Ordinis nostri designatus die 23 apr. 1915, plura praestitit in Ordinis bonum. Obiit fere centenarius die 16 febr. a. 1948 eiusque corpus humatum est in romano sepulchro FF. Capuccinorum ad Veranum.

ANALECTA CAP. 31 (1915) p. 129, 138, 183, electio Card. Protect. — 41 (1925) p. 15, XXV anniv. Episcopatus Card. Prot. — 56 (1940) p. 34, 153, XXV anniv. a nominatione Card. Prot. — 57 (1941) p. 99 de nonagesimo aetatis anniversario Card. Prot. — 64 (1948) p. 56-60, necrologia.

Granollers (*Granullaris, Granularium*) in Prov. Catalauniae. — Conventus a. 1584 conditus et a. 1816 iterum instauratus, abrogatur a. 1835. Ecclesia B. M. V. in caelum assumptae fuerat dicata.

BULLAR. CAP., V, 413; IX, 330.
ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 353.

Grassa, vide *Lagrasse*

Grasse (*Grassa, Gracensis*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus, a. 1605 excitatus ab antiqua Prov. S. Ludovici, mansit usque ad gallicam eversionem (1791).

BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 86.

Grasse (*dioecesis*). Haec *Grassensis* D. gubernata est a. 1604-1627 a Cherubino Le Maingre BOUCICAULT ab Arles, olim O. Cap., et a. 1711-1726 ab Athanasio MESGRIGNY ab Arles ex Ord. Cap.

Grataria, vide *Gradara*

Gratia Pelli, vide *Maria Gratia*

Gratianopolis in Gallia, vide *Grenoble*

Gratianopolitana *sedes titularis episcopalis*. — Hoc titulo fruitus est ab a. 1854 ad an. 1870 noster sodalis Ignatius PERSICO a Napoli, qui postea creatus est cardinalis.

Gratianus a Carantilly (*Corbet*), alumnus veteris prov. Normandiae. Martyr fidei occubuit a. 1794, saeviente gallica subversione.

BESCHIN, *Martyrol. Franc.* (16 iulii).
EDOUARD, *Essai de Martyrologe*, p. 16.
ANALECTA CAP. 51 (1935) p. 237.

Gratianus a Jügesheim, vide *Grimm. G.*

Gratianus a Linden (domo *Wittenzellner*) Prov. Bavaricae. — Natus a. 1842, Ordinem Cap. ingreditur a. 1863 et vita cessit a. 1909. Multa scripsit, latine et germanice de rebus spiritualibus et historicis. Inter eius opera haec recensere iuvat nempe: *Die Kapuziner im Elsass einst, und jetzt* (Freiburg, 1890); *Ochsenfeld, eine neue Station der christlichen Liebe* (Strassburg, 1892); *Die göttliche Mission der schwieligen Hand* (Münster, 1891); *Principia directiva pro candidatis O. Cap.*

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 30, 31.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 784 (Ind.).
PROVINZBOTE (Bayern) a. 1934 p. 135-38.

Gratianus a Montfort, domo *Bordey*, Prov. Lugdunensis Lector et pluries Moderator. Obiit a. 1650. — Typis vulgavit, inter alia, opera quae sequuntur: *Axiomata philosophica* (Antuerpiae, 1626) — *Tarentule du Guenon* (1620) Scripsit etiam: *Axiomata theologica*, quae nondum edita fuere.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 110.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 24.
BIOGRAFIA UNIVERSALE (1823) T. 39, p. 55.
DICTIONN. THÉOL. CATH. VI, 1754.

Gratianus a Paris (*Badin*), prov. Parisiensis alumnus; ortus a. 1875; habitu seraphico indutus a. 1896; e vita egressus in patrio loco die 1 aug. 1943. — Scriptor fuit egregius de rebus franciscalibus. Inter opera ab eo edita primum locum tenet *Histoire de la fondation et de l'évolution de l'Ordre des Frères Mineurs au XIII siècle.* Paris 1928, pp. XXIV-700 (praemio donatum ab Academia Gallica); *hispanice* versa cura P. Victoriani M. de Larráinzar (Buenos Aires, 1947); cfr. recens. apud *Archiv. Franc. Hist.*, 1929 p. 187 s. et *Revue d'Hist. Ecclés.*, 1929 p. 312. Ex aliis eius operibus recensemus: *St. François d'Assise et l'influence sociale de l'Evangile.* Paris 1910 *St. François d'Assise, sa personnalité, sa spiritualité.* Ib. 1927 et 1928 (opus in diversas linguas versum).

GODEFROY DE PARIS, *Le P. Gratien de Paris historien de l'Ordre de St. François, rénovateur de l'esprit franciscain.* Paris [1944].
ANALECTA CAP. 59 (1943) p. 176.
ETUDES FRANC., an. 1950, p. 93-96.
FRANC. LEVEN, 17-18 (1944-45) p. 235-37.

Gratiosa a Brescia monialis Capuccina, vide *Brescia* (Monasterium Capuccinarum).
Gratz in Austria, vide *Graz*

Graulhet (*Graulictum*) in Prov. Tolosana. Conventus, qui a. 1657 fuerat fundatus una cum ecclesia B. M. V. ab Angelis dicata, tempore gallicae seditionis a. 1791 vastatur.

BULLAR. CAP. V, 405.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.*, I, 150; III, 162-170, 323.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 80.

Grave in Hollandia. — Stationem missionariam ibi FF. Capuccini habuerunt ab an. 1631 usque ad a. 1741.

SCHOENGEN, *Monasticon Batavum*, I, 83; *Supplementum* (David De Kok), p. 59.
P. CYRILLUS, *De Capucijnen en de stad Grave. Een geschiedkundige schets.* Grave 1904.

Gravellona Lomellina, in Prov. Alexandrina. — Anno 1844 fratribus domus oblata est in loco vulgo *Barbavara*, ibique manserunt usque ad expulsionem a. 1858.

BULLAR. CAP., X, 307, 733 *a*).
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 380.

Gravina, in Apuliae Provincia. — Primus conventus, non procul ab urbe, fuerat aedificatus a. 1535, iuxta ecclesiam S. Mariae Altissimi, vulgo « dei Coluni ». — Eo relicto, alius conditur a. 1570, una cum ecclesia sub titulo S. Mariae a Consolatione. Lata expulsionis lege a. 1861, derelinquitur.

BULLAR. CAP., III, 317.
EMANUELE, *Cronaca di Puglia* (cf. Ind.)
MARIANO, *I Capp. nella Lucania*, p. 55.
SALVATORE, *I Capp. nelle Puglie*, p. 151.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 94 (Relatio Conv. a. 1650).

Gray (*Grajum* seu *Grayacum*) in Prov. Lugdunensi. — An. 1588 coenobii cuiusdam fabrica erigebatur, quae hodie amplius non exstat. In ecclesia, S. Ioanni Bapt. dedicata, a. 1617 vetus quoddam B. V. M. simulacrum publicae fidelium venerationi fuit expositum, quod quidem nunc in alia ecclesia « *Notre-Dame de Gray* » nuncupata, prostat.

BULLAR. CAP., V, 151, 400; VIII, 136.
MOREY, *Capuc. en Franche-Comté*, p. 12.
VILLEREY (Abbé)-LOUVOT (Chan.), *Notre-Dame de Gray.* Paris 1904. (de conv. Cap. p. 262 ss.) cf. ETUDES FRANC. t. 14 (1905) p. 425.
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 359, 362.
ETUDES FRANC, 17 (1907) p. 659-69: *Etude sur l'authenticité de l'image-miraculeuse de N.-D. de Gray* (A. Gasser).

Graz (*Graecium*) in Prov. Viennensi in Austria. — Primus conventus sub titulo S. Antonii Patav. extra portam S. Pauli situs, exordium sumpsit a. 1600, fuitque antiquae Prov. *Styriae* locus princeps. — Alter exstruitur a. 1648, cuius ecclesia S. Ioanni Bapt. dicata fuit. Uterque conv. derelictus est ob religiosorum expulsionis legem a. 1786.

Ab an. 1895 ad an. 1919 Fratres habitarunt hospitium SS. Redemptoris ad coemeterium centrale. Anno vero 1928 aperuerunt Seminarium seraphicum dicatum S. Laurentio Brundusino.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 39 tab. XVIII.
BULLAR. CAP. IV, 381.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 148.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 24, 67, 68, 73, 99.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 546.
ANALECTA CAP., 45 (1929) p. 36.
JAHRESBERICHT *des Kapuzinerseminars « St. Lorenzheim ».* Graz, 1937-38.
MITTEILUNGEN *aus dem Kapuz. Seminar « St. Lorenzheim »* in Graz 1949-50 ss.

Greenwood, California, vide *Elk*

Gregorius XIII (*Hugo Boncompagni*), electus d. 13 maii 1572, obiit d. 10 apr. 1585. — Ordinem nostrum valde dilexit et nonnullos e nostratibus selegit ad negotia tractanda. Magni momenti est: eius bulla « *Ex nostro pastoralis officii debito* » data sub die 6 maii 1574, qua Constitutionem Pauli III, nostram Congregationem ultra Italiae fines propagari inhibentem abrogat et ubique locorum conventus erigendi tribuit facultatem. Nec est praetereundum eo auctore SS. Redemptoris templum Venetiis a Senatu ex voto decretum et a Palladio venustissime erectum, Ordini nostro a. 1578 esse concreditum.

BULLARIUM CAP., I, 34; VI, 281 ss.
BULLARII REGESTUM, p. 27-29.
ANNALES MINORUM, XX, 627-57; XXI, 485-584.
BOVERIO, *Annales*, I, 764-66, II, 2.
VIVES, *Instituta Franc.*, p. 446-50.
PASTOR, *Storia dei Papi*, IX, 4, 83, 91-93.
ANALECTA, 9 (1893) p. 45 (Bull. Regestum).

Gregorius XIV (*Nicolaus Sfondrati*), electus d. 5 dec. 1590, obiit d. 16 oct. 1591. — Ad nos quod attinet, mentione digna est Bulla « *Decet Seraphicam* » data sub die 1 iun. 1591, qua fratres nostros a saecularium confessionibus excipiendis eximit.
BULLAR. CAP., I, 43; VI, 306 ss.
BULLARII REGESTUM, p. 31.
ANNALES MINORUM, XXIII, 443-65.
VIVES, *Instituta franc.*, p. 480-82.
ANALECTA, 9 (1893) p. 50, Bull. Regestum.

Gregorius XV (*Alexander Ludovisi*), electus d. 9 febr. 1621, obiit d. 8 iul. 1623. — Quoad Ordinem nostrum en praecipua eius acta. Nostris ecclesiis in perpetuum concessit Indulgentiam plenariam *Portiunculae*, dato Brevi « *Splendor paternae gloriae* » sub die 12 oct. 1622. — Insuper Brevi « *Vivae vocis oraculo* » sub d. 6 febr. 1623, declaravit suam Constitutionem « *Romanus Pontifex* » (2 iul. 1622) res Ordinis nostri non afficere. — Missionariis nostris in Raetia et alibi degentibus favores speciales concessit. — P. Hyacintho a Casali, pro felici legationum in Germania et Hispania successu plurimas litteras dedit.
BULLAR. CAP., I, 64-70; VI, 361 ss.
BULLARII REGESTUM, p. 45-48.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. III, cf. Ind.
ANNALES MINORUM, XXV, 585-654; XXVI, 575 ss.
VIVES, *Instituta Franc.*, p. 506-13.
PASTOR, *Storia dei Papi*, XIII, 99-100.
ANALECTA, 9 (1893) p. 145, Bull. Regestum.

Gregorius XVI (*Maurus Cappellari*, O. Camaldulen.). — Electus d. 2 febr. 1831, obiit d. 1 iun. 1846. — De Ordine nostro bene est meritus praesertim quod spectat ad missiones in Indiis Orient., Tunete et in Aegei maris insulis. — Non paucos episcopos creavit, inter quos G. Massaia. — Beatam insuper Veronicam Giuliani in Sanctarum virginum album a. 1839 recensuit.
BULLAR. CAP., X, cf. p. XIII, 7-162.
BULLARII REGESTUM, p. 187-201
VIVES, *Instituta franc.*, p. 720-727.
ANALECTA, 11 (1895) p. 296, 331, Bull. Regestum.

Gregorius ab Aldaba, vide *Larrañaga G.*

Gregorius ab Avignon (*Rives*), in prov. Tolosana et in illa S. Ludovici (Provence) Minister provincialis († 1639). — Eius de historia ecclesiasticae eruditionis monumenta haec sunt *Historia Conciliorum tam Generalium quam Provincialium* (1663); *Epitome omnium Canonum Conciliorum Gen. et Prov.* (1662); *Conciliabula schismaticorum etc.* (1663).
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 112.
JOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 32.
HURTER, *Nomenclator*, III, 1107.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 59.
APOLLINAIRE, *Correspondance de Peiresc*, pag. XVII ss., 332.

Gregorius a Breno, *Proc. Gen.*, alumnus prov. Mediolanensis. — Ortus d. 10 dec. 1861; habitu seraphico indutus a. 1882, sacerdotio auctus a. 1888; concionator assiduus atque philosophiae et theologiae lector. Munere Ministri provincialis functus est in sua provincia (1919), in Parmensi (1908) et Salernitana seu Lucaniae simul ac Consentina (1922). In Capitulo autem Generali a. 1926 electus est Procurator Generalis. Obiit die 29 sept. 1950.
AL REV.MO *P. Gregorio da Breno nelle sue nozze d'oro sacerdotali*, Milano, 1938.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 327.
ANALECTA CAP. 42 (1926) p. 190, Def. Gen.
ANNALI FRANC. (Milano), a. 1926, p. 295 s.; a. 1938, p. 113-118 (Nozze d'oro).
ATTI PROV. LOMBARDIA, 1950 p. 204-07 (necrol.).

Gregorius a Corella, in utroque Doctor; antiquae prov. Navarrae concionator et Commissarius Gener. († 1688). Iura Ordinis nostri strenue defendit et pro eo *Apologias varias* typis edidit an. 1683-85.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 111.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 26.
ILDEFONSO, *Capuch. de Navarra*, I, 193.
VERDAD Y CARIDAD, a. 1937 p. 349 s.

Gregorius a Marrara, vide *Boari G.* episc.

Gregorius a Marsala (*Valenzano*), prov. Panormitanae lector et concionator. S. Inquisitionis in regno Siciliae Theologus et Qualificator († 1669). — Ab eo typis sunt data: *Hymnodia SS. Patrum*, 2 voll. (1646-48). — *Practica moralis* (1664). — *Soccorso ai moribondi* (1658).
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 113.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 33.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 305.
EGIDIO, *Catal. Scrittori d. Prov.*, p. 92-94.
MIRA G., *Biblioteca Siciliana*, II, 444.
MONGITORE, *Bibliotheca Sicula*, I, 264.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, III, 140.

Gregorius a Napoli, eiusdem Prov. Neapolitanae alumnus. — Iam sacerdos saecularis et in utroque iure laureatus, ad nos venit a. 1576, et vita cessit a. 1601. Plura scripsit de rebus spiritualibus. Quae iam edita sunt, hic notamus: *Enchiridion Eccles.* (Venet. 1585, 1588) tertio editum (1597) sub titulo: *Institutiones ecclesiasticae*. — *Regola del Serafico S. Franc. con la dichiaratione fatta dai SS. Pontefici* (1589) — *Istruzione mistica* (S. Agnello di Sorrento, 1887).
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 111.
WADDING, *Scriptores*, p. 101.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, p. 330.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 27.

REUSCH, *Der Index*, I, 498-501 (De « Enchiridion... » P. Greg. ubi agitur de libris prohibitis).
APOLLINARIS, *Bibl. Neapol.*, p. 100-03.
FERRARI, *Onomasticon* (Bibliogr.) p. 377.
BONAV. DA SORR., *I Capp. di Napoli*, p. 38.
DICTIONN. THÉOL. CATH., VI, 1839.
ANALECTA CAP., 13 (1897) p. 25-28: P. Gregorii *Novem alphabeta spiritualia*.

Gregorius a Panaia, ex *Angelerio* seu *Angelieri* genere ortus, Prov. Rheginensis in Calabria Definitor. Obiit a. 1662. — Multa opera scripsit de B. M. Virgine, de Theologia etc., ex quibus tamen typis mandavit tantum: *De praeparatione evangelica narrationes* 7, *in quibus... ostenditur vera Ecclesia*, Neapoli 1653 *Prediche*, Ib. 1651.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 110.
SBARAGLIA, *Script.*, III, 237.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 30.
FRANC. DA VIC., *Scritt. Calabresi*, p. 71-73.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 24.
FORTUNATO, *Memor. Reggio Cal.*, p. 107.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 31 (Angelerio).
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, I, 732.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, I, 1232 (Angelerio).
DICTIONN. HIST. ECCL., III, 50.
DICTIONN. THÉOL. CATH., I, 1273.

Gregorius a Reggio Emilia, Prov. Bononiensis (Parmensis) alumnus. — Herbariae artis seu botanicae eximius fuit cultor. Herbarum stirpes diligenter investigando, plurimas detexit novas plantas et hac in re diuturnam habuit cum U. Aldrovandi, C. L'Ecluse (Clusio) et aliis consuetudinem. Obiit Placentiae (Piacenza) an. 1614. — Edidit italice opusculum de *Capsicorum* historia et varietate (Bologna 1613) in quo de variis piperis (*Peperoni*) speciebus disserit: latine versum fuit a Carolo Clusio, illudque inseruit in suum opus cui titulus « Curae posteriores... » — Plures P. Gregorii *Epistolae* asservantur in Biblioth. Universitaria Leidae, quarum nonnullae referuntur a Ioan. Bapt. De Toni apud: *Carteggio degli italiani col botanico C. Clusio* (Modena 1911) pp. 32-38.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 112.
CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 108-10.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 311.
FERRARI, *Onomasticon* (Bibliogr.) p. 377.
TIRABOSCHI, Biblioteca Modenese, IV, 337.
BOLLETTINO STOR. BIBL. FRANC., I, (1930). p. 23-27: *Il cappuccino Greg. da Reggio celebre botanico del sec. XVI-XVII.* (V. Mazzelli).
MISCELL. FRANC. 5 (1890) p. 103, Epistola P. Greg. ad ducem Mantuae a. 1609.

Gregorius a Roma, alumnus Prov. Romanae († 1757). Postulatoris Gener. munus obivit ab a. 1734 ad a. 1756.
ANALECTA CAP. 54 (1938) p. 219.

Gregorius a Saint-Loup-sur-Semouse, Prov. Lugdunensis. — Domo *Cornibert* natus a. 1760, habitum sumpsit a. 1780. Eversione gallica gliscente, d. 11 ian. 1796 arreptus est in civ. Villedieu et in carcerem traducitur in civ. Vesoul. Schismatico iuramento publice retractato, capite damnatus est, obiitque pro fide d. 25 ian. 1796.
LÉOPOLD, *Nos Martyrs*, p. 219-300.
BEAUSÉJOUR H., Le P. Grégoire... exécuté à Vesoul (1796) in: *Bullet. Soc. d'Agricult., Lettres... du Départ. de la Haute-Saône*, an. 1924, p. 147-165 (cf. *Revue d'Hist. Franc.*, 1926 p. 637 s.).
LA VIE *et le Martyre du P. Grégoire de St.-Loup*. Paris, 1790; Luxembourg 1800,
UN MARTYR *de l'Ordre séraphique. Le P. Grégoire de St.-Loup*. Vesoul, 1926.
COLOMBOT (L'ABBÉ), *Le P. Grégoire de St. Loup. Souvenir du Centen. de sa mort.* Vesoul, 1896.
ANALECTA CAP., 41 (1925) p. 228-33.

Gregorius a Vinica (*Malevac*), provinciae Croatiae concionator, ortus an. 1734, in Ordinem ingressus an. 1754. In re litteraria eximiam famam adeptus est. Plura edidit poëmata dramatica et religiosa in lingua croata necnon poeticum commentarium de bello Austro-Russico adversus Turcas (1788). Obiit in civitate Varaždin an. 1812.
DUKAT VLADOJE, *P. Gregur Kapucin, kajkavski književnik XVIII. vijeka*, in: « *Rad* » Jugoslavenske Akademije, (Zagreb), 1915, p. 137-261.
IDEM, *Sladki naš kaj. Ogledi iz stare kaj. Književ.* (Zagreb 1944), p. 215-26.
ŠENOA A., *Hrvatske novine u stihovih*, Vienac, 1879 N. 45-46.

Grenade-sur-Adour, in Prov. Tolosana. — Fratres antiquae Prov. Aquitaniae hic ab a. 1644 usque ad a. 1791 habitarunt.
BULLAR. CAP., V, 205, 407.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 586.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 73.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquit.*, p. 312.

Grenade-sur-Gardonne (*Granata*) in Prov. Tolosana. — Conventus, a. 1604 conditus in honorem Stigmatum S. Francisci, clausus fuit tempore gallicae eversionis a. 1791.
BULLAR. CAP., V, 405.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 48.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.*, I, 57; III, 298.
ETUDES FRANC., 23 (1910) p. 89 n. 51, not. bibliogr.

Grenoble (*Gratianopolis*) in Prov. Sabaudiae. — Conventus a. 1610 ab antiqua Prov. Lugdunensi fundatus, et a. 1840 Custodiae Sabaudiae attributus, nunc derelictus est.
BULLAR. CAP., V, 397; X, 87.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 48.
LAGIER A., *Les Capucins à Grenoble...* Grenoble 1917, pp. 67.

Grigioni in Helvetia, vide: *Raetia*.

Grimm Gratianus a Jügesheim, *episc.*, alumnus provinciae Rhenano-Westfalicae. — Ortus die 28 iulii 1901, habitu Capuccino indutus an. 1924 et sacerdotio auctus an. 1930. Ad Missionem de *Tienshui* in imperio Sinensi profectus an. 1933, institutioni iuventutis et socialibus caritatis operibus praesertim incubuit. A Pio XII die 21 aprilis 1949, episcopus *Zinceuvensis* (i. e. de Tienshui) electus est.

ANALECTA O. CAP., 65 (1949) p. 87.

Grimmenstein in Helvetia. — Sorores *Capuccinae* III Ord. Regul. S. Franc., ex a. 1602 vitam ducunt in veteri monasterio an. 1378 condito.

BULLAR. CAP. IV, 365.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 171.
GREIDERER, *Germania franc.*, II, 660.

Grono in Helvetia (Ticinum). — Fratres Capuccini missionarii in regione Mesaucinae, paroeciam S. Clementis administrarunt ab an. 1684 ad an. circ. 1930.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 128
CLEM. A TERZORIO, *Le Missioni*, I, 444 (Ind.)
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 44.

Grönungen in Prov. Rhenano-Westfalica (Württemberg). — Anno 1754 fratres veteris Prov. Franconicae, hospitium apud castrum Principis de *Bartenstein* acceperunt. At illinc, vertente saec. XVIII discedere coacti sunt.

EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 258, 270.

Gross-Wardein, vide: *Nagyvàrat.*

Grottaglie (*Criptaliae*) in Prov. Apuliae. — Prima sedes fratribus oblata fuit a. 1538; secunda vero in loco vulgo « *Morlacchia* » a. 1546. Tandem a. 1586 novus conventus aedificatur in vico « *Follonese* » una cum ecclesia S. Mariae ab Angelis dicata. An. 1861 lata expulsionis lege, religiosi nostri inde discesserunt.

BULLAR. CAP., III, 118-19, 319.
EMANUELE, *Cronaca di Puglia*, v. Ind. p. 231.
MARIANO, *I Capp. nella Lucania*, p. 70, 102.
SALVATORE, *I Capp. nelle Puglie*, p. 101.
ITALIA FRANC., 16 (1941) p. 46-49.

Grotte-S. Lorenzo,
vide *San Lorenzo Nuovo.*

Grotteria (*Cryptaurea*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — Conventus S. Francisci, qui prope ecclesiam S. Eliae a. 1594 exstructus fuerat, repentino terrae motu evertitur a. 1783.

BULLAR. CAP., III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 40.
ITALIA FRANC. 24 (1949) p. 171.

Gròttole (*Chryptulae*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Anno 1600 conventus aedificatus fuit, una cum ecclesia SS. Trinitatis mysterio dicata. Ob religiosorum expulsionem a. 1866 decretam, conv. derelinquitur.

BULLAR. CAP., III, 310.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 243: Relatio et status Conv. a. 1650.

Grua M. B., vide *Maria Bernardina Grua*

Grumento Nova, olim Saponara di Grumento (*Saponaria, Grumentum*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Conventus erectus a. 1555, et a fundamentis refectus a. 1629, clauditur omnino a. 1866. Ecclesia SS. Iacobo et Philippo Apost. fuerat dicata.

BULLAR. CAP., III, 360.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 115, 215-21
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 304, Relatio et status Conv. a. 1650.

Grünstadt (*Grunstadium*) in Prov. Rhenano-Westfalica (*Palatinatum*). — Conventus exstructus a. 1699, a gubernio gallico supprimitur a. 1802.

BULLAR. CAP., IV, 385.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 38 cf. Ind
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, 188, 200, 416.
KILIAN, *Aufhebung... Nothgottes*, p. 92.
REMLING F. X., *Urkundliche Gesch. der... Klöster i. Rheinbayern* (1836) II, 277-79.

Guadasuar in provincia Valentina (Hispania). — Huius loci paroecia an. 1947 fratribus Capuccinis concredita est.

ANALECTA CAP. 64 (1948) 11; 66 (1950) 19.

Guagira, vide *Goajira.*

Guaiana in Venezuela, vide *Guayana.*

Guajira, vide *Goajira*

Gualdo Tadino (*Validum Tadinum*) in Prov. Umbriae. — Domus nostra fabricata videtur a. 1566, in valle ad radices montis Serrae Sanctae. Ecclesia dicata est S. Michaëli Archangelo et in ea colitur Imago B. V. vulgo *del Divino Amore.*

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 104-106, 435.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAFICA, (1930) p. 24.
GUERRIERI R., *Storia di Gualdo Tadino* (Gubbio 1933), p. 298-300, 433-39 (Cappuccini)
VENANZIO DA LAGOSANTO, *S. Franc. e i suoi tre Ordini in G. T.*, Milano 1896 pp. 27.
GIUSEPPE DA RIGALI, *Notizie del conv. e del Santuario della Madonna del Divino Amore dei Cappuccini di G. T.*, Gualdo Tadino 1928.
GIUSEPPE DA RIGALI, *Manualino per la Pia Unione della Madonna del Divino Amore* Città di Castello 1928.
IPPOLITO DA CIVITELLA, *Nel 50 annivers. del Collegio Seraf. d. Prov. Serafica*, (1930) p. 14-26: Gualdo Tadino.
MADONNA DEL DIVINO AMORE. *Eco del Santuario*, Gualdo Tadino, 1949 ss. (Supplem. a *Voce Seraf.*).
VOCE SERAFICA (Foligno) a. 1925, *Supplemento* al fasc. di Settembre. — a. 1928, *Supplemento* al fasc. di Luglio (Collegio e Chiesa dei Capp. di G. T.).

Guam, latior insula inter Marianas in Oceano Pacifico, olim ab Hispanis, nunc autem a Statibus Foeder. Americae occupata. — Vetus Missio de Guam, olim a Iesuitis ac postea (1766) a PP. Augustinianis Recollectis administrata, an. 1902 in Praefecturam Apost. erecta et an. 1907 curis FF. Capuccinorum provinciae Rhenano-Westfalicae commissa est. Anno demum 1911, die 1 martii, in Vicariatum Apost. erigitur eiusque ministerium committitur FF. Capuccinis prov. Catalauniae et post tres annos (1914) provinciae Navarro-Aragonensi; anno vero 1938 Missio provinciae Calvariensi commissa est.

Vicariatui Ap. de Guam die 4 iulii 1946 reliquae *Insulae Marianae*; die 13 ian. 1947 *Insulae de Ryukyu* et die 17 iun. 1948 etiam insula *Wake* adnexae sunt. Die 21 ian. 1949 insulae de Ryukyu subiectae sunt Administratori Apostolico.

Vicarii Apostolici

1911 Vila Mateu Franc. Xav. ab Arenys
1913 Bernaus Serra Aug. ab Artesa
1914 Olaiz Zabalza Ioach. a Pamplona
1934 Olano Urteaga Leo ab Alzo
1945 Baumgartner Apoll. a College Point.

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 68 tab. 28.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 440-43.
ANUARIO *de las Misiones de los Capuchinos de Navarra*, a. 1934, p. 112-128.
GUIDA *delle Missioni Cattol.* (1934) p. 331.
MISSIONI *dipendenti da Prop. Fide*, 1950 p. 465.
ANALECTA CAP. 27 (1911) p. 99 (Erectio Vicar.). — 38 (1922) p. 6 (Delegationi ins. Philipp. addicitur). — 44 (1928) p. 230 Concred. Prov. Navarrae). — 62 (1946) p. 88 (Adnexio Insul. Marian.) — 63 (1947) p. 11; 64 (1948) p. 111, Insula *Wake* Vicariatui Guamensi adnectitur. — 66 (1950) 94-95, Relatio Miss.
THE COWL (Yonkers) 5 (1941) 89-91, *The «Latte» of G.* — 124-26, *Guam's third native Priest*, 202-03, 216 *Our Mission in Guam.*
ESPAÑA MISIONERA. Revista... (Madrid). II, 1945. p. 207-11; III, 1946, p. 77-83, *Misíon de Guam.*
IL MASSAIA, 1950, p. 10, 62, *Miss. di Guam.*
MISSION annual of the Seraphic Mass Association, 1948. *The story of the Guam Mission*, Yonkers, 1947.
S. FRANCIS HOME JOURNAL (Pittsburgh), an. 1936, p. 374-78. *Guam: Our new Mission*
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 4 (1928) p. 161-63: *Die Kapuziner Mission auf der Insel Guam.*
UMATUNA SI YUUS — *News and Views of catholic interest in the Marianas Islands.* Published by the *Vicariate Ap. of Guam.* Agaña, 1947 ss.

Guamo, vide *Lucca.*

Guaramiranga (Ceará in Brasilia), Custodia provincialis de *Maranhão*, commissa prov. Mediolanensi. — An. 1935 Conventus aedificatur, et a. 1940 Novitiatus ibi canonice erigitur. Ecclesia dicata est B. M. Virgini de Lourdes.

ANALECTA CAP. 57 (1941) p. 34.
ANNALI FRANC. (Milano) a. 1937, p. 281-83.
ATTI PROV. LOMBARDIA, 1940 p. 97; 1941 p. 16, 162; 1946, p. 117; 1948, p. 232.
IL MASSAIA (Rivista). 23 (1936) p. 327-330.

Guarcino (*Varcenum*) in Prov. Romana. — Anno 1857 fratres primum vetus coenobium S. Lucae, quod antea Monialium S. Benedicti fuerat, elegerunt. Anno vero 1868, alium conventum penes parvam ecclesiam SS. Virginis Dolorum Matris, aedificare praetulerunt.

BULLAR. CAP., X, 565.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. VIII.
CRETI MARIO, *Cenni storici del monastero di S. Luca in Guarcino.* Roma 1948, p. 15, 38-40 (*Cappuccini*).

Guardia (La) in Prov. Castellae in Hispania. An. 1661 conventus exstruebatur, cuius ecclesia dicata est Immaculatae Conceptioni B. M. V. — Derelictus est tempore civilis perturbationis a. 1835.

BULLAR. CAP., V, 418.
STATISTICA PROV. CASTELLAE (1909) p. 22.
BUENAVENT., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.

Guardiagrele, in Prov. Aprutina. — Anno 1599 fratribus oblatus est conventus, qui extructus fuerat iuxta parvam ecclesiam S. Mariam de Populo nuncupatam, quae postea, in ampliorem formam restituta, titulum Nativitatis B. M. V. sumpsit.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 12 tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 326.
FILIPPO, *I Capp. d. Abruzzi*, p. 19.
ANNALI CAPP. *Prov. Abruzzi*, a. 1941, p. 175.

Guardianus. — Hoc nomen in uno Ordine Minoritico usurpatum invenitur ad *superiorem localem* significandum; numquam in «Regula» occurrit, sed tantum in «Testamento» S. Francisci.

In Ordine Capuccinorum iam ab initio *Guardianus* regulariter eligitur in Capitulo provinciali a Ministro et Definitoribus per scrutinium secretum ac vocem utramque habet in successivo Capitulo.

Secundum Statuta de *Albacina* (1529) n. 43) Guardiani quolibet anno confirmandi erant; Constitutionibus autem an. 1552 statutum est ut nonnisi ad triennium in Capitulo eligerentur.

Prius quam aliquis in Guardianum eligeretur examinandus erat a Ministro prov. et Definitoribus circa Casus conscientiae, nisi iam fuisset Guardianus et 15 annos in Ordine explevisset aut aliunde eius sufficientia constaret (*Capit. Gen.* a. 1633).

Non in omnibus tamen domibus Guardianus constitui poterat, sed tantum ubi fabrica completa esset et fratres regulariter viverent (*Capit. Gen.* a. 1656). Iuxta hodiernam legislationem Guardiani constitui possunt tantum in domibus *plene formatis*, in quibus scilicet sex saltem religiosi commorantur, quorum quattuor sunt sacerdotes... (*Ordinat. Capit.* an. 1928 n. 217); in domibus vero nondum formatis superior localis nuncupatur *Praeses*.

Guardianus simul esse potest Definitor prov. non vero Lector (*Ordinat.* n. 259). In eius absentia regimen familiae a Vicario assumitur (vide *Vicarius localis*).

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., VIII. 220 (nota), 237; IX, 62; X, cf. Index p. 785.
VENANTIUS. *Monum. ad Constit.*, cfr. Index,
MELCHIOR, *Historia Ord.*, I, 160-62; II, 155-61
IL GUARDIANO CAPPUCCINO. *Lettera ad un Superiore novello.* Firenze 1908.
DIONIGI DA CANGI, « *Se ti facessero Superiore* » *Pensieri formativi.* Palermo 1948.
[GIROLAMO DA FELLETTE], *Indirizzi pratici per i Superiori locali*, Venezia, 1943 47 pp.
VECCHIONI M. M., *Esame istorico e legale* del diritto delle Famiglie religiose e principalmente delle francescane, sull'elezione de' propri locali Superiori. Napoli 1778.
ANALECTA CAP. 3 (1887) p. 78. Comment. in Ordinat. Capituli Gen. a. 1884.

Guargena D., vide *Felicianus a Messina*

Guastalla (*Vastalla*) in Prov. Parmensi. — Conventus, qui a. 1591 fuerat fundatus, supprimitur lege napoleonica a. 1810. Ecclesia titulo S. Bernardini Senensis fuit insignita.

BULLAR. CAP., II 441.
CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 71.

— Monasterium monialium *Capuccinarum* Ord. S. Clarae, a. 1643 exstructum, nunc derelictum iacet. Circa moniales illustres huius monasterii vide : *Lucia Ferrari* († 1682) et *Paula Maria Malatesta* († 1709).

BULLAR. CAP., II. 442.
BOLLETTINO STOR. BIBLIOGR. FRANC., IV (1933) p. 129-172, 259-265.
LEGGENDARIO CAP., II, 130 s. Suor Maria Teresa Tunn di Trento † 1751.

Guatemala, Respublica in America centrali. — Iam an. 1844 primi missionarii capuccini in Guatimalam advenerunt. Postea alii fratres hispani, praesertim ex prov. Catalauniae, ibi propriam missionem constituerunt et conventum a. 1852 aedificarunt in civitate *Antigua Guatemala*. At a. 1872 massonica secta imperante, omnes Religiosi ab hac republica expulsi sunt. Inter missionarios enituit P. Stephanus ab Adoain.

IGNACIO DE CAMBRILS, *Crónicon de la Misión de Capuchinos en Centro América* (Barcelona 1888), p. 32-45
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 131.

— In urbe Guatemala moniales *Capuccinae* habent monasterium ex an. 1725.

ANALECTA CAP., 50 (1934) p. 198.

Guattini, vide *Michaelangelus a Reggio*

Guayana seu *Guiana* in Venezuela. — Hispaniae sodales Capuccini iam an. 1680, vel paulo ante, sibi hanc provinciam evangelizandam elegerant, ast cum illam ingredi non obtinuerint, nonnulli missionarii ad Insulam *Trinidad* appulerunt, ubi per 30 ferme annos fructuosissimam navarunt operam et ex ipsis tres nempe: P. Stephanus a S. Feliú de Pallarols, P. Marcus a Vich et Fr. Raymundus a Figuerola, die 1 dec. 1699 gloriosam martyrii palmam adepti sunt.

Anno tandem 1723 capuccini missionarii Catalauniae ingredi potuerunt *Guayana* ibique munus apostolicum mirabiliter exercere; gliscente vero anarchica eversione a. 1817, viginti circiter missionarii interfecti sunt et alii quadraginta successive perierunt ob passas aerumnas omnisque generis insectationes. An. 1842 alii denuo missionarii ex Catalaunia ad eadem littora appulerunt; anno demum 1889 missiones Venezolanae Capuccinis prov. Castellae concreditae sunt (vide *Venezuela*).

BIBLIOGRAPHIA

ROCCO DA CESINALE, *Storia.* III, 735 s.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale*, p. 361 s.
MELCHIOR, *Historia Cap.*, vol. III, 391 ss., 399
BALTASAR DE LODARES, *Los Capuchinos en Venezuela*, II. 145-340 (Caracas 1930).
BALTASAR DE MATALLANA, *Viajes y excursiones de un misionero por las selvas tropicales de G.* (Venezuela). Madrid, 1948.
BASILIO DE RUBÍ, *Los Capuchinos en la G.*, in « España Misionera » IV, 1947, p. 518-38.
STREIT, *Biblioth. Missionum*, III, num. 14, 26, 117, 276, 382. 1106; pag. 414.
ANALECTA CAP. 53 (1937) p. 214-219: *Missiones in Guayana a PP. Societatis Iesu renuntiatae, curae Capuccinorum prov. Catalauniae committuntur an.* 1682.
APOSTOLADO FRANC. (Barcelona), an. 1946, p. 15, 47, 75. 99, 135, 158: *Misioneros Capuchinos en Cumaná, isla de la Trinidad.*
CATALUNYA FRANC., an. 1926, p. 64, 91, 110, 138, 164, 187. *Els nostres missioners en la Guaiana*; an. 1929, p. 160-62, 225 ss. *El martirs de la Trinitat.*
ESTUDIOS FRANC. 21 (1918) p. 357-61: *Tres Capuchinos martirizados en la Guayana en* 1699. (Ant. de Barcelona); t. 26 (1921) p. 130, 269; t. 27 (1921) p. 49-59; t. 28 (1922) p. 259-72; t. 29 (1922) p. 52-58: *Los Capuchinos Catalanes y la civilización de Guayana. Fundación de las Misiones capuchinas en la isla de Trinidad* 1678. (Fr. I. de R.).
MENSAJERO SERÁFICO (Madrid) an. 1884, pag. 144, 180, 202, 276, 309: *Elogio histórico fúnebre de los misioneros capuchinos víctimas de la anárquica ferocidad* (Guayana 1817).

SERAPHIC CHRONICLE (Yonkers). an. 1933, p. 258 ss. *Capuchin martyrs on the Island of Trinidad in* 1699 (P. Joh. Lenhart).
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 2 (1926) p. 266-69: *Die alten Kapuzinermissionen in Guyana* (P. Hier. Graf).
VENEZUELA MISIONERA (Caracas), x, 1948, p. 243 ss.: *Relación interesante sobre las antiguas Misiones de Guayana.* (Eugenio de Alvarado, año 1755).

Guayana Hollandica in America meridionali. — Duo nostri missionarii Capuccini, quorum nomina et locus originis ignorantur, apostolatum inierunt anno circiter 1659 in regione *Surinam* dicta, ibique paulo post mortui sunt. Eorum corpora translata sunt *Middelburg* in Hollandia.
LA FRANCE FRANCISC. 8 (1925) p. 147-49: *Des Capucins missionnaires en Guyanne Hollandaise et des persécuteurs mystifiés* (W. Lampen, O.F.M.).

Gubbio (*Eugubium, Iguvium*) in Prov. Umbriae. — Primus solitarius locus seu eremus S. Nicolai a Bario, qui in monte S. Iacobi eminebat non longe a civitate, nobis donatus fuit a. 1547. Quo relicto, novus conventus extruitur a. 1635, eidem S. Nicolao dicatus. Tempore italicae seditionis (1860-66) deseritur.
BULLAR. CAP., II, 136 s., 435.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 181.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAFICA, p. 19.
DIEGO DALLE GROTTE DI CASTRO, *Meraviglie di S. Franc. in G.* (Gubbio 1886) p. 221-26.
PARIS UGOLINO. O.F.M., *S. Franc. e i francescani nella città di Gubbio* II ed. Assisi 1941. (Notizie del nostro Conv. e 4 biogr. di religiosi cappuccini).
STUDI FRANC., 13 (1927) p. 400 s.

— Monasterium monialium *Capuccinarum* Ord. S. Clarae, ibi exstat ab an. 1561.
BULLAR. CAP. II, 109-111, 436.
DIEGO DALLE GROTTE, *op. cit.*, p. 227-247 s.
PARIS U. (op. s. cit.), notitiae de monasterio et 35 biogr. monialium Capuccinarum.
ANALECTA CAP. 50 (1934) p. 198.
STUDI FRANC. 13 (1927) p. 421 s. (Monast. Cap.).

Gubel in Helvetia. — Monasterium Capuccinarum III Ord. Regul. aedificatum est an. 1846-1849.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 565.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schw.*, p. 186.

Guèrlinum, vide *Garlin*

Guestphalica Prov., vide *Westfalica Prov.*

Guglimaius, vide *Guglionesi*

Guglionesi (*Guglimajus*) in Prov. Fodiensi. — Conventus qui a. 1628 fuerat aedificatus, derelictus est ob latam expulsionis legem a. 1860-66. Ecclesia ab Immaculata antea nuncupata, deinde a. 1672 sub titulo S. Mariae a Gratiis consecratur.
BULLAR. CAP., III, 103, 316.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Ang.*, p. 117.

Guiana in Venezuela, vide *Guayana*

Guido a Ramberg, vide: *Beck G., episc.*

Guido M. a Lugliano, Prov. Tusciae. — Domo *Politi* natus d. 7 ian. 1681, habitum sumpsit a. 1698. Lectoris et Novitiorum Magistri munia exercuit, fuitque Verbi Dei praeco assiduus et fructuosus. Anno 1716, classem contra Turcas ad Corcyrae littora decertantem, comitatus est. Vitam duxit mira exemplaritate fulgentem sancteque obiit d. 14 iunii 1763. Huius Servi Dei *Processus ordinarius* apud S. Congr. iam institutus prostat.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, VI, 365-387.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 81.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 125-28.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, II, (cf. Ind.). *Lucca*).
ANTONIO FELICE DA SIENA, *Vita del Servo di Dio P. Guido M. da L.*, Lucca 1765.
FERDINANDO DA MONTIGNOSO, *Un fiore dei Monti Lucchesi*, Lucca 1908.
ANALECTA CAP. 61 (1945) p. 61 (Status Causae Beatificationis).

Guido a Pontrieux vide *Le Floch G.*, episc.

Guidus, vide *Guido*

Guillelmus, vide: *Gulielmus.*

Guimaraes in Portugallia, (dioecesis Bracharensis). — Iuxta manuscriptum P. Francisci de Salvador, O.F.M. († 1710), cui titulus: *Memoria do principio... que teve o Recolhimento de S. Izabel desta villa de Guimaraens em que estiverão as Irmãas Beatas Capuchinhas, que vivem em perpetua clausura voluntaria guardando à risca a Regra da Terceira Ordem de S. Francisco*, in hoc loco olim exstitit monasterium monialium Capuccinarum III Ordinis Claustralis. Ulteriores notitiae de hoc monasterio desunt. (Cfr. *Archivo Ibero-Amer.* a. 1945, p. 190 num. 21).

Guinea in Africa Occidentali (Nigritia). — Anno 1634 S. Congr. Prop. Fid. nova erecta missione in veteri *Guinea*, ad eamdem misit nonnullos Capuccinos gallos prov. Britanniae sub ductu P. Angelici a Nantes. Eodem ferme tempore, scilicet an. 1635, alii Capuccini galli prov. Normandiae sacrum aggrediebantur ministerium in nova missione iuxta littora *Capitis Viridis* et *Senegal*. Duo primi missionarii exstiterunt P. Alexius a Saint-Lô et P. Bernardinus a Renouard, quibus alii exinde se consociarunt; sed an. 1644 omnes missionem dereliquerunt ob insalubrem loci naturam.

In eorum locum S. Congr. substituit Capuccinos hispanos prov. Baeticae seu Andalusiae, qui profecti sunt mense dec. 1646; sed cum, exeunte saeculo XVII, Lusitania ius patronatus acquisivit in ea loca, missionem deserere missionariis opus fuit.

Eadem tempestate Capuccini quoque prov. Castellae commissam habebant (ab an. 1659) missionem *Ardrae;* sed cum ille rex qui christianus esse voluisset, quasdam condiciones acceptare recusasset. missionariis an. 1661 missionem derelinquere opus fuit et littora meridionalis Americae petere.

Similiter missio in regno *Benin* a S. Congregatione an. 1648 commissa fuit Capuccinis hispanis prov. Valentinae, quorum primi, ducente praefecto P. Angelo a Valentia, missionem petierunt mense februario 1651. Eos humaniter excepit regionis illius rex; at eius ministri nimium eorum influxum futurum pertimentes in populum, primum missionarios omnis generis vexationibus submiserunt, dein in navim conscendere iusserunt et in Lusitaniam remeare; huc autem appulsi, in propriam provinciam reversi sunt.

Missionarii in Guinea de quibus tractatur suo proprio loco:
Alexius a Saint-Lô († 1659)
Angelus a Valencia († post a. 1654)
Christophorus ab Azcona († 1678)
Columbinus a Nantes († 16..)
Franciscus a Monteleone Rocca Doria † 1695.
Seraphinus a León († 1657).

Bibliographia

BULLAR. CAP., VII, 332 ss.
PELLEGRINO, *Annali*. I, 255 (a. 1637); II, 79 (a. 1647).
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. III, cfr. Index sub v. *Ardra, Benin, Caput Viride, Guinea.*
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 482-517.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 245-56.
IDEM, *Le Missioni*, X, 340-356.
BUENAVENT., *La Prov. de Castilla*, I, cfr. Ind. sub. v. *Arda, Guinea, Sierra Leona.*
ANNALES MINORUM, t. 28, p. 244, 295, 597.
DE GUBERNATIS, *Orbis seraph., De Missionibus* t. II, pars II, pag. 405.
ALEXIS DE SAINT-LÔ, *Relation du voyage du Cap.-Vert.* Paris, 1637.
UBALD D'ALENÇON, *Relation inédite d'un voyage en Guinée adressée en* 1634 *à Peiresc par le P. Colombin de Nantes.* Vannes 1906, pp. 15.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 213-215, *de Miss. Cap. in Capite Viride.* — p. 244-249, *Antiqua Relatio itineris P. Columbini Nannetensis in Guineam* (1634). — 31 (1915) p. 327, 357. *Docum. ad historiam Miss. Guineae spectantia.*
MISSIONALIA HISPANICA (Madrid), 6 (1949) 523-46, *Misión Capuchina al reino de Arda.* (Buenav. de Carrocera).
REVUE SACERD. DU T. O. (Paris), a. 1936 pag. 78 s. *Les origines capucines de la Mission de Dakar* (Cap-Vert).

Guinea Inferior in Africa, vide *Congus*

Guingamp (*Guincampum*) in Prov. Parisiensi. — Fratres antiquae Prov. Turoniae, coenobii fabricam erigebant a. 1615 ibique manserunt usque ad civilem subversionem a. 1791. Nova domus ibi canonice erecta est an. 1946.

BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 21.
ANALECTA CAP. 63 (1947) p. 16 (Nova domus)
REVUE HIST. FRANC., 6 (1929) p. 333.

Guisolan Maximus a Fribourg. episc., Prov. Helveticae alumnus. — Ano 1735 natus est in vico Chénens et a. 1753 Ordinem ingreditur. Fuit Lector, Definitor et Minister Prov. (1786-89). A Pio VI electus est Definitor Gener. (1796), sed ob invasionem gallicam Romam relinquere et in Provinciam redire coactus est a. 1798. A Pio VII a. 1804 episcopus *Lausannensis* creatus, magna sollertia sedem administravit. Inter alia Seminarium dioecesanum instauravit, necnon « *Decreta et Constit. Synodales* » typis mandari iussit. Obiit d. 9 decem. 1814.

BULLAR. CAP., IX, 235 (nota), 375.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 161.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 242.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 680-82.
BURGENER, *Helvetia Sancta*, II, 502-11.
HISTOR. BIOGR. LEXIC. D. SCHWEIZ, IV, 12.
SANKT FIDELIS GLÖCKLEIN, 6 (1917-18) p. 239 s.

Gulielmus a Moate in Hibernia, alumnus Prov. Anglicae. — Ex *Hanly* progenie ortus a. 1866, in Ordinem a. 1881 excipitur. Novitiorum curam ad septennium sustulit et munus Definitoris pluries obivit. Missiones per totam provinciam peregit et ad Tertium Ordinem divulgandum, ephemeridem cui nomen *Franciscan Annals* suo calamo illustravit. Historiae etiam Ordinis non parum se applicuit. Obiit d. 30 maii 1927. — Haec, inter alia, praelo dedit, nempe: *Franciscan Tertiaries* (London 1913) quod opus iterum paruit: Olton 1934. *The Story of the Capuchin Franciscans in England* (Rochdale 1924).

ANALECTA CAP., 44 (1928) p. 29.
FRANCISCAN ANNALS, 51 (1927) p. 193-200.

Gulielmus a Piová d'Asti
vide *Massaia*, card.

Gulielmus a Reisbach (*Auer*), alumnus prov. Bavaricae. — Natus a. 1840, habitum religiosum sumpsit an. 1860, et vita cessit die 17 mart. 1913 (Augsburg). — Quam plurima opera et opuscula ascetica, historica, biographica ab eo praelo data sunt; inter quae haec tantum liceat memorare: *Seraphische illustrierte Ordens-Legende von den Heiligen, Seligen und Gottseligen der drei Orden des hl. Franz von Assisi auf jeden Tag des Jahres.* München 1896. — *Der seraphische Weltpatriarch St. Franz. v. Assisi.* Augsburg 1886. — *Gnadenmutter von Loretto, Geschichte...* (1888).

EDUARDUS. *Bibl. Mariana*, p. 31, 82.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 599, 609, 661.
ALTÖTTINGER FRANZ. BLATT, a. 1913 p. 113 s.

Gumppenberg, vide *Leopoldus a Pöttmes*

Gumy Justinus a Matran, *episc.*, alumnus prov. Helveticae. — Natus die 12 nov. 1869, ad fratres Capuccinos se contulit an. 1887 et a. 1896 Lector S. theol. renuntiatur. An. 1904 missionarius ivit ad insulas *Seychelles* in Oceano indiano, et an. 1921, die 10 martii, a Benedicto XV electus est episcopus *Portus Victoriae* seu Seychellarum. Sua sede dimissa d. 8 ian. 1934, ad titularem ecclesiam *Olbiensem* translatus est die 9 febr. atque ad suam Provinciam revertit. — Obiit Friburgi d. 27 augusti 1941. Praelo dedit: *Régeste de l'Abbaye de Hauterive*. Fribourg 1923.

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, x, 276, 277.
HISTOR. BIOGR. LEXIC. D. SCHWEIZ, IV, 15.
ANALECTA CAP. 37 (1921) p. 108. — 46 (1930) p. 139. — 50 (1934) p. 113. — 57 (1941) p. 195-97.
SANKT FIDELIS. 10 (1922) p. 87-89. — 28 (1941) p. 205-208.
ST. FRANZ. ROSEN, 10 (1920-21) p. 119-121.

Günzburg (*Ginzburgum*) in Prov. Bavarica. — Conventus a fratribus Prov. Tirolensis a. 1616-18 conditus, a Bavaris supprimitur a. 1806. — Ecclesia in honorem SS. Trinitatis et Assumptionis B. M. V. dicata fuit.

BULLAR. CAP., IV, 372.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 15.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 53, 457.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, 733.
PETRUS FRANC., *Suevia ecclesiastica*, p. 372.

Gurkfeld, vide: *Krško*.
Gurpfeldum, vide *Krško* (Gurkfeld)
Guyana in Venezuela, vide *Guayana*

Gy (*Gyum*, *Gyacum*) in Prov. Lugdunensi. — Anno 1651, fratres antiquae Prov. Burgundiae conventum sub titulo S. Claudii erigebant. Nunc derelictus iacet.

BULLAR. CAP., V, 400.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 290.
MOREY, *Les Capuc. en Fr.-Comté*, p. 47.
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 366.

Gypsum, vide *Gesso*



Garrison, New York
Domus studiorum cursus philosophici (1932)

H

Haas Fr., vide *Franciscus a Metzerlen*

Habana, Havana, vide *Cuba* et *Marianao*

Habana (*dioecesis*). In hac *S. Christophori de Habana* D., episcopi « Coadiutor » exstitit ab. a. 1787 ad a. 1793 noster sodalis Cyrillus SIENI a Barcelona; sedem autem occupavit, ab an. 1865 usque ad an. 1873, alter noster sodalis Hyacinthus M. MARTINEZ-SAEZ a Peñacerrada.

Habitus minoriticus. — Controversia sat acris olim exstitit, inter familias I Ordinis franciscalis, circa primaevam formam et colorem habitus S. P. Francisci eiusque primi Ordinis. Non pauca proinde de hac re documenta prodiere, verum in iis exponendis non iam immorandum esse arbitramur.

Tum pro controversia quondam agitata cum pro omnibus editis statutis habitum nostrum quocumque modo respicientibus cfr. opera atque commentaria infra citata.

WADDING etc., *Annales*, IV, 153; VII, 112; XXVI, 166-175.

DE GUBERNATIS, *Orbis seraphicus*, I, 694; II, 555 n. 5, 591 n. 69; III, 12, 50, 143.

BULLAR. CAP., cfr. Indices t. I, et VI (sub v. *Habitus*).

BULLARII REGESTUM, n. 661 (a. 1621); n. 732 (a. 1625); n. 790 (a. 1627); n. 1111 (an. 1644); n. 1271 (a. 1658); n. 1288 (a. 1659) n. 1330 (a. 1663); n. 1605 (a. 1691).

VENANTIUS, *Monum. ad Constit. O. Cap.*, cfr. Index, p. 672.

MONUM. HIST. O. CAP., cfr. Indices voll. I ss. sub v. *Caputium, Habitus, Pallium, Sandalia.*

ALBERTUS A BULSANO, *Expositio Regulae* (editio novissima), cf. Index.

BOVERIO, *Annales*, I, cfr. Index Rerum in fine vol. sub v. *Caputium, Habitus.*

IDEM, *De vera habitus forma a B. Francisco instituta, Demonstrationes XI.* Coloniae 1656.

MELCHIOR, *Hist. O. Cap.*, I, II (cf. Ind.)

BREVE APOLOGIA *sopra l'abito del P. S. Francesco.* Jesi, 1653, 1654, 1655.

CAROLUS DE ARENBERG, *Icones antiquae, quibus ostenditur FF. Min. Capuccinos eandem gerere formam habitus quam gestavit S. P. N. Franc., ipsorumque barbam et sandalia non esse rem novam...* — Bruxellis, 1666. Tab. 45, in-folio.

CATALANO NICCOLÒ, *Fiume del terrestre Paradiso... Trattato difensivo dell'antica forma dell'abito dei FF. Minori.* Fiorenza 1652. (Auctor disserit contra habitum FF. Capuccinorum).

CENSALI FRANC., *Discorso informativo delli tre stati della serafica Religione.* Napoli 1650. (Auctor defendit formam Habitus FF. Capucc.).

FILIPPO DA BURGIO, O.Cap., *Compendiosa relazione sopra l'Abito del patriarca San Francesco e di S. Antonio.* Palermo 1654.

REUSCH, *Der Index*, II, 260 ss. (de quaestione habitus FF. Minorum).

THEOPHIL GRAF, O.Cap., *Zur Entstehung des Kapuzin.* (1940). cfr. p. 73-88 (passim).

ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 359, Pueri vagantes cum habitu capuccino, abusus non tolerandus. — 28 (1912) p. 177, declaratio Defin. Gen. circa colorem habitus, qui esse debet « castaneum ». — 29 (1913) p. 270, de recognitione habitus S. Franc. Florentiae asservati.

COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 71 ss. (passim), de hab. Cap. relate ad hab. Camaldulensium.

ETUDES FRANC. 38 (1926) p. 495-507, *Notes d'Iconographie franciscaine* (P. Gratien) Ibi disseritur etiam de forma Habitus.

FRANC. LEVEN, 18 (1935) p. 38-45. *Het Habijt van den Capucijn.* (P. Gerlachus).

MISCELLAN. FRANC. 24 (1924) p. 185-87, *Del Cappuccio dei FF. Min.* (Edoardo d'Alençon) p. 198-202. *De colore Habitus minoritici.* (Dom. Sparacio). — 25 (1925) p. 3-12, *Il colore dell'Abito dei FF. Minori.* (Edoardo d'Alençon).

ROUND TABLE, 13 (1948) p. 169-180 *The Capuchin Habit.* (Fr. Giles Soyka).

SANKT FIDELIS, I (1910-13) p. 33-44, *Ueber das Tragen des Ordenskleides.* (P. Ephrem). — XV (1938) p. 11-14, *Unsere « viereckige » Kapuze* (Hil. Felder); pag. 124-127, 153-155, *Unser Ordenskleid und die « viereckige » Kapuze.* (P. Adalbert Wagner).

Appendix

De singulari quaestione olim agitata *habitum gerendi* a nostratibus etiam *tempore infirmitatis* cfr.:

MANZANEDA MOLINA JO. BAPT. — *Discurso medicinal y questión medico moral sobre el*

uso, y costumbre que observan los PP. Capuchinos de no quitarse el Abito de raíz de las carnes en sus graves y agudas enfermedades aunque por ello peligren. Córdoba 1679. — (Cfr. *Archivo Ibero Amer.* I, 23, 1925, p. 406; t. 25, 1926, p. 233).

RESPONSIO *R.mi P. Procuratoris Gen. Ord. Cap. contra Discursum medicinalem, seu quaestionem medico-moralem D. Jo. B. Manzanedae... Sacrae Congr. Episc. et Regul. praesentata.* Romae 1680.

MANZANEDA Io. B. — *Responsio apologetica contra P. Procuratorem Gener. Cap., S. Congreg. praesentata.* Romae 1680.

LUIS DE ANTEQUERA, *Apología del Capuchino enfermo... usando en sus enfermedades más agudas... su áspero Abito... Satisface al Discurso medicinal y questión médico-moral que este año* 1679 *imprimió el D. Juan B. Mazaneda, severo contra el Sayal y afable con el lienzo.* S. l., 1679 pp. 49.

Hackensack, New Jersey, in Stat. Foeder. Amer. (Custodia provincialis *Statunitensis,* concredita Prov. Tusciae). — Paroecia S. Francisci Assisien., pro Italis a. 1917 erecta, fratribus nostris a. 1926 canonice concredita est.

DESCRIPTIO GEOGR ORD. (1929) p. 37 tab. XXI.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 625.
ANALECTA CAP., 43 (1927) p. 48.
CAPUCHIN CLARION, 8 (1948) N° 1 p. 13 ss.

Hadria, vide *Atri*

Hadrianus, vide *Adrianus.*

Haedicollis, vide *Kitzbühel.*

Hagenau (*Hagenova*) in Prov. Strasburgensi. A fratribus Prov. Helveticae conventus aedificatus fuit a. 1627. Dirutus a. 1748, denuo a fundamentis excitatur; at tempore gallicae seditionis deseritur (1791).

BULLAR. CAP., V, 409.
SILVEST. MEDIOL., *Annales,* p. 493.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali,* II, 156.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 103.
ARMEL, *Les Cap. d'Alsace,* p. 6, 65-69, 149-61.

Herrnsheim (*Herrnsheimium*) in Prov. Rhenano-Westfalica (Hassia). — Munus paroeciale fratres nostri hic exercuerunt ab a. 1650 ad a. 1711, duobus circiter annis exceptis.

HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, cf., Index.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.*, p. 48.
ANALECTA CAP., 17 (1901) p. 246.

's Hertogenbosch (gallice *Bois-le-Duc;* lat. *Sylva Ducis*) in Prov. Hollandiae. — Antiquus conv. qui a. 1611 erectus fuerat, stetit usque ad a. 1629, quo civitas eversa est. Eius ecclesia consecrata fuerat a. 1620 in honorem S. Nominis B. M. V. — Fratres, post a. 1637, stationem missionariam hic statuerunt, quae ad an. 1761 exstabat. — Conventus praesens aedificatus est a. 1897, et ecclesiam habet SS. Cordi Iesu dedicatam.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22 tab. XIV.

CYRILLUS V. SCHIEDAM, *De eerste Capucijnen en Oud 's Hertogenbosch*. S. n. t. (1923).
GOUDEN JUBILÉ *van het Capucijnenklooster te 's H.* 1898-1948. 's-Hertogenbosch 1948.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, cf. Ind. — V, 94-98.
SCHOENGEN, *Monasticon Batavum*, I, 108; *Supplementum* (David De Kok) p. 80.
ANALECTA CAP., 11 (1895) p. 56, 91, 116.
BOSSCHE BIJDRAGEN, V, (1923) p. 271-320: *Geschiedenis v. h. Klooster der Kapuc. te 's-Hertog*. 1611-29 (P. Cyrillus): Cf. « Archiv. Franc. Hist. » 1926 p. 458-59; « Études Franc. » 1927, p. 204 n. 76.
FRANC. LEVEN, 18 (1935) p. 200, 300: *De Capuc. in 's Hertog.* 1611-1935 (P. Gerlachus); 33 (1950) p. 137-39 Monum. artis in conv. et ecclesia.

Hetruriae Provincia, vide *Tusciae Prov.*

Hetzenauer M., vide *Michaël a Zell.*

Hibernia. — Prima vice fratres Capuccini in Hiberniam pervenerunt an. 1615. Primus ex eis fuit P. Stephanus Daly, hibernus, qui a P. Francisco Nugent, hiberno et prov. Belgicae alumno, missus fuit. Celeriter tam aucti sunt numero ut iam an. 1642 missio constaret 51 fratribus cum coenobiis Dublini, Slanii, Limeracensi, Mullingariae, Pontani et Corcagiae. Anno 1698 missio in custodiam erecta est et die 22 sept. 1733, per litteras Clementis XII « Apostolicae servituti », custodia evecta est in provinciam. Anno 1754 haec complectebatur 16 domos et 144 religiosos; inde vero ab eodem anno in Insula Sanctorum saevire coepit contra catholicos fideles crudelis persecutio, in qua partes non secundas sustinere debuerunt fratres nostri; quapropter regulari provinciae magnum damnum subsecutum est. Obtenta an. 1829 catholicorum emancipatione, status Ordinis in Hibernia pedetentim refici potuit, et, post transitum per gradus commissariatus (a. 1856) et custodiae (a. 1864), provincia denuo constituta fuit per decretum Min. Gen. diei 11 ian. 1885.

Huic prov. concredita est Custodia prov. in Stat. Foeder. Amer. (vide *Status Foed. Amer.*) et missio *Victoria Falls* in Africa (vid. sub v.)

INDEX CONVENTUUM, qui in Hibernia a) *nunc exstant*: Cork, Dublin, Ard Mhuire, Kilkenny, Rochestown.

b) *sunt derelicti*: Athy (Laoigheas), Clonmel, Drogheda (Dredagh)), Galway, Limerick. Mullingar, Slane, Swords, Thurles, Wexford.

SERIES SUPERIORUM PROV., addito eorum electionis tempore (ex *Mss.* Prov.).

a) *Commissarii Gener.* ab an. 1608 ad an. 1698; inter illos praecipue inveniuntur: Franciscus Nugent, Barnabas Barnewall, Christophorus Kearney, Bernardinus O'Ferrall, Gregorius Mulchonry, Lucas Nugent, Robertus Connell, Laurentius Dowdall, Iacobus Fleming et Cyprianus Macorry.

b) *Custodes Provinciales*:
Cyprianus Macorry: 1698.
Robertus Tyrell: 1701, 1714.
Paulus Moore: 1704.
Andreas Nugent: 1706.
Dominicus Moran: 1710, 1729.
Iosephus Hearne: 1711.
Bonaventura Donnelly: 1718, 1724.
Philippus O'Kennedy: 1721, 1733.

c) *Ministri Provinciales*:
Philippus O'Kennedy: 1733.
Petrus McAlpine: 1736.
Ioan. Bapt. Knight: 1741, 1747.
Franciscus Nugent: 1744, 1750, 1757, 1769.
Richardus Tresher: 1753.
Iosephus Eivers: 1759, 1766, 1775.
Antonius Murphy: 1761.
Bernardinus Carroll: 1763.
Edmundus Burke: 1772, 1779.
Clemens Murray: 1782.
Eustacius Daly: 1785.
Casimirus Nulty: 1789.
Caelestinus Corcoran: 1800, 1813, 1819.
Ioan. Bapt. Leonard: 1808.
Franciscus Donovan: 1816.
Theobaldus Mathew: 1828-1852.
Aloysius O'Connell: 1852.
Ludovicus O'Riordan: 1853.

d) *Commissarii Gener.* ab an. 1855 ad an. 1873: Ludovicus O'Riordan, Victor de Chamounix, Augustinus Dunne, Vincentius Mac Leod, Alphonsus Muldoon, Eduardus Tommins, Laurentius a Cento (Bononien.), Emigdius a Civitanova (Picenus).

e) *Ministri Provinciales.*
Seraphinus a Bruges: 1885.
Engelbertus ab Huissen: 1886 (Vic. Prov.).
Paulus a Freshford: 1887, 1904.
Matthaeus a Tarbert: 1893, 1898.
Bernardus a Denoughmore: 1895.
Petrus a Tullarcan: 1901, 1907, 1916, 1922.
Thomas a Kilkenny: 1910.
Aloisius a Cork: 1913.
Elwinus a Castelmartyr: 1919, 1926, 1931, 1934.
Silvester a Tasson: 1925.
Kevinus a Boyle: 1928.
Colmanus a Doneraile: 1937, 1940, 1949.
Iacobus a Mitchelstown: 1943, 1946.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
de quibus fit mentio sub eorum nomine

SERVI DEI:
Fiacrius Tobin a Kilkenny († 1656)
Ioan. Bapt. Dowdall ex Ultonia († 1710)

EPISCOPI:
Connolly Thomas Ludov. a Cork († 1876)
Mulligan Silvester a Tasson († 1950)
O'Shea Fedliminus (Phelim) a Clondrohid (el. 1950).

SCRIPTORES etc.
Arthurus O'Leary († 1802)
Chilianus a Killybegs, Praef. Ap. 1936.
Christoph. Kearney a Cashel († 1656)
Columbus Maher a Dublin († 1894)

Franc. Nugent a Moyrath († 1635)
Innocentius Weldon, conc. († 1707)
Ioannes Chrysostomus Scotus (*Campbell*), scriptor (florebat an. 1627).
Mauritius Whelan, miss. († 1806)
Nicolaus Archbold a Dublin († 1650)
Richardus O'Ferrall († 1663)
Robertus O'Connell († 1678)
Theobaldus Mathew, apostolus Temperantiae († 1856)

Bibliographia

BULLAR. CAP., V, 271-291; X, 751.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 21 tab. 19.
NOTITIA HISTORICA *Prov. O. Cap. in Hibernia* Romae, 1859. (Sunt pure et simpliciter notitiae et Docum. quae in *Bullario Ord.* habentur, t. V, p. 271-91).
FR. ANGELUS, *Pages from the story of the Irish Capuchins*. Cork, 1915, pp. 92.
ROCCO DA CESINALE, *Storia d. Miss.*, I, 381-406; II, 397-468 (passim).
UBALD, *Catalogue des Mss.*, p. 60, 62, 123.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, III, 13-30, Zelfbestuur voor Jerland.
MELCHIOR, *Hist. O. Cap.*, I, 89, 316; II, 53 s. III, 170 s., 197 ss.
M. J. MASSIET DU BIEST, *Notes sur les archives des Capucins irlandais et des Missions irlandaises ayant eu leur siège en France.* Reims 1924 p. 30. (Extr. du tome 138 des « Travaux de l'Académie de Reims »). — Cfr. *Revue d'Hist. Franc.*, III, 1926, p. 326.
ANALECTA CAP. 1 (1884) p. 117 (Prov. iterum constituitur) p. 222 (Status Prov.). — 24 (1908) p. 43 ss. (*Rocco da Cesinale, Storia delle Miss.*, tomo IV). — 38 (1922) p. 290, 312. — 39 (1923) p. 53, 136, 177 (*P. Richardus O'Ferrall*, Docum. Prov. Cap. Hiberniae). — Cfr. etiam *Index Gen.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 183 s.
THE CAPUCHIN ANNUAL, Dublin, 1929 ss. — De historia Ordinis in Hibernia agitur praesertim ad an. 1930, p. 30-34, 193-196; an. 1931, p. 95-100; an. 1932, p. 115-123; a. 1933, p. 279-282; an. 1934, p. 232-242; an. 1935, p. 225-233.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 194 (de ortu Prov.).
FATHER MATHEW RECORD (Irish Home Journal). Dublin 1908 ss. — In hoc periodico a Capuccinis edito, plures notitiae de nostra Hiberniae Prov. inveniuntur. Cfr. praesertim an. 1912, p. 40 ss. — a. 1913, p. 69 ss. — a. 1914 p. 158 s. — a. 1915, p. 153 s. — a. 1928 p., 44 ss. — a. 1929, p. 18 ss. — a. 1931, p. 173 ss.
FRANCISCAN ANNALS (London), 10 (1886) p. 35 ss., *Some Irish Capuchins.*
FRANC. EDUCAT. CONFER. 29 (1948) 159, 169-72 (Irish Capuchin devotional literature).
— Circa *Ephemerides* a Capuccinis in Hibernia editas vide sub v. *Periodica.*

Hicarium, vide *Geraci Siculo*

Hieracis, vide *Geraci Siculo*
Hieracium, vide *Gerace*

Hierarchia ecclesiastica. — De habitudine fratrum Capuccinorum ad hierarchiam ecclesiasticam agitur in opere: MELCHIOR DE POBLADURA, *Historia Ord. Min. Cap.*, vol. I, pag. 338-349; vol. III, p. 413-436.

Circa fratres Capuccinos ad dignitates ecclesiasticas evectos, vide sub v. *Cardinales, Concionator Apostolicus, Episcopi.*

Hierarchia Ordinis Cap. — De constitutione hierarchica seu de regimine Ordinis nostri fuse agitur in opere: MELCHIOR A POBLADURA, *Historia gener. Ord. Cap.*, vol. I, p. 138-162; vol. II, p. 112-164.

In hoc *Lexico* varia officia seu argumenta breviter tractantur sub verbis: *Capitula — Cardinales Protectores — Commissarii — Custodes — Definitores — Discreti — Guardiani — Ministri Gen. et Prov. — Postulator Gen. — Procurator Gen. — Secretarii — Vicarius — Visitator.*

Hieremias, vide *Ieremias*

Hierocaesariensis *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo ornatus est an. 1950 noster sodalis Fedliminus O'SHEA a Clondrohid.

Hieronyma Bartoli, monialis Capuccina, vide *Milano* (Monasterium Cap.)
Hieronyma Vespasiani, monialis Capuccina, vide *Santa Fiora*
Hieronymi (S.) Provincia in Italia, vide *Apulia, Lucania*

Hieronymus ab Alicante, prov. Baeticae seu Andalusiae concionator et lector. — Opus scripsit de viris illustribus et gestis Regum Hispaniarum, quod duobus voluminibus typis datum est Hispali (Sevilla) a. 1646 hac inscriptione: *Las Grandezas d'España.*

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 115.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 67.

Hieronymus ab Arles, antiquae Prov. S. Ludovici (Lugdunensis). — Nobili *Laurens* genere ortus, inter nostros sodales cooptari voluit an. 1581. Provinciam pluries moderatus est, fuitque egregius Concionator in primis Galliae urbibus et haereticorum strenuus insectator. Ter ad episcopatum expetitus ter illam dignitatem recusavit. Obiit apud Massiliam a. 1617. Reliquit sua manu scripta: *Commentaria Bibliorum, Conciones et Sermones.*

BULLAR. CAP., V, 159.
DE-PISE, *Annales*, p. 219-227.
OLGIATI, *Annali*, I, 388-399.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, I, 164-66.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 84.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 115.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 362.
JOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 68.

Hieronymus Ios. a Cabra (Egabrensis), prov. Baeticae seu Andalusiae lector et bis provin-

cialis; fuit insuper S. Inquisitionis Qualificator, et promotor cultus erga Virginem Matrem sub titulo Divini Pastoris. Anno 1801, Corbubae typis dedit *Compendium totius Philosophiae ad mentem Io. Duns Scoti.* Ab eo vulgata sunt etiam duo opuscula quae agunt de B. M. Virgine (1796, 1798).

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 32.
RAMIREZ, R. — *Catálogo de Escritores de la Prov. de Córdoba* (Madrid 1923) num. 286 ss. — Cfr. *Archivo Ibero-Amer.* 20 (1923) p. 269.

Hieronymus a Caltanissetta, Prov. Panormitanae. — Ortus domo *Guadagno* an. 1712, obiit a. 1786. Suae Provinciae exstitit lector, magister novitiorum, definitor et bis moderator (1753, 1759); Ordinis vero fuit Procurator (1761) necnon Definitor (1768). P. Seraphinus a Capricolle, Minister Gener., eum sibi ceu Consultorem adscivit.

FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 225, 228.
ANTONINO, *Stor. Prov. Paler.*, II, 342; IV, 57.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 154 n. 44.

Hieronymus a Cammarata, Prov. Panormitanae. — Genere *Caruso* a. 1549 natus, religiosum induit habitum a. 1569. Sacerdotio auctus, vitam duxit seraphico spiritu ornatam supernisque donis ditatam. Die 22 febr. 1627, in conv. *Naro*, cum fama sanctitatis obdormivit in Domino. — Apud S. Congreg. exstat *Processus informativus* an. 1628 constructus et an. 1890 apertus.

DE-PISE, *Annales*, p. 664-673.
OLGIATI, *Annali*, II, 708-29.
LEGGENDARIO CAPP., II, 385-392.
BESCHIN, *Martyrologium franc.*, 22 febr.
ANTONINO, *Storia d. Prov.*, II, 536-78.
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 331 (Processus informativus); 29 (1913) p. 93, Docum. P. Hieron. in Arch. prov. Bononiae; 61 (1945) p. 61, Status Causae beatif.

Hieronymus a Castelferretti, Min. Gen., Picenae Prov. alumnus. — Familia *Geradoni* natus a. 1549, rarae prudentiae vitaeque sanctimoniae religiosus fuit. An. 1574 unus ex illis apparet qui expediti fuerant in Galliam ad Ordinem nostrum illic constituendum. An. 1588 Commissarii Gener. munere functus est in Prov. Tolosae, quam deinde veluti Minister a. 1589 et 1595 rexit. Cum postea ad generale Capitulum a. 1596 ivisset, Procurator eligitur, quod quidem officium iterum a. 1605 ac tertio nempe 1618 obtinuit. Bis tandem totum Ordinem moderatus est (a. 1599 et 1608). Ab ipsa S. Sede, visitatoris munus illi demandatur ad inquirendum circa reformationem aliquot religiosorum Ordinum. Post tot exantlatos labores, pie obiit Romae d. 1 dec. 1626. — Biennio post, *Ordinationes et Constitutiones*, quas pro bono regimine quorundam institutorum religiosorum iam scripserat, Romae typis sunt traditae.

BULLAR. CAP., I, 59; VII, 300, 302.
DE-PISE, *Annales*, p. 606-617.
OLGIATI, *Annali*, II, 476-503.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 99, 101, 111, 112, 120, 126.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 46, 305, 405, 413, 442; III, 523.
GODEFROY, *Capuc. en France*, t. I, fasc. I, 223.
IDEM, *Hist. Prov. Paris*, II, 450-61, 656.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.*, II, 215-19.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 117.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 363.
JOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 69.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 60
IDEM, *Iscrizioni*, p. 77.
ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 166, 245; 12 (1896) p. 18, 20, 23; 46 (1930) p. 281-87: *Docum. inedita ad propositam missionem P. Hieron. apud Patriar. Alexandrinum spectantia* (1606).
LA CIVILTÀ CATTOLICA (Roma), an. 1930 vol. IV p. 317-30 (della missione ufficiale presso la Chiesa copta d'Egitto affidata al P. Gerol. da Paolo V nel 1605).
ROUND TABLE, 15 (1950) p. 37-42.

Hieronymus a Condrieu, Prov. Lugdunensis. — Vir pietate et litteris clarus, verbi Dei eximius fuit concionator, multumque valuit praesertim in haeresum exstirpatione. Dum Valentiae coenobio praesidebat, ab haereticis prope oppidum *Privatz*, circa diem 25 iunii 1629, pro fide crudeliter fuit interfectus. Quare eodem anno de processu ordinario circa eius martyrium instruendo et ad Urbem mittendo a S. Congr. de Prop. Fide statuitur.

BULLAR. CAP., VII, 412 (Decr. S. Congr. P. F.)
DE-PISE, *Annales*, p. 786
BERTANI, *Annali*, p. 193-200.
ROCCO DA CESIN., *Storia Miss.*, II, 345 s., 374.
LEGGENDARIO CAPP., V, 319-27.
BESCHIN, *Martyrologium franc.* 25 iun.
PETIT MESSAGER DE ST. FR. a. 1939, p. 155.

Hieronymus a Corleone, laicus Prov. Panormitanae. — Natus ex familia *Trombatore* a. 1639. Ordinem nostrum a. 1662 ingreditur. Virtutibus ac supernis charismatibus fuit ditatus; quapropter tum in Provincia tum extra in magnam aestimationem venit apud multos cuiusvis generis cives. Obiit cum fama sanctitatis, Panormi d. 7 ian. 1717. De illo ordinarii tantum *Processus* canonice instituti sunt.

BULLAR. CAP., III, 143.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 423-433.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, I, 103-123.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, III, 418 ss.
ILG, *Geist d. hl. Franz.*, I, 399-430.
COMPENDIO *della vita del ven. Girolamo da Corleone*, Venezia, 1891.
ANGELO DA PANTELLERIA, *Vita del Servo di Dio G. da C.*, Venezia 1757; Roma 1771.
ARSÈNE DE CHÂTEL, *Vie du S. de Dieu Jérôme de Corl.*, Paris 1894.
[EMERICUS VON PERLACH], *Das Wunder-volle Leben des Hieron. von Corlione.* München, 1753, 1754.

FRANCISCO DE AJOFRIN, *Vida del S. de Dios Geronymo de Corl.*, Madrid 1775.
GIAMBATTISTA DA MILANO, *Vita del S. di Dio Fr. Girol. da C.*, Milano 1754; Roma 1764.
IDEM, *Vida..., traducida por el P. Benito de Bocairente*. Madrid 1767; Valencia 1769.
SAVERIO M. DA NAPOLI, *Vita di Fra Girol. da Corleone*. Napoli 1755.
ANALECTA CAP. 61 (1945) p. 61 (Status Causae Beatific.).

Hieronymus a Dinami (*Gallucci*), prov. Consentinae in Calabria lector et concionator. — Tractatum *de divina praedestinatione* praelo subiecit a. 1566, iterum atque iterum reimpressum; scripsit etiam (circ. a. 1583) *de origine nostrae Congregationis.*

EDUARDUS, *De primordiis O. Cap.*, p. 68-74, 78, 79, 97.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 118.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 364.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II, 70.
FRANC. DA VIC., *Scrittori Calabresi*, p. 70.
FERRARI, *Onomasticon* (Bibliogr.), p. 362.
TAFURI G., *Istoria degli Scrittori del regno di Napoli*, Parte III, vol. VI, 433 .

Hieronymus a Fellette, vide *Bortignon H.*

Hieronymus a Firenze (*Bocchi*), quondam O. Min. Conventualium, deinde Capuccinus in prov. Tusciae († 1660). — Fuit concionator ac theologus eruditus opusque vulgavit quod inscripsit: *Monopanthon harmonicum et chronologicum* (1634 et 1656), in quo plurima tam sacra quam profana themata continentur.

SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 280.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 116.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 362.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. franc.*, II, 68.
HURTER, *Nomenclator*, III, 1102.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 119 (Bocchi).
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, !395.
DICTIONN. HIST. ECCL., IX, 307.

Hieronymus a Forlì, prov. Bononiensis. — Ex nobili genere *Paolucci de' Calboli* ortus a. 1552, philosophiae ac civilis iuris lauream in Bononiensi universitate obtinuit. An. 1571 Capuccinus effectus celebrem concionatoris famam consecutus est, tantoque ardore cultum et devotionem erga B. Virginem propagavit ut « Deiparae apostolus » (Apostolo della Madonna) appellari meruerit. Laudi illi ducitur quod Mariae imagines insignes, *coronandi* publicum solemnemque morem primus induxit. Quem ritum postea Ecclesia probavit, Vaticanis canonicis facultate data huiuscemodi diademata ad designatas ecclesias mittendi. Sanctus vir obiit Parmae d. 19 mart. 1620. Quaedam illius *opera homiletica* in Biblioth. Munic. Fori Livii (Forlì) asservantur.

SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 192-204.
OLGIATI, *Annali*, I, 624-659.
FLORES SERAPHICI, I, 219-223 cum figura.
PELLEGRINI, *Annali*, I, 185-88.
LEGGENDARIO FRANC., XII, 184-202.
LEGGEND. CAPP., III, 261-286.
CIRILLO, *Memor. Capp. Emiliani*, I, 117-25.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 272.
PELLEGRINO DA FORLÌ, *L'Apostolo della Madonna*, Roma 1876; Bologna 1935.
IDEM, *L'Apôtre de la Madone*, traduit par Marc Stephen. Lille-Paris 1881.
IDEM, *El Apóstol de Maria*, traducido por P. Soldevilla. Roma 1918.
DONATO DA S. GIOV. PERSICETO, *P. Gerolamo Paolucci de' Cálboli, Capp.* Forlì 1939.
PAOLUCCI DE' CALBOLI, FABRIZIO, *Cenni storici del ven. Girol. Paolucci*, Forlì 1927.
ITALIA FRANC., 8 (1933) p. 159-80, 308 ss. *L'incoronazione d. Immagini mariane*, (cf. *Collectan. Franc.* a. 1936, p. 457 n. 338).
VOCE SERAFICA (Roma) a. 1933, p. 71-75.

Hieronymus a Milano, etiam a Mésero dictus, genere *Caluschi* ortus. Fuit concionator in sua prov. Mediolanensi et Commissarius Gen. prov. Lugdunensis in Gallia, quam veluti a fundamentis excitavit, ibique sanctitate vitae conspicuus obiit a. 1584. — Tractatum scripsit *de Paupertate FF. Minorum.*

BOVERIO, *Annales*, II, 107, 116.
FLORES SERAPHICI, II, 78-84 cum figura.
BESCHIN, *Martyrol. franc.*, d. 25 mart.
ROCCO DA CESINALE, *Storia* I, 119, 129-31.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 42-44.
GODEFROY, *Les Capuc. en France*, T. I, fasc. I, (cfr. Index).
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 120.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 368.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.*. II, 75.
ARGELLATI, *Bibl. Scrip. Mediolan.*, I, 263.
PETIT MESSAGER ST. FRANÇOIS (Lyon), an. 1935, p. 147, 213: *Le fondateur de la prov. de Lyon.*

Hieronymus a Montefiore (olim *Montefiorito*), Min. Gen., alumnus Prov. Picenae. — Domo *Genclini* ortus a. 1520, primum inter Min. Conventuales adscitus, cathedram cum plausu obtinuit, ad nostram deinde Congregationem migravit a. 1559. Vir scientia, prudentia et dexteritate praeditus, in sua Prov. exstitit Minister, ac postea Definitor Gen. a. 1564, Procurator Gen. a. 1570, demum totius Ordinis electus est Moderator a. 1575 et iterum an. 1578. Interfuit etiam Concilio Tridentino. Sancte obiit die 8 apr. 1584. — Eius opus inscriptum: *Vita di alcuni Cappuccini che fiorirono dal* 1525 *al* 1580, in Archivo Ordinis et in Arch. Prov. Bononien. adservatur. Alia scripserat quae postea deperdita fuere.

BOVERIO, *Annales*, I, 827, 840-41; II, 117-134.
MONUM. HIST. O. CAP., I, 539, II, 521; IV, 138, 218, 229 et Index 239; V, VI, cf. Ind.
FLORES SERAPHICI, II, 14-26 cum figura.
LEGGENDARIO CAPP., VI, 403-418.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, 69, 77, 78, 82.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, I, 62 s. cf. Ind.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 193-200.
EDUARDUS, *De primordiis Ord.*, p. 3, 6.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p 120

SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 372.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 60.
ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 104 (not. hist.); 12 (1896) p. 52 n. 59; p. 151 n. 9.
COLLECTAN. FRANC. 3 (1933) p. 579 (P. Hieron. ad Concil. Trident.).
ITALIA FRANC. 18 (1943) p. 115-18; 19 (1944) p. 117-21 (nonnulli errores circa biogr. P. Hier. corriguntur), p. 58 (P. Hier. ad Concil. Trid.) ; 20 (1945) p. 231 s. (P. Hieron., religione « Picenus » vel « Romanus »?).
ROUND TABLE, XIV, 1948-49, p. 24-28, 41.

Hieronymus a Montepulciano, prov. Tusciensis alumnus. Natus e familia *Paganucci*, primum iuris peritus in saeculo, sacerdos et canonicus magni habitus exstitit; dein Ordinem FF. Minorum amplexus est, sed postmodum ad Capuccinos transit exceptusque fuit a P. Ludovico a Fossombrone. Humilitate, spiritu poenitentiae et omnimoda devotione erga B. Virginem effulsit. Munus obivit Superioris Prov. Tusciensis (1536), Bononiensis (1538, 1543, 1551) et Romanae (1541). Insuper Definitor Gener. electus est in Capitulis an. 1536, 1541, 1543. 1546. Obiit Ferrariae a. 1546.

MONUM. HIST. O. CAP., I, III, VI, cf. Ind.
BOVERIO, *Annales*. I, 381 ss.
FLORES SERAPHICI, I, 93-96 cum figura.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, I. 299-301.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 40, 46. 50, 51.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*. I, 48-51.
SALVATORE, *La Prov. di Bologna*, I, 87. 90-93.
ITALIA FRANC. 9 (1934) p. 286-88, (Cronaca).

Hieronymus a Montesarchio (domo *Cioffi*), Prov. Neapolitanae. — Per viginti annos (1648-68) in Congi regno missionarius illustris exstitit: ibi multa egit et plura adversa pertulit in illarum gentium beneficium. Legatus ab illo rege Romam missus, cum in Italiam pervenisset Areti (Arezzo) in Tuscia e vivis excessit a. 1669. — *Narrationem suae missionis* reliquit quae in Archivo Prov. Tusciae asservatur.

CAVAZZI, *Stor. del Congo* (cf. Montesarchio)
PELLEGRINO, *Annali*, III, 132-136.
ROCCO DA CESIN., *Stor Miss.*, III, 544-66 (passim), 589, 631.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, X, 399, 409, 415
BONAV. DA SORR., *I Capp. Napolet.*, p. 26.
AMAT DI S. FILIPPO P., *Biografia dei viaggiatori Italiani*, (ed. II, 1882), vol. I, 413.
SAMUELE CULTRERA DA CHIARAMONTE, *Un uomo meraviglioso*. Milano, 1927.
IL MASSAIA, 3 (1916) p. 140-42.
NEERLANDIA FRANC., I (1914) p. 258 n. XIV.

Hieronymus a Narni, Vic. Gen., Prov. Umbriae. — E clarissima *Mautini* seu *Mantini* gente ortus a. 1560, ad nos convolavit a. 1578. Lector, Definitor et Minister Prov. (1601) fuit. Orator insignis, in *Aula Apostolica* conciones habuit a. 1608-10 et a. 1621-23. Purpuram cardinalitiam a Paulo V sibi oblatam humiliter recusavit, et *S. Congr. Prop. Fidei* fundationem quam maxime fovit. In Capitulis Gener. a. 1613, 1618 et 1625 Definitor electus est, et a. 1631, ob mortem Ministri Gen. Ioan. a Noto, Ordinem rexit qua Commiss. Gener. usque ad obitum, quod Romae ei accidit d. 13 sept. 1632. — Eius « *Prediche fatte al Palazzo Apostolico* » quae Romae primo paruerunt a. 1632 pluries postea typis excusae atque gallice etiam versae Parisiis in lucem prodiere a. 1637. Nonnulla etiam scripta reliquit circa B. Virginem.

BULLAR. CAP., I, 88.
DE-PISE, *Annales*, p. 904-941.
BERTANI, *Annali*, p. 561-622.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 63.
LEGGENDARIO FRANCESCANO, X, 387 ss.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 38-42.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 118; 120, 124.
MAURO, *Il Predicatore Apost.*, p. 72-74, 79-88.
ROCCO DA CESIN., *Stor. Miss.*, I, 124, 405; II, 40-43, 331; III, 524.
CLEM. DA TERZORIO. *Missioni*, II, 30,34; V, 30.
ILG, *Geist d. hl. Franz.*, I, 268-85.
ANTON. DA RESCHIO, *Memorie Prov.*, p. 237-42.
CUTHBERT, *The Capuchins*, cf. Index.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 118.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 368.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 75.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 32.
FRANC. DA VIC., *Scrittori Prov. Seraf.*, p. 79-91.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 455 (Mautino).
PASTOR, *Storia d. Papi*, XIII, 100, 102.
MARCELLINUS DE-PISE, *Vita P. Hieronymi Narniensis*. Romae, 1647.
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 68; 21 (1905) 281.
ANNUARIO MISSION. ITAL. (1936) p. 93-99: *Il dovere della cooperazione missionaria nel pensiero del P. Gerolamo da Narni.*
ITALIA FRANC., 1 (1926) 119-30; 3 (1928) 295.
SERAPHIC CHRONICLE (New York) 11 (1928) p. 409-12: *G. da N. Apostolic Preacher.*

Hieronymus M. a Norcia, Prov. Umbriae. — *Berardelli* ex illustri familia natus a. 1710, Ordinem nostrum ingreditur a. 1730. Theologicas disciplinas tradidit atque suae Prov. Definitor exstitit. In Georgiam a. 1748 profectus, inde postea in Circassiam se transtulit illaque in regione primus missionarius fuit. Anno 1767 toti Georgianae missioni praeficitur ibique multa egit in eius incrementum. Obiit a. 1777.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, VII, 420.
FRANC. DA VIC., *Missionari Capp.*, p. 192-96.

Hieronymus a Novara, prov. Mediolanensis alumnus. — E nobili familia *Avogadro* ortus est a. 1506 atque fratribus Minoribus a. 1524 nomen dedit; dein cum P. Iosepho a Ferno ad Capuccinos migravit inter quos munus obivit novitiorum magistri. Temperantia excelluit puritate et sublimis contemplationis dono. Decessit e vita Brixiae a. 1582. Typis mandavit *Meditationes de Passione J. C.*, (1579).

MONUMENTA HIST. O. CAP., III, VI, cf. Ind.
BOVERIO, *Annales*, II. 28-33.

FLORES SERAPHICI, II, 190-194 cum figura.
LEGGENDARIO CAPP., V, 118-125.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 178-80.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 44-46.
BERNARDUS, *Bibl. Script*. p. 120.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 206.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 57 (Avogadro)
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, I, 1268.
MELZI, *Dizion. op. anon*., II, 174 (Meditazioni).

Hieronymus a Palermo. — Natione *hispanus* et iam inter FF. Minores Discalceatos sacerdos effectus, cum in Siciliam advenisset, ad nostram Congregationem demigravit. Pius ac doctus fuit religiosus. In *Panormitana* provincia fuit Definitor; in Capitulis vero Gener. a. 1573 et 1578 electus est Defin. Gen. — Obiit Panormi a. 1579. — Scripsit: *Lectiones theol. ad mentem Scoti*.

BOVERIO, *Annales*, I, 846.
FLORES SERAPHICI, I, 62.
BULLAR. CAP., III, 143.
FELICE, *Tavole Capit. Gen*., p. 77, 82.
BERNARDUS, *Bibl. Script*., p. 121.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 371.
MONGITORE, *Bibliotheca Sicula*, I, 283.
ANTONINO DA CASTELLAMMARE, *Della venuta dei Capp. in Sicilia* (Paler. 1937) p. 145-49.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XI, 1854.
ANALECTA CAP., 21 (1905) p. 312.
ITALIA FRANC. 19 (1944) p. 60 (Non constat P. Hieron. a Pal. interfuisse Conc. Tridentino).

Hieronymus a Pistoia, prov. Tusciae. — Familia *Finucci* seu *Finugi* natus a. 1508, inter Minores Observantes prius se adscripserat (1531) postea vero iterum atque iterum nostrae Congregationi adhaesit (1553). Vir sane doctrina, virtute et dexteritate conspicuus, atque divini verbi praeco egregius. Suae Provinciae pluries moderator fuit, idemque officium in Neapolitana Prov. (cui adgregatus fuisse dicitur) etiam obivit. — Ter Definitor Gener. electus est (1555, 1562, 1567) atque semel Procurator Gen. (1570). Sub Pio IV Concilio Tridentino interfuit theologus et Pius V in suum theologum illum assumpsit (1568); cum vero ad cardinalatum eum evehere voluisset, P. Hieron. tantum honorem recusavit. Tandem ad bellum navale contra Turcas cappellanus missus (1570), in Cretam insulam dum milites peste aegrotos iuvat, contracto morbo e vita cessit eodem an. 1570 mense octobri vel novembri. Ossa eius, auctoritate apostolica Casertam translatae sunt a. 1583. — Nonnulla ediderat opera, nempe: *De quantitatibus rerumque distinctionibus Dialogus; in Scoti Formalitates Dialogi* (Romae, 1570). — *Prediche* (Bologna, 1567; Venezia, 1571).

Insuper Opera S. Bonaventurae, fere obliterata, ab interitu vindicavit atque denuo edenda curavit.

BULLAR. CAP., I, 34, 44; III, 16.
MONUM. HIST. O. CAP., I, p. LXXX, 473.
BOVERIO, *Annales*, I, 706-09.
FLORES SERAPHICI, I, 54-58 cum figura.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 5-8.
ROCCO DA CESIN., *Storia Miss*., I, 43, 76-80.
LIBER MEMOR. O. CAP., p. 14-18.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 82, 286, 677.
CUTHBERT, *The Capuchins*, I, 187; II, 402.
IDEM, *I Cappuccini*, p. 204-06, 462.
FELICE, *Tavole Capit. Gen*. p. 60-62, 73, 74.
SALVATORE, *La Prov. di Bologna*, I, 104-09.
SISTO, *Stor. Capp. Toscani*, I, 639 (v. Pistoia).
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 99-102.
BONAV. DA SORR., *I Capp. Napolet*., p. 33, 36.
CANTINI G., O.F.M., *I Francescani d'Italia di fronte alle dottrine luterane durante il '500*. (Roma 1948), p. 130-33, Girol. da P.
BERNARDUS, *Bibl. Script*., p. 121.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 372.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 32.
HURTER, *Nomenclator*, III, 9.
APOLLINARIS, *Bibl. Neapolit*., p. 103.
DICTIONN. THÉOL. CATH., VIII, 985.
ANALECTA CAP., 14 (1898) p. 80, C (P. Hieron. et Pius V); 48 (1932) p. 19-23: *S. Pie V, les Zingaris et le P. Jérôme... Episode de l'expédition contre les Turcs* (1570)
COLLECTAN. FRANC., 3 (1933) p. 574-76: *il P. Girol. da P. al Conc. di Trento*; 4 (1934) p. 452 n. 85 (Pius V et P. Hieron.).
ITALIA FRANC. 19 (1944) p. 58-59 (P. Girol. al Concilio di Trento).

Hieronymus a Polizzi Generosa, Min. Gen., Prov. Panormitanae. — Ortum habuit a. 1544 e familia *Errente*, et nostrum induit habitum a. 1566. In sua (1579) et in Messanensi Provincia (1582) Ministri munus obivit. Procurator Gen. electus est a. 1584, supremus vero Ordinis Moderator exstitit a. 1587-93, quo in officio constitutus omnes fere Provincias invisit, ac Ordinis iura contra nimiam Cardinalis Protectoris auctoritatem tutavit. In Capit. Gen. a. 1605 iterum Definitor eligitur; demum dum Calabriam ex mandato Min. Gen. visitat, moritur Drepani (Trapani) d. 28 ian. 1611. — Eius *Expositio in Regulam S. Francisci* (1587), in « Indicem » inserta fuit, at a. 1606, a mendis expurgata, denuo editur.

MONUM. HIST. O. CAP., IV, 140-41, 231.
BULLAR. CAP., III, 172 ss.
BULLARII REGESTUM, num. 265, 431, 466.
BOVERIO, *Annales*, II, 242 ss.
FELICE, *Tavole Capit. Gen*., p. 90, 111.
MELCHIOR, *Historia O. Cap*., I, cf. Ind.
ANTONINO, *Stor. Prov. Palermo*, II, 660, 676.
BERNARDUS, *Bibl. Script*., p. 121.
SBARAGLIA, *Script*., I, 372.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc*., II, 78.
EGIDIO, *Scrittori Prov. Pal*., p. 82.
FERRARI, *Onomasticon*, (Bibliogr.), p. 363.
MONGITORE, *Bibliotheca Sicula*, I, 284.
HILGERS, *Die Bücherverbote* (1907) p. 19.
VINCENZO DA POLIZZI, *Il P. Girol. da Pol. - Biografia edita ed annotata dal P. Antonino da Castellammare*. Palermo, 1933. cf. *Collectan. Franc*., 1934 p. 425-26).

ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 106; 12 (1896) p. 52, 151 n. 14.

ÉTUDES FRANC., 36 (1924) p. 646-51: *Un épisode de la Ligue à Rome sous le Pontificat de Sixte V* (Edouard d'Alençon).

ITALIA FRANC., 14 (1939) p. 248-54: *Fra Domenico Lombardo, compagno del Generale P. G. da P.* (Franc. da Vicenza).

ROUND TABLE, XIV, 1948-49, p. 35-41.

Hieronymus a Saint-Eloi (*Malenfant*). Praef. Apost., alumnus provinciae Canadensis Orientalis. Natus die 28 aug. 1908; habitu seraphico indutus a. 1926. Sacerdotio auctus, illico Missionem adiit in regno Aethiopiae. Anno autem 1937, in Provinciam reversus, officium lectoris S. Scripturae suscepit. Sed an. 1939 missionem *Allahabadensem* in Indiis Orientalibus petiit et an. 1947, die 6 iunii, a S. Congr. nominatus est primus Praefectus Apostolicus Missionis de *Gorakhpur.*

ANALECTA CAP. 63 (1947) p. 98.

Hieronymus a Sorbo, Min. Gen., Prov. Neapolitanae. — *Stefani* familia natus est anno circ. 1547. In utroque Jure doctoris lauream Neapoli iam fuerat adeptus antequam Ordinem Cap. a. 1570 ingrederetur. Cathedram et Suggestum egregie tenuit, ac omnia munera tum Provinciae tum Ordinis exercuit. Fuit enim Definitor et bis Minister suae Prov. (1582, 1590); Commiss. Gen. (1583) et Minister Prov. S. Angeli in Apulia (1586). bis Defin. Gen. (1584, 1593) ac tandem totius Ordinis regimen obtinuit (1596-99). Obiit Neapoli d. 17 apr. 1602. — Opus, olim a P. Alphonso de Casarubios O. F. M. editum sub titulo: *Compendium Privilegiorum Fratrum Minorum*, ipse denuo edidit *reformatum secundum Decreta Concilii Trid. etc.* Neapoli, 1595, et alibi. — Plura etiam de aliis negotiis scripta reliquit.

MONUM. HIST. O. CAP., IV, 232 et Ind. 239.

BULLAR. CAP., III, 3.

BOVERIO, *Annales*, II, 572 ss.

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, cfr. Ind.

FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 89, 95, 98.

WADDING, *Scriptores*, p. 119.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 122.

SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 373.

IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 79.

APOLLINARIS, *Bibl. Neapol.*, p. 17, 106-08, 178.

GODEFROY, *Hist. Prov. de Paris*, II, 656 Ind.

FERRARI, *Onomasticon* (Bibliogr.), p. 363.

PENNETTI GIUS., *Contributo di ricerche su la vita e su le opere di Fr. Ger. da S. - Con un' Appendice e 24 docum. inediti.* Napoli, 1896.

ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 133.

ARCHIVO IBERO-AMER. 37 (1934) p. 579-83, de opere: *Comp. Privilegiorum.*

COLLECTAN. FRANC. 4 (1934) p. 175-204: *Jérôme de S. en Belgique* (P. Hildebrand).

ECO S. FRAN. 24 (1896) p. 685-87: *Correzioni ed Aggiunte sulla vita d. P. Gerol.*

ITALIA FRANC., 3 (1928) p. 310-14: *P. Girol. da S. a Campobasso* (Ilario da Teano).

ROUND TABLE, 15 (1950) p. 34-37.

Hieronymus a Sorrento, e *Merolla* domo natus, prov. Neapolitanae alumnus. — In *Congi* missionem profectus a. 1683, ibi ardenti contentione, praesertim pro captivorum servitute exprobranda et delenda, adlaboravit. An. 1692, valetudinis recuperandae causa, in *Brasiliam* demigravit, indeque postea in Congum reversus, Loandae mortuus est a. 1697. Sui apostolici ministerii suarumque peregrinationum scriptam reliquit narrationem, quam P. Angelus Piccardo a Neapoli typis tradidit sub titulo: *Breve e succinta Relatione del viaggio nel regno del Congo nell'Africa meridionale* fatto dal P. Girol. Merolla (Napoli 1692 et 1726). Eadem narratio *anglice* quoque fuit edita in: « A Collection of voyages and travels » (tom. I, 1744, pp. 521-617) et *gallice* in: « Histoire générale des voyages » (tom. V, Paris, 1746-61).

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 653 s. 658.

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, X, 361, 517, 538.

APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Neapol.*, p. 108.

AMAT DI S. FILIPPO, P., *Biografia dei Viaggiatori italiani* (1882), I, 455.

STREIT, *Bibl. Missionum*, I, p. 830 (Ind.).

BOLLETT. SOC. GEOGR. ITALIANA, 1949 p. 91-93 (Contributo alla conoscenza dell'Angola).

NEERLANDIA FRANC. 2 (1919) p.105 n. 23 (bibl.)

Hieronymus ab Udine, prov. Venetiarum alumnus. Ortus a. 1692; in ordinem ingressus a. 1708. Virtutibus et doctrina emicuit necnon zelo in verbo Dei disseminando. Munera in Provincia obivit definitoris et magistri novitiorum. Ex hac vita migravit an. 1763. — Opus edidit vere aureum cui titulus *Fascetto di mirra ovvero de' Misteri della passione di Gesù Cristo.* Venezia 1726, 1867, editio latina (*Fasciculus Myrrhae*) cum versione italica, Venetiis 1757, 1843, 1868.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. p. 25.

GIO. CRISOST. *Bibl. Veneta*, p. 158 s.

SIGISMONDO, *Biografia Serafica*, p. 810.

Hierosolyma, vide: *Jerusalem.*

Hierotheus a Koblenz (seu Confluentinus). — In Prov. Rhenana officium Lectoris, Definitoris et etiam Ministri saepe obtinuit. Obiit a. 1769. - Libros digessit, in quibus historiam suae Provinciae et Ordinis accurate et laudabili stilo descripsit. Quae praelo dedit haec sunt: *Provincia Rhenana FF. Min. Capuccinorum a fundationis suae primordiis usque ad a. 1735* (Moguntiae 1735). — *Epitome historica in qua ab a.* 1208 *usque ad a.* 1525 *res franciscanae generatim, dein vero solae Minorum Capuccinorum usque ad a.* 1747, *serie chronologica posita, repraesentantur* (Heidelbergae, 1750).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 122.

APPENDIX AD SCRIPT. O. CAP., p. 25 (vel 42).

HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 130.

BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cfr. Ind.
KOSCH W., *Das kathol. Deutschland* (Augsburg 1933), I, 579.

Hijar, in Prov. Navarro-Aragonensi. — Anno 1903 conventus aedificabatur iuxta antiquam ecclesiam S. Mariae Angelorum, a FF. Min. de Observantia olim exstructam, quae a. 1904 restaurata est. Conv. fere penitus vastatus est a communistis a. 1936.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 27 tab. XXVI.
ESTADISTICA PROV. NAVARRA (1928) p. 85.
ILDEFONSO, *La Orden Cap. en Aragón*, p. 404
ANALECTA CAP., 54 (1938) p. 108.

Hilarinus a Luzern, vide *Felder H.*, episc.

Hilarion a Feroleto Antico (*D'Amico*), prov. Rheginensis Calabriae bis moderator. In prov. Neapolitana fuit Commissarius Gener.; denique in Capit. Gen. a. 1747 et 1754 Definitor electus est. Obiit a. 1763. — Illius cura, an. 1743, praelo datus est tomus II operis: *Calabria illustrata* a P. Ioanne Fiore conscripti.

BULL. CAP., III, 61; VII, 440.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 212, 218.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 117.
FRANC. DA VIC., *Scrittori Calabresi*, p. 88-92.
ACCATTATIS L., *Uomini illustri delle Calabrie* (1869), III, 12 (r).

Hilarion a Milano, concionator prov. Mediolanensis. — Concinnavit et aeneis laminis excudi curavit: *Elogia et Icones plurium virorum illustrium, qui in Ordine Minoritano ante reassumptam a Capuccinis veriorem Habitus formam eodem induti floruerunt* (Mediolani 1664). Obiit an. 1660.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 123.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. franc.*, II, 82.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 223.
ARGELATI, *Bibl. Script. Mediolan.*, I, 717.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 166-67.

Hilarius ab Antwerpen (Anvers), *Bossyns* genere natus a. 1843. — In sua prov. Belgica fuit lector, magister novitiorum et Vicarius prov. († 1916). — Opuscula non pauca gallice et neerlandice scripsit ac edidit de re liturgica et de Regula seraphica necnon libellum pro Tertii Ordinis sodalibus, etc.

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 33.
ANALECTA CAP. 34 (1918) p. 155.
NEERLANDIA FRANC. 2 (1919) p. 143 s.

Hilarius a Barenton (*Boulé*), prov. Parisiensis alumnus. — Natus an. 1864; vitam clericalem in saeculo prius professus est; sacerdotio auctus an. 1887, postea (1891) habitum Capuccinorum induit. Scientias ac philosophiam prius tradidit, dein theologiam. Post expulsionem religiosorum (1903), Parisiis cum esset, ex religiosis dispersis et laicis peculiarem *Associationem franciscanam* fundavit, cui speciem vitae communis obtinuit in quodam stabulario.

Nomen vero magnum sibi fecit inter doctos in *re orientali* archaelogica, linguistica et biblica, et quamquam eius opera aliquando severae arti criticae humeros praebent, tamen auctoris scientiae sunt testimonia. Magna eius auctoritas enituit in *Congressu linguistico* Constantinopoli an. 1936 habito, qua occasione diaria et ephemerides P. Hilarium maxime celebrarunt. — Obiit Parisiis die 24 febr. 1946.

Ex plurimis eius operibus exhibemus sequentes collectiones:

1. STUDIA ORIENTALIA ET BIBLICA: *La langue étrusque dialecte de l'ancien égyptien* (Paris 1920). — *Le temple de Sib Zib Goudéa... et les premiers empires de Chaldée.* (1921). — *Le temple... et les origines italiennes ou le deux empires latin et osco-basque.* (1922). — *Le mystère des pyramides et la chronologie sothiaque égyptienne* (1923). — *L'origine des grammaires* (1925). — *Le texte étrusque de la momie d'Agram* (1929). — *L'origine des langues, des religions et des peuples*, 4 voll. (1932-37). — *Abraham en Egypte et Chanaan* (1923). — *La Bible et les origines de l'humanité* (1924). — *Joseph en Egypte et la dynastie des Hyksos* (1925).

2. STUDIA ARCHAEOLOGICA ET HISTORICA: *La civilisation mégalitique.* (Paris 1935) — *Petite histoire du Monde Ancien, de l'an 6000 à l'an 2000* (1939). — *Petite histoire... de l'an 2000 jusqu'à l'ère chrétienne* (1940). — *Petite histoire de l'Eglise naissante* (1941). — *Les Tablettes de Gubbio. Traduction d'après l'égyptien* (1946). — *Les Étrusques en notre Occident et nos origines françaises* (1946).

3. STUDIA FRANCISCANA: *L'Action Franciscaine.* Bulletin mensuel, organe des « *Associations Franciscaines* » (Paris 1904-1915). — *L'action sociale de St. François.* (Paris s. d.). — *St. François et la science.* (1928). — *Les Capucins français* (1903). — *Petite histoire franciscaine* (1909). — *Jeanne d'Arc franciscaine* (s. d.) — *Le P. Ludovic de Besse*, 2 voll. (1913-1935). — *Le P. Marc d'Aviano* (s. d.).

AMIS DE ST. FRANÇOIS (Paris), 1948, juin p. 15-24, *Un savant orientaliste capucin: le P. Hilaire.*
ANALECTA CAP. 64 (1948) p. 92-97, 122-125, *Un Orientaliste Capucin, le P. Hilaire de B.*
ANNALES FRANC. (Paris), a. 1937, p. 117 s. *Le succès du P. Hilaire à Istanbul*, an. 1946 p. 26-28, nécrologie.
COLLECTAN. FRANC., 16-17 (1946-47) p. 454.
ETUDES FRANC. 36 (1924) p. 254-266, *Les Etudes orientales du P. Hilaire* (P. Godefroy), — 37 (1925) p. 326 s. (Notitiae de nonnullis oper. P. Hilarii).
FRANC. EDUC. CONF. 6 (1924) p. 128 (de oper.)
MISCELLAN. FRANC. 34 (1934) p. 363-371. *L'origine delle lingue e delle religioni precristiane negli studi del P. Ilario da B.* (Pericle Perali).
POLYBIBLION, *Partie littér.* T. 103 (1926) pag.

89-91 (Recensio operum de re archaeol. P. Hilarii a Barenton).

Hilarius Parisiensis, in saeculo Franc. Eugenius *Mongin*. — An. 1831 natus, antequam Ordinem nostrum a. 1859 in Prov. Lugdunensi amplexaretur, sacerdos iam fuerat inauguratus necnon Theologiae ac Iuris canonici lauream adeptus. Magno pollebat ingenio, plusquam sani iudicii gravitate, ut eius agendi ratio et scripta testantur. An. 1894 nostrum deseruit institutum, et primo Romae in S. Isidori coenobio hospitium habuit, deinde secessit apud FF. Minores conventus Castri S. Eliae (Castel S. Elia - Viterbo). Inopinate ac adverso casu obiit d. 15 iulii 1904. - Multa scripsit et typis tradidit opera, ex quibus iuvat haec subnotare, nempe: *Liber Tertii Ordinis S. Francisci Assisiensis, cum Appendicibus de Chordigeris etc. etc.* - Genève, 1888. (Huius operis veluti *Specimen*, auctor iam vulgaverat tribus voll Romae a. 1881).

Regula FF. Minorum explanata. Lugduni, 1870 (opus prohib. decr. 12 iun. 1895). — *Exposition de la Règle de St. François, avec l'histoire de la Pauvreté.* Fribourg, 1872 (opus prohib. eodem decr. ut supra). — *Theologia universalis.* voll. 3, Lugduni 1868-71. *De Dogmaticis Definitionibus.* Friburgi, 1871. — *Cur Deus Homo* (de motivo Incarnationis). Ib. 1867. Editio gallica vulgata est Carriere a. 1886. — *Système du Ciel.* Nancy, 1889. — *Notre-Dame de Lourdes et l'Immaculée Conception.* Lyon, 1880 (versio italica: Siena, 1904).

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 33.
THÉOTIME, *Les Capuc. de Lyon*, p. 107-109.
HURTER, *Nomenclator*, V, 1524, 2056 (nota).
DICTIONN. THÉOL. CATH., VI, 2462-64.
LEXIKON F. THEOL. U. KIRCHE, V, 25.
ANALECTA CAP. 1 (1884-85) p. 382 (Index Operum P. Hilarii); 11 (1895) p. 205 (P. Hilarius decreto S. Officii se subiicit).

Hilarius a Sexten (ital. *Sesto in Pusteria*), e Prov. Tirolensi. — Domo *Gatterer* ortus an. 1839, Ordinem ingressus est an. 1858. Cathedram Theologiae moralis per plures annos egregie tenuit. Fuit etiam Definitor et Minister Prov. — Merani obiit d. 20 oct. 1899. Edidit: *Tractatus de Theol. morali*, 2 voll. (Merani 1889); *Tract. pastoralis de Sacramentis* (Mainz, 1895) et *Tract. de Censuris eccles.* (Ib. 1898).

HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II. 709.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 79.
HURTER, *Nomenclator*, V, 2056.
DICTIONN. THÉOL. CATH., VI, 2464.
CATHOLIC ENCYCLOPEDIA, VII, 348.
LEXIK. THEOL. U. KIRCHE, V, 27.
ANALECTA CAP., 16 (1900) p. 61.

Hilden in Prov. Rhenano-Westfalica, prope *Düsseldorf*. — A medio saec. XVII usque ad finem saec. XVIII fratribus antiquae Prov. Coloniensis huius paroeciae cura demandata est.

JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.*, p. 36, 54.
KILIAN MÜLLER O. CAP., *Zur Geschichte d. Wallfahrt Maria Einsiedeln* (Benrath 1927) p. 16 s.

Hildesheim (*Hildeshemium*) in Prov. Rhenano-Westfalica (Prussia). — Conventus antiquae Prov. Colonien. conditus a. 1630, supprimitur a. 1813. Ecclesia quae noviter fuerat excitata a. 1657-62, dicata fuit B. M. Virgini et S. Francisco Assisiensi.

BULLAR. CAP., IV, 309, 383.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* (cf. Index).
KILIAN, *Rheinberg u. Kapuz.*, p. 107.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cfr. Ind.
DIE KUNSTDENKMÄLER d. *Prov. Hannover*, II, 4. Stadt Hild. (1911) p. 284-87.
MITHOFF, *Kunstdenkm. im Hannoverschen* (1875) p. 159 ss.
ANALECTA CAP. 16 (1900) p. 280-83, 313 s.
COLLECTAN. FRANC. *Bibliographia Franc.* an. 1938-39, cfr. num. 3247 (pag. 629*) W. Bruggeboes.

Hindustan, vide *Indiae Orient.*, *Tibet*

Hinterlechner F., v. *Fulgentius a Gossensass*

Hintner A., vide *Amadeus a Sankt Veit*

Hintringer H.,
vide: *Hermenegildus a Losenstein.*

Hippolytus a Bergamo,
vide *Hippolytus a Scalve*

Hippolytus a Brescia (*Averoldi*), antiquae prov. Brixiensis concionator et theologus. — Ab eo vulgatae sunt: *Icones nonnullae ad pleniorem Apocalypsis intelligentiam cum Commentariis* (Brixiae 1638).

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 123.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 379.
IOANNES A S. ANT. *Bibl. Franc.*, II, 82.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 223 (erronee dicitur obiisse a. 1774).
FERRARI, *Onomasticon* (Bibliogr.), p. 392.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, I, 1244.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 182.
VIGOUROUX, *Diction. de la Bible*, I, 1289.

Hippolytus a Firenze, prov. Tusciae (1627-1706). — B. *Hippolyti Galantini* fuit pronepos. Ordinem amplexatus a. 1649, in Georgiam missionarius proficiscitur. Sed propter infirmam valetudinem, in provinciam reversus, pingendi artem excoluit, in qua egregiam laudem meruit praesertim in *minutissimis picturis* excellenti artificio conficiendis. Multa reliquit ingenii sui monumenta et, a dynastis aliisque summis viris fere semper rogatus, multa sollertia huiusmodi arti vacavit. Prostant eius opera praesertim Florentiae in publico Pitti tablino et in civilis magistratus pinacotheca (vulgo *Uffizi*).

MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 298-301.
SISTO, *Storia Capp. Tosc.*, I, 237; II, 253.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 340 s.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, VII, 35.

Hippolytus a Novomesto (Rudolphswert), antiquae provinciae Styriae concionator et le-

ctor († 1722). Linguam suam patriam valde excoluit, pro cuius meliori cognitione typis mandavit: *Grammatica latino-germanico-sclavonica* (Labaci, an. 1715); insuper composuit: *Dictionarium trilingue latino-germanico-sclavonicum*, de quo primae paginae tantum editae sunt (Ibid. 1721), reliqua vero inedita manserunt. Demum in commodum suorum connationalium transtulit librum « *De Imitatione Christi* » qui evulgatus est an. 1719.

SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE, 1908 p. 59-60.
MAYRICIJ, *Samostansko Zivljenje*, p. 114.

Hippolytus a Rudolphswert, v. *Hippolyt. a Novomesto*

Hippolytus a Scalve (Bergamo), domo *Albrici*, antiquae Prov. Brixiensis in Langobardia. — Anno 1565, adolescens Ordinem ingreditur. An. 1575 in Galliam cum aliis fratribus suis mittitur ad haereticos convertendos et ad Ordinem nostrum ibi constituendum. Post annos 12 (1587) in Belgium ivit Commissarius Gener. ibique ab an. 1595 ad a. 1598 exstitit Min. Prov. — Tam in Gallica quam in Belgica Prov. multos exstruit conventus, necnon Novitiorum Magistri munus egregie absolvit. In patriam reversus, obiit Bergomi a. 1619 (vel 1618).

DE-PISE, *Annales*, p. 246-249.
OLGIATI, *Annali*, I, 428-432.
LEGGENDARIO CAPP., II, 448-50.
VALDEMIRO, *I Capp. Bergamaschi*, p. 93-98.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 380.
VAERINI B., *Scrittori di Bergamo*, I, 66.
GODEFROY, *Les Capuc. en France*, tome I, fasc. I, p. 83, 122, 125, 126, 132; fasc. II, p. 16.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, cf. Ind.
(NEERLANDIA) FRANCISCANA, VII, 1924, p. 257-63 (De ms. *Manuale Prov. Belgicae* a. 1594).

Hipponium, vide *Bivona*

Hirsingue in prov. Strasburgensi (Alsatia) — Domus nostra religiosa ibi canonice erecta est a. 1945.

ANALECTA CAP. 62 (1946) p. 30.

Hispalis, vide *Sevilla*

Hispania. — 1) Brevis *conspectus chronologicus* evolutionis Ordinis nostri in Hispania:

1575 Aliqui Capuccini in Hispaniam mittuntur ad domum erigendam, sed a Philippo II non recepti in Italiam revertuntur.
1577 A Ministro Generali germani fratres Archangelus et Ioannes (*Alarcon*) de Tordesillas commissarii pro ditionibus hispanis deputantur.
1578 Barcinone (Barcelona) erigitur prima stabilis domus.
— Fundatur provincia *Catalauniae*.
1596 Opitulante Patriarcha Ecclesiae Valentinae (*Valencia*), Capuccini in hanc urbem admittuntur.
1598 Fundatur conventus in urbe *Zaragoza*, primus in Aragonia.
1605 Ex divisione prov. Catalauniae erigitur provincia *Valentina*.
1607 Item ex divisione prov. Catalauniae erigitur prov. *Aragoniae*.
1609 Matriti primum coenobium in regione Castellae inauguratur.
— Erigitur Commissariatus *Castellae*.
1618 Commissariatus Castellae in provinciam sui iuris evehitur.
1625 A prov. Castellae separantur 5 conventus ad efformandam custodiam *Baeticam* seu Andalusiae.
1637 Custodia Baetica ad gradum provinciae evehitur.
1656 Sex domus prov. Aragoniae custodiam *Navarrae* constituunt sub regimine Commissarii Generalis.
1662 Sex conventus prov. Catalauniae in comitatu Ruscelloni (*Roussillon*) aggregantur prov. Tolosanae.
1678 Custodia Navarrae in provinciam erigitur.
1804 Pius VII bullam « *Inter graviores* » (15 maii) edit qua omnibus Hispaniae Regularibus ius tribuitur eligendi superiores generales *alternatim* inter Hispanos et externos.
1835 Revolutio civilis et persecutio religiosa oriuntur.
1836 Lege civili supprimuntur omnes Congregationes religiosae.
1838 A sede Apostolica constituitur *Commissariatus apostolicus* pro tota hispanica Capuccinorum familia. Huius commissariatus successive superiores eliguntur:
  1838: Firminus ab Alcaraz, qui an. 1849 electus est episcopus.
  1860: Ioachimus a Madrid, iam ab an. 1856 vice commissarius.
  1872: Iosephus a Lorena.
  1881: Ioachimus a Llevaneras.
1885 A Sede Apostolica per decretum d. 4 febr. supprimitur commissariatus apostolicus et erigitur *unica prov. Hispanica* sub titulo SS. Cordis Iesu; superior nominatur Ioachimus a Llevaneras.
1889 Prov. Hispanica a Min. Gen. die 18 dec. in tres dividitur, scilicet: in prov. *Aragoniae, Castellae* et *Toletanae*.
— Erigitur « districtus nullius » Matritensis.
1898 Prov. Toletana dividitur in prov. *Baeticam* seu Andalusiae et *Valentinam*.
1900 Prov. Aragoniae dividitur in prov. *Catalauniae* et *Navarro-Aragoniae*.
1907 Supprimitur « districtus nullius » Matritensis.
— Prov. Navarro-Aragoniae nomen sumit *Navarro-Cantabro-Aragonensis*.

2) Status Ordinis in Hispania

an.	domus	religiosi
1599	24	266
1625	67	1184
1650	98	1775
1702	97	2268
1761	115	3058
1782	125	2956
1835	117	2329
1874	115	520
1900	39	806
1950	55	1429

3) Index Provinciarum Ordinis quae fuerunt vel sunt in Hispania:

Andalusiae, vide *Baetica*.
Aragoniae, 1607-1836; 1889-1900.
Baetica seu Andalusiae, fund. an. 1625,
Castellae, fund. an. 1609.
Catalauniae, fund. an. 1578.
Hispanica, ab an. 1885 ad an. 1889.
Navarrae, ab an. 1656 ad an. 1836.
Navarro-Aragoniae, an. 1900-1907.
Navarro-Cantabro-Aragonensis, 1907-...
Toletana, ab an. 1889 ad an. 1898.
Valentina, fund. an. 1605.

4) Bibliographia

BULLAR. CAP., VII, cf. Index Gen. — X, cf. Index Gener. p. 750, 776.
BULLARII REGESTUM, n. 1625, 1696, *Procurator Missionum Indiarum* (a. 1692, 1699).
CHOROGRAPHICA descriptio Prov. Ord. Cap. (ed. a. 1712), tab. II.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) tab. XII.
MONUMENTA HIST. O. CAP., VI, num. 408.
MELCHIOR, *Historia Ord. Cap.*, I, 89-92. cfr. etiam *Index*; II, 47-49; III, 465-70, cfr. Ind.
STATISTICA PROV. CASTELLAE, (1909) p. 32-43.
AMBROSIO, *Reseña Prov. Andalucía*, I, 24-32.
BASILIO DE RUBÍ, *Reforma de Regulares en España. Estudio histórico-jurídico de la Bula « Inter graviores »* (1804). Barcelona 1943, cfr. p. 90 ss. (passim). La alternativa en el generalato; del moderador y vicarios generales de los Capuchinos.
IDEM, *Establecimiento de los Capuch. en España*, in « HISPANIA » V, 1945, p. 3-37.
BUENAVENTURA, *La Prov. de Castilla*, I 1-18 Los Cap. y su establecimiento en España).
ILDEFONSO, *Capuch. de Navarra*, I, 13-26. 263-267.
JUAN DE GUERNICA, *Figuras Capuchinas*, pag. 113-133 (La Orden Cap. en España).
VIVES Y TUTO José Calas. de Llevaneras, *Biografía hispano-Capuchina* (1578-1633). Barcelona 1896, pp. 647.
JOVINO G.-L. et P. B. DA R. [Basilio de Rubí], *Eroi di Cristo nella Spagna di Franco*. Sacile 1940, pp. 298. (Capuccini hispani tempore civilis eversionis a. 1936).
TORRADEFLOT CORNET IGNACIO, *Crónicas de la Orden de las Monjas Capuchinas en España*. Manresa 1907-1909, voll. 2.
TORRECILLA NICOLAS, *La religione de Madres Capuchinas en España*. Murcia 1646.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 111, 186, erigitur prov. Hispan. — p. 222, Status Prov. — 2 (1886) p. 29, Pestis a. 1885 et Cap. — 7 (1891) p. 86, Capucc. hisp. propugnatores Immacul. Conc. — 54 (1938) p. 106-109, Capucc. hisp. in persecutione relig. a. 1936. — 55 (1939) p. 231-233. Relatio S. Visitationis Min. Gen. in Hisp. post bellum civile a. 1936-38. — Cfr. etiam *Index Gen*. voll. 1-50, p. 184.
APOSTOLADO FRANC. (Barcelona) a. 1940, pag. 20 ss. *Del establecimiento de los Capuch. en España*. (Basilio de Rubí).
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 22-26 (de ortu Prov. Ord. in Hispania). — 13 (1943) pag. 253-302, *Los Generales de la Orden Capuchina « Grandes » de España de I clase*. (Melchor de Pobladura). — 20 (1950) 51-92, *Movimiento misionero de las provincias Capuch. españolas en su fase inicial 1618-1650*. (Idem).
ESTUDIOS FRANC. 2 (1908) p. 87-93, *Establecimiento de los Capucinos en España*... (Ambrosio de Saldes); — 50 (1949) p. 209-30, 353-85, *Movimiento misional en las provincias Capuch. de España 1618-1650*. (Melchor de Pobladura).
FLORECILLAS DE S. FRANC. (Totana) a. 1933. p. 89, 113, *La Orden Capuchina en España* (Buenav. de Carrocera); p. 135, 157, *Misiones de los Capuchinos españoles* (Id.).
MENSAJERO SERÁFICO (Madrid), a. 1911, pag. 269 ss. (usque ad finem a. 1912), *El apostolado capuchino entre fieles e infieles*. (Severiano de Santibañez).

— Quoad *Ephemerides* a Capuccinis in Hispania editas vide sub v. *Periodica*.

5) Opera edita ad usum Provinciarum Hispaniae.

Angel de Villava. Nociones acerca del Capitulo Provincial y modo de celebrarlo en las Provincias de Menores Capuchinos de España. Valencia, 1903.

Manual seráfico de los FF. Menores Capuchinos de las Provincias de España y de sus Custodias y Misiones, Roma 1890; Madrid 1948

Ordenaciones Generales hechas y promulgadas por el R.mo P. Bernardo de Andermatt en ocasión de la s. Visita... de las Provincias de España erigidas 18 Dec. 1889. Roma 1890.

Hispanica Provincia, vide supra *Hispania* ad an. 1885 et 1889.

Hispellum, vide *Spello*

Histonium (Istonio), vide *Vasto*

Historia et Geographia. — 1. *Studium*. Historiae studium in Ordine nostro implicite iam commendatur a *Constitutionibus* editis a. 1577 tamquam necessarium ad rectam intelligentiam theologiae scholasticae. Huiusmodi autem studium explicite praescribi coepit a *Capitulo Generali* an. 1887, quod historiam ecclesiasti-

cam lectoribus ac discipulis commendans eos monet patriam ac generalem orbis historiam colere, quia aliter imperfectissime cognosci potest historia ecclesiastica (*Analecta*, an. 1887, p. 143).

Tempus impendendum studio historiae profanae Minister Gener. determinavit an. 1908 decernens standum esse programmati a Statu civili proposito. (*Analecta*, 1908, p. 346; *Monumenta ad Constit.*, p. 51).

Historia ecclesiastica ab hodiernis *Constitutionibus* (n. 186, 191) consideratur tamquam peculiaris disciplina cursus theologici et exigitur ut tradatur a peculiari lectore, qui simul tamen esse potest patrologiae lector.

2. *Scriptores.* — Historiae tum sacrae et ecclesiasticae cum profanae assidue nostrates incubuisse iam inde a primaevo fructus optimi ostendunt, quos Capuccini protulerunt. Omissis caeteris omnibus qui monographias locales vel personales tantum ediderunt, sufficiat hic meminisse praecipuorum auctorum, qui de historia et geographia sive sacra et ecclesiastica sive profana opera ediderunt:

Antonius M. ab Albogasio († 1721)
Aurelius a Genova († 1723).
Brictius a Rennes († 1670)
Caelestinus a Mont-de-Marsan († 1650).
Chrysologus a Gy († 1808).
Felix M. Guzman a Napoli († 1778).
Franciscus Longo a Corigliano († 1625).
Gregorius Rives ab Avignon († 1639).
Henricus La Grange ab Harville († 1630).
Hieronymus Bocchi a Firenze († 1660).
Hilarius a Barenton († 1946).
Ieremias a Beinette († 1774).
Ioannes Ludov. ab Amiens († c. 1700).
Iosephus Romanus (Joly) a Saint-Claude († 1805).
Lucianus a Montafon († 1716).
Martinus a Cochem († 1712).

3. *Missionarii.* — Ad studia Geographiae, Ethnographie etc. multum contulerunt varii missionarii ex Ordine nostro, sive descriptionibus eorum itinerum, sive relationibus de vita et moribus indigenarum. Ita ex gr. optime meruerunt:

Ivo ab Evreux, mission. in Maranhão († p. a. 1620).
Ioannes Ant. Cavazzi a Montecuccolo, miss. in Congo († 1678).
Iosephus M. Bernini a Gargnano, miss. in Tibet († 1761).
Cassianus Beligatti a Macerata, miss. in Tibet († 1791).
Massaia G. card., miss. in Aethiopia († 1889).

*— De praefatis scriptoribus et missionariis vide peculiares notitias suo proprio loco; de eisdem vero et de aliis scriptoribus historicis vide etiam:

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 272, 291, 295. (Index materiarum).
APPENDIX AD BIBL., p. 49 (Index).
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, 244; vol. II, 418-432; vol. III, 401-408.

Historiographia Ordinis Min. Capuccinorum

A. - MONUMENTA ANTIQUA

1. Primum specimen historiae generalis Ord. nostri exaravit *P. Marius a Mercato Saraceno* ex desiderio Etruriae ducis Cosmae I et exhortatione P. Honorii a Montegranaro, prov. Tusciae Vicario (1565). Narratiuncula P. Marii usus est an. 1569 *Paulus Morigia* in historia omnium religionum ad origines Capuccinorum describendas. Porro, iussu Card. Protectoris necnon et Vicarii Generalis, ipsemet Marius an. 1578 fusiori calamo historiam Ordinis pertractavit; at cum anno sequenti 1579 *Josephus Zarlino* opellam edidisset de origine Fratrum Capuccinorum, qua, contra opinionem a P. Mario expositam, propugnaret eorum antesignanum fuisse Paulum a Chioggia, Marius tertiam relationem extendit in quatuor libros divisam, ut novis argumentis opinionem suam probaret aliisque notitiis historiam augeret. Eius testimonium plurimi habendum est, nam indicio critico sat acuto pollet et singulas affirmationes obiectivis documentis roborat; in supputatione tamen temporis interdum errat.

2. Iam ante obitum P. Marii, Vicarius Generalis Hieronymus a Montefiore *Bernardino a Colpetrazzo* iniunxit (1579) ut vitam priscorum fratrum enarraret. Tentamen aliquod operis Bernardinus iam die 21 martii 1580 Vicario Generali porrexit, qui, demptis pluribus factis historicis aliisque additis notitiis, ex solis biographiis apographon fieri iussit. Bernardinus qui an. 1534 Capuccinis nomen dederat, quam maxime idoneus erat ad historiam primordiorum Ordinis texendam; quapropter a. 1584 a Capitulo Generali munus demandatum habuit eam conscribendi et post non multos annos opus perfectum exhibuit. Bernardinus omnium fere quae narravit testis et spectator fuit atque veritatem historicam sincere perquisivit; interdum et ipse deceptus est in supputatione temporis; plus aequo in portentis enarrandis immoratur; sed simplicitas ac ingenuitas expositionis non parum lectoris animum delectat.

3. Seposito opere P. Bernardini a Colpetrazzo, Capitulum Generale an. 1587 munus commisisse videtur Ordinis annales conscribendi *P. Matthiae (Bellintani) à Salò*, qui Capitula Generalia descripsit usque ad a. 1584 quamvis in duobus suis voluminibus notitiae reperiantur subsequentium annorum usque ad an. 1600. Matthias congrua pollebat scientia, eruditione et probitate ad historiam conscribendam; aliquando opinionibus spiritualium nimium indulsit, sed *Historia Capuccina* ab eodem composita inter primarios fontes historicos Ordinis adnumeranda est.

Nota. Praefata opera, quae diu abdita iacuerant, his ultimis annis, secundum exigentias

artis criticae, in lucem edita sunt a P. Melchiore a Pobladura et quidem in collectione cui titulus *Monumenta Historica Ord. Min. Cap.*, vol. I, *Marius a Mercato Saraceno*; vol. II-IV, *Bernardinus a Colpetrazzo;* vol. V-VI, *Matthias a Salò*, (Assisii-Romae, Institutum Historicum O. Cap., 1937-1946).

B. - Annales Ordinis

1. Capitulum Generale an. 1627 munus annales conscribendi commisit *P. Zachariae Boverio*, qui, brevi tempore, duo magna volumina conscripsit narrationem deducens usque ad an. 1612. Primum volumen editum est Lugduni an. 1632, alterum vero posthumum ibidem an. 1639. Opus P. Boverii magnam quidem auctoritatem habet quia generatim innititur documentis a singulis provinciis transmissis: licet tamen observare auctorem aliquando narrationes amplificare et non semper aeque ponderare rationes quibus Capuccinam institutionem commendat.

2. Munus prosequendi Annales P. Boverii a Ministro Generali demandatum est *Patri Marcellino De-Pise Matisconensi* prov. Lugdunensis, qui narrationem Boverianam perduxit usque ad an. 1634. Mortuo auctore an. 1657, eius opus editum est Lugduni a. 1676 cura P. Benedicti a Mediolano. — *Appendicem*, quae hoc volumen sequuta est, eosdem annos complectentem (1613-34), conscripsit P. Silvester *Draghetta* a Mediolano fuitque edita an. 1737.

3. Post saeculum et amplius, iussu Superioris Generalis (1879), Annalibus prosequendis operam dedit *P. Peregrinus a Forlì*. Eius Annales, non latine sed italice inconsulte conscripti, ex an. 1633 ad an. 1725 perveniunt, atque 4 voluminibus vulgati sunt Mediolani, 1882-85.

Circa titulos et versiones « Annalium » vide bibliogr. quae exhibetur sub v. *Capuccini*.

C. - Historiae variae

Praeter historicos officiales, de quibus supra dictum est, non defuerunt decursu temporum quidam alii privati auctores, qui plus minusve de origine et de historia Ordinis opera ediderunt. Eorum elenchum vide sub v. *Capuccini* (Bibliogr. n. 3). Inter illos speciali mentione digni sunt: *Andrés de Lisboa* (1754). — *Cuthbert of Brighton* (1930). — *Eduardus ab Alençon* (1914-21). — *Gabriele da Modigliana* (1756-58). — *Hierotheus Confluentinus* (1750). — *Ioannes a Terranova* († 1573). — *Martin de Torrecilla* (1791). — *Pablo de Ecija* (1747). — *Rufino da Siena* († 1626). — *Theophil Graf* (1940). — *Ubald d'Alençon* (1923). — *Zarlino Gioseffo*, sac. (1579). Inter opera historica recensendum est etiam *Bullarium Ordinis* (1740-52, 1883).

Non obstante horum omnium operum numero, Ordinis nostri historia adhuc conscribenda manebat donec *P. Melchior a Pobladura* munus suscepit *Historiam generalem Ord. FF. Min. Capuccinorum* conscribendi atque vulgandi quattuor voluminibus constantem (Romae, 1947-48; vol. IV sub prelo).

D. - Bibliographia

1. *Circa Fontes et Annales Ordinis*

BULLARIUM CAP., I, cfr. Ind. *Annales*; X, 483, Litt. Min. Gen. circa *Annales*.

BULLARII REGESTUM, num. 1202, Innocentius X damnat *Annales Boverii*.

VENANTIUS, *Monumenta ad Constit.*, p. 639.

LIBER MEMORIALIS ORD. (1928) p. 131-145 (Notizie circa la *Cronaca del P. Bernardino da Colpetrazzo*).

CUTHBERT, *The Capuchins*, Appendix I (De fontibus antiquae historiae Ordinis).

EDUARDUS, *De primordiis Ord.*, p. 2-9, De Chronographis Ord. Animadversio (vide infra: *Analecta Cap.* vol. 34).

MARTÍN DE BARCELONA, *La Orden franciscana Estudio crítico de las fuentes históricas* (Barcelona 1921), p. 211 s. (*Annales Cap.*)

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, 235-243; II, 432-460, *De historiographia Ordinis*.

ANALECTA CAP. 10 (1894) p. 283-88, *Epistolae Min. Gen. ad P. Boverium aliosque de compositione Annalium* (1627-31). — 21 (1905) p. 53 ss. *De Annalibus Ordinis decursu temporum evulgatis*. — 34 (1918) p. 9-14, 27-29, *De Chronographis O. Cap. Animadversio et de primis operibus historicis* (Eduardus ab Alençon).

2. *De Historia Ordinis conscribenda*

BULLAR. CAP., X, 481 (De Annalibus Provinciarum scribendis).

ORDINATIONES CAPIT. GEN. (ed. 1851), p. 206 n. 3 (De Chronographo Provinciali).

ANALECTA CAP. 20 (1904) p. 108, *Monitum Min. Gen. de Historia Missionum scribenda*. — 21 (1905) p. 15, *Litt. Min. Gen.* (dec. 1904) *de Historia Ord. conscribenda*; p. 120, 177, *Schema pro historia Provinciarum*; p. 313, 332, *Antiquae monitiones pro compilatione Chronic. Ord. Cap.* — 36 (1920) p. 62 s., *De historia Ord.* (Litt. Min. Gen.). — 46 (1930) p. 267, 274, *Historiae franciscanae Studiosis notiones utiles*. (Fredegandus ab Anvers).

ASSISI-GLÖCKLEIN (Mainz), an. 1932, p. 1-6 *Gedanken zur Führung unserer Chroniken*. (Io. Chrys. Schulte).

THE MESSENGER (Detroit), IV, 1930-33. pag. 180-183, *The monastic Chronicle*.

ROUND TABLE, 8 (1942-43, reimpr. a. 1949) p. 87-93, *Early Capuchin Chronicles*.

Hoboken, New Jersey, in Statibus Foeder. Amer. (Custodia provincialis *Statunitensis*, Prov. Tusciae concredita). — *Paroecia S. Annae*, a. 1900 instituta pro colonia italica, fratribus Capuccinis concreditur an. 1921-22. Novam ecclesiam fratres exstruendam curarunt, quae a. 1927 consecrata est.

DESCRIPTIO GEOGR. CAP. (1929) p. 37 tab. XX.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 625.

Höchstädt a. d. Aisch (*Hochstadium*) in Prov. Bavarica. — Fratres antiquae Prov. Franconiae, primo Hospitium (1703) deinde Conventum (1710-14) hoc in loco exstruxerunt una cum ecclesia S. Ioseph dicata. Fratres inde expulsi sunt a civili potestate a. 1810.

BULLAR. CAP., IV, 376.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 63.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 244, 477, 487.
SCHEGLMANN A. M., *Die Säkularisation in Bayern*, III-2, pag. 760-61.
ANALECTA CAP., 19 (1903) p. 184.

Höchstädt a. Donau (*Hochstadium*) in Prov. Bavarica. — Iam ab a. 1700 fratres Prov. Tirolensis in hunc locum conveniebant ex *Dillingen* coenobio ad sacrum ministerium obeundum. Anno tamen 1741, hospitium pro ipsis ibi fuit exstructum in quo commorati sunt usque ad religiosorum suppressionen a. 1802.

BULLAR. CAP., IV, 372; IX, 43, 211.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 194, 488.
SCHEGLMANN A. M., *Die Säkularisation in Bayern*, II, p. 200.

Hoedicollis, vide *Kitzbühl*

Hoei in Belgio, vide *Huy*

Hoffmann B. vide *Bernardinus a Siewiller*

Hohenegger A., vide *Agapitus a Graun*

Hohenstadt (*Hohenstadium*) in Prov. Rhenano-Westfalica (Württemberg). — Hospitium, quod a. 1764 pro fratribus Prov. Bavaricae exstructum fuerat, a gubernio civili clauditur an. 1802.

CHRONICA BAVAR. PROV., p. 75.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 363.

Holic in Slovachia. — Conventus a. 1756 aedificatus, evertitur sub Iosepho II imper. (1780-90) et restituitur an. 1949. Ecclesia dicata est SS. Stigmatibus S. Franc.

GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.

Hollabrunn (*Hollobruna*) in Austria. — Conventus, sub invocatione ac tutela S. Michaëlis Archang. aedificatus a. 1665-66, clauditur iubente Iosepho II imper. (1780-90).

BULLAR. CAP., IV, 245, 269, 379; VIII, 90.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.

Hollandia. — Fratres Capuccini antiquae provinciae *Flandro-Belgicae* plures residentias seu stationes missionarias in Hollandia habebant iam saeculo XVII.

Vi edicti Imperatoris Josephi II, die 28 nov. 1781 vulgati, septem domus extra ditionem Austriaco-Belgicam sitae, scil.: St-Truyden, Hasselt, Maeseyck, Munsterbilsen, Maastricht, Velp, Geldern, separari debuerunt a prov. Flandro-Belgica ad simul efformandam novam *Custodiam SS. Trinitatis*, quae iuridicam formam obtinuit per decretum Superiorum Generalium diei 16 sept. 1782. Vi autem edicti 1 sept. 1796 tum custodia SS. Trinitatis cum provincia mater suppressae sunt. Elapsa tandem suppressionis periodo, die 30 sept. 1845 constituta est custodia *Hollando-Belgica*, quae postea (1857) Minister Gener. in prov. formalem erexit, (vide infra *Hollando-Belgica* prov.). Die demum 27 martii 1882 idem Minister Gen. prov. Hollando-Belgicam in duas divisit, scilicet in *Hollandicam* et *Belgicam*, quarum prima antiquum titulum SS. Trinitatis retinuit.

Prov. Hollandicae commissi sunt: Vicariatus Apostolicus de *Medan* (Sumatra) et de *Pontianak* (Borneo) in Indiis Orientalibus Neerlandicis.

INDEX CONVENTUUM et Hospit., qui in Hollandia a) *nunc extant*: Amsterdam. Babberich, Breda, Eindhoven, Enschede, Handel, Helmond, 's-Hertogenbosch, IJmuiden, Langeweg (Slikgat), Nijmegen, Rilland-Bath, Rotterdam, Sluiskil, Tilburg, Udenhout, Velp.

b) *sunt derelicti*: Geldern, Grave, Hasselt, Lobith, Maastricht, Maeseyck, Munsterbilsen, Sint-Truiden. Wittem, Zwolle.

SERIES SUPERIORUM PROV., addito eorum electionis tempore. (Ex *Mss.* Prov., etc.).

a) *Custodia SS. Trinitatis.*

Ambrosius a Maastricht: 1782.
Adiutus a Goirle: 1785.
Honorius a Ravestein: 1788, 1794. 1797.
Damasus ab Aalst: 1791.
Firminus a Sint-Truiden: Pro Custos 1808.
Gedeon ab Helvoirt: 1810.
Bernardinus a Meerhout: 1814.
Eleutherius a Sussen: 1817.
Paulus a Geetbetz: 1820-1833.
Matthias a Tessenderloo: 1833-44.
Bernardinus ab Uden: 1844.

b) *Provincia Hollandiae* (cfr. « Catalogus FF. Cap. prov. Holland. » an. 1940, p. 2-6).

Archangelus a Macharen: 1882, 1888, 1894, 1900.
Lambertus a Velp: 1885.
Albertus a Drunen: 1891, 1897.
Pacificus ab Uden: 1903.
Alphonsus a Demen: 1906.
Anastasius ab Houten: 1909, 1915.
Stanislaus ab Harderwijk: 1912, 1918, 1921, 1927, 1930.
Vitus a Bussum: 1924.
Anacletus a Breda: 1933, 1936, 1942.
Robertus a Kerkdriel: 1939.
Ferrerius ab Heesch: 1945, 1948.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
de quibus fit mentio suo proprio loco

EPISCOPI:
Bos Pacificus ad Uden († 1937).
Brans Matthias a Strijp, el. 1932.
Van Valenberg Tarcisius ab Asten, el. 1934.

SCRIPTORES etc.
Iesualdus ab Houten († 1914)
Ildefonsus a Gouda († 1930)
Liberatus ab Exel († 1921).
Servatius ab Enschede (†1930).

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 22 tab. XIV.

BREVIS CONSPECTUS HISTORICUS *FF. Capuccinorum in ditionibus Neerlandicis, necnon Catalogus FF. Capucc. prov. Hollandicae ab a.* 1882 *ad a.* 1932. S. l. n. a. (1932).

CATALOGUS *FF. Capucc. prov. Hollandicae SS. Trinitatis*, an. 1885 ss.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 468-94.

MELCHIOR, *Historia Ord. Capuccin.*, vol. III, 171, 202-204.

P. OPTATUS, *De Spiritualiteit van de Capuc. in de Nederlanden* (XVII-XVIII eeuw). Utrecht-Brussel, 1948, p. 51-73 de mission. (Cap. in Hollandia).

SCHOENGEN MICH., *Monasticon Batavum.* T. I. *De franciscaansche Orden* (Amsterdam 1941, cfr. Ind. p. 209-210; *Supplementum* (P. David De Kok), cfr. Ind. p. 177, 179 (Cf. *Collectan. Franc.* 16-17, 1946-47, p. 320-324).

KATHOL. NEDERLANDSE ENCYCLOPEDIE, I (1930) p. 223-230 (de Capuccinis).

[LAMBERTUS A VELP], *Necrologium FF. Capucc. antiquae Prov. Flandro-Belgicae, necnon Custodiae SS. Trinitatis.* Tilburgi 1897.

PANCRATIUS VAN STRIJP, *Overzicht onzer Geschiedenis.* (Utrecht 1919), p. 179-241, *de Orde der Cap. in de Nederlanden.*

ANALECTA CAP., cfr. Index Gener. voll. 1-50 (1884-1934), p. 184.

COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 192-94, tab. p. 208.

CHRISTUS KONING, *Weekblad van de Nederlandsche Provincie der Capucijnen en hare Missiees* (postea *Katholieke Volk*, dein *Volksweekblad*). Helmond, 1929 ss.

FRANCISCAANSCH LEVEN, *Maandschrift van franciscaansche Ascese, Geschiedenis en Kunst*, onder redactie der Capucijnen. Tilburg 1917 ss. — Plurimae notitiae ibi vulgantur ad historiam Ordinis nostri in Neerlandia pertinentia (cfr. singula voll.)

MAANDSCHRIFT voor de Leden der Derde Orde van den H. Franciscus. Rotterdam 1913 ss.

UNI TRINOQUE (Commentarium officiale FF. Capuccin. Prov. Hollandiae). 's-Hertogenbosch, 1924 ss. — Circa historiam Prov., vide praesertim vol. I (1924-27) p. 439-460, ubi agitur de Scriptoribus Prov. ab a. 1882 ad a. 1924. — voll. V, (1936-39) p. 370 ss. — VI (1940) p. 170-78 (notitiae de Hollandiae Custodia). — IX (1950) p. 247-50, *Statistish beeld onzer Provincie sedert 1882.*

— Circa *Ephemerides* a Capuccinis in Hollandia editas vide sub v. *Periodica.*

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Manuale FF. Capuccinorum Prov. Hollandicae, continens Ordinem monasticum. Helmond, 1899.

Manuaal der Capucijnen van de Nederlandse Provincie. St.-Michielsgestel, 1947.

Formularium Precum ac nonnullarum Benedictio um, Buscoduci, 1925.

Vade Mecum praedicatoris Capuccini Prov. Hollandicae SS. Trinitatis. S. l. (1944).

Hollando-Belgica Provincia (1845-1882). — Grassante revolutione Gallica in Belgio, die 1 sept. 1796 omnes conventus sunt suppressi et religiosi dispersi. Cum persecutio saevire desiisset, paucissimi superstites rehabitare potuerunt conventum Brugensem et etiam conventum Velpensem. P. Bernardinus ab Uden et P. Bernardus Rothmacensis, ambo guardiani, obtinuerunt Breve quo d. 30 sept. 1845 uterque conventus in unam *Custodiam* sub titulo *Hollando-Belgicae* SS. Trinitatis coadunarentur. Custodiam inde egregie florentem Minister Gener. per decretum diei 9 sept. 1857 in *Provinciam* formalem erexit, quae postea anno 1882 divisa est in duas, *Belgicam* scilicet et *Hollandicam.*

Tempore divisionis prov. Hollando Belgica numerabat 209 religiosos scilicet: 118 in Hollandia, 91 in Belgio.

Series Superiorum

Bernardinus ab Uden: 1845, 1848, 1851.
Alphonsus a Grave: 1855.
Benvenutus a Rotterdam: 1858.
Benedictus ab Asten: 1861, 1876.
Caelestinus a Wervik: 1864, 1867, 1873.
Eleutherius ab Edingen: 1870.
Lambertus a Velp: 1879.

Bibliographia

BULLARIUM CAP., X, 140. 355.

ANNUARIUM *Prov. SS. Trinitatis Hollando-Belgicae FF. Min. Capuccinorum*, Fasc. I ss. pro an. 1870, 1871, 1873, 1878, 1884. Bruxellis 1870 ss.

CONSPECTUS *FF. Min. Cap. Prov. Hollando-Belgicae*, a. 1869, 1876.

LAMBERTUS A VELP, *Necrologium Ord. Min. Cap. antiquae Prov. Flandro Belgicae, nec non Custodiae SS. Trinitatis usque ad nostra tempora. Exhibens etiam res gestas... ortus fundationum etc.* — Tilburgi 1897.

COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 104.

UNI TRINOQUE, V (1936-39) p. 107, 127, 142, *De drang naar Amerika in de gewezen Holl. Belg. Prov.* 1857-1871. (P. Hildebrand). — p. 352-56, *Dagorde voor novicen en studenten in de Holl.-Belg. Custodie.* (cfr. Collect. Franc. 1943, Bibl. franc. p. 77*).

Hollermayer, vide *Athanasius ab Eglsee*

Holly Oak (Delaware), vide *Wilmington*

Honfleur (*Honflorium, Honnefluctum*) in Prov. Parisiensi. — Fratres antiquae Prov. Normanniae coenobium a. 1614 excitarunt in loco, qui Divo Simeoni sacer erat. Aliquo post tempore (1621) locus praefatus in alterum permutatus est. — Anno 1620, in fra-

trum commodum conceditur etiam Sacellum B. M. V. (vulgo *Notre-Dame de Grâce*) et iuxta illud hospitium exstructum fuit. Nunc omnia deperdita sunt.

BULLAR. CAP., V, 95, 393.
LAVERGNE C., *Notice historique sur la Chapelle de Notre-Dame de Grâce de Honfleur*. Honfleur, 1865, pp. 86.
VASTEL (Abbé), *Notice historique sur l'ancienne et nouvelle chapelle de N.-D. de-Grâce*. Le Havre, 1833.
ANALECTA CAP., 28 (1912) p. 284.

Honnefluctum, vide *Honfleur*

Honoratus a Biala Podlaska, prov. Varsaviensis. Natus die 16 oct. 1829 e familia *Koźmiński*, post vitam valde agitatam, habitum Capuccinorum induit an. 1848. Anno 1852, studiorum curriculo expleto, presbyteratus ordine decoratus est. Summopere eluxit qua confessarius et animarum moderator; qua concionator efficax; qua propagator frequentis communionis et devotionis marianae, quam scriptis etiam et solemnibus peregrinationibus ad Virginis aedes excitavit. Anno 1895 Commissiarius prov. Varsaviensis nominatus hoc officium usque ad mortem tenuit (1916).

Novam Congregationem III Ordinis « *Sororum S. Felicis* » vulgo « *Felicjanki* », Varsaviae instituit an. 1855, ut parvulis derelictis, pauperibus et infirmis christianae caritatis auxilia provideret. Huius Congregationis approbationem apostolicam obtinuit atque aggregationem Ordini Capuccinorum die 6 nov. 1905.

Anno 1880 Varsaviae Congregationem instituit III Ordinis Franc. nuncupatam « *Filiae 7 Dolorum B. M. V.* », vulgo « *Serafitki* » (Seraphicae). Huic quoque Congregationi apostolicam approbationem obtinuit necnon aggregationem Ordini Capuccinorum die 5 mar. tii 1906, eique finem praestituit curam insanabilium et senum derelictorum in xenodochiis et hospitiis.

Cum in ditione Russica impossibile esset actionem apostolicam externe explicare et habitus religiosus in contemptu esset, P. Honoratus plura « *Instituta saecularia* » virorum et mulierum instituit (1872-98) quae Regulam III Ordinis profitentes et a S. Sede approbatae, occulto et absque externo signo libere exercere possent caritatis opera seu apostolicam actionem apud familias, in opificiis, in xenodochiis etc.

Post multas tribulationes et oppositiones passas, praesertim cum fuit iniuste accusatus quod protexisset associationem « *Mariavitarum* » fundatam a Felicia Kazlowska, postmodum ab Ecclesia damnatam, sancte obiit die 16 dec. 1916 eiusque corpus repositum est in Nowe Miasto. Anno 1949 inchoatus est Processus dioecesanus pro eius beatificatione.

Plurima edidit opera lingua polona de re ascetica, concionatoria et hagiographica; inter cetera praestat opus « *S. Franciscus eiusque sectatores* » in 5 voll. (Varsaviae, 1901).

BIBLIOGRAPHIA

ERNEST-MARIE DE BEAULIEU, *Un héros de la Pologne moderne: Le P. Honorat de Biala, Capucin*. Toulouse, 1932. pp. 414. (Cfr. *Collectan. Franc.*, 1934, p. 110-112; *Etudes Franc.*, 1933, p. 254).
ANALECTA CAP. 33 (1917) p. 144-146, Necrol. — 46 (1930) p. 188-196 (de I Centen. a nativitate P. Honor.). — 65 (1949), 188-90 (Processus dioecesanus pro Beatif.).
ETUDES FRANC. 19 (1908) p. 113-133 (de consuetudine inter P. Honor. et F. Kozłowska, seu P. Honor. et Associatio « Mariavitae »).
FRANC. LEVEN, 8 (1925) p. 202-204.
ITALIA FRANC. 14 (1939 p. 255-267; 23 (1948) p. 142-145.
L'OSSERVATORE ROMANO, 14 luglio 1939, p. 2, *Le grandi opere di un Cappuccino polacco*.
RODZINA SERAFICKA (Warszawa), a. 1936 p. 117 (et sqq. fasc.); a. 1937 p. 15 (et fasc. seqq); a. 1938 p. 15 (et sqq. fasc.).
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 3 (1927) p. 116-120.
— Circa *Congregationes* et *Instituta saecularia* a P. Honorato fundata, cfr. etiam:
CONSPECTUS *trium Ord. S. Franc.* (1929), p. 383, 385, 432, Ind. p. 452.
CONSTITUTIONES *Filiarum 7 Dolorum B.M.V.* vulgo *Seraphicarum T. O. S. Franc.*, Premisliae, 1908.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA (C. d. Vaticano), vol. V, p. 1258: *Figlie del Cuore Purissimo di Maria* (1884); p. 1260: *Figlie della B. V. Addolorata* (1881); p. 1275: *Figlie di Maria Immacolata* (1891).
ACTA ORD. MIN. 37 (1918) p. 201-204, *Sorores Felicianae*.
ANALECTA CAP. 46 (1930) p. 191 nota 1.
FRANC. EDUCAT. CONFERENCE, 18 (1936) p. 348 (*Sorores Felicianae*).

Honoratus a Cannes (domo *Raymond*) veteris prov. S. Ludovici (Lugdunensis) alumnus. — Natus a. 1632, in Ordinem ingreditur a. 1649, moritur a. 1694. Concionator fuit et missionarius fama clarissimus totamque Galliam per annos 34 apostolico suo ministerio perlustravit. — Quaedam in commodum missionum inter fideles edidit opuscula, nempe. *Regime de vie spirituelle* (Lyon, 1679). — *Pratique de l'Oraison mentale* (Ib. 1684). — *Manière pour bien faire la confession générale* (Ib. 1677).

BULLAR. CAP., V, 159.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, II, 380.
APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 133-37.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 43.
HENRI DE GRÈZES, *Vie et mission du P. Honoré de Cannes*. Paris, 1895.
ANNALES FRANC., t. 18 (1892-94) p. 358 ss. *Un grand missionn. capucin: le P. Honoré de C.* (Henri de Grèzes).

Honoratus a Champigny, vide *Honoratus Parisiensis*.

Honoratus a Nowo Miasto,
vide *Honoratus a Biala.*

Honoratus Parisiensis. — E nobilissima familia *Bochart de Champigny* die 18 ian. 1566 ortus est; studia humaniora persolvit, maxima cum laude, apud Patres S. J. in Collegio Claromontano; dein Capuccinorum institutum amplexus est an. 1587. Religiosa emissa professione, Romam missus est ad perficienda studia theologica, una cum Patribus Angelo a Joyeuse et Benedicto de Canfield; sed paulo post Venetias remissus est ut ibidem theologiam addisceret sub disciplina S. Laurentii Brundusini.

Curriculo studiorum expleto, Lotharingiam repetiit ibique sacerdos ordinatus est an. 1595. Exinde fuit magister novitiorum, definitor, quater Minister Provincialis in prov. Parisiensi, Custos Generalis Galliae (1602), semel Minister prov. Lotharingiae et Ordinis definitor electus an. 1618.

Non tantum excelluit in arte regiminis, sed etiam ut concionator, velut animarum religiosarum director et eximia pietate. Devotionem eucharisticam contra haereticos propagavit, piam praesertim praxim introducendo *XL Horarum*; devotionem promovit erga Dominicam Passionem et Deiparam Virginem, cuius quotidie, officium, litanias et rosarium recitabat. Exstitit praeterea pauperpatis amantissimus aliisque virtutibus exornatus.

Obiit d. 26 sept. 1624 relinquens praestantissimum opus asceticum cui titulus *L'Académie Evangélique*, Paris, 1621 et 1894. Die 10 martii an. 1870 a Pio IX subsignata est eius Beatificationis causa.

BULLAR. CAP., V, 26-28, 202; X, 604, 606. 663.
DE-PISE, *Annales*, p. 535-553.
OLGIATI, *Annali*, II, 337-359.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 120.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, ,I, 162-66, 390 404 s., 455, 457; II, 330, 335, 367. 428; III, 64, 104. 142, 163, 524.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 123.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 380.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 83.
BREMOND, *Hist. littér. du sentiment relig. en france*, cfr. Index Gén. p. 122.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 127-140.
GODEFROY, *Hist. Prov. Paris*, II, 177-87, 655.
HILDEBRAND, *De Kapuc. in de Nederl.*, I, cfr. Index, p. 430.
LECHNER, *Leben d. hl. Kapuz.* III, p. 1-9.
LE VÉNÉRABLE *P. Honoré de Paris, 1566-1624.* Chaumont, 1950, 32 pp.
HENRI DE CALAIS, *La vie et les miracles du Vén P. Honoré Bochart.* Paris 1650, 1864.
MAZELIN F. (l'Abbé), *Histoire du Vén P. Honoré de Paris... d'après les mss. et les auteurs contemporains.* Paris 1882,
ANALECTA CAP. 3 (1887) p. 3-5, Scripta P. Honorati S. Congr. pro examine exhibita. — 13 (1897) p. 145-149, Vitae P. Honor. commentarium, — 61 (1945) p. 61 Status Causae Beatif.
ECO DI S. FRANC., a. 1886, p. 419-423, *I Cappuccini francesi e il Ven. P. Onorato.*
ETUDES FRANC. 39 (1927) p. 456 (de Operibus spirit. P. Honorati).

Honorius a Montegranaro in Piceno. — Natus an. circiter 1519 ex nobili *Todini* familia, post iuventam inter arma et saeculi pompas transactam, seraphicum habitum in Tusciae provincia induit a 1543. Religiosus exstitit probatissimus, ideoque a. 1550 in Ministrum suae Prov. eligitur. Postea vero idem officium in Venetiarum et Bononiae provinciis obtinuit. Fuit etiam Visitator in insula Corsica; tandem a. 1567 Generalis Definitor. Obiit cum sanctitatis fama Bononiae a. 1569.

MONUM. HIST. O. CAP. I, III, VI, cf. Ind.
BOVERIO, *Annales*, I, 682 ss.
FLORES SERAPHICI, I, 64-67 cum figura.
LEGGENDARIO CAP., VI, 137-146.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 72.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 95-97.
SISTO DA PISA, *Storia*, I, 86-94, 113, 135.
SALVATORE, *La Prov. di Bologna*, I, 97, 107-10
ANALECTA CAP., 23 (1907) p. 273, 326: *Epistola P. Marii a Mercato Saraceno ad P. Honor. a M. Gran.* (circa *Chronicam P. Ioan. a Terranova*).

Horatius a Pennabilli,
vide: *Franciscus Horatius a Pennabilli.*

Hornes (De) Carolus a Bruxelles, *episc.*, alumnus prov. Flandro-Belgicae. — E nobilissimis parentibus ortus, habitum seraphicum in Ordine Capuccinorum sumpsit. Philosophiam et Theologiam docuit; fuit insuper concionator egregius, vel etiam apud Aulam regiam Philippi V Hispaniarum regis. A Clemente XI an. 1710 ad sedem episcopalem *Brugensem* electus, eodem anno e vita migravit.

BULLAR. CAP. I, 147; IV, 84.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 254-256, 562.
RITRATTI CAPPUCC. ILLUSTRI, I, 57-58.
GAMS, *Series Episcoporum*, p. 247.

Horsovsky Tyn, vide *Horšuv Týn*

Horsuv Tyn (*Teinicium*), germanice «Bischofteinitz» in Bohemia. — Conventus exstructus an. 1650, cum ecclesia dicata S. Vito mart., supprimitur a civili gubernio an. 1940.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 377.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 244.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 797.

Horta, vide *Orte*

Hosanna in Aethiopia. Praefectura Apostolica erecta die 13 februarii 1940 in territorio partim seiuncto a Praefectura Apostolica de *Neghelli* et partim a Vicariatu Apostolico de *Gimma.* Concredita fuit Prov. Venetae primusque Praefectus Apostolicus nominatus est P. Titianus (Rigo) a Verona.

Post occupationem Anglicam (1941-42) omnes missionarii expulsi sunt.

MISSIONI *dipendenti da Prop. Fide* (1950) 87.
TIZIANO RICO DA VERONA, *Relazione della Prefettura Apost. di Hosanna dal luglio* 1940 *al giugno* 1941. Venezia 1944.
ANALECTA CAP. 56 (1940) p. 327, 335, Praef. Ap. erigitur et concreditur Prov. Venetae.
IDEM, *Relationes Missionis*, cfr. an 1939, p. 179-82 et an. 1940, p. 101-103.
ATTI PROV. VENETA, a. 1940, p. 30, 141. Nuova Prefettura. — a. 1944, Supplem. Settem. Dic., *Relazione del Prefetto Apost.* 1940-1941.
IL MASSAJA, an. 1950, p. 107, 126, *La Prefettura di Hosanna durante la guerra*. (P. Metodio).

Hosca, vide *Huesca*

Hospistalia vide *Nosocomia*

Hospitia. — Olim hospitia vocabantur parvae domus *pro fratribus itinerantibus*, ratione praedicationis vel quaestuationis, viciniori conventui subiectae tamquam illius appendices. Huiusmodi hospitia antiquitus plura in omnibus provinciis inveniebantur praesertim quia hodiernum viarum commodum et vecturae subsidia non habebantur et fratres plerumque pedibus iter faciebant et quaestuantes humeris ferebant quascumque collegissent eleemosynas a benefactoribus.

Progressu temporis fere disparuerunt et iam non habentur nisi aliqua rara; sed eodem nomine nuncupari consueverunt religiosae *domus non formatae*, in quibus scilicet numerus canonicus religiosorum et vita regularis perfecta nondum habentur. Iuxta hodiernam legislationem tales sunt quae nondum 6 religiosos habent quorum saltem quattuor sint sacerdotes vel in quibus nondum regulariter et commode haberi queunt omnia exercitia vitae religiosae a Constitutionibus statuta. Huiusmodi hospitia vel subsunt Guardiano viciniori vel immediate Provinciali Ministro aut reguntur a superiore qui *Praeses* nuncupatur; eligitur in Capitulo provinciali post electionem Guardianorum et voce gaudet in eodem Capitulo pro electione superiorum maiorum, dummodo ad instar Guardiani districtum proprium habeat et familiam regat, quae, cum ipso Praeside, tribus saltem religiosis constet.

BULLAR. CAP., VIII, 62; X, 291 s. (cfr. *Ind. gener.* p. 786).
MELCHIOR, *Hist. O. Cap.*, I, 134, 137; II, 109.
ANALECTA CAP. 47 (1931) p. 86 (Praeses Hospit.); 56 (1940) p. 269 (Vicar. Hospit.).

Hostilia, vide *Ostiglia*

Hudrisier Marcus a Faverges, episc., prov. Sabaudiae alumnus. — Ortus d. 27 iulii 1848, religiosa vota a. 1868 nuncupavit. In Provincia Definitor fuit et optimi concionatoris laudem obtinuit. An. 1875 in *Seychelles* insulas profectus est missionarius, sed anno proxime insequenti in patriam revertitur. Deinde aliquot post annos in Indias perrexit ad Patnae missionem; ibi Commissarii Gener. officium exercuit itemque Superioris Regularis munus obivit pro Agrae, Lahore et Patnae missionariis. Tandem d. 2 sept. a. 1890 episcopus eligitur titul. *Teiensis* simulque *Insularum Seychellarum* Vicarius Apost. constituitur; eius autem Vicariatus, biennio post ad dioecesanae dignitatis gradum evehebatur. — Valetudinis recuperandae causa in Galliam a. 1909 reverti deliberavit. At vixdum Parisios pervenerat d. 6 ian. 1910 immatura morte intercipitur. Eius exuviae postea Faverges in patrium oppidum sunt elatae.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss. Capp.*, IX, 497, 515; X, 263, 270.
IDEM, *Manuale hist.*, p. 191, 288 ss.
JEAN DE COGNIN, *Les Cap. en Savoie*, p. 312-16.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 314; 8 (1892) p. 250; 26 (1910) p. 157.
ROSIER DE ST. FRANÇOIS, a. 1910, p. 88-96.

Huesca (*Hosca*) in Prov. Navarro-Aragonensi. — Conventus conditus a. 1602, sub patrocinio S. Orentii episc., nunc derelictus iacet.

BULLAR. CAP., V, 416.
ILDEFONSO, *La Orden Cap. en Aragón*, p. 23.
RAMÓN DE HUESCA, *Teatro histórico de las Iglesias de Aragón*, t. VII, p. 75-82 (1797).
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 30.

— Monasterium *monialium Capuccinarum* exstructum est a. 1648.

BULLAR. CAP., V, 348-49, 417.
RAMÓN DE HUESCA, *op. cit.*, VII, 104-09.

Hugo Parisiensis (*Ménages*), Parisien. provinciae moderator. In Capitulo Gener. celebrato a. 1775 *Definitor* electus est, et a. 1780, per decretum Ministri Gener. sub die 20 decem. *Vice-Procurator* constitutus est ad sequens Capitulum a. 1782. Obiit a. 1808.

FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 232.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 154 n. 47.

Hungaria. — Primi Capuccini in hanc regionem ingressi sunt ut cappellani militum contra Turcas pugnantium an. 1595. Inter eos aderant Arcangelus Diotallevi a Rimini, Maximus a Mantova, Bonaventura a Camerino. — Anno 1640, quibusdam episcopis instantibus, in Hungariam missi sunt nonnulli ex Ordine missionarii cum Praefecto P. Casimiro Tirolensi; successive autem alii etiam in Hungariam missi sunt, qui omnes simul cum praecedentibus protestanticam haeresim strenue insectati sunt.

Post an. 1670 aliqua coenobia erigi coeperunt, quae novae provinciae *Austriae* commissi sunt, exinde nuncupatae Austro-Hungaricae seu Viennensi (vide sub hac voce). Tantum an. 1934 Minister Generalis decreto diei 6 apr. opportunum duxit seiungere a provincia Viennensi 4 conventus hungaricos (Budapest, Mariabesnyö, Mór, Tata Tóváros) ad efformandum novum *Commissariatum Hungariae*.

Index Conventuum, qui in Hungaria a) *nunc exstant*: Békéscsaba, Budapest, Máriabesnyö,

Mór, Nagymágocs, Nagyvárad (Gross-Wardein Oradea Mare), Szentes, Tata (Tata-Tóváros).

b) *sunt derelecti*: Bodajk, Hatvan, Magyaróvár (Ungarisch-Altenburg), Palánka (Uj-Palanka), Pécs (Fünfkirchen), Székelyhid, Tokaj.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore.

a) usque ad divisionem Prov. Austriaco-Hungariae seu Viennensis vide Seriem Superiorum sub v. *Viennensis Prov.*

b) ab erectione Commissariatus Hungariae (1934).

Camillus a Rába-Pordány: 1934, 1937.
Desiderius a Szárföld: 1940, 1943.
Iosephus a Kispest: 1947, 1950.

Bibliographia

BULLAR. CAP., IV, 246.
SCHEMATISMUS *FF. Ord. Capuccin. Commissariatus Hungariae* pro an. 1935.... — Budapestini 1935 ss. (*Notitiae historicae* Ordinis nostri in Hungariia vulgatae sunt praesertim an. 1935 a P. Adalberto a Posonio et an. 1944 a P. Hyacintho a Mór).
PELLEGRINO, *Annali*, I, 403; III, 210; IV, 350.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 1-58.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 159, 214, 220
SZABÒ G. P., O.F.M., *Ferencrendiek a magyar történelemben* (= Ordines franciscani in historia Hungarica), Budapest 1921. cfr. p. 125-129 etc. ubi de Capuccinis.
DE-GUBERNATIS, *Orbis seraph.*, *De Missionibus* t. II, P. II, p. 402.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.
HYACINTHUS (FREY) VON MÓR, *Die Beziehungen der Kapuziner zu Ungarn bis zur Gründung des ersten Klosters (1595-1674)*. Budapest, 1949, pp. 248.
ANALECTA CAP. 50 (1934) p. 136, 137, erigitur Commissariatus Hungaricus .
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 206.
KAPUCINUS *Tartományi Ertesitö*. Budapest, 1947 ss. [Periodicum officiale].
IDEM, a. 1948, fascic. « *Brindisi S. Lörinc* » p. 1-9 (S. Laur. promotor O. Cap. in Hungaria).
MISSZIÓS HIRLAP. (Periodicum pro Missionibus editum a PP. Capuccinis). Budapest 1935 ss.
WIENER-PROVINZBOTE, I, 1934 n. 3, p. 24-26, *Errichtung des neuen Provinzkommissar. Ungarn.*

Huntington, Indiana (Stat. Foeder. Amer.) — Fratres Prov. Calvariensis conventum exstruxerunt a. 1928 sub S. Felicis invocatione ac tutela ibique novitiatus erectus est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 17 tab. XX-XXI.
BITTLE, *A Romance...* p. 469.
ANALECTA CAP., 44 (1928) p. 21 (Conv.), p. 22 (Novit.).

Huntobel prope Steinach in Helvetia. — Monasterium Sororum Capuccinarum III Ord. Regul., ibi olim fundatum, desiit a. 1614.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 169.
GREIDERER, *Germania franc.*, II, 663.

Huy seu Hoei (*Huum*) in Prov. Belgica. — Ab an. 1608 usque ad civilem Galliae subversionem in hoc loco exstabat conventus pro fratribus nostris.

BULLAR. CAP., IV, 121-22, 371; VIII, 41.
ANNUAR. PROV. HOLL-BELG., I (1870) p. 32.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederlanden*, I, cfr. Ind. (*Hoei*); II, 263-65.

Hyacintha a Città di Castello, Capuccina, vide *Città di Castello*

Hyacinthus ab Avignon, ex stirpe de *Verclos*, antiquae Prov. S. *Ludovici* (Lugdunensis) Lector et Moderator (1735). A Clemente XI, episcopatum *Cabellionensem* (Cavaillon) sibi semel atque iterum oblatum semper recusavit. Quo anno obierit non constat: scimus tamen a. 1740 ab illo quoddam opus editum fuisse Avenioni, inscriptum: *La Vie de la Mère Agnès d'Aguillenqui. Abbesse des Capucines de Marseille.*

BULLAR. CAP., V, 159.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 142 ss.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 124.

Hyacinthus a Belmonte Calabro, Prov. Consentinae. — Ex familia *Osso* natus a. 1839, inter nos cooptatus est a. 1857. Munia Lectoris, Ministri Prov. (1882) et Definitoris Gener. (1884-96) obivit. Fuit etiam S. Indicis Congr. Consultor (1887). Contra sui temporis mala et errores verbo et scriptis plurimum dimicavit. In honorem B. Angeli Ord. nostri. *Acri* in Calabria templum exstrui curavit, ibique obiit d. 22 oct. 1899. — Edidit inter alia: *I poveri e i ricchi* (Firenze 1881); *Il male dei nostri giorni* (Roma 1886); *Scritti letterari e religiosi*. 2 voll. (ed. II, 1889).

FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 301.
FRANC. DA VIC., *Scrittori Calabr.*, p. 54-56.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 33.
ANGELO DA SARACENA, *P. Giacinto da Belm. - Cenni biografici*. Cosenza 1942.
ANALECTA CAP. 15 (1899) p. 351 s.
IL BEATO ANGELO (periodico), an. 1942, p. 100 132, 140; an. 1943, p. 9, 21 (Traslazione delle ceneri del P. Giacinto nella nostra Chiesa di Acri).

Hyacinthus a Bologna (*Triboli*), prov. Bononiensis. — Missionarius in regnum Congi profectus a. 1741, illius missionis Praefectus Apost. nominatur a. 1747. Post aliquot annos ad suam provinciam revertitur, ibique moritur a. 1759. Probabilius videtur ille esse auctor cuiusdam operis (italice conscripti anno 1747) quod asservatur in Archivo Congr. Propag. Fidei, quodque P. Iacobus Nothomb, S.I. evulgavit (adiecta gallica versione) sub hac inscriptione: *La Pratique missionnaire des PP. Capucins italiens dans les royaumes de Congo, Angola et contrées adjacentes* (1747). Louvain, Editions de l'Aucam, 1931, pp. 188.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, x, 543.
ANALECTA CAP., 21 (1905) p. 216, 218.
COLLECTAN. FRANC. 4 (1934) p. 511 n. 35.
NEERLANDIA FRANC., II, 1919, p. 114.

Hyacinthus a Casale Monferrato, prov. Venetae alumnus. Ortus e comitibus *Natta* an. 1575, iuris utriusque laurea decoratus Ordinem amplexus est an. 1601 et concionator evasit magni nominis in Italia, missionibus popularibus, et in regionibus ultra alpes Protestantium erroribus obsistens. Diplomaticis quoque legationibus egregie functus est ex mandato Pontificis apud plures Germaniae principes aliarumque nationum difficillimis temporibus a. 1621-1626 pro pace statuenda inter principes christianos et Ecclesiam. Propter merita eius eximia summus Pontifex eum *Cardinalem* creare voluerat, sed humilis Francisci filius humiliter renuit. Obiit in patria die 17 ianuarii an. 1627. Edidit aliqua spiritualia opuscula et copiosum epistularium reliquit postmodum ex parte editum. Eius opus *Trattato della Povertà religiosa* (Mantova 1622) gallice atque latine editum est Antuerpiae an. 1645 et 1656.

BULLAR. CAP. III-IV (cfr. *Index*).
BULLARII REGESTUM, num. 792.
DE-PISE, *Annales*, p. 673-703.
OLGIATI, *Annali* ad an. 1627 nn. 55-174.
LEGGENDARIO CAPP. I, 237 ss.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 29.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* I, 46; II, 121, 131-38, 323, 419-23, 430, 484, 539-630, 632.
CLEM. DA TERZ., *Le Missioni*, I, 438 (Ind.).
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 125.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 385.
IOANNES A S. ANT. *Bibl. Franc.* III, (Append.)
GIO. CRISOST., *Bibl. Veneta*, p. 126-28.
MELCHOR, *Capuch. en Castilla*, p. 53, 139.
CUTHBERT, *The Capuchins*, p. 473 (Ind.).
IDEM, *I Cappuccini*, p. 544 (Ind.).
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 32 ss., 46.
FERRARI, *Onomasticon* (Bibliogr.), p. 348.
GIO. CRISOSTOMO DA CITTADELLA, *P. Giac. da Casale nella sua predicazione*. Verona 1948
VENANZIO DA LAGOSANTO, *Apostolo e Diplomatico. Il P. Giac. Natta da Casale*. Milano 1886.
BOLLETT. FRANC. STOR. BIBL. II (1931) p. 129-148. Dalla *Corrispondenza* del P. Giac. da Cas. (cfr. recen. ap. *Collectan. Franc.* 1932 p. 587); VIII (1936) p. 1-108: *Delle Prediche di P. Giac. da Cas. in Piacenza* (1617) *e della Incoronazione della Madonna del Popolo di detta città*.
COLLECTAN. FRANC., 18 (1948) 286-301. *Corrispondenza del Nunzio G. B. Agucchi con P. Giac. da C. nel 1625* (Giancrisostomo da Cittadella).
ITALIA FRANC. 2 (1927) p. 40-55: *Il P. Giac. da Cas. e il Consiglio dei Dieci di Venezia* 1615-17. (Davide da Portogruaro); p. 421-36: *Trecentenario d'un Diplomatico P. Giac. da Cas.* (Bernardino da Cittadella); 3 (1928) p. 375 ss.; 4 (1929) p. 123 ss. — 5 (1930) p. 48 ss. — 6 (1931) p. 53 ss. — 7 (1932) p. 68-73: *Il P. Giac. da Cas. e la sua opera diplomatica nei dispacci degli Ambasciatori Veneti* 1621-27 (Davide da Portogruaro). — *Nota*: Haec documenta, idem P. David iam ediderat in *Archivio Veneto* t. IV (1928) p. 165-231; t. V (1929) p. 151-233 (cf. *Collectan. Franc.* 1932 p. 584, nn. 213-14).
SERAPHIC CHRONICLE (Yonkers), 2 (1928) pag. 127, 155: *P. Giacinto Natta, Diplomat of the Counter-Reformation in Europe* 1613-1627. (Fr. Wulstan).
UNIONE SERAFICA (Venezia), an. XIV, 1948, p. 7-12 (biografia).

Hyacinthus a Durach, Bavariae primum, postea vero Pennsylvaniae prov. alumnus. — Natus ex familia *Epp* a. 1836, religiosum habitum induit a. 1858. In Bavarica prov. Lectoris, Novitiorum Magistri ed Definitoris officia exercuit. Ob religiosam persecutionem (*Kulturkampf*) in Germania excitatam a. 1873 in Foederatos Americae Status, una cum aliis religiosis sodalibus migravit. Post conditas aliquot religiosas domos, ut nova constitueretur provincia, *Pennsylvaniae* nomine, an. 1882 impetravit, quam postea quinquies veluti Minister sapienter rexit. Mors illum intercepit *Wheeling*, die 31 aug. 1907.

EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 629 ss., 785.
LEXIKON F. THEOL. U. KIRCHE, III, 734.
ALTÖTTINGER FRANZ. BLATT, a. 1908, p. 34 s.
ANALECTA CAP., 23 (1907) p. 331-33, necrol.

Hyacinthus ab Olp, prov. Catalauniae eximius concionator et lector philosophiae. An. 1689 a suis superioribus munus demandatum habuit conscribendi cursum philosophiae ad mentem S. Bonaventurae. Post duos annos opus absolvit ediditque Barcinone anno 1691, in 3 voll. sub titulo: *Cursus Philosophicus ad mentem seraphici Doctoris D. Bonaventurae*. Obiit an. 1695, dum cursum theologicum praeparabat ad mentem eiusdem Seraphici Doctoris.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 126.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.*, III, (Append.)
FRANCISCALIA (Barcellona 1928) p. 232.

Hyacinthus Parisiensis (*Kerver*), istius provinciae concionator magni nominis; haereticorum fortis impugnator et « Academiae Controversiarum » promotor († 1650). — Plurima opera ab eo typis data sunt, in quibus eminent: *Catechismus fidei catholicae* (1638). — *Dictionarium praecipuorum S. Scripturae locorum pro fide catholica intelligenda* (1644). — *Controversiarum volumina tria ad revocandos Haereticos* (1646).

Congregatio fundata a P. Hyacintho an. 1632 sub nomine « *Exaltation de la Sainte Croix* » et approbata ab archiep. Parisiensi a. 1634, suppressa est an. 1654.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 125.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 386.

IOAN. A S. ANTON., *Bibl. Franc.*, III, (Appen.)
HURTER, *Nomenclator*, III, 991.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., VIII, 2352.
NEUE ZEITSCHRIFT FÜR MISSIONSWISSENSCHAFT (Schweiz), V, 1949 p. 170-71 (De Congregatione: *Exaltation de la Sainte Croix*, fundata a P. Hyacintho).

Hyacinthus M. a. Peñacerrada, vide *Martinez y Saez, H.*, episc.
Hyacinthus a Trieste, vide *Ambrosi H.*

Hyacinthus a Troina, Senior, prov. Messanensis alumnus. Natus e familia *Chiavetta* an. 1668; in Ordinem ingressus a. 1685. In sua provincia munus obivit lectoris, definitoris et ministri provincialis; insuper exstitit Visitator Generalis et Apostolicus in provinciis Panormitana, Syracusana, Neapolitana et Umbriae. Versatus admodum erat in disciplinis canonicis, theologicis et mysticis. Typis edidit: *Istruzioni nella via dello spirito*. 4 voll. Messina 1732; *Vita di S. Silvestro monaco* (1734). Obiit an. 1750.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 125.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, II, 205.
MIRA GIUS. M., *Bibliografia Siciliana* (Palermo, 1875-84), I, 222, 420.

Hyacinthus a Troina, Prov. Messanensis. — In saeculo *La Greca* cognomine vocatus, ortum habuit a. 1843 et inter nostros sodales cooptabatur a. 1858. In sua Prov. fuit laudabilis S. Eloquentiae Lector et Definitor. Romam deinde venit tamquam scriba a secretis Cardin. Massaia, cui validum praebuit auxilium in exarandis illius famosis commentariis « I miei 35 anni di missione nell'Alta Etiopia » inscriptis, quorum editionem post obitum auctoris curavit. Insuper in nostro conventu Tusculano (Frascati) « *Museum Massaianum* » instruendum curavit. Anno denique 1896 Definitor Gener. eligitur; at post paucos menses die scilicet 14 nov. e vivis sublatus est. — Edidit: *Sull'Eloquenza sacra. Giudizi e precetti* (Siena 1880).
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 308.
PIO GIUSEPPE DA ALATRI, *Alla memoria del P. Giacinto da Troina*. Roma 1897.
ANALECTA CAP., 12 (1896), p. 360.

Hyacinthus a Vetralla, prov. Romanae. — Ex *Brugiotti* familia ortus est. a. 1601. Ab a. 1651 usque ad a. 1654 in *Congi* missione, cui fuerat praefectus, salutariter adlaboravit. Definitoris Prov. munus obtinuit obiitque Romae a. 1659. — De Congi missione « *Alcuni appuntamenti notabili* » scripsit, quod quidem opus a V. Sugliani typis est traditum (vide infra « *Italia Franc.* »). In Missionariorum commodum P. Hyac. confecerat insuper quemdam *Catechismum* pro christiana doctrina facilius edocenda, quatuor linguis compositum, latina scilicet, italica, lusitana et congolensi (Romae, s. a.). Edidit etiam quoddam *Grammatici studii* specimen pro addiscendo sermone illius regionis (Roma, 1659).
BULLAR. CAP., VII, 198 (*P. Hyac. regi Congi a Papa commendatur*).
CAVAZZI *Stor. del Congo*, v. Ind. « *Vetralla* ».
PELLEGRINO, *Annali*, II, 485-491.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 583 s., 597, 625, 672.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, X, 440 s, 491.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 124.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 385; III, 242.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 88.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 2247.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 363. — 13 (1897) p. 89-96: *Epistola P. Hyacinthi missionarii in regno Congi* (1652).
BOLLETTINO D. REALE SOCIETÀ GEOGR., a. 1907, fasc. IV-V: *Giac. Brugiotti e la sua missione al Congo*. (G. Simonetti); an. 1922, p. 238-47, *Il P. Giacinto e la sua missione al Congo. Da una relazione inedita* (V. Sugliani); an. 1949, p. 87-89 (de oper. P. Hyac.).
ITALIA FRANC., 4 (1929) p. 531-39: *P. Giac. e la sua missione al Congo* (V. Sugliani). - 14 (1939) p. 276, Opera P. Hyac. quae exstant in Bibl. Coll. S. Laur. de Urbe.
NEERLANDIA FRANC., 1 (1914) p. 39-41 (Bibl.).

Hybla maior, vide *Avola*
Hybla minor, vide *Melilli*
Hydruntina dioecesis, vide *Otranto*

Hydruntina Provincia (*Otranto* in Italia meridionali). — Ex divisione antiquae prov. Apuliae an. 1590 peracta, orta est nova prov. *Hydruntina-Lyciensis* (Lecce-Otranto) cui adscripta sunt 24 conventus. Anno 1754 numerabat conv. 33 et religiosos 610; anno autem 1853 conv. 29 et relig. 364.

Post suppressionem an. 1861 coenobia prov. Barensis (olim Apuliae) et prov. Hydruntinae, qui restitui potuerunt, in unicam denuo provinciam coaluerunt an. 1908 sub nomine *Barensis-Hydruntinae* quae demum, decreto Ministri Gen. diei 9 apr. 1926, primaevum nomen Apuliae obtinuit (vide *Apulia*).

Index Conventuum et Hospit. qui olim pertinuerunt ad Prov. Hydruntinam: Alessano, Brindisi, Campi Salentino, Casalnuovo (Manduria), Casarano, Castellaneta, Ceglie Messapico, Copertino, Corigliano, Diso, Francavilla Fontana, Galatina (S. Pietro). Galatone, Gallipoli, Ginosa, Grottaglie, Laterza, Lecce, Massafra, Matera, Mesagne, Martina Franca, Montescaglioso, Nardò, Ostuni, Otranto, Ruffano, Rugge, Salve, Sant'Elia, Scorrano, Taranto, Tricase.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore (cfr. Salvatore da Valenzano, *I Capp. nelle Puglie*, p. 469-472).
Matthaeus a Francavilla Fontana: 1590.
Franciscus a Mesagne: 1599.
Ioan. Bapt. a Lecce: 1602.
Franciscus a Taranto: 1605.
Hieronymus a Narni: 1608.
Marcellus a Lecce: 1613.

Ludovicus a Carmiano: 1618.
Ioannes a Carmiano: 1625.
Iacobus a Castellaneta: 1628.
Vincentius a S. Vito dei Normanni: 1630.
Laurentius a Matera: 1633.
Antonius a Napoli: 1637.
Petrus a Tutino: 1638.
Innocentius a Caltagirone: 1642, 1647, 1650.
Archangelus a Poggiardo: 1655.
Sebastianus a Putignano: 1656.
Aloisius a Lecce: 1658-71.
Michaelangelus a Monte Albaddo: 1671.
Dominicus a Francavilla Fontana: 1675.
Bonaventura a Martina Franca: 1678.
Franciscus a Francavilla Fontana: 1685.
Antonius a Tuturano: 1688.
Vincentius a Soleto: 1691.
Laurentius a Casalnuovo (Manduria): 1693.
Clemens a Lecce: 1698.
Seraphinus a Lecce: 1702, 1706.
Emmanuel a S. Vito de' Normanni: 1703.
Aloisius a Maruggia: 1705.
Chrysostomus a Gallipoli: 1709.
Bonaventura a Francavilla F.: 1712.
Ioann. Bapt. a Mesagne: 1717.
Laurentius a Martina Franca: 1719.
(Benedictus a Massafra: 17...?)
Andreas a Tutino: 1731.
Petrus a Salve: 1733.
Franciscus a Melendugno: 1747.
Carolus M. a Melendugno: 1754.
Daniel a Francavilla Font.: 1761.
Alexander a Francavilla Font.: 1768.
Ioan. Bapt. a Vitiliano: 1775.
Ioan. Bapt. a Mesagne: 1778.
Carolus M. a Brindisi: 1783 Vic. Prov.
Archangelus a Galatina, 1784, 1787.
Fidelis ab Alessano: 1785 Vic. Prov.
Hieronymus a Mesagne: 1791.
Archangelus a Copertino: 1794, 1806.
Franciscus M. a Torre: 1797, 1803.
Seraphinus Fidelis a Galatina: 1800.
Vincentius a Ruffano: 1809.
Epiphanius a Ginosa: 1816.
Ioann. Bapt. a Mesagne: 1820.
Augustinus a Bari: 1823.
Epiphanius a Mesagne: 1826, 1843.
Ferdinandus a Matera: 1829, 1832.
Ioann. Bapt. a Galatina: Vic. 1833, Prov. 1837.
Eugenius a Copertino: 1837.
Laurentius a Campi: 1840, 1856, 1859.
Aurelius a Latiano: Vic. 1843, 1853.
Nicolaus a Taranto: 1846.
Felix a S. Giov. Rotondo: 1850.
Benedictus a S. Cesario: Vic. 1867, Prov. 1875, 1878, 1886.
Samuel a Brindisi: 1869.
Franc. Ant. a Tuglie: Com. G. 1882.
Salvator a Gioia: Com. G.: 1884.
Seraphinus a Santeramo: Com. G. 1901.
Gerardus a Francavilla: Com. G. 1903-08.


Religiosi huius Provinciae
de quibus tractatur suo proprio loco

Dominicus a Francavilla Fontana, scriptor (florebat an. 1687).
Lucas a Laterza, Comm. Gen. († 1598).

Bibliographia

BULLAR. CAP., III, 115-141, 319; X, 727.
CHOROGRAPHICA *descriptio Prov. Ord. Cap.*, ed. an. 1649, tab. 16; ed. a. 1712, tab. 39
SALVATORE DA VAL., *I Capp. nelle Puglie*, p. 88-93.469-472 (erezione della Prov. e Serie dei Superiori).
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 281, status Prov. 28 (1912) p. 375, Docum. quae servantur in Archivo Status Mediolani. — Quoad alia cfr. *Index Gen.* voll. 1-50, p. 185.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 11, 14, 15.

Hydruntum, vide *Otranto*
Hyspicefundum, vide *Spaccaforno*



's-Hertogenbosch in Hollandia
Conv. fund. 1897

I (J)

Jaca, in Prov. Navarro-Aragonensi. — Domus nova pro fratribus nostris ibi canonice erecta est a. 1930.

ILDEFONSO, *La Orden Cap. en Aragón*, p. 405.
ANALECTA CAP., 47, (1931), p. 44.
VERDAD Y CARIDAD, a. 1930, p. 340.

Jaca Regalis, vide *Acireale*

Jacarézinho in Brasilia, Custodia de *Paraná* Prov. Venetae. — Paroecia Immaculatae Conceptionis, canonice erecta an. 1919 et a Capuccinis administrata ex anno circ. 1922 usque ad an. 1927.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929), tab. XXXVIII.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 354.
INÁCIO, *Custodia do Paraná*, p. 59 ss.
I PRIMI *cinque anni della nostra missione nel Paranà* (1925), p. 23 s.
ANALECTA CAP. 64 (1948) p. 11 (Paroecia).

Jaci, vide *Acireale.*

Jäckel, vide *Bernardus M. a München*

Iacobus ab Autun (domo *Chevanes*), Prov. Lugdunensis. — Concionator et scriptor egregius, obiit circa a. 1678. Multa edidit praesertim de vera et falsa religione, inter quae notare iuvat: *Les Entretiens curieux d'Hermadore et du Voyageur inconnu* (suppresso nomine, Lyon 1634), quod est apologia acutissima pro Ordinibus religiosis et maxime FF. Minoribus. *Iustae exspectationes nostrae salutis oppositae desperationi saeculi* (Lugduni, 1649); in hoc opere adversatur perniciosae illius temporis doctrinae « de Gratia ». *L'incredulité sçavante et la credulité ignorante, au sujet des magiciens et sorciers.* (Lyon 1671, 1674).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 128.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 7.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 99.
BIOGRAFIA UNIVERSALE, (Venezia 1823) XI, 338.
DICTIONNAIRE *Biogr. et bibliogr. des Prédicateurs français* (Paris, 1824), p. 72.

Iacobus a Bordeaux, v. *Joann. a Bordeaux.*

Iacobus a Colza (*Pascoli*), alumnus prov. Venetae. An. 1762 in missionem Thibetanam destinatur; quum autem illuc per Bengalam accedere vellet, in flumine *Ganges* naufragio periit d. 26 apr. 1765.

GIO. CRISOST., *Bibliot. Prov. Veneta*, p. 130.
PATRIARCA EMILIO, *Il P. Giacomo da Colza e il suo viaggio al Tibet.* Verona 1941. (Cfr. recens. ap. « *Collectan. Franc.* » a. 1942 p. 415 s. - « *L'Italia Franc.* » a. 1942, p. 154-56).

Iacobus a Commercy (*Vignot*), alumnus prov. Lotharingiae; martyr fidei tempore revolutionis gallicae († 1794).

BESCHIN, *Martyrol. Franc.* (26 oct.)
EDOUARD, *Essai de Martyrologe*, p. 29.
ANALECTA CAP., 51 (1935), p. 242.

Iacobus a Corella, Prov. Navarrae alumnus. — Natus an. 1657 seraphicas vestes induit an. 1673. Optimam in sacra praedicatione consecutus famam, celebriora pulpita, etiam regiam aulam, illustravit. Qua scriptor multa reliquit opera non parvi aestimata, praesertim illud *Practica de el Confesonario* inscriptum, quod saepius in lucem est editum, scilicet vicies sexies usque ad an. 1751 Matriti. Porro eiusdem *Suma de Teologia moral*, opus sex volumina complectens quadragies typis est traditum. An. 1693 Minister Provincialis eligitur. Mortuus est an. 1699.

BULLAR. CAP., V, 352.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 30-32.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 128.
SBARAGLIA, *Script.*, III, 243.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 108.
CASATI GIOV., *L'Indice dei libri proibiti*, III, 91 sub v. *Corella* (Milano 1939).
REUSCH, *Der Index*, II, 513.
ILDEFONSO, *Capuc. de Navarra*, I, 199, 216.
BIOGRAFIA UNIV., (Venez. 1823), t. 13, p. 203.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., VIII, 295.
ANALECTA CAP., 8 (1892), p. 373.

Iacobus a Coutances (*Constantiensis*) domo de *Bordes*, antiquae Prov. Normanniae Definitor, magister novitiorum, lector et clarus concionator. Professionem religiosam emisit an. 1605 atque e vivis sublatus est an. 1669. Plurima scripsit de re biblica ac theologica et contra Jansenistas: dubia tamen videntur, quae traduntur circa nonnullas illius opera. Quae typis tradidit, inter alia, haec sunt: *Intelligence des Révélations de St. Jean.* Première partie, Rouen 1639; reliquae tres partes an vel ubi impressae fuerint discutitur. — *Li-*

brum controversiarum contra Jansenistas. Paris, 1658.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 128.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 7 (erronee vocatur *Iac. de Bordeaux*).
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 97.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 153.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, II, 388.
DICTIONN. HIST. ECCLÉS., IX, 1203.
ANALECTA CAP., 27, (1911), p. 313 n. 2.

Iacobus a Genova, prov. Genuensis alumnus, frater Card. Octaviani *Raggi* et avunculus Card. Laurentii Raggi. Ortus die 7 aug. 1593, philosophiae studuit sub disciplina fratris Octaviani donec, iuxta exemplum alterius fratris, Ordinem Capuccinorum amplexus est a. 1617. In religione munera superioris localis pluries obivit atque provincialis definitoris; et bonum sibi nomen acquisivit operibus editis: *De regimine regularium* (Lugduni, 1647; Genuae, 1653) et *Monita necessaria confessariis tempore pestis* (Genuae, 1657). — Obiit an. 1657.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 130.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 297 (erronee eum *Franciscum* vocat).
FERRARI, *Onomasticon*, p. 564 (Raggi)
FRANC. SAV., *I Capp. Genovesi*, I, 50, 239.
DICTIONN. THÉOL. CATH. XIII, 1641.
IL PADRE SANTO (Genova) an. 1939, p. 104 s: *Il P. Giacomo Raggi, prozio di Benedetto XV*.

Iacobus a Gubbio, Prov. Umbriae. — Natus a. 1507, Ordinem seraphicum inter FF. Minores de Observantia amplectitur. Postea ad novam Congregationem nostram demigravit a. 1528 et famam diserti Oratoris adeptus est. In Siciliam profectus a. 1535 praedicationis causa, multa adversa fortiter sustinuit et nonnullas domos pro *Tertiariis regularibus* utriusque sexus ibi constituit. Romam reversus, obiit fama sanctitatis a. 1580.

ANNALES MINORUM, t. XXI, p. 264.
MONUM. HIST. O. CAP., I, 279, 293; III, 91.
LEGGENDARIO CAPP., III, 21-29.
LUCONI R., *Il III Ord. Regol.* (1935), p. 142 ss.
ANTONINO, *Memorie Prov. Serafica*, p. 110.
GIUS. DA M. ROT., *Inizi Ord. Capp.*, p. 171.

Iacobus a Kitzbühel (Hoedicolle), genere *Gepp* ortus; per annos 22 suae prov. Tirolensi praefuit eamque in pristinum floridum statum restituit († 1832). — Plurimos *Sermones et Conciones* typis vulgavit ab a. 1793 ad a. 1804.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 25.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 76 s.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, cf. Ind.

Iacobus a Mans (ex Cap.), vide *Forton J.*

Iacobus a Mercato Saraceno (Foro Sarsinio) domo *Gaudenzi*, prov. Bononien. concionator egregius atque Minister. Seraphicam paupertatem factis et verbis maxime promovit. Anno 1584, totius Ordinis Moderator eligitur, et a. 1586 die 30 decem. dum sacrae visitationi incumbit, Genuae obiit, aetatis suae anno amplius septuagesimo. — *Epistolam Pastoralem* ad fratres totius Ordinis scripsit et edidi: Romae a. 1584.

MONUM. HIST. O. CAP., IV, 139, 140 n. 1, 219, 231, 240; VI, cf. Ind.
BULLAR. CAP., II, 221.
BOVERIO, *Annales*, II, 190-97.
FLORES SERAPHICI, II, 27-32 cum figura.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 227-30.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 88.
SALVATORE, *La Prov. di Bol.*, I, 117, 120-25.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.*, p. 6-7.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 129.
JOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 100.
LA PROV. CAPP. DI BOLOGNA (Bollettino uff.), aprile 1935, p. 30, nn. 17, 19, 21.
ROUND TABLE, XIV, (1948-49) p. 31-34, 41.

Iacobus a Molfetta (Melphictensis) Prov. Apuliae - Neapolitanae. — Ex *Biancolini Paniscotti* familia a. 1489 natus, primum inter FF. Minores cooptatur a. 1509 in Apuliae Provincia in qua etiam Lectoris et Ministri officiis functus est. Postmodum a. 1536 in Congregationem nostram demigravit. Apostolica divini verbi praedicatione totam fere Italiam perlustravit. Dum in Dalmatia a. 1536 sacris concionibus habendis incumbit episcopalis ecclesia *Ragusina* eidem regenda proponitur, quam statim recusavit. Ob suscepta innocentium patrocinia contra civilium auctoritatum iniurias, in coenobio nostro *Mesagne* in Calabria relegatur, ibique, amore ac veneratione prosecutus, a. 1561 moritur.

Ex eius operibus typis datis, haec tantum memorare censemus: *Opus de s. fidei articulis, Dialogo editum*. Venet. 1535. — *Opus in expositione psalmi « Domine quis habitabit »* Ib. 1535. - *I divini precetti... dichiarati*. Ib. 1543...

MONUM. HIST. O. CAP., III, VI, cf. Ind.
BULLAR. CAP., III, 107.
BOVERIO, *Annales*, I, 581 ss.
FLORES SERAPHICI, I, 159-162.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 77.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 92-94.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 129.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 14, 17.
HURTER, *Nomenclator*, II, 1558.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 36.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 512 (PANCOTTO).
APOLLINARIS, *Bibl. Neapolit.*, p. 14, 113-15.
BONAV. DA SORR., *I Capp. Napolet.*, p. 37.
CANTINI G., O.F.M., *I Francescani d'Italia di fronte alle dottrine luterane durante il '500* (Roma 1948), p. 124-29: *Giac. da Molfetta*.
EMANUELE, *Cronaca di Puglia*, p. 231 (Ind.)
MARIANO, *Capp. n. Lucania*, p. 74-79, 88-90.
SALVATORE, *Capp. n. Puglie*, p. 38-62, 280, 330, 403.

DICTIONN. THÉOL. CATHOL., XI, 1853.
CIOCIA PASQUALE, *Il P. Giacomo Paniscotti* (Conferenza), Roma 1927.
FILIOLI PIETRO, *Notizie sulla vita e sulle opere del P. Giac. da M.*, Napoli 1836.
SAMARELLI FRANC., *P. Giacomo Paniscotti ed i conv. Cappuccini di Molfetta.* Bari 1942.
ITALIA FRANC., 2 (1927), p. 262-85: *Il ven. P. Giac. Paniscotti.* (P. Ciocia).
MISCELLAN. FRANC., 4 (1889) p. 114-15: *Il P. Jacopo...* (Cav. A. Tessier).

Iacobus Parisiensis (domo *Bolduc*) eiusdem Prov. pluries Definitor et S. Theol. Lector. Concionator inter primos sui temporis laudatur et in S. Scriptura interpretanda singularis exstitit. Obiit in patria a. 1646 (minime a. 1650) aetatis suae 75, religionis vero 58. — Commentaria edidit satis laudata in *Epistolam B. Judae Apost.* (1620 et 1630); *in librum Job*, voll. 2 (1619-37). — Praeterea typis tradidit: *De Ecclesia ante Legem* (1626) - *De Ecclesia post Legem* (1630) - *De Oggio Christiano libri 3, in quibus declarantur antiquissima et S. Eucharistiae typica mysteria* (1640).

BULLAR. CAP., V, 93.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 127.
WADDING, *Scriptores*, p. 123.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Script.*, II, 6.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 97.
HURTER, *Nomenclator*, III, 1047.
EMMANUEL DE LANMODEZ, *Les PP. Gardiens des Cap. à Paris* (1893) p. 5-6.
GODEFROY, *Hist. Prov. de Paris*, II, 446 s. 655.
BIOGRAFIA UNIV. (Venez. 1823) t. 6, p. 374.
DICTIONN. DE LA BIBLE, I, 1843.
DICTIONN. THÉOL. CATH. II, 1093 et XI, 2034.
DICTIONN. HIST. ECCL., IX, 603.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, II, 1771.
KIRCHENLEXIKON, II, 979.
ETUDES FRANC., t. 8 (1902) p. 448 (not. biogr. et de opere circa *Job.*).
FRANC. EDUC. CONFERENCE, 7 (1925) p. 90.
ORIENTALIA CHRISTIANA, (Roma), vol. 25 (1932), p. 290.

Iacobus a Ravenna, Prov. Bononien. Lector. — Gente *Merini* ortus a. 1641, Ordinem ingreditur a. 1660. In Poloniam, una cum aliis fratribus, missus est a. 1676, ut nostram Congregationem ibi constitueret. An. 1581-83 Commissarii Gener. munere functus est. Varsaviae obiit a. 1687.

PELLEGRINO, *Annali*, III, 408-10.
ANALECTA CAP., 45 (1929), p. 103.
COLLECTAN. FRANC., 8 (1938), p. 202-210, passim.

Iacobus a S. Marcello Pistoiese, alumnus prov. Tusciae; missionarius in Indiis Orient. (Agra). Ortus a. 1865, vita cessit a. 1927. — Nonnulla opera edidit lingua hindustana (*Compendium historiae ecclesiasticae. — Compendium Doctrinae christianae. — Liber precum*, etc.).

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 581.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 36.
MEMORIALE CAP. TOSCANI, (1932), p. 675.
STREIT, *Bibl. Missionum*, VIII, 757.
ANALECTA CAP., 44 (1928), p. 30.
FRANC. ANNALS OF INDIA (Agra) a. 1927, p. 389-91.

Iacobus a Spello (Hispello), laicus prov. Umbriae, virtutibus clarus. — Natus a. 1503 e familia *Beni* (*Salimbeni?*), in Domino quievit a. 1544.

MONUM. HIST. O. CAP., III, 413-15.
BOVERIO, *Annales*, I, 370 s.
FRATINI GIUS., O. M. CONV., *Biografia del S. di D. Giacomo da Spello*, Foligno 1888.
MISCELLAN. FRANC., 9 (1902) p. 17.
ANTONINO, *Memorie Prov. Serafica*, p. 169.

Jacopi Michaëlangelus a Seravezza, archiep., alumnus Prov. Tusciae. — Die 16 dec. 1812 natus, Ordinem ingressus est a. 1831. Missionem *Agrae* in Indiis Or. petit a. 1841. Anno 1868 die 9 febr. creatus est episcopus titul. *Pentacomiensis* et Vicarius Apost. illius missionis; anno vero 1886, hierarchia ecclesiastica in Indiis constituta, ad novam Sedem archiepisc. *Agrae* evectus est. Inter plura apostolatus et regiminis eius monimenta, Synodus exstat Provincialis ab eo a. 1890 celebrata. Quinquaginta annis post, quibus in vinea Domini adlaboraverat, pie obiit d. 14 oct. 1891 in loco *Mussorie.* — In missionis commodum plura edidit opuscula, hindostanice atque anglice conscripta.

BULLAR. CAP., X, 720.
CLEM. DA TERZ., *Le Missioni*, IX, 604 (Ind.).
ADELHELMUS, *Monumenta Anastasiana*, Pars I, vol. V, cfr. Index p. 1284.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 93, 606, 682.
THE JUBILEE YEAR... *of the Priesthood of the first archbishop of Agra*, Calcutta 1887.
STREIT, *Bibl. Missionum*, VIII, num. 993. 999, 1536 (de scriptis), cf. *Index*, p. 957.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 350 (de scriptis) 8 (1892) p. 63 necrol.
FRANC. ANNALS OF INDIA, 2 (1910), p. 391-93.

Jadera, vide *Zadar* (Zara)

Jadraque (*Xadraquium*) in Prov. Castellae in Hispania. — Conventus a. 1678 aedificatus, derelinquitur tempore civilis eversionis a. 1835. Ecclesia S. Nicolao Barensi dicata est.

BULLAR. CAP., V, 418 (ubi per errorem dicitur fund. a. 1580).
BUENAVENT., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.

Jaén (*Giennium*) in Prov. Baetica sive Andalusiae .— Conventus a. 1625 aedificatus, nunc derelictus iacet. Ecclesia dicata fuit B. M. Virgini titulo « de la Cabeza ».

BULLAR. CAP., V, 419.
AMBROSIO, *Reseña hist.*, I, 199; II, 9-29.
BUENAVENT., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
NICOLAUS, *Notitia Baeticae Prov.*, p. 26.

Jaguaquara in Brasilia, Custodia provincialis de *Bahia*. — Domus nostra canonice erigitur an. 1943 eodemque anno ecclesia paroecialis nobis concreditur.

ANALECTA CAP. 64 (1948) p. 9, 11.
ATTI UFF. CAPP. PICENI, 1950, genn. p. 55.

Jaguariahiva in Brasilia, Custodia de Paraná (Prov. Veneta). — In hunc locum fratres Capuccini introducti sunt an. 1919.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929), tab. XXXVIII.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 353.
INÁCIO, *Custodia do Paraná*, p. 44-48.
I PRIMI *cinque anni della nostra Missione nel Paranà* (1925), p. 16-18.

Jann A., vide *Adelhelmus a Stans*

Janów (Dioecesis), vide *Podlachia*

Jansenismus. — Primus ex Ordine Capuccinorum qui Jansenistarum haeresim reprobavit est Marcus Antonius Galizio a Carpenedolo († 1665), consultor primae commissionis ab Innocentio X institutae pro damnatione propositionum Iansenistarum. (cf. Const. *Vineam Domini* an. 1653).

Damnatione nonobstante, Jansenistarum erroribus labefactari potuerunt plures in Gallia religiosae communitates pluraque seminaria (cf. Pastor, *Gesch. d. Päpste*, XV, 150) et non pauci Capuccini; at innumeri quoque Capuccini inveniuntur, qui verbo et scripto contra iansenismum insurrexerunt et iam Cap. Gen. Ordinis an. 1650 omnibus lectoribus et concionatoribus prohibuit quominus Jansenii placitis adhaererent.

Inter praecipuos Capuccinos qui bellum adversus jansenismum inierunt recensentur: *Ivo Parisiensis* († 1679), *Archangelus Ripaut Parisiensis* († 1635), *Iacobus Bordes a Coutances* († 1669), *Octavius Worst ab Amsterdam* (†1671) *Iacobus Chevanes ab Autun* († c. 1678), *Paulus Lugdunensis* († 1732), *Michael a Castelfranc* († 1675), *Carolus Ioseph Tricassinus* (†c. 1681) *Mesgrigny Athanasius ab Aix*, episc. († 1726), *Gabriel de Dinan* († 1723), *Iosephus a Morlaix* († 1661).

Contra Paschasii Quesnel *Reflexions Morales* (1674) *Timotheus de la Flèches*, Definitor Generalis Ordinis, primus attentionem Pontificis Clementis XI revocavit idemque a Pontifice missus est in Galliam cum duobus brevibus ad Regem et ad Card. Noailles ut bullam *Unigenitus* acceptarent, qua die 8 sept. 1713 damnabantur 101 propositiones Paschasii Quesnel.

Post damnationem plurimi ab haeresi secesserunt, sed alii plurimi pertinaciter jansenismo adhaeserunt et *appellantes* dicti sunt. Adversus eosdem inter alios plures quoque Capuccini insurrexerunt, videlicet *Ongnyes Angelus a Bruxelles* episc. († 1722), *Carolus Arenberg a Bruxelles* († 1669), *Espinosa Carolus a Bruxelles*, episc. († 1742), *Andreas a Grazac* († 17..).

Attamen secta Jansenistica usque ad finem saeculi XVIII assedas habuit etiam in Italia ubi se officialiter protulit per Synodum Pistoriensem damnatam a Pio VI bulla *Auctorem fidei* die 28 aug. 1794. Episcopo Pistoriensi, Synodus promotori, adhaesisse videntur nonnulli etiam Capuccini; alii vero Capuccini itali contra jansenismum strenue dimicarunt, praesertim *Franciscus M. Casini ab Arezzo* (cf. conciones 3, 41, 44 in aula Apostolica habitas), *Aloysius Biscardi a Livorno* († 1816) et *Adeodatus Turchi a Parma* († 1803), qui non tantum immunis a labe jansenistica his ultimis annis iudicatus est, sed potius antesignanus oppositionis contra jansenismum italum.

BIBLIOGRAPHIA

MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 450-493. *I Cappuccini contro il Giansenismo.*
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne. Hist. des Capucins*, I, 425-436.
CUTHBERT, *The Capuchins*, p. 413 s.
EDOUARD D'ALENÇON, *Petites notes et Bouts de papier d'un chercheur*. Rome, 1894. (Capuccini et moniales monasterii de Port-Royal).
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 246-62.
ROCCO AD CESINALE, *Storia*, II, 386-397.
UBALD, *Leçons d'hist. franc.* p. 224-264, La lutte contre le Jansénisme.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., VIII, 475.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) p. 384-394. — 9 (1939) p. 383-388, *De difficultatibus, praetextu Jansenismi, in Prov. Flandro-Belgica Min. Capuccinorum excitatis.* (Lucianus Ceijssens, O.F.M.).
ETUDES FRANC. 24 (1910) p. 46 ss. *Les FF. Min. Capucins et les débuts de la Réforme à Port-Royal-des-Champs.* (Ubald d'Alençon); N. S. an. 1950, p. 35-37, 163 ss. (Documenta circa Jans. et Capuccinos Prov. Sabaudiae, edita a P. Roberto de Apprieu).

Janua, vide *Genova*

Ianuarius a Nola, Prov. Neapolitanae. — Natus ex *Nappo* vel *Nappa* genere a. 1600, religiosa vota a. 1619 emisit. Profectus in *Congi* missionem, illuc post diutinam quinque annorum periculosamque navigationem, a. 1645 appulit. In illa missione Praefecti vicarius constitutus est, atque uberem apostolatum gessit. Anno 1654 mortem oppetiit *Loandae*, in loco a S. Paulo de Assumptione appellato.

CAVAZZI, *Istoria del Congo* (cf. Ind. *Nola*).
PELLEGRINO, *Annali*, II, 351-354.
ROCCA DA CESINALE, *Storia Miss.* III, 530, 533, 575, 579, 585 s., 597, 600.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, Ind. 675.
APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Neapol.*, p. 26, 115.
ANALECTA CAP., 3, (1887), p. 123, 218, 252, 343, 377 (*Epistolae duae P., Ian.*).
NEERLAND. FRANC. 1 (1914) p. 36; 2 (1919) p. 121 (Not. bio-bibliogr.).

Ianuensis Provincia vide *Genuensis Prov.*

Japonia. — Iam anno 1640 nonnulli fratres Capuccini hispani, inter quos erat *P. Augustinus a Ronda*, guardianus coenobii Granatensis, S. Congregationi Prop. Fidei instantiam porrexerunt ut ad missiones in Japonia mitterentur; Sacra tamen Congregatio, haud opportunum ducens religiosos mittere in Japoniam diversos ab illis, qui iam ibidem missionibus incumbebant, Ministro Generali respondit ut praefati sodales potius ad ea loca missionarii destinarentur, in quibus alii religiosi iam non haberentur. Constat autem praelaudatum P. Augustinum cum aliis postmodum missum fuisse in Africam (*Nigritiam*).

Anno tandem 1946 Ordo noster obtinere potuit propriam Missionem in regno Japoniae et quidem in insulis *Ryukyu* (vide).

PEDOT LINO M., *La S. Congr. de Propaganda Fide e le Missioni del Giappone* (1622-1838) *Studio storico*. Vicenza 1946, pp. 319-321 (*Cappuccini*).

Jarosseau Andreas Maria a Saint-Mars-des-Près, episc., alumnus prov. Tolosanae. — Die 13 apr. 1858 natus, in Ordinem Capuccinorum a. 1876 admittitur. Sacerdotio insignitus a. 1881, confestim ad Aethiopiae Missionem transmeavit, ibique magno zelo ac fructu laboravit. Leo XIII a. 1900 die 6 apr., eum elegit episcopum titul. *Sauatrensem* cum dignitate et officio Vicarii Apost. apud *Gallas*. Vestigia praesertim card. Massaia persecutus, nulli labori unquam pepercit, nullamque difficultatem devitavit ad regnum Dei inter illas gentes amplificandum. Anno 1938, post septem et quinquaginta annos sui apostolatus, in patriam suam reversus, ex hac vita sanctissime migravit Tolosae die 18 ian. 1941. — Edidit: *Notions Grammaticales sur la langue Galla ou Oromo* (Diré-Daoua 1922). Vulgavit insuper, lingua galla, *Catechismum doctrinae christianae* (Parisiis 1880 pluries postea reimpressum) — *Compendium historiae sacrae et ecclesiasticae* (Carcassonne 1900, 1925). — *Evangelium secundum Matthaeum* (Ibid. 1900) etc.

APOLLINARIS, *Bibl. Aquitan.*, p. 31.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale*, p. 138, 277 ss.

IDEM, *Le Missioni*, x, 197, 201.

IRÉNÉE, *Bibl. de Toulouse*, p. 68.

BERNOVILLE GAËTAN, *L'épopée missionnaire d'Ethiopie: Mgr. Jarosseau et la Mission des Gallas*. Paris 1950. 380 pp. (Cfr. Etudes Franc. 1950 p. 370-72).

ANALECTA CAP., 16 (1900) p. 136 (el. episc.) - 41 (1925) p. 81 (Epist. gratulatoria Pii X) - 58 (1941) p. 169-173 (Necrol.).

ECHO ST. FRANÇOIS (Toulouse), 1901 p. 69-84.

IL MASSAIA, an. 1949, p. 237-262; an. 1950, p. 20, 43, 119, 139, 163, 210. *Un apostolo dei nostri giorni: Mgr. Jarosseau.*

SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 14 (1938) p. 297-303 *Bischof Jarosseau kehrt heim* (P. Hier. Graf).

VOIX FRANCISC. (Toulouse), an. 1941, Avril. Juin, *Mgr. Jarosseau dernier évêque français d'Ethiopie.*

Jarrae, vide *Giarre*

Játiva (*Setabis*) in Prov. Valentina in Hisp. — Conventus, titulo S. Antonio Patavino an. 1607 exstructus, mansit usque ad a. 1835, quo tempore fratres inde expulsi sunt.

ESTADISTICA *Prov. de Valencia* (1901) p. 12.

SARTHOU CARRERES C., *Monasterios setabitanos* (Valencia 1922), p. 96-97 Conv. Cap.

ANALECTA CAP., 9 (1883) p. 153.

Ibarra in Republ. Aequatoris. — Conventus sub titulo S. Francisci Assisien. a. 1873 constructus, primus est qui in hac regione a nostris sit aedificatus. Fratres, a civili Gubernio eiecti a. 1897, denuo illuc rediere a. 1934.

BULLAR. CAP., X, 691.

ALBUM *Comm. Aequatoris* (1922) p. 1, 3, 5.

CLEMENTE DE TULCAN, *Historia del conv. de capuchinos de Ibarra.* (s.l.n.a.) 186 pp. — Cfr. « Boletín oficial Prov. Navarra » 1950 p. 59.

Iconiensis *sedes titularis archiepiscopalis.* — Inter nostros qui hoc titulo decorati sunt, recensentur: Aloisius PUECHER PASSAVALLI a Trento (1867 † 1897), et Lucas PASETTO a Padova (1937).

Iconographia Capuccina seu *collectiones iconographicae* virorum illustrium Ordinis Min. Capuccinorum. — Iam ab antiquo fratres nostri sollicitam habuere curam, non solummodo notitias biographicas relinquendi Ordinis sodalium illustrium sed etiam affabre effingendi eorum *imagines* ex quibus, simplici oculorum intuitu, quisque aedificationis atque aemulationis stimulos habere potest. Hinc in finem huiusmodi *Imagines* fere ubique admirationi prostant in nostris ambulacris, cellis et claustris.

Collectiones iconographicae in duas classes distinguimus nempe: 1) quae typis vulgatae sunt; 2) quae in privatis collectionibus existunt adhuc ineditae.

1. *Collectiones evulgatae*:

ALBUM SERAFICO, per cura della Postulazione Generale dei Frati Min. Cappuccini. Roma 1926.

Serie I. *Vita di S. Francesco.*
» II. *Santi del I Ordine.*
» III-V. *Beati del I Ordine.*
» VI. *Sante e Beate del II Ordine.*
» VII. *Santi del III Ordine.*
» VIII-IX. *Beati del III Ordine.*
» X. *Feste francescane.*
» XI. *Servi di Dio Capuccini* (dei quali è introdotta la Causa.

ARBOR SERAPHICAE RELIGIONIS *seu Epilogus iconographicus totius Ordinis S. Francisci* — Tabulae magnae dimensionis pictae

vel delineatae et impressae a Fr. Vitali ab Alcira († 1654) et a P. Carolo de Arenberg († 1669). De his *Tabulis* vide peculiares notitias sub v. *Arbor seraphicae Religionis.*

HIERARCHIA SERAPHICA *Ord. Min. Capuccinorum, iussu Ministri Generalis edita* (cura P. Eduardi Alenconiensis). Romae, apud Postulatorem Gen., 1914. — Continet: Series Min. Gen. O. Min. (1209-1528) et Min. Gen. O. Cap. (1528 ss.).

ANDREU DE PALMA DE MALLORCA, *Iconografia Caputxina de Catalunya i Mallorca.* I Serie: 1-100. Barcelona, 1923 pp. 73 (*Prefaci* et biogr.); 100 tabulae *photographicae.*

CAROLUS DE ARENBERG, *Flores Seraphici... sive Icones, vitae et gesta virorum illustrium FF. Min. Cap.* Tomi 2 in-folio, Coloniae Agrippinae, 1640; Mediolani 1648.

MICHELANGELO DA ROSSIGLIONE, *Cenni biografici e Ritratti di Padri illustri dell'Ordine Cappuccino sublimati alle dignità ecclesiastiche.* [Vescovi, Cardinali], voll. 3, Roma, 1850.

2. *Collectiones variae:*

A n t v e r p i a e (Anvers) in *Archivo Capuccinorum Belgii* asservatur antiqua collectio iconographica Ministrorum Gener. et aliorum religiosorum illustrium Ord. Cap. (Imagines 71 mensurae circiter 26 × 30 cm.) — Cfr. Hildebrand ab Hooglede apud *Analecta Cap.* vol. 59 (1943) p. 72-77.

A s s i s i i in Umbria, *Museum Franciscanum Ord. Min. Cap.* — Continet, inter alia, copiosissimam collectionem iconographicam quomodocumque Ordinem respicientem.

R o m a e. *Curia Generalis Ord. Cap.* apud Postulationem Gener. prostant series iconographicae: a) Ministrorum Gen.; b) Episcoporum; c) Concionatorum Apost. apud Aulam Pontificiam; d) SS. BB. et Venerabilium.

Idelfonsus, vide *Ildefonsus*

Ieiunium et Abstinentia. — Seraphicus Pater in *ieiunio* et *abstinentia* exemplum omnino singulare fratribus suis exhibuit. Etenim, praeter communes quadragesimas, alias quinque quadragesimas facere solebat: 1) ab Epiphania per dies 40; 2) ab Octava Paschatis usque ad Pentecosten; 3) a Pentecoste usque ad festum SS. Apost. Petri et Pauli; 4) ab Octava SS. Apost. usque ad Assumptionem B. M. V.; 5) a festo Assumptionis usque ad S. Michaelem.

Iuxta *Regulam* (cap. 3) fratres ieiunare tenentur: 1) a festo Omnium Sancto um usque ad Nativitatem Domini; 2) a die Cinerum usque ad Resurrectionem Domini: 3) omnibus sextis feriis per annum. « *Sanctam vero quadragesimam, quae incipit ab Epiphania..., qui voluntarie eam ieiunant, benedicti sint a Domino* (unde haec quadragesima vulgo « *Benedicta* » nuncupatur), *et qui nolunt non sint adstricti* ».

Capuccinorum *Constitutiones* (n. 69), praeter ieiunia communia, fratres hortantur ut observent *quadragesimas, quas ipse Seraphicus* Pater facere solebat, praesertim «*Benedictam* » vulgo appellatam. (*Ordinationes Capit. Gen.* ed. 1928, n. 77). Decernunt insuper ut fratres *feria IV* et *sabbato,* vel saltem uno ex his diebus, per totum annum a carnibus abstineant. *Ieiunium* quoque et *abstinentiam* praescribunt in pervigiliis Seraphici Patris et Immaculatae Conceptionis. A lege abstinentiae in die Nativitatis Domini quoties haec solemnitas in feriam VI incideret iam ante *I. C. Codicem* Capuccinos dispensaverat Pius X die 8 dec. 1908 (*Analecta*, an. 1909, p. 23).

BULLAR. CAP., X, cf. Index p. 786.

VENANTIUS, *Monum. ad Constit. Cap.*, p. 182, 187, 191.

BOVERIO, *Annales*, I, cf. Ind. rerum.

NICHOLAS OF CORK, O. Cap. — *Fast and Abstinence in Franciscan legislation.* Excerpts from a Dissertation for the Doctorate. Rome, 1943, pp. 55.

ANALECTA CAP., 57 (1941) p. 10 s. *Declaratio Definitorii Gen. quoad Ieiunia Regulae.* — p. 59-65, 76-86, 108-115, *Quaestiones quaedam de Ieiunio et Abstinentia in Ordine FF. Min.* (Agathangelus a Langasco). — Cfr. etiam Index voll. 1-50, p. 2.

Ieper, Ypres (*Iprae*) in Belgica Provincia. — Vetus conventus, an. 1609 aedificatus, supprimitur a. 1796. Novus conv. a fratribus incolitur ab an. 1923. Ecclesia est dicata B. Virgini Gratiarum Mediatrici.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 15 tab. XIV.

BULLAR. CAP., V, 410; IX, 78, 159.

TE DEUM LAUDAMUS, (1928), p. 57-59.

HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.* I, cf. Ind. — V, 318-328.

ANALECTA CAP., 50 (1934) p. 15.

NEERLANDIA FRANC., 6 (1923) p. 279-98; 7 (1924) p. 5-40: *Ieperen en de Kapucijnen* (P. Hildebrand).

— Sorores Capuccinae III Ordinis Regularis, ibi olim moratae sunt in monasterio a Teresia Gandavensi fundatum a. 1655.

[APOLLINAIRE] *Histoire des Capucines de Flandre,* II, 256-65.

Jeremias a Beinette († 1774). — In Prov. Pedemontana Lector fuit et egregius Concionator. In nonnullis autem dioecesibus fuit etiam Examinator prosynodalis. Vir plurima doctrina excultus, duo opera edidit egregia scilicet: *Chronologia et critica historiae sacrae et profanae... pro apparatu ad lectionem sacrorum librorum.* voll. 6 (Romae, 1766). — *Privilegiorum in persona S. Petri romano Pontifici collatorum Vindiciae.* Voll. 6 (Ib. 1756-66).

APPENDIX AD SCRIPT. CAP., p. 25.

SIGISMONDO, *Biografia Serafica*, p. 818.
HURTER, *Nomenclator*, v, 125.
CATHOLIC ENCYCLOPEDIA, II, 477.
LEXIK. THEOL. U. KIRCHE, II, 109.

Jeremias a Chiusa, vide *Ieremias a Klausen*

Jeremias a Klausen seu Chiusa (*Käsbacher*), prov. Tirolensis († 1814). — Nonnulla vulgavit opellas de re liturgica, ascetica et hagiographica; plura insuper reliquit scripta de re historica, inter quae: *Historia ecclestiastica Brixinensis* (Bressanone) — *Tabulae historico-chronologicae Capuccinorum*.

CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 78-80.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, cf. Ind.

Jeremias de Valacchia in Romania. — In oppido nomine Zaxo natus d. 29 iun. 1556 ex *Stoika Costis* Familia, 18 annum agens venit in Italiam, ut religiosis officiis commodius vacaret. Bari aliquot annis transactis, die 7 maii a. 1578 seraphicum habitum laicorum sumpsit in *Neapolitana* provincia. Singulari abstinentia, in proximum dilectione aliisque virtutibus fulsit. Caelestia dona, quibus eum Deus ditaverat, fidei populi admirationem eidem conciliabant. Cum fama sanctitatis ex hac vita migravit die 5 martii, a. 1625. Biennio post, beatificationis causa introducta est.

BULLAR. CAP., I, 124; III, 1 (Proc. beatif.)
DE-PISE, *Annales*, p. 563-569.
OLGIATI, *Annali*, II, 364-402.
LEGGENDARIO CAPP., III, 60-75.
LEGGENDARIO FRANC., XII, 256 ss.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 69-84.
BONAV. DA SORR., *I Capp. di Napoli*, p. 19.
APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Neapolit.*, p. 21.
LECHNER, *Leben d. hl. Kapuz.*, III, 193-99.
DAIANU, ILIE, *Un Sfânt Pribeag român* (i. e. Sanctus peregrinus rumenus). Cluj, 1936.
EMANUELE DA NAPOLI, *Vita del ven. G. da V.* - Napoli, 1761.
FRANCESCO M. DA NAPOLI, *Vita di Fr. Gerem. Valacco*. Napoli 1670. — Nuova edizione trascritta con l'aggiunta di un'introduzione da FRANCESCO ORESTANO, col titolo: Un *eroe romeno in terra italiana*. Roma 1946.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 182-84: *Attestatio cuiusdam visionis Fr. Jerem.* — 61 (1945) p. 61 (Status Causae beatif.); 63 (1947) p. 130; 64 (1948) p. 19, 53 (Translatino exuviarum Romam ven. Ierem.).
ITALIA FRANC., 14 (1939) p. 118-25.

Ieremias a Zaxo, v. *Jeremias de Valacchia.*

Jerez de la Frontera, (*Caesarianum* sive *Mundana Caesariana*) in Prov. Baetica, seu Andalusiae. — Anno 1661 quaedam domus, sita in valle S. Benedicti, nostris fratribus donata est. Ecclesia, primitus S. Felici a Cantalice dicata, postea (1679), novi conventus aedificatione peracta, sub novo titulo Immaculatae Concept. dedicata fuit. Conv. nunc derelictus iacet.

BULLAR CAP., V, 419.
AMBROSIO, *Reseña Prov. Andalucia*, III, 357.
NICOLAUS, *Notitia Baeticae Prov.*, p. 37.

Jérica (*Xerica*) in Prov. Valentina in Hisp. — Conventus sub titulo S. P. N. Francisci exstructus a. 1619, suppressus fuit a. 1834 et paulo post dirutus.

BULLAR. CAP., V, 415.
ESTADISTICA *Prov. de Valencia* (1901), p. 13.
ANALECTA CAP., 9 (1893), p. 154.

Jerusalem in Palaestina. — Iam anno 1929 facultas exstruendi ibi domum, nostrae Prov. Lugdunensi concessa fuerat. Anno vero 1933, a Superioribus Generalibus statutum est peculiarem domum Ordinis prope Hierosolymam, in suburbio *Talbien*, construere, in qua iuvenes nostri in scientiis biblicis perfectiori modo institui valeant omnesque confratres Sanctam Civitatem petentes, hospitio recipiantur.

ANALECTA CAP., 46 (1930) p. 38; 54 (1938) p. 109 .(Notitiae ac tabulae photogr.).
PETIT MESSAGER ST. FRANÇOIS (Lyon), a. 1939, p. 53.

— De duobus fratribus *Capuccinis*, qui cum loca sancta visitarent an. 1577, pro Christo vitam dederunt in civitate *Jerusalem*, mentionem faciunt:

WADDING, *Annales*, ad a. 1577 n. 85.
BESCHIN, *Martyrol. Franc.*, d. 7 nov.

Iesi (*Aesium*) in prov. Picena. — Veteris coenobii, *Santa Croce di Tabano* vulgo appellati et a. 1541 conditi, puteus dumtaxat superest. Alterum autem, a. 1590 aedificatum et S. Michaëli Archangelo dicatum, a. 1866 supprimitur. Ab a. 1867 usque ad a. 1886 fratres in diversis domibus privatis atque etiam in Hospitio S. Bernardi habitarunt. Ab an. vero 1884 fratres incolunt conventum s. Petri martyris, olim Augustinianorum et dein etiam Dominicanorum sedem. Ecclesiam ampliori formae restitutam atque instauratam, Paulus Mussini, pictor fama notus, picturis decoravit.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BULLAR CAP., II, 213, 437; IX, 333.
CIUS. DA FERMO, *Necrologio*, p. 373.
IDEM, *Iscrizioni*, p. 16, 41, 166, 168.
IDEM, *I Franc. nelle Marche*, p. 41.
GIANNINI F., *Feste celebrate in Jesi dai PP. Capp. l'8 maggio* 1853. Jesi 1853.
PIA UNIONE *eretta nella Chiesa dei Capp.* Jesi. 1904.
VITA FRANCESCANA, a. 1929, p. 85.

Jesualdus a Bronte, Prov. Messanensis. — Ex domo *De Luca* in lucem prodiit a. 1814 obiitque a. 1892. — Vir ingenio praeclarus iuvenibus nostris theologiam et Jus canonicum tradidit. Docuit insuper in Universitate Studiorum Messanensi et Panormitana (a. 1853-62), eratque in varias Academias socius adlectus. Ut theologus episcopi dioec. *Muranae* (Muro Lucano), interfuit Concilio Vaticano,

qua occasione duo opera edidit: *Pro opportunitate oecumenicae declarationis de pontificia magistrali auctoritate* (Neapoli 1870) et *De regno Dei divinaque Summi Pontificis potestate* (Romae, 1870). Praeterea multa alia scripsit opera et opuscula de variis argumentis, inter quae haec recensentur: *Il Contratto sociale* (Catania 1852) *I diritti divino ed umano nei loro rapporti* (Ib. 1854) — *Questioni di Diritto pubblico ecclesiastico* (Ib. 1868) — *Dissertazione sul diritto di Gesù Cristo al civile imperio* (Roma 1874). — *Storia della città di Bronte* (Milano 1883). — Opus *Consecrator christiani matrimonii...* (Cataniae 1871, 1876) in « Indicem » relatum fuit a. 1878, quia in ea auctor sustinebat sacerdotem esse ministrum sacramenti matrimonii.

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 37.
HURTER, *Nomenclator*, V, 1793.
REUSCH, *Der Index*, II, 1194.
DICTIONN. THÉOL. CATH., VIII 1011.
LETTERE INEDITE *ed articoli bibliografici sulle opere pubblicate dal P. Gesualdo De Luca*. Catania 1859, pag. 15.

Jesualdus a Cardinale,
vide *Loschirico J.*, archiepisc.

Jesualdus ab Houten, Prov. Hollandiae alumnus. — *Van Rossum* e domo ortum habuit a. 1868: habitum seraphicum accepit a. 1889 et vita cessit a. 1914. Egregius verbi Dei praeco exstitit, praesertim in missionibus popularibus et in Exercitiis spiritualibus clero tradendis. — Plura edidit opera, inter quae: *Leven v. d. Hl. Franc.* (1901) — *Leven v. d. Hl. Anton. v. Padua* (1909) — *Sint-Franciscus Bloemen geplukt in den hof der Capucijnen-Orde*, 3 voll. (1911) et iterum in 2 voll. (1924).

NEERLANDIA FRANC., I (1914), p. 198 s.
UNI TRINOQUE, 4 (1933-36), p. 258.

Jesualdus a Palermo, domo *Bologni* (de Bononis) natus, prov. Panormitanae concionator, lector et S. Officii Qualificator († 1653). — Ab eo typis data sunt haec opera: *In Scoti Formalitates disquisitiones* (1652) — *Cursus Theologiae moralis*. 3 voll. (1646 et 1649).

BULLAR. CAP., III, 143.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 131.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 325.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 18.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 1436.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 121 (BOLOGNA)
HURTER, *Nomenclator*, III, 1191.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, III, 86.
EGIDIO DA MODICA, *Catal. Scrittori*, p. 66.
DICTIONN. THÉOL. CATH., VIII, 1011.

Jesualdus (Ven.) a Reggio Calabria. — Ex *Melacrinò* familia natus d. 28 oct. 1725, habitum seraphicum induit in Rheginensi Prov. d. 5 nov. 1740. Philosophiam ac Theologiam docuit et praedicationi verbi Dei maxime se impendit, magno cum animarum fructu. Sedem episcopalem *Marturanensem* (Martirano in Calabria) sibi oblatam, humiliter recusavit. Cum munus Ministri Prov. exerceret, obiit in patria cum sanctitatis fama d. 28 ian. 1803. Eius Causa beatific. a S. Sede signata fuit a. 1871. — Plurimos reliquit libros mss. de rebus diversis tractantes.

BULLAR. CAP., X, 621 (Causa beatif.).
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 163-66.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 415-24.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 90-97, 118, 134 n. 6.
FRANC. DA VIC., *Scrittori Calabr.*, p. 48-54.
COTRONEO R., *Vita del P. G.*, Siena, 1894.
GIAMBATTISTA DA S. LORENZO, *Nuova vita e miracoli del Ven. Ges. da Reggio*, Gerace Sup. 1923.
JOSEPH ANTON KESSLER, *P. Jesuald von Reggio der Apostel Calabriens*, Kempten 1907.
TRAMONTANA PIETRO, *Commemorazione del Ven. Ges. nel II Centen. d. nascita* (1725), Reggio C., 1926.
ANALECTA CAP., 19 (1903) p. 65. — 61 (1945) p. 61 (Causa beatif. P. Jesualdi).
BOLLETTINO FRANC. (Reggio), Dicem. 1925. *Numero Ricordo nel II Centen. della nascita del ven. Ges. da R.*
ECO DI S. FRANC., a. 1885, p. 731-45 (not. biogr.) a. 1895 p. 176-78 (*Due Lettere del P. Gesualdo*).
VENERABILE P. GESUALDO, *Bollettino mensile*, Reggio Calabr. 1932 ss.

Iglau vide *Iihlava*.

Iglesias (*Sulcis, Ecclesia*) in prov. Calaritana (Cagliari in Sardinia). — Conventus exstructus a. 1593-96, iuxta veterem ecclesiam S. Mariae de Valverde, derelictus est a. 1870, ob Religiosorum suppressionem. — Ex a. 1925 nostrates curam habent ecclesiae S. Mariae Gratiarum.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 42 tab. X.
BULLAR. CAP., III, 327.
ANALECTA CAP., 1 (1885), p. 189.
L'ITALIA FRANC., 13 (1938), p. 112-14, *Alcuni ricordi francescani di Iglesias*.
VOCE SERAFICA DELLA SARDEGNA, a. 1928, p. 46.

Ignatius ab Apiro, Prov. Picenae. — *Creta* in insula, primus ex nostris fuit missionarius, illuc Commissarius cum aliis religiosis sodalibus iam missus a. 1566. Non paucas religiosas domos ibidem excitavit et multam sibi famam conciliavit ob suam graecae atque hebraicae linguae notitiam. Aiunt etiam illum utroque idiomate aliquid scripsisse, de quo tamen ne titulus quidem nobis fuit traditus. Cydoniae in eadem Cretae insula sancte obiit d. 1 septembr. a. 1569.

BULLAR CAP., I, 30-31.
BOVERIO, *Annales*, I, 697 ss.
FLORES SERAPHICI, I, 69.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 72.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, II, 243,282.
BESCHIN, *Martyrologium Franc.* (1 sept.).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 131.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 23.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 110.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 118.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 390.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, I, 878.
IL MASSAIA, 7 (1920) p. 117-20.

Ignatius a Bergamo,
vide *Ignatius a Casnigo* (domo *Imberti*)

Ignatius a Carnago, domo *Carnago*, prov. Brixiensis concionator, qui cultum B. M. Virginis verbis et scriptis enixe promovit. Obiit a. 1650. — Opera, quae ipsius aut aliorum cura in lucem venerunt haec sunt: *Città di rifugio a' mortali... divotioni alla madre di Dio* (1655). *Manuale de' servi di Maria* (1658). *Torre sacra... a gloria della gran madre di Dio* (1673). *Paradiso spirituale o vita de' religiosi singolarmente de' frati Minori* (1663).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 131.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 34.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 244.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 110.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 221 s.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 159.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 390.

Ignatius a Casnigo, (etiam a Bergamo dictus), domo *Imberti*, Prov. Brixiensis concionator. — An. 1621, primus ex nostris, missionarius in *Raetiam* mittitur et sequenti anno Commissarius Apost. etiam pro regionibus *Vallistellinae* et *Engadinae* renunciatus est. Ad catholicam fidem in illis locis tutandam multa gessit. A Sede Apostolica negotia illi concredita sunt apud regem Galliae (1626) et Austriae imperatorem tractanda. Cum Urbanus VIII eum inter *Cardinales* cooptare voluisset, illam dignitatem recusavit. In coenobio Trani sancte quievit mense mart. a. 1632. Scripsit quoddam *Catechismum Doctrinae christianae*.

DE-PISE, *Annales*, p. 797 ss.
BERTANI, *Annali*, ad an. 1630 nn. 82-88.
BULLAR. CAP., II, 351-54.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* I, 101; II, 78, 113, 116-20, 127-30, 143-49, 159, 164, 173, 178 s., 186-202 (passim), 701.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 439 (Ind.)
LEGGENDARIO CAPP., III, 76-81.
CLEM. DA BRESCIA, *Storia Miss. Rezia* (Ind.)
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 132.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 23.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 110.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 222.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 390.
VALDEMIRO, *Capp. Bergamaschi*, p. 87-93.
P. ALBUIN, *P. Ignaz von Bergamo, ein Apostel Graubündens*, Luzern, 1942.
ANALECTA CAP., 9 (1893) p. 155, *P. Ign. Legatus ad regem Galliae* (1626).
IL MASSAIA, 8 (1921) p. 7-10.

Ignatius a Cremona (*Lami*), prov. Mediolanensis concionator et magister novitiorum; missionarius in Raetia apud Helvetos (†1610). — *Carmina* non pauca scripsit vel etiam in laudem B. M. Virginis et S. Gerardi, quae vulgata sunt a. 1630.

LEGGENDARIO FRANC., X, 161.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 35.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 160-166.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 223.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 398 (Lami)
L'ITALIA FRANC. 8 (1933), p. 388-403, P. Ottavio d'Alatri: *La « Corona del Ferro » in un poeta Cappuccino.*

Ignatius ab Ispra, cognomento *Brughera*, alumnus prov. Mediolanensis. — Ad missionem de *Maranhão* in Brasilia pervenit a. 1910 ibique actuosum apostolatum explicavit. Leprae morbo laborantibus inserviens, eodem morbo corripitur, et post annos quatuordecim victima caritatis occubuit in Leprosario de *Cannafistola* (Cearà) d. 13 ian. 1935.

ANNALI FRANC. (Milano) a. 1934 p. 728, — a. 1935 p. 55, 87, 155. — a. 1940 p. 160, 171, 555. a. 1941 p. 289-91.
ATTI PROV. LOMBARDIA, a. 1935 p. 187, 248.
IL MASSAIA, a. 1935, p. 80-86, a. 1936, p. 180
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 11 (1935) p. 130-38.

Ignatius (B.) a Làconi, laicus Prov. Calaritanae in Sardinia. — *Peis* et *Sanna* parentibus natus die 10 dec. 1701, inter Capuccinos d. 10 nov. 1721 cooptatur. Per annos 60, austeritate, humilitate, caritate aliisque virtutibus praeclara exempla dedit. Caelestibus donis a Deo fuit illustratus et multa patravit miracula. Quadraginta annorum spatio postquam Calari (*Càgliari*) quaeritandae stipi vacaverat, octogenarius spiritum exhalavit, die 11 maii 1781. — Inter Beatos a Pio XII, d. 16 iunii 1940, relatus est.

BULLAR. CAP., X, cf. *Index* p. 786.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 337-54.
LECHNER, *Leben hl. Kapuz.* III, 244-57.
AGOSTINO DA GHILARZA, *Vita d. Ven. Ignazio da Làconi.* Cagliari 1915.
ARCANGELO DA CASTIGLION FIORENTINO, *Compendio della vita del B. Ignazio da L.*, Roma, 1940.
BONIFACIO DA ORISTANO, *Un fiore serafico della Sardegna. Ven. I. da L.*, Genova 1920.
BRANCA REMO, *Fr. Ignazio da L.*, Torino 1932
GIORGIO DA RIANO, *Vita d. Ven. Ignazio da L.*, Cagliari, 1929.
SAMUELE DA CHIARAMONTE (Cultrera), *Il B. Ignazio da L.*, Torino, 1940.
SEQUI F., *Vita del Ven. Ign.*, Cagliari, 1870.
MANAI E., *Vita popolare...* Cagliari, 1923.
ANALECTA CAP., 56 (1940) p. 186-88: *Relatio solemnis beatific.*; p. 262-66: *Acta in Causa pro eius beatific. ab a.* 1844 *usque ad a.* 1940. — 61 (1945) p. 58 (Status Causae Canonizationis).
COLLECTAN. FRANC. (1949), *Bibliogr. franc.*

an. 1940-46, nn. 1851-1869. Not. bibliogr. de B. Ignatio.

VOCE SERAFICA DELLA SARDEGNA, *Bollettino mensile illustrato del Ven. Fr. Ignazio da Làconi*, Cagliari, 1921 ss. (vide praesertim a. 1933-1934, *Compendio della vita*).

Ignatius (S.) de Loyola, Societatis Jesu fundator († 1556). — Quod ille habuit commercium epistolare cum nostro celebri Iosepho a Ferno a. 1548, fusius narratur in periodico *Analecta Ord. Cap.*, 20 (1904) pp. 249-52.

Ignatius a Milano, nobili *Carcano* gente (1595-1665). In sua Mediolanensi Prov. Definitor fuit, bis vero Minister et novitiorum etiam institutor. Dum *Vigevani* in oppido morabatur admirabilis fuit eius caritas in aegrotis peste affectis curandis (1630-1631). Bonam quoque laudem consecutus est in divini verbi ministerio obeundo et in « Quadraginta horarum » supplicationem propagando.

PELLEGRINO, *Annali*, III, 91-95.
LEGGENDARIO FRANC, IX, p. 336-47.
LEGGENDARIO CAPP. II, 111-129.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, II, 315-18.
SILVESTRO DA MILANO, *Vita del Servo di Dio P. Ignazio da Mil.*, Milano, 1724.

Ignatius a Monzón, Prov. Valentiae in Hispania. Domo *Ribelles* ortum habuit an. 1532, et Neapoli adolescens fuit educatus in palatio proregis. Cum decimum et octavum annum attigisset, Mediolani habitum nostrum sumpsit. Exemplar omnium virtutum factus, cum fama sanctitatis obiit in oppido Orihuela a. 1613 vel 1614. De eo Processus ordinarii paratur.

DE-PISE, *Annales*, p. 55-67.
OLGIATI, *Annali*, I, 98-114.
EUGENIO DE VALENCIA, *Necrol. Prov.*, 18 dec.
ILDEFONSO, *La Orden Cap. en Aragón*, p. 47-53.
VIVES, *Biogr. hisp.-capuch.*, p. 358.
ANTONIO DE ALICANTE, *Vida del S. de D. P. Ignacio de M.*, Roma, 1893.
ANALECTA CAP., 61 (1945) p. 61 (Status Causae Beatificationis).
FLORECILLAS DE S. FRANC., a. 1916, p. 237-39 (de Processu beatificationis).

Ignatius a Napoli, vide *Persico I.*, cardin.

Ignatius ab Orléans (Aurelianensis). Prov. Parisiensis. — Missionarius fuit in Syria et in Aegypto, doctrina et apostolico zelo valde reputatus. Obiit a. 1638 in loco *Larnaca* in insula Cypro. Lingua arabica, quam apprime callebat, aliqua scripsit opera, inter quae recensetur quidam tractatus theologicus de *Sacramentis*. Insuper librum de *Imitatione Christi* ex latino arabice transtulerat; quam quidem versionem postea quidam P. Caelestinus a S. Lidwina, Carmelitanus Discalceatus, *suo nomine* Romae edidit a. 1663 typis S. Congreg. de Propaganda Fide. At de hoc furto litterario cf. G. Fontanini, *Biblioteca della Eloquenza italiana*, con note di Apostolo Zeno, t. II, p. 455 (Venezia 1753).

In « *Bibliotheca Carmelitana* » I, 305 (1752 et 1927) praefata versio arabica tribuitur sic et simpliciter P. Caelestino.

ROCCO DA CESINALE, *Storia d. Miss.*, III, 198, 209, 215, 228, 388.
CLEM. DA TERZ., *Le Missioni*, V, 492; X, 3.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 23.
MELZI, *Dizion. Opere anonime*, I, 192 (v. Celestino da S. Liduina...).
COLLECTAN. FRANC., 2 (1932) p. 37, 68-71 (de scriptis arabicis P. Ignatii).

Ignatius a Rheinfelden, antiquae Prov. Austriae Anterioris. — Domo *Eggs* nascitur a. 1618. In Helvetia missionarius, contra Calvini asseclas strenue luctavit. Cappellanus exstitit pro classe Venetae Reipublicae contra Turcas. Postea ad Jerusalem peregrinatus est, inde in patriam reversus, e vita migravit in conv. Laufenburgi a. 1702. — Suae peregrinationis ad loca sancta descriptionem valde pretiosam reliquit, quam edidit sub titulo: *Neue Jerosolimitanische Pilgerfahrt oder, Kurze Beschreibung dess gelobten Heyligen Lands...* (Constantz, 1664). Quod opus denuo editum est Freiburg, 1666; Würzburg, 1667 et Augspurg, 1699.

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 104-106.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 123-26. 129, 146, 167, 186.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 323.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 132.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 244.
JOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* III, (Append.).
STREIT, *Bibl. Missionum*, I, 251, 266, 325.
ALLGEMEINE DEUTSCHE BIOGRAPHIE, Bd. V, (*Eggs*).
BIOGRAFIA UNIVERS. (1823) t. 17, p. 387.
KOSCH, *Das Kath. Deutschland*, I, 581.
SCHRÖTER C., *P. Ignatius Eggs von Rheinf. Das Lebensbild*, S. n. t. (1860).
ANALECTA CAP., 6 (1890), p. 348.
NEERLANDIA FRANC., 1 (1914) p. 259 n. XVI.

Ignatius a Ribeirao Preto, vide *Dal Monte I.*

Ignatius a Rovereto, domo *Signorini*, Prov. Tridentinae. — Ortus a. 1801, inter nostros cooptatur a. 1818. Plurima obivit munera, scilicet: Lectoris, Ministri Prov. a. 1840, et Commissarii Gener. Custodiae Luganensis in Ticino. Ob in sacra praedicatione praeclara merita, in *Aula pontificia* Orator exstitit ab a. 1845 usque ad obitum, qui illi accidit in Urbe d. 21 apr. 1847.

MAURO, *Il Predicat. Apost.*, p. 162-65.
MARCO, *I Capp. Prov. Trento*, p. 284-86.
LUIGI DA TRENTO, *Note biografiche sul P. Ignazio da Rover.*, Roma 1847.

Ignatius (Ven.) a Santhià dioec Vercellen., alumnus Prov. Pedemontanae. — Nobili *Belvisotti* familia natus est d. 5 iun. 1686. E cle-

ro saeculari, ubi canonici dignitatem et parochi munus tenebat, ad nos venit d. 24 maii 1716. Officium Magistri Novitiorum obivit; in ministerio apostolico, in operibus caritatis et maxime in aegrotis sublevandis totum se dicavit. Taurini, ubi multos annos transegit, signis et virtutibus clarus ad coelum evolavit d. 22 sept. 1770. — Eius beatificationis Causa introducebatur a. 1782 et a. 1827 eum virtutes in gradu heroico gessisse recognoscebatur. — Scripsit: *Meditazioni per un Corso di spirituali esercizi*, quae primum editae sunt Romae, 1912.

BULLAR. CAP., X, cf. Index, p. 786.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 277-90.
ILG, *Geist d. H. Franz.*, III, 153-85.
LECHNER, *Leben d. Hl. Kapuz.*, II, 407-46.
CARLO FILIPPO DA POIRINO, *Comp. d. vita del ven. I. da S.* — S. Benigno Canavese 1889.
CRISTOFORO DA CHAUX-DE-FONDS, *Il Ven. Ignazio da S. — Storia vera di ieri l'altro*. Torino 1950. 96 pp.
PIERCRISOLOGO DA COSTIGLIOLE D'ASTI, *Vita del ven. P. Ignazio da S.*, Torino, 1790.
VENANZIO DA LOANO, *Il Ven. Ignazio da Santhià*, Torino 1913.
DICTIONN. THÉOL. CATH., VII, 977.
ANALECTA CAP., 61 (1945) p. 62 (Status Causae Beatificationis).
NUOVA CROCIATA FRANC., a. 1941, p. 10 ss.

Ignatius a Villafranca, v. *Galfione I.*, episc.

Igualada (*Aqualata*) in prov. Catalauniae. — Primi coenobii fundamenta an. 1609 iacta sunt. Tempore napoleonici belli eversum est cum ecclesia, quae sacris stigmatibus S. Francisci fuerat dicata. Dum novum exstruebatur coenobium, an. 1835 commota seditio inchoatum opus intercepit. Praesens conventus, in eodem loco exstructus ac primus, cura patrum Tolosanae prov. an. 1881 coepit excitari, cum patriam suam deserere religiosi persecutionis vi coacti essent. An. autem 1893, redeuntibus illis in Galliam, conventus iterum religiosis Catalauniae prov. fuit adiudicatus.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 19 tab. XII.
BULLAR. CAP., V, 413.
ESTADISTICA PROV. CATALUNYA, (1919), p. 27.
IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, p. 130
IDEM, *Hist. Prov. de Toulouse*, II, 152-58.
ANALECTA 5 (1889) p. 355; 54 (1938) p. 107.
APOSTOLADO FRANC. (Barcelona) 1944 p. 118-20
ECHO DE L'ÉCOLE SÉRAPH. (Millau), a. 1902, p. 295 ss.
VIDA SERÁFICA, *Boletin del Seminario seráfico de PP. Capuch*. Igualada, 1941 ss.

Iguvium, vide *Gubbio*

Jhansi in Indiis Orientalibus. — Praefectura Apostolica de *Jhansi* erecta est die 12 ianuarii 1940 ex dismembratione Dioecesis Allahabadensis, et concredita est fratribus Capuccinis Prov. Melitensis. Primus Praef. apost. nominatus est Franc. Xav. Fenech a Floriana.

MISSIONI DIPENDENTI DA PROP. FIDE, 1950 p. 227
PEREIRA J. B., *Historical Sketch of the Allahabad Diocese* (1940), p. 110-119.
ANALECTA CAP. 56 (1940) p. 49.51, Relatio Miss.; p. 241, Erectio Praef.; 57 (1941) p. 74, Superiores.
THE VOICE OF THE SHEPHERD — (Periodicum mensuale), Jhansi, 1943 ss.

Jihlava, Iglau, in Prov. Bohemo-Morava. — Conventus a. 1631 fundatus, confiscatus est a Iosepho II imper. a. 1781.

BULLAR. CAP., IV, 377.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 312.
GREIDERER, *Germania Franc.*, I, 796.
COLLECTAN. FRANC., 12 (1942), p. 119 n. 236.

Jijona, (*Xixona*) in Prov. Valentina in Hispania. — Conventus, qui usque ad eversionem a. 1835 pertinuit ad patres Discalceatos Recollectos, a. 1903 nobis oblatus est, in eoque fratres steterunt usque ad eius canonicam suppressionem factam a. 1924. Ecclesia Immaculatae Conc. dicata est.

ANALECTA CAP., 41 (1925), p. 14 (Conv. supprim.).

Ijmuiden (Oost) in Prov. Hollandiae. — Anno 1907 conventus exstruitur cum ecclesia dicata S. Laurentio a Brundusio. Nostrates ibi curam animarum quasi-paroecialem exercent.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22 tab. XIV.
FRANC. LEVEN, 33 (1950) 182 (Monum. artis)

Ijuí in provincia *Caxiensi* in Brasilia. — Anno 1949 concessa est facultas erigendi in hoc loco domum nostram religiosam.

ANALECTA O. CAP., 66 (1950) p. 20.

Ilan in imperio Sinensi, vide *Kiámusze*

Ilanz in Helvetia. — Fratres Min. Capuccini Missionis Raetiae, ibi curam paroecialem susceperunt a. 1860.

BÜRGLER, *Franz. Orden i. d. Schweiz*, p. 120. *Schweizer. Franz.-Kalender* (1943) p. 51.

Ildefonsus a Gouda, Hollandiae Provinciae — Natus a. 1875, professionem solemnem emisit a. 1896, obiit d. 24 apr. 1930. Vir optime meritus praesertim in pugna contra *alcoolismum* in Hollandia. Per multos annos fuit consiliarius Institutionis *anti-alcoolicae* et Redactor periodici huius institutionis inscripti « *Kruisbanier* ». Strenue etiam adlaboravit pro degentibus in carceribus. — Multa edidit folia et opuscula de alcoolismo, etc.

UNI TRINOQUE, 2 (1927-31) p. 579-86.

Ile de Ré, vide *Saint-Martin-de-Ré*.

Ilerda, vide *Lérida*

Ilex, vide *Lérici*

Ilg A. vide *Augustinus M. a Friedberg*

Illiberis, vide *Granada*

Illiturgis, vide *Andujar*

Illuminatus a Collesano, cognomento *Oddi*, in sua provincia Messanensi lector philosophiae, qui nomen sibi acquisivit inter sequaces doctrinae Ioan. Duns Scoti. Eius lectiones scholasticae editae sunt quattuor voluminibus (Panormi, 1664-67) hoc titulo : *Integer Cursus philosophicus ad mentem Scoti, in quo Subtilis Doctoris doctrina declaratur, defenditur et roboratur.* — Obiit an. 1683 relinquens aliud opus *La vera pace del cuore.* Messina, 1676.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 132.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 113.

Illuminatus a Palermo, eiusdem prov. Panormitanae alumnus. — Domo *Di Marzo* ortus, postquam in utroque jure lauream obtinuerat, presbyter efficitur et in patria archidioecesi Vicarii generalis officium servat. Inter nostros deinde cooptatus, Lectoris, Definitoris et Ministri Provincialis (1594) munera identidem consecutus est. Anno 1596 Ministri Generalis comes fuit in exterarum provinciarum peregrinationibus, praesertim in Belgas, cuius provinciae, anno 1598, minister electus est. Post suum reditum in Italiam, Definitor Generalis nominatur an. 1602. Mortem tandem oppetiit a. 1620, plura mss. ecclesiasticae historiae volumina relinquens.

BULLAR. CAP., III, 143.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 107.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 132.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 113.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, II, 342 s.
EGIDIO, *Scrittori Prov. Palermo*, p. 95.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 390.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, cf. Ind.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XI, 1854.
COLLECTAN. FRANC., 4 (1934) p. 175-204: *Jérôme de Sorbe, Illuminé de Palerme... en Belgique 1598-1602* (P. Hildebrand).

Illuminatus a Sansepolcro, Prov. Umbriae lector atque definitor. — Inter nostros cooptatus est a. 1725. Ulyssiponam (*Lisboa*) a Ministro Gener. missus ad res Ordinis componendas, in suspicionem adductus fuit apud Ministrum de Pombal, qui eum per annos unum et viginti coniicit in vincula et libertati restituitur a. 1779. Annum agens 74, obiit in eadem civitate a. 1787.

ANALECTA CAP. 11 (1895) p. 52, 124, 154; *Epistolae P. Illuminati, scriptae ex Ulyssipone post annos 21 detentionis in carcere*; p. 183, 220: *Memorie del P. Illuminato.*

Illyriae Provincia. — Haec provincia comprehendit omnes nostros conventus qui nunc in territorio *Jugoslaviae* exstant. Nostri confratres a. 1604 a S. Laurentio Brundusino missi primum conventum in *Ljubljana* exstrunt; dein in tota regione propagantur et maxime florent in prima parte saeculi XVIII praesertim uti missionarii inter protestantes et schismaticos.

Post bellum europaeum (1914-18), novo Jugoslaviae statu exorto, Minister Generalis die 30 dec. 1921 regularem Provinciam *Styriae* suppressit et conventus, qui in parte slovena inveniuntur cum conventibus Commissariatus *Croatia* coadunavit in novam Provinciam, quae nomen accepit Prov. *Illyriae* sub titulo et patrocinio Immaculatae M. V.

Ad Prov. Illyriae hodie pertinent sequentes domus: Celje (Cilli), Dubrovnik-Gruž (Ragusa), Karlobag, Krško (Gurkfeld), Maribor-Studenci (Marburg), Osijek (Esseg), Ptuj (Pettau), Rijeka (Fiume) Škofja Loka (Bischoflak), Split (Spalato), Sveti Križ (S. Croce), Varaždin, Ljubljana (Laibach).

Conventus vero in territorio Prov. olim exsistentes at nunc derelicti sunt sequentes: Beograd (Belgrad). Gospić, Kranj (Krainburg), Novomesto (Rudolfswert), Zagreb (Agram).

In hac provincia an. 1932 obiit *P. Bernardinus ab Omis*, concion. et scriptor, de quo tractatur sub eius nomine.

Series Superiorum Provinciae:

Donatus a Sv. Vid 1921, 1930.
Linus a Sv. Križ 1924, 1933, 1939.
Odilo a Cerknica 1936, 1946.
Mauritius a Sevnica 1941.

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22, tab. XVIII.
SCHEMATISMUS PROV. ILLYRICAE a. 1933. 1936.
MAVRICIJ TERAŠ, *Iz zgodovine Kapucinov*, Celju 1929, pp. 71-91: Kapucini na jugoslovanskem ozemlju.
IDEM, *Samostansko življenje* (Split 1942), pp. 111-166 (Breves biogr. FF. Cap.).
ANALECTA CAP. 38 (1922) 43 Prov. erectio; 39 (1923) 158 Conventus segregantur; 52 (1936) 102, 129 ss. Periodica Prov.; quoad alia cfr. *Index Gen.* 1-50 pag. 185.
BULLETIN PROVINCIAL des FF. Capucins de Paris, Num. 5 automne 1950, p. 9-11, *Relation du P. Alexis de Saint-Malo sur la situation présente des Capucins en Yougoslavie.*
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) 206.
JUVENTUS (Periodicum a Clericis ipsius Prov. editum), Maribor, 1935 ss.

Vide etiam *Croatiae* Comm. et *Styriae* Prov. — Quoad *Ephemerides* a Prov. Illyriae editas vide sub v. *Periodica*.

Imbstium, vide *Imst*

Immacolatiste Dottrinarie (Sorores T.O.F., Pietradefusi, 1881)
vide *Ludovicus a Pietradefusi*

Immaculata Conceptio B.V.M. — Scholae franciscanae decus et gloria est praerogativam *Immaculatae Conceptionis Beatae Virginis* fortiter, unanimiter ac indesinenter propugnasse donec Pius IX hoc singulare privilegium solemniter definivit die 8 dec. 1854.

Similiter et Fratres Capuccini, traditioni

franciscanae instantes non tantum doctrinam invicte asseruerunt, verum etiam devotionem erga *Immaculatam Conceptionem* iam inde a primordiis strenue propagarunt atque foverunt. De hoc fidem faciunt, inter alia, gesta inferius descripta.

a) *Acta Ordinis*

Iam ante an. 1700 ecclesiae Ordinis 79 in honorem B. M. V. sub titulo *Immaculatae Conceptionis* et sub eodem titulo circa 10 Provinciae ab origine dicatae reperiuntur (cf. *Analecta*, 1904, p. 81-84).

Anno 1612 Ordo Cap. facultatem obtinuit *Officium* recitandi Immaculatae Conc. sub ritu semiduplici in singulis sabbatis non impeditis; an. 1671 huius privilegii confirmationem obtinuit atque extensionem ad tempus Adventus et Quadragesimae.

— 1617, die 25 iulii, Capuccini prov. Castellae et Catalauniae ad pontificem Paulum V duas *supplicationes* miserunt pro B.V. Immaculata Conceptione definienda (cf. *Analecta*, 1891, p. 86).

— 1712, Capitulum Gen. votum emisit ut B. V. sub titulo Immaculatae Conc. in *Patronam* totius Ordinis eligeretur idque approbatum est a S. Rit. Congr. die 10 mart. 1714.

— 1719, Capitulum Gen. statuit ut post Completorium adderetur antiphona « *Unica est columba mea* » cum responsorio « *In conceptione tua, Virgo* ».

— 1843, precibus annuens Procuratoris Generalis Ord. Cap. S. Sedes indulsit ut encomium « *Regina sine labe originali concepta* ». Litaniis Lauretanis adderetur (cf. *Bullar. Cap.* x, 113, 120).

— 1866, die 14 iun. a S. Rit. Congr. Ordini quoque nostro concessum est privilegium celebrandi *Missam votivam* Immaculatae Conc. in sabbatis non impeditis eiusque usus a Constitutionibus Ordinis (n. 58) enixe commendatur.

b) *Actio apostolica*

Firmissima fides fratrum Capuccinorum in singulare privilegium B. Virginis innotuit etiam per actionem apostolicam qua cultum erga Immaculatam Conc. inter fideles propagare satagebant vel solemnem definitionem dogmaticam urgebant.

Bernardus a Chieri tempore pestis an. 1586 populum Genuensem induxit ad *processionem* et *festum* celebrandum in honorem Immaculatae Conc. B. V. pro cessatione morbi.

Barnabas a Gambellara an. 1629 Mantuae *confraternitatem* erexit cuius sodales iuramento se obstringebant privilegium Immaculatae Conc. quoquomodo propugnare; in ipsa insuper platea urbis *statuam B. M. V.* sub titulo Immaculatae Conc. erigendam curavit et an. 1655 Cappellanus militum contra Turcas obtinuit ut *navis* sub tutela Immaculatae Conc. poneretur.

Athanasius a Megen, flandricus anno circ. 1700 *Coronulam Immaculatae Conc.* invexit (cf. *Franc. Leven*, 1928, p. 326; *Etud. Franc.* 42, 1930, p. 236).

Iustus a Valencia, hispanus, († circ. 1742) plures utriusque fidelium sexus *congregationes* instituit titulo et honore Virginis Immaculatae decoratas (cf. Melchior, *Historia Ord.*, II, 212).

Bonaventura a Ferrara anno circ. 1845 parvam *Coronam Immaculatae Conc.* excogitavit et inter fideles vulgavit praesertim ad obtinendam definitionem dogmaticam Immaculatae Conc. (vide sub v. *Corona Immaculatae Conc.*).

c) *Scriptores*

Inter Capuccinos theologos vel concionatores, qui operibus editis privilegium singulare *Immaculatae Conc.* invicte asseruerunt atque illustrarunt recensentur:

Bernardinus a Balvano, an. 1561 vulgavit *concionem* in honorem Virginis Immaculatae.

S. Laurentius a Brindisi († 1619), undecim protulit *sermones* quibus singulare Virginis privilegium mirifice, profunde ac devotissime illustrat et comprobat (cf. eius *Mariale*, Patavii editus a. 1928).

Illuminatus a Messina, an. 1618 de Immaculata Conc. *disseruit* Romae coram Paulum V Cardinalibus et Curiae romanae praelatis (cf. Eduardus, *Bibl. Mariana*, p. 35).

Ioannes M. Zamoro ab Udine, an. 1629 edidit: *De eminentissima Deiparae Virginis perfectione*.

Marcus Ant. a Carpenedolo, Min. Gen., an. 1636 vulgavit: *Novum de Immaculata Virginis Conceptione encomium*.

Thomas a Gerace, an. 1650 evulgavit: *Il Diamante di Maria Vergine concetta senza peccato originale*.

Balthasar a Riez, an. 1663 edidit: *L'éminent privilège de la T.-S. Mère de Dieu*.

Iuvenalis a Nonsberg, conscripsit libellum de Immaculata Conceptione in quamplurimis exemplaribus divulgatum; prodiit in lingua germanica (*Freiwillige Verbündnuss*) Bulsani 1679 et dein pluries Augustae Vindelicorum.

Salvator Montalbano a Sambuca, erudite ac profunde privilegium B. Virginis Immaculatae conceptionis diffuse exponit in: *Opus theologicum in quibus ostenditur Immaculatam Dei Genitricem fuisse prorsus immunem ab omni peccato*, voll. 3, Panormi 1723 et 1755.

Iustus a Valencia, *hispanus* († circ. 1742), plura scripsit opera ad cultum Immaculatae Conc. inter fideles hispanos propagandum (cf. Eduardus, *Bibl. Mariana*, p. 45).

* — Alii scriptores recensentur apud Bernard. *Bibl. Script.*, p. 280-81: Deiparae praeconia.

Bibliographia

a) *Bibliographia Capuccina*

BULLAR. CAP., I, 150, 151 (de Patrona Ord. Cap.); x, 113, 120 (Invocatio: Regina sine labe concepta), cf. et *Index* p. 786.

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 294, 377-80, L'Immacolata patrona dell'Ordine.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, II, 210-13.
BERNARDINUS A S. GIOV. ROTONDO, *S. Laurentius a Brundusio et Immacul. Conceptio*. Isola del Liri, 1940, pp. 141. Cfr. Collectan. Franc., 1941, p. 290-293.
FRANCESCO DE BÉNÉJAC, *L'Immacolata Concezione di Maria e la Famiglia Francescana*. Modena 1877.
ISIDORO DA ALATRI, *Tra i precursori del Dogma dell'Immacolata* (Conferenza). Grottaferrata, 1935, (Disseritur de Scoto ac *S. Laurentio Brundusino*).
ANALECTA CAP. 7 (1891) p. 86-88, *Ad Sanctissimum duae supplicationes FF. Cap. prov. Catalauniae et Castellae* (1617) *pro B. M. V. Immaculata Conc. de fide definienda* — 20 (1904) p. 152-155, *Immacul. Conc. eligitur in Patronam Ordinis;* pag. 181-184. *De Conventibus et de Provinciis Ordinis nostri ante a. 1700 sub invocatione et patrocinio Immaculatae Conc. erectis;* pag. 366, *De promotore Consecrationis totius Ordinis Virgini Immaculatae* (1712). Cf. etiam *Index Gen.* voll. 1-50, p. 95.
ITALIA FRANC. 14 (1939) p. 406-423, *I Francescani e il domma dell'Immacolata*.
MISCELLAN. FRANC. 33 (1933) p. 152 s.; *Un padre Cappuccino* [Giambattista da Capo di Fiume † 1786], *poeta dell'Immacolata*. (agitur de poemate ms. oblato Clementi XIV).

b) *Bibliographia minoritica*

P. ADJUTE, *L'Immaculée Conc. et les Traditions franciscaines*. Malines, 1905.
DAL GAL NICOL., *L'opera dei Francescani attraverso i secoli per il trionfo dell'Immacolata*. Quaracchi. 1905.
HOLZAPFEL HERIBERTUS, *Bibliotheca franciscana de Imm. Conc.*, Quaracchi 1904.
MARIOTTI CANDIDO, *L'Immacolata Concezione di Maria e i Francescani*. Quaracchi 1904.
PAUWELS PIERRE, *Les Franciscains et l'Immaculée Conception*. Malines 1904. (versio italica, Roma, 1904; versio hispan. Jerusalem, 1905).
ACTA ORD. MINORUM, 23 (1904) p. 454-483, *Scriptores franciscani, qui scripserunt de Immacul. Conc.*

Immaculatae Conceptionis Provincia, vide *Suevo-Palatina Provincia*.

Immenstadt (*Immenstadium*) in Prov. Bavarica, — Conventus a FF. Prov. Helveticae fundatus a. 1652, ecclesiam habet sub titulo S. Joseph. Ab a. 1668 ad a. 1802 Conv. pertinuit ad Prov. Austriae Anterioris.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14 tab. XV.
BULLAR. CAP., IV, 366.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 113-19.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 496, 659, 761.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 116-21.
FRANC. PETRUS, *Suevia eccles.*, p. 448.
KENNERKNECHT, J. MARTIN, *Geschichte des Kapuz. Klost. Immenst.*, Kempten, 1903.
ALTÖTTINGER FRANZ. BLATT, 1903, p. 231.

Imola (*Forum Cornelii*) in prov. Bononiae. Primus conventus, in loco *Monte Ricco* vulgo appellato, fuit conditus a. 1550 cum Ecclesia S. Bartholomaeo dicata. An. 1592 vetere coenobio relicto, aliud exstruitur, cum nova ecclesia eidem sancto apostolo dedicata. Ibi iam ab a. 1895 seraphicum exstat seminarium. — Pulcherrima et perampla *ambulatio*, arboribus obsita, qua ex via Flaminia ad conventum itur, parari coepit a. 1774.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. VI.
BULLAR. CAP., II, 439; IX, 366.
LEGGENDARIO CAPP., VI, 476.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.*, p. 10.
GADDONI S., O.F.M., *I frati Minori in Imola* (Quaracchi, 1911), pp. 141-43.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 220-22 (I conv.)
ZELATORE FRANC., a. 1930, p. 150 ss.; a. 1931, p. 3-5.

— Monasterium SS. Trinitatis monialium *Capuccinarum* ibi exstitit ab an. 1590 usque ad an. 1805.
BULLAR. CAP., II, 239, 441.
GADDONI, (*op. supra cit.*) pp. 150-53.
BOLLETTINO STOR. BIBL. FRANC., 6 (1934) p. 107-09.

Imola (*dioecesis*). Ad regendam hanc *Imolensem* D., a. 1913 electus est noster sodalis Paulinus TRIBBIOLI a Cortona.

Imperatrix in Brasilia (Praelatura S. Ioseph de *Grajahù*), Custodia Prov. de *Maranhão*. — Domus nostra ibi exstat ex an. 1922; ecclesia dicata est S. Teresiae a Puero Iesu.
DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) tab. XXXVII.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 344.
STATISTICA PROV. S. CARLO (Milano) a. 1943, p. 11.

Imperia, vide *Oneglia* et *Portomaurizio*

Imst (*Imbstium*) in Prov. Tirolensi. — Ab anno 1679 Conventus adest, cuius ecclesia in honorem S. Ioseph dicata est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. XVII.
BULLAR. CAP., IV, 133, 372.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, 734.
ANALECTA CAP., 45 (1929) p. 36, Novitiatus.
« FRANZISKUS » (Linz), 3 (1928-29) p. 14.

Incendii extintores, vide *Siphonarii*

Inculisma vide *Angoulême*

Index librorum prohibitorum, editio officialis novissima typis Polyglottis Vaticanis edita.

Inter hodiernos scriptores, qui studia generalia vel commentaria specialia in libros prohibitos ediderunt, adnumerantur: REUSCH H., *Der Index der verbotenen Bücher*, 3 voll. (Bonn 1885); CASATI GIOV., *L'Indice dei libri*

proibiti. Parte III, *Breve commento di tutto l'Indice* (Milano 1939).

Inter veteres autem scriptores, qui de libris prohibitis vel corrigendis disseruerunt, recensetur noster sodalis P. Gregorius a Neapoli († 1605). In eius etenim opere, quod inscribitur: *Enchiridion Ecclesiasticum*, Venetiis vulgatum a. 1585 et a. 1588, atque tertio a. 1597 sub novo titulo *Institutiones Ecclesiasticae*, specialis tractatio habetur *de Libris corrigendis*. (Cfr. Reusch, op. cit., t. II p. 260-64).

Circa opera FF. Capuccinorum, quae in *Indicem* inserta fuerunt, duobus seriebus infra recensentur, nempe: 1. *Opera adhuc prohibita*. 2. *Opera olim tantum prohibita*. — Tertia insuper additur series illorum operum ab *extraneis editorum*, quae Ordinem nostrum respiciunt quaeque adhuc in « *Indice* » inveniuntur.

Notandum a) Circa varios Indices librorum prohibitorum relate ad Ordines religiosos in genere cfr. Reusch, op. cit., t. I p. 498-500; b) In sequentibus seriebus, post titulum operum (iuxta textum officialem « *Indicis* ») citantur auctores supra relatos (Reusch et Casati), ubi quaedam commentaria in ipsis inveniuntur; c) Fere de omnibus scriptoribus infra recensitis, exhibetur in hoc Lexico brevis notitia sub eorum nomine.

I.

Opera FF. Capuccinorum adhuc prohibita

Andreas ab Altagena (*Panzani*), ex-Cap. — [Andrea d'Altagena], Confessione (Publica) di un prigioniero dell'inquisizione romana ed origine dei mali della chiesa cattolica. *Decr. S. Off. 20 decembr. 1865*. (Cfr. Casati, p. 16; Reusch, II, 1178, 1226).

Benedictus a Canfield († 1610): Benoît de Canfield. Règle de perfection, contenant un abrégé de toute la vie spirituelle réduite à ce seul point de la volonté de Dieu. *Decr. S. Officii 26 apr. 1689* — (Cfr. Casati, p. 38; Reusch, II, 621).

Bernardus a Bologna († 1768): Bernardus a Bononia. Manuale confessariorum ordinis capuccinorum. *Decr. 11 sept. 1741*. — (Cfr. Casati, p. 42; Reusch, II, 433).

Bonifacius a Mainz († 1887) : germanice transtulit ac edidit (Mainz 1867) opus: Ségur (Louis-Gaston de), La piété et la vie interieure, Jésus vivant en nous. *Decr. S. Off. 30 iun. 1869*. — (Cfr. Reusch, II, 1184-85).

Carolus Ios. a Troies († c. 1681): Tricassinus, Carolus Iosephus, Gratia efficax a seipsa refutata ex libris s. Augustini. *Decr. 22 sept. 1692*. — (Cfr. Casati, p. 471; Reusch, II, 689).

Casimirus a Toulouse († 1673-74): Casimirus Tolosas. Atomi peripateticae, sive tum veterum, tum recentiorum atomistarum placita ad neotericae peripateticae scholae methodum redacta, tomus II, III, IV, V, VI. *Donec corrigantur, Decr. 26 nov. 1680*. — (Cfr. Casati, p. 70; Reusch, II, 606).

Eugenius a Bruges (saec. XVII): Eugenius Brugensis. Ultima vox zelatricis innocentiae indigna patientis, sive libellus supplex ad Innocentium XI. *Decr. S. Off. 12 iul. 1689*. — (Cfr. Casati, p. 127; Reusch, II, 528-29).

Felix Alamin († c. 1727): Alamin, Felix de Espejo de verdadera y falsa contemplación. *Decr. 30 iul. 1708*. — (Cfr. Reusch, II, 627).

Felix a Castelvetrano († 1685-93): Brandimarte, Felice. Panegirici sacri. *Decr. 25 ian. 1678*. — (Cfr. Reusch, II, 226).

Franciscus M. a Bologna († 1688): Capellis, Franciscus Maria de. Circulus aureus seu breve compendium caerimoniarum et rituum, quibus passim ad suas et proximi utilitates presbyteris uti contingit. *Decr. 24 iul. 1724*. — (Cfr. Casati, p. 66; Reusch, II, 220).

Hieronymus a Molfetta, apostata (1542). — Tractatus mysticus: *De unione animae cum supereminenti lumine*, compositus a Bartholomaeo Cordoni, o.f.m., atque editus Perusiae an. 1538, iterum vulgatus est Mediolani an. 1539, cura P. Hieronymi Melphictensis; at, ob additiones et mutationes ab eo factas, in « Indice » inclusus est *Decreto S. Off. die 8 mart. 1584 et 29 ian. 1600*. — (Cfr. Ind. libr. prohib. sub v. *Bartolomeo da Castello*; Reusch, I, 451; Melchior, Hist. Ord. I, 197; Dictionn. de Spiritual. I, 1266; Enciclop. Cattol. II, 922).

Hilarius a Paris († 1904): Hilaire de Paris. Exposition de la Règle de S. François d'Assise, avec l'histoire de la pauvreté. *Decr. S. Off. 12 iun. 1895*.

— Regula fratrum Minorum iuxta romanorum pontificum decreta et documenta Ordinis explanata. *Decr. S. Off. 12 iun. 1895*.

— [Hilaire de Paris]: Sentiments d'un philosophe sur la scolastique en général et sur saint Thomas en particulier. [*In ephemeride: Nouvelles annales de philosophie catholique*, Garche 1891]. *Decr. S. Off. 21 febr. 1894*.

Iacobus a Corella († 1699): Corella, Jayme de. Practica de el confesonario, y explicacion de las sesenta y cinco proposiciones condenadas por la santidad de n. s. p. Inocencio XI su materia los casos mas selectos de la theologia moral. *Decr. S. Off. 12 aug. 1710*. — (Cfr. Casati, p. 91; Reusch, II, 513).

Iesualdus a Bronte († 1892): Iesualdus a Bronte. Consecrator christiani matrimonii in verum et proprium sacramentum novae legis. *Decr. S. Off. 17 iul. 1878*. — (Cfr. Reusch, II, 1194).

Ioannes a Guernica († 1950): Ioan. de Guernica. La perla de la Habana; sor Maria Ana de Jesûs Castro, religiosa capuchina del convento de Plasencia. *Decr. 5 iun. 1916*.

Ludovicus Franc. ab Argentan († 1680): D'Argentan, Louis-François. Le chrestien intérieur, ou la conformité intérieure que doivent avoir les chrestiens avec Jésus-Christ; divisé en huit livres; tiré des manuscrits de

feu de sainte mémoire mr. de Bernières-Louvigny. *Decr. S. Off. 26 iul. 1689.*

— Esercitii del christiano interiore, ne' quali s'insegnano le pratiche per conformare il nostro interiore à quello di Gesù Christo e per vivere della sua vita, novellamente tradotti. *Decr. 5 iul. 1728.* — (Cfr. Casati, p. 100; Reusch, II, 622).

Marius a Venezia († 1660): De' Bignoni, Mario. Elogi sacri nelle solennità principali di nostro signore, della vergine ed altri santi celebrati da S. Chiesa. *Decr. 5 iul. 1672.*

— Prediche sopra le XXIV domeniche dopo la pentecoste. *Decr. 18 apr. 1673.*

— Serafici splendori da gli opachi delle più celebri academie rilucenti tra l'ombre di vaghi gieroglifici compartiti in concetti tratti dalle divine lettere, contrappunti dalle professioni humane per li giorni ordinari di quaresima. *Decr. 19 iun. 1674.* (Cfr. Casati, p. 102; Reusch, II, 428).

Norbertus a Bar-le-Duc († 1769): Norbert, père. Mémoires historiques presentés au souverain pontife Benoît XIV sur les missions des Indes orientales. *Decr. S. Off. 1 apr. 1745.*

— Mémoires historiques, apologétiques etc. présentés en 1751 au souverain pontife Benoît XIV sur les missions de la société de Jésus aux Indes et à la Chine. *Decr. S. Off. 24 nov. 1751.* (Cfr. Casati, p. 280; Reusch, II, 771, 775, 795, 936).

Paulus a Terni († 1620): Manassei, Paolo. Paradiso interiore, overo corona spirituale, nella quale con trentatre essercitij si pratticano tutte le virtù per arrivare alla perfettione. *Decr. S. Off. 26 apr. 1689.* (Cfr. Reusch, II, 624).

Sentiments d'un philosophe, vide supra *Hilarius a Paris.*

Valerianus a Milano: († 1661): Magnus, Valerianus. Apologia contra imposturas iesuitarum, ad maiorem gloriam Dei; cui accessere eiusdem epistolae IV. *Decr. 13 ian. 1665.* (Cfr. Casati, p. 238; Reusch, II, 289).

II.

Opera FF. Capuccinorum per aliquod tempus a S. Officio vel ab aliis prohibita.

Ioannes Maria (Zamoro) ab Udine († 1649): De eminentissima Deiparae B.V. Mariae perfectione. *Prohib. an. 1636.* (Cfr. Reusch, II, 234.

Martinus a Torrecilla († 1709): Consultas morales varias (1694-1705). In Indice Inquisitionis Hispanicae usque ad an. 1747. (Cfr. Reusch, II, 515).

Richardus O'Ferrall, Hibernus, a Longford († 1663): Opus editum an. 1658 circa eversionem catholicae religionis in Hibernia. (Cfr. Reusch, II, 337).

Tranquillus a Bayeux (in saeculo Osmont Du Celier vel *Du Sellier*), apostata ab Ordine an. 1725: Réponse à la Bibliothèque Janséniste Paris, 1740. (Cfr. Biografia universale (Venezia 1823), t. 58 p. 330; Reusch, II, 790, 831).

Zacharias Boverio a Saluzzo († 1638): Annales Ord. FF. Cap. (latine et italice). Prohib. an. 1651, donec corrigantur.

— Lectiones pareneticae ad Regulam S. Francisci. *Prohib. a. 1656, donec corrigantur.* (Cfr. Reusch, II, 261).

III.

Opera varia ad Ordinem FF. Capuccinorum spectantia, quae adhuc inveniuntur in « Indice »

Antidoto contro le calunie de' cappuccini, composto per li fedeli confessori della verità nelle leghe de Grigioni. *Decr. 24 iul. 1626.* (Cfr. Casati, p. 18; Reusch, II, 135).

Begey Attilio e Favero Alessandro: S. E. mons. arcivescovo L. Puecher-Passavalli, predicatore apostolico, vicario di S. Pietro: ricordi e lettere (1870-1897). *Decr. 13 ian. 1913.* (Cfr. Casati, 37, 131).

Cavaciocchi Giuseppe: Padre Pio da Pietralcina. — Il fascino e la fama mondiale di un umile e grande francescano. Com. S. Off. 11 iul. 1926. (Cfr. Casati, p. 73, ubi legendum est *nato* non *morto*).

Favero A., vide supra *Begey A.*

Guerre (La) séraphique ou histoire des périls qu'a courus la barbe des capucins par les violentes attaques des cordeliers; on y a joint une dissertation sur l'inscription du grand portail de l'église des cordeliers de Reims. (Par J. B. Thiers, La Haye 1740). *Decr. 29 febr. 1752.* (Cfr. Barbier, *Dictionn. des Ouvrages Anonymes*, III éd., tome II; Reusch, II, 279; Casati, p. 169).

Riflessioni sulle omelie di fra Turchi vescovo di Parma. *Decr. 5 sept. 1825.* (Cfr. Casati, p. 328; Reusch, II, 974).

Theophilus [pseudonymus]. Defensio pro Valeriano Magno, in qua exponitur ecclesiae romano-catholicae scandalum: id est iesuitarum haeresis, seu atheismus. *Decr. 17 nov. 1664.* (Cfr. Reusch, II, 289).

Thiers J. B., vide supra *Guerre (La) séraphique.*

Vie voluptueuse des capucins et des nonnes, *Decr. 16 febr. 1874.*

Indiae Orientales. — Primum Indiarum solum Missionarii Capuccini tetigerunt saeculo XVII, quando procurante P. Iosepho Le Clerc Parisiensi sex Confratres *Pondichery* petierunt (1632). Paucos post annos alii confratres adierunt *Surate* (1639) et *Madras* (1642).

Saeculo XVIII sodales nostri ex Missione Tibetana expulsi appetierunt *Bettiam* (1745) dum missio *Malabarica* florebat iam an. 1742.

Saeculo XIX Ordini Cap. concreditae sunt novae missiones in India, scilicet: *Agra* (1803) *Patna* (1845). *Bombay* (1854), *Allahabad* et *Lahore* (1886) necnon *Ajmer* (1892).

Saeculo denique XX Ordo sequentes suscepit missiones in India: *Simla* (1910), *Damao* (1923). Anno 1938 erectus est peculiaris Commissariatus Generalis *Indiarum*.

Anno 1940 erecta est nova dioecesis de *Lucknow*, dismembrata a dioec. Allahabadensi et nova Praefectura Apostolica de *Jhansi*, item dismembrata a dioecesi Allahabadensi. Anno denique 1946 seiuncta est a dicta dioec. Allahabadensi Praefectura Apost. de *Gorakhpur*.

De singulis praefatis *Missionibus* ac de nonnullis eorum *missionariis* agitur suo proprio loco. Hic adduntur nomina quorundam antiquorum missionariorum in *Indiis Orient.* de quibus similiter tractatur sub eorum nomine:

Ephrem a Nevers († c. 1695)
Florentinus a Bourges († post a. 1714)
Franciscus a Tours († 1709)
Norbertus a Bar-le-Duc († 1769)
Seraphinus a Como († 1804)

Bibliographia

BULLAR. CAP., VIII, 58; IX, 151, 179, 355. 403.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 339-42 (a. 1639).
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 274-329.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 143-310.
IDEM, *Le Missioni*, voll. VIII-IX, *Indie Orientali*. Roma 1932-35.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. III, 361 ss.
DE-GUBERNATIS, *Orbis seraph.*, *De Missionibus*, t. II, pars II, p. 406.
STREIT, *Bibl. Missionum*, V, 133; VI, 50, 54 (cf. Index p. 592); VIII, 60, 354, 401, 649 (cf. Index p. 981).
FRANC. DA VICENZA, *Missionari della Prov. Serafica*, p. 216-240.
FELIX D'ANVERS, *Essays on the Capuchin Missions in India*. Lahore, 192.., pp. 144.
ADELHELM JANN V. STANS, *Die kathol. Missionen in Indien*, Paderborn 1915.
PERSICO IGNAZIO, episc. O. Cap., *Relazione sulla insurrezione dell'India britannica* (1857). Napoli 1858, pp. 103.
ANALECTA CAP. 11 (1895) p. 238-247, *Histoire de l'Eglise catholique dans l'Hindoustan*. — 21 (1901) p. 155, *Missiones Cap. saec. XVIII*. — 43 (1927) p. 250 s. 260-265, *Relatio visitationis P. Ambrosii a Rennes in Indiis Or. a.* 1644-47. — 52 (1936) p. 100, *Elenchus Periodicorum PP. Cap. in Indiis Or.* — Cfr. etiam Index Gen. voll. 1-50 (1884-1934) p. 108 (*Indiae*), p. 129 (*Simla*).
CATHOLIC CALENDAR *and Directory for the archdiocese of A g r a and its suffragan Dioceses*. Agra 1904 ss. (Annuarium cum plurimis notitiis historicis)
OLLECTAN. FRANC. 18 (1948) 118 ss. *Docum. inediti sui Cappuccini nel sec. XVII* (cfr. Ind. p. 369).
FRANCISCAN ANNALS OF INDIA. Agra 1910 ss. (Periodicum, praesertim Tertiariis dicatum). Saepe in illo notitiae historicae de nostris Mission. vulgantur.

— Quoad *Ephemerides* a nostratibus in Indiis Or. editas vide sub v. *Periodica*.

Indiarum Commissariatus Gen. — Non semel tantum conatus facti sunt introducendi Ord. Cap. in Indiis Orientalibus i. e. domum fundandam pro vocationibus indigenis. Anno 1880 *Mussurii* in Dioec. Agrae domus Novitiatus aperta est, sed spatio decem annorum vix dedit decem Sacerdotes Capuccinos, quare clausa est. Anno 1921 Minister Gen. Iosephus Ant. a Persiceto occasione visitationis canonicae, auditis Superioribus Regolaribus illius regionis, iterum novitiatum pro indigenis aperuit *Sardhanae* sub immediata dependentia Min. Gen., qui Commissarium Gen. nominavit P. Io. Bapt. a Firenze; sed P. Melchior a Benisa curam huius domus Prov. Parisiensi commisit a. 1927, ex quo tempore florescere coepit, ita ut, auctis fratribus, Custodia Provincialis a. 1938 erecta est in Commissariatum Generalem, qui a. 1947 titulum assumpsit « Cor Immaculatum B. M. V. »

Domus hodiernae huius Commissariatus: Farangipet, seu Monte Mariano, Kotagiri. Kunnam-Mavelikara, Mangalore, Mapuça, Quilon, Srirangam. Nunc agitur de erigenda domu in vico Kumbakonam.

Domus suppressa: Alwaye.

Series Superiorum Commiss. addito anno electionis:

Guido a Pontrieux, 1938.
Urbanus Maria a Lanarvily, 1939
Richardus a Durand (Prov. Calvariensis), 1948.

Bibliographia

ANALECTA CAP. 43 (1927) p. 65-67, Novitiatus Sardhanensis. — 51 (1935) p. 39, Statistica. — 54 (1938) p. 256, Erectio Commissariatus. — 57 (1941) p. 50, 52, Statistica. — 64 (1948) p. 47 s. Missio visitatur a Min. Gen. — (Cfr. etiam Index Gen. voll. 1-50, pag. 122).
DEO GRATIAS (Paris), a. 1933, p. 46-51.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, I (1925) p. 268-274.
THE VOICE OF ST. FRANCIS OF ASSISI. *An Organ* for Tertiary Priests. Farangipet (Kanara), 1936 ss. (Titul. hodiernus: *The Voice of Assisi*).

Indulgentiae. — Indulgentiarum thesaurus quo Capuccinorum Ordo gaudet uberrimus est. Plurimae etenim sunt indulgentiae plenariae et partiales ipsi concessae directe a S. Sede vel ex communicatione cum ceteris Ordinibus. Huiusmodi autem indulgentiae quaedam sunt *locales*, aliae *personales*, aliquae demum *reales*; quaedam conceduntur intuitu ipsius status religiosi (v. g. indulgentia plenaria pro die ingressus in Ordinem, pro die professionis, pro spiritualibus exercitiis etc.)- quaedam pro ministeriis peculiaribus Ordinis (v. g. pro munere cappellani in Xenodochiis, pro missionibus exercendis etc.); quaedam pro festis peculiaribus Ordinis (indulgentiae plenariae

et partiales quas omnes etiam Christi fideles lucrari valent sive pro seipsis, sive pro defunctis); quaedam insuper conceduntur pro quibusdam precibus recitandis et benedictionibus recipiendis. Praecipua benedictio, cum indulgentia plenaria adnexa, est *Absolutio generalis*, quae olim plures alios sortiebatur effectus, ut ipsius formula adhuc exprimit.

Inter plenarias indulgentias ecclesiis Ordinis concessas insignior ea est quae « Indulgentia Portiunculae » nuncupatur (vide sub v. *Portiuncula*). Singulis demum Provinciis concessae sunt plures indulgentiae, privilegia et indulta.

BULLAR. CAP., cf. Ind. tom. I, IV, VI, X.
VENANTIUS, *Monumenta ad Const.*, p. 641-44.
SUMMARIUM INDULGENTIARUM, *Privilegiorum et Indultorum a Sede Apostolica Ordini Capuccinorum in perpetuum concessorum*, Romae 1905.
ANTONINO, *Manuale sul T. O. F.*, 404-31.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, II, cf. Ind.
BASIL GUMMERMANN, O. CAP., *A Collection of Indulgences of the Orders of St. Fr.* — Detroit , Mich., 1944.
CAMPELO IOS., O. F. M., *De Indulgentiis Seraphici Ordinis hodie vigentibus. Disquisitio historico - canonica.* Compostellae, 1943. Cfr. *Archivo Ibero-Amer.* a. 1944, p. 497 ss.
ANALECTA CAP., cfr. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 72-73; cf. et *Indices* vol. 51 ss.

Infirmorum cura. — Circa confratres infirmos sic monent Constitutiones Ordinis (121-122) « Ut infirmorum necessitati satisfiat, necessarium subsidium suppeditetur... praecipimus, ut aegrotante aliquo fratre, illico a Superiore deputetur frater idoneus et caritate plenus, qui in omnibus aegro inserviat... Et quilibet frater recogitet quid in casu infirmitatis sibi factum vellet, et memoria recolat quae noster Pater seraphicus palam expressit in Regula dicens, nullam matrem adeo teneram, piam et in filium suum unicum propensam esse, qualem in fratrem suum spiritualem quemlibet nostrum esse oportet ». Quae verba ad praxim deducta, cura infirmorum quandam peculiarem notam Ordinis nostri constituit; unde dictum populare circuit, quod gallice ita vocitatur: *vivre* chez les Jésuites — être *malade* chez les Capucins — *mourir* chez les Dominicains.

— Circa ministerium spirituale et corporale fratrum Capuccinorum erga aegrotos fuse tractatur sub verbis. *Medicina*, *Nosocomia* et *Pestis*.

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, 283-91; vol. III, 124-45, *De ministerio erga aegrotos.*

Ingbertus a Dahn (*Naab*), prov. Bavaricae, magnam sui famam reliquit lector S. Theologiae et Scriptor et exercitiorum director. Charisma speciale vero habuit pro dirigenda iuventute praesertim studiosa, uti testantur periodica ad hoc ab ipso fundata et directa: *Das grosse Zeichen* (1922), *Der Meeresstern* (1924), *Der Weg* (1924), *Frohe Fahrt* (1925), *Das neue Leben* (1928). Carolus Sonnenschein optime eius indolem descripsit hisce verbis (« *Notizen* » 6, 48): Homo agilis, interior, subtilis, qui incorrupte et integre iudicat mundum ac iuventutem. Nazismum germanicum acerrime impugnavit tum verbo tum calamo, quapropter e patria fugere coactus vixit peregrinus in Helvetia et obiit in exsilio Regiscuriae (Koenigshoffen-Strasbourg) die 28 mart. 1935, aetate 50, religionis 30 annorum.

ALPHONSUS, *Totenbuch Bayr. Kapuz.* p. 94.
P. MAXIMILIAN NEUMAYR, *P. Ingbert Naab, Seher, Kämpfer, Beter*, München 1947. Cfr. *Collectan. Franc.*, a. 1950 p. 161.
FRANCISC. STANDAARD, 50 (1948) p. 38-43.
PROVINZBOTE (Bayer.), a. 1935, p. 94, 124.
SANKT FIDELIS, 22 (1935) p. 120 s.

Ingenbohl (Sorores de), vide *Theodosius a Münster* (Florentini)

Ingenuinus a Brixen (Bressanone), prov. Tirolensis alumnus. — Ex baronibus de *Enzenberg* originem duxit a. 1643, habitum sumpsit a. 1665, et vita cessit in loco Bolzano a. 1711. Fuit Magister novitiorum atque Definitor provincialis. — In arte *picturae* et *sculpturae* magnam laudem consecutus est. Imaginum quas P. Iuvenalis a Nonsberg operibus Fr. Thomae a Bergamo inseruit, ipse exempla depinxit. In nostro conv. Brixinensi, in castro Tratzberg et alibi, nonnulla egregia eius opera servantur.

CHRONICA BAVARICAE PROV., p. 141-42.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, 710.

Inglese Laurentius a Salemi, episc., alumnus prov. Panormitanae; natus die 29 iulii 1884; habitum Capuccinorum sumpsit a. 1900 et sacerdotio auctus est a. 1907. Doctoris gradu in Iure canonico apud Universitatem Gregorianam in Urbe insignitus, in propria Provincia muneribus Lectoris et Ministri Prov. (1928) functus est. Die autem 1 febr. 1934 nominatus est Episcopus dioecesis *Candiensis* in insula Creta. Dioecesim vero adire nequivit ob gubernii Graeci oppositionem.

Ideo die 5 mart. 1935 translatus est ad sedem episc. *Anglonensem-Tursiensem* (Anglona-Tursi in Basilicata); qua sede abdicata, die 12 sept. 1945 titulum episcopalem *Nilopolitanum* obtinuit. Obiit Panormi die 19 ianuarii 1951.

ACTA APOST. SEDIS, a. 1935 p. 273; a. 1945 p. 268.
ANALECTA CAP. 50 (1934) p. 112., Episc. — 51 (1935) p. 81, brevis not. biogr.
VOCE SERAFICA (Palermo), a. 1934, p. 77. 148.

Innocentius IX (*Ioan. Ant. Fachinetti*). — Electus 29 oct. 1591, obiit 30 dec. 1591. In tam brevi pontificatu pauca in bonum Ordinis perficere potuit.

BULLAR. CAP., I, 47; VI, 314.
BULLARII CAP. REGESTUM, p. 32 (*Analecta Cap.* an. 1893, p. 50).

Innocentius X (*I. B. Pamphily*), electus 15 sept. 1644 — obiit 7 ian. 1655. — Anno 1652, statuit (pro omnibus Ordinibus regularibus) ut sex ad minus religiosi esse deberent, ut *formata domus* constitui posset. — Quod ad nos attinet: P. Innocentium a Caltagirone, Ministrum Gen., nuncium Galliae regi ablegavit (1647); Boverii *Annales* interdixit donec emendarentur, sed correctione adiecta permisit (1651-52). Veteres nostras missiones fovit, novasque nobis concredidit. Tandem, quoties Ordinis decus ab aliis impeteretur, valide defendit.

BULLAR. CAP., I, 102; VI, 405.
BULLARII CAP. REGESTUM, p. 68-75. (*Analecta Cap.* 1893, p. 342 s. 359-364).
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Ind.
VIVES, *Instituta franciscana*, p. 569-73.

Innocentius XI (*Bened. Odescalchi*) electus Pontifex d. 21 septemb. a. 1676 obiit d. 12 augusti a. 1689. Hic ut seraphica Regula in suo nitore conservaretur, plures Bullas edidit, signanter illam quae incipit « *Sollicitudo Pastoralis* » (1679). — Quod ad nostram Congregationem spectat, nonnulla statuit, praesertim circa Germaniae et Hispaniae provincias: insuper ad archiepiscopalem sedem Vindobonensem a. 1680 P. Emericum Sennel promovit et P. Marcum ab Aviano Legatum in Austriam misit; denique Capuccinos quosdam classiarios et castrenses cappellanos destinavit a. 1683, in bello contra Turcas.

BULLAR. CAP., I, 128; VI, 437.
BULLARII CAP. REGESTUM, pp. 88-94. (*Analecta Cap.*, 1894, p. 73-77, 105-107).
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Ind.
VIVES, *Instituta franciscana*, p. 587-92.
PASTOR, *Storia dei Papi*, t. XIV, P. II, p. 11.

Innocentius XII (*Ant. Pignatelli*), electus 12 iul. 1691 - obiit 27 sept. 1700. — Cardinalium Protectorum facultates coarctavit. — Incrementa Ordinis nostri in Polonia, et missiones in Persia maxime fovit. — P. Francisco *M. Casini* amoris necessitudine, toto vitae tempore, devictus est atque in extremo agone constitutus, voluit eundem sibi morienti adstare.

BULLAR. CAP. I, 138; VI, 440.
BULLARII CAP. REGESTUM, p. 95-100. (*Analecta Cap.*, 1894, p. 108-110, 147-150).
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Ind.
VIVES, *Instituta franciscana*, p. 594-97.
PASTOR, *Storia dei Papi*, t. XIV, Par. II, p. 507 (Card. Casini et Innoc. XII).
ANALECTA CAP., 7 (1891) p. 204 (de obitu Pont.).

Innocentius XIII (Michaëlang. Conti), electus 8 maii 1721 — obiit 7 mart. 1724. — Quod ad nostram Congregationem attinet, nil aliud animadvertendum nisi quod ad sedem episcop. *Tricalensem* a. 1722 P. Carolum Espinosa promovit.

BULLAR. CAP., I, 157; VI, 474.
BULLARII CAP. REGESTUM, p. 110-112. (*Analecta Cap.* 1894, p. 213 s.).
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Ind.
VIVES, *Instituta franciscana*, p. 608.

Innocentius (Ven.) a Berzo inferiore, alumnus prov. Mediolanensis. — *Scalvinoni* familia natus die 19 martii an. 1844 et sacerdotio auctus in saeculo an. 1867, inter nostros venit an. 1874. Austero vitae genere atque praeclaris virtutum exemplis refulsit. Multos, qua sacram praedicationem exercendo, qua sacramentales confessiones excipiendo ad bonam frugem revocavit. Bergomi animam efflavit cum fama sanctitatis die 3 martii an. 1890. Causa pro eius beatificatione an. 1919 fuit introducta.

VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, II, 616-31.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 493-510.
ALIPIO M. DA ORIGGIO, *Vita del S. di D. Innoc. da Berzo.* 4 ed. Brescia, 1929.
BERRA FRANCO, *Innoc. da Berzo.* Milano 1934.
GERMANO DA NADRO, *L'Ombra sua torna. Il ven Innocenzo da B.* — II ed. Milano 1950
GREGORIO DA BRENO, *Alla scuola del S. di Dio P. Innoc. da B.* Milano, 1940.
ISAIA DA MILANO, *Vita e virtù del P. Innoc. da B.* — Brescia, 1909.
ANALECTA CAP., (cfr. *Index Gener.* an. 1884-1934, p. 74). — 61 (1945) p. 62 (Status Causae Beatific)..
ANNALI FRANC. (Milano) 1 marzo 1940 — *Numero speciale* — (50° anniv. della morte).
ATTI UFF. PROV. LOMBARDIA, 1943 p. 6-9, *Per la causa di beatificazione del P. Innoc. da Berzo.*
PADRE INNOCENZO DA BERZO - (Publicatio periodica ad promovendam causam beatif.), Milano 1931 ss.

Innocentius a Caltagirone, Min Gen. alumnus Prov. Syracusanae, virtute, doctrina et miris operibus insignis. Nobile genere *Marcinnò* a. 1589 natus, inter nostros cooptatus est a. 1607. Munera obivit Magistri Novitiorum, Lectoris, Definitoris et Ministri Prov. — Fuit et Commissarius in Messanensi Prov. et Prov. Hydruntinae Minister. In Capitulo Gener. a. 1644 celebrato, Supremus Ordinis Moderator electus est. Provincias Ordinis in tota Europa cum visitaret, tantam in se conciliabat admirationem, ut vix dici queat. Concionator vere facundus artem oratoriam virtute aequabat, ut qui eum audirent eumdem turmatim sequerentur. Apud reges et Principes magnum sibi nomen comparavit, et Innocentius Papa X ipsi negotium commisit pacificandi reges Hispaniarum et Galliae. — Generalatu expleto (1650) in patrium conventum se recepit ibique fama sanctitatis obiit d. 16 nov. 1655. Processus pro eius beatificatione olim incoepti, a. 1891 reassumpti sunt. Eius scripta: *Gram-*

matica hebraica, et *Conciones quadragesimales* in Archivo SS. Rituum Congr. asservantur.

BULLAR. CAP., III, 195-197.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 493-503.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Ind.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 141.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 114.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, p. 47 s.
MONGITORE, *Bibliotheca Sicula*, I, 312.
SAMUELE, *Memorie Prov. Sirac.*, p. 161, 222-29.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 139, 496 ss.
MINEO JANNY, MARIO, *Biografia del P. Innoc...*, Caltagirone 1871.
PIO LA SCALA DA MAZZARINO, *Il S. di Dio P. Innoc. da Calt.*, Catania, 1931 (cf. « Collectan. Franc. » a. 1933, p. 120).
SAMUELE CULTRERA DA CHIARAMONTE, *Vita del S. di Dio P. Innoc. da C.*, Torino, 1932 (cf. *Collectan. Franc.* a. 1933, p. 117.
IDEM, *Compendio della vita del P. Innoc. da Caltag.* - Napoli, 1932. (Versio lusitana: *Traços biograficos...*, Rio de Janeiro, 1935.
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 230: not. hist.; 19 (1903) p. 12-14 (de scriptis P. Innoc. a Calt.): 61 (1945) 62 (Status Causae).
COLLECTAN. FRANC. 4 (1934) p. 59-80; 5 (1935) p. 68-109: *Per la Pace di Westfalia. Missione alle Corti di Francia e di Spagna del P. Innoc. da Calt.* (Samuele da Chiaramonte); 10 (1940) p. 189-218: *Concio P. Innoc. a Calt. de seraphica paupertate* (Melchior a Pobladura); 13 (1943) p. 277-81, P. Innoc. inter Hispaniae « *Grandes* » receptus a. 1648.
COLLECTAN. HELV.-FRANC. II, 1939, p. 201-96: *Die Visitationsreise des Generals P. Innozenz durch die Schweizerprovinz 1646.* (P. Adalbert Wagner).
ÉTUDES FRANC. 50 (1938) p. 560-78: *Innocent de C. en Belgique* (P. Hildebrand).
PROVINZBOTE NORDTIROL. 2 (1919) 28-34, *Erlebnisse des Gen. Innoz. v. C. in der Tirolerprov.* (P. Zierler).
REVUE SACERDOTALE DU T. O. (Paris) 1933 p. 69.
SANKT FIDELIS, 26 (1939) p. 45-51: *Ein Porträt des P. Inn. v. Caltag.* (P. Adalbert). — 29 (1942) p. 153-58: *P. Innoz. v. Caltag. Nachlese zu den Berichten über seine Visitationsreise in der Schweiz im Jahre 1646* (P. Maximilian).

Innocentius a Modugno, (*Delfino*), prov. Apuliae. — Natus a. 1839, Ordini nomen dedit a. 1855. Magnam suae vitae partem in Insulis Ionicis egit missionarius, (1870-1912), fuitque Dioec. *Zacynthien.* et *Cephalonien.* (Zante-Cefalonia) Administrator Apost. et Vicarius Gener. — In suam provinciam reversus a. 1912, obiit in civ. *Bari* die 20 decem. 1930. Scripsit de historia patria, edidit que, inter alia, *Cefalonia Cattolica* (Foligno, 1903).

CLEM. DA TERZ., *Le Missioni*, II, 364.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 301, 335, 456.
ZACCARIA DA TRIGGIANO, *Omaggio alla memoria del P. Innoc. da Mod.* Bari, 1931.
INNOC. DA MOD., *Cefalonia Cattolica* (Foligno 1903) p. 240-77 (autobiogr.).
ANALECTA CAP., 4 (1888) p. 75; 14 (1898) p. 204.
AURORA SERAFICA (Bari), a. 1931, p. 3.

Innocentius Weldon, prov. Hiberniae concionator celebris. — Per triginta et amplius annos in vinea evangelica indefessus stetit operarius tum in Anglia tum in Hibernia, multaque ab haereticis passus est. Obiit a. 1707. — Edidit nonnulla opera ascetica.

WILLIAM, *Capuchins in England*, p. 20-23.

Innsbruck (*Oenipontum*) in Prov. Tirolensi. — Anno 1593 conditus est conventus, qui novissimo tempore variis aedificiis et officina typographica augebatur. — In ecclesia, S. Francisco Assisiensi dicata, Imago B. M. V. a Luca in *Kranach* pulchre depicta, magna cum veneratione colitur ab a. 1829.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. XVII.
BULLAR. CAP., IV, 123, 372; IX, 17, 330.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 3-6.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, 734.
MICHAEL HETZENAUER, O. CAP., *Das Kapuzinerkloster zu Innsbr.*, Innsbruck, 1893.
« FRANZISKUS » (Linz), 2 (1927-28) p. 357-63.

Institutum Apostolicum Orientis. An. 1883 Pater Aegidius a Cortona Generalis Minister huiusce nominis *Institutum* inauguravit ad idoneos Evangelii operarios pro missionibus efficiendos et conformandos. Primus Instituti Commissarius gener. fuit P. Salvator a Graniti Messanae prov. alumnus. Novitiatus in oppido *Buggià* prope Smyrnam a principio patebat, deinde autem an. 1891 Sophiae constitutus est, *Philippopoli* sedes erat seraphici seminarii, *S. Stephani* vero oppido prope Constantinopolim, philosophiae ac theologiae studia colebantur. Postmodum, novo Commissario Generali nominato (1891), qui fuit P. Linus a Sterzing, Tirolensis prov. eiusmodi incremento auctum est Institutum, ut an. 1908, 25 annos spatio, 155 religiosos alumnos iam eduxerit, ex quibus 60 sacerdotes missionarios per diversas missiones sparsos. Eodem an. 1908 Venetae prov. concreditur, sed post triennium, Ministri Generalis decreto d. 13 nov. 1911, idem Institutum in *Commissariatum*, sub SS. Cordis Iesu titulo, convertebatur eidemque moderando praeficiebatur P. Cletus Peiov a Baltaggia, qui an. proxime sequenti (1912) Sophiae ac Philippopolis Episcopus electus est. Tunc igitur, Generali Ministro iubente, vi decreti d. 7 ianuarii a. 1913, Commissariatus finem habuit, et missionarii vel Panormitanae, vel Croatiae, vel tandem Tirolensi provinciis aggregati sunt.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, III, 256-350.

IDEM, *Manuale hist. Miss.*, p. 7-10.
STATUS PERSONALIS *PP. Capucc. Instituti Apost. Or. descriptus in an. 1893 etc.* Constantinopoli, 1893 ss.
LINUS A STERZING, *PP. Capucc. Instit. Ap. Or. annus XXV* (*Relatio* 1883-1908) Oenoponte, 1908.
ANALECTA CAP., 2 (1886) p. 84-88: *Descriptio itineris P. Gener. visitantis Missiones Orientis;* 24 (1908) p. 344 (Instit. Prov. Venetae committitur; 25 (1909) p. 127 (Epist. Min. Gen. occasione XXV anniv.); 28 (1912) p. 16-18 (erigitur Commissar.); 29 (1913) p. 36 (Commissar. supprimitur). — Quoad alia cfr. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 123.

Institutum Historicum O.F.M. Cap. — A Mi. nistro Gen. Melchiore a Benisa an.. 1930 Assisii erectum est sub nomine *Collegium S. Laurentii Brundusini*. Post decennium a Min. Gen. Donato a Welle an. 1940 ex praefata civitate Assisiensi Romam translatum est in novum aedificium apud Curiam Generalem Ordinis, ubi maiora studiorum adiumenta praesto habentur. Ne vero ex praesentia duorum Collegiorum eiusdem nominis in eodem aedificio confusio oriatur. Collegium Assisiense exinde nominatum est *Institutum Historicum Ord. Fratr. Min. Capuccinorum*.

Huius Instituti finis praecipuus est historiam Ordinis Capuccinorum scientifice enucleare et evulgare. Hoc quo facilius fiat, plures sectiones institutae sunt: I. *Collectanea Franciscana* (Periodicum trimestre); II. *Bibliotheca Seraphico-Capuccina*, in qua edenda sunt opera de re capuccina agentia sive adhuc manuscripta iaceant, sive iam edita sint, sed rariora exstent. III. *Monumenta Historica Ord. Min. Capuccinorum*, in quibus colliguntur et prelo dantur chronicae et alia documenta ad historiam Ordinis nostri spectantia. IV. *Bibliographia Ord. Min. Capuccinorum*, cuius finis est novam Bibliographiae editionem praeparare et evulgare. De singulis sectionibus fusius agitur suo quoque loco.

Primus Superior Inst. Hist. fuit P. Cuthbertus a Brighton († 1939), quem secutus est in regimine Melchior a Pobladura.

ANALECTA CAP. 46 (1930) p. 307, 309 (*Decret. erectionis Collegii*); 47 (1931) p. 45-48 (*Inauguratio Collegii*); 56 (1940) pag. 335 (*Translatio Collegii*); 57 (1941) p. 28-33 (*Ordinationes servandae in « Instit. Hist. O. Cap. »*).
COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 424-26 (de fundatione Collegii eiusque activitate); 11 (1941) p. 175-81. *Decennalis Collegii Assisien. conspectus.*

Insubriae Provincia, vide *Parmensis Prov.*

Insula (urbs), vide *Isle (L')*

Insulae, vide *Lille*

Insulensis Provincia (*Lille* in Gallia). — Instante Ludovico XIV rege an. 1671 ex conventibus prov. Flandro-Belgicae, qui siti erant in ditione gallica (Lille, etc.) formata est *Custodia Insulensis*, quae dein, aliis conventibus adnexis, an. 1683 ad gradum provinciae evecta est.

An. 1754 provincia numerabat domus 18 et religiosos 260.

Anno 1773 ab hac prov. separati sunt septem conventus ad efformandam custodiam *Dunkercanam*. Demum an. 1796, grassante revolutione gallica, prov. Insulensis evanuit.

INDEX CONVENTUUM qui ad Prov. Insulensem olim pertinuerunt: Aire-sur-la-Lys, Armentières, Bailleul, Bergues St. Winoc, Bourbourg, Cambrai, Condé, Douai, Dunkerque. Ieper, Lille, Maubeuge, Meenen, Merville, Orchies, Saint-Omer, Tournai, Valenciennes, Veurne. (Cfr. *Bull. Cap.*, v, 410; *Necrol. prov. Flandro-Belg.*, p. x).

SERIES SUPERIORUM PROV., addito eorum electionis tempore. (cf. P. Hildebrand, *De Kapuc. in de Nederl.*, III, 308-312)

Oliverius a Lille: 1684.
Benedictus a Tournai: 1687.
Andreas a Tournai: 1690, 1701, 1707, 1713.
Andreas a Condé: 1693, 1699.
Bonaventura a Beaumont: 1696.
Fridericus a Lille: 1704, 1710.
Iacobus ab Hasnon: 1717.
Damianus ab Houplines: 1720, 1739, 1741, 1745, 1751.
Benedictus a Vertain: 1723.
Hubertus ab Hazebrouck: 1728, 1734.
Fiacrius a Saint-Omer (?): 1731, 1737.
Ubaldus ab Auchy: 1742.
Eustachius a Villers-Pol: 1748.
Silverius a Valenciennes: 1754, 1760.
Cherubinus a St.-Omer: 1757.
Piatus a Courrières: 1763.
Bonifacius a Cambrai: 1766, 1773.
Edmundus ab Armentières: 1769.
Iustus a Cambrai: 1776, 1782, 1788.
Georgius a Cambrai: 1779.
Bonaventura a Cambrai: 1785.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
de quibus fit sermo sub eorum nomine

Ludovicus a Dunkerque, script. († 1718)
Robertus a Cambrai, script. († 16..)

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., V, 234-270, 410.
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO ORD. (1712) tab. 51
ANNUAR. PROV. HOLL.-BELG. (1870), p. 23.
HILDEBRAND, *De Kapuc. in de Nederl.*, III, 31-122; IV, 18-20: de Rijselse Prov.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. III, cf. Ind.
UBALD, *Catalogue des Mss.*, p. 113. 158.
COLLECTAN. FRANC 6 (1936) p. 19, 193. 194.

Cfr. etiam bibliogr. sub v. *Belgium*.

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Caeremoniale sive Compendium SS. Rituum... ad usum FF. Min. Capuccinorum (Prov. Insulensis). Leodii et Insulis, 1761.

Interamna, vide *Terni*

Ioachima (B.) de Vedruna († 1854). Quod spectat ad consuetudinem quam illa cum nostro P. Stephano ab Olot habuit, vide *Stephanus ab Olot.*

Ioachimsthal, vide *Maria-Sorg.*

Ioachimus a Berga, prov. Catalauniae († 1799). — Scriptis suis devotionem erga B. M. Virginem, praesertim sub titulo « Mater Divini Pastoris » promovit. Edidit inter alia: *La Divina Pastora o sea meditaciones a Maria SS.* (1784? et 1874) — *La Salve Regina ponderada en 30 meditaciones* (1788).

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 37.
FRANCISCALIA (Barcelona 1928), p. 220.
BASILI DE RUBI, *Necrologi*, p. 155.

Ioachimus a Canicatti, prov. Panormitanae. — Nobili *La Lomia* genere an. 1831 natus seraphicum habitum an. 1859 induit. In Brasiliae missionem profectus an. 1868, post 12 annos laboriose illic transactos in suam provinciam revertitur ibique animabus Deo lucrandis impense incubuit. In patria, die 30 iulii 1905, ex hac vita cum fama sanctitatis migravit. Informativus processus pro illius beatificatione iam inchoatus est.

ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, IV, 407-12.
EGIDIO, *Scrittori Prov. Palermo*, p. 77.
COMPENDIO *della vita d. P. Gioac. La Lomia da Canicatti* — Palermo 1929.
DOMENICO DA PARTINICO, *Articoli di Prova Testimoniale proposti nella Causa di Beatificazione del S. di Dio Gioacchino da C.* — Palermo 1949.
PADRE GIOAC. LA LOMIA *nel XXV° anniversario della sua morte*. Canicattì, 1930.
RAIMONDO GIUS. M., O. F. M., *Il P. Gioachino La Lomia, Miss. Capp.*, Palermo, 1912. *Appendice...*, Ibid., 1912.
ANALECTA CAP., 61 (1945) p. 62 (Status Causae Beatificationis); 65 (1949) p. 17 (Processus Informativus circa sanctitatem).
FIAMMA SERAFICA (Palermo), 1929, p. 56 ss.

Ioachimus a Gsies, vide *Haspinger I.*

Ioachimus a Llevaneras, Catalauniae prov. alumnus et Cardinalis Ios. Calas. *Vives y Tuto* germanus frater. Natus an. 1852, inter Capuccinos an. 1871 cooptatur. An. 1881 Apostolicae Sedis decreto, Commissarius Apost. nominatur pro nostro Ordine in tota Hispania moderando. Dici nequit quanta cura contenderit ut denuo provinciae constituerentur et coenobia vetera restituerentur, novis insuper exstructis; inter quae singularem mentionem merentur magnum collegium de *Lecaroz* appellatum et regale coenobium Matritense, cui nomen vulgo *El Pardo*. Multa quoque molitus est pro missionum incremento in Carolinis et Philippinis insulis necnon in latina America. An. 1885, *Provincia Hispanica* constituta, Minister ipse eligitur ad illam regendam. Postea vero, a. scilicet 1889, cum haec provincia in tres partes fuerit divisa, pars quae ad *Castellam* pertinet eidem moderanda committitur usque in a. 1898. Fuit etiam superior regularis illius sic dicti « Districtus nullius » Matritensis usque ad a. 1907. Romam tandem a. 1908 accito, varia officia et ministeria eidem concreduntur a S. Sede Apostolica. Aegrae demum valetudinis vi pressus, in suam provinciam revertitur, statimque Barcinone in coenobio *Sarriá* e vivis excessit, die 13 iunii 1923.

MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 57 (Commiss. Apost.); 40 (1924) p. 46 (necrologia).
CATALUNYA FRANC., a. 1923, p. 152 s.
ESTUDIS FRANC., 30 (1923) p. 469-71.
FLORECILLAS DE S. FRANC., a. 1923, p. 187-92.
LECÀROZ, N. 1 (Sept. 1923) p. 7-12.

Ioachimus a Madrid (*Miranda*), prov. Castellae alumnus. A S. Congr. Episc. et Regul. die 27 apr. 1860 nominatus est Commissarius Apost.cus Ordinis nostri in Hispania (†1872).

BULLAR. CAP. X, 388.
BUENAVENTURA, *Necrologio*, p. 22.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 285.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 56 (n. 107).

Ioachimus a Pamplona, v. *Olaiz I.*, episc.

Ioachimus a Rapperswil, Prov. Helveticae (1654-1728). — *Kuonz* familia ortus, iam sacrae Theologiae lauream obtinuerat, antequam Ordinem nostrum ingrederetur. — Singularem laudem sibi comparavit in sacris concionibus habendis et in controversiis cum Protestantibus dirimendis, contra quos summi momenti opus confecit sic inscriptum: *Reformatio difformis et deformis... Novatorum.* voll. 3, Argentorati, 1726.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 133.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 245.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 114.
SCHWEIZER. PROV. FESTSCHRIFT (1928), p. 353.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL. XIII, 1664.

Ioanna Maria Oliver, Capuccina, vide *Palma de Mallorca.*

Ioannes — MONITUM — Religiosi, qui hoc nomine decorantur, *unam seriem alphabeticam* constituunt iuxta *civitates* vel *oppida* ex quibus orti sunt, nulla habita ratione posterioris nominis *Baptistae, Chrysostomi, Damasceni*, etc.

Ioannes Bapt. ab Aiaccio, in saeculo Ambrosius *Rossi*, nostrae prov. Corsicae alumnus et scriptor egregius († 1813). — Opera ab eo typis donata sunt: *Il Confessore alla pratica.* 3 voll. Livorno 1806. — *Memorie sopra il voto della città di Ajaccio e sacro culto prestato alla Madre di Misericordia sua speciale patrona.* Ajaccio 1808. — Opus vero historicum magni ponderis ac valoris, quod

ille *manu scriptum* reliquit nempe: *Osservazioni storiche sopra la Corsica* (13 voll.) in lucem est datum sub nomine: *Ambrogio Rossi* in « Bulletin de la Société des Sciences historiques et naturelles de la Corse » Bastia 1895-1906.

STARACE C., *Bibliogr. d. Corsica* (1943) n. 1652, 1772, 1773.
TENCAJOLI O. F. — *Chiese di Corsica* (Roma, 1936) p. 340 sub v. *Rossi A.*

Ioannes Ludov. ab Amiens (Ambianensis), prov. Parisiensis concionator; Astronomiae et Chronologiae sacrae peritus. — Duo opera Parisiis vulgavit a. 1685, scilicet: *Atlas Temporum* in 4 libris, et *Epitome historiarum.*

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 148.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 256.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 181.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 501.

Ioannes Apulus, vide *Ioannes a Troia.*

Ioannes Bapt. ab Arenys de Mar (*Pruna*), prov. Catalauniae concionator. — Ad restaurandum Ordinem nostrum in Hispania, post civilem eversionem (1835), multum adlaboravit, († 1890).

ANDREU, *Iconografia Caputxina*, p. 73.
VIVES, *Biogr. hisp.-capuchina*, p. 620-39.
BASILI, *Necrologi*, p. 205.
ANALECTA CAP., 6 (1890), p. 287.

Ioannes Franc. ab Arezzo (*Lambardi*). E sua prov. Tusciae Poloniam mittitur Commissarius Gener. ut ibi nostrum Ordinem constitueret. Obiit Cracoviae a. 1711.

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 276-286.
COLLECTAN. FRANC., 8 (1938) p. 210-16 passim.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, II (cfr. Ind. p. 553 sub v. *Arezzo*).
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 99, 205

Ioannes Bapt. ab Avranches (Abrincensis), prov. Turoniae. Per plures annos in missione Pictaviensi (Poitou) insumpsit, haereticorum ministros impugnans et libros controversiarum contra eosdem scribens († 1629).

DE-PISE, *Annales*, p. 773-780.
BERTANI, *Annali*, a. 1629 n. 108-140.
LEGGENDARIO FRANC., I, 15.
LEGGENDARIO CAPP., I, 30-37.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 318, 321, 341.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 140.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 33.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 125.

Ioannes Chrysostomus a Barjac, in saeculo *Antonius Pellier*, alumnus prov. Lugdunensis. — Vi gallicae revolutionis, habito religioso dimisso, clero saeculari se addixit ac munus Rectoris Seminarii et parochi in oppido *Chambon* obivit. Non sine sanctitatis fama, vitam finivit die 12 dec. 1819; natus erat a. 1757.

CASTELNAU (L'ABBÉ), *Le P. Chrysostome Pellier. Essai biographique.* Alais 1870.
DURAND ALB. (CHANOINE), *Le P. Chrysostome de Barjac, sa Vie, sa correspondance.* Nîmes, 1908. pp. 285.

Ioannes Ludovicus a Besançon, vide *Ioannes Ludovicus a Lyon.*

Ioannes Evangelista a Bois-le-Duc, vide *Ioannes Evang. a 's Hertogenbosch.*

Ioannes a Bordeaux (Burdigalensis) Aquitaniae Prov. alumnus. — A nonnullis scriptoribus per errorem *Jacobus* nominatur. Religiosum habitum induit in Tolosana provincia a. 1624 et a. 1650 mortuus est. Magister exstitit novitiorum. Hebraicam linguam perfecte cognitam habebat de qua etiam grammaticam vel lexicon Parisiis a. 1646 typis edidisse traditur. Laudi praeterea illi tribuitur quia primus Ordinis scriptorum nomina in publicam seriem digesserit; de quo tamen opere, morte praeventus, quoddam specimen tantum Burdigalis a. 1649 publicaverat *Scriptores ecclesiastici Ordin. Min. Cap.* inscriptum. Huius speciminis exemplar, satis rarum, prostat Lucernae in archivo coenobii nostri. P. Eduardus de Alençon illud diligenter a se exscriptum in *Analecta O. M. Cap.* (vol. 26 a. 1910, p. 15-17) inseruit.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 128 (v. Iacobus Burdigalen.); p. 134 (v. Ioan. Burdigal.).
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 7 (v. Iacobus); p. 45 (v. Ioannes).
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 91 ss.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 98. (v. Iacobus); p. 140 (v. Ioannes).
APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 79.
IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 13.
ANALECTA CAP., 26 (1910) p. 113-17 (de prima « Biblioth. Script. Cap. »).
MISCELLAN. FRANC., 11 (1909), p. 51-54, *La prima Bibliot. Script. Cap.* (Edoardo d'Alençon).

Ioannes a Bosco Lugano, vide *Fraschina I.*, episc.

Ioannes Chrysost. a Brescia, Provin. Brixiensis. — Ortus est an. 1672 e sobole *Rizzardi* et iam in utroque iure lauream adeptus, ad nostros venit a. 1695. Missionarius in *Raetiam* profectus, deinde Praefectus Apost. missionis *Tunetanae* renuntiatur a. 1716. Obiit in patria a. 1759. — Permulta scripsit de re ascetica et nonnulla etiam edidit, inter quae: *La vocazione religiosa* (Padova, 1732, et alibi) — *Le virtù dei sagri pastori* (Ib. 1732).

BULLAR. CAP., VII, 267.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, pp. 387-89.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 144.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 39.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 198.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 2061.
MELZI, *Dizion. op. anon.*, II, 124 (Lezioni).

Ioannes Petrus a Busto Arsizio, Min. Gen., Prov. Mediolanensis Lector, Definitor et Mi-

nister (1695). — Ortus e domo *Crespi* a. 1638, Ordinem ingreditur a. 1655. Verbi Dei praeco eximius, a Ministro Gen. in Germaniam mittitur ut catholicam fidem contra haereticos defenderet, ibique per annos quinque mansit. Summo honori illi etiam ducitur quod privilegium *Immacul. Conc.* strenue defenderit. Anno 1698 die 16 maii, ad regimen totius Ordinis evectus est. Dum italicas Provincias visitat, Genuae obiit d. 29 apr. 1700.

BULLAR. CAP., II, 305.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 551-558.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 176.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, II, 139-46.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 150.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 197.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 2467.
CARLO DA BUSTO ARSIZIO, *Biografia del P. Giampietro da B. A.* (Genova 1700).
ANALECTA CAP., 7 (1891), p. 202.

Ioannes Baptista a Camerino, prov. Picenae alumnus; officium tenuit *Postulatoris Gener.* ab. a. 1667 ad a. 1676 quo Romae obiit.

ANALECTA CAP., 54 (1938), p. 218.

Ioannes Evang. a Cannobio,
vide *Evangelista a Cannobio.*

Ioannes Ios. a Carmagnola,
vide *Cavalleri Io. Ios.*, episc.

Ioannes Franc. a Carpi (*Leoni*), prov. Bononiensis filius († 1713). In theologicis et canonicis disciplinis valde versatus eas egregie docuit, fuitque theologus Ferdinandi Gonzaga IV, Mantuae Ducis. — De operibus quae ei tribuuntur, haec adnotantur: *Enucleatio Theologiae, continens fundamentales opiniones D. Bonav. S. Thomae et Scoti* (Venetiis, 1685). — *Criminalis artis anatomia.* (Mantuae, 1694). — *Flores Decretalium Regularium.* Tom. I (Mantuae 1699).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 146.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 264-65.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 249.
IOAN. A. S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 164.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 596.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 359.
MELZI, *Dizion. Opere anon.*, II, 76 (*Leoni*); III, 2 (*Sacra Congr. Episc.*).
DICTIONN. THÉOL. CATH., IX, 428.

Ioannes Bapt. a Cassine, Prov. Mediolanensis († 1715). — Cosmographiam summopere coluit. Duos *globos*, alterum caelestem, terrestrem alterum egregie composuit. Edidit insuper, iussu Ministri Gener. Augustini a Latisana, laudatum et utile opus: *Chorographica descriptio Provinciarum et Conventuum omnium Ordinis Min. S. Franc. Capuccinorum.* (Mediolani, 1712). Opus, 63 foliis componitur et in illo cuiuscumque Provinciae status personalis perhibetur.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 141.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, II, 424.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 193.
PORENA FILIPPO, *Un Cartografo italiano del principio del sec. XVIII*, in: *Memorie della Società Geogr. Ital.* vol. V, parte I, 15-73, 235-36 (Roma, 1895).

Ioannes Franc. a Castel S. Pietro dell'Emilia, alumnus prov. Bononiensis. — Officia sustinuit Lectoris, Definitoris prov., *Postulatoris Gen.* (1719-25) et Definitoris gener. (1719-1726). Bononiae obiit a. 1731.

BULLAR. CAP., II, 222.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 194.
ANALECTA CAP., 54 (1938), p. 219.

Ioannes Bapt. a Castelsarrasin, cognomento *Pradal*, prov. Aquitaniae concionator († 1787). — Edidit Sermones quadragesimales (*Carême*, 3 voll. Paris 1779); quorum notabilis pars iterum evulgata est a Migne in: *Collection des Orateurs sacrés*, tom. 54 (Paris, 1887).

APOLLINARIS, *Bibl. Aquitan.*, p. 80.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 37.
IRÉNÉE, *Bibl. de Toulouse*, p. 13.

Ioannes Angelus a Cesena, Prov. Bononiensis Sacrae eloquentiae Professor egregius. — Nobili *Serra* familia ortus est a. 1703 et habitum seraphicum sumpsit a. 1718. Obiit a. 1766. — Ad eam oratoriae et iurisprudentiae artem progressus est, ut celeber sui temporis magister evaserit. Plurima magni ponderis scripsit et edidit opera, inter quae, quoad oratoriam: *Compendio della Rettorica* voll 2, (Faenza, 1737-41). — *Opera analitica sopra le Orazioni di Cicerone*, voll. 2 (Ib. 1739). — *Delle controversie Oratorie voll.* 4 (Ib. 1754). — *Analisi sopra alcune Prediche del P. Segneri* (Ib. 1756). — Quoad iurisprudentiam: *Cause civili agitate dal card. De Luca*, voll. 4 (Cesena, 1756) — *Compendio delle Leggi civili*, voll. 4 (Faenza 1766). Animadvertendum quod haec opera pluries impressa sunt.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 138.
APPENDIX *ad Bibl. Script.*, p. 26 (vel 42).
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 228-57.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 246.
MELZI, *Dizion. Opere anon.*, III, 641 (*Serra*).
SERRA IO. ANG., *Compendio delle Leggi civili* (ed. 1767) Elogium auctoris in capite Tomi tertii.

Ioannes Bapt. a Chémery, Prov. Parisien. Concionator. — E *Jousse* familia a. 1861 natus in Ordinem nostrum 1881 recipitur et d. 27 iulii a. 1918 in civitate Angers ex hac vita migravit. — Verbo et calamo marianam precationem iam toto terrarum orbe diffusam quae a tribus « Ave Maria » nuncupatur, studiose fovit ac strenue propugnavit. In eum finem piam consociationem *Confrérie des Trois Ave Maria* condidit, quam postea Benedictus XV ad universalis Archiconfraternitatis gradum evexit. Ephemeridem etiam ab a. 1901 menstruam vulgandam curavit cui titulus *Le Propagateur des Trois Ave Maria* illique deinde a. 1905 aliam addidit ephemeridem *Le petit*

Propagateur des 3 A. M. inscriptam. De hoc ipso negotio multa idem opuscula scripsit, ex quibus haec tantum memoramus, videlicet: *La dévotion aux trois Ave Maria.* Paris, 1902 (versio italica: Padova, 1903). — *Manuel complet de la dévotion des 3 Ave M.* - II ed. Blois 1910.

EDUARDUS, *Biblioth. Mariana*, p. 38, 84.
EDOUARD D'ALENÇON, *L'Apôtre des Trois « Ave Maria ». Vie et oeuvre du P. Jean B. de Chémery.* Blois, 1924.
LE PROPAGATEUR DES 3 AVE M., (Periodicum), an. 1918, p. 257-72.

Ioannes Chrysost. a Clusone, vide *Marinoni I. C.*, episc.

Ioannes a Crópani, (domo *Fiore*), Prov. Rheginensis in Calabria. — Natus a. 1622, obiit a. 1683. Vir sane egregius sive doctrina sive dicendi facultate. Fuit Lector saepius Definitor et ter suae Prov. Minister. Fuit etiam Commissarius Gener. Prov. Panormitanae et Hydruntinae. Inter eius scripta magni pretii est opus historicum: *Calabria illustrata*, quod post eius obitum typis datum est Neapoli, Tom. I, 1693; t. II, 1743; t. III, ineditum manet.

BULLAR. CAP., III, 61.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 355-359.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 134.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 146.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 310.
FRANC. DA VIC., *Scrittori Calabresi*, p. 57-62.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 107-10.
FIORE, *Calabria illustr.*, I (v. Introd.).

Ioannes Angelus a Cuneo, vide *Porta I.*, episc.

Ioannes Bapt. a Cuneo (*Ricci*) prov. Pedemontanae concionator. — Ven. Clotildis Sardiniae reginae, a consiliis fuit et pias *Sodalitates* seu Congregationes in sua patria instituit. Obiit Taurini an. 1812. — Edidit aliquas *Orationes panegyricas* et *Statuta Sodalitatis SS. Cordium Jesu et Mariae* (1798).

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. p. 26.

Ioannes Bapt. Dowdall, vide *Ioannes Bapt. ex Ultonia.*

Ioannes Bapt. ab Este (olim Alphonsus III Dux Mutinensis). — E nobilissima *Estensium Ducum* stirpe progenitus d. 21 oct. 1591, uxorem duxerat Isabellam a Sabaudia, quae obiit a. 1626. Caesare patre mortuo (11 dec. 1628) ei in Ducatum Mutinensem successit. At illa dignitate abdicata die 15 iul. 1629, eodem anno Ordinem nostrum amplexus est. In conventu Merani, die 8 sept., habitum sumpsit et eodem die, Urbano VIII adnuente, vota profitebatur. Sacerdotio auctus d. 26 dec. eiusdem anni 1629, munus concionatoris egregie obivit et omni ope commendabat Orationem « Quadraginta Horarum ». Obiit in conv. *Castelnuovo di Garfagnana* ab ipso condito, die 24 maii 1644.

BULLAR. CAP., II, 265-268; IV, 123.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 567-583.
LEGGENDARIO CAPP., V, 327-345.
LEGGEND. FRANC., V, 388-94.
ILG, *Geist d. Hl. Franz.*, II, 319-35.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 46; II 684-87, 691.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 141.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 262-63.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 36.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 128.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 84.
CIRILLO, *Memorie Prov. Emiliana*, I, 152-56.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 382, 407.
EBERL., *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 164 ss.
HOHENEGGER, *Das Kapuziner-Kloster zu Meran* (1898) pp. 73-88: Alfons III v. Este und Bischof Lamberg.
IDEM, *Gesch. Tirol. Prov.*, I, 105-12; II, 663.
CASIMIR DE TOULOUSE, *Vie du Duc de Modène capucin.* Béziers 1674.
CAVAZZUTI G., *Di Alfonso III d'Este.* Modena 1906 (ex: ATTI E MEM. D. DEPUT. DI STORIA PATRIA... Serie V, vol. V).
GASPAR DE ROUGNES, *L'illustre Capucin le Duc de Modène.* Aix, 1677.
GIOVANNI DA SESTOLA, *Del cappuccino d'Este Alfonso III*, Modena, 1646.
FERRARI FRANC. (mons.), *Isabella di Savoia, Principessa di Modena* (Modena 1938) pp. 145-197 et passim, de Alphonso III, sponso Isabellae.
LOUIS DE MONTOIRE, *Vies merveilleuses du Duc de Modène (P. Jean Bapt.) et de son épouse.* Paris. 1933. (cf. COLLECTAN. FRANC. a. 1940, p. 590).
OLMI GASPARE, *Un Duca cappuccino, ossia cenni sulla vita di Alfonso III.* Genova, 1877.
RAFFAELLI RAFF., *Il Conv. dei Capp. di Castelnuovo di Garfagnana ed il suo fondatore Alfonso III.* Bologna, 1884.
RODOLICO NICOLÒ, *L'abdicazione di Alfonso III d'Este* (Racconto storico), Bologna, 1901.
ARCHIV. FRANC., Hist. 8 (1915) p. 243. *Lettera del P. Giambatt. al card. Bentivoglio* (11 maggio 1644).
ÉTENDARD FRANC. 21 (1919) p. 32-34: *Le P. Jean Bapt. de Modène capucin aïeul de S. M. Albert I, roi des Belges* (Chérubin de Renaix).
FRATE FRANC. (Parma) a. 1923, p. 16-19: *Il P. G. Batt. e la devozione alla SS. Eucarestia.*
MISCELLAN. FRANC., 29 (1929) p. 3-7: *Alfonso III Duca di Modena si fa cappuccino.* (duo Docum. Archivi S. Conv. Assisien.). cf. *Collectan. Franc.* 1931, p. 270 n. 184.
RASSEGNA NAZIONALE, a. 1909 p. 373-79: *Un falso Sultano e un ex-Duca cappuccino, con Docum. inediti* (Paolo Negri).

Ioannes (S.) Eudes. Congregationis Iesu et Mariae institutor († 1680). — De illius cum Ordine nostro consuetudine, praesertim cum P. Ludovico Franc. ab Argentan celebre scrip-

tore, († 1680), nonnullae notitiae praebentur in ephemeride « *Analecta Ord. Capucc.* » vol. 41 (1925) p. 247-49.

Ioannes Bapt. a Faenza, vide *Baptista a Faenza.*

Ioannes a Fano (domo *Pili*), Prov. Picenae alumnus, doctrina et sanctitate illustris. — Inter FF. Minores Observantes, quibus se adscripserat, egregius Concionator evasit et bis Minister Provincialis electus est (1518, 1524). Eo tempore quo nostra Congregatio exordiebatur, ipse acriter eam impugnavit; at re melius cognita postea sententiam mutavit et ad nos libenter demigravit a. 1534. In Capitulis Gener. a. 1535-36 et 1538 celebratis, Definitor electus est, et Commissarius exstitit in Italia septentr. ubi plures conventus aedificavit. Prov. Picenae Minister electus est a. 1537, ac tandem e vita cessit a. 1539, septuaginta annos natus. — Nonnulla scripsit opera non parvi valoris, inter quae haec recensentur: *Dialogo della salute tra el frate stimulato et el frate rationabile circa la Regola de li frati minori.* Ancona, 1527. Quod opus auctor, post suum in nostram Congregationem ingressum, denuo retractavit, emendavit et auxit, attamen typis mandare non valuit. Novissime vero duplicem redactionem publici iuris fecit P. Bernardinus a Lapedona in periodico L'ITALIA FRANCESCANA, voll. VII-XIV (1932-38), postea seorsum edita 2 voll. Isola del Liri, 1933-35.

Brevis Discursus super observantia paupertatis FF. Minorum. Brescia 1536 et postea saepius editus ceu « Appendix » ad editiones minusculas Regulae minoriticae. Novissime editus est, Introductione et versione italica adiecta in: ANALECTA O. CAP., vol. XXVI, 1911, p. 54, 88, 113, 198, 232, 268.

L'Arte d'unirsi con Dio. Brescia 1536. Pluries editum opus ad meliorem formam redegit et edidit P. Dionysius a Montefalco (Romae 1622), commentariis vero illustrarunt P. Fredegandus ab Antuerpia (cf. infra « ANALECTA » vol. 39) et P. Remigius ab Alost (cf. infra: « COLLECTAN. » vol. 9).

Incendio delle zizanie Lutherane. Bologna, 1532. — Opus, si non primum, certe inter priora recensetur quae vulgari eloquio contra haeresim lutheranam impressa fuere (cf. LAUCHERT F. Die italienischen literarischen Gegner Luthers, Freiburg, 1912, pp. 328-31).

BIBLIOGRAPHIA

MONUMENTA HIST. O. CAP., I, 540 (Ind.); II, 521 (Ind.); III, 88-103 (Ind. 522); V, cfr. Index.
BOVERIO, *Annales*, I cf. Index rerum in fine vol. sub v. *Io. a Fano* et *Io. Fanestris.*
FLORES SERAPHICI, I, 37-41 cum figura.
LEGGENDARIO CAPP. V, 428-438.
EDUARDUS, *De primordiis Cap.*, p. 127 (Ind.).
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 9-11.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 37, 38, 45.
CUTHBERT, *The Capuchins* (v. Ind.).
BESCHIN, *Martyrol. Franc.*, d. 7 apr.
CANTINI G., o f. m., *I Francescani d'Italia di fronte alle dottrine luterane nel '500.* (Roma 1948), p. 69-74: *Giov. da Fano.*
DAVIDE, *Storia Capp. Veneti*, I (cf. Ind. p. 390).
MEMORIE FRANC. FANESI (1925) p. 189-216.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 135.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 71.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 56.
VECCHIETTI F., *Biblioteca Picena*, V, 109.
STANISLAUS, *Franzisk. Mystik*, p. 126.
DIONISIO DA MONTEFALCO, *Vita del P. Giov. da Fano* (ad calcem operis « *Arte d'unirsi con Dio* » eiusdem P. Io, quod editum est Romae 1622).
ANALECTA CAP. 26 (1910) p. 76 (nota) de P. Ioan. « *Historia di S. Giosef* ». — 39 (1933) p. 259, 279. *De Arte unionis cum Deo* iuxta P. Io. a Fano (Dissertatio P. Fredegandi ab Antuerpia). — 40 (1924) p. 45 s. In P. Io. Fanensem *epigraphae tres.*
COLLECTAN. FRANC., 8 (1938) p. 456 (recensiones); 9 (1939) p. 165-92: *De Oratione mentali in Ord. Cap. - P. Ioan. a Fano* (Remigius ab Alost).
ÉTUDES FRANC., 37 (1925) p. 273, 507: *Le P. Jean de Fano* (Dominique de Caylus); 47 (1935) p. 636-47: *Le P. Jean de Fano* (Ubaldo d'Alençon).
ITALIA FRANC. 10 (1935) p. 260-67. — 14 (1939) p. 86-105: *P. Giov. da Fano* (Bernardino da Lapedona).
ROUND TABLE, VIII (reimpr. a. 1949) p. 74-86.
VENEZIE FRANCESCANE, 14 (1947) p. 18 s. Padre Giov. da F. predicatore a Venezia).

Ioannes Anton. a Firenze, Min. Gen., Prov. Tusciae alumnus. — Ex senatoria *Federighi* stirpe ortus est a. 1657 et Ordinem ingreditur a. 1673. Orator facundia claruit etiam in regiis Aulis. Suae Prov. exstitit Lector, Definitor et bis Minister (1698, 1704). In Capitulis Gener. electus est bis Procurator (1709, 1712), et Supremus denique Moderator (1719). At biennio elapso, valetudinis causa, officio valedixit et Florentiae secessit; ibique terram deseruit d. 27 sept. 1733. — Septem volumina *Concionum* ab ipso scripta, in nostra Florentina Biblioth. asservantur.

BULLAR. CAP. II, 403; IX, 99, 721.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 453-459.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 183, 185, 192.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 139.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 83.
CINELLI-SANCASSANI, *Biblioteca volante*, II, 294 (FEDERICI) et 323.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I-II (cf. Ind.)
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 75, 220, 306, 676.
ANALECTA CAP., 8 (1892) p. 38; 12 (1896) p. 54 n. 85, 154.
ITALIA FRANC., 2 (1927) p. 341-60; *P. Giov. Ant. Oratore* (Romualdo Bizzarri da S. Marcello).

Ioannes Anton. a Firenze (familia *Schiatti*), Prov. Tusciae Lector nec non Definitor; Ordinis vero Definitor (1768) atque *Procurator Gen.* (1775). Romae obiit a. 1780.

FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 229, 233.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 85.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, II, 555 (Ind.).
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 154 n. 46.

Ioannes Bapt. a Firenze, vide *Tirinnanzi I.*, episc.

Ioannes Fidelis a Fusignano prov. Bononiensis alumnus frater percelebris poëtae *Vincentii Monti*. — Ortus an. 1750 in pago Alfonsine; Ordinem Capuccinorum ingressus an. 1769, munus obivit lectoris ab an. 1780 ad an. 1792, conspicuus pietate doctrina et prudentia. Obiit in loco Bagnocavallo die 31 aug. 1805, paulo ante suppressionem illius religiosae domus.

MONTI GIOV., *Cenni biografici del P. Gianfedele da Fusignano Cappuccino, fratello del poeta Vincenzo Monti*, Imola, 1876.
ANNALI FRANC. (Milano), an. 1929, p. 208.

Ioannes Bapt. a Genova, domo *Tagiasco*, alumnus prov. Genuensis ab a. 1830. Romam cum venisset apud valetudinarium a S. Spiritu in Saxia nuncupatum, ibi a. 1857 una cum P. Francisco a Porto Maurizio initia posuit Congregationis Fratrum III Ord. S. Franc., vulgo « Fratelli Ospitalieri dell'Immacolata Concezione » (cf. *Fratres Hospitalarii*). Genuae obiit nonagenarius a. 1905, nonnulla de re spirituali opuscula relinquens.

FRANC. SAV., *I Cappucc. Genovesi*, I, 53, 330-339; VI, 324.
ITALIA FRANC. 12 (1937) p. 130-31.

Ioannes Ludovicus a Goudargues est idem ac *Stephanus a Goudargues* († 1798), de quo suo loco agitur.

Ioannes a Grignasco, v. *Saliaschi I.*, episc.

Ioannes a Guernica, alumnus Prov. Navarro-Cant.-Aragonensis, ortus a. 1872, habitu seraphico indutus a. 1887 et per plures annos missionarius in Chile ubi obiit die 30 sept. 1950.

Ad fovendam inter fideles devotionem erga SS. Eucharistiam instituit Piam Unionem seu Confraternitatem vulgo nuncupatam de *Los Jueves Eucaristicos*, quia ab eius sodalibus singulis feriis V. adoratio SS. Sacramenti publice ac sollemniter in ecclesiis peragitur. Confraternitas approbata fuit a. 1907 ab auctoritate ecclesiastica, magnamque diffusionem obtinuit etiam extra Hispaniam.

P. Ioannes, praeter opuscula circa praefatam Confraternitatem, plurima etiam edidit opera de re historica, apologetica, etc. inter quae adnotantur: *Vida de amor, o sea la Eucaristía*. Tolosa 1917; *La Eucaristía. Doctrinas y destellos apostólicos*. Santiago de Chile 1937; *Vitalidad Franciscana*. P. Las Casas 1940; *Figuras Capuchinas*. Ibid. 193..; *Introducción a la mystica franciscana. Ensayo teológico-bibliográfico-literario*. 2. ed., Concepción 1933; *Mística, contemplación y su desarollo en el alma*. Santiago de Chile 1936.

BOLETÍN OFICIAL PROV. NAVARRA, 1950 p. 219-21

Ioannes Chrys. ab Herdringen (*Schulte*), prov. Rhenano-Westfalica lector, definitor et moderator. — Ortus a. 1880, habitu seraphico indutus an. 1899, theologiae lauream adeptus apud Universitatem Friburgensem an. 1909 dissertatione exhibita de vita et scriptis Patris Martini a Cochem. Egregiam ei famam extra Ordinis et Germaniae etiam fines peculiariter concitarunt: 1) concionatoris operositas, praesertim inter studiosos iuvenes; 2) zelus in confessionibus excipiendis et in animabus dirigendis. 3) plurima opera et dissertationes de re sociali etc. maxime vero de *theologia pastorali*. Obiit Monasterii (Münster) die 21 ian. 1943.

Opera eius praecipua typis data, quorum aliqua etiam in aliis linguis translata:

1) *Die Kirche und die Gebildeten. Zeitgeschichtliche Erwägungen und pastoraltheologische Anregungen*. Freiburg 1912;

2) *Unsere Lebensideale und die Kultur der Gegenwart*. Freiburg, 1914;

3) *Pastoraltheologisches und Aszetisches für Seelsorger unserer Tage*. Stuttgart, 1927;

4) *Priesterleben und Priesterwirken*. Stuttgart, 1929 et 1930;

5) *Was der Seelsorger von nervösen Seelenleiden wissen muss*. Paderborn, 1926.

6) *Zwischen zwei geistigen Welten. Erlebnisse und Bekenntnisse*, Paderborn, 1940;

7) *Die pastorale Behandlung der Psychopathien*, Düsseldorf, 1926.

Maximam autem partem dissertationum suarum P. I. Chrys. edidit in periodico *Theologie und Glaube* inde ab an. 1910.

P. SCHULTE, *Zwischen zwei geistigen Welten Erlebnisse und Bekenntnisse*, Paderborn 1940, pp. 430. (Est quaedam autobiogr.), cfr. *Collectan. Franc.* 1941, p. 533.
ANALECTA CAP. 59 (1943) p. 84-86, necrol.
ANNALI FRANC. (Milano) a. 1943, p. 146-47.
L'OSSERVATORE ROMANO, 2 marzo 1943, p. 2 (Biogr. et elenchus operum principalium).

Ioannes Evangelista a 's Hertogenbosch (Bois-le-Duc, *Silvaducensis*). Definitor et novitiorum Magister antiquae Prov. Flandro-Belgicae. — Natus a. 1588 (1589) seraphicam regulam a. 1614 professus est. Obiit Lovanii cum fama sanctitatis a. 1635. — De re ascetica et mystica tria scripsit opera valde aestimata, ex quibus duo flandrice, scilicet: *Het rijk Gods in de Zielen* (= Regnum Dei in animabus) Lovanii, 1637... Brugge, 1921. — *Het eeuwich Leven: Qui manducat meam carnem...* Loven (Lovanii) 1644; unum vero latine, nempe: *Divisio animae ac spiritus, sive anagogicus... libellus... theologiae mysticae studiosis utilis*. Lovanii, 1652. — Eiusmodi tractatus saepius

editi sunt atque insuper in alias linguas translati.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 145.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 70, 132.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 158, 220.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 126 s.
CUTHBERT, *The Capuchins* (v. Ind.).
P. OPTATUS, *De Spiritualiteit van de Capuc. in de Nederlanden* (1948), p. 125-49.
STANISLAUS, *Franz. Mystik*, p. 130.
ÉTUDES FRANC., 45 (1933) p. 235 nn. 42-43.
FRANC. LEVEN, 14 (1931) p. 73, 187; 15 (1932) p. 185-92 (de vita et oper. P. Io. Bapt.); p. 266, 297, 323: *Wie is de auteur van de « Geestelyke Oeffeninge voor de novitieën »?* (P. Gerlachus), cf. *Collect. Franc.* 1934, p. 308 n. 258.
ONS GEEST. ERF. 8 (1934) p. 369-397, *P. Ioan. Evang. - Zijn leven* (Clarentius van Rotterdam) - cf. *Collect. Franc.* 1938 p. 469 n. 718.

Ioannes hispanus, vide *Ioannes a Medina.*

Ioannes Maria a King's Lynn (*Finigan*) prov. Angliae (1857 † 1931). — Ad propagandam inter fideles devotionem erga Spiritum Sanctum, enixe adlaboravit. Imprimis « *Coronam Spiritus Sancti* » composuit quam S. Congreg. a. 1900 approbavit et Leo XIII a. 1902 indulgentiis ditavit. — Insuper « *Pia Unio* » fidelium in honorem Spiritus Sancti ab eo fundata est in civitate *Olton*, quae recognita ab archiepiscopo Birmingamiensi, indulgentiis item locupletata est a Benedicto XV a. 1920. — Tum « Corona » tum « Pia Unio » magnam diffusionem habuerunt. — Idem Pater praelo dedit nonnulla opuscula pietatis.

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 40.
ANALECTA CAP., 18 (1902) p. 129, *Corona Spirit. S.* — 37 (1921) p. 70, *Pia Unio.*
FATHER MATHEW RECORD (Dublin), 43 (1950) August; p. 7, *A great Capuchin.*
THE FRANCISCAN ANNALS (London) 56 (1932) pp. 33-38. *An apostle of the Holy Spirit.*

Ioannes a Landen (*Mosman*), quondam de Minoribus Observantibus, postea ad nostrates transiit in prov. Parisiensi. — In Belgium missus (1585) ad nostrum Ordinem ibi excitandum, obiit a. 1618. Nunc iam demonstratum est ipsum socium Martyrum Gorcomiensium nunquam exstitisse.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 367; II, 494.
P. HILDEBRAND, *Was de Io. v. Landen een gewezen Metgezel der Martelaars v. Gorcum?* in: « *Studia Cath.* » VII, 1930-31, p. 121-31. (cfr. « *Collectan. Franc.* » 1932, p. 437 n. 75).
ÉTUDES FRANC., 21 (1909) n. 688-91: *Le P. Jean de Landen* (Basile de Bruges).

Ioannes Bapt. a Le-Petit-Bornand, e Sabaudiae Provincia. — *Vellut* domo nascebatur an. 1853 et Ordini nostro nomen dedit a. 1871. Fervidus fuit concionator et versatili ingenio praeditus in dicendo. E patria, una cum fratribus exsulare coactus, in Italiam aufugit atque in nostra Pedemontana prov. commoratus est: obiit Clavasii d. 3 febr. 1925. — Inter plurima quae scripsit de re theologica, eminent quae sequuntur: *Essai sur la Primauté de N. S. Jésus Christ et sur le motif de l'Incarnation* (Lyon 1900) — *Sur la question du nombre des Elus* (II ed. Paris 1908). — *De la divine Providence* (ed. IV, a. 1899).

ANALECTA CAP. 41 (1925) p. 278-281, necrol.

Ioannes Franciscus a Lucca, Prov. Tusciae alumnus. — E *Torre* familia natus, iam doctoris laurea in utroque iure insignitus, inter nostros cooptari maluit a. 1617. Fuit Novitiorum Magister, Definitor et Vicarius Prov. suae Provinciae; aliarum vero Provinciarum Visitator Generalis. — Orator etiam exstitit egregius. Romae obiit sanctitatis cum fama d. 16 ian. 1665, et, petente Lucensi Republica, eius corpus in patriam translatum est. Processus Informativus Causae ipsius beatificationis iamdiu institutus fuit.

PELLEGRINO, *Annali*, III, 84-86.
LEGGENDARIO CAPP., I, 221-234.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 147.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 39.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 253.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 164.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 638 (v. Lucca).
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 117-19, 295, 676.
FERDINANDO DA MONTIGNOSO, *La stella d'oro della Famiglia Torre* (*P. Franc. da Lucca*). Lucca 1908.
IDEM, *Un fiore dei monti Lucchesi*, Ib. 1908.
ANALECTA CAP., 28 (1912) p. 233. — 29 (1913) p. 61 n. 16 (Causa beatif.).
SQUILLA SERAF. MARIANA, a. 1927, p. 123 s.

Ioannes a Lugano,
vide *Fraschina I.*, archiep.

Ioannes Chrysostomus a Lyon, prov. Lugdunensis alumnus. Natus e familia *Potton* an. 1828; Ordinem ingressus an. 1852; sacerdotio auctus an. 1856. Munus praedicationis, et Ministri Provincialis (1876) obivit necnon Visitatoris Generalis in Hibernia (1877, 1879). Praecipue vero sibi nomen acquisivit ut institutor (Angers, 1870) III Ordinis Congregationis nuncupatae « *Franciscaines de Sainte-Marie-des-Anges* » et canonice approbatae ab Episcopo Andegavensi *Freppel* die 6 iunii 1872. Quoniam vero Congregatio die 12 aug. 1873 se transtulit in antiquum prioratum Ordinis S. Benedicti vulgo « de l'Esvière » nomen assumpsit quoque *Franciscaines de l'Esvière.* Nostris diebus sorores plus quam 400 numerantur in fere 20 domibus distributae; in Europa SS. Sacramentum Eucharistiae die noctuque adorant ac operibus caritatis incumbunt; in Asia Patribus Capuccinis in missionibus Indiae laborantibus auxilium praebent. Congregatio Ordini Capuccinorum

aggregata est die 12 febr. 1923 et pontificiam approbationem nacta est an. 1925.

P. Ioannes Chrysostomus obiit die 26 apr. 1895. — Opera: *Manuel du pèlerin* (Lyon, 1867); *Le pèlerinage de N. D. sous-Terre* (Angers, 1873); *Le livre de l'amour de Jésus-Christ* (1895).

BULLARII CAP. REGESTUM. n. 4322 (an. 1876), Pium opus ab Associatione Reparatrice nuncupatum a P. Chrysost. Lugdunensi propagatum a Pio IX commendatur.
DICTIONN. DE SPIRITUALITÉ, II, 879-81.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 39.
P. NORBERT. O.F.M., *Les Religieuses francisc. en France* (Paris 1897), p. 202-216.
LOUIS DE GONZAGUE [ab Ingrandes], *Le Père Chrysostome de Lyon, Capucin, fondateur des Franciscaines de S. Marie des Anges.* Paris 1932 pp. 522. — Cfr. *Collect. Franc.* 1934, p. 436 s.; *Etudes Franc.* 1933, p. 254
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 63, necrol. — 43 (1927) p. 118-120, Notitiae de Congr.
ANNALES FRANC. (Paris), 18 (1924) p. 169 — 19 (1925) p. 468, 518. 566 (Notitiae de Congr. *Franciscaines de S. Marie.*

Ioannes Ludov. a Lyon, vel a Besançon (domo *Loir* seu *Loire*), alumnus prov. Lugdunensis. Tempore Revolutionis gallicae martyr fidei occubuit apud Rochefort a. 1794.

BESCHIN, *Martyrol. franc.* (19 maii).
ÉDOUARD, *Essai de Martyrologe*, p. 9.
ANALECTA CAP., 51 (1935) p. 236.
ÉTUDES FRANCISC. 42 (1930) p. 166-88, *Le P Jean-Louis de L. et les Capucins morts sur les Pontons de Rochefort en* 1794. (P. Armel).

Ioannes a Maurienne, Prov. Sabaudiae. — Familia *Bozel* natus est a. 1548 in pago *Albiez-le-Vieux.* Sacerdotio auctus a. 1575, dum Parochi munus in patria obiret, ad nostros venit a. 1580. In exordiis Prov. Sabaudiae fuit Novitiorum Magister et Definitor. Custodiae vero Burgundiae Superior factus est a. 1603. Virtutis exemplar factus et miris operibus fulgens, sancte obiit in conv. Chambéry die 15 mart. 1614. — Processus informativus inchoatus an. 1617, mandante postea S. Congr. relictus est ob cultum indebitum (ut opinio est) P. Ioanni quadam occasione exhibitum.

DE-PISE, *Annales*, p. 80-119.
OLGIATI, *Annali*, I, 131-176.
ROCCO DA CESIN., *Stor. Miss.*, I, 257, 297.
EUGÈNE, *Nécrol. de Savoie*, 288.
JEAN, *Les Cap. en Savoie*, p. 61-64.
ANNALES MINORUM, ad a. 1614 n. 32.
ILG, *Geist d. H. Franz.*, II, 94-113.
TRUCHET (ABBÉ) — *Vie du Ven. Jean de Maurienne capucin.* Chambéry, 1867.
ÉTUDES FRANC., 35 (1923) p. 114 (bibliogr.)
ROSIER DE ST. FRANÇOIS, a. 1900, p. 84-87 (de corpore P. Io.); a. 1914, p. 65, 97, 129 (de III centen. ab obitu P. Io. a M.).

Ioannes a Medina del Campo, (Metymna Campi in Hispania) familia *Zuazo*, prov. Tusciae alumnus. — In Italiam cum venisset, ad Tusciae Prov. se contulit, ibique in conv. Montepulciano habitum suscepit a. 1539. Vir fuit virtutibus ornatus, ut non aliter adpellaretur nisi « Sanctus hispanus ». Assisii dum est, eas mirabiles a Domino revelationes accepisse fertur, ob quas de Ordinis nostri ventura sorte (post casum Ochini) minime desperandum fore certior factus est. Circa a. 1550, primus nostrae Congregationis missionarius, *Constantinopolim Aegyptumque* navigat cum socio Francisco Appulo. At cum in Cairo urbe Mahumetis doctrinae fallaciam vehementi animi ardore demonstrat, ab illis infidelibus in carcerem coniicitur, ibique inedia aliisque tormentis consumptus in Domino quievit a. 1551.

MONUMENTA HIST. O. CAP., I, 84, 289, 457; II, cf. Ind.; III, 292-300; VI, cf. Ind.
BULLAR. CAP., VII, 99.
BOVERIO, *Annales*, I, 356-367. 443-445.
FLORES SERAPHICI, I, 206-211 cum figura.
LEGGENDARIO CAPP. I, 59-64.
LEGGENDARIO FRAN., I, 32.
ILG, *Geist d. H. Franz.*, I, 54-62.
BESCHIN, *Martyrol. Franc.*, (4 ianuarii)
PALOCCI, *Frutti seraf.*, p. 31-35.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* I, 49, 53-55, 408, 410, 412.
CLEM. DA TERZ., *Le Missioni*, II, 363 (Ind.).
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 137.
SISTO, *Stor. Capp. Toscani*, I, 75-83, 94-96.
VIVES, *Biogr. hisp.-Capuchina*, p. 131-51.
ANDRÉS, *Vitalidad seráfica*, I, 19-31, 125-36.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, cf. Ind.
VERNIERO PIETRO, O. F. M., *Annali di Terra Santa*, I, 119-20 (Quaracchi 1930)
ANALECTA CAP., 30 (1914) p. 141 nota 7.
IL MASSAIA, 7 (1920) p. 17-21.
ITALIA FRANC., 8 (1933), p. 181-185.
ROUND TABLE, X (reimpr. a. 1949), p. 130-39, *The first Capuchin missionaries.*

Ioannes Bapt. a Melegnano (*Rossi*), Parmensis prov. magister novitiorum. — Fuit missionarius valde aestimatus, prius in Raetia apud Helvetos (1834) deinde (1836) in Indiis Orient. Fuit vicarius Servi Dei Anastasii Hartmann et post eiusdem mortem (apr. 1866) Pro-Vicarius Apost. — Obiit in civitate Bettiah die 18 dec. 1866.

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, IX, 602 (Ind.)
FELICE, *Missionari Prov. Parmense*, p. 55-57.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 542-45.
ADELHELMUS, *Monumenta Anastasiana*, Pars I, vol. V, cfr. Index p. 1285.

Ioannes Gaspar a Mergentheim (*Braitenpächer*), provinciae Bavaricae lector, concionator et definitor († 1701). — Varia scripsit atque vulgavit opera de re ascetica et morali.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 148.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 39, 84.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 168.

CHRONICA BAVAR. PROV,, p. 247, 407.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kapuz.*, p. 293.

Ioannes Ant. a Milano,
vide *Zucchetti I. A.* episc.

Ioannes Bapt. a Milano (*Galliena*), prov. Mediolanensis concionator et chronologus. Natus a. 1705, quo anno obierit ignoratur. — *Vitam* vulgavit Fr. Hieronymi a Corleone (1754) pluries impressam vel etiam in hispanicum idioma versam. Edidit insuper aliqua opera litteraria, suo suppresso nomine, scilicet: *Memoriae subsidium metricum* (1763) — *Raccolta di frasi italiane* (1768) — *Rimario* (1753).

ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 194-96.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 425-28.
MELZI, *Dizion. Op. anon.*, II, 445 (v. *Rimario*).

Ioannes Petrus a Milano. — E marchionibus *Recalcati* natus est a. 1618. Parentibus mortuis, divitias suas pauperibus et Xenodochio Mediolanensi distribuit, atque inter nostros cooptatus est an. 1635 (1636). Divini verbi praeco fuit indefessus et munera Definitoris, Vicarii prov., Praefecti Missionis Raetiae exercuit (1658-60). Dum quadragesimalem praedicationem in loco *Busto Arsizio* a. 1681 peragit, sancte obiit. — Scripserat volumen de sacris caeremoniis.

PELLEGRINO, *Annali*, III, 315-319.
LEGGENDARIO CAP., III, 286-294.
LEGGENDARIO FRANC., X, 470.
CLEM. DA TERZ., *Le Missioni*, I, 292.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, II, 146-54.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 197.
POZZI G., *Vita del S. di Dio Giov. Pietro Recalcati*. Milano, 1723.
GALDINO DA MEZZANA SUP., *Un astro serafico... P. Giampietro da Mil.*, Milano 1932 (cfr. COLLECTAN. FRANC. a. 1933, p. 431).
ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 382 (Inscriptio).

Ioannes Bapt. a Modena,
vide *Ioannes Bapt. ab Este.*

Ioannes a Moncalieri, Min. Generalis, Prov. Pedemontanae alumnus. Ex opulenta *Moriondo* familia ortus, civilis iuris lauream postquam obtinuerat, Ordini nostro an. 1605 nomen dedit. Vir pietate ac doctrina praeclarus. Lectoris, Definitoris et bis in sua provincia Ministri officium obivit. Anno 1625 apostolici Brevis auctoritate *subalpinorum* missionibus praeficitur. Socius fuit itinerum et consultor P. Ioannis Mariae a Noto Generalis Ministri, eumque secutus est in visitatione tum italicarum tum exterarum provinciarum. In generalibus comitiis annorum 1633 et 1650 Definitor electus, anno denique 1637 ad supremam totius Ordinis moderatoris dignitatem evehitur. Is praecepit ut, post diem festum S. Francisci, anniversaria celebraretur « commemoratio fratrum nostrorum defunctorum » utque *Chorographica descriptio Provinciarum* publice in lucem ederetur, quod quidem accidit semel Romae an. 1643 et bis Augustae Taurinorum annis 1649 et 1654. In provinciam suam reversus obiit in patrio coenobio an. 1654, aetatis vero 76.

BULLAR. CAP., II, 389.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 221-227.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 132, 135, 146.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 136.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 105, 106.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 191.
DEROSSI O., *Scrittori Piemontesi*, p. 59, 196.
ROCCO DA CESINALE, *Storia* I, 240; II, 287.
FERRERI, *Rationarium Miss.*, I, 229, 230.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, IV, 41-64.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 166.
MOLFINO (Franc. Sav.) — *Memorie autografe del P. Giov. da Moncal. Generale dei Capp.*, Firenze, 1909. (Estratto dalla « RASSEGNA NAZIONALE » fasc. 1 genn. 1909).

Ioannes Antonius a Montecuccolo, (*Cavazzi*) prov. Bononiensis alumnus. — An. 1621 natus, in Ordinem nostrum ingreditur a. 1639. *Congi missionem* adiit an. 1654, in qua magno ardore apostolicum ministerium explicavit eidemque an. 1662 praefuit. An. 1669 venit in Italiam ad aliqua negotia apud S. Propagandae Fidei Congreg. expedienda; qua occasione ab eadem Congregatione fuit rogatus ut suae missionis historicam narrationem litteris consignaret. In Congum reversus aliquot ibi annos iterum mansit, donec propter infirmam valetudinem, an. 1678 missionem prorsus deserere cogitur. Genuam cum pervenisset, ibidem mense iulio eiusdem anni 1678, ex hoc saeculo migravit.

Opus quod de Congi missione conscripserat, a viris doctis magni aestimatum, postea P. Fortunatus Alamandini a Bononia recognovit, emendavit et in lucem edidit hoc cum titulo: *Istorica descrizione de' tre regni Congo, Matamba et Angola, situati nell'Etiopia inferiore occidentale, e delle missioni apostoliche esercitatevi da religiosi Cappuccini*, Bologna, 1687, dein Milano, 1690; nuper vero, cura periodici commentarii pro missionibus, cui titulus « *Il Massaia* » itidem typis est traditum ab a. 1931 ad an. 1933. Fuit insuper translatum in linguam germanicam (*Historische Beschreibung in Congo...*, Muenchen, 1694) et in linguam gallicam a P. Io. B. Labat O. Praed. (*Relation historique de Congo...*, *Paris*, 1732).

CAVAZZI, *Istoria d. Congo* (cf. Ind. *Montecuccolo*).
BULLAR. CAP., VII, 202 s.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 306-310.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, III, 598, 608, 612, 614, 617, 619, 621, 623, 643 s., 669.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 685 (Ind.).
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 138.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 257-61.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 246.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 121, 122.
STREIT, *Bibl. Missionum*, I, nn. 715, 1353.

FELICE, *Missionari Prov. Parma*, p. 30.
AMAT DI S. FILIPPO, *Biografia dei Viaggiatori italiani* (Roma 1882), I, 419.
HENRION, *Storia delle Miss.*, II, 340.
BIOGRAFIA UNIV. (Venez. 1823) X, 399 s.
PENNESI G., *I missionari viaggiatori italiani nella Bassa Guinea* (Roma 1881) p. 22-27.
CUVELIER, MGR., *Notes sur Cavazzi*. Bruxelles, Editions Universitaires, 1949 (Extr. de «*Zaire*» février 1949).
PALADINI PAOLA, *Giannantonio Cavazzi missionario al Congo*. Modena 1940.
SAMUELE CULTRERA DA CHIARAMONTE. — *Un grande missionario del sec. XVII. P. Cavazzi*. Milano, 1925.
SANTI VENCESLAO, *Cenni su G. A. Cavazzi da Montecuccolo*. Modena 1883.
SORBELLI ALBANO, *Sulla stampa dell'opera del P. G. Cavazzi da M.* Modena, 1908. (Estr. da «*Ombre sul Monte*»).
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 363 (de opere P. Io. Ant. Cavazzi).
BOLLETT. SOC. GEOGR. ITALIANA, a. 1949 p. 90-91, *Contribuzione alla conoscenza dell'Angola*.
NEERLANDIA FRANC., I (1914), p. 262-65 (P. Edouard, *Bibliogr. Congolaise*).
COLLECTAN. FRANC. 13 (1943) p. 176 s. (de opere P. Cavazzi «*Istor. descr. del Congo*»).

Ioannes Bapt. a Monza, Prov. Mediolanensis filius, ex *Aguggiari* nobili genere natus, † 1631. Cum in *Varese* oppidi coenobio moraretur a. 1602 saepiusque montem ascendere cogeretur ut suum erga augustinianas sorores spirituale ministerium obiret, statim arduum consilium iniit aliquot *sacella* seu *aediculas* extruendi, iuxta viam, quae, in montis summitatem enititur usque ad celebre Sanctuarium B. M. Virginis. — In id propositum pius religiosus fideles hortabatur concionando ut aes et opem ad optata aedificia excitanda confestim conferrent. Collata igitur brevi tempore pecuniarum magna vi, an. 1604, inchoata sunt aedificia, quae anno tantum 1680 ad felicem exitum perducta sunt. Illa, quindecim numero, sacella perpolito opere architectonico affabre exstructa ac decorata, pios viatores ac peregrinantes in religiosam admirationem adhuc rapiunt et ad recolenda mysteria SS. Rosarii excitant.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 586.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 269-279.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, II, 292-96.
PASTOR, *Storia dei Papi*, XII, 205.
DEL FRATE, COSTANTINO, *S. Maria del Monte sopra Varese*. Chiavari 1933, (p. 8 ss. de P. Io. Bapt., passim). Opus perpulchrum et imaginibus illustratum.
SALVINI ALFONSO, *Santuari Mariani d'Italia*, IV ed. Alba, 1940, p. 105-108.

Ioannes Bapt. a Murcia, prov. Valentiae definitor († 1746). — Multa scripsit et praelo dedit de re ascetica, morali, historica etc.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 142 s.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 130; III, Append.
EUGENIO, *Necrol. Prov. Valencia*, 23 apr.

Ioannes Maria a Noto, Min. Gen., Prov. Syracusanae alumnus. — Ex gente *Minniti* ortus est a. 1563. In Provincia munera Lectoris, Definitoris et pluries Ministri obivit. P. Clementis a Noto Ministri Gener. fuit Consultor et comes itinerum. In Comitiis Gener. a. 1625 (d. 16 maii) electus est supremus Moderator Ordinis, quod munus obivit peculiari gubernandi ratione et primus omnes Provincias Ordinis visitavit. Nondum a Generalatu solutus, Neapoli sancte mortuus est d. 4 febr. 1631. De historia Ordinis bene meritus est, nam Patri Zachariae Boverio *Annales* conficiendi munus ipse demandavit.
BULLAR. CAP., III, 193.
DE-PISE, *Annales*, p. 834-836.
BERTANI, *Annali*, ad a. 1631 n. 2-13.
LEGGENDARIO FRANC., IV, 262.
LEGGENDARIO CAPP., II, 92-98.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 124.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 149.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 184.
MONGITORE, *Bibliotheca Sicula*, I, 351.
SAMUELE, *Mem. Prov. Sirac.*, p. 159, 195-202
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 67; 12 (1896) p. 53 n. 24; 10 (1894) p. 246, 283: *Iter s. Visitationis Io. M. a Noto, Min. Gen.* (1625-31).

Ioannes Chrysost. ab Oberbüren, ex illustri stirpe *Schenk von Castell* natus an. 1581 (vel 1582). — In Prov. Helvetica, in qua habitum acceperat a. 1601, munia Novitiorum Magistri et Definitoris exercuit. Vitam duxit vere angelicam et peculiarem erga *Puerum Iesum* devotionem et familiaritatem habuit. Obiit cum fama sanctitatis in *Delsberg* d. 25 nov. 1634. — Pro tyronibus nostris ediderat: *Exercitia spiritualia*, primum Constantiae, postea pluries alibi recusum; novissime vero Romae, 1893.
BULLAR. CAP., IV, 28 (de beatific.).
SILVESTER MEDIOL., *Annales*, p. 687-706.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 397-419.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 99-106.
ILG, *Geist d. H. Franz.*, II, 247-67.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 144.
STANISLAUS, *Franziskan. Mystik*, p. 131.
CHRONICA PROV. HELVETICAE, p. 194-97.
ROMUALDUS, *Prov. Ant. Austr.*, p. 285-88, 324
LA VIE *du Vén. Jean Chrys. Schenck de Castel*, Porrentruy, 1714.
BARTHOLOMAEUS WASSERER, O. CAP. — *Der Kapuziner mit dem Christkindlein* (*P. Jo. Chrys..*) *Ein Lebensbild*, Mainz, 1888.
SUTTER PAULUS, *Der Christkindpater von Ensisheim. P. Chrysost. u. sein Jesulein*. Guenange 1936.
WILIBALDUS A FREIBURG, *Vita P. Io. Chrysost. Schenck de C.*, Eystadii 1700.
COLLECTAN. FRANC., 9 (1939) p. 425 n. 314-15
COLLECTAN. HELVETICO-FRANC., Bd. I B, 1 Heft (1937) p. 8-27.

Ioannes Bapt. Polonus (domo *Dembinski*) Prov. Helveticae alumnus et Definitor. — Habitum nostrum Mediolani suscepit a. 1585, statimque post professionem relig. in Helvetiam destinatur. S. Fidelis a Sigmaringa familiaris fuit, eiusque sacramentales confessiones excepit. Constantiae, cum fama sanctitatis decessit a. 1632.

BULLAR. CAP., IV, 63.
DE-PISE, *Annales*, p. 941 ss.
BERTANI, *Annali*, an. 1631 nn. 140-45.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 616-632.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 313-333.
LEGGENDARIO FRANC., II, 424.
LEGGENDARIO CAPP., I, 96 ss.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*; II, 67.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 95, 146-48.
SCHWEIZER. PROV. FESTSCHRIFT, p. 383 s.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 282-85.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) p. 195 ss, 214.
COLLECTAN. HELVET. FRANC., V, 1945, p. 22 s.; *Ein Buch das dem P. Joh. geschenkt wurde* 1612.

Ioannes Bapt. de Pradal, vide *Ioannes Bapt. a Castelsarrazin*.

Ioannes Maria a Regensburg (Ratisbona), cognomento *Klein*, Prov. Bavaricae pluries Minister et Ordinis Definitor Gener. (1847). Vir doctus in disciplinis ecclesiasticis et, dum in Urbe degit, artificibus Germanicis maxime favit. Natus a. 1812, obiit in loco Aschaffenburg d. 10 apr. 1874. Exstat eius: *Catalogus Scriptorum ab a. 1747 usque ad 1852, sive Appendix ad Bibliothecam Scriptorum Capuccinorum a P. Bernardo Bononiensi edita a. 1747.* Romae, 1852. Animadvertendum quod praesens opus iterum impressum fuit eodem anno, nonnullis adiectis correctionibus et novis in ipso textu allatis scriptoribus. (cf. *Collectan. Franc.*, XII, 1942, p. 246-249).

BULLAR. CAP., X, 178, 723.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 275.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 578 ss., 661.
PATER *Iohan. M. Klein, Exprovinzial... ein Lebensbild*. Aschaffenburg, 1874.

Ioannes Franc. a Reims (Rhemensis), in Prov. Parisiensi S. Eloquentiae arte necnon scriptis libris clarus fuit. Domo *Dozet* ortus, inter nostros cooptatus est a. 1615 et vita excessit a. 1660. — Opera spiritualia non parvi momenti edidit, scilicet: *Le Directeur pacifique des consciences*. 3 voll. (II ed. Paris, 1634) — *La Vraye perfection de cette vie dans l'exercice de la présence de Dieu*. 2 voll. (ib. 1651); quae Opera pluries impressa fuere.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 147.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 77.
IO. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 165.
EMMANUEL DE LANMODEZ, *Les Gardiens des Cap. à Paris* (1893) p. 18-20.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XIII, 2130.
ÉTUDES FRANC., (1927), p. 465.

Ioannes a Rieti, vide *Santini Io.*, episc.

Ioannes Franc. a Roma. — Missionis Congi in Africa vere apostolus, illuc a. 1643 profectus est, ibique sicuti patrem barbari eum venerabantur. Romam cum rediisset, lue pestifera grassante, caritatis victima occubuit a. 1656. — Edidit opus non parvi momenti, quod ita inscribitur: *Breve Relatione del successo della missione de' FF. Min. Cappuccini al Regno del Congo. E delle qualità, costumi e maniere di vivere di quel Regno, e suoi Habitatori.* Roma, 1648, 1649. Milano, 1651. Quae *Relatio*, gallice etiam et germanice translata est.

BULLAR. CAP., VII, 195-98.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 113-118.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 147.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 77.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 165.
CAVAZZI, *Istoria d. Congo*, (cf. Ind. *Romano*).
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.* III, 530, 536-39, 542, 575-79, 589, 591, 632.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 676 (Ind.).
AMAT DI S. FILIPPO, *Biogr. dei Viaggiatori ital.* (Romae 1882) I, 412-13.
ANALECTA CAP., 6 (1890), p. 363.
BOLLETT. SOC. GEOGR. ITALIANA, 1949 p. 85-87, 200 (nota), Contributo alla conoscenza dell'Angola.
NEERLANDIA FRANC, I, (1914) p. 37-39; II (1919) p. 118 n. XLV (*Bibliogr.*).

Ioannes a Romano di Lombardia (familia *Bellotti*) Prov. Brixiensis. — Ad missionem Congi in Africa missus est a. 1671. Postea Praefectus renuntiatus, ad regem Lusitanum nuntius mittitur ut causam suae missionis ageret. In Congum denuo revertitur, at laboribus fractus, missionem derelinquere coactus est. Dum per mare iter facit, prope locum vulgo « Terzere » e vita cessit ineunte a. 1685. — Edidit opus asceticum « *Tromba sonora...* » pluries editum. In Archivo Gener. Ordinis asservatur eius ms. « *Advertimenti ai missionari del Congo...* ».

ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, III, 644, 646, 651-55, 663, 705-07.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 676 (Ind.)
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 134.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 135.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 37.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 205.
MELZI, *Dizion. Opere anonime*, III, 177 (Tromba sonora...)
STREIT, *Bibl. Missionum*, I, p. 327.
VALDEMIRO, *I Capp. bergamaschi*, p. 85-87.
DICTIONN. HIST. ECCL., VII, 928.
NEERLANDIA FRANC., 2 (1919) p. 104 n. XXIII.

Ioannes a Rovezzano, Firenze, prov. Tusciae — Raphael *Curradi* in saeculo dictus, sculptor fuit insignis, suaeque artis monumenta miranda reliquit praesertim Florentiae in viridario et in fronte *Pitti* Palatii. Ad caelestia vero anhelans, adhuc iuvenis ad nostrum Ordinem cucurrit et inter laicos adnumeratur a. 1635.

Nobis egregiae suae artis opera exhibuit in *Depositione a Cruce*, quae sex figuras ad vivum expressas coacervat, quaeque ad « Cellas » Cortonae servatur. Florida 44 annorum aetate, Senis (Siena) defunctus est d. 27 dec. 1655.

MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 292-94.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 63, 468.
ORLANDI P. A., *Abecedario Pittorico*, (Napoli 1763) pag. 384.

Ioannes Bapt. a Sabbio, antiquae Prov. Brixiensis. — E gente *Carampelli* ortus a. 1621, viginti annos natus in Ordinem nostrum ingreditur. Cathedram et suggestum illustravit fuitque Provinciae Definitor et Minister. In Raetiam ivit missionarius, ibique Praefecti munus exercuit. Anno 1678 in Capit. Gen. Procurator electus est; a. 1691 Definitor nominatur et a. 1696, ob mortem P. Procuratoris, eius officium obivit usque ad proximum Capit. a. 1698, in quo denuo Definitor assumitur. Post paucos menses e vivis eripitur ineunte anno 1699.

BULLAR. CAP., II, 346.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 17-22.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 163, 170, 178.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, II, 216 s.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 85, 96.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 164-71.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 153 nn. 30, 33.

Ioannes Bapt. a Saint-Aignan, antiquae Prov. Turonicae. Per 24 annorum spatium (1661-1685) sacra Palaestinae loca et alias Orientis regiones evangelium praedicando peragravit. In Palaestinae ac Syriae missionibus Praefecti munus exercuit. Linguas non paucas satis cognitas habuit librosque aliquot arabice composuit. Secundum aliquos idem auctor esset operis *Théâtre de la Turquie* inscripti, quod publice fuit divulgatum falso *Michel Febure* nomine (cf. « Collectan. Franc. » a. 1933, p. 384 ss.); sunt tamen qui idem opus *P. Iustiniano a Neuvy* attribuant (vide *Iustinianus a N.*) Post actuosissimi apostolatus labores strenue exantlatos etiam apud Maronitas, in pace quievit a. 1685.

ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 200, 206, 223, 228, 257, 266 s. 271.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Miss.*, V, 491; VI, 503.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 143.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 34.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 38.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 126.
COLLECTAN. FRANC., 1 (1931) p. 340; 2 (1932) p. 185 ss. (de scriptis arabicis P. Io.).

Ioannes Chrysost. a Saint-Etienne, alumnus prov. Lugdunensis. — *Bigel* genere natus a. 1854, habitum seraphicum sumpsit a. 1873. Missionarius ivit ad insulas Seychelles a. 1884, postea transiit in Arabiam (Aden) a. 1889, ac demum apud Gallas in Aethiopiam a. 1893, ubi vitam finivit die 12 augusti 1931. Leo XIII, die 27 febr. 1901, illum creaverat episcopum tit. *Eumenensem* et Vicarium Apost. Arabiae, at ipse hanc dignitatem recusavit.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 137.
ANALECTA CAP., 17 (1901) p. 103 (el. episc.) — 47 (1931) p. 335 s. (necrol.).

Ioannes Chrysost. a Saint-Etienne-Fursac, alumnus prov. Tolosanae. — Genere *Toulouse* ortus a. 1855, inter Capuccinos cooptatus est a. 1878, obiitque a. 1929. — In poësi bene exercitatus, ac de singularibus praerogativis B. M. Virginis assertor egregius, opera quae sequuntur praelo commisit: *Voix célestes. Poésies.* (Poitiers 1898). — *L'Antoniade. Vie de St. Antoine de Padoue en vers.* (Ib. 1902). — *La Très Sainte Vierge Marie.* (Toulouse, 1914). — *Les trois grands privilèges de la Vierge: Puissance, Sagesse, Miséricorde.* (1916).

IRÉNÉE, *Bibl. de Toulouse*, p. 44.

Ioannes Bapt. a San Lorenzo (*Familiari*), prov. Rheginensis Calabriae, olim alumnus Instituti Apostolici Orientis. — Fuit missionarius in insula Candia, Superior Missionis Smyrnensis, et per duos annos (1910-12) apostolicum ministerium exercuit in Russia. In Italiam reversus, Romae mansit per aliquod tempus, deinde suam Provinciam petiit, ubi praesertim diffusioni Tertii Ordinis se dicavit. Obiit die 8 mart. 1927. — Praeter plura studia ab eo vulgata in Commentariis periodicis graecis et italicis (*Bessarione, Il Massaia, Bollettino Franc. delle Calabrie*, etc.), non pauca opera praelo commisit, inter quae recensentur: *Saint Polycarpe et son Tombeau* [à Smyrne], Constantinople 1911. — *Le Colonie della Magna Grecia in Calabria. Origine, apogeo, decadenza.* Grottaferrata 1915. — *La mia missione in Russia* (ex: « Bollettino Franc. ») Reggio Calabria 1926. — *Vita del Ven. Gesualdo da Reggio.* Gerace 1923. — Nonnulla insuper edidit opuscula lingua graeca conscripta ut *Mensis Maius* in honorem B. V., etc.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, III, IV (cfr. Indices p. 425, 438); VII, 225-227.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 39.
ANALECTA CAP., 43 (1927), p. 217 s. necrol.
BOLLETT. FRANC., (Reggio Cal.), a. 1928, fasc. marzo-aprile, p. 30-32; maggio, p. 14-15.

Ioannes Bapt. a S. Martino di Lúpari (cognomine *Pasinato*) Prov. Venetae Lector et Definitor. — Ortum habuit a. 1739 et habitum nostrum accepit a. 1757. Scientiam physicam, praesertim vero *agrariam*, impense coluit, et ob sua memoranda inventa ut praecursor hodiernae *agronomiae* habitus est. Cum praecipuis sui temporis viris doctis consuetudinem habuit et multarum *Academiarum* socius fuit salutatus maxime ab illa quae « XL Virorum Societatis Italicae Collegium » appellabatur. Obiit d. 13 ian. 1800; in eius memoriam a. 1939 monumentum eidem posuere sui cives. Complura scripsit de re agraria et de aliarum scientiarum materiis, quorum aliqua in Actis academicis et periodicis commentariis vulga-

vit; reliqua Venetiis, apud Perlini, in 3 voll. prodierunt a. 1791. Eorum accurata descriptio facta est apud periodicum: « *Le Venezie Francescane* » (a. 1940 p. 49-52); hic sufficiat sequentia tantum adnotare et quidem breviori modo:

- *Sulla coltivazione del frumento.*
- *Sulla manièra di liberarsi dalle zanzare.*
- *Sulla necessità e sui mezzi d'istruire il contadino nell'arte agraria.*
- *Sopra la nebbia dei vegetabili.*
- *Intorno ai metodi migliori di fare e di conservare i vini.*
- *Dell'origine del carbonio, ch'entra nelle piante.*
- *Su la maniera di preservar gli alberi dai tristi effetti del ghiaccio.*
- *Intorno alle diverse raccolte che convien fare succedere le une alle altre perchè le terre si conservino in vigore.*
- *Intorno alla maniera di conoscere e correggere il mefitismo, ossia l'irrespirabilità dell'aria.*
- *Intorno alla cura dell'epizoozia.*

BIBLIOGRAPHIA

BERNARDINO, *Quattro secoli di vita*, 110, 116.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 26.

GIO. CRISOST., *Bibliot. Prov. Ven.*, p. 136-43.

FERRARI, *Onomasticon*, p. 358.

CALZAVARA A. F., *Biografia del celebre cappuccino G. B. Pasinato*. Cittadella 1900.

MENEGHELLI A., *Discorso inaugurale ponendosi una lapide in memoria del P. Gio. Bat. da S. Martino*. Padova 1828.

ANNALI FRANC., 31 (1900) p. 517, 628, 655; 32 (1901) p. 14-18: *Centenario dell'illustre P. Giov. Batt. Pasinato.*

BOLLETTINO FRANC. (Padova) 1938, p. 153-199.

ITALIA FRANC., 3 (1928) p. 59-75: *Un precursore dell'agronomia moderna*, P. G. Batt. da S. Mart. (Bernardino da Cittadella); 4 (1929) p. 460-65: *L'istruzione agraria secondo il P. G. Batt.* (F. Luzzato).

L'OSSERVATORE ROM., 12 giugno 1929 p. 2: *L'istruzione agraria da darsi alla gioventù* (Bern. da Cittad.).

RIVISTA INTERN. SCIENZE SOCIALI, a. 1928, p. 329-331, *Scrittori di politica agraria: P. Giov. Batt. da S. Martino.*

VENEZIE FRANC. 9 (1940), p. 37-53: *Nel II Centen. dalla nascita d'un cappuccino precursore dell'agronomia moderna* (P. Davide da Portogruaro)...

Ioannes a San Severo, alumnus prov. S. Angeli seu Fodiensis; vitae asperitate orationis studio ac miris donis conspicuus († 1631).

SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 595-602.

GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 289-297.

LEGGENDARIO CAPUCC., IV, 84-92.

BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo*, p. 317.

BENED. DA S. MARCO IN LAMIS, *Breve vita del P. Giov. da S. Sev. morto in concetto di santità*. S. Severo 1936.

Ioannes Chrysostomus Scotus, domo *Campbell*, qui a. 1627 adhuc florebat. Vir fuit integerrimae vitae invictusque apud suos cives catholicae fidei propugnator. An. 1599 in Angliam profectus statim in vincula coniicitur indeque postea eductus exsilio mulctatur. In patriam deinde reversus iterum atque iterum etiam in Britanniam semper adversa pati ab haereticis sibi contigit. Opus scripsit historicum cui titulus *Ecclesiastical History of the Scotch*, item alios libros de re apologetica et ascetica.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 385, 390-95.

CYPRIEN DE GAMACHES, *Mémoires de la mission d'Angleterre*, p. 320-329.

SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 208.

COLLECTAN. FRANC., 4 (1934) p. 578-583, *Fr. John Chrys., Scotch Capuchin.* (Bened. of Bolton).

Ioannes a Séstola Prov. Bononien. definitor. — *Albinelli* progenie ortus est circa a. 1582 et Ordinem ingreditur a. 1600. Magnam consuetudinem habuit cum Ducibus Mutinensibus, praesertim cum Alphonso III. Concionator fuit egregius; Eucharisticam supplicationem, vulgo: « 40 Horarum » maxime fovit, et pluribus in locis Societatem vulgo dictam « dei Sacchi » (Sacconi) constituit. Obiit Mutinae a. 1646. — Edidit, inter alia, *Il Cappuccino d'Este, ossia la vita del P. Giov. Batt. Estense e della sua moglie Isabella di Savoia*. Modena, 1646. — *Istruzioni al ben morire... in tre parti* Innsbruck 1632. — *La fortezza reale del cuore umano battuta dal Cuore di Gesù*. Modena, 1628.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 137.

DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 226-27.

SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 132.

IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 220.

FELICE, *Missionari Parmensi* (II ed.) p. 23.

TIRABOSCHI, *Biblioteca Modenese*, V, 74.

MAINI LUIGI, *La istituzione delle Quarantore in Carpi. Relazione inedita di anonimo contemporaneo (1626)*. Modena, 1888.

Ioannes Franc. a Sevilla,
vide *Franciscus a Sevilla*.

Ioannes a Siderno prov. Rheginensis Calabriae alumnus. — Frater illustris missionarii Pauli *Piromalli*, O. P.; lector, definitor et bis Minister Provincialis (1641 et 1643). Dies obitus ignoratur. Edidit opus a doctis magni habitum inscriptumque *Directorium theologicum seu apologia contra haereticales errores Armenorum* (Messanae, 1645). Eidem insuper attribuuntur opera: *Flos campi. centum et triginta sermonibus adornatus, super vitam Christi; Quadragesimale; Adventus cum omnibus Sanctis in illo tempore occurrentibus.*

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 137.

IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II, 222.

HURTER, *Nomenclator*, III, 1000.

FRANC. DA VICENZA, *Scrittori Capp. Calabresi* p. 63. *Appendice* p. 30.

FERRARI, *Onomasticon*, p. 356.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., XIV, 2876.

Ioannes Bapt. a Sterzing (italice Vipiteno) cognomento *Baur*, prov. Tirolensis et deinde Brixinensis alumnus. Munus obivit archivarii et chronologi provincialis, et multa collegit atque scripsit de historia praesertim nostri Ordinis. Praelo etiam aliqua opera et opuscula commisit. Obiit a. 1928.

CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 83.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Kapuz.*. II. Ind.
ANALECTA CAP., 45 (1929) p. 42.
PROVINZBÖTE NORDTIROL., I, 1918 p. 25 ss. *Die Arbeiten des P. I.*; XI, 1928 p. 91, necrol.

Ioannes Maria a Terni, e comitibus *Canali* natus a. 1702, habitum seraphicum sumpsit in provincia Picena a. 1727, fuitque concionator egregius. Sedem episcopalem *Interamnensem* (Terni) sibi oblatam a Pio VI, humiliter renuntiavit. Obiit a. 1792.

RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 158-162.

Ioannes a Terranova, *Ioannettus* ob exiguam corporis staturam etiam appellatus. — Natus *Romei* familia ineunte saec. XVI, Ordini minoritico se adscripsit fuitque unus ex illis qui reformationi Recollectorum in Calabria originem dederunt; postea vero, a. scilicet 1532 novae Capuccinorum reformationi se addixit. Virtute clarus, Galatri decessit a. 1573. — Nonnulla scripsisse et typis dedisse fertur: peculiari memoria digna est eius *Chronica* Ordinis nostri, cuius originale autographum periisse videtur. Horum autem Chronicorum quaedam excerpta edidit Silvester Maurolicus in suo *Mare Oceano di tutte le Religioni* (pp. 375-393) Messanae evulgato a. 1613. Huius excerpti versio latina inserta fuit in ACTA SS. tom. V Maii, pp. 281-89. Demum textus italicus una cum versione latina evulgati sunt in ANALECTA ORD. CAP., vol. 23 (1907) p. 11, 118, 150, 178, 214, 248 sub hac inscriptione: *Chronica Fr. Ioannis Romaei de Terranova de Origine FF. Min. S. Francisci Capuccinorum.*

MONUM. HIST. O. CAP., I, 541; II, 522 (Ind.); V, 184, 185, 190.
BOVERIO, *Annales*, I, 738.
FLORES SERAPHICI, I, 235-237 cum figura.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 114-15.
FIORE, *Calabria illustrata*, II, 141.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 136.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 126, 134.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, III (Append.).
FERRARI, *Onomasticon*, p. 584 (Romeo).
ANNALES MINORUM, XX, 360 n. 32, 451 n. 1-3 (Chronica P. Ioan. corrigitur).
FRANC. DA VIC., *Scrittori Calabresi*, p. 64; *Appendice...* p. 29.
EDUARDUS, *De primordiis*, p. 70, 98, 127.
ANALECTA CAP., 23 (1907) p. 9 ss.

Ioannes a Tordesillas prov. Catalauniae alumnus. Oriundus e familia *Alarcon*; prius statum ecclesiasticum amplexus est et Philippo II uti Cappellanus inservivit; postmodum ad religiosos Hieronyminos de Tabera convolavit; dein sequutus est fratrem Archangelum in religionem Capuccinorum. In provincia Neapolitana munera obivit guardiani et magistri noviciorum; an. 1571 unus e 30 Capuccinis a Pio V missis ad Echinadas Insulas fuit. Anno 1578 a Ministro Generali missus fuit in Hispaniam ad conventus erigendos in regno Castellae, sed licentia civilis gubernii non obtenta, in Catalauniam se transtulit an. 1580 ibique diversis fundationibus operam dedit et Ministri Provincialis munere pluries functus est. An. 1593 a Catalauniae principe in Galliam missus fuit pro negotiis pertractandis; ea legatione functus in Catalauniam revertit ibique e vita cessit an. 1603.

BULLAR. CAP., III, 4.
BOVERIO, *Annales*, II, 709.
FLORES SERAPHICI, II, 423.
ANDREU, *Iconografia Caputxina*, p. 24.
ANDRÉS, *Vitalidad seráfica*, I, 48, 65-75.
VIVES, *Biogr. hisp.-capuchina*, p. 171-80.

Ioannes a Troia in Apulia, laicus. — Primum inter Minores Observantes hispanos adscitur, postea vero Romae, a. 1530 Congregationi nostrae adscriptus magnae virtutis exstitit religiosus. Postquam diversas provincias sanctae vitae exemplis illustraverat, socius esse maluit celebris P. Ioannis Zuazo a Medina in Constantinopolitana missione, dein vero in Palaestinensi itinere ac demum (1549) etiam in missione Aegypti apud Cairum ubi post multos labores, inter quos etiam carceris squalorem, an. 1551 ad caelum evolavit.

BULLAR. CAP., VII, 99.
FLORES SERAPHICI, I, 346-351 cum figura.
BOVERIO, *Annales*, I, 456-64.
MONUMENTA HIST. O. CAP., I, 288 ss., 456; III, 416-430, cf. Ind. p. 522; VI, num. 172-182.
ILG, *Geist des Hl. Franz.*, I, 54-62.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 33-35.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 49, 51-55, 408, 410.
CLEM. DA TERZ., *Le Missioni*, II, 363; X, 564.
BERNARDINO, *Mem. Prov. S. Ang.*, p. 185-90.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 15, 116-22.
ANALECTA CAP., 40 (1924), p. 252.
IL MASSAIA, 3 (1916) p. 264-68.

Ioannes Maria a Tusa prov. Messanensis, *Vicarius Gen.* — Dum in eo esset ut civilis iuris lauream consequeretur, statim religiosum habitum induere maluit in coenobio Apuliae apud Torremaggiore. Ordinem sacris concionibus, zelo ac doctrina illustravit. S. Angeli Provinciam in Apulia, identidem Provinciam Siculam moderatur; a. 1575, dein an. quoque 1578 Generalis Procurator eligitur. Tandem a. 1581 totius Ordinis supremum regimen ipsi demandatur: quod quidem munus singulari prudentia vitaeque integritate egregie obivit. Quamobrem Gregorius XIII illum inter Cardinales Patres cooptare statuerat: sed Pontificis votum pii viri humilitas irritum fecit.

Quievit in Domino an. 1584, paulo antequam generalia comitia haberentur.

Exstant eius aliquot sermones *mss.* et quaedam sanctae regulae declaratio.

BULLAR. CAP., III, 175.
MONUMENTA HIST. O. CAP., I, 541 (Ind.); IV, 139, 219, 230; VI, cf. Ind.
BOVERIO, *Annales*, II, 95-103.
FLORES SERAPHICI, II, 9-13 cum figura.
LEGGENDARIO CAPP., VI, 128-137.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 15.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 81, 82, 84.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, cf. Ind.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 188-92.
BERNARDINO, *Mem. Prov. S. Ang.*, p. 195-202.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 149.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 101.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 185.
MONGITORE, *Bibliotheca Sicula*, I, 351.
ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 105; 12 (1896) p. 151 n. 11.
ITALIA FRANC., 10 (1935), p. 276 nota 15 (de operibus *mss.* P. Ioan. M. a Tusa.
ROUND TABLE, XIV, (1948-49), p. 29-31, 41.

Ioannes M. ab Udine, Prov. Venetae. — *Zamoro* gente natus a. 1579. Ordinem ingreditur a. 1598. In propria atque in Bohemiae prov. theologicas disciplinas egregie docuit. Obiit Veronae a. 1649. — Scripsit libros de re theologica; prae ceteris eminent: *Disputationes de Deo Uno et Trino in quibus controversiae inter D. Bonav. D. Thomam et Scotum componuntur*. (Venet. 1626). — *De eminentissima Deiparae B. Virg. Mariae perfectione libri* 3 (Ib. 1629).

PELLEGRINO, *Annali*, II, 151-153.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 149.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 40.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 102.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 186.
HURTER, *Nomenclator*, III, 943.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 701 (Zamoro).
REUSCH, *Der Index*, II, 234.
BERNARDINO, *Quattro secoli di vita*, p. 103-05.
GIO. CRISOST., *Bibl. Prov. Veneta*, p. 150-54.
PATRIARCA EMILIO, *Profili di friulani. Il P. Giov. M. Zamorro*. Verona 1941.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., XV, 3681-83.
ATTI DELLA PROV. VENETA, a. 1940, p. 66-69.
COLLECTAN. FRANC., I (1931) p. 185, 193-211; V (1935) p. 408 (de studio P. Ioan. in S. Bonav. doctrinam; XV (1945) p. 117-163; XVI-XVII (1946-47) p. 125-185; XIX (1949) p. 143-223: *Ioan. M. Zamoro praeclarus mariologus* (P. Archangelus a Roč).

Ioannes Bapt. ex Ultonia (Ulster) in Hibernia, nobili *Dowdall* genere natus. — Missionarii munus in patria sua per annos amplius quam quadraginta, zelo vere apostolico obivit. Multa proinde mala ab haereticis illata perpessus est. Tandem ad ergastula Londini condemnatus, ibi fame et frigore consumptus vitam amisit, veluti Christi martyr a. 1710, aetate 82 annorum. — Eius Causa pro recognitione *martyrii*, una simul cum aliis sociis hibernicis rite introducta est 1919.

WILLIAM, *Capuch. in England*, p. 25-27.
BULLAR. CAP., V, 276.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 265-267.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, II, 460, 468.
LEXIK. THEOL. UND KIRCHE, III, 430.
ANALECTA CAP., 35 (1919) p. 145-48. — 61 (1945) p. 60 n. 14 (Causa Beatific.).
FATHER MATHEW RECORD, 12 (1919) p. 172, 190: the Cause of Beatification.

Ioannes a Valencia, hispanus, de quo notitiae biographicae desunt. — Anno 1562 interfuit Concilio Tridentino qua theologus, et disseruit circa doctrinam sancti Sacrificii Missae.

COLLECTAN. FRANC., 3 (1933) p. 572-74.
L'ITALIA FRANC., 19 (1944) p. 59 (*I Cappuccini al Conc. di Trento*).

Ioannes a Valencia, eiusdem Valentinae Prov. alumnus († 1856). In Capitulo Gener. Matriti celebrato a. 1830 (vi Bullae « *Inter graviores* » a. 1804), electus est totius Ordinis nostri *Moderator*: quod munus de iure exercuit usque ad Capitulum Gen. Romae celebratum a. 1838.

BULLAR. CAP., X, 2 (*nota*), 65, 723.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 265.
BASILIO, La Bula « *Inter graviores* » p. 146-48
EUGENIO, *Necrol. Prov.*, d. 15 iunii.
COLLECTAN. FRANC., 13 (1943) p. 300-02, P. Ioan. inter Hispaniae « *Grandes* » receptus a. 1830.

Ioannes a Venezia, provinciae Venetiarum alumnus. Ordinem amplexus est an. 1575. Excelluit austeritate vitae, disciplinae et orationis studio, prudentia et dexteritate in rebus gerendis. Hinc ter Venetae provinciae Minister renunciatus fuit (1591, 1601, 1607); Commissarius Gener. prov. Tyrolensis ab ipso fundatae (1593) ab an. 1599 ad an. 1601; Minister prov. Mediolanensis an. 1603-1604; Minister prov. Bohemiae an. 1605, 1613-18; Visitator Gen. prov. Genuensis an. 1618 et prov. Brixiensis an. 1623; Definitor denique generalis an. 1618-24. Obiit Venetiis die 6 dec. 1625.

BULLAR. CAP., IV, 176.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 120.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 344, 354.

Ioannes Maria a Venezia (*Ziani* vel *Zane*), suae prov. Venetae bis moderator atque prov. Brixiensis Commissarius et Visitator Gener. — A Senatu Veneto non semel Patriarchatum sibi oblatum constanter recusavit. Obiit a. 1749.

RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 145.
LEGGENDARIO CAPP., V, 30-33.
MARCO, *I Capp. di Trento*, p. 141-46.

Ioannes Damascenus a Vovray, vide *Lachavanne I. D.*, episc.

Ioannes Zunzo, vide *Ioannes a Medina*.

Joaquim Távora in Brasilia, Custodia de *Paraná* concredita provinciae Venetae. — Anno 1936 paroecia huius loci concredita est fratribus nostris Capuccinis.

INÁCIO, *Custodia do Paraná*, p. 81-87.

Joazeiro in Brasilia, Custodia de *Maranhão* concredita provinciae Mediolanensi. — Anno 1949 domus nostra religiosa in hoc loco canonice erecta est.

ANALECTA O. CAP., 66 (1950) p. 19.
ATTI PROV. LOMBARDIA, an. 1949, p. 10.

Joigny (Iuveniacum) in Prov. Parisiensi. — Olim exstitit conventus, qui an. 1607 conditus erat, cum ecclesia SS. Apostolis Petro et Paulo dicata.

BULLAR. CAP., V, 389.

Joinville in Brasilia. Custodia Prov. de *Paranà*. — Domus FF. Capuccinorum ibi canonice erecta est an. 1946.

INÁCIO, *Custodia do Paraná*, p. 102-05.
ANALECTA CAP. 64 (1948) p. 10.

— Ad hanc sedem dioecesanam *Joinvillensem* a. 1949 promotus est Coadiutor cum iure successionis noster sodalis Ignatius *Dal Monte* a Ribeirão Preto.

Joinville (Jovinii villa) in Prov. Strasburgensi. — Fratres antiquae Prov. Lotharingiae, conventum aedificarunt a. 1635, qui mansit usque ad gallicam subversionem (1790).

BULLAR. CAP., V, 404.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 22, 203.

Joly, vide *Iosephus-Romanus a Saint-Claude*

Jonquières (*Junquirra, Jonqueria*) in prov. Lugdunensi. — Coenobium, quod a. 1630 a fratribus veteris Prov. S. Ludovici fuit aedificatum, nunc derelictum iacet.

BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN., (1895) p. 86.

Ioppitana *sedes titularis episcopalis*. Hunc titulum obtinuit a. 1945 noster sodalis Apollinaris BAUMGARTNER a College Point.

Iordanus a Wasserburg (domo *Raisberger*) Prov. Bavariae pluries Moderator. — Natus a. 1670, Romae obiit cum sanctitatis opinione a 1739. — P. Hartmannus, Min. Gen., eum in Consultorem sibi adscivit; Definitor Gener. a. 1733 nominatur atque Germaniae, Hispaniae et Galliae Provinciarum vel Commissarius, vel Visitator Gener. exstitit. Orator egregius, multa reliquit volumina suas conciones continentia, quarum nonnullae post eius obitum typis vulgatae sunt sub singulari titulo: *Fluenta Iordanis*, vol. I, Landshut 1742; v. II, Straubing, 1745. — Exstant de illo plura alia scripta de re morali, ascetica et sermones.

BULLAR. CAP., IV, 153.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 201.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 151.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 352; II, 683.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 385-87, 407.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 275 ss.
FRANZ JOHANN HOEDL (Franc. Xav. ab Altötting), *Das Kulturbild Altbayerns in den Predigten des P. Jordan v. W.*, München, 1939.

Iosaphat a Stilfes (*Sparber*) alumnus Provinciae Brixinensis egregia virtutis pariter ac scientiae indole praeditus. Concionatoris, Lectoris, Definitoris et Ministri Provincialis munia obivit, semper et ubique bonum Provinciae promovens. Bonus musicus multa carmina *notis musicis* ornavit et publici iuris fecit; quae compositiones libenter cantantur in ecclesiis. Obiit Vipiteni (Sterzing) die 10 Sept. 1936, aetate 58 annorum.

TOTENBUCH *der Tiroler Kapuziner*, II. 505.
PROVINZBOTE *Nordtirol. Kap.* 20 (1937) p. 45.
CASSIAN, *Liter. Tätigkeit*, p. 87, 155.

Ioseph (S.) Sponsus B. M. V. — Ex primigenia Ordinis historia luculenter probatur etiam apud Capuccinos iamiam a principio cultum erga S. Patriarcham Ioseph floruisse.

Ad hanc traditionem tuendam concionatores et non pauci scriptores huiusmodi cultum et devotionem propagare non omiserunt. Hodiedum in pluribus Ordinis ecclesiis qualibet feria IV post missam conventualem aliove tempore opportuno functio liturgica in honorem S. Ioseph peragi solet. Imo in Helvetia haec publica precatio ad S. Ioseph ex Superiorum decreto an. 1874 in omnes domus provinciae inducta fuit.

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, II, 220 s.
ANALECTA CAP., 26 (1910) p. 72-74, Vetus Officium in honorem S. Ioseph, quod quidam antiqui Patres Capuccini persolvere soliti erant. — 39 (1923) p. 281-83, Pater Ioannes a Fano et de Septem Doloribus S. Ioseph (1536). — 66 (1950) p. 45, *De Missa votiva S. Ios. in Cappellis nosocomiorum* curae spirituali Provinciarum Italicarum concreditorum.
ANNALES FRANC. (Paris), 8 (1872-74) p. 482, S. Ios. de Leonessa et S. Ios. Patr.

SCAPULARE S. IOSEPH

Nota vero omnino singularis, qua intima coniunctio Ordinis Capuccinorum cum S. Ioseph publice significatur, est sic dictum *Scapulare S. Ioseph*, quod quivis sacerdos capuccinus benedicere et cuilibet petenti imponere valet. Die etenim 18 aprilis an. 1893 Leo XIII Ordini Capuccinorum munus concessit devotionem in S. Ioseph eiusque Scapulare divulgandi. In locis ubi Capuccini commorantur, ii tantum facultatem Scapulare S. Ioseph benedicendi et imponendi habent; ubi vero Capuccini non sunt, id facere valent etiam alii sacerdotes sive saeculares sive regulares, dummodo a Ministro Generali Capuccinorum delegati sint. Petitio pro delegatione optinenda

ad respectivum quoque Ministrum provincialem mitti potest.

Scapulare S. Ioseph constat ex duobus laneis panniculis violacei coloris bina taenia alba colligatis. Super utrumque alius panniculus habetur eiusdem formae, coloris vero flavi assutus. Panniculo anteriori impressa est imago S. Ioseph brachio dextero divinum Infantem gestantis, manu vero sinistra lilium tenentis. Sub imagine haec legitur inscriptio: « *S. Ioseph, Patrone Ecclesiae, ora pro nobis* ». Alter panniculus in parte media papali tiara decoratur, in superiore autem parte symbolo Spiritus Sancti, in inferiore vero cruce. duabus clavibus ornata necnon hac sententia: « *Eius dux est Spiritus Domini* ».

Huiusmodi Scapularis forma die 18 aprilis an. 1893 pro universa Ecclesia fuit adprobata. Praeter piam huiusmodi Scapularis gestationem proprium nomen in catalogo inscribere aut particulares praecationes recitare necesse non est. Precibus Ministri Generalis Bernardi ab Andermatt annuens Summus Pontifex fideles hoc Scapulare devote gestantes acquirere posse statuit quotannis plus quam tredecim indulgentias plenarias necnon indulgentias ut aiunt Stationis, indulgentiam plenariam in articulo mortis et indulgentiam 100 dierum semel in die lucrandam recitatione orationis dominicae et angelicae salutationis cum *Gloria* et invocatione: *S. Ioseph, ora pro nobis*.

Bibliographia

CENNO *intorno allo scapolare di S. Giuseppe* Roma 1893.

FACULTATES *et Ritus benedicendi et imponendi Scapulare S. Ioseph*. Romae, 1909.

ANGELO M. DO BOM CONSELHO, *O Escapulario do S. José*. São Paulo, 1911.

CAMPELO IOSEPH, *De indulgentiis Seraphici Ord.* (1943) p. 603 s. (not. hist.).

DONAT MOSER VON BRIXEN, *Der hl. Ioseph und sein Skapulier*. Innsbruck 1900.

ILDEFONSO DE ESCARPERIA, *Breve noticia del Escap. de S. José*, Santiago de Chile 1898.

MICHAEL HETZENAUER A ZELL, *Unterricht über das Skapulier des hl. Josef*. Freising 1894. *Versio italica, cura* P. Bernardini a Lavalle, Ib. 1894.

ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 161-176, 201 Epistola P. Min. Gen. et alia Docum. circa Scapul. S. Ios. — 11 (1895) p. 201, 264, de forma et colore Scapul. — 57 (1941) p. 10, Quoad facultatem imponendi Scapulare.

« TERTIUS ORDO » 4 (1943) p. 24 (de Scapulare S. Ioseph).

Josepha Emmanuela Palafox y Cardona, prima abbatissa monasterii S. Rosaliae, monialium Capuccinarum in urbe Hispalensi (Sevilla), ab ipsa anno circ. 1700 fundati († 1724).

PEREZ CLARA GERTRUDIS, *Copia de la Carta en que da cuenta del tránsito y virtudes de la Madre Josepha Manuela de Palafox, abadessa*. Sevilla 1724, pp. 65+27.

Josepha Maria García a Valencia, monialis Capuccina et Abbatissa in monasterio oppidi *Castellón de la Plana*. Orta a. 1673, ad superos evolavit anno 1743.

VELA IOS. (O. Praed.), *Vida de Sor Josepha Maria Garcia, primera hiia del Real Convento de Capuchinas de la villa de Castellón de la Plana*. *Valencia*, 1750, pp. 428.

DOMENECH C. (S. J.), *Sermón fúnebre-histórico de la Madre Josepha M. Garcia*, Valencia, 1752, pp. 104.

Josephus. — Monitum — Religiosi qui hoc nomine nuncupantur, *unam seriem alphabeticam* constituunt iuxta *civitates* vel *oppida* ex quibus orti sunt, nulla habita ratione posterioris nominis *Antonii*, *Mariae*, etc.

Iosephus ab Aurensan (*Frazer de Villas*), Prov. Tolosanae. — Natus a. 1840, fit Capuccinus a. 1874. Fuit verbi Dei strenuus praedicator; bono spirituali ac progressui oeconomico plebis non parum contulit; insuper Tertium Ordinem franciscalem enixe propagavit. Sancte moritur a. 1922. Praelo dederat: *Ligue catholique avec le Tiers-Ordre de St. François d'Assise*. Millau 1888, et iterum Poitiers 1894.

APOLLINARIS, *Bibl. Aquitan.*, p. 80.

IRÉNÉE, *Bibl. de Toulouse*, p. 44.

ERNEST M. DE BEAULIEU, *Un moine d'autrefois: le P. Jos. d'Aurensan*. Toulouse 1928, pp. 173.

Iosephus a Barcelona, illustri *Rocaberti* stirpe, merito novae Prov. Catalauniae confundator existimatus. — Prius inter Minores Observantes, postea vero inter nos, iam quinquagenarius, vitam duxit. Concionator egregius, primus fuit ex nostris qui in Hispania « Quadraginta Horarum » eucharisticam supplicationem divulgavit. Virtute et miris donis exornatus obiit Barcinone a. 1584. — Nonnulla reliquit scripta de re spirituali et sermones.

BOVERIO, *Annales*, II, 157.

FLORES SERAPHICI, II, 377-381.

ANNALES MINORUM, XXI, 159, 476.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 151.

SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 146.

FRANCISCALIA (Barcelona 1928) p. 217.

ANDREU, *Iconogr. Capuxina*, p. 15.

BASILI, *Necrologi*, p. 143.

VIVES, *Biogr. Hisp.-Capuchina*, p. 8-15.

Iosephus a Besançon (*Dunand*), alumnus prov. Lugdunensis. — Ob suam notitiam in rebus historicis, quae spectant ad Burgundiae regionem, *Academiae* Bisuntinensis socius exstitit, atque commercium epistolare cum egregio viro *Grandidier* habuit. Ortus a. 1719, obiit a. 1790.

GASSER A., *Le P. Joseph Dunand, Gardien*

des Capucins d'Hauxonne. 36 Lettres inédites avec 23 réponses également inédites de Grandidier. Paris, Picard, 1897.
ETUDES FRANC., t. 9 (1903) p. 84 n. 19. — t. 14 (1905) p. 430 n. 95 (not. bibliogr.).
BIOGRAFIA UNIV. (Venezia), t. 17 p. 46 (cf. *L'Italia Franc.*, 17 (1942) p. 34 n. 28).
LAROUSSE (ENCYCLOP.) cfr. sub v. *Dunand.*

Iosephus M. a Bologna (Bentivoglio), vide *Iosephus M. a Firenze.*

Iosephus a Brescia, vide *Lonati Ios.*, episc.

Iosephus Ant. Caesarmontanus, vide *Iosephus Ant. a Kaysersberg*

Iosephus a Cammarata, Prov. Panormitanae. — Domo *Taverna* natus a. 1599, inter nostros cooptatus est a. 1617. Virtutibus et miris operibus fulgens, obiit a. 1677. — Opera plurima, praesertim de re spirituali, scripsit et edidit, inter quae: *Viaggio doloroso del Calvario* (Palermo 1665) - *Tractatus de sacris Ritibus* (Ib. 1669) - *La compassione dei dolori della Vergine Maria* (1673) - *Vocabolario ed Ortografia toscana* (Ib. 1666).
BULLAR. CAP., III, 142.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 252.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 158.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 41.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 147.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 242.
EGIDIO, *Catalogo Scrittori*, p. 84-88.
MIRA G., *Bibliografia Siciliana*, I, p. 443.
MONGITORE A., *Bibliotheca Sicula*, I, 375.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, III, 189 ss.
ECO S. FRANC., a. 1890, p. 116-17: *Il P. Gius. e il «Viaggio doloroso al Calvario».*

Iosephus a Cannobio, antea prov. Mediolani, post an. vero 1750 prov. Alexandriae fuit alumnus. (Annus eius mortis ignoratur). — Concionator exstitit egregius et Chronographi Ordinis munus adimplevit. — Praeter *biographias* SS. Iosephi a Leonissa et Fidelis a Sigmaringa ab eo scriptas et saepius editas, ex latino italice transtulit *Appendicem* tomi tertii nostrorum *Annalium*, quam publice edidit sub hoc titulo: *Annali dell'Ordine dei FF. Min. Cappuccini. Appendice al tomo III, divisa in due Parti. Già esposta nell'idioma latino dal P. Silvestro da Milano* (Milano, 1744).
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 431.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 152.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 207-11.

Iosephus (Ven.) a Carabantes, antiquae Prov. Aragoniae filius illustris. — Lucem vidit a. 1628 in nobili *Velasquez* domo et Ordinem ingreditur a. 1645. Sacerdos factus a. 1652, ministerium apostolicum magno cum fructu inivit. Missionarius apost. ad Americam missus est a. 1657, ibique apud *Cumanas in Venezuela* et apud *Indos*, vel etiam anthropophagos, fidem Christi propagat et mira agit. Ad sedem episcopalem de *Caracas* vocatus, nuntium remisit. In Hispaniam reversus an. 1667, in excolenda vinea Domini totus incubuit. Tandem, virtutibus et prodigiis clarus, in pace quievit Luci (Lugo) d. 11 apr. 1694. Causa pro eius beatificatione introducta est a Pio X an. 1910. In bonum nostrorum missionariorum, egregium opus edidit cui titulus: *Práctica de Misiones, remedio de pecadores.* León 1674. (cf. *Analecta Cap.*, a. 1927 pag. 205-16).
BULLAR. CAP., V, 342.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 490-503.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, *cf.* Ind.
LEGGENDARIO CAPP., IV, 133-168.
LEGGENDARIO FRANC., IX, 190.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 112.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 717-25.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 152.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 242.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 201-18.
LECHNER, *Leben hl. Kapuz.*, III, 36-71.
ILG, *Geist d. H. Franz.*, I, 225-36.
AMBROSIO, *Reseña hist.*, IV, 261-327.
ANDRÉS, *Vitalidad seráfica*, I, 95-115, 237-41.
ILDEFONSO, *La Orden Cap. en Aragón*, p. 335-39.
STREIT, *Bibl. Missionum*, II, n. 1996, 1997, (de 2 Epist. P. Ios. a Car.), 2335; III, n. 232-258,312, 326, 353, 354, 357, 2060, 2095 (not. bibliogr.).
AMBROSIO DE VALENCINA, *Vida del Ven. José de Carabantes*. Sevilla, 1908.
DIEGO GONZALES DE QUIROGA, *Vida del P. José de Carabantes*, Madrid, 1698, 1705.
GAUDENZIO DA CREMONA, *Il ven. G. da Carabantes*. Milano 1891.
SILVESTRO DA MILANO, *Vita, predicazione e prodigi del Ven. Gius. da C.*, IV ed. Milano, 1733; Iesi, 1737.
IDEM, *Leben.... des P. Jos von Carabantes, übersetzt d. P. Sebast. v. Zug*, Zug, 1730.
ANALECTA CAP., 8 (1892) p. 348 s.; 43 (1927) p. 205-16: *Normae pro vita et ministerio missionariorum datae a P. Ios de Carab.* — Circa Causam beatif. cf. 61 (1945) p. 62, et *Index Gener.* voll. 1-50, p. 76.
IL MASSAIA, 4 (1917) p. 246-51.

Iosephus a Castagna (*Mazza*), prov. Aprutinae lector et bis Provincialis († 1729). — In honorem B. M. Virginis composuit et edidit opus vere singulare, cuius titulus est: *Sacra et arithmetico-anagrammatica opuscula....* (Neapoli 1710).
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 158.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 41.
FILIPPO, *Capp. degli Abruzzi*, p. 89.
ANALECTA CAP., 21 (1905) p. 27-29, De nomine Mariae... explicatae a P. Ios. Mazza.
COLLECTAN. FRANC., 11 (1941) p. 586, n. 871.

Iosephus M. a Cento (etiam a Casumaro dictus) Prov. Bononiensis. — *Figatelli* familia natus a. 1612, habitum sumpsit a. 1632 et vita cessit a. 1682 in conv. Mirandola. — In disciplinis astronomicis et mathematicis egregie fuit versatus. Quae vero de hac re edidit

haec sunt: *Memoriale Geometrico*. Mantova, 1664. *Retta linea Gnomonica... per delineare Orologi orizzontali, verticali e riflessi*. Forlì, 1667. — *Ristretto aritmetico*. Ib. 1667.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 158.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 293-98.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 250.

Iosephus M. a Chieti, prov. Aprutinae alumnus. Natus e familia *Cerritelli* an. 1814; Ordinem ingressus an. 1832. Religiosus praeclarus; sive in docendo sive in concionando eruditissimus; plurium Academiarum socius, quas inter *Neapolitana*, medico-philosophica a S. Thoma nuncupata, propter Angelici doctrinam quam summo gradu callebat. In provincia munera obivit lectoris, definitoris et Provincialis Ministri; Ordinis autem fuit Definitor ab 1872 ad an. 1878. Obiit Vasti die 21 iulii 1887.

BULLAR. CAP., X, 643, 723.
FELICE, *Tavole Capit Gen.*, p. 295, 296.
FILIPPO, *Capp. d'Abruzzi*, p. 137.
ANALECTA CAP. 3 (1887) p. 255 s.

Iosephus a Collamato prov. Picenae alumnus; unus ex primis sodalibus totius Religionis et secundus qui immediate a saeculo venerit, annos natus decem et octo. Excelluit observantia seraphicae Regulae, humilitate, animi submissione morumque innocentia. Munera explevit Guardiani et Magistri novitiorum. Eius sanctitatem Deus miris signis illustravit. Obiit in loco Fossombrone an. circiter 1567. Scripsit *de origine et progressu nostrae Reformationis in provincia Picena*.

MONUM. HIST. O. CAP., I, cf. Index; III, 33-38
BOVERIO, *Annales*, I, 543.
FLORES SERAPHICI, I, 146-150 cum figura.
LEGGENDARIO CAPP. I, 47-50.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 56-58.
BESCHIN, *Martyrol. Franc.* (28 iunii).
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 154.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 149.
IOANNN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II. 243.
EDUARDUS, *De primordiis*, p. 6, 14, 15, 57, 59

Iosephus a Donamaria.
vide *Iosephus Navarrus*.

Iosephus a Douai, frater laicus prov. Parisiensis, natus e familia *Saudeur* die 14 dec. 1748. — Tempore gallicae eversionis pro fide catholica necatus est in urbe *Valenciennes* die 23 oct. 1794. De eo iam agitur apud SS. Rit. Congreg. (Sectio historica).

BESCHIN, *Martyrol. Franc.*, 23 oct.
EDOUARD, *Essai de Martyrologe*, p. 32.

Iosephus a Dreux (Drujensis) Prov. Parisien. egregius concionator et Novitiorum magister. — Ex *Cousin* familia ortus a. 1629, Ordinem amplexatus est a. 1647 atque Parisiis ex hoc saeculo migravit a. 1671. — Quaedam opera scripsit de re ascetica in religiosorum confratrum aedificationem, quae magni sunt habita, non semel typis tradita itemque in alias linguas versa. Sunt vero haec nempe: *La Conduite intérieure pour toutes les actions de la journée* (1667... Paris, 1918). — *Solitude séraphique, ou Exercices spirituels pour une retraite de dix jours* (1671... Paris 1898). — *Courtes méditations pour tous les jours de l'année* (Paris 1887 et 1924).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 154.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 150.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 245.
ETUDES FRANC., 38 (1926), p. 312-20: *Nos maîtres de spiritualité : le P. Jos. de Dreux* (P. Ubald d'Alençon); 39 (1927), p. 464 (de oper. spirit. P. Ios.).

Iosephus ab Esanatoglia (*S. Anatolia*). — Bini fratres laici Picenae Prov. alumni, eodem nomine nuncupati eodemque in loco geniti, optimam suae utriusque sanctitatis opinionem reliquerunt, praeclaris virtutibus supernisque donis ditati. — Ex iis unus, e familia *Carucci* natus a. 1560, Maceratae obiit a. 1642: alter autem, e *Potognoli* genere ortus a. 1620, ex hac vita migravit a. 1699.

PELLEGRINO, *Annali*, I, 453-456; IV, 35-37.
LEGGENDARIO CAPP., IV, 263-280.
ILG, *Geist d. Hl. Franz.*, I, 122-30.
[NICOLA DA OSIMO], *Vite dei due S. di D. Fr. Gius. Seniore e Fr. Gius. iuniore da S. Anatolia*. Iesi, 1736.
GIOVANNI DA BELVEDERE, *Riflessione istorica sopra la vita di Fr. Gius. da S. Anat. il juniore*. Pesaro, 1723.

Iosephus a Fermo, (*Piccinini*), prov. Picenae lector et archivista (1874 † 1939). — Plura scripsit de rebus historicis suae provinciae; opera autem quae edidit, haec sunt praecipua: *Gli Scrittori Cappuccini delle Marche* (Iesi, 1928) — *Necrologio della Prov. Picena* (Ancona 1914) — *I Francescani nelle Marche* (Ib. 1914) — *Iscrizioni riguardanti Chiese... della Prov. Marchigiana* (Castelplanio 1922) — *Delle origini dei Min. Cappuccini. Descrizione seconda inedita del P. Mario da Mercato Saraceno, pubblicata a cura del P. Gius. da Fermo* (Ancona 1927).

BERNARDINO DA LAPEDONA, *P. Gius. da Fermo*, in « Atti e Mem. della R. Deput. di Storia patria per le Marche » IV, 1941, 217-18.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori Capp.*, p. 62.
ANALECTA CAP., 55 (1939), p. 186.

Iosephus a Ferno, Mediolanensis Prov. alumnus. Ortus ex *Piantanida* familia a. circiter 1485, cum 18 annum ageret, inter Minores Observantes religiosum habitum sumpsit fuitque apud illos illustris concionator et etiam lector. An. 1536 ad novum Capuccinorum institutum demigravit, quorum aliquot provincias rexit, dein vero, in generalibus capitulis a. 1549 et a. 1552, definitor electus est. Barnabitarum Clericorum piae consociationi condendae validam opem contulit. Suasor pacisque conciliator exstitit non semel in civium

discordiis compescendis. Singulari autem gloriae illi ducitur piissimum ritum eucharistiae 40 Horarum supplicationis inter fidelem populum ita enixe propagavisse, ut vel *auctor* illius solemnis supplicationis a nonnullis haberetur (vide *Quadraginta Horarum oratio*). Sanctissime obiit Mediolani, d. 5 ianuar. a. 1556. — Illius *Istruzioni per celebrare degnamente l'Orazione delle* 40 *Ore* primo Mediolani typis sunt traditae an. 1571, postea verum saepius etiam alibi.

MONUM. HIST. O. CAP., cf. Ind. voll. III, VI.
BULLAR. CAP., I, 58; II, 306.
BOVERIO, *Annales*, I, 237, 535-541.
FLORES SERAPHICI, I, 42-47 cum figura.
LEGGENDARIO CAPP., I, 76-80.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 414 ss.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 53-55.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, I, 480-82.
LIBER MEMORIALIS ORD., (1928), p. 12 ss.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf. Index.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 154.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 150.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 246.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 211.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, p. 46-63.
PELLEGRINO DA FORLÌ, *L'Apostolo del Sacramento* (Gius. da Ferno), Roma, 1878.
SALVATORE, *La Prov. di Bol.*, I, 87, 93, 95.
ANALECTA CAP., 13 (1897) p. 178 (*de « XL Horarum » devotione*); 20 (1904) p. 249-52: *S. Ignatius de Loyola et P. Ios.*; 39 (1923) p. 48-53: *Apostolatus P. Ios.*
ECO S. FRANC., an. 1897, p. 382, 455: *l'Istitutore delle* 40 *Ore.*
ITALIA FRANC., 10 (1935) p. 476-481 (biogr.) 22 (1947) p. 157-67 (P. Gius. predica a Modena).

Iosephus M. a Firenze, etiam a Bologna dictus, e nobili *Bentivoglio* stirpe oriundus. — Cortonae in Tusciae Provincia habitum induit a. 1663. Tunetum in Africam missionarius perrexit, ibique christianis servitute a Turcis detentis angelus consolationis fuit. Carthaginis archiepiscopus ab Innocentio XI nominatus tantum honorem humiliter recusavit. In Poloniam deinde cum aliis missus ut Ordinem nostrum illuc propagaret, cum illius ditionis rege Ioanne Sobieski amice egit. In Provinciam reversus, Florentiae obiit a. 1698.

PELLEGRINO, *Annali*, III, 568-578.
LEGGENDARIO CAPP., II, 209-227.
RITRATTI ILLUSTRI CAPP., III, 127.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, III, 434-46.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 586-93.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 205-07 210 ss., 272.
SISTO, *Stor. Capp. Toscani*, I, 635; II, 553.
AMAT DI S. FILIPPO, *Biogr. dei Viaggiatori ital.* (1882) p. 720.
MONALDI ANT. FRANC. - *Vita del Ven. Gius. M. da Fir., al secolo Domen. Bentivoglio* - Firenze, 1763.

Iosephus M. a Gargnano (*Bernini* comes in saeculo), antiquae Prov. Brixiensis. — Natus an. 1711 nostrum Institutum elegit in Brixiae Provincia an. 1726. Romae studiorum curriculo absoluto, cum sacra ad *Thibet* expeditio esset decreta a. 1738, eidem comitem et socium se adiunxit. Substitit vero in *Nepal* et in *Bettiah* regionibus, atque ibi variis linguis edoctus multa egregie patravit et magna beneficia novae missioni contulit. Vir fuit incredibilis dexteritatis ita ut apud illas gentes, immo apud ipsum Bettiae regem in singularem aestimationem et amorem advenerit. Dum ad animam salvandam festinabat, repentino casu occubuit a. 1761.

Multa hindostanice opera in fidelium utilitatem scripsit multa vero ex aliis linguis item transtulit circa earum regionum religionem et mores, quae quidem omnia adhuc manuscripta iacent in archivis missionum, tum Allahabad et Lahore, tum Romae in ipso archivo S. Congr. de Propaganda Fide. — Typis tantum tradita fuit, anglice versa et in « ASIATIC RESEARCHES » vol. II inserta, eiusdem « *Regni Nepal descriptio* »; insuper eius *Dialogus inter christianum et paganum*, in lingua hindustana, cura P. Hilarionis ab Abtei (Bettiah 1907).

ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, III, 275, 742.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, VIII, 419; IX, 603
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Ind.
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. CAP., p. 27.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 213.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 390-95.
AMAT DI S. FILIPPO P., *Biogr. dei Viaggiatori ital.* (1882) I, 499.
STREIT, *Bibl. Missionum*, I, n. 1067; VI, n. 498, 604 (Bio-bibliogr.)
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 846-47.
ENCICLOP. ITAL. (Treccani) VI, 763.
CASSIANO DA MACERATA, *Memorie storiche... del P. Gius. Bernini... scritte dal P. Cassiano... e date in luce dal P. Silvio da Brescia*, Verona, 1767. (cf. infra « ITALIA FRANC. » 1938).
ANALECTA CAP., 4 (1888) p. 347-49: *Bio-bibliogr. del P. G. Bernini* (Valdemiro da Bergamo); 6 (1890) p. 349 (Bibliogr.)
JAHRESBERICHT Nordtirol. Kapuz. - Mission v. Bettiah u. Nepal, XII, 1907 p. 5-17, *P. Jos. M. der Gründer d. Mission Bettiah.*
ITALIA FRANC., 13 (1938) p. 58-66: *Vicende ignorate di un libro missionario* (Isidoro da Milano).
MISCELLANEA FRANC., 3 (1888) p. 33-34: *Bio-bliogr. del P. G. Bernini* (Valdemiro da Bergamo).

Iosephus Anton. ab Harsberg, domo *Kessler*, prov. Bavaricae definitor, Visitator Gener. Commissariatus Hungariae et insignis missionarius in universa pene Germania. Habitu religioso indutus an. 1889 et sacerdotio auctus an. 1892, prope octogenarius obiit in *Altötting* die 26 oct. 1947. — In causa beatificationis Conradi a Parzham, Marci ab Aviano, Georgii ab Augs-

burg et Victricii ab Eggenfelden impense adlaboravit. Insuper vitas vulgavit BB. Agathangeli et Cassiani, necnon Servorum Dei Iesualdi a Reggio et Mariae Laurentiae Longo.

ANALECTA ORD. 64 (1948) 125-27, necrol.
COLLECTAN. FRANC. 19 (1949) 357 brevis necrol.

Iosephus Anton. a Jerez de los Caballeros, alumnus prov. Baeticae seu Andalusiae, missionarius in Venezuela an. circ. 1770. — *Relationes* eius itinerum et nonnullae notitiae de Missione Venezuelana, quas ille conscripsit (1767-1770) vulgatae sunt a Regia Societate Geographica Matritensi in: *Relaciones Geogr. de la Gobern. de Venezuela* (1767-68). Madrid 1908.

STREIT, *Bibl. Missionum*, III, num. 835, 875, 880, 907, 921, 3111.

Iosephus ab Igualada (*Tous Soler*), prov. Catalauniae († 1871). Vide: *Capuccinae Tertiariae a Matre Divini Pastoris* ab ipso fundatae an. 1850.

Iosephus Anton. a Kaysersberg (Caesarmontanus) Prov. Alsatiae. — Ex *Hirsinger* familia natus est an. 1705. Regulam profitetur an. 1726 et moritur an. 1777. — Fuit S. Theologiae Lector egregius, ter Minister Prov. (1759, 1765, 1771); Visitator Apost. Prov. Coloniensis (1770) et Theologus Consultor P. Amati a Lamballe Min. Gen. — Plura scripsit et edidit, inter quae memorantur: *Theologia moralis*, 2 voll. (1767); *Theologia speculativa*, 4 voll. (1775); *Theologia polemica*, 3 voll. (1776); *Spiritualis decem dierum solitudo* (1754).

BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 159 s.
APPEND. AD SCRIPT. CAP., p. 27.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., VIII, 1521.
ANALECTA CAP., 38 (1922), p. 158, 186.
ARCHIV FÜR ELSÄSS. KIRCHENGESCH. (a. 1926) p. 312-20. - t. 11 (1936) pp. 259-77: *Die « Theol. mor. » des P. Ios. Ant. v. K.* (Archang. Sieffert v. Altorf) cf. *Collectan. Franc.*, a. 1941, p. 589 n. 908.
SANKT FIDELIS (Luzern), I, 1909, p. 114, 304.

Iosephus a Lahitte-Toupière prov. Tolosanae concionator. — E conventu expulsus vi revolutionis gallicae (1791), magnum exercuit apostolatum inter fideles et clerum schismaticum. Restauravit sanctuarium B. M. V. de *Bétharram* prope Lourdes († 1844).

APOLLIN. A VAL., *Bibl. Aquitan.*, p. 81.
IRÉNÉE, *Hist. Cap. Toulouse*, I, 53-77, 133-41.
IDEM, *Bibl. de Toulouse*, p. 14.

Iosephus (S.) a Leonessa in Aprutio, Prov. Umbriae alumnus. — E familia *Desideri* ortus est d. 8 ian. 1556. Inter nos cooptatus d. 3 ian. 1572, puritate et austeritate vitae praeclarus evasit. Fidei zelo inflammatus Constantinopolim missionarius ivit a. 1585 (1587) ibique multa egit ac perpessus est. Ab infidelibus apud Sultanum accusatus, alta e trabe pendere iubetur, ex quo supplicio post triduum mirabiliter ereptus in suam Provinciam revertitur ibique crebrum fructuosumque exercuit apostolatum.

Miraculis ac donis insignis sancte obiit in loco *Amatrice* d. 4 febr. 1612, eiusque ossa a. 1639 in patrium locum translata sunt. — Clemens XII eum inter Beatos retulit d. 22 iun. 1737, et Benedictus XIV d. 29 iun. 1746 Sanctum edixit.

Ex mss. a S. Iosepho relictis, publici iuris facta sunt: *Epistolae tres*, *Concio pro Octava Resurrectionis* et *Concio de Nativitate B.V.M.* in « Analecta O. Cap. » 13 (1897) p. 59, 122, 154, 281; *Predica per la Natività di Maria SS.*, in « Eco di S. Franc. » a. 1897 p. 425-434.

BIBLIOGRAPHIA

ACTA SS., *Propylaeum mens. Decem*, p. 49.
BULLAR. CAP., VII, X, cf. *Index*.
BOVERIO, *Annales*, II, 888-938.
FLORES SERAPHICI, II, 295-341 cum figura.
LEGGENDARIO CAPP., II, 59-91.
LEGGENDARIO FRANC., II, 64 ss.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 55-71, 471, 475; II, 689; III, 98.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, II, 363 (Ind.)
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 55-68.
ANTONINO, *Memor. Prov. Serafica*, p. 83-90.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 155 ss.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 88.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 151.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 248.
FRANC. DA VIC., *Scrittori Prov. Seraf.*, p. 54-64
ILG, *Geist d. H. Franz.*, II, 175-96.
LECHNER, *Leben d. Hl. Kapuz.*, I, 81-144.
LEBENS-GESCHICHTE *des Seeligen Iosephi v. Leonissa*. München. 1738.
LEVEN *van den H. Ioseph van Leonissa*. Breda, 1884.
MEMORIA. *Sacrilego furto del cuore di S. Giuseppe da Leon.* (26-V-1910). Spoleto 1910.
ANDREA DA PARMA, *Ristretto della vita del B. Gius. da Leon.* — Roma 1737 (versio hispanica cura P. Felicis M. a Parma, Madrid 1738).
ANGELO M. DA VOLTAGGIO, *Vita del Ven. G...*, Genova 1695.
ANTHONY BRENNAN, *St. Jos. of L...*, London 1912.
ERNEST M. DE BEAULIEU, *St. Ios. de L...*, Paris, 1936.
BONAVENTURE DE LUXEMBURG, *Abrégé de la vie du B. Jos.* Luxemb. 1738. — (versio neerlandica, ibid. a. 1738).
DANIEL DE PARIS, *Vie du B. Jos.*, Paris 1738.
GIACINTO DA BELMONTE, *Vita di S. Gius.*, Roma 1896.
GIUSEPPE DA CANNOBIO, *Vita...* Milano, 1737; Lugano, 1747.
ILARIO DA TEANO, *S. Gius. da Leonessa*, Torino, 1935. (cf. *Collectan. Franc.* 1936, p. 436-438).
EMERICUS VON PERLACH, *Tugend-Leben Jos. v. Leonissa*. Straubing 1747.

[EUGENIO DA SENIGALLIA], *Comp. vita...* Roma, 1912.
MACCHERONI ANGELO FELICE - *Vita di S. Gius. da Leon. posta in ottava rima.* Roma, 1865, et 1930.
MANZINI G. BATT., *Historia della vita... di Fra Gius. da Leonessa,* Bologna, 1647.
PAUL DE NOYERS, *Vie du B. Jos.*, Avignon, 1737.
SALLECCHIA SAVERIO, ABATE — *S. Gius. da Leonessa. Oratorio Sacro* (in due parti) *da cantarsi nella di lui chiesa eretta a Leonessa,* Roma, 1750.
ANALECTA CAP., 13 (1897) p. 57, 121, 154, 281 (*Epistolae S. Ios. a Leon. et de eius Scriptis*); 14 (1898) p. 183-89: *Oratio super vita et virtutibus S. Ios. a Leon.*; 30 (1914) p. 331-33: *Auctores qui de S. Ios. a L. scripserunt;* (quoad alia cf. *Index Gener.* voll. 1-50 p. 76).
COLLECTAN. FRANC. 18 (1948) p. 259-72, *Inventario dei mss. di S. Gius. da L. esistenti nel nostro Archivio della Postulazione Gen. in Roma.* (Bonav. da Mehr).
ÉTUDES FRANC., 2 (1899) p. 483 ss.; 3 (1900) p. 52 ss. *Un Episode de la vie de S. Joseph de Leon. à Constantinople,* 1587-89 (Arsène de Châtel).
MISCELLAN. FRANC., 4 (1889) p. 128; 9 (1902) p. 10-13: *Lettere di S. Gius. da Leonessa.*
ROUND TABLE, XIV, 1948-49, p. 1-23.
SVEGLIA — Bollettino del Santuario di S. Giuseppe da Leon., Roma-Leonessa 1947 ss.

Iosephus a Livorno, v. *Morteo Ios.*, episc.

Iosephus Anton. a Livorno, v. *Borghi Ios.*

Iosephus a Llerena, prov. Andalusiae alumnus. — *Commissarius Apostolicus* pro Hispania nominatus a S. Congr. die 24 apr. 1872, in hoc officio permansit usque ad principium anni 1881. Romae obiit an. 1886.
BULLAR. CAP., X, 390, 642.
FELICE. *Tavole Capit. Gen.*, p. 289.
MELCHOR, *Cap. en Castilla,* p. 233, 238-49.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 56 n. LX.

Iosephus M. a Lugano, v. *Luini I.*, episc.

Iosephus Maria a Macerata alumnus prov Picenae. — Ivit missionarius in Brasiliam (*Mat. to Grosso*) an. 1819, ibique. post multos labores vitam finivit a. 1846.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.* p. 323.
JOSÉ DE MESQUITA, *O Thaumaturgo do certão: Frei José M. de Macerata* (in: « *Revista do Instituto Historico de Matto Grosso* » , Maio-Iunho 1928).
MODESTO, *Mission. no Brasil,* p. 167-89.

Iosephus a Madrid (familia *De Pinedo*). Lector S. Theol., in sua Castellae Provincia Moderator et S. Inquisitionis Qualificator. In sacra praedicatione ita emicuit ut Carolus II et Philippus V Hispaniarum reges eum sibi concionatorem adsciverint. Obiit a. 1709. — *Annales* Ordinis nostri (1612-1634) a P. Marcellino De-Pise Matisconensi latine editos (Lugduni, 1676) P. Iosephus *hispanice* vertit et publici iuris fecit sub titulo: *Las Chrónicas de los Frayles Menores Capuchinos aumentada en algunas noticias pertenecientes a Provincia de las dos Castillas.* vol. 2, Madrid, 1690-91.
BULLAR. CAP., V, 365.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 156.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana,* p. 41.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 251.
ANDRÉS, *Vitalidad seráfica,* I, 240.
BUENAVENT., *Prov. de Castilla,* I, cf. Ind.
MELCHOR, *Cap. en Castilla,* p. 106, 114, 137.
BUENAVENTURA, *Necrologio,* p. 85.

Iosephus a Modena (*Monari*), prov. Parmensis. — An. 1711 in Congi et in Angolae missiones proficiscitur, quibus missionibus dein etiam praefuit. Obiit an. 1726. — Sua itinera narraverat itemque de sua sacra expeditione quaedam commentaria scripserat duobus voluminibus, quorum primum P. Evaristus Gatti notis illustravit atque vulgavit sub titulo « *Sulle terre e sui mari* » Parma 1931, (cf. *Collectan. Franc.* 1934, p. 605); alterum volumen ms. adhuc exstat in Bibliotheca Atestina (Modena).
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni,* X, 539-42.
FELICE, *Missionari Prov. Parma,* p. 39.
BOLLETT. SOC. GEOGR. ITALIANA, 1949, p. 189-92 (*Contributo alla conoscenza dell'Angola*).
ITALIA FRANC. 4 (1929) p. 279-284, *Un Cappuccino modenese al Congo, nei primi anni del sec. XVIII.* (T. Sorbelli). cf. *Collectan. Franc.* 1931, p. 274.

Iosephus a Modigliana (*Corelli*), prov. Bononiensis lector, definitor et bis moderator († 1715). — Hebraicum idioma apprime callens, ad ipsos Hebraeos concionabatur et librum contra eos composuit. — Typis commisit: « *Considerazioni per non peccare* » (1702).
PELLEGRINO, *Annali,* IV, 381 ss.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 157.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna,* p. 278.
MITTARELLI, *De literatura Faventinorum,* 104.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 595-99. *P. Jos. notitia bibliographica de libro contra Hebraeos.* (Sixtus a Pisa).

Iosephus Maria a Monterotondo (Monte Ereto), domo *Checchi* natus a. 1869, obiit Romae a. 1942. — Fuit prov. Romanae definitor, Commissarius Tertii Ordinis atque Congregationis S. Officii Qualificator. — Praelo commisit inter alia : *Gli inizi dell'Ordine Cappuccino e della Provincia Romana* (Roma 1910). — *I Santuari della Vergine in Sabina* (Rieti 1899). — *Le Cappuccine in Roma* (Roma 1907). — *Comp. Theol. moralis* (Taurini, 1919 et 1920).
EDUARDUS, *Bibl. Mariana,* p. 44.
ANALECTA CAP., 58 (1942) p. 85.
L'ITALIA FRANC., 14 (1939) p. 352.

Iosephus a Morlaix antiq. Britanniae Prov. alumnus. *Nouel de Kerven* familia a. 1606 natus, a 1622 nostrum institutum adgreditur et a. 1661 e vivis excessit. Praeclarus fuit concionator fervidusque catholicae fidei propagator et vindex in Gallia contra Calvinistas in regione Sédan an. 1640-1643. Jansenistas etiam perstrinxit et oppugnavit maxime circa sacram communionem frequenter accipiendam. — Scripsit aliquot opuscula de religiosis controversiis, ex quibus aliqua typis fuere tradita.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 372 s., 484.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 156.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 252.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 38.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., VIII, 1529 s.
IOSEPH. DE DREUX, *Oraison funèbre et panégyrique du P. Jos. de M.*, Paris 1661.
RENÉ DE NANTES, *Un capucin breton: le P. Jos. de Morlaix.* Paris, 1911 (Ex: *Etudes Franc.* t. 25-27).
ETUDES FRANC. t. 25 (1911) p. 113, 225, 468; t. 26, p. 18, 245; t. 27, p. 149: *Un capucin breton: le P. Jos. de M.* (René de Nantes).

Iosephus Maria a Niederrieden domo *Ried*, alumnus prov. Bavaricae. — Suorum civium fuit apostolus et benefactor egregius. Ortus a. 1821, obiit a. 1902.

EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 760.
SIGISBERTUS VON AUGSBURG, *P. Jos. M. Ried der « Apostel der Augsburger Bannmeile »* Augsburg, 1940 - pp. 103.

Iosephus M. a Novara, Prov. Mediolanensis concionator. — Natus a. 1627 nobili stirpe *Bagliotti*, inter nos cooptatur a. 1649, et vita decessit a. 1701. — Proprio suppresso nomine, nonnulla edidit opera praesertim de re hagiographica et historica, inter quae: *Vita di S. Gaudenzio, vesc.* (Novara 1687). — *Del sagro Monte di S. Franc. d'Orta* (Milano, 1686). — *Nova descrizione del Seraglio del gran Turco,* pubblicata già in lingua francese dal signor Tavernier (Milano, 1687).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 160.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 250.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 434.
MARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 217-20.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 50.
MELZI, *Dizion. Opere Anon.*, I, 108-09 (v. Bagliotto Filippo), 151; II, 144 (Luvra Tobias), 215 (I Mostri della Tessaglia).
DICTIONN. HIST. ECCL., VI, 215.

Iosephus ab Olleria (Osseria), concionator et lector prov. Valentinae in Hispania († 1716). — Ab eo exaratum est atque vulgatum opus, quod inscribitur: *Hagiographa prolegomena, seu proemialia in universam S. Scripturam* (Valentiae 1700).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 158.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 252.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 800.
EUGENIO, *Necrol. Prov. Valencia*, (8 sept.).

Iosephus M. a Palermo, clericus novitius Prov. Syracusanae. — In saeculo *Vincentius Diliberto* vocabatur. Ortus d. 1 febr. 1864, pueritiam duxit absque ulla disciplina, sed XVI aetatis anno (1880) divina luce collustratur; itaque in melius moribus emendatis, iter christianae perfectionis aggreditur. Certamine cum patre mire superato, habitum seraphicum inter nos sumpsit die 14 febr. 1885 in conv. *Sortino* ibique post decem menses donis supernaturalibus ditatus ad superos evolavit cum sanctitatis fama, die 1 ian. 1886. Processus pro eius beatificatione introductus est a. 1914.

SAMUELE, *Memor. Prov. Sirac.*, p. 448-57.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 511-26.
ANDREA DA COSPICUA, *Vita...* [in lingua vulgari melitensi]. Valletta, 1915.
BALDUINUS VON BERG, *Fr. Jos. v. Palermo, Kapuzinernovize.* Einsiedeln, 1924.
ERNEST M. DE BEAULIEU, *Fr. Jos. M. de Pal. novice capucin.* Toulouse 1916.
FERRIGNO G., *Vita di Vincenzo Diliberto novizio cappuccino*, Palermo, 1889.
HINTERLECHNER F., *Der Diener Gottes Jos. M. von Palermo.* Innsbruck 1917.
ROBERT D'APPRIEU, *Un Converti de 15 ans. Fr. Ios. de Pal., novice cap.*, Chambéry, 1921.
SAMUELE CULTRERA DA CHIARAMONTE, *Collegiale, Seminarista, Religioso. Fr. Gius. da Pal.*, Milano 1915.
IDEM, *Vom Tunichtgut zum Heiligen.* Frei bearb. von I. Magnussen. Altötting, 1928.
URBANUS VAN IZEGEM, *Centje Kurik* (*Leven v. d. Jos. v. Pal.*). Antwerpen 1940.
ANALECTA CAP., cfr. *Index Gener.* voll. 1-50, p. 76 (Status Causae beatificationis). - 61 (1945) p. 62 (Causa beatif.).
FIAMMA SERAFICA, 1922-1925 (cf. sing. fasc.)
FRANCISCAN ANNALS, 53 (1929) p. 16, ... 358.

Iosephus a Paris (*Leclerc du Tremblay*), prov. Parisiensis alumnus, « *Eminence grise* » cognominatus. — Natus die 4 Nov. 1577, post mortem patris et optimam institutionem etiam in arte militari et in rei publicae administratione, Ordini Capuccinorum se adscripsit an. 1599. Sacerdotio initiatus statim lector philosophiae renuntiatur; paulo post magister novitiorum et dein vitae apostolicae destinatur. Turonensis prov. Ministri munere fungitur ab an. 1613 ad an. 1616. Eodem vero tempore pro conversione protestantium in regione Pictaviensi (Poitou) operam navat et de expeditione pro *Locis sanctis* liberandis cogitat. An. 1616 Romam petit et a Paulo V approbationem obtinet. Sequenti anno Congregationem *Benedictinarum a Calvario* instituit et a. 1618 in Hispaniam transgreditur pro expeditione negotianda et pro instituendo novo Ordine Equestri *Militia Christiana* nuncupato.

Ab eventibus civilibus impossibili reddita locorum sanctorum liberatione per arma, missionarias expeditiones praeparat in *Orientem*

et *Marochium* simulque incrementat missiones in patria adversus haereticos. Anno 1625 denuo Romam se confert, Urbâno VIII poëma exhibet *Turciados libri quinque* (Paris, 1625) et una cum P. Leonardo a Parisiis constituitur a nova Congr. Fidei Propag. Praefectus missionum Orientis, quas ipse vult exclusive concreditas Capuccinis Gallis.

Nomen quo gaudet apud Ministrum card. de *Richelieu* a quo consiliarius adlectus est, expeditiorem reddit viam pro incoeptis exequendis. Negotia Status non sic eum tenent ut propriae vocationis obliviscatur vel curam spiritualem neglegat Congregationis *Benedictinarum a Calvario* quibus plurimas collationes dirigit. Quinimmo omnibus huiusmodi negotiis addenda est summa activitas litteraria quae patet ex multis operibus ab ipso conscriptis praesertim indolis asceticae. Hic meminisse sufficiat praecipuorum: *Exercice des bienheureux practicable en terre par les âmes dévotes et despouillées des affections de la terre* (Troyes, 1610; Paris, 1633; Nîmes, 1895); *Introduction à la vie spirituelle par une facile méthode d'oraison* (Poitiers, 1616; Paris, 1620, 1626; Mans. 1897). *Pratique intérieure des principaux exercices de la vie chrétienne* (Paris, 1621, 1626, 1638); *De la perfection séraphique* (Paris, 1624).

P. Iosephus obiit *Rueil* (Versailles) die 18 dec. 1638. Clarissimus Cardinalis de Richelieu an. 1632 graviter infirmatus, tamquam dignissimum successorem P. Iosephum sibi praeparare desiderans eidem romanam purpuram impetrare conatus est, frustra tamen variis de causis.

Bibliographia

BULLAR. CAP., V, 28, 48; VII, cf. *Index*.

BULLARII REGESTUM, n. 979 (Urbanus VIII a. 1634 P. Iosepho laudes rependit).

PELLEGRINO, *Annali*, I, 284-301, 372 ss.

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. III, cf. Ind.

GODEFROY, *Hist. Prov. Paris*, II, cf. Ind. 656.

RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 43 ss.

ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 175-202, 491-96; II, 136 ss, 317-361, 638-665; III, 461-482, 674.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 153.

IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 243.

SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 148 s.

BREMOND, *Hist. littér. du sentim. relig. en France*, II, 168-192; cfr. etiam *Index Gen.* totius Oper. p. 135.

DICTIONN. THÉOL. CATH., VIII, 1530-1533.

APOLLINAIRE DE VALENCE, *Le Chapeau cardinalice du P. Ios.* — Nîmes 1894, pp. 25. — *Le P. Ioseph*. Ibid. 1894 pp. 47. (Extr. de la *Revue du Midi*).

BARTHÉLEMY CH., *La verité sur le P. Ios.* (Collect. « Erreurs et mensonges histor.» IV° Série, p. 227-268. Paris 1880).

BAUDSON EMILE, *Charles de Gonzague, duc de Nevers*. Paris 1947 (p. 81-292 passim de P. Jos.).

DEDOUVRES LOUIS F., *Politique et apôtre. Le P. Joseph capucin. L'Eminence grise*. Paris 1932, voll. 2, pp. 462+367. — (Cfr. *Collectan. Franc.* 1933, p. 244; *Revue d'Hist.* Ecclés. a. 1932, p. 879).

IDEM, *Un précurseur de la B. Marguerite M. Alacoque. Le P. Joseph et le Sacre-Cœur.* Angers 1899.

FAGNIEZ GUSTAVE, *La mission du P. Ios. à Ratisbonne*. Paris 1885.

IDEM, *Le P. Ioseph et Richelieu* (1577-1638) Paris 1894, voll. 2.

FRANCISCUS AB ANGERS, *Vita et acta P. Ios. Leclerc, capucini*. Parisiis 1645.

GRENTE GEORGES, archevêque *L'Eminence Grise*. Nouv. édit., Gallimard, 1948. Pp. 203.

HUXLEY ALDOUS, *Grey Eminence. A Study in Religion and Politics*. London, 1941. — Versio *gallica* cura J. Cartier: Monaco 1945. — Versio *hispanica*: Buenos Aires 1942. — Versio *italica*: Milano 1946. (Cfr. FRANC. LEVEN, an. 1946 p. 258-62).

LAFUE P., *Le P. Joseph, Capucin et Diplomate*. Paris, 1946.

LAIR ADOLPHE, *Une découverte littéraire. Le P. Ioseph écrivain*. Paris 1896, pp. 49. Extr. du « *Correspondant* ».

O'CONNOR, R. F., *His grey eminence: the true Friar Joseph of Bulwer Lytton's Richelieu: an hist. study*. [Refutatio operis « Richelieu » editi a Bulwer Lytton a. 1839]. Philadelphia, 1912.

PARMENTIER F., *De P. Iosephi capuccini publica vita, qualis ex eius cum Richelio commerciis appareat*. Parisiis, 1877.

RICHARD RENÉ, *Histoire de la vie du P. Ioseph Leclerc capucin*. Paris 1702 et Genève 1704. voll. 2.

IDEM, *Le véritable P. Ioseph capucin, nommé au cardinalat, contenant l'histoire anecdote du card. de Richelieu*. St. Jean de Maurienne 1704, voll. 2.

RIGAULT, GEORGES, *Frère Joseph, un éducateur social, fondateur de la maison des Francs-Bourgeois*. Paris, 1926.

VAUMAS (G. DE), *Lettres et Documents du P. Jos. de Paris concernant les Missions étrangères 1619-1638*. Lyon 1942, pp. 272 — (Cfr. COLLECTAN. FRANC., 1950 p. 156-58; REVUE D'HIST. ECCLÉS., t. 40, 1944-45 p. 293).

YVIGNAC (HENRI D'), *L'Eminence grise. Le P. Ioseph*. Paris 1931, pp. 163 (cfr. *Collect. Franc.* a. 1934, p. 309).

LES AMIS DE ST. FRANÇOIS (Paris), a. 1945, Novem. p. 1-10, *La leçon du P. Joseph*.

ANNALES FRANC. (Paris), 16 (1888-90) pag. 289 ss. *Un apôtre du S. Coeur au commencement du XVII siècle. Le P. Ioseph de Paris*. — 20 (1895-96) p. 361-68. *Thèses de M. Dedouvres sur le P. Ios.* (Edouard d'Alençon). — 26 (1902) p. 347-50. *Les origines francisc. du Voeu de Louis XIII* (Ubald d'Alençon).

COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 459 ss. — 3 (1933) p. 246-48 (Notitiae variae de P. Ios. 18 (1948) p. 118 *Docum. inediti sui Capp.*

nel vicino Oriente 1623-83 (cf. Ind. p. 376 Ios.).

ETUDES FRANC. 1 (1899) p. 522-25, *Le P. Ios. Etude critique de ses Oeuvres spirituelles.* (L. Dedouvres). — 6 (1901) p. 342 ss. *L'idée du P. Ios. — Fondation des Missions capucines françaises* (Hilaire de Barenton). — 29 (1913) p. 337 ss. *Le P. Ios. Lecteur en philosophie,* 1603-04. (L. Dedouvres). — Ib. p. 359-63, *Deux Epitaphes satiriques sur l'Eminence grise.* (Frédégand Callaey, O. Cap.). — 33 (1921) p. 78 ss. *Le P. Ios. l'Eminence grise. La vie, ses écrits.* (L. Dedouvres). — 35 (1923) p. 14-25, *La Rhétorique Sacrée du P. Ioseph d'après les Exhortations spirit. adressées aux Filles du Calvaire.* (Dedouvres).

FRANC. LEVEN, 6 (1923) p. 241, 270, *P. Ioseph van Parijs en de Capucijnenmissies.*

REVUE DES FACULTÉS CATH. DE L'OUEST, octobre 1912, p. 25-62, *Un capucin thomiste: le P. Ioseph, lecteur en philosophie* (1603-1604).

REVUE D'HIST. FRANC. 2 (1925) p. 417, *Médaillon sur chêne de l'Eminence grise.* (H. Lemaître).

REVUE D'HIST. DES MISSIONS, 6 (1939) pag. 206-232, *Le P. Ios. Leclerc et les Missions de la Nouvelle France,* 1632-33. (Odoric Jouve, O. F. M.). — 15 (1938) p. 336-359, *L'activité missionnaire du P. Ios. de Paris.* (G. de Vaumas).

REVUE SACERDOTALE (Paris), 20 (1949) p. 134 ss. (De P. Jos. cognatione cum Domina *Acarie* et *B. Maria ab Incarnatione*).

SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 7 (1931) p. 39-44, *P. Ios. v. Paris und die Gründung der «Propaganda».* (P. Ansgar Zawart).

Iosephus M. a Pescia, Prov. Tusciae. — Familia *Somigli* natus a. 1774, habitum nostrum sumpsit a. 1794. Lector et Orator excellens exstitit. In Aulam Apostolicam eum adsciverat concionatorem Pius VII a. 1817; sed a. 1820, ob aliquas subinde exortas controversias, idem Pontifex officium illud eidem abrogavit. Obiit a. 1832. Eius *Orationes* in dicta Aula recitatae, exstant manu scriptae in Archivo eius Provinciae.

BULLAR. CAP., IX, 275.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 180-86, 678.
MAURO, *Il Predicatore Apost.,* p. 152-55.
SIGISMONDO, *Biografia Serafica,* p. 871.

Iosephus Angelus a Pianella,
vide *Di Fazio I.,* episc.

Iosephus a Pistoia, nobili *Dondori* genere. Tusciae Prov. Definitor et Minister. — Postquam in Pisana Universitate studiis operam dederat, inter nostros venit a. 1613, aetatis suae 25 annorum. Verbi Dei strenuus nuntius exstitit. Rerum suae patriae indagator, opus scripsit, quod eo mortuo (1650), typis vulgatum est cum hoc titulo: *Della pietà di Pistoia...,* voll. 2, Pistoia, 1666.

PELLEGRINO, *Annali,* II, 213-215.
BERNARDUS, *Bibl. Script.,* p. 154.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Script.* II, 139; III, 259.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.,* II, 245.
FERRARI, *Onomasticon,* p. 280 (Dondori).
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 678 (Opera).
SISTO, *Storia Capp. Toscani,* I, 639 (Ind.).

Iosephus a Roscoff (*Ivo Mevel*), alumnus prov. Britanniae. Tempore gallicae perturbationis, in odium fidei capite damnatus est a. 1794 in urbe *Brest.*

BESCHIN, *Martyrol. Franc.* (30 iulii).
EDOUARD, *Essai de Martyrologe,* p. 18.
ANALECTA CAP., 44 (1928) p. 297-300.

Iosephus-Romanus a Saint-Claude, *Joly* cognomine. — Natus a. 1715, religiosum habitum sumpsit in antiqua Prov. *Burgundiae* et vita cessit Parisiis a. 1805, devexa aetate 91 annorum. — Vir ingenio praeditus, in disciplinis tum sacris tum profanis fuit valde versatus. Plurimos diversi generis libros, versibus atque soluta oratione conscripsit et edidit, inter quos sequentes adnotamus, *Parisiis* omnes evulgatos, scilicet: *La Géographie sacrée et les Monuments de l'Histoire Sainte. Lettres du P. Jos.* - Nouv. éd. (1784) — *Atlas sur la Géographie sacrée et sur l'Histoire Sainte* (1786) - *L'ancienne Géographie universelle comparée à la moderne,* voll. 2 (1801) - *L'Egyptiade, ou le voyage de St. François d'Assise à la Cour d'Egypte. Poème en 12 Chants* (1786). Huius Carminis versio italica vulgata est in periodico commentario: L'ITALIA FRANCESCANA, vol. V, 1930, p. 33ss. — *Histoire de la Prédication* (1767) - *Dictionnaire de morale philosophique,* 2 voll. (1771) - *Abrégé de la Théologie,* 2 voll. (1790).

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 29.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana,* p. 44.
HURTER, *Nomenclator,* V, 672.
BIOGRAFIA UNIV. (Venez. 1823) t. 29, p. 348 s.
DICTIONN. THÉOL. CATH., VIII, 1496-97.
COLLECTAN. FRANC., 11 (1941) p. 387, de opere: *Hist. de la Prédication.*
ETUDES FRANC., VIII, (1902), p. 465 ss.
ITALIA FRANC., 5 (1930) p. 33 ss.

Iosephus M. a Salemi, v. *Maragioglio Ios.*

Iosephus Ant. a S. Giov. in Persiceto,
vide *Bussolari I. A.,* archiep.

Iosephus a S. Anatolia
vide *Iosephus ab Esanatoglia.*

Iosephus M. a Savorgnano, Prov. Venetae magister novitiorum, definitor et bis moderator. Anno 1754 definitor gener. eligitur, quod officium a. 1761 iterum ei committitur. Ob mortem P. Pauli a Colindres Ministri Gener. (7 iun. 1766) ipse per biennium Commiss. Gener. munus explevit. In Urbe obiit d. 25 febr. 1773, aetatis suae 76, religionis vero 60. —

Eius Oratio de SS. Sacramento, vulgata est a. 1746.

FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 218, 221.
BERNARDINO, *Quattro secoli di vita*, p. 131.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 160.
GIO. CRISOST., *Bibl. Prov. Veneta*, p. 163.

Iosephus Maria a Soriano, prov. Rheginensis alumnus. — Floruit in secunda medietate saec. XVIII et munera explevit lectoris philosophiae et theologiae et definitoris provinciae ab an. 1777 ad an. 1783. Dies obitus ignoratur. — Plura edidit opera a doctis magni habita scilicet: *Le tenebre disvelate nel nostro secolo diciottesimo, che chiamasi il secolo illuminato* (Napoli, 1786); *Anatomia delli costumi umani o sia etica cristiana seguita dalla naturale filosofia. Opera polemica morale* (Napoli, 1787); *Antidoto a miscredenti o siano le caste spirituali delicie della cattolica religione dirette agl'increduli ed a chi vorrà confermarsi nella medesima. Opera dommatico polemica* (voll. 2, Napoli, 1791-92); *La cattolica libertà vendicata dalla perfidia dei Giacobini francesi* (voll. 2, Napoli, 1796).

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. p. 28 (*Ios. M. a Soriano*); p. 29 (*Ios. M. a Sorrano*), qui sunt idem.
APOLLIN. A VAL. *Bibl. Neapolit.* p. 119.
ALIQUÒ-LENZI, *Scrittori Calabresi*, (1923) p. 179
BONAV. DA SORR., *Capp. di Napoli*, p. 44.
FRANC. DA VICENZA, *Scrittori Calabresi*, pag. 67. — *Appendice*, p. 24.
HURTER, *Nomenclator*, v. 324.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XIV, 2418.

Iosephus Maria a Terni (Interamna), Min. Gen., prov. Umbriae alumnus. — E *Manassei* comitibus ortus a. 1685. Ordinem ingreditur a. 1712. Fuit Lector Philos. et Theol. atque pluries suae Provinciae Minister. — Supremum vero Ordinis regimen ei concreditum est in Capit. Gen. d. 3 iun. 1740 celebrato, quod munus per septem annos exercuit. Fuit etiam arbiter in gravi disceptatione dirimenda, quae inter Carolum III regem neapolitanum intercesserat et supremum Equitum Melitensium Magistrum. Obiit Tuderti (*Todi*) d. 1 ian. 1762.

BULLAR. CAP., II, 100.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 204.
LEGGENDARIO CAPP., I, 12-24.
MEMORIE STORICHE *della vita del P. Gius. M. da Terni, Generale dell'Ord. dei Capp.* - Da un ms. che si conserva nell'Archiv. dei Conti Manassei di Collestatte. — Roma, Scuola Salesiana, s. a. (1938 circ.) *Pro manuscripto*.
ANTONINO, *Memorie Prov. Seraf.*. p. 47-50.
ANALECTA CAP., 8 (1892) p. 147.
ITALIA FRANC., 3 (1928) p. 388-400: *P. Gius. Manassei alla Corte del re di Napoli* (Franc. da Vicenza); 14 (1939) p. 330, 435; 15 (1940) p. 20, 90: *Epistolario del P. Gius. M. Generale dei Capp.* (Id.).

Iosephus Anton. a Trivigliano (*Lattanzi*), prov. Romanae concionator. Cultus erga B.M. Virginem fuit propagator assiduus. Obiit Viennae in Austria a. 1728.

BORGIA F., *Raccolta di Grazie operate per intercessione dell'immagine della Vergine, portata dal P. Gius. A. da T.*, Fermo 1727.
PAOLINO DA BAGNO, *La Madonna del Popolo Aquilano che si venera nella Chiesa di S. Marco*. Aquila 1950. (De nostro *P. Ios. Ant. a Trevigliano tractatur* p. 7-21).
L'ITALIA FRANC., 7 (1932) p. 532-41. — 8 (1933) p. 222 (nota): *Il P. Gius. Ant. da Trivigliano e la « Madonna del popolo Aquilano »* (P. Paolino da Bagno). — cf. *Collectan. Franc.* 1936, p. 483 n. 450.

Iosephus a Vicenza, Prov. Venetae. — Architectus bonae notae; natus circa a. 1640, regulam seraphicam professus est a. 1658 obiitque in patrio conventu a. 1720. — Scripsit: *Miscellanea gnomonica e geometrica* (quae in Archivo Prov. asservatur) et *Trattato di scienze matematiche* (in Biblioth. Nation. Marciana).

GIO. CRISOST., *Bibl. Prov. Veneta*, p. 166.
BOLLETTINO FRANC. STOR. BIBL., I (1930) p. 186-92: *Un ignorato architetto: Il P. Gius. da Vic.* (Davide da Portogruaro).

Josue a Bolzano (*Trolf*) prov. Tirolensis. — Eloquentia singulari praeditus celeberrimum sibi nomen acquisivit etiam ultra fines patriae qua missionarius in Bavaria et Westfalia. Contra haeresim, quam Liberalismum vocant, strenue ac fortiter pugnavit. Obiit in Innsbruck die 28 mart. 1885. — Multas *conciones* vulgavit in commentariis periodicis, sed multo plures *Mss.* conservantur.

TOTENBUCH D. TIROLER KAPUZ., I, 165.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.*, II, 602.
ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 31 s.

Jovis villa, Jovinii villa, vide *Joinville*

Joye Ernestus a Montagny-la-Ville, *episc.*, alumnus prov. Helveticae; natus die 13 apr. 1880, Ordini Capuccinorum se addixit a. 1906 et sacerdos ordinatus est a. 1912. Anno autem 1930 in missionem insularum *Seychellarum* in Oceano Indiano perrexit; an. 1932 constitutus est Superior Regularis et die 23 maii 1933 per Breve Apostolicum nominatus est Episcopus Coadiutor cum iure successionis pro Dioecesi *Portus Victoriae* seu Seychellarum, et collato titulo ecclesiae *Ceramensis*. Sequenti anno die 8 ian., abdicante Episcopo ordinario, eidem successit; verum an. 1936 onus dimisit et die 4 iunii ad sedem titularem *Raphiensem* translatus est.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 277.
ANALECTA CAP. 49 (1933) p. 202, episc. — 52 (1936) p. 190, dimissio dioecesis.

Joyeuse (Ange de) v. *Angelus de Joyeuse*

Joyeuse (card. Franciscus de) Narbonensis et Tolosanae ecclesiarum archiepisc. et *Cardinalis* tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio. Est germanus frater celebris nostri P. Angeli de Joyeuse. — A Clemente VIII Ordinis Capuccinorum *Protector* constitutus est per Breve die 10 ian. 1603, quod munus proficue explevit usque ad obitum, qui ei accidit die 23 aug. 1615.

BULLAR. CAP., I, 49; V, 66, 207.
ANALECTA CAP., 3 (1887) p. 168 s. — 12 (1896) p. 365.

Ipé (Vila) in Prov. Caxiensi (*Rio Gr. do Sul* in Brasilia). — In hoc loco fratres Capuccini curam paroecialem habent ex an. 1936; domus religiosa pro eis canonice erecta est an. 1939 et an. 1942 Seminarium seraphicum Sancti Aloisii exstructum est.

TEODORO DE ALFREDO CHAVES, 50 *anos de atividades no Rio Grande do Sul* (1946), p. 111-115.
ANALECTA CAP., 56 (1940) p. 13.

Iporedia, vide *Ivrea*

Iprae, vide *Jeper* (Ypres)

Iran, vide *Persia*.

Iraq, in Asia vide *Mesopotamia*.

Irati in Brasilia (dioec. de Ponta Grossa), Custodia Prov. de *Paraná*. — Paroecia huius loci concredita est fratribus Capuccinis a. 1947.

INÁCIO, *Custodia do Paraná*, p. 126.
ANALECTA CAP. 64 (1948) p. 11.

Irdning (*Irdninga*) in antiqua Prov. Styriae (Austria). — Anno 1711, castrum de *Falkenburg* in conventum pro nostratibus mutatum est. Ecclesia a. 1718 posita est sub patrocinio S. Ioseph.

BULLAR. CAP., IV, 381.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 39 tab. 18.
SCHEMATISMUS *Prov. Styriae* (1908) p. 31, 98
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 546.
ANALECTA CAP. 36 (1920) p. 203, *Novitiatus*.
FRANZISKUS (Linz), 5 (1930-31) p. 107, 142.

Irenaeus ab Aulon, prov. Tolosanae alumnus. Ortus e familia *Lamourelle* die 13 febr. 1862; Ordinem ingressus a. 1879; sacerdotio auctus a. 1886. Munera explevit Procurae Generalis a secretis (1902) et Ministri Provincialis (1909). Optime meritus de historia provinciae et Ordinis in Gallia, obiit in coenobio Tolosano die 15 oct. 1941.

Opera edita: *Bibliographie des FF. Min. Capucins de la Prov. de Toulouse* (1582-1928) Toulouse, 1928; *Histoire Ord. Capucins... d'Aquitaine*, Rome, 1906; *Histoire des... Capucins de... France*, Rome 1905; *Histoire des Frères-Mineurs Capucins de la Province de Toulouse*, voll. 2, Toulouse, 1936-37; *Nécrologe des Frères Mineurs Capucins de l'ancienne Prov. d'Aquitaine*. Carcassonne, 1904; *Nécrologe des Frères-Mineurs Capucins de la Province de Toulouse*, Toulouse, 1915.

IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 42.
ANALECTA CAP. 62 (1946) p. 83.
ETUDES FRANC., an. 1950, p. 91-93.

Irenaeus ab Avallon, prov. S. Ludovici in Gallia (Provence). Fuit concionator boni nominis, et contra haereticos verbo et calamo pugnavit. — Eius exstant *Controversiae* contra Calvinistas etc. (Lugduni 1628) et *Liber apologeticus*.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 160.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 153.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 257.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 378.

Irenaeus a Casalmoro, Prov. Brixiensis. — E *Bertolinelli* genere natus an. 1591, inter nos cooptatur a. 1611. Per annos amplius quadraginta in Raetiae missione strenue adlaboravit, eamque ut Praefectus per aliquot annos rexit (1632...). In Provinciam reversus, Brixiae obiit a. 1671. — Scripsit *Catechismum* (in lingua romancia).

PELLEGRINO, *Annali*, I, 131; III, 181-85.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, II, 127, 159, 165-215, 220.
CLEM. DA BRESCIA, *Miss. Rezia* (cf. Ind.).
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 440 (Ind.)
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 183-88.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 224.
IL MASSAIA, 4 (1917) p. 4-6: *Figure storiche*.

Irenaeus a Mühlbach (*Kofler*) alumnus prov. Tirolensis. Natus an. 1813; habitu seraphico indutus an. 1830, Admodum laboravit tum in propria Provincia uti lector et concionator tum in provincia Lugdunensi uti cappellanus Germanorum tum praesertim in Westphalia, quo a Ministro Generali anno 1851 missus fuerat ad instaurandam provinciam. Maxima tamen tribulatione affectus est, cum anno 1874 leges civiles (*Kulturkampf*) monasteria Borrussiaca aboleri iuberent. Vir de toto Ordine meritus obiit in Sterzing die 24 Nov. 1875.

TOTENBUCH *der Tiroler Kapuziner*, II, 633.
HOHENEGGER. *Provinzgeschichte*, II, 501 ss.
ASSISI-GLÖCKLEIN, 9 (1927) 6; 10 (1928) 1 ss.

Irsina, vide *Montepeloso*.

Isaacus ab Ochsenfurt (Oxoviensis), familia *Oehninger*, Prov. Bavaricae Concionator magni nominis et Definitor († 1708). — Opus insigne, quod inscribitur « *Conférences Théologiques* » a P. Ludovico Franc. de Argentan compositum, P. Isaac latine transtulit vulgavitque in 3 voll. Augustae Vindelic. a. 1701-26. — Illius sunt etiam *Elogia Mariana* ex Litaniis lauretanis deprompta (Ibidem, 1700): versio germanica edita est Würzburg a. 1703.

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 202 ss.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 160.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 35.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 257.
EBERL., *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 293.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XI, 951.

Isaeum, vide *Iseo*

Isaias a Genova, vide *Volpi I.*, episc.

Isaias a Gerenzano (*Guzzetti*), prov. Mediolanensis lector et definitor († 1922). — Plurimos edidit libros ad usum praesertim fratrum ac sororum Tertii Ord. S. Franc. (« *Il florilegio* » - « *Piccolo manuale* ») et sanctorum biographias.

ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 224-28.
ANALECTA CAP., 38 (1922) p. 317.

Iseghem, vide *Izegem*.

Iseo (Isaeum) in Prov. Mediolanensi. — Anno 1586 coepit aedificari conventus cum ecclesia in honorem S. Marci Evangelistae. Conv. a militibus occupatus a. 1801, non amamplius fuit restitutus.

BULLAR. CAP., II, 448.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 43-45, 638.

Isernia (*Aesernia*) in Prov. Fodiensi. — Conventus qui fuerat a. 1577 erectus, derelinquitur vi legis suppressionis Religiosorum an. 1860-1866. Ecclesia dicata est S. Mariae Angelorum; sed etiam ab Immaculata Conc. nuncupatur. Anno 1950 iacta sunt fundamenta novi conventus.

BULLAR. CAP., III, 100, 316.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Ang.*, p. 66.
ANALECTA CAP. 66 (1950) 21, conv. reassum.

Isidorus a Guarcino (Varceno) Prov. Romanae. — Domo *Faraone* natus est a. 1830; habitum sumpsit a. 1847. Studiis humanarum litterarum in Universitate Bononiensi vacavit, ibique doctoris lauream consequutus est. Lector Philos. et Theol. in sua et in Corsicae Prov. exstitit. Contra haereticum *Renan* scripsit: *La Vita di Gesù Cristo* (Roma, 1876), quod opus numismate donatum est. — Obiit in conv. *Veroli* d. 27 dec. 1899.

GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 106.
MARIANO DA GUARCINO, *Vita del P. Isidoro G. d. Prov. romana*, Veroli, 1926.
ANALECTA CAP., 16 (1900) p. 63, necrol.
ITALIA FRANC. (1926) p. 45-51; (1939) p. 352.
RESOCONTO PROV. ROMANA, 1940-41, p. 44.

Isidorus a León (Legionensis), alumnus prov. Castellae in Hispania. — Opus edidit de mystica theologia, quod inscribitur: *Mistico cielo*... 3 voll. Madrid 1685-87.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 161.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 258.
ANDRÉS, *Vitalidad seráfica*, I, 233.
BUENAVENT., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, p. 82, 109.

Isidorus a Niort (*Binet*), prov. Turoniae moderator a. 1676-79; contra Calvinistas verbo et scriptis luctavit. — Praelo commisit opus inscriptum: *Le Missionnaire controversiste*, Poitiers 1686, reimpressum a. 1710.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 161.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 258.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., VIII, 84.
DICTIONN. HIST. ECCLÉS., VIII, 1505.

Isidorus a Sevilla (Hispalensis), Prov. Baeticae seu Andalusiae. — Nobili stirpe *Rodriguez de Esquibel* natus est a. 1662, et a. 1681 inter nos cooptatur. Orator fuit mirabili facundia atque ubertate praeditus. Primus ipse fuit qui cultum in Beatam Virginem sub speciali titulo « *Divini Pastoris Mater* » invexit, quae devotio valde postea propagata est (vide: *Maria Virgo Div. Past. Mater*). — Obiit cum sanctitatis fama a. 1750. — Multa scripsit de B. Maria Virgine et de re hagiographica. Typis mandavit, inter alia: *La mejor Pastora Assumpta* (Sevilla, 1732). — *De B. Virgine Maria de la Pastora* (Hispali, 1738).

BERNARDUS, *Biblioth. Script.*, p. 161.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 36.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 258, 259.
JUAN B. DE ARDALES, *La Divina Pastora* (Sevilla 1949) cfr. t. I, cap. I-IV (not. biogr.).
ENCICLOP. UNIV., (Espasa), 55, p. 888.
NICOLÁS DE BILBAO, *Panegyris fúnebre de el P. Isidoro*. Sevilla 1751.
ADALID SERAFICO, a. 1900, p. 86-89.
ARCHIVO IBERO-AMER., 21 (1924) p. 214; 23 (1925) p. 405, de opusc. etc. P. Isidori.
ANALECTA CAP., 3 (1887) p. 325 s.
FLORECILLAS DE S. FRANC., a. 1903, p. 264-266.

Isidorus a Smyrna, alumnus prov. Panormitanae. — Ortus e familia *Taylor* die 2 maii an. 1873; habitu seraphico indutus an. 1889 in coenobio Budjae Instituti pro missionibus Orientis; sacerdotio auctus an. 1895. Laudabiliter missiones exercuit primum in Aegei stationibus dein anno 1905 et a. 1913 in Superiorem Regularem missionis Smyrnensis electus est. Demum an. 1926 *Administrator Apostolicus* dioecesis Candiensis fuit renuntiatus. Multa perpessus est pro bono missionis, praesertim tempore belli mundialis et belli graeco-turcici, in quo Smyrna incendio vastata est. Obiit die 20 ianuarii 1943.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, II, 132. 307; III, cf. Ind. p. 426; IV, 270.
ANALECTA CAP. 42 (1926) p. 289. Admin. Apost. — 46 (1930) p. 140, curricul. — 60 (1944) p. 104-106, necrol.

Isle seu Ile de Ré, vide *Saint-Martin-de-Ré*

Isle (l') prope Avenionem. — Conventus *Insulensis* ab antiqua Prov. S. Ludovici excitatus a. 1611, mansit usque ad gallicam eversionem (1790).

BULLAR. CAP., V, 163-65, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 91.

— Monasterium monialium *Capuccinarum* a. 1602 conditum, nunc derelictum iacet.

BULLAR. CAP., V, 160-61, 402.

Issiodurum, vide *Issoire*

Issium, vide *Is-sur-Tille*

Issoire (*Issiodurum*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus qui iam ab a. 1608 hic exstabat, modo publici valetudinarii locum obtinet.

BULLAR. CAP., V, 397.
ETUDES FRANC., 49 (1937) p. 72 s.

Issotilium, vide *Is-sur-Tille*

Issoudun (*Ezoldunum*) in Prov. Tolosana. Coenobium a veteri Prov. Turoniae a. 1620-22 iam conditum, postea supprimitur a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 391.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 359.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 507.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 107.
REVUE HIST. FRANC., 6 (1929) p. 334.

Is-sur-Tille, prope Dijon (*Issiam, Issotilium*) in Prov. Lugdunensi. — An. 1627 Hospitium commodatum erat religiosis nostris qui se sacris missionibus in finitimis locis mancipassent; an. vero 1632 fundamenta iacta sunt coenobii et ecclesiae; nunc conventus derelictus iacet.

BULLAR. CAP., 9 (1893) p. 91 s.

Istonio vide *Vasto*.

Italia. — Brevis *conspectus chronolo cus* evolutionis Ordinis Capuccinorum in Italia. (Vide etiam sub v. *Chronologia Ord. Cap.*).

1525-28 Reformatio Capuccina oritur in prov. *Picena*; primae residentiae: *Camerino, Colmenzone, Albacina* etc.
1529 Capuccini *Romam* ingrediuntur et hospitio recipiuntur apud ecclesiam S. Mariae Miraculorum ad portam Flaminiam.
1530 E prima romana sede Capuccini demigrant in antiquum monasterium S. Euphemiae.
— Primae residentiae in *Umbria*: Foligno, Narni, Terni.
1531 Capuccinis concreditur antiquissimus eremus franciscanus de *Montecasale* (Sansepolcro in Tuscia)
1532 Fratres Minores Recollecti in *Calabria* nostrae Congregationi consociantur.
1533 In *Sicilia* primi conventus eriguntur: Messina et Castronovo (Palermo).
— In *Apulia* prima domus erigitur in oppido Rugge.
1535 A Capitulo Generali eriguntur *primae* 12 *provinciae Ordinis*, scilicet: Apuliae, Bononiensis, Calabriae, Genuensis, Mediolanensis, Neapolitana, Picena, Romana, Siciliae, Tusciae, Umbriae et Veneta
1537 Ad instantiam Ministri Gen. de Observantia Paulus III prohibet quominus fratres Capuccini *extra Italiam* se extendant.
— Antiquissimus conventus franciscanus Cortonensis, vulgo *Le Celle*, ab episcopo Aretino Ordini nostro committitur.
1540 Fundamenta nostrae Congregationis ponuntur in insula *Corsica*.
1558 Conventus prov. *Aprutinae* adnectuntur prov. Romanae.
1560 Prov. *Apuliae* in duas dividitur, scilicet: Lucaniam et Barensem.
1567 A Capitulo Generali fratres mittuntur in insulam *Cretam* (Candia).
1574 A Gregorio XIII facultas conceditur nostrae Reformationi se propagandi etiam *extra Italiam*.
— Prov. *Siciliae* dividitur in tres prov., nempe: Messanensem, Panormitanam et Syracusanam.
1584 Prov. *Calabriae* dividitur in Consentinam et Rheginensem.
1585 Fratres prov. Syracusanae in insula *Melita* (Malta) primum coenobium erigunt in civitate « Floriana ».
1587 Ex divisione prov. *Mediolanensis* oritur prov. Brixiensis (Brescia).
1590 Prov, *Apuliae* seu S. Nicolai in duas dispertitur: in Barensem (Bari), Hydruntinam (Otranto).
1591 Commissarius in *Sardiniam* mittitur ad nostrum Ordinem introducendum.
1599 Coenobia *Corsicae* committuntur prov. Genuensi.
1605 Conventus *Corsicae* iterum in peculiarem prov. constituuntur.
— Commissariatus *Sardiniae* in prov. erigitur
1619 Ex divisione prov. *Genuensis* oritur prov. Pedemontana.
1679 Ex divisione prov. *Bononiensis* oritur prov. Lombardiae (nunc Parmensis).
1695 Prov. *Sardiniae* in duas dividitur, nempe in Calaritanam (Cagliari) et Turritanam (Sassari).
1712 Capuccinorum Ordo in Italia complectitur *domus* 830, *religiosos* 12.466.
1730 Erigitur Custodia *Montisferrati* sub immediata dependentia Ministri Gen.
1734 Erigitur Custodia *Tridentina* sub immediata dependentia Ministri Gen.
1740 Coenobia insulae *Melitae* in formalem Custodiam eriguntur.
1749 Ex duabus Custodiis *Mantuae* et *Tridenti* constituitur prov. Mantuana.
1750 Ex divisione prov. *Genuensis* oritur prov. Alexandrina seu S. Iosephi a Leonissa.
1751 Coenobia Montisferrati aliaque prov. Mediolanensis adnectuntur prov. Alexandrinae.
1785 Prov. *Mantuana* in Tridentinam convertitur.
1786 Ex divisione prov. *Alexandrinae* oritur prov. Novariensis.
1788 Coenobia reipublicae *Lucensis* (Lucca) in Commissariatum Generalem constituuntur.
1797 Saeviente *gallica revolutione* plura coenobia Italiae septentrionalis seu reipublicae Cisalpinae supprimuntur.

1810 Decreto napoleonico in toto *Regno Italico* decernitur generalis suppressio Ordinum religiosorum.
1820 Commissariatus Gener. *Lucensis* in Custodiam provincialem convertitur.
1853 Status Ordinis in Italia: *conventus* 633; *religiosi* 8.522.
1866 Omnes Regulares per civile decretum supprimuntur.
1888 Prov. *Consentina* consociatur prov. Rheginensi Calabriae.
1899 Prov. *Consentina* iterum separatur a prov. Rheginensi.
1908 Prov. *Barensis-Hydruntina* nomen antiquum prov. Apuliae reassumit.
1909 Duae prov. *Calabriae* consociantur in prov. Rheginensem-Consentinam.
1911 Duae prov. *Calaritana* et *Turritana* in Commissariatum Prov. Sardiniae coadunantur.
1914 Prov. *Consentina Rheginensis* iterum in duas dividitur.
1928 Ex divisione prov. *Tyrolensis* creatur prov. Brixinensis (Bressanone).
1930 Coenobia Commissariatus Prov. *Sardiniae* incorporantur prov. Romanae.
1940-45 Bello saeviente plurimae *domus* et *ecclesiae* destruuntur vel laeduntur.
1946 Domus insulae *Sardinae* in Commissariatum Generalem constituuntur.
1949 Commissariatus Gen. *Surdiniae* evehitur in Commiss. Provincialem.

STATUS ORDINIS IN ITALIA

an.		domus		religiosi
an. 1536	domus	.....	religiosi	c. 500
» 1550	»	c. 105	»	c. 2500
» 1571	»	c. 300	»	c. 3300
» 1649	»	814	»	11238
» 1712	»	830	»	12466
» 1761	»	863	»	15571
» 1782	»	789	»	12072
» 1860	»	673	»	8563
» 1883	»	307	»	4565
» 1900	»	352	»	4218
» 1950	»	455	»	5673

ELENCHUS PROVINCIARUM
quae fuerunt vel sunt in Italia

Alexandrina
Aprutina
Apuliae
Barensis
Basilicata
Bononiensis
Brixiensis
Brixinensis
Calabriae
Calaritana
Consentina
Corsicae
Fodiensis
seu S. Angeli
Genuensis
Hydruntina
Lucaniae
Lucensis
Mantuana
Mediolanensis
seu Longobardiae
Melitensis
Messanensis
Montisferrati Cust.
Neapolitana
Novariensis
Panormitana
Parmensis
(olim Lombardiae)
Pedemontana
Picena
Rheginensis
Romana
Sardiniae
Siciliae
Syracusana
Tridentina
Turritana
Tusciensis
Umbriae
Veneta

De singulis Prov. *vide* suo proprio loco.

Bibliographia

BULLAR. CAP., IX, 275, Provinciae suppressae restituuntur.
CHOROGRAPHICA *descriptio Prov. et Conv. O. Cap.* (1712), tab. 22.
DESCRIPTIO GEOGR. ORDINIS (1929) tab. II.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, 72-81, De propagatione Ordinis in Italia; II, 42-46, Provinciae Italicae; III, 476-82, Capuccinorum necessitudo cum principibus Italiae; aliae notitiae cf. Index.
PELLEGRINO, *Leggenda dei Capitoli Prov. di Bologna* (1857) p. 63-64 (de Prov. italica tempore Napoleonis I).
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 155-159, *Opera publica quibus inserviunt Capuccini in Italia.* — 30 (1914) p. 336 ss., *De Concionatoribus O. Cap. in Italia saec. XVIII* — 52 (1936) p. 101, Periodica edita a PP. Capucc. in Italia. — 55 (1939) p. 83, 236, 299, *Relationes de statu Conv. in Prov. italicis a.* 1650. — Cfr. etiam Index Gen. voll. 1-50, p. 78. — 62 (1946) p. 38-42, 91-96, Damna belli (1940-45) in conventibus et ecclesiis Ordinis nostri in Italia.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 7-15, ortus et progressus Prov. in Italia, p. 26, Tabula seu prospectus generalis.
ITALIA FRANC. 8 (1933) p. 77, 202, 292, 370, 506, 596, *Clero francese ospite nei Conventi dei Cappuccini dello Stato Pontificio, durante la Rivoluzione francese.* (Pietro Savio. Sac., Archivio Vaticano).

— Quoad *Ephemerides* a Capuccinis in Italia editas vide sub v. *Periodica.*

Itambacury in Brasilia (Minas Gerais). Custodia de *Rio de Janeiro*, provinciae Syracusanae concredita. — An. 1873 fratres nostri illuc ingrediuntur et opus apostolicum valde proficuum inter silvicolas expleverunt, cura praesertim PP. Seraphini a Gorizia et Angeli a Sassoferrato. Ecclesia, dicata B. M. V. Angelorum, a. 1918 paroecia effecta est; Collegium quoque ibidem exstructum fuit pro indigenis.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929), tab. XXXVII.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 332.
GIUS. DA CASTROGIOVANNI, *Notizie della Missione di Rio de Janeiro* (1910), p. 60-73.
MODESTO, *Miss. no Brasil*, p. 398 ss. 486 s.
JACINTO DE PALAZZOLO, *Nas selvas dos Vales do Mucurí e do Rio Doce. Como surgiu a cidade de Itambacurí fundada por Frei Seraphin de Gorizia missionario Ca-*

puchinho (1873). Petrópolis (Rio de Janeiro) 1941, pp. 339 cum fig.

SAMUELE CULTRERA, O. CAP. - *Itambacury, o una Missione tra i Selvaggi*. 3. ed. Parma 1923; 4 ed. « *Tra i Selvaggi* » Ib. 1936.

ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 84; 10 (1894) p. 267 11 (1895) p. 114; 35 (1919) p. 77, 89.

L'ARALDO DEL GRAN RE (Siracusa) a. 1935 p. 180-92, 313. - a. 1936 p. 18, 53, 75, 92.

O ITAMBACURY, *Orgão dedicado aos interesses do povo*. Itambacury, 1928-1936 (Periodicum editum bis in mense).

A VOZ DO SANTUARIO DE N. S. DOS ANJOS. — *Orgão mensal da parochia de Itambacury*. Ibid. Conv. PP. Capuchinos, 1936 ss.

Itapoã (Leprosarium in Brasilia) vide *Porto Alegre*

Itri (*Itrum*) in Prov. Neapolitana. — Conventus a. 1574 exstructus, cuius ecclesia Virgini Lauretanae erat dedicata, anno circiter 1897 penitus derelinquitur.

BULLAR. CAP., III, 44, 308.

ITALIA FRANC. I (1926) p. 52-55: *Il conv. d'Itri* (Ern. Jallonghi).

Iucundus a Montone, prov. Umbriae lector, definitor atque moderator. In Capitulo Gener. a. 1896 electus est *Procurator Gen.*, quo in munere e vivis eripitur die 26 oct. 1907. Natus erat a. 1834 et Ordinem ingressus fuerat a. 1851.

FELICE, *Tavole Capit. Gener.* p. 308.

ANALECTA CAP. 23 (1907) p. 114, 370s.

Iucundus a Vaglio, Lector et Definitor Prov. Mediolanensis. — *Airoldi* familia a. 1866 natus, habitum nostrum induit a. 1886 et Bergomi d. 29 ian. 1915 moritur. — Extraordinariae sollertiae vir fuit atque operosissimus. In Helvetia sacrum ministerium obivit; verbo et calamo Tertio Ordini constituendo ac propagando summopere incubuit atque coetum « *Società della Buona Stampa* » nuncupatum, an. 1911 Bergomi et Mediolani instituit, postmodum per totam fere Italiam late diffusum. Innumeras monographias, praesertim in periodico commentario « *Annali francescani* » edidit.

ANALECTA CAP. 31 (1915) p. 125 (necr.)

ANNALI FRANC. 65 (1934) p. 48-51: *P. Giov. da V. fondatore della S. B. S.*

Jueves (Los) Eucarísticos (Archiconfraternitas), vide *Ioannes a Guernica* († 1950).

Jugoslavia, vide *Illyriae Provincia*

Julia nova, vide *Giulianova*

Juliacum vide *Jülich*

Iulianus a Mamers, alumnus prov. Parisiensis; missionarius apud Gallas in Aethiopia ex a. 1900, obiit in Addis-Abeba die 13 iun. 1929. — Apiculturam coluit, eiusque specialem methodum circa modum gubernandi apes illustravit in opere quod inscribitur: *La méthode fédérative et la Ruche « La Capucine » d'Anjou*. Angers, 1896. Insuper exstruxit novam speciem *Gasiogeni* ad acetylenam, vulgo « *Le Capucin* » nuncupatum.

ANNALES FRANCISC. (Paris), 21 (1896-97) p. 256: *Le Gazogène « Le Capucin » du Père Julien.*

COSMOS. Revue des Sciences (Paris), t. 36, a. 1897, p. 6-8, *Le Gazogène à acétylène « Le Capucin »* (cum 2 figuris).

Jülich (*Juliacum*) in Prov. Rhenano-Westf. Prior conventus ab antiqua Prov. Coloniensi a. 1622 est conditus: annis vero 1635-36 alter exstruebatur, qui a. 1802 a gallico gubernio suppressus est.

BULLAR. CAP., IV, 383.

BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 472 Ind.

KILIAN, *Rheinberg u. Kapuz.*, p. 106.

KUHL, *Gesch. d. Stadt Jülich*, IV, 54ss.

FRANK-RENARD, *Kunstdenkmäler d. Kreises Jülich* (1902) pp. 114-15.

ANALECTA CAP. 16 (1900) p. 276.

Juliodunum, vide *Loudun*

Iulius Pp. III (Ciocchi del Monte Sansavino) electus d. 7 febr. 1550, obiit d. 23 mart. 1555. — Pauca de eo, comparate ad Ordinem nostrum habemus.

BULLAR. CAP., I, 24; VI, 243.

BULLARII CAP. REGESTUM, p. 24. (*Analecta Cap.* an. 1893, p. 26).

Iulius ab Albi (*Vergnes* familia), Prov. Tolosanae lector. Ortus an. 1881, novitiatum ingreditur a. 1900 et vita excessit d. 13 dec. 1929. — In philosophiae ac theologiae scholasticae studiis toto animo incubuit pluraque de hac re edidit capita vel in periodicis publicationibus ex. gr. *Etudes Franciscaines - Orient*; vel seorsim, inter quae adnumerantur: *Jésus le Christ* (Paris, 1928) — *St. Bonaventure et les luttes doctrinales de 1267-77* (Tamines, 1922).

IRÉNÉE, *Bibl. Prov. de Toulouse*, p. 45.

ANALECTA CAP. 46 (1930) p. 141, necrol.

ETUDES FRANC. 42 (1930) p. 340-48: *Le Père Jules d'Albi*. (Jean de Dieu).

Iulius Caesar a Caravaggio, v. *Scotti I. C.*

Iulius Maria ab Orta (*Forti*), prov. Mediolanensis concionator († a. circ. 1740) — Opus vulgavit, alphabetico ordine dispositum, cui titulus est: *Decreta a sacris romanis Congregation. emanata. Breviarium, Missale, Caeremoniale, Pontificale et Rituale Romanum concernentia*. Cremonae, 1727.

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 45.

ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 207.

VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 430.

Junacivilla, vide *Joinville*

Junianum, vide *Lugano*

Iuniperus a Barga (*Cestoni*), alumnus prius prov. Bononiensis, postea prov. Tusciensis

(✝ 1709). — Opus scripsit: *I nomi di Gesù e di Maria*, quod nomine sui consanguinei Domin. Cestoni typis datum est a. 1696. Aliud opus de B. Maria V. (*Dialogo...*) edidit anno 1685.

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 218-224.
LEGGENDARIO CAPP., III, 34-60.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 162.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 45, 84.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 350.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 119-122, 677.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, (cfr. Ind.).
MELZI, *Diz. Op. anon.*, I, 198 (*Cestoni*).

Iuniperus a Ferrara, cognomento *Ruggeri*, prov. Bononiensis concionator et lector (✝ 1806). Sacrae poësis ut erat cultor egregius, carmina sequentia typis commisit: *Heroides Evangelii, Elegiae viginti*. Ferrariae 1804. — *Christiados, ad normam Aeneidos Virgilii, libri septem*. Ib. 1799-1802. — *Odae quinquaginta in honorem Sanctorum Ord. Minorum*. Ibid. 1805.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. p. 30.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 219-21.

Junquirra Marticae,
vide *Jonquières-Martigues*

Jurewicze in Russia (olim Prov. Poloniae). Fratribus nostris a. 1781 oblata sunt Collegium et ecclesia, quondam Patrum Societatis Iesu; quae sedes an. 1788 derelicta est.

ANALECTA CAP., 45 (1929) p. 294.

Jus canonico-regulare. — In Ordine Capuccinorum usque ad dimidium saec. XVIII quaestiones ad *jus ecclesiasticum et regulare* pertinentes exponebantur in cursu theologiae moralis, nondum enim constituta erat disciplina specialis in ratione studiorum. Magnum incrementum studium etiam canonicum accepit decreto Ministri Gen. Seraphini a Ziegenhals anno 1757 et recentiore tempore pluribus litteris Ministrorum Generalium necnon fundatione Collegii Internationalis ad S. Laurentium in Urbe.

Inter nostros Scriptores, quaestiones *Juris Canonici in genere* tractant inter alios:

Bonagratia ab Habsheim (✝ 1672)
Burchardus *Mathis* a Wolfenschiessen (1895)
Cyrillus a Bergamo (✝ 1692)
Eligius a La Bassée (✝ 1670)
Eliseus *Bellagrande* ab Oriano (✝ 1672)
Evangelista a Cannobio (✝ 1595)
Franc. Ant. *Moncada* a Madrid (✝ 1644)
Gummarus *Michiels* a Booischot (*n*. 1890)
Heribertus *Jone* a Schelklingen (n. 1885)
Hilarius *Gatterer* a Sexten (✝ 1899)
Martinus a Torrecilla (✝ 1709)
Matthaeus a Coronata (*n*. 1889)
Philippus *Bitti* a Camerino (✝ 1664)

De *Iure Regulari* vero scripsere, praeter expositores Regulae, praesertim sequentes:

Augustinus a Conegliano (✝ 1756)
Bartholomaeus *Vecchi* a Bologna (✝ 1628;
Bartholomaeus a Clanzo (✝ 1837)
Didacus *Sgroii* a Messina (✝ 1709)
Franciscus *Longo* a Corigliano (✝ 1625)
Hieronymus a Sorbo (✝ 1602)
Iacobus *Raggi* a Genova (✝ 1657)
Iesualdus *De Luca* a Bronte (✝ 1892)
Ioan. Franc. *Leoni* a Carpi (✝ 1713)
Ioannes *Moriondo* a Moncalieri (✝ 1654)
Iosephus Antonius a Kaysersberg, seu *Caesarmontanus* (✝ 1777)
Leander *Montanus* a Murcia (✝ c. 1670)
Marcus a Bauduen (✝ 1692)
Piatus *Loiseaux* a Mons (✝ 1904)
Sigismundus *Federici* a Bologna (✝ 1652)
Theodorus a Ried-Brig (✝ 1936)
Timotheus *Schäfer* ab Hechingen (✝ 1948)
Victorius ab Appeltern (✝ 1918)
Zacharias *Boverio* a Saluzzo (✝ 1638)

BIBLIOGRAPHIA

BERNARDUS, *Biblioth. Script.*, cfr. Index materiarum, p. 268.
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., Ind. p. 45.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, II, 364-65.
CASSIAN VON OBERLEUTASCH, *Das Ordensrecht in den franziskanischen Studien*. Roma, 1942, pp. 33 (Ex *Collectan. Franc.* t. XII).

Vide etiam sub v. *Studia*

Jus processuale Ord. Cap.,
vide « *Modus procedendi* »

Jussey (*Jussejum*) in Prov. Lugdunensi. — Fratres veteris Prov. *Burgundiae* a. 1622 coenobium ibi excitarunt una cum ecclesia in honorem S. Ludovici episc. Tolosani dicata. Postea conventus derelictus est.

BULLAR. CAPP., V, 400.
MOREY, *Les Capuc. en Franche-Comté*, p. 40.
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 363.

Iustinianus a Neuvy-sur-Loire, iam a Tours appellatus, quia alumnus veteris Prov. Turonensis. De eo tantum constat fuisse missionarium valde operosum in Armenia et in Syria annis circ. 1660-1690. Non semel Romam petiit, de rebus missionis et de suis operibus acturus. Typis commisit: *Praecipuae solutiones obiectionum quae fieri solent a Turcis... in Catholicos* Romae 1679; idem opus, armenice translatum, ibidem paruit a. 1681. - Quod attinet ad duos libros: *Specchio overo descrittione della Turchia*, (Roma, Firenze 1674) et *Teatro della Turchia* (Milano 1681), pluries reimpressos ac in alia idiomata translatos sub falso nomine *Mich. Febure*, adhuc disceptatur inter rerum Ordinis Scriptores, an P. Iustiniano, vel suo consodali Ioanni Bapt. a Saint-Aignan, sint tribuendi.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 199, 204, 253.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, V, cfr. Ind. p. 492; VI, 65-70.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 164.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 265.
JORGA N., *Un livre négligé sur la Turquie*

(in « Bullet. de la Soc. Hist. de l'Académie Roumaine », XVII, 1930, p. 77-84).
BIOGRAFIA UNIV. (Venezia 1824), t. XX, p. 23, sub v. *Febure Michele.*
DICTIONN. THÉOL. CATH., V, 2124.
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 348.
COLLECT. FRANC. 1 (1931) p. 331 (1), 337 (1), 340; 2 (1932) p. 56 (3); 3 (1933) p. 386ss; 6 (1936) p. 637-39 n. 203-205 (de scriptis et de oper. P. Iustiniani)
ETUDES FRANC. 21 (1909) p. 435-438, « *Le Sieur Michel Febure* » *P. Justinien de Neuvy miss. cap.* (Edouard d'Alençon).
IL PENSIERO MISSIONARIO (Roma), 4 (1932) p. 284-289, *Un Cappuccino francese* [P. Giustiniano] *descrittore sagace della Turchia, non ancora bene conosciuto* (Giuseppe Gabrieli) — 5 (1933) p. 15-16, *Una rettifica non accettabile* (G. Gabrieli). Cfr. *Collect. Franc.* 1936, p. 637s. n. 203-205.

Iustinianus a Rheineck (*Seitz*), prov. Helveticae definitor et multoties moderator. Per plures quoque annos ut Visitator Apost. monasteria Capuccinarum Tertii Ordinis perlustravit. Obiit a. 1910.
DIONYS, BURGISSER [VON GIFFERS], *P. Justinian Seitz. Ein heiligmässiger Schweizerkapuziner.* Freiburg in Schw. 1934.
ANALECTA CAP. 27 (1911) p. 30-32.

Iustinianus a Tours, v. *Iustinianus a Neuvy*

Iustinopolis, vide *Capodistria*

Iustinus a Livorno (*Roccetti* familia) Prov. Tusciae alumnus. — Inter primos *Georgianae* regionis missionarios connumeratur (1678). Tribulationes plurimas a schismaticis pertulit et nonnullas novas missionariorum sedes excitavit. Obiit a. 1692.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 342-51, 360, 361, 374.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, VII, 420 Ind.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 638; II, 10.

Iustinus a Matran, vide *Gumy I.*, episc.

Iustinus a Norcia, in Umbriae provincia magister novit. et sanctitate conspicuus († 1594). Scripsit libros pietatis, et praelo dedit, suo suppresso nomine, unum *De oratione mentali* (Venetiis 1593).
BOVERIO, *Annales*, II, 540.
FLORES SERAPHICI, II, 244-246 cum figura.
LEGGENDARIO CAPPUCC., V, 87-91.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 316-18.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 164.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 162.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 265.
MELZI, *Dizion. op. anon.* II, 276, De orat.
ANTONINO, *Memorie Prov. Serafica*, p. 258.
FRANCESCO, *Scrittori Prov. Seraf.* p. 37-40.

Iustus a Beauvais, alumnus prov. Parisiensis; missionarius in Syria et in Persia. Ob venenum ei propinatum vita cessit an. 1638. Eius opus: *Instructio pro christianis*, arabice conscriptum, vulgatum est Parisiis a. 1640.
ANNALES MINORUM, t. 28, cf. Ind. p. 763.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 273-276.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* III, 198, 234, 239 s., 246, 248, 273.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, V, 25, 26, 54; VI, 503 (Ind.).
APOLL. DE VALENCE, *Trois Lettres du P. Pacifique de Provins* (Rome 1890), pp. 84-86: Notice sur le P. Juste de B.
COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 338s.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 9 (1933) p. 34-38.

Iustus a Camerino, vide *Recanati I.*, card.

Iustus a Louvain (Leuven), cognomento *Van Langendonck.* — Natus a. 1760, Ordinem Capuccinorum ingreditur a. 1781. Tempore eversionis gallicae in Germaniam migravit et a. 1801 vitam Trappistarum amplexit in Darfeld nomen assumens P. Franc. Mariae. Abbatiae S. Sixti in Westvleteren, ab ipso inchoatae a. 1831, primus prior exstitit, ibique obiit cum fama sanctitatis a. 1836.
ETUDES FRANC. t. 48 (1936) p. 194-206, 341-58 — t. 49 (1937) p. 340-41: *Un Capucin, fondateur d'Abbaye* (P. Hildebrand). Cfr. *Collectan. Franc.* a. 1942 p. 116 ss 228-29.

Iustus a Madrid, Prov. Castellae alumnus. Natus a. 1756, inter nostrates se adgregavit a. 1772. Vi bullae Pii VII « *Inter graviores* » (1804) per Breve apostolicum datum d. 30 apr. 1824, *Vicarius Generalis* pro nostris Hispaniarum provinciis nominatus est. Quod officium obtinuit usque ab obitum, qui ei accidit in patrio loco d. 7 decemb. 1829.
FELICE, *Tavole Capitoli Gener.* p. 261.
BASILIO, *La bula « Inter graviores »* p. 134.
BUENAVENTURA, *Necrologio*, p. 303.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.

Iustus a Monte S. Giusto (*Bonafede*) Prov. Picenae. — Laurea in Universitate Firmana iam donatus, ad nostros venire maluit a. 1580. Fuit S. Theol. Lector, suae Provinciae bis moderator atque in Styriae et Aprutii Provinciis Commissarius Generalis. Decessit in conventu Firmano an. 1631, nonnullos relinquens libros de re theologica et ascetica.
DE-PISE, *Annales*, p. 840-41.
BERTANI, *Annali*, ad a. 1631 n. 59.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 164.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 162.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.*, II, 265.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 45.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 66.
DICTIONN. HIST. ECCL., IX, 716.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 140 (nota).
COLLECTAN. FRANC. 5 (1935) p. 63.

Iustus a Montolmo (nunc Corridonia), cognomento *Nobili*, provinciae Picenae alumnus. Ortus a. 1579, studia peregit in Universitate Firmana, deinde habitum seraphicum inter

Capuccinos suscepit. In sua provincia munera lectoris, concionatoris et ministri provincialis egregie absolvit. In variis nostris provinciis exstitit Commissarius Generalis ac demum in Capitulo generali an. 1643 Definitoris officium ei conlatum est. Expleto septennio in suam provinciam reversus est ibique in Domino quievit an. 1656. — Vir fuit rigidioris observantiae; scripsit de *Expositione Regulae minoriticae* et *Hymnos* vulgavit Venetiis a. 1629 in laudem B. M. Virginis et S. Ioseph.

PELLEGRINO, *Annali Capp.*, II, 419-22.
FELICE, *Tavole Capitoli Gener.*, p. 143.,
SALVATORE, *La Prov. di Bologna. Cronaca dei Provinciali*, I, 171-74 (P. Giusto Ministro Prov. a. 1637-38). Cfr. etiam Ind. p. 262.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 164.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 45.
GIUSEPPE DA FERMO, *Scrittori Capp.*, p. 65.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 265.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 162.

Iustus a San Giusto,
vide *Iustus a Monte S. Giusto*

Iustus ab Urbino, in saeculo *Jacobus Curtopassi.* — Natus Matraia in prov. Lucensi a. 1814, habitum religiosum sumpsit in prov. Picena a. 1831. Una cum aliis sodalibus, a. 1846 comitatus est celebrem missionarium G. Massaia in Aethiopiam; ibi P. Iustus, qui erat ingenio praestans, etiam studiis litterariis etc. illius regionis, se addixit. Ex Abyssinia a civili potestate expulsus a. 1855, in Aegyptum (Cairo) aufugit. Dum suam missionem repetere studebat, morbo correptus obiit in urbe Kartum mense septembri anno 1856. — Non pauca Opera de linguis aethiopicis reliquerat, quorum nonnulla deperdita sunt, alia vero apud Congreg. de Propaganda Fide, apud Biblioth. Nation. Romae, Parisiis et alibi asservantur. Inter haec habetur quoddam *Lexicum aethiopicum-gallicum-amariñña*, quo usus est Anton. D'Abbadie pro suo *Dictionnaire de la langue Amariñña* (Paris, F. Vieweg, 1885). — Insuper, P. Iustus censetur auctor operis cuius titulus « *Hatatà Zar'a Yā qob* » editi ab E. Littmann, in *Corpus Script. christ. orient., Script. aethiop.*, series I, t. XXXI, Parisiis 1904 (vide infra in bibliogr. CONTI ROSSINI).

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, X, cf. Ind.
MASSAIA G., *I miei 35 anni di missione*, t. I, cap. XI, n. 2, 8, 9; t. II, cap. IX n. 11, 13, 14, 15 (et passim).
CONTI ROSSINI CARLO, *Lo « Hatatā Zar'a Yā'qob » e il P. Giustino (?) da Urbino.* in: Rendiconti della R. Accademia dei Lincei, serie V, vol. 29 (1920) pp. 213-223 (cf. *Archiv. Franc. Hist.* 1921, p. 522).
GIUS. DA FERMO, *Scrittori Capp.*, p. 66.
IRÉNÉE, *Bibl. de Toulouse*, p. 69, 73.
SIMON JEAN, S. J., *Le « Hatata... »* [du P. Juste de Urbino], in *Orientalia* (Romae), Ser. II, vol. V (1936) p. 93-101.
TARDUCCI FRANC., *Il P. Giusto da Urbino, missionario in Abissinia*, Bologna 1899. — (Auctor notitias praesertim excepit ex *Epistolis* missis a P. Iusto cuidam amico *Nascimbeni* domo Piòbbico).
ZANUTTO SILVIO, *Bibliografia etiopica*. Secondo contributo. Roma 1932 p. 41, 86, 90.
COLLECTAN. FRANC. 11 (1941) p. 621 n. 89, p. 627 n. 108 (notae bibliogr.).
SQUILLA SERAFICO-MARIANA (Lucca), 1936 p. 118-20.

Juvenacium, vide *Giovinazzo*

Iuvenalis a Brez, v. *Iuvenalis a Nonsberg*

Iuvenalis a Nonsberg (Annaniensis, vel a *Brez* etiam dictus) Prov. Tirolensis alumnus. — *Ruffini* gente natus a. 1635, inter nos cooptatus est a. 1652. Vir in disciplinis ecclesiasticis egregie versatus, illas diligenter tradidit per plures annos. Officia exercuit Magistri Novitiorum, Ministri Provincialis (quater), Commissarii Gener. in Prov. Flandro-Belgica (1695-97) ac tandem Definitoris Gen. (1691-98). Obiit in conv. Oenipontano (Innsbruck) a. 1714. — Opera edidit valde aestimata, inter quae: *Solis intelligentiae lumen indeficiens* (Augsburg 1686) — *Theologia naturalis ad hominem et ex homine.* (Ib. 1702). — *Nucleus Theologiae moralis practicae* (Ib. 1703) — *Artis magnae sciendi synopsis* (Salzburg 1689). — *Manuductio Neophyti seu clara introductio novelli religiosi* (Ib. 1680).

BULLAR. CAP., IV, 123.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 325-335.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 171.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 165.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 45.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 265.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 713.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 89-91.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.*, II, Ind.
MARCO, *Capp. Prov. di Trento*, p. 92.
STANISLAUS, *Franzisk. Mystik*, p. 133.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XIV, 152.
CHIOCCHETTI EMILIO, *Un filosofo poco noto: P. Giovenale Ruffini.* Estr. dagli « *Atti della Accademia roveretana degli Agiati* » Rovereto 1923, (cf. recens. in *Rivista Filos. Neoscolast.* 1924, p. p. 326-28).
COUAILHAC MARIUS, S. J. — *Doctrina de Idaeis D. Thomae et D. Bonaventurae conciliatrix a Juvenali Annaniensi proposita.* Parisiis, 1897, pp. 117.
GNESOTTO ATTILIO, *La dottrina del P. Giovenale*, Roma 1901 (ex: « *Rivista ital. di Filosofia* ».
ROMUALDO BIZZARRI (v. infra: *Rassegna....*)
COLLECTAN. FRANC. 11 (1941) p. 385, de op.
PROVINZBOTE D. TIROL. PROV. 21 (1938) p. 106, 128: *Die Grundzüge der Illuminationslehre Juvenals von Nonsberg.*
RASSEGNA NAZIONALE (Roma) 46 (1924) pp. 85-105 : *Tre Cappuccini precursori del Rosmini* (Romualdo Bizzarri).

Juveniacum, vide *Joigny*

Ivo Ribeiro in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia). — Paroecia S. Ioseph, canonice erecta an. 1934, tradita est curis fratrum Capuccinorum.

THEODORO DE ALFREDO CHAVES, 50 *anos de atividades no Rio Grande do Sul* (1946), pp. 194-96.

Ivo ab Evreux (*Ebroicensis*) antiquae Prov. Normandiae concionator. Anno circiter 1577 ortus, religiosum habitum a. 1595 sumpsit. An. 1611 praefuit turmae missionariorum, qui omnes in Brasiliam proficiscebantur. Illuc quum anno proxime sequenti advenissent, is unus regionem *Maranhão* evangelica luce collustrandam suscepit. Ob longa et difficillima itinera, postquam per tres annos illic fuerat demoratus, contracto morbo, invitus a. 1614 missionem deserere cogitur. Post an. vero 1620 nullae amplius de eo exstant notitiae. Magni momenti commentarium de suis itineribus et regione a se evangelizata scripsit primo Parisiis an. 1614-1615 editum hoc titulo: *Histoire de la Mission des Capucins dans l'Ile de Maragnan et terres circonvoisines;* dein Leipzig-Paris an. 1864, introductione atque notis a Ferdinando Denis ditatum et ita inscriptum: *Voyage dans le Nord du Bresil.* De hac editione fuse tractat P. Marcellinus a Civezza in suo « *Saggio di Bibliografia Sanfranc.* » p. 643-45. Idem opus lusitanice postea fuit translatum, curante C. A. Marraes et an. 1874 Maragnone editum hoc titulus: *Viagem do Norte do Brasil.*

ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 442-68, 510, 512.
MODESTO, *Miss. no Brasil.*, p. 26.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 162.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 263.
STREIT, *Bibl. Missionum*, II p. 743-46 (passim); III num. 1797, 1867, 1997, 3105
FOURNIER P., *Voyages et découvertes scientifiques des Missionnaires français.* I Partie (Paris 1932) pp. 30-34.
SENNELAIGNE DR., *Le P. Yves d'Evreux, ou essai de colonisation au Brésil chez les Tupinanbas de 1612 à 1614.* Paris 1887.
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 351 (bibliogr.)
JOURNAL *de la Société des Americanistes de Paris* — Nouv. Sér. t. v, n. 2, 1908: *Le P. Yves d'Evreux* (Gabriel Marcel).

Ivo a Lille (Insulensis), antiquae Prov. Gallo-Belgicae concionator. An. 1624, facultate apostolica munitus, iter instituit una cum duobus sociis, *Sepulcrum Domini* aliaque *Sacra loca* visitandi causa: de quo itinere (1624-26) *Relationem* lingua gallica conscripsit, quae apud commentarium « Revue Biblique » t. 40 (1931) et apud « Etudes Franciscaines » t. 44 (1932) legi potest (*vide subtus*).

BULLAR. CAP. v, 237 (Breve apost.)
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 188, 189.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, v, 7-9.
ETUDES FRANC. *t.* 44 (1932) p. 468-502, 679-97; t. 45 (1933) p. 208-24: *Itinéraire du Père Yves aux Lieux Saintes* (P. Abel, O. P.).
REVUE BIBLIQUE t. 40 (1931) p. 249, 564 ss. *Itinéraires du P. Yves...* (P. Abel O. P.).

Ivo a Paris, n. c. 1590, antequam Ordinem nostrum a. 1620 amplecteretur causarum fuerat patrocinator apud Galliae senatum. Vir optimo ingenio praeditus, statim totum se sacris disciplinis assequendis dedidit: quare philosophi, polemistae seu disceptatoris et mystici theologi nomen sibi fecit. Scriptor inter praecipuos Ordinis nostri viros adnumeratur. Obiit Parisiis a. 1679. Ex multis eius operibus Parisiis publice iam editis haec tantum nominamus: *Theologia naturalis* (1638). — *La Théologie naturelle*, voll. 4 (1633, ed. IV, 1640). — *Ius naturale rebus creatis a Deo constitutum* (1658). — *Digestum Sapientiae, in quo habetur scientiarum omnium nexus et ad prima principia reductio*, voll. 4 (1659-72). — *Les morales chrétiennes*, 4 voll. (1638). — *Le Souverain pontife* (1645). — *Les heureux succes de la pieté, ou le Triomphe de la vie religieuse contre ceux qui l'attaquent* (1628). — *Progrès de l'Amour divin* (1642).

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 162.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 160-62.
IOAN. A S. ANT., *Biblioth. Franc.* II, 263.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 431.
MELZI, *Diz. Op. Anon.* III, 198 (*Vediripe*).
LANCETTI, *Pseudonimia*, p. 15.
CUTHBERT, *The Capuchins* (v. Index).
MELCHIOR, *Historia Ord.*, *vol.* III, cf. Ind.
UBALD, *Leçons d'Hist. Franc.* pp. 231-40 (P. Ivo contra Jansenismum).
BREMOND, *Hist. litt. du Sentim. relig. en France*, t. I, 420-452 (cf. etiam *Index generalis* totius operis, p. 253-55).
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., XV, 3640-42.
P. CHARLES CHESNEAU [i.e. P. Julien Eymard d'Angers]. *Le P. Yves de Paris et son temps* 1590-1678. T. I, *La querelle des Evêques et des Réguliers;* T. II. *L'apologétique.* Paris, Soc. d'Hist. eccl. de la France, 1946. Cfr. *Collectan. Franc.* 1949 p. 326-29; *Revue d'Hist. Eccl.* 1947, p. 294-97.
JULIEN-EYMARD D'ANGERS, *Un livre curieux de la bibliothèque municipale de Rennes: l'« Astrologiae nova methodus » du P. Yves de Paris*, in ANNALES DE BRETAGNE, 44 (1938) p. 46-57.
ETUDES FRANC., t. 39 (1927) p. 461 (de oper. spirit. P. Iv.); t. 48 (1936) p. 280, 495; *L'argument de l'ordre du monde dans la Théol. natur. du P. Yves* (J. Eymard); t. 49 (1937) p. 147-77; *Le P. Yves et Pomponazzi* (Id.) p. 582-631: *Le P. Yves et le sentiment de Dieu* (Id.); N. S. an. 1950, p. 211, 214-18 (Notula circa doctrinam spirit.)
COLLECTAN. FRANC., a. 1941, p. 582, nn. 827-29

Ivo a Tréquier (Trecorensis), alumnus prov. Britanniae et fervens missionarius in Syria (1653). — Plurimos scripsit libros *arabico* idiomate, sive Conciones, sive tractatus theologicos et historicos, sive meditationes asceticas etc. continentes.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 229.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, V, 134.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 62.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 163.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 36.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 264.
COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 337 n. 1. — 2 (1932) p. 627 (Ind.).

Ivrea (*Eporedia, Ipporegia*) in Prov. Pedemontana. — De antiquo conventu, fundato a. 1608 et suppresso a. 1802, deque ecclesia B. V. Immaculatae dicata, nullum fere vestigium superest.

BULLAR. CAP., II, 396, 452.
NUOVA CROCIATA FRANC., a. 1925, p. 7 n. 23.

Izegem, gallice *Iseghem*, in Belgica Provincia. — An. 1900 coenobium exstruitur cum ecclesia S. Laurentio Brundusino dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 15, tab. XIV
DE PATERS CAPUCIJNEN *vijftig. jaar te Isegem*, Iregem, 1950. pp. 82 cum figuris.
TE DEUM LAUDAMUS (1928) p. 74-78.
ETENDARD DE ST. FRANÇ., 8 (1901-02) p. 29-31.



Immaculata Conceptio B. Mariae Virginis
Patrona et Protectrix Ord. Min Cap.

K

Kaiserswerth (*Caesaris Insula, Werdina*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus antiquae Prov. *Coloniensis*, fundatus a. 1654, supprimitur a. 1834 a gubernio Borussico. Ecclesia B. V. Mariae nascenti et S. Antonio Patavino dedicata a. 1672 exstructa est.

BULLAR. CAP. IV, 383.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 473 Ind.
ESCHBACH P., *Cronick d. Kapuz. Klost. zu K.* (Beitr. z. Gesch. d. Niederrheins, VII, 1894, Düsseldorf, pp. 137-200).
ANALECTA CAP. 16 (1900) p. 318.

Kalendarium, vide *Calendarium*.

Kalkara, vide *Calcara* (Ins. Melita)

Kaniza, vide *Gospič*.

Kansu Orientalis in Sinis, vide *Pingliang, Tienshui*

Käppele (St. Nicolausberg) v. *Würzburg*.

Karlobag (*Carolipagum*) in Croatia. — Anno 1708 a FF. antiquae Prov. Styriae conventus exstruitur, cuius ecclesia in honorem S. Ioseph. a. 1714 consecrata fuit.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 23 tab. XVIII.
BULLAR. CAP. IV, 381.
SCHEMATISMUS *Prov. Styriae* (1908) p. 31, 66
MAVRICJI, *Zgodovina Kapuc.*, p. 84-86.
ANALECTA CAP. 58 (1942) p. 19, Novitiatus.

Karlsruhe, Baden (*Caroloruha*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Ab a. 1730 usque ad a. 1806 hic Hospitium exstiterat in eorum Patrum commodum quibus catholicorum loci spiritualis cura commissa esset. Postmodum a. 1936 coenobium exstruitur novum in illa civitatis parte quae « Dammerstock = Weikerfeld » nominatur. Ecclesia, S. Francisco dicata, paroecia effecta est a. 1938.

BULLAR. CAP. IV, 386.
HIEROTHEUS, *Prov. Renana* (cf. Index).
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* p. 17, 21, 47.
ROMUALDUS, *Historia Prov. Austriae* p. 404.
CATALOGUS *Prov. Rhen.-Westf.* (1939) p. 35.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 18.
ASSISI-GLÖCKLEIN, 18 (1936) p. 14, 133.
FREIBURG DIÖCESAN-ARCHIV, 13 (1880) p. 1-26.

Karlstadt am Main (*Carolostadium*) in Prov. Bavarica, olim Franconiae. — Conventus excitatus a. 1670, ecclesiam habet S. Mariae Angelorum dicatam.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14 tab. XV.
BULLAR. CAP. IV, 376.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 219.
CHRONICA BAVAR. PROV. p. 48, 225-33, 272.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 786 (Ind.).
HÖFLING GEORG, *Kurze Geschichte des Kapuzinerklosters zu K.* Würzburg 1839.
SAFFENREUTHER G. JOS., *Festrede... d. Kapuziner-Kirche zu K.* Würzburg 1856.
ANALECTA CAP. 19 (1903) p. 184.
PROVINZBOTE (Bayern) a. 1935 p. 23-26: *Zwei Onghers-Gemälde in K.* (P. Ingenuin).

Katzis in Helvetia (Missio *Raetiae*). — Residentiam et paroeciam ibi tenuerunt fratres nostri ab a. 1634 ad a. 1647.

CLEM. DA BRESCIA, *Storia Miss. Rezia* (cf. Ind. sub v. *Cassis*).
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 70 (Ind.)
BÜRGLER, *Franz. Orden i. d. Schweiz*, p. 121.

Kaub (*Cauba*) in Prov. Rhenano-Westfalica, dioec. *Limburgen.* — Hospitium pro fratribus curae animarum addictis, ibi exstitit ab a. 1687 ad a. 1700.

BULLAR. CAP. IV, 386.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 54, 224, 395, 399, 421.

Kearney C., vide *Christophorus a Cashel*.

Kempten (*Campodunum*) in Prov. Bavarica — Ab a. 1910 fratres coenobium incolunt a S. Antonio Patavino nuncupatum; ibidem an. 1938 nobis concredita est Paroecia ad nutum S. Sedis.

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 14 tab. XV.
FRANZ. XAV. HÖDL (von Altötting), *Kempten. St. Antonius* (München, 1939).
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 18.

Kenealy Anselmus ab Abersychan, *episc.*, alumnus prov. Anglicae. — Ortus die 25 oct. 1864; Ordinem Capuccinorum amplexus die 1 nov. 1879; sacerdotio auctus die 5 iunii 1887. Muneribus Definitoris, Ministri et Custodis Gen. functus in provincia, an. 1908 Definitor Generalis electus est, die vero 21 dec. 1910 primus Archiepiscopus *Simlensis* in Indiis Orient. electus est.

Inter plura opera eius egregia exstat erectio cathedralis ecclesiae Simlae et institutio ephemeridis hebdomadalis inscriptae « *The Simla Times* ».

Senectutis causa die 13 ian. 1936 translatus fuit ad sedem tit. *Ratiarensem* et in prov. regressus est (1937). Obiit die 18 dec. 1943 in coenobio Crawley.

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, IX, 573, 576-79,
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 317.
ANALECTA-CAP. 27 (1911) p. 19, el. archiep. 52 (1936) p. 71, dimissio archid. — 59 (1943) p. 175, nuncius mortis.
COLLECTAN. PUNJABENSIA (Lahore), I, 1944, p. 201-202, necrol.
FRANC. ANNALS (London), a. 1910, p. 325-28; — a. 1911, p. 33, 71, 208, biogr. — a. 1944-45, p. 37-44, 78-81, Necrol. etc.

Kerver H., vide *Hyacinthus a Paris*

Kessler I., vide *Iosephus ab Harsberg*

Ketteler Gulielmus Emmanuel, episcopus Moguntinus (*Mainz*), sociologus insignis in Germania (1811 † 1877) — Spiritu franciscano omnino imbutus, regulam Tertii Ordinis S. Francisci professus est, ac specialem amorem erga Ordinem Capuccinorum ostendit. Frater eius germanus Richardus habitu nostro indutus est a. 1852, assumpto nomine Bonaventura a Münster. Anno insequenti (1853) eminens praesul Capuccinos, qui urbem *Mainz* an. 1802 reliquerant, revocavit et eos hospites in palatio episcopali habere voluit, donec novus conventus erigeretur. Anno 1877 Roma discedens ut suam dioecesim repeteret, graviter aegrotans se contulit in nostrum conventum de *Burghausen*, in Bavaria, ibique assistentibus consobrino Patre Brunone ceterisque coenobii confratribus, animam suam praeclaram efflavit die 13 iulii 1877.

ALTÖTTINGER FRANZISKUSBLATT, 1927, p. 177-86.
ANNALI FRANC. (Milano), 1932, p. 339-41.

Kiámusze in Manciuria. Praefectura Apost. (olim de *Ilan*). — Anno 1933 S. Congr. de Prop. Fide Ordini nostro obtulit ad evangelizandum territorium, quod dicitur *Ilan* in Manciuria Orientali iam ab anno 1928 in Missionem sui iuris erectum. Ordo hanc novam Missionem Provinciae Tirolis Sept. concredidit.

Novis constitutis circumscriptionibus civilibus S. Congreg. Missionem istam nuncupari iussit de *Kiamusze* (1937) et anno 1940 elevavit eam in Praefecturam Apostolicam. Primus superior, P. Hermenegildus a Losenstein.

Cura diligentiaque laboraverunt Patres nostri et non sine fructu usquedum Communismus omnem laborem impossibilem reddidit. Anno 1946 duo Missionarii (P. Theophilus ab Ostermiething et P. Antoninus a Linz) occisi sunt et reliquos fugere oportuit.

GUIDA DELLE MISSIONI (Roma 1934), p. 198.
MISSIONI *dipendenti da Prop. Fide* (1950) 304
ANALECTA CAP. 49 (1933) p. 255, 331. — 52 (1936) p. 71-74. — 53 (1937) p. 110. — 56 (1940) p. 45, 328, 336. — 57 (1941) p. 11-16. — 58 (1942) p. 119 s.
IDEM, 65 (1949) 195-96, *De expulsione missionariorum nostrorum an. 1947.*
IL MASSAIA, an. 1936, p. 231-235.
IDEM, a. 1949, p. 202, 208 (Excidium missionariorum in *Fuchin*, iun. 1946).
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 10 (1934) p. 33 s. — 11 (1935) p. 6, 38, 74.
TIROLER KAPUZINER MISSION (Mandschukuo), Jahresbericht. Innsbruck, 1933 ss.

Kientzheim (*Kienshemium*) in Prov. Strasburgensi. Conventus a. 1613 conditus in loco *Weinbach* extra moenia, usque ad a. 1729 pertinuit ad Prov. Helveticam, et a. 1791, civilium legum iniuria, derelictus est. Imago B. M. V., quam in nostra ecclesia mysterio dominicae Ephiphaniae dicata incolae singulari veneratione prosequebantur, hodie in ecclesia SS. Virginis Perdolentis adhuc colitur.

BULLAR. CAP. V, 230, 409.
SILVEST. MEDIOL. *Annales*, I, 26, 189.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 34, 236.
CHRONICA PROV. HELVET. p. 62, 160.
ARMEL, *Capuc. d'Alsace*, p. 12, 107, 220.

Kilianus, vide *Chilianus*.

Kilkenny in Hibernia. — Capuccini illic ingressi sunt an. 1643, at anno tantum 1648 proprium coenobium exstruxerunt. Ecclesia hodierna, S. Francisco dicata, erecta fuit an. 1848

BULLAR. CAP. V, 412.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XIX.
TERCENTENARY *of Capuchin fundation in Kilkenny* (1648-1948). *Souvenir of Celebrations.* Kilkenny, 1948.
ANGELUS, *Irish Capuchins*, p. 74-81.
THE CAPUCHIN ANNUAL, 1 (1930) pp. 229-32.
FATHER MATHEW RECORD, 5 (1912) p. 214, 244, 270, 300; an. 1948, decem. p. 3-4.

Kirrlach (*Kirlacum*) in Prov. Rhenano-Westfalica, dioec. *Friburgen.* — Hospitium fratres nostri de Waghäusel an. 1690-1698, propter bellum Gallicum exsules, ibi obtinuerunt.

BULLAR. CAP. IV, 386.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana* p. 55, 225, 409.

Kirsch F. M., vide *Felix M. a Wheeling.*

Kitzbühel (*Haedicollis, Kizbichlium*) in Prov. Tirolensi. — Huius conventus aedificatio coepta est a. 1697. Ecclesia ad honorem S. Ioannis Bapt. est consecrata.

BULLAR. CAP. IV, 372; VIII, 178; IX, 40.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. XVII.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, cf. Ind.
P. ADOLF STEIDL, *Kurze Gesch. d. Kapuz. im Erzbisthume Salzburg* (1893), p. 89-95.
« FRANZISKUS » (Linz) 3 (1928-29) p. 280.

Kitzingen (*Kizinga*) in Prov. Bavarica. — Conventus, a. 1631 iam aedificatus una cum ecclesia Assumptioni B. M. V. dicata, a. 1828 est abrogatus.

BULLAR. CAP. IV, 376.

CHRONICA BAVAR. PROV. p. 25.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 102, 480, 786.
ANALECTA CAP. 19 (1903) p. 184.

Kizbiclium, vide *Kitzbühel*

Kizinga, vide *Kitzingen*

Klagenfurt, sloven.: Celovec in provincia Viennensi. — Conventus primus lapis a fratribus antiquae Prov. Styriae fuit positus a. 1646. Ecclesia B. M. V. Immaculatae dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 39 tab. XVIII.
BULLAR. CAP. IV, 381.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 77.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 547.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 23, 91.
ANALECTA CAP. 66 (1950) 21, Novitiatus.
FRANZISKUS (Linz), 5 (1930-31) p. 206-209.

Klausen, vide *Chiusa.*

Kleinkomburg (*Comburgum*) in Prov. Rhenano-Westfalica, dioec. *Rottenburgen.* — An. 1684 FF. Prov. Bavaricae hospitium hic sibi elegerunt in antiquo monasterio monialium O. S. B. — Anno vero 1713, novus conventus exstruebatur a FF. Prov. Franconiae, qui deletus est a. 1802.

BULLAR. CAP. IV, 376.
EBERL, *Gesch. bayr. Prov.* (cf. Index).
PAULUS-GRADMANN, *Die Kunst... im Königr. Württemberg*, III, (Esslingen, 1907) pp. 636-45.
ANALECTA CAP. 19 (1903) p. 184.

Klein-Laufenburg, vide *Laufenburg.*

Klemenswerth, vide *Clemenswert.*

Kleve (*Clivia, Clivis*) in Prov. Rhenano-Westfalica, dioec. *Monasterien.* — An. 1627, FF. Prov. Coloniensis hanc urbem ingrediuntur; anno vero 1649, in superiore urbis parte conventum exstruxerunt cum ecclesia SS. Cruci dicata, qui deletus est an. 1802. Novi conventus lapis primarius positus est a. 1866, in inferiore parte civitatis, eiusque ecclesia SS. Cordi Jesu dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 32 tab. XV
BULLAR. CAP. IV, 383.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* (cf. Index).
CATALOGUS *Prov. Rhen.- Westf.* (1939) p. 18.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 473 Ind.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, 498 ss.
SCHOLTEN R., *Die Stadt Cleve* (1879) p. 475ss.
ANALECTA CAP. 16 (1900) p. 278.
ASSISI-GLÖCKLEIN, 19 (1937) p. 30.
FRANC. LEVEN, 33 (1950) p. 125 (Statio FF. Cap. in vico *Doetinchem*).

Klotzsche, prope Dresden in Saxonia, dioec. Misnensis. — Monasterium monialium *Capuccinarum* a. 1927 fundatum est a monialibus monasterii de Vaals (prope Aachen).

HEIMBUCHER, *Die Orden...* (3 Aufl.) I, 825.
AUS *St. Claras Blumengarten* (folium periodicum ab ipsis monialibus editum).

Kneider G., vide *Gabriel ab Aleppo*

Knittelfeld, in Prov. Viennensi. — Fratres antiquae Prov. Styriae in hunc locum ingressi sunt a. 1705. Ecclesia B. M. V. Annuntiatae ac S. Annae dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 39 tab. XVIII.
BULLAR. CAP. IV, 381.
GREIDERER, *Germania franc.* I, 546.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 27.
« FRANZISKUS » (Linz) 5 (1930-31) p. 72-76.

Knoll A., vide *Albertus a Bolzano.*

Koblenz, vide *Ehrenbreitstein.*

Koch G., vide *Gaudentius a Solothurn*

Kochem (*Cochemium*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Prior conventus fundatus an. 1623, igni traditus est, cum ecclesia SS. Crucis, a gallis militibus a. 1689. Alter paulo post exstructus sub titulo S. Claudii episc., clauditur a gubernio gallico an. 1802.

BULLAR. CAP. IV, 385.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cfr. Index.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana* (cf. Index).
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* (cf. Index).
JOH. CHRYS. SCHULTE, O. CAP., *P. Martin v. Kochem* (1910) p. 7s., 24, 109s., 151.
SCHORN, *Eifflia Sacra*, I. (1889) p. 364-69.
ANALECTA CAP. 17 (1901) p. 152.

Koesfeld (*Coesfeldia*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus antiquae Prov. *Coloniensis*, a. 1627 aedificatus, a gallico gubernio a. 1812 supprimitur.

BULLAR. CAP. IV, 383.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* (cf. Index).
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 473 Ind.
MARX, *Gesch. d. Gymnas. in C.* (1829) p. 14 ss.
BERNARD L., *Das Kapuzinerkloster zu C.* (in: « Coesfelder Allgem. Zeitung » 1928, 22 sept.).
ANALECTA CAP. 16 (1900) p. 277.

Kolin nad Labem (*Neo-Colinium*) in Bohemia. — Anno 1666, vel a. 1667, conventus exstruitur, cuius ecclesia dicata est SS. Trinitati.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. XVIII.
BULLAR. CAP. IV, 377.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 797.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 157.

Köln (*Colonia Agrippina*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Prima habitatio fratribus antiquae Prov. *Coloniensis* assignata fuit a. 1611 ad ecclesiam S. Servatii. Anno vero 1615 novus exstructus est conventus cum ecclesia in honorem S. P. Francisci. Apud hanc ecclesiam in sacello S. Crucis maxime floruit *Archiconfraternitas a S. Cruce.* Fratres hic commorati sunt usque ad gallicam Religiosorum suppressionem a. 1802.

BULLAR. CAP., IV, 383 (cf. Index p. 392); X, (cf. Ind. p. 776).

JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.*, cf. Ind. p. 157.
CLEMEN P., *Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz*, II, Bd. 3 Abt. (1937) p. 128 130, 188-91, 352.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf. Ind.
APOSTOLICA INSTITUTIO *et regulae fraternitatis in honorem Passionis D.N.J.C. erectae in ecclesia PP. Capuccinorum Coloniae Ubiorum.* Coloniae 1615 pp. 166.
KAMSHOFF O., *Die Passionsbruderschaft bei d. Kapuz. in K.* (1612-1803) Warnsdorf, 1909.
ANALECTA CAP. 16 (1900) p. 149, 179, 216 (de Conv.); 19 (1903) p. 189s. (de Archiconfrat. Passionis J. C.).
PASTORALBLATT der Erzdiözese Köln, 25 (1891) pp. 289-92, 458-63 (de Archiconfratern. S. Crucis).

— Monasterium Sororum *Capuccinarum* III Ord. Regul. S. Franc., saec. XVII conditum, cum ecclesia Inventioni S. Crucis dicata, derelictum est vi legis exclaustrationis a Napoleone I imper. latae.
BULLAR. CAP. IV, 384.
HISTOIRE *des Capucines de Flandre*, I, 350-61
CLEMEN P., *Die Künstdenkmäler d. Rheinprovinz*, II, 298-301 (Düsseldorf 1937).
MERING-REISCHERT, *Die Bischöfe v. Köln nach ihrer Reihenfolge*, II, 84-94.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, 258, 262, 429.
CONSTITUTIONEN *d. Schwestern v. der Buss, Capuccinessen.* Cölln, 1640.

Köln (Provincia Ordinis) vide *Coloniensis prov.*
Komburg, vide *Kleinkomburg.*

Königshofen (*Regiscuria*) in Prov. Bavarica — Conventus erigebatur a. 1654, eiusque ecclesia a. 1665 in honorem S. Ioannis Evang. consecrata est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14, tab. XV.
BULLAR. CAP. IV, 376.
CHRONICA BAVAR. PROV. p. 48, 223-25.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 149, 477, 770
ANALECTA CAP. 19 (1903) p. 184.

Königshofen bei Strassburg, v. *Strasbourg.*

Königstein (*Saxoregium*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Quamdam domum Clericorum Cucullatorum fratres nostri obtinuerunt an. 1646. Ast a. 1682 alio in loco conventus exstruebatur cum ecclesia S. Antonio de Padua dicata. Coenobium a gubernio Nassoviae an. 1813 supprimitur.
BULLAR. CAP. IV, 385.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 332.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana* (cf. *Saxoreg.*).
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* (cf. Ind.).
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen* (cf. Index).
PIEPENBRING G., *Geschichte des Kapuzinerklosters zu K. im Taunus.* Mainz 1901.
ANALECTA CAP. 17 (1901) p. 181.

Konopnica prope Lublin, in Prov. Varsaviensi. — Domus religiosa ibi canonice erecta est a. 1931.
ANALECTA CAP. 48 (1932) p. 44.

Konstantinów, vide *Stary Konstantinów*

Konstanz (*Constantia*) in Prov. Rhenano-Westfalica (Baden). — Fratres Helveticae Provinciae duos conventus hic exstruxerant: priorem a. 1603, titulo S. Iacobi Apost., qui a civibus solo aequatus est a. 1647; alterum eidem patrono dicatum a. 1649, qui postea derelictus est a. 1694. Statim tertius conv. a fratribus Prov. *Anterioris Austriae* aedificari coeptus est qui mansit usque ad claustralem suppressionem a. 1788.
BULLAR. CAP. IV, 65, 366.
CHRONICA PROV. HELVET. (cf. Ind. p. 784).
ROMUALDUS, *Prov. Anter. Austr.*, p. 91-101.
SCHWEIZER. PROV. FESTSCHRIFT (1928) p. 48, 54
FRANC. PETRUS, *Suevia Ecclesiast.* p. 248-50.
JOAN. BAPT. BAUR, *Beiträge zur Chronik d. Vorderösterr. Kapuzinerprovinz* (in: «Freiburger Diözesanarchiv», Band XVII, 245-89 XVIII, 153-218).

Kootwijk in Prov. Hollandica. — Domus nostra ibi canonice erecta a. 1944, de facto non est aedificata.
ANALECTA CAP. 61 (1945) p. 35.

Korabniki, in prov. Cracoviensi. — Domus religiosa ibi a. 1932 canonice erecta est.
ANALECTA CAP. 49 (1933) p. 43.

Korneuburg (*Corneoburgum*) in antiqua Prov. Austro-Hungarica. — Anno 1619 Hospitio recepti sunt fratres nostri, at a. 1623, conventus eis exstruitur titulo S. Ioan. Bapt. Ex eo postea expulsi sunt vi legis Iosephi II imp., exeunte saec. XVIII.
BULLAR. CAP. IV, 379.
GIUS. DA CONNOBIO, *Annali*, I, 239.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.

Kortrijk, Courtrai (*Cortracum*) in prov. Belgica. — Anno 1610 Capuccini admissi fuerunt Cortraci ad aedificandum ibi monasterium. Crux solemniter fuit plantata 1611 et anno 1613 Ecclesia in honorem S.P.N. Francisci consecrata est. Anno 1796 tempore revolutionis Gallicae Conventus suppressus est.
BULLAR. CAP., IV, 368.
ANNUAR. PROV. HOLL.-BELG. (1870) p. 33.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, cfr. Ind.; V, 247-268.
FRANC. LEVEN, 33 (1950) 52 (Monum. artis)

— Primum monasterium *Capuccinarum* III Ordinis claustralis in praefata urbe exstitit ab an. 1630 usque ad an. 1667, quo anno rex Galliae istud demoliri iussit; alterum monasterium sorores habitarunt ab an. 1685 usque ad suppressionem an. 1797.
BULLAR. CAP., IV, 369.
HISTOIRE DES CAPUCINES DE FLANDRE, I, 271-73

DEBBAUDT P., *Les Capucines à Courtrai*, in Mémoires du Cercle Hist. de Courtrai, a. 1930, p. 12-38. Cf. *Collectan. Franc.* 1933 p. 143; a. 1936, p. 691.
ETUDES FRANC. 44 (1932) p. 247. — 45 (1933) p. 240 n. 57.
NEERLANDIA FRANCISCANA, 4 (1921), p. 29-49, *Notes sur les Capucines de Courtrai.* (P. Hildebrand).

Kotag'ri (Nilgiris), in Commissariatu *Indiarum Orient.* — Domus nostra ibi fundata est an. 1949 cum ecclesia dicata S. Joseph.
ANALECTA O. CAP. 66 (1950) p. 20.

Kozminski vide *Honoratus a Biala.*

Krainburg, vide *Kranj.*

Kraków (Provincia Ordinis) vide *Cracoviensis prov.*

Kraków (*Cracovia*) in Prov. Cracoviensi. — An. 1695 conventus conditur in suburbio *Piasek*. Ecclesia B. M. V. ab Angelo salutatae dicata est an. 1703. Penes ecclesiam anno 1712 exstruebatur sacellum cui titulus «Domus Lauretana» et in quo B. M. V. simulacrum magna devotione colitur.
BULLAR. CAP. IV, 387; VIII, 231; IX, 205, 282.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 41 tab. XVIII.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 212-217.
SCHEMATISMUS PROV. CRACOVIENSIS, 1937, p. 14
POKÓJ I DOBRO (Kraków), 1938, p. 121, 155, 169 (Notitiae de Sanctuario B. Virg.)
ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 36. - 46 (1930) p. 39 (Novitiatus).
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) cf. Index p. 626 (*Cracovia*).

Kranj, Krainburg, in Prov. Illyrica. — Conventus antiquae Prov. *Styriae.* aedificatus a. 1640, supprimitur a Iosepho II a. 1786. Ecclesia fuit dicata S. Michaëli Archangelo.
BULLAR. CAP. IV, 381.
SILVEST. MEDIOL. *Annales*, p. 460.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 120.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1903) p. 22, 67
MAVRICIJ, *Zgodovina Kapuc.*, p. 80.

Krefeld (*Crefeldia*) in Prov. Rhenano-Westfalica (dioec. *Aquisgranae*). — Conventus adest ab a. 1892, in eiusque ecclesia, quae S. Elisabethae Thuringiae dicata est, ab an. 1920, munere quasi parochiali funguntur religiosi fratres.
DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 32 tab. XV
CATALOGUS PROV. RHEN.-WESTF. (1939) p. 19
ANALECTA CAP. 8 (1892) p. 57. — 36 (1920) p. 129. — 45 (1929) p. 36, Novitiatus.
ASSISI-GLÖCKLEIN, 19 (1937) p. 39.

Krems (*Crembsium*) in antiqua Prov. Austro-Hungarica. — Conventus et ecclesia conditi sunt a. 1614; at post incendii vastationem iterum exstructi fuere a. 1659 titulo S. Catharina V. et M. — Fratres inde expulsi sunt sub Iosepho II imper. a. 1781.
BULLAR. CAP. IV, 379.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.
« FRANZISKUS » (Linz) 5 (1930-31) p. 23s.

Kreuzberg (*Mons Crucis*), apud Schwandorf, in prov. Bavarica. — Hospitium conditum an. 1735, suppressum est probabilius saec. XIX ineunte.
BULLAR. CAP. IV, 373; IX, 43.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 274, 488, 594.
DER KREUZBERG *bei Schwandorf. Seine Kirche und seine Wallfahrt.* (*200 jahr. Jubiläum*). Regensberg 1879.

Krosno (*Crosno*) in Prov. Cracoviensi. — Huius coenobii fabrica, iam ab a. 1754 inchoata, multas ob causas nonnisi saeculo proxime sequenti (1853) ad finem perducta est: attamen fratres inibi habitare mature coeperant a. 1758. Ecclesia, singulari opere artificioque exstructa, Exaltatae Crucis titulo decoratur.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 41 tab. XVIII.
SCHEMATISMUS PROV. CRACOVIN. (1937) p. 24.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 190.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) cf. Index p. 626

Krsko, (*Gurkfeld*) in Prov. Illyriae. — Anno 1640, ab antiqua Prov. Styriae exstructus est conventus, eiusque ecclesia B. M. V. Immaculatae dicata est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 23 tab. XVIII.
BULLAR. CAP. IV, 381.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 22, 89.
MAVRICIJ, *Zgodovine Kapuc.*, p. 80.

Krupa vel Horodno in Volhynia (Russia). — Ab an. 1751 usque ad an. 1760, fratres Capuccini veteris Prov. Poloniae, sedem habuerunt in hoc loco apud ecclesiam parochialem.
ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 294.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) p. 364 n. 29.

Kuefstein M. C., v. *Maria Clara Kuefstein.*

Kumbakonam in Commissariatu Gener. *Indiarum* Orientalium. — Anno 1950 concessa est facultas erigendi in hoc loco domum nostram religiosam.
ANALECTA O. CAP. 67 (1951) p. 26.

Kuna in Russia (dioec. *Camenecen.* scil. Kamieniec). — Ex Hospitio a. 1773 exstructo pro fratribus provinciae Poloniae, conventus conficitur an. 1790 et an. 1796 traditur novae Prov. Russiae. In eius ecclesia dicata S. Ioanni Nepomuceno an. 1825, curam paroecialem nostri sodales exercuerunt usque ad an. 1913. Nunc coenobium desertum iacet.
ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 294.

Kunnam-Mavelikara (Travancore), in Commissariatu *Indiarum Orient.* — Fratres Capuccini domum religiosam ibi erexerunt a. 1935 cum ecclesia dicata SS.mo Cordi Iesu.
ANALECTA CAP., 64 (1948) p. 47.

Künzle Magnus, v. *Magnus a Gaiserwald.*

Kutkorz, (Marianów) apud Leopolim in Prov. Cracoviensi. — Religiosis nostris an. 1753 venia data est commorandi in hoc loco; an. vero 1763 iisdem fratribus paroecialis cura committitur ecclesiae B. V. ad Nives titulo nuncupatae.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 41 tab. XVIII.
BULLAR. CAP. VIII, 233, 349.
SCHEMATISMUS PROV. CRACOVIEN. (1937) p. 26.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) cf. Index p. 627.

Kyjov, Gaya, in Prov. Bohemo-Morava. — Conventus ibi exstitit ab a. 1710 usque ad an. 1781 quo fuit abrogatus. Eius ecclesia fuit dicata Assumptioni B. M. V.

BULLAR. CAP. IV, 377.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 798.
ZENTRALBLATT *für Biblioteksicesen* (Leipzig), XVII, 1900, p. 329.



G. E. von Ketteler, episcopus Moguntinus, T. O. F.
moritur in conventu FF. Capuccinorum de Burghausen in Bavaria
anno 1877

L

Labacum, vide *Ljubljana* (Lubiana)

Labor → Praeter ea quae de labore fratrum iuxta mentem S. Francisci disserunt omnes regulae seraphicae commentatores, videri poterunt, inter alia, studia quae sequuntur:

MONUM. HIST. O. CAP., III, 174-76; IV, 194-93 cfr. et *Index* p. 240.

VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, p. 243, 251

CONSTANTIUS AB ALDEASECA, *Natura iuridica paupertatis Ord. Capuc.* (Romae 1943) p. 160-70 (de labore).

MELCHIORRE, *La bella e santa Riforma*, pp. 78-95.

ANALECTA CAP. 4 (1888) p. 295 ss. *Labor in Ordine. Commentaria in Ordinationes Capit. Gen. a. 1884.*

ETUDES FRANC., I, (1899) p. 63 ss. *Le travail chrétien d'après la Règle de St. François* (P. Michel-Ange).

L'ITALIA FRANC. 8 (1933) p. 225-35: *S. Franc. d'Ass. e il lavoro.* (Vito da Clusone).

SANKT FIDELIS (Luzern) 33 (1946) 1-8, 41-48, *Unsere franziskan. Arbeit.* (Franz Sol. v. Zürich).

Lac-Bouchette in Canada Orientali (dioec. Chicoutinien.) — Anno 1925 fratribus Commissariatus prov. Canadensis concredita est cura loci solitarii vulgo « *Ermitage de St Antoine* » et Peregrinationis ad sanctuarium B. M. V. « *de Lourdes du Saguenay* », quos instituerat Elzearius De Lamarre sacerdos saecularis († 1925). Anno autem 1934 domus religiosa ibi canonice erecta est et an. 1942 Capuccinis concredita est cura paroecialis.

NOTRE-DAME DE LOURDES *en France et au Saguenay*, Abbeville, 1928.

SOUVENIR *de la Journée Mariale du Lac-B.* — Lac-Bouchette, 1929.

SOUVENIR *de la Journée Mariale du Centenaire du Saguenay au L.-B.* — Lac-Bouchette, 1938.

MESSAGER DE ST. ANTOINE, *Organe du Pélerinage de N.D. de Lourdes de Saguenay* (Libellus mensualis). Lac-Bouchette, 1895 ss.

ANALECTA CAP. 51 (1935) p. 13 (Domus); 64 (1948) p. 11 (Paroecia).

ECHO ST. FRANÇOIS (Ottawa), 1934, p. 20, 53.

La Châtre, vide *Châtre (La)*

Lachavanne Ioan. Damascenus a Vovray, *episc.* Prov. Sabaudiae alumnus. — Natus die 28 nov. 1849, ordini nostro adscribitur anno 1866. Ad insulas Seychellas (Africa Orient. Britann.) ivit missionarius a. 1879, ubi multa egit et praeclara merita adeptus est. Electus episcopus *Portus Victoriae Seychellarum* d. 13 apr. 1916, ibi vita cessit d. 24 iul. 1920.

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, X, 263, 268, 274.

ANALECTA 32 (1916) p. 102; 37 (1921) p. 24.

ROSIER ST. FRANÇOIS (Chambéry) 1920 p. 204.

La Ciotat, vide *Ciotat (La)*

La Coruña, vide *Coruña (La)*

Lactantius a Terni (Interamna), Prov. Umbriae. — E gente patricia *Mazzancolli* ortus an. 1547, habitum suscepit aetatis agens annum vicesimum. Divinam gloriam promovere sermonibus totis viribus incubuit. Obiit Tuderti (Todi) a. 1619. — Scripserat notitias biographicas de nonnullis religiosis suae Provinciae quas P. Franc. a Vicenza evulgavit in: *Collectanea Franc.* 10 (1940) p. 510-33; 11 (1941) p. 70-86.

DE-PISE, *Annales*, p. 285-287.

OLGIATI,, *Annali*, I, 476-482.

LEGGENDARIO CAPP. VI, 326-333.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 166.

SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 163.

IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 268.

FRANC. DA VIC., *Scritt. Prov. Seraf.* p. 65-69.

ANTONINO, *Memorie Prov. Seraf.* p. 178.

COLLECTAN. FRANC. 10 (1940) p. 512-15 not. biogr. de P. Lactantio.

La Cumbre in Rep. Argentina (dioec. *Corduben*). — Anno 1925 possessionem inierunt fratres nostri cuiusdam domus et sacelli in honorem S. Rochi. Anno vero 1930 paroecia B. M. Virginis de Monte Carmelo eis concredita est.

Reseña de Capuch. en Argentina p. 293-306.

ANALECTA CAP. 47 (1931) p. 45.

Lacus niger, vide *Lagonegro*

Lad, in Prov. Varsaviensi. — Ab a. 1850 ad a. 1864 fratres nostri incoluerunt quoddam antiquum monasterium Ord. Cisterciensium. Ecclesia consecrata est a. 1743 in honorem

B. Mariae Virg. et S. Nicolai episc. (*Mss. Prov. Varsavien*).

Ladenburg, in Prov. Rhenano-Westfalica, archid. *Friburgen.* — Fratres nostri hic accersiti sunt a. 1624; anno vero 1631 ecclesia paroecialis S. Galli ipsis est tradita. Hunc locum fratres deseruerunt an. 1699.

BULLAR. CAP. IV, 386.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 45-47 cf. Index.
JACOBS, *Die Rhein.-Kapuz.* p. 143.
HEIZMANN L., *Die Klöster d. Erzdiöz. Freiburg* (München 1930) p. 92.
ANALECTA CAP. 17 (1901) p. 154, 221.

Ladislaus a Paris (*Rabet*) alumnus prov. Tolosanae, concionator egregius (1835 † 1908). — Praeter ea quae vulgavit de SS. Eucharistia, de divortio etc., haec edidit opera: *Méditations à l'usage des Missionn. Capucins* (1898). — *Méditations sur la Règle des FF. Mineurs* (1900). — *Méditations sur les Saints francisc.* (1900). — *Le Catéchisme* 2 voll. (1903).

APOLLIN. A VAL. *Bibl. Aquitan.* p. 84.
IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 45.
LES VOIX FRANCISC. (Toulouse) a. 1908, pp. 425, 465.

Laedum, Ledum, vide *Lons-Le-Saunier*

La Flèche vide *Flèche* (*La*)

Laginensis *sedes titularis episcopalis.* — Anno 1934 hoc titulo insignitus est noster religiosus Leo OLANO-URTEAGA ab Alzo.

Lagoa Vermelha in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia). — Paroecia S. Ioseph fratribus Capuccinis concredita est a. 1908

TEODORO DE ALFREDO CHAVES, 50 *anos de atividades no Rio Grande do Sul* (1946) p. 144-151.

Lagonegro (*Lacus niger*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Anno 1534 fratres pedes fixerunt extra moenia in quodam perantiquo et fere diruto monasterio Ord. S. Benedicti, ibique hodie exstant. Eius titulus S. Hieronymi postea commutatur in tit. S. Mariae Angelorum. Ab a. 1612 ad a. 1866, pro aegrotis curandis, aliam residentiam fratres habuerunt.

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 24 tab. IX
BULLAR. CAP. III, 310.
MARIANO, *Capp. nella Lucania* p. 56-59, 69, 180-99.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 244.

Lagrasse (*Grassa*) in Prov. Tolosana. — Conventus qui exstruebatur a. 1631 sub titulo S. Michaëlis, derelictus est tempore gallicae eversionis a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 405.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.* I, 130; III, 311
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. de Toulouse*, p. 70.

La Guardia in Hispania, vide *Guardia* (*La*)

Lahore in Indiis Orient. — Post occupationem regionis de *Punjab* ab Anglis peractam a. 1849, nonnulli nostri sodales missionis Agrae illuc se contulerunt ibique ministerium apostolicum exercuerunt. An. 1880, per decretum S. Congr. de Prop. Fide sub die 18 sept., illud territorium separatur a Vicariatu Apost. Agraensi, et in proprium Vicariatum Apost. *Punjabensem* erigitur; quod postea, anno scilicet 1886, die 1 sept., ad gradum dioecesis evehitur, mutato nomine in *Lahorense.* Ex anno 1888, haec Missio concredita est fratribus nostris provinciae Belgicae.

SERIES EPISCOPORUM

1880. Tosi Paulus a Cesena, Vic. Apost.
1886. Hudrisier Marcus a Faverges, Administr. Apost.
1888. Mouard Symphorianus a Sombernon.
1890. Van den Bosch Emmanuel ab Antwerpen
1893. Pelckmans Godefridus a Turnhout.
1905. Eestermans Fabianus a Meerle.
1928. Catry Hector a Ledegem.
1947. Buyse Rogerius ab Izegem.

Missionarii in Lahore, praeter praefatos episcopos, de quibus tractatur suo proprio loco:
Felix ab Antwerpen († 1932)
Hermannus ab Herenthals († 1920)
Ludovicus a Saint-Etienne († 1890)
Presutti Philippus a Recanati († 1914)
Victorius ab Appeltern († 1918)

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 56 tab. XXV.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.* p. 190-200.
IDEM, *Le Missioni Capp.*, IX, p. 493-530; v. etiam *Index* p. 615.
CATHOLIC CALENDAR.. for the Archidiocese of Agra (1908) p. 118-123.
MISSIONI *dipendenti da Prop. Fide* 1950 p. 232
STEIDL, *Mission. d. Kapuz.* (1890) p. 42-46.
STREIT-DINDINGER, *Bibl. Missionum*, VIII, p. 578, 579, v. et *Index* p. 981.
A BRIEF OUTLINE *of the Lahore Mission from 1905 to 1926.* Lahore 1926.
IN HET LAND *de vijf Rivieren. Vijftig jaar missiearbeid in Punjab 1888-1938.* Uitgegeven onder leiding van P. Thomas en P. Emmerich. Antwerpen 1938, (cf. *Collectan. Franc.* a. 1941, p. 288-290).
COELESTINUS V. WERVICQ *Prémices de la mission Belge des Capucins à Lahore-Punjab 1889.* Anvers 1890.
IDEM, *Eerste vruchten der Belgische Missie v. d. Capucienen in den Punjab* 1889. Antwerpen, 1890.
GODEFRIDUS PELCKMANS, *Dix années d'apostolat au Punjab. Mission confiée aux Capucins.* Bruges 1900.
LÉON DE NINOVE, *The Capuchin Mission in the Punjab.* Mangalore 1910.
LIÉVIN DE GRIMMINGEN, *La Mission des Capucins Belges au Punjab.* Bruxelles 1889.

ANALECTA CAP 5 (1889) p. 6-345: Missio Prov. Belgicae concreditur. — 11 (1895) p. 247-50: *Labeurs des Cap. dans le Punjab* (1889-94). — 12 (1896) p. 92 s. Not. hist. et Chronica decennalis. — 23 (1907) p. 172, 204, 270: *De evangelisatione Prov. Punjaben. ab apost. S. Thoma ad haec usque tempora.* — Quoad alia in « Anal. » edita v. *Index Gen.* voll. 1-50, p. 123-24.

CATHOLIC NEWS (Periodicum Missionis) — Lahore, 1916 ss. (editur singulis hebdomadis)

COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) p. 512-33: *La Mission du Punjab.* (Emmerich d'Izegem). — 11 (1941) p. 657 nn. 316-321, Not. bibliogr. de Miss.

COLLECTANEA LAHORENSIA. *A Quarterly Review for the Clergy of the Cath. Diocese of Lahore.* — Lahore 1934-1941; deinde sub titulo: *Collectanea Punjabensia.*

ETENDARD DE ST. FRANÇOIS (Anvers) 1894 ss. (Notitiae de Miss. Lahoren. fere in omnibus fascic.) — 20 (1913-14) p. 25-63 *Court aperçu des travaux apostoliques durant les 25 années d'apostolat au Punjab.* — 1938, Numéro special, Mai-Juin: 50 *anniv. des Capucins belges dans le Dioc. de Lahore* 1888-1938. — an. 1941-42, p. 53-58, 120-26, *l'apostolat des Cap. Belges au Punjab.*

« TE DEUM LAUDAMUS » (Antwerpen, 1928), p. 87-113.

— Quoad *Ephemerides* a Capuccinis in hac Missione editas vide sub v. *Periodica.*

Laibach vide *Ljubljana*

Laici (Fratres). — I. S. Franciscus, qui tamquam Ordinis fundator erat laicus, dein autem cum aliquibus sociis factus est diaconus providit in sua Regula de Clericis et *Laicis.* Distinxit eorum officium divinum recitandum atque labores perficiendos. Sed munus praedicandi sensu saltem exhortationis et Laicis attribuisse videtur. Immo casu impossibilitatis sese confitendi apud sacerdotes, voluit ut fratres confessiones peragerent apud confratres laicos, non quidem absolutionis causa, sed ad augendam contritionem et humilitatem (S. Bonav., *Opera omnia,* VIII, 384).

Quod ad constituendos Superiores attinet Seraphicus Legislator ne Ministri Generalis quidem munus Clericis reservavit. Capitulum autem Generale an. 1239, duce Haymone de Faversham, decrevit ne fratres Laici passim instituerentur *Praelati,* sed tantum in eis partibus in quibus deessent sacerdotes (De Gubernatis, *Orbis seraph.,* I, 18). Innovatis tentaminibus ad favendum statui Laicorum, Capitulum Gen. an. 1443 decrevit ut Laici FF. Observantium in Discretos, Definitores et Vicarios locorum ac provinciarum eligi possent.

II. In Ordine Capuccinorum primis temporibus eadem viguit lex. Tunc enim Superiores exigebantur non tam litterati quam spirituales et regularis observantiae studiosi. Quapropter potissima Superiorum pars erant vel Sacerdotes non studentes vel *Laici* (cf. Melchiorre, *La bella e santa Riforma,* p. 189).

Discutissime autem conventus sibi retinere potuerunt ius eligendi *Discretos* in quorum electione fratres Laici voce tum activa tum passiva gaudebant. Quam facultatem a Concilio Trid. ablatam (*Sess. XXII de reform. c.* 4), Pius V vivae vocis oraculo an. 1566 restituit. Capitulum vero Generale an. 1740 consuluit quod expediret concursum ad *Discretos* eligendos reducere ad formam Tridentinam. Quod viguit usquedum Rescriptum Pontificium diei 25 ian. 1892 *Laicis* vocem activam et passivam reddidit. Constitutiones demum an. 1909, Rescripto Pii X d. 17 febr. 1909 innixae, decernunt ut Laici ad electionem *Discreti* voce dumtaxat activa concurrere possent expletis 12 Religionis annis. Quod nunc est ius vigens, ea tamen mutatione, quod tantum decennium in Ordine persolvisse debent (*Constit.* n. 140).

III. Primus Fr. Laicus Capuccinorum reformationem emplexus fuit *Raphael a Fossombrone* († 1539), frater germanus celebris P. Ludovici. Ab eodem itaque initium sumpsit humilis sed inclita series laicorum fratrum, qui iuxta seraphici Patris spiritum, plena status religiosi dignitate gaudentes, orationi instantes et manuali labore saecularibus optima exempla praebent et Ordini maximi sunt emolumenti tum in coenobiis cum in missionum locis.

Fratrum laicorum numerus apicem attinxit an. 1754 cum ex 33000 religiosis 9212 *laici* erant (cf. sub v. *Statistica*).

Ordinis « *Annales* » frequentissime recolunt insignia virtutum exempla tot fratrum laicorum; infra vero simplicem *elenchum* perhibemus Sanctorum, Beatorum et Venerabilium Servorum Dei uti tales iam recognitorum ab Ecclesia. Praefatum vero elenchum sequuntur nomina fratrum laicorum *scriptorum, artificum* et *missionariorum* de quibus fit memoria specialis sub eorum nomine.

a) SANCTI AC BEATI

B. Bernardus a Corleone († 1667)
B. Bernardus ab Offida († 1694)
S. Conradus a Parzham († 1894)
B. Crispinus a Viterbo († 1750)
S. Felix a Cantalice († 1587)
B. Felix a Nicosia († 1787)
B. Franciscus a Camporosso († 1866)
B. Ignatius a Láconi († 1781)
S. Seraphinus a Montegranaro († 1604)

b) VENERABILES et SERVI DEI

Ven. Andreas a Burgio († 1772)
S.D. Benno a Mönichkirchen († 1925)
S.D. Fidelis ab Annecy, mart. († 1790)
S.D. Franciscus a Licodía († 1682)
Ven. Georgius ab Augsburg († 1762)
S.D. Hieronymus a Corleone († 1717)
Ven. Ieremias a Valacchia († 1625)
S.D. Marcellinus a Capradosso († 1909)
Ven. Raynerius a Sansepolcro († 1589)
S.D. Thomas a San Donato († 1648)

Alii fratres *virtute clari*

Baptista a Faenza († 1562)
Bernardus a Fossombrone († 1539)
Dionysius a Barletta († 1755)
Felix Maria a Marola († 1787)
Franciscus a Lorca († 1733)
Iacobus a Spello († 1544)
Iosephus ab Esanatoglia, senior († 1642)
Ios. ab Esanatoglia, iunior († 1699)
Petronius a Bologna († 1624)
Raphael a Fossombrone, primus frater laicus capuccinus († 1539)
Silvester ab Estella († 1730)
Stephanus a Goudargues, mart. († 1798)
Vitus a Ragusa († 1582)

c) Scriptores, Medici etc.

Aegidius a Villalón, *medic.* († p.a. 1731)
Cyprianus a Sampont, *linguist.* († 1934)
Felix a Bergamo, *pharmac.* († 1702)
Fortunatus a Rovigo, *botan.* († 1701)
Franciscus a Valdobbiadene, *pharm.* († 1640)
Leo a Milano (pr. Tusciae), *medic.* († 1671)
Paschalis a Marola, *chirurg.* († 1828)
Thomas a Bergamo, *script. de ascet.* († 1631)

d) Artifices seu *Architecti, Pictores, Sculptores* et *Mechanici*

Aloisius a Crema, *pictor* († 1816)
Angelus a Cassano d'Adda, *arch.* († 1904)
Angelus a Mazzarino, *sculptor* († 1809)
Angelus a Vöhringen, *pictor* († 1940)
Antonius a Vera, *sculptor* († 1942)
Augustinus a Vinchio, *mechan.* († 1821)
Camillus a Milano, *pictor* († 1865)
Candidus a Magland, *mechan.* († 1931)
Damianus a Bergamo, *mechan.* († 1842)
Fidelis a Scandiano, *mechan.* († 1779)
Franciscus a Cedrate, *sculptor* († 1750)
Michael a Bergamo, *archit.* († c. 1650)
Modestus a Ligorzano, *mechan.* († 1774)
Rodulphus ab Obergünzburg, *pictor* († 1944)
Sanctes a Venezia, *pictor* († 1660)
Simplex a Verona, *pictor* († 1654)
Stephanus a Carpi, *pictor* († 1796)
Vitalis ab Alcira, *pictor* († 1654)

e) Missionarii

Cyprianus a Sampont († *Dire Daoua*, 1934)
Franciscus a Pamplona († *Caracas*, 1651)
Ioannes a Troia († *Cairo* in Aegypto, 1551)
Raymundus a Figuerola († in ins. *Trinidad*, 1699)
Salvator ab Albino († *Alto Alegre*, 1901)

Bibliographia

a) *Opera etc. de FF. Laicis*

BOVERIO, *Annales*, II, 253 nn. 40-41.
BULLAR. CAP., cf. *Indices Gener.* t. VII et X.
VENANTIUS, *Monum. ad Constitutiones O.M. Cap.* (1916) v. *Index* p. 673.
MONUM. HIST. O. CAP., IV, cf. *Index* p. 240.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, I sq. cf. Ind.
VIVES, *Biografia Hispano-Capuch.* p. 204.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAF. (1930) p. 116-19.
SCHWEIZER. KAPUZ. FESTSCHRIFT (1928) p. 150-62: *Unsere Laienbrüder.*
LA PRIÈRE *du Frère Laic dans l'Ordre des Min. Capucins.* Paris 1927.
APOLLINARIO DE CONCEIÇÃO DO RIO DE JANEIRO, O.F.M. — *Memorias históricas dos Religiosos da Orden Seràfica que do estado de Leigos subirão, ao mais alto grao de perfeição.* Lisboa, 1732-34, voll. 5 (cf. Marcellino da Civezza, « Saggio di Bibliogr. Franc. » p. 119).
FORTUNAT KÜNZLE, O. CAP. *Der Kapuziner-Bruder. Einblick ins Leben und Streben unserer Brüder.* 2 Aufl. Luzern 1940 pp.51.
FRANÇOIS DE TRÉQUIER et PAULIN DE BEAUVAIS, O. CAP., *Défense du droit qu'ont les FF. Laics capucins d'avoir voix active et passive en toutes les élections de leur Ordre.* (Réimpression) Paris 1890. (Opus proscriptum a S. Officio d. 3 augusti 1895. cf. « Analecta Cap. » a. 1897, p. 265).
PAULIN DE BEAUVAIS, *Défense de l'humilité séraphique ou Apologie pour le droit de voix active et passive qu'ont les Religieux lais,* Paris, 1642 (Opus prohibitum).
PAULINO BEAUVAIS, O. CAP. — *Difesa dell'umiltà serafica, overo Apologia per la raggione di voce attiva e passiva c'hanno li Religiosi Frati Laici Minori dell'Ord. di S. Franc. in tutte l'elettioni di dett'Ordine. — Tradotta di francese da Stefano Agrolti.* Roma 1646. (Opus prohibitum).
MALACHIA (FRA), O. F. M. — *Idee chiare.* Milano 1942 — Auctor agit praecipue de *statu laicali* in Ordine seraphico. Cfr. « Vita Minorum » a. 1942, p. 154.
THEODOSIUS FOLEY OF YONKERS — *The Capuchin Lay Brother*, 2 ed., Detroit 1930.
VINCENZO DA MAGREDIS, *Gli ausiliari del sacerdote: i Fratelli laici.* Verona, 1947.
ACTA ORD. MINORUM, 35 (1916) p. 85 ss. *Dissertatio de vocatione Fratrum Laicorum.* (Herib. Holzapfel).
ANALECTA O. CAP., 41 (1935) p. 22, 104, 140, 172: *De instructore FF. Laicorum in Ordine nostro.* - Versio *anglica* in periodico « The Messenger » (Detroit) a. 1935, p. 244-47; a. 1936, p. 392-405. (cf. rec. ap. « Collectan. Franc. » a. 1939, p. 289). — Quoad alia vide « Analect. » *Index Gener.* voll. 1-50 p. 84.
THE CAPUCHIN ANNUAL (Dublin) a. 1932, p. 49-64: *Life in a Friary. The Capuchin Lay Brother.*
THE CAPUCHIN EDUCATION CONFER., (Herman Pa.), 2 (1931) p. 48-59; *Lay Brother vocation* (Sigmund Cratz).
COLLECTAN. FRANC. 9 (1939) p. 288 n. 128-131; 11 (1941) p. 691 s. nn. 105-108 (Opera circa Laicos).
ROUND TABLE of Franciscan Research (Marathon, Wisc.) XI, 1945-46 p. 9-19. *The early Capuchin lay brother and the lay brother of early Franciscan times.*
VITA MINORUM, Rivista Franc. (Lonigo). a. 1929, p. 23-24. — a. 1930, p. 23, 56, 85. a. 1931, p. 95, 117, 120, 186. — a. 1932, p. 49, 82. - a. 1935, p. 45-47. (Considera-

tiones variae circa FF. Laicos: *labor, apostolatus, educatio*, etc.).

b) *Opera pro FF. Laicis*

DER KAPUZINERBRUDER, *Anleitung zum Streben nach der Seraphischen Vollkommenheit.* Limburg 1934. — (cf. « Collectan. Franc. » 1937, p. 465).

DIONIGI DA ROSSIGLIONE, *La Regola di S. Francesco spiegata ai Novizi e Laici nella Conferenza settimanale.* Alessandria 1934. — (cf. *Collectan. Franc.* a. 1935, p. 114-115).

DONATUS HÄSELI, O. CAP. — *Anleitung zur christl. Vollkommenheit für die Laienbrüder.* Ingenbohl 1921.

ENGELBERT M. V. SCHEYERN, *Geistliche Schule zur Unterweisung im seraph. Leben für die Brüder des Kapuzinerordens.* Neuötting, 1901 et Altötting 1906.

FABIANUS, O. CAP. *Als Lekebroeder in Gods wijngaard.* 's-Hertogenbosc 1950.

IOHAN. BAPT. V. MEERLE — *Serafijnsche Wegwijzer of Geestelijk Leesboek v. de Leekebroeders v. de Capucienen Orde* St. Mariaburg 1920. — Versio *anglica* [by Emmanuel Roets and Berchmans Bittle], Detroit, Mich., 1938.

MARCEL DE DOMPIERRE — *Le « Miroir de la Discipline » de St. Bonav. à l'usage des FF. Laics.* Romont 1866.

MAXIMUS VON GUNDELFINGEN, *Der brave Kapuzinerbruder.* Bressanone 1933. — (cf. *Collectan. Franc.* a. 1936, p. 306, n. 138).

MONZA PACIFICO, Min. Gen. OFM. — *Il Fratello Laico francescano istruito e guidato nella pratica dei suoi doveri.* Vicenza ediz. III, 1943.

PIUS V. SEEBURG, *Der Laienbruder nach dem Herzen des hl. Franz.* München 1906.

IDEM — *Klösterliches Leben des Kapuzinerbruders.* München 1902.

REGOLAMENTO *dei fratelli laici neo-professi e postulanti della Prov. Veneta.* Venezia-Mestre 1943.

SALVATORE M. DA ALCAMO, *Esposizione e breve catechismo della Regola dei FF. Minori affine d'istruire i fratelli laici nelle loro obbligazioni.* Palermo 1801, pp. 230.

THOMAS VILLANOVA GERSTER (v. Zeil) — *Skizzen zu geistlichen Schulen für die Laienbrüder.* Graz 1926.

IDEM — *Regel des I Ord. des Hl. Franz. Kurze Einführung für Nov. u. Laienbrüder.* Innsbruck 1913. — Versio italica, cura P. Matthaei a Coronata, « *Regola del I Ord. Breve spiegazione per i Nov. e fratelli laici* » Genova 1919. — Item versio italica, cura P. Alexii a Gries (Ala 1931). — Versio anglica, cura P. Severini M. a München, « The Rule of the I Order » Pittsburgh 1930.

WALLENSTEIN ANT., O. F. M. - *Der Franziskanerbruder nach dem Herzen Gottes. Anleitung für Laienbrüder zur vollkommenen Erfüllung ihrer Pflichten.* Breslau 1931. (cf. « Collectan. Franc. » 1934, p. 331; a. 1936, p. 306 n. 137).

IDEM, *El hermano lego franciscano según la mente de Dios.* — *Traducido por los PP. F. A. Wilches y F. García.* Vich, 1933. - (cf. *Collect. Franc.* a. 1936, p. 306 n. 137).

Lamberg Rupertus a Laufen, episc., Prov. Tirolensis alumnus. — Comitali genere natus est a. 1662. Iam militiae adscriptus et studiis litterarum addictus, Ordini nostro nomen dedit a. 1687. Dum pastoralibus laboribus operam dat, an. 1701 episcopus titularis *Auloni-tanus* (Aulon) eligitur, deinde etiam Auxiliaris ecclesiae *Passaviensis* (Passau) designatus est. Obiit in loco *Tulln* die 6 apr. 1725.

BULLARIUM CAP., I, 142.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 52.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, p. 720.

Lambertus a Moosburg (Maspurgensis), Bavariae Prov. Definitor et Lector egregius. — E domo *Reichart* natus, inter nostros adlectus est a. 1635 atque e vita migravit a. 1684. In Theologia polemica apprime versatus cum esset, contra Novatores lutheranos vel calvinistas fortis insectator evasit. In eos libros scripsit et nonnulla de fide catholica etiam typis impressa edidit.

PELLEGRINO, *Annali*, III, 371.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, II, 683.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 166.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 268.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 57, 91, 293.
DICTIONN. THÉOL. CATH., VIII, 2470.

Lambertus a Zaragoza antiquae Prov. Aragoniae alumnus. — Domo *Liarte y Pardo* natus a. 1711, habitum sumpsit a. 1728. Philosophiam ac Theologiam egregie docuit, fuitque bonae notae Concionator atque rerum historicarum cultor. Suae Provinciae exstitit Visitator (1778) et Hispaniarum Nuntii munus Theologi obivit. Mortem subiit in patrio conventu a. 1785. — Edidit, inter alia: *Magnalia et mirabilia S. P. Francisci* (Caesaraug. 1752). — *Institutio philosophica ad theologica studia accomodata.* Voll. 3 (Ib. 1773). — *Oraciones panegiricas*, 2 voll. (Ib. 1754-70) - *Teatro historico de las Iglesias de Aragón.* 4 voll. (Pamplona, 1780-85); quod opus, post mortem P. Lamberti, fuit prosequutum, at non absolutum, a P. Raymundo ab Huesca.

ILDEFONSO, *La Orden Cap. en Aragón*, 379-85.
LATASSA-GOMEZ, *Bibliot. de Escritores Aragoneses*, III, 419-422.
HURTER, *Nomenclator*, V, 432.
ENCICLOPEDIA UNIV., (*Espasa*) t. 70, p. 1092.
LAMBERTO DE ZARAGOZA, *Elogio del P. Pablo de Colindres. Nueva edición* (Roma 1889), *vide* biogr. auctoris ad pp. 5-9.

La Merced (Sanctuarium B. V.) v. *Caracas.*

La Mure, vide *Mure (La).*

Lana d'Adige, in Prov. Brixinensi (Bressanone). — Fratres Prov. Tirolensis hospitium

inhabitare coeperunt a. 1648; conventum vero exstruxerunt a. 1664-67. Ecclesia dicata est SS. Ioachim et Annae. — Ab. a. 1652 hac in ecclesia veneratur miraculosa imago B.M.V. sub titulo Auxilium Christianorum, vulgo *Maria Hilf*.

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 17 tab. XVII.
BULLAR. CAP., IV, 372; X, 536.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 151.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, 736.
CELERIN THALER, O. CAP., *Das Gnadenbild Maria Hilf in Lana*. Brixen, 1949.
ST. ANTONIUSBLATT (Brixen), 1949, p. 99-105, *Das Gnadenbild Maria Hilf in Lana.*

Lanceata Morelli, vide *Maria Lanceata*

Lanceum, vide *Lanzo Torinese*

Lanciano (*Anxanum*) in Prov. Aprutina. — Conventus, una cum ecclesia S. Bartholom. Ap. dicata, fundatus a. 1575, derelictus est vi legis eversionis a. 1866.

BULLAR. CAP, III, 326.
FILIPPO, *Capp. degli Abruzzi*, p. 19.

Landarenca in Helvetia (Ticinum). — Fratres Capuccini Missionis Mesaucinae (Mesocco) curam paroecialem ibi exercuerunt ab a. 1852 ad a. 1913.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 128.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I (Ind. p. 444).

Landau (*Landavium*) in Prov. Rhenano-Westph. — Hospitium pro fratribus Alsatiae Prov. exstitit ab a. 1740 usque ad gallicam eversionem (1792).

BULLAR. CAP., V, 409.
ARMEL, *Les Capuc. d'Alsace*, p. 9, 76, 198.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 474, 491.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuzin.*, p. 47.
REMLING, F. X., *Gesch. d. Abt. u. Klöster im Rheinbayern* (Neustadt 1836) II, 279-81.
ANALECTA CAP., 40 (1924) p. 14.

Landavium, vide *Landau*

Landeck-Perien, in Prov. Tirolensi — Hospitium, quod a. 1922 exeunte fratres inhabitare coeperunt, conventus formalis efficitur a. 1928. Ecclesia dicata est B. M. V. sub invocatione: Auxilium Christianorum et est paroecia ex an. 1949.

DESCRIPTIO GEOGR. ORD., (1929) p. 35 tab. XVII.
ANALECTA CAP., 37 (1921) p. 256 (Conventus); 66 (1950) p. 21 (Paroecia).
« FRANZISKUS » (Linz), III (1928-29) p. 45.

Landernau (*Landernium*) in Prov. Parisiensi. — Conventus qui ab antiqua Britanniae Provincia fabricatus erat a. 1634, vi civilis suppressionis legis, derelinquitur a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 27.
REVUE HIST. FRANCISC. 6 (1929) p. 335.

Landeron (Le) in Prov. Helvetica (dioec. *Lausanen.*). — Antiqua Cappellania, quam cives intra moenia a. 1450 fundarunt titulo 10.000 Martyrum, fratribus nostris tradita est a. 1696.

BULLAR. CAP., IV, 365.
CHRONICA PROV. HELVETICAE, p. 352.
SCHWEIZER. KAPUZ. FESTSCHRIFT, (1928) p. 57
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 222.
SANKT FIDELIS (Luzern) 24 (1937) p. 155-57.

Landishutum, vide *Landshut*

Landquart (*Langarum*) in Helvetica Prov. — Ab. a. 1908, ecclesia paroecialis S. Fidelis a Sigmaringa, fratribus nostris commissa est.

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 21 tab. XVI.
SCHWEIZER. KAPUZ. FESTSCHRIFT (1928) pag. 65, 269.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 108.
SANKT FIDELIS (Luzern) 33 (1946) p. 317 s.

Landser (*Lansera*) in Alsatia. — Conventus, olim Prov. Helveticae (1655-1729) deinde Prov. Alsatiae, a. 1791 derelinquitur vi legum civilium. Ecclesia dicata est S. Ludovico regi.

PELLEGRINO, *Annali*, II, 400.
BULLAR. CAP., V, 409.
CHRONICA PROV. HELVETICAE, p. 268.
ARMEL, *Les Capuc. d'Alsace*, p. 14, 121, 241.

Landshut (*Landishutum*) in Prov. Bavarica. — Monasterium a. 1610 conditum, cuius ecclesia Assumptioni B. M. V. dicata est, supprimitur a. 1802.

BULLAR. CAP., IV, 374.
CHRONICA BAVARICAE PROV., p. 14.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 45, 454, 786.
SCHEGLMANN A. M., *Die Säkularisation in Bayern*, t. II, p. 148-54.

— Sorores *Capuccinae* e Tertio Ordine S. Francisci hoc in loco habitarunt ab a. 1630 usque ad a. 1802.

BULLAR. CAP. IV, 375.
GREIDERER, *Germania franc.* II, 481 s.

Langarum, vide *Landquart*

Langeac (*Langeacum*) in Prov. Lugdunensi. — Fratres nostri hunc locum incoluerunt ab a. 1631 usque ad suppressionem virorum religiosorum a. 1790 peractam.

BULLAR. CAP., V, 397.
ETUDES FRANC., 50 (1938) p. 479-87.

Langenargen, olim Argen (*Arga, Langenarga*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Fratres nostri antiquae Prov. *Anterioris Austriae*, qui ibi sedem fixerunt a. 1694, eiecti sunt a gubernio Wurttembergico a. 1811. Ecclesia dicata erat S. Antonio a Padua.

BULLAR. CAP., IV, 366 (*Argen*).
ROMUALDUS, *Prov. Ant. Austr.*, p. 51-56.
FRANC. PETRUS, *Suevia ecclesiast.*, p. 493.
ZIERLER PETR. BAPT., O. Cap., *Das Kapuzinerkloster in L.*, (« Diöcesan-Archiv von Schwaben » XXII, 1904, p. 81, 103, 121.

ERZBERGER M., *Die Säkularisation in Württemberg*, (1802-10) Stuttgart. 1902.

Langendonck (Van) vide *Iustus a Louvain*

Langeweg (olim *Slikgat*) in Hollandiae Prov. (dioecesis Bredana) — Conventus exstat ab a. 1874. Ecclesia de Terheyden, quae est quasi parochialis, SS. Cordi Iesu consecrata est.
BULLAR. CAP., X, 711 (*Ecclesia de T.*).
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22 tab. XIV
ANNUAR. PROV. HOLL.-BELG., (1884) V, 33.
GEDENKBOEK *bij gelegenheid v. het 50-jarig bestaan v. het seraf. Seminarie d. Kap. te L.* - Schiebroek, 1937.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 223, v. *Slikgat.*
FRANC. LEVEN, 33 (1950) 139 (Monum. artis).

Langobardiae Provincia, vide *Mediolanensis* Prov.

Langogne (*Langonia*) in Prov. Lugdunensi. Domus, quae pro nostris fratribus excitata erat a. 1630, clausa est tempore civilis perturbationis saec. XVIII exeunte.
BULLAR. CAP., V, 203, 397.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN., (1895) p. 46.

Langon (*Lingonium*), in Prov. Tolosana. — Conventus, qui anno 1617 ab antiqua Prov. Aquitaniae conditus erat, iuxta cappellam S. Michaëlis Archangeli, relictus est tempore gallicae eversionis a. 1791.
BULLAR CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, I, 122.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 61.
IDEM, *Hist. Prov. Aquitaine*, p. 187-91.

Langonia, vide *Langogne*

Langres (*Lingonae*) in Prov. Strasburgensi. — Conventus pro nostratibus mansit ab a. 1608 ad a. 1790. Conditus erat ab antiqua Lotharingiae Provincia.
BULLAR. CAP. V, 404.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 21, 203.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 105

Languedoci Provincia in Gallia, vide *Occitaniae* vel *Tolosana* Prov.

Lannion (*Lannonium*) in Prov. Parisiensi. — Anno 1790, nostri sodales expelluntur e conventu qui a. 1622 excitatus erat ab antiqua Prov. Turoniae.
BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 25.
REVUE HIST. FRANC., 6 (1929), p. 335.

Lansera, vide *Landser*

Lanzo Torinese (*Lanceum*) in Prov. Pedemontana. — Conventus sub titulo S. Francisci Assisien. a. 1612 conditus, supprimitur a. 1802.
BULLAR. CAP., II, 452.
NUOVA CROCIATA FRANC., (Torino), 1925, p. 7.

Lanzo Aegidius a Caraglio, episc., alumnus Prov. Pedemontanae. — Natus d. 21 iunii 1885, habitum Capuccinorum sumpsit a. 1901. Sacerdotio auctus a. 1909, missionarius in *Erythream* profectus est a. 1911. In patriam reversus a. 1921, Secretarii Gener. vices pro Missionibus Romae tenuit ad a. 1923; inde curae ecclesiae paroecialis vulgo « Madonna di Campagna » in civitate Taurinensi (Torino) totum sese impendit. Pius XII die 9 augusti 1940, ad sedem titularem *Tiberiensem* eum promovit et in episcopum Auxiliarem cardin. Sibilia episc. suburbicarii *Sabinensis* et *Mandelensis* (Sabina e Poggio Mirteto) ipsum nominavit. Denique die 25 ian. 1943 ad sedem *Salutiarum* (Saluzzo) translatus est.
IN RICORDO *della consacrazione episcopale di Mons. Lanzo.* Torino 1940, pp. 80 ill.
ANALECTA, 56 (1940) p. 252; 59 (1943) p. 14.
BOLLETTINO UFFICIALE *della Diocesi di Saluzzo.* Anno XIV (1943) ss.
NUOVA CROCIATA FRANC., 1940, p. 181-85.

Laoigheas, olim Athy (Atheium), in Hiberniae Provincia, ad Brigi flumen in comitatu Reginae. — Conventus, cuius initia inveniuntur a. 1659, postea derelictus est.
BULLAR. CAP., V, 412 (*Atty*).
PELLEGRINO, *Annali*, II, 545.

Laon (*Laudunum*) in Prov. Parisiensi. — Exstitit ibi olim monasterium, titulo S. Anton. Patav., cuius fundatio ab a. 1614 originem duxerat.
BULLAR. CAP., V, 389.
DE-PISE, *Annales*, p. 29 n. 6-8.
OLGIATI, *Annali*, I, a. 1614. n. 5-6.
M. DE SARS, *Le couv. des Cap. de Laon*, in « Bullet. de la Soc. hist. de Haute-Picardie » XVII, 1939 p. 43-63.

La Porte Godefridus ab Amiens, archiep., Prov. Parisiensis alumnus. — Ortum duxit die 31 martii 1733. Habitum seraphicum in Ordine Capuccinorum cum suscepisset, missionarius postea mittitur in proximum Orientem et Praefectus seu Custos nominatus est. Die 29 nov. 1790 Episcopus titul. *Amyzonensis* eligitur et Coadiutor archiepiscopi *Naxiensis* (Naxos in Graecia). Huius sedis paulo post possessionem inivit; cuius bono multa tulit fecitque. Constantinopolim cum ivisset rebus missionis gerendis, mortem obivit d. 17 oct. 1796.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 138-39.
BATTANDIER, *Annuaire Pontif.* 1916, p. 355.
REVUE HIST. DES MISS., 13 (1935) p. 276.
GAMS, *Series Episcoporum*, p. 448.

L'Áquila, vide *Aquila degli Abruzzi.*

Larino (*Larinum*) in Prov. Fodiensi seu S. Angeli. — Conventus a. 1535 constructus, derelinqui necesse fuit vi legis civilis suppressionis a. 1866; in eo vero iterum fratres intrarunt an. 1948. Ecclesia dicata est S. Cruci.
BULLAR. CAP., III, 316.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Ang.*, p. 37.
AMICO DEL TERZIARIO (Foggia), 1948, p. 227-28
ANALECTA CAP. 66 (1950) 20, conv. reassum.

Larino, (*dioecesis*). Hanc *Larinensem* D. moderatus est noster episcopus Bernardinus Di Milia a Calitri, ab a. 1891 usque ad a. 1910, quo vitam finivit.

La Roche-sur-Foron, vide *Roche-sur-Foron*

Larrañaga Gregorius ab Aldaba, *episc.*, alumnus Prov. Navarro-Cantabro-Aragonensis; natus die 4 octobris 1892; habitu Capuccino indutus an. 1909; sacerdotio auctus die 19 apr. 1919; missionarius in Sinas (*Kansu Orient.*) profectus an. 1926; novae Praefecturae Apostolicae de *Pingliang* primus Praefectus nominatus die 2 maii 1930; demum eadem Praefectura ad gradum dioecesis evecta, ipse primus episcopus electus est die 25 iunii 1950.

ANALECTA ORD. 46 (1930) p. 140, 169 (Praef. Ap.); 66 (1950) p. 140 (Episc.).

La Scala, vide *Pius a Mazzarino*

La Rochelle, vide *Rochelle (la)*.

La Seyne, vide *Seyne (la)*.

La Spézia, vide *Spézia (La)*.

Lassère, vide *Cherubinus ab Orléans*

Lasserre Aloisius Gonzaga a Vézeronce, episc., Prov. Lugdunensis alumnus. — Natus est d. 6 apr. 1839, et Ordini nostro, iam clericali militiae adscriptus, nomen dedit a. 1862. Ad Aethiopiae missionem ivit a. 1873, et una cum nostro G. Massaia, plura ibi egit pro fidei propagatione. A Leone XIII d. 15 mart. 1881 episcopus titul. *Maroquiensis* et anno sequenti Coadiutor Vicarii Apost. apud *Gallas* creatus est. A Ioanne tyranno cum expulsus esset, S. Congr. de Prop. Fide eum Administratorem Apost. dedit *Adensi* Praefecturae a. 1886, quae in Vicariatum Ap. *Arabiae* erecta est a. 1888. Ab administratione huius Vicariatus exoneratus a. 1900, et in patriam reversus a. 1902, mortem oppetiit in urbe Aix d. 22 aug. 1903.

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, X, 678, 686.
IDEM, *Manuale hist.*, p. 134 ss., 276.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 149; 20 (1904) p. 91
ANNALES FRANC. 13 (1882-84) p. 205, 271.

Laterza (*Eratuertia, Latertium*) in Apuliae Prov. — Conventus, in loco solitario positus, originem duxerat anno 1537 (sed iuxta alios a. 1647) mansitque usque ad a. 1861. Ecclesia S. Mariae Angelorum dicata est.

BULLAR. CAP., III, 319; X, 108.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 70.
EMANUELE, *Cronaca di Puglia*, (cf. Ind.).
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 100, 451.
ITALIA FRANC., 16 (1941) p. 111-14.

Latiano in Apuliae Prov. — Fratres Hydruntinae Prov. an. 1854, conventum exstruxerunt, cum ecclesia S. Maria Rosarii, qui stetit usque ad civilem suppressionem a. 1866.

ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 281.

Laudati-Carafa A. vide *Antonius a Gaeta*.

Laudenbach (*Ludenbacum*) in Prov. Rheno-Westfalica. — Ab a. 1920 usque ad a. 1931, fratribus nostris cura perantiquae ecclesiae ad montem sub titulo B. M. V. a Doloribus tradita est.

CATALOGUS *Prov. Rhen. Westf.* (1929) p. 15.
ASSISI-GLÖCKLEIN, 13 (1931) p. 86.

Laudunum, vide *Laon*

Laufen (*Laufa*) in Prov. Bavarica. — Anno 1656 conventus et ecclesia exstructi sunt, titulo S. Petri Apostoli.

DESCRIPTIO GEOGR. CAP., (1929) p. 14 tab. XV.
BULLAR. CAP., IV, 372; IX, 168.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 45, 126-31.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 176, 786,
ADOLF STEIDL, O. C., *Gesch. d. Kapuz. im Erzbistum Salzburg* (1893) p. 59-62.
FRANC. PETRUS, *Suevia ecclesiast.*, p. 496.

Laufenburg in Helvetia, dioec. Basileen. — Conventus cum ecclesia S. Ioanni Bapt. dicata, initium habuit an. 1651. Anno vero 1668 unitur Prov. Austriae Anterioris, at Prov. Helveticae denuo incorporatur a. 1806 et paulo post derelinquitur.

BULLAR. CAP., IV, 360.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 787, cf. Index
SCHWEIZER. KAPUZ. FESTSCHRIFT, p. 53 ss., 63.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 121-25.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 82.

Laurea, vide *Lauria*

Laurentia Longo,
vide *Maria Laurentia Longo*.

Laurentius ab Aosta, Prov. Sabaudiae. — E Domo *Lachenal* ortus est a. 1809 et a. 1828 habitum suscepit. Fuit concionator egregius, Galliae Prov. Minister et instaurator (1847-65), ac demum Ordinis Procurator (1872) quod officium eodem anno remisit. Anno 1867 datus erat in auxilium Episcopo Augustae Praetoriae (Aosta), qui eum in Vicarium elegit et ut theologum suum ad Vaticanum Concilium conduxit. Studia franciscana maxime promovit, et scientiis naturalibus edoctus cum esset, eum socium sibi adsciverunt Societas Galliae geologica et patria Academia. Obiit in qua ortus est urbe die 27 sept. 1880, ibique anno 1890 eius simulacrum inauguratum est. — Inter opera quae edidit, notanda sunt: *Etudes géologiques... sur la cosmogonie de Moïse* (Paris 1863) — *Les ombres de Descartes, Kant et Jouffroy, à M. Cousin* (Lyon 1844). — *Le B. Laurent de Brindes* (Paris 1867) — Nonnulla opera ei falso tribuuntur. Ipsi vero debetur publicatio periodica pro Tertiariis inita a. 1861 sub titulo « *Annales Franciscaines* » (vide).

BULLAR. CAP., X, 643 nota 1, 723.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 291-93.
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 30.
HURTER, *Nomenclator*, V, 1830.
EUGÈNE, *Nécrol. Prov. Savoie*, p. 342-45.

JEAN DE COGNIN, *Les Cap. en Savoie*, p. 344.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. de France*, I, 233 ss.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., IX, 10.
SOUVENIR *de l'inauguration du Monument érigé à la mémoire du P. Laur. d'A.* — Aoste, 1890.
BÉAN ANSELME, *Une question de justice*. Aoste, 1890. (Disseritur de *orphanotrophio*, a P. Laur. in patrio loco fundato).
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 26 (de Statua aenea P. Laur. dicata); 12 (1896) p. 156 n. 67; 19 (1903) p. 109-11 (notitiae biogr.).
ECO S. FRANC., a. 1881, p. 18-20 (biogr.); a. 1889, p. 814-16 (Monumento al P. Lor.).

Laurentius (S.) a Brindisi, Prov. Venetae alumnus. — Ortus Brundusii die 22 iulii 1559 e familia *Russo* (non iam *Rossi* vel *De Rossi* ut quidam asseruerunt), decennio maior natus, patre defuncto, seraphicum habitum induit inter Fratres Minores Conventuales. Expleto vero 15 aetatis anno, Venetias migravit atque an. 1575 inter fratres Minores Capuccinos convolavit. Tirocinio in Veronae coenobio exacto, Patavium studiorum causa mittitur ibique non modo philosophicas et theologicas disciplinas, sed linguas etiam gallicam, hispanicam, graecam, chaldaicam, ac praesertim hebraicam probe didicit, divinasque Scripturas optime calluit. Sacerdos consecratus a. 1582, omnes fere Italiae civitates concursans, fideles ad poenitentiam Hebraeosque plures ad Christum adduxit.

Qua erat rerum prudentia ac vitae sanctitate, prius Tusciensem (1590) deinde Venetam (1594), Helveticam (1598) ac Genuensem (1613) rexit Provincias; Definitor Generalis in Capitulis an. 1596, 1599, 1613 et 1618 celebratis eligitur; demum an. 1602 universo Ordini praeficitur, quem per tres annos, opportunis datis legibus, in regulari disciplina firmavit ac in Austriam, Moraviam, Styriam Hispaniamque propagavit.

A Clemente VIII, Delegatus spiritualis ad Rodulphum II contra Turcas pugnantem missus, principes christianos in foedus reducendos duces militesque animando, omnium testimoniis, magnae apud *Albam Regalem*, die 10 et 14 oct. 1601, relatae victoriae auctor est. Summorum Pontificum iussu, aliis legationibus, quibus reipublicae christianae maxime consuluit, functus est; Hispaniarum regem in foedus contra Germaniae haereticos reduxit et Sabaudiae principem cum Hispano rege pacificando composuit. Denique Ulyssipone in Portugallia, quo Neapolitarum causam apud Philippum III peroraturus contenderat, gravi morbo correptus, d. 22 iulii 1619 occubuit. Eius exuviae exstant in monasterio monialium Clarissarum in pago *Villafranca del Bierzo* in Hispania (dioec. Asturicensis scil. de *Astorga*).

S. Laurentium, sanctitate vitae, zelo apostolico atque doctrina insignis, Pius VI a. 1783 inter Beatos; Leo vero XIII die 8 dec. 1881 inter Sanctos retulit. Demum, die 14 nov. 1950, apud S. Rit. Congr. disceptatus est super titulo « *Doctoris* » S. Laurentio tribuendo.

OPERA S. LAURENTII

Opera omnia S. Laurentii a Brundusio, post tria saecula a Patribus Min. Capuccinis Provinciae Venetae e textu originali primum in lucem edita notisque illustrata sunt Patavii (Padova) ex Officina typographica Seminarii, an. 1928-1944. Sunt autem:

Vol. I, *Mariale* (1928).
Vol. II, *Lutheranismi Hypotiposis* (1931-33):
  Pars I, *Hypotiposis Martini Lutheri*
  Pars II, *Hypotiposis Ecclesiae et doctrinae Lutheranae*.
  Pars III, *Hypotiposis Polycarpi Laiseri*.
Vol. III, *Explanatio in Genesim* (1935).
Vol. IV, *Quadragesimale primum* (1936).
Vol. V, *Quadragesimale secundum* Pars I, II et III (1938-40).
Vol. VI, *Quadragesimale tertium* (1941).
Vol. VII, *Adventus* (1942).
Vol. VIII, *Dominicalia* (1943).
Vol. IX, *Sanctorale* (1944).

vide *Leonardus a Tournay*

Leonardus a Nevers,
vide *Trappes (de) L.*, archiep.

Leonardus Parisiensis, in sua Provincia Concionator exstitit, Definitor et plus una vice Minister. Ex *Querquifinian* familia natus a. 1566, nostrum institutum an. 1587 adgreditur. Singulari studio apostolicarum missionum incrementum prosequutus est, tum in orientali-

bus plagis (1611), tum in Anglia (1630) ubi Londiniensis missionis exstitit praeses et apud Henricam reginam curionis munus obivit. Ordinem praeterea Capuccinorum in Gallia quoque propagare conatus est. In generali Capitulo an. 1633, Definitor eligitur. E vivis sublatus est a. 1641.

ANNALES MINORUM, t. 28, cf. Ind. p. 763.
BULLAR. CAP., V, 27.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 409-413.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Ind.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 441 s.; II, 329, 331, 361, 401, 408, 414, 428; III, 234, 382, 387, 402, 417, 466, 479, 676, 679.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, cf. Indices vol. II (364); IV (438); V (492); X (678).
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 132.
GODEFROY, *Hist. Prov. Paris*, II, 452-54, 658.
EMMANUEL DE LANMODEZ, *Les Gardiens des Cap. à Paris* (1893), p. 13.
CYPRIEN, *Mémoires de la Mission d'Angleterre*, p. 15 ss.
ANNALES FRANC., 45 (1906) p. 410-13.
COLLECTAN. FRANC. 18 (1948) 118, 376 (*Docum. inediti sui mission. in Oriente nel s. XVII*).

Leonardus a Tournai, prov. Belgicae alumnus. — In saeculo vocabatur Cornelius *Musel* vel *Mussele* et nomen sibi acquisivit in musica sacra. Natus circiter an. 1582, choro regio tamquam cantor an. 1593 fuit adscriptus et qua talis an. 1594 Matritum adiit, unde an. 1600 in Belgium revertit et an. 1603 Capuccinorum institutum amplexus est. Obiit ante annum 1652.

P. HILDERBAND, *Wie was Leonardus Nervius?* in periodico «Musica Sacra» (Mechelen) Iuni 1936, p. 103-107. Cf. *Franc. Leven.* 1936, p. 255; *Etudes Franc.*, 1938, p. 107; *Collectan. Franc.*, 1941, p. 578.

Leonardus a Viterbo, prov. Romanae moderator; munus etiam Postulatoris Gener. tenuit ab a. 1710 ad a. 1715, quo decessit.

ANALECTA CAP., 54 (1938) p. 219.

Leonelli Rodulphus Pius, card. tit. S. Priscae, vulgo cardinalis *Carpensis* nuncupatus. Seraphici Ordinis universi Fratrum Minorum Protector nominatus, die 1 ianuarii a. 1541, usque in an. sui obitus qui contigit mense maio a. 1564, munere suo in trium franciscanarum familiarum beneficium functus est. Quod vero ad nostram spectat Capuccinorum familiam summopere validoque praesidio vel in adversis rerum adiunctis defendit ac tutatus est.

MONUM. HIST. O. CAP., I, 532 (v. *Carpi*); II, 527 (v. *Rodulphus Pius*); IV, 144 et Index 244; V, 299, 300.
BOVERIO, *Annales*, I, p. 296 n. 4 (a. 1542); p. 610 n. 4 (a. 1664).
DE GUBERNATIS, *Orbis Seraph.* I, 504 n. XXII.
ARCHIV. FRANC. HIST., 16 (1923) p. 557.
COLLECTAN. FRANC., 10 (1940) p. 589.
ROUND TABLE, 14 (1949) p. 119-22.

Leonessa (*Leonissa*) in Prov. Aprutina. — Anno 1571 a fratribus Prov. Umbriae conventus exstruebatur iuxta veterem ecclesiam sub titulo Almae Domus Lauretanae.

Corpus S. Iosephi a Leonessa, huc translatum est e loco *Amatrice* an. 1639, atque magna devotione colitur in ecclesia eidem sancto dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 12 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 435.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAFICA, (1930), p. 26.
FILIPPO, *Capp. degli Abruzzi*, p. 19.
ANNALI CAPP. DEGLI ABRUZZI, a. 1941, p. 176.
SVEGLIA. *Bollettino del Santuario di S. Gius. da Leon.* — Roma - Leonessa, 1947 ss.

— In monasterio S. Clarae, sanctimoniales *Capuccinae* olim commoratae sunt.

BULLAR. CAP., II, (docum. a. 1618).

Leonforte in Prov. Syracusana. — Monasterium pro Tertiariis Regularibus iam conditum, paulo post (1627) confratribus nostris donatur. Anno 1633 fratres in commodiorem locum se receperunt apud novam ecclesiam S. Joseph.

BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa*, p. 181.

Leoni, vide *Ioannes Franc. a Carpi*
Leonicum, vide *Lonigo*
Leonissa, vide *Leonessa*
Leontini, vide *Lentini*

Leopoldus a Castelnuovo (Cáttaro in Dalmatia), alumnus prov. Venetae. — Ortus e familia *Mandić* die 12 maii 1866; regulam seraphicam professus die 3 maii 1885; sacerdotio auctus die 20 sept. 1890. Munia obivit directoris clericorum et lectoris theologiae. At maximos retulit fructus qua confessarius et spiritus moderator, quod munus incessanter exercuit ad extremam usque horam, praesertim Patavii, ubi commorabatur ab an. 1904, expetitissimus a civibus cuiuslibet gradus et dignitatis ex longinquis etiam civitatibus confluentibus. Seraphicis virtutibus excelluit, eximia prudentia et consilio, summa pietate in Eucharistiae sacramentum et Deiparam Immaculatam. Obiit Patavii die 30 iulii an. 1942. Processus ordinarius pro Causa beatificationis iam inchoatus est.

PIETRO DA VALDIPORRO, *Un apostolo del Confessionale: P. Leopoldo da Castelnuovo, cappuccino.* III, ed., Padova 1947.
IDEM — (versio *germanica*, cura P. Synesii Köpfli. Solothurn, 1950).
IDEM — (versio hispanica, cura P. Eduardi Aguilar, O.P., Bilbao 1949).
QUIRINUS VAN ALPHEN, *In het Halfduister van de Biechtstoel.* 's-Hertogenbosch, 1948. 34 pp.
ROBERT D'APPRIEU, *Un émule du Curé d'Ars thaumaturge et voyant. Le P. Léopold de C.* — Meylan (Isère) 1950.

ANALECTA CAP. 58 (1942) p. 128-30, necrol. 62 (1946) p. 77-79, Processus ordinarius.
BOLLETT. FRANC. (Padova), a. 1942, p. 109-118

Leopoldus a Chérancé (*Chanteloup*), prov. Parisiensis lector atque concionator. — *Vita S. Francisci* ab eo conscripta multoties gallice est edita et in alias linguas etiam translata. Vulgavit praeterea *Vitas* S. Clarae, S. Bonav. S. Antonii etc. — Eius mors accidit d. 22 decem. 1926; natus erat a. 1838.
[ANON.] - *Le moine, l'apôtre, l'écrivain.* Esvière 1918, pp. 28 ill.
ANALECTA CAP., 43 (1927) p. 267.

Leopolis, vide *Lwów*.

Lépanto (Bellum a. 1571) vide *Cappellani militum*

Le Pippre, vide *Bonaventura a La Bassée*

Leprignano (hodie *Capena*) in prov. Romana. — Paroeciam S. Michaëlis Archangeli fratres Capuccini administrarunt ab a. 1922 usque ad a. 1926.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD., (1929) p. 32 tab. VIII.

Leprosarii vide *Nosocomia*.

Léquile in Apulia (dioec. Lyciensis). — Monasterium sanctimonialium *Capuccinarum* olim ibi fundatum mansit usque ad Conventuum supressionem a. 1861-66.
BULLAR. CAP., III, 320.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 309.

Lérici (*Ilex*) in Prov. Genuensi. — Conventus, a. 1608 iam conditus, omnino proscribitur a. 1866. Ecclesia Deiparae Immaculatae et S. P. Francisco fuerat dicata.
BULLAR. CAP., II, 387, 450.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, II, 311-20; V (cf. *Ind.*).

Lérida, Lleida (*Ilerda*) in Prov. Catalauniae. — Primus conventus, sub tit. S. Antonii Patav. extra muros in loco *Torrefarrera* a. 1598 conditus, belli vi diruitur. Alter intra muros exstructus a. 1653, sub tit. B. M. V. Immaculatae a. 1835 vastatus est.
BULLAR. CAP., V, 413.
ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 356.
ESTUDIOS FRANC. 50 (1949) p. 453 ss.

Lerín (*Lerinum*) in Prov. Navarro-Aragonensi. — Fratres huc pervenerunt a. 1734: Collegium pro missionariis hic constituebatur a. 1792; at nunc omnia diruta et eversa sunt.
BULLAR. CAP., V, 357, 417.
ESTADISTICA PROV. NAVARRA, (1928), p. 105.

Le Ruyet Pius a Lorient, *episc.*, alumnus provinciae Parisiensis. — Natus die 28 nov. 1870, Ordinem Capuccinorum ingreditur an. 1888 et sacerdos fit an. 1895. In Missionem de *Ajmer* in Indiis Orient. profectus an. 1894, variis muneribus functus est, praesertim Vicarii generalis. A Pio XI, die 8 iunii 1931, nominatus est Episcopus illius dioecesis *Aimerensis*, qua sede abdicata, die 4 iulii 1938 ad sedem titularem *Alexandrinam Minorem* translatus est.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, IX, 559, 562.
ANALECTA O. CAP., 47 (1931) p. 191 (Episc.); 54 (1938) p. 202 (Ep. tit.).

Lesley, vide *Archangelus ab Aberdeen*.

Les Sables, vide *Sables-d'Olonne*.

Leszcynski, vide *Procopius a Brailów*

Letaena *sedes titularis episcopalis*. — Hoc titulo fruitus est a. 1933 noster missionarius Pacificus MICHELONI a Prato († 1936).

Letopolitana *sedes titularis episcopalis*. — Hoc titulo honestatus est an. 1925 Fabianus EESTERMANS a Meerle, ex Ord. Cap. († 1931).

Lettonia, vide *Estonia-Lettonia*.

Leucensis *sedes titularis episcopalis*. — An. 1861 hunc titulum obtinuit noster sodalis Angelicus BEDENIK a Koprivnica († 1866).

Leucum, vide *Lecco*

Leutzendorf, in prov. Bavarica. — Hospitium seu Statio missionaria ibi condita a. circ. 1740, derelicta est probabiliter saec. XIX ineunte ob suppressionem Religiosorum.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 266, 487.
LINK G., *Klosterbuch der Diöcese Würzburg*, II, 303-306.

Leuven, Louvain (*Lovanium*), in Belgica provincia. — Primi conventus fundamenta iacta sunt an. 1591; hoc vero diruto ob loci insalubritatem, alibi novus exstructus est an. 1613, quo suppresso tempore gallicae revolutionis (1790), tertius excitatus est an. 1898 cum ecclesia sub titulo Apparitionis B.M.V. — Anno denique 1919 alia domus erecta est in commodum religiosorum qui studiorum causa ibidem commorantur.
BULLAR. CAP. IV, 368.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 15 tab. XIV.
TE DEUM LAUDAMUS (1928), p. 39-42.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, cf. Ind. Dl. V, 70-78.
ANALECTA CAP. 35 (1919) p. 143, *domus nova*. — 44 (1928) p. 24, de *Monum. in honor. S. Franc.* ante eccles. Capucc. a. 1926 erecto a P. Ephrem a Kenya, sculptore.
ETENDARD DE ST. FR. (Anvers) 5 (1898-99) p. 106, 125. — 21 (1919-20) p. 110, 133.
FRANC. LEVEN, 33 (1950) 53 (*Monum. artis*)
NEERLANDIA FRANC. 3 (1920) p. 5, 243. — 5 (1922) p. 37, 89: *De Kapucijnen te Leuven* (P. Hildebrand).

Lexovium, vide *Lisieux*

Libarna, vide *Serravalle Scrivia*

Liberatus ab Exel, domo *Cluts*, prov. Hollandiae lector. — Devexa iam aetate *Borneo*

in insulam profectus est missionarius; anno autem 1912 nominatus est primus Praefectus Apost. novae Praefecturae *Sumatrae*. Post laboriosum apostolatum obiit die 23 apr. 1921.

ANALECTA 28 (1912) p. 195; 37 (1921) p. 294.
UNI TRINOQUE, 4 (1933-36) p. 423.

Liberatus a Scandiano (Reggio Emilia) cognomine *Magati Caesar*, in arte chirurgica peritissimus Professor, immo et innovator. — Natus a. 1579, lauream in medicis et philosophicis disciplinis Bononiae a. 1597 obtinuit. Deinde igitur medicinam in Universitate Ferrariensi (anno 1612) tradidit. Sed postea sacerdotio auctus, voluit etiam habitum Capuccinorum in Bononiensi provincia sumere a. 1618 (nec serius ut nonnulli scribunt). Permittentibus Superioribus, artem medicam exercere perrexit non tantum inter nostros, sed etiam apud ecclesiasticos et saeculares viros vel in magna dignitate constitutos. Obiit Bononiae die 9 septem. 1647.

Eius nomen apud posteros commendavit nova methodus curandi vulnera, ab ipso proposita atque evulgata in opere quod inscribitur: *De rara medicatione vulnerum... liber I* (*et II*) *in quo nova traditur methodus ad vulnera particularia totius corporis cito, tute et iucunde persananda*. Venetiis 1616 et 1676; Lipsiae vero a. 1733. — Haec methodus, quae et hodie a peritis laudatur ac probatur, magnam controversiam suo tempore suscitavit. Auctor tamen egregie se defendit, immo contra quendam D. Sennert, peculiare edidit opus (sub nomine tamen Ioannis Bapt. fratris sui) cui titulus: *Tractatus quo rara vulnerum medicatio defenditur contra Sennertum*. Bononiae, 1637. — Plura alia de re medica scripsit P. Magati, quae Mutinae (Modena) in Bibliotheca Estensi adservantur.

BIBLIOGRAPHIA

PELLEGRINO, *Annali*, II, 86-89.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 171.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 317-20.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Script.* II, 173; III, 270.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 282.
TIRABOSCHI, *Biblioteca Modenese*, III, 108.
MELZI, *Dizion. Op. anon.*, II, 147 (v. *Magati Jo. Bapt.*) p. 159 (v. *Maraviglia Pandolfo* n. 2 Risposta...), p. 246 (v. *La Notomia dell'acqua*), p. 402 (v. *Ragguaglio della questione...*).
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 144 (bibliogr.)
ENCICLOPEDIA ITAL. (Treccani), vide *Magati*.
BARCHI LUIGI, *Medici e naturalisti reggiani*, (Reggio Em. 1935) cf. p. 19-37.
CAPPARONI PIETRO, *Profili bio-bibliogr. di medici celebri italiani*, vol. I, (Roma 1923)
CASARINI GIUS., *Sulla vita e sulle opere di C. Magati*. Discorso per l'inaugurazione degli Studi universitari il 16 settem. 1867. Modena 1872.
MAGNI EGISTO, *La medicatura rara del Magati e la medicatura unica nella cura dei processi infiammatori acuti localizzati*. Bologna, 1919.
IDEM, *Cesare Magati e la sua riforma nella Chirurgia*. Bologna, 1919 (ex *Bollett. delle Scienze Mediche*, a. 90 ser. IX, vol. VII).
ANALECTA CAP., 40 (1924) p. 275-79, bio-bibl.
BOLL. STOR. BIBL. FRANC. 2 (1931) p. 38, 65, *Il celebre medico scandianese C. Magati* (Placido Piombini); 6 (1934) p. 73-85: *C. Magati da Scandiano* (D. Giordano, senatore), cfr. recen. apud COLLECTAN. FRANC. an. 1938, p. 471 n. 724.
FRATE FRANC. (Reggio Em.) a. 1925, p. 102-104; a. 1935, p. 287-90.
ITALIA FRANC., 13 (1938) p. 357-60.
L'OSSERVATORE ROMANO, a. 1935, 28 marzo, p. 4; a. 1936, 16 apr., p. 2 (de C. Magati).
RIVISTA DI STORIA DELLE SCIENZE MEDICHE E NATURALI (Firenze), fasc. sett.-ott. 1940: *Lettere inedite di C. Magati*, pubblicate a cura di Vitt. Putti (cf. ITALIA FRANC. a. 1941, p. 116).

Liberec (Reichenberg) in Prov. Bohemo-Morava. — Ab an. 1908 fratres Capuccini Prov. Tirolensis habitabant domum prope ecclesiam S. Vincentii; sed a. 1911 novum hospitium et ecclesiam S. Mariae Magdalenae aedificarunt. Cum an. 1945 fratres Tirolenses expulsi sunt illuc fratres provinciae Bohemae ingressi sunt.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. XVII.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.*, II, 576-82.
ST. FIDELISBLATT, (Innsbruck), a. 1908, pag. 78 ss.

Libri, vide *Bibliographia*, *Bibliothecae*

Libri prohibiti, vide *Index librorum prohib.*

Liburnum, vide *Livorno*

Licata (*Leocata*) in Prov. Panormitana. — Conventus, an. 1572 sub titulo S. Michaëlis Archang. iam exstructus, derelictus est a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 321.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, I, 206.
SERAFINO DA LICATA, *Apparizione di S. Mich. Arcang. in Licata ed in Caltanissetta (1624-25) - Ottave siciliane* (con note storiche). Palermo, 1876.

Liciensis Provincia, vide *Hydruntina Prov.*

Licinianum, vide *Lucignano*

Licinio da Guatimira (pseudon.) vide *Aloisius a Pavia* († 1800).

Licium, Lycium, vide *Lecce*

Licodia Eubea (*Lycodia Euboea*) in Prov. Syracusana. — Conventus ibi exstat ex a. 1568 cum ecclesia S. Mariae Angelorum dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 34 tab. XI.
BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa*, p. 76-79.

Lidwina Constantia Marsigli, Capuccina, vide *Città di Castello*

Liége (*Leodium*) in Prov. Belgica. — Primus nostrorum in hanc urbem ingressus fuit anno 1599 et anno sequenti iacta sunt fundamenta ipsius monasterii. Anno 1796 tempore scilicet revolutionis Gallicae suppressus est iste Conventus.

BULLAR. CAP., IV, 371 (Prov. Leodien.).
ANNUAR. PROV. HOLL.-BELG., I, (1870) p. 32-33.
HISTOIRE DES CAPUCINES DE FLANDRE, I, 538-41
ANALECTA CAP. 58 (1942) p. 100 s., de quibusdam antiquis Religiosis Leodii pie defunctis.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I ss. (cfr. Indices sub v. *Luik*).

— *Moniales Capuccinae* duo in hac urbe monasteria habuerunt: primum an. 1599 fundatum intra urbem sub titulo SS. Petri et Pauli; alterum, extra urbem exstructum an. 1661 sub titulo S. Margaritae. Tempore gallicae eversionis (1796) moniales coactae sunt hunc locum deserere.

BULLAR. CAP. IV, 113 (1626), 118 (1698), 371.
HISTOIRE *des Capucines de Flandre*, I, 204-30.
ANNALES FRANC. (Paris), t. 4 (1867-68), pag. 183-185, 210-224, *Vie de Bernardine de Gravelines première supérieure des Capucines de Liége.*

Liége (Provincia Ordinis) vide *Leodiensis prov.*

Lier. Lierre (*Lyrae*) in Prov. Belgica. — Conventus ab antiqua Prov. Flandro-Belgica exstructus a. 1623, cessit a. 1797.

BULLAR. CAP., IV, 368.
HILDEBRAND, *Kapuc, in de Nederl.*, V, 99-107.
P. HILDEBRANDUS, *De Kapucijnen te Lier (1623-1797).* Lier 1932. pp. 115.
FRANC. LEVEN, 33 (1950) 53 (Monum. artis).

Ligny-en-Barrois (*Lineium*) in Prov. Strasburgensi. — Anno 1583 pro nostris conventus vel potius eremus exstruebatur titulo S. Bonaventurae; quo relicto, fratres alio in loco intra urbem commorati sunt ab a. 1701 usque ad a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 198, 403.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 13, 203.
GODEFROY, *Les Capuc. en France*, I, 2, p. 233.
RENÉ, *Docum. des Cap. en France*, p. 87 ss.
ANALECTA CAP., 22 (1906), p. 250 (de I conv.).

Liguriae Provincia, vide *Genuensis Prov.*

Lille (Provincia Ordinis) vide *Insulensis prov.*

Lille (*Insulae*) in Prov. Parisiensi (vide etiam *Insulensis* Prov.). — Conventus a. 1592 a Prov. Flandro-Belgica iam conditus cum ecclesia S. Bonav. dicata, post a. 1630 concreditus est fratribus Hibernicis ut ibi Collegium pro suis missionibus constituerent. Conv. derelinquitur a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 281, 410; IX, 78.
HISTOIRE *des Capucines de Flandre*, I, 541-48.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederlanden*, I, II, III, cfr. Ind. sub v. *Rijsel.*
NOTITIA *Historica Prov. O. Cap. in Hibernia* (Romae 1859) pp. 24-29.
ANALECTA CAP., 58 (1942) p. 77-83 (de quibusdam Religiosis in antiquo Conv. Insul. pie defunctis).
REVUE HIST. FRANC., 6 (1929), p. 364-66: *Le Conv. des Capuc. de Lille: découverte archéologique* (Em. Théodore).

— Moniales *Capuccinae* Ord. S. Clarae ibi moratae sunt, in monasterio S. Caroli Borromeo, ex primis annis saec. XVII usque ad gallicam eversionem (1790).

BULLAR. CAP., V, 160s. (docum. a. 1602), 411.
HISTOIRE *des Capucines de Flandre*, I, 235-270.

Lima in Peruvia. — Monasterium monialium *Capuccinarum* ibi exstat ab a. 1713.

BULLAR. CAP., V, 387; VII, 419; IX, 194.
HIEROTHEUS, *Epitome historica*, p. 469.
ESTUDIOS FRANC., 4 (1909) p. 97-100: *Súplica de la Abadesa... a Clemente XI* (1717).

Limay, prope Mantes-sur-Seine, (*Medunta*) in Prov. Parisiensi. — Domus pro nostris hic exstitit ab a. 1601 (vel 1615) usque ad expulsionem religiosorum a. 1790 decretam. Ecclesia fuit dicata Assumptioni B. M. V.

BULLAR. CAP., V, 389 (*Mantes*).
ETUDES FRANC., 38 (1926) p. 181-88: *Le couv. des Capuc. de Limay* (F. Lorin).
REVUE SACERD. DU T. O., (Paris), a. 1938, p. 246-48.

Limerick (*Limericum*) in Hiberniae Prov. — Domum a. 1633 et ecclesiam a. 1688 fratres nostri condiderunt; at saec. XVIII exeunte, omnia eversa sunt.

BULLAR. CAP., V, 412.
ANGELUS, *The Irish Capuchins*, p. 82-85.

Limoilou (Paroecia de), vide *Québec.*

Limone (Limonum), in Prov. Pedemontana. — Hospitium, quod a. 1573 initium habuit, circa a. 1730 in conventum redigitur et a. 1866 supprimitur. Eius ecclesia B. M. V. Immaculatae fuit dicata.

BULLAR. CAP., II, 452.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 317.
NUOVA CROCIATA FRANC., (Torino) a. 1924, p. 58 n. 8; a. 1925, p. 130.

Limoux (*Limovium*), in Prov. Tolosana. — Conventus aedificatus a. 1604, cum ecclesia S. Ioseph dicata, ob legem civilis eversionis a. 1790 fuit derelictus.

BULLAR. CAP., V, 405.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, I, 57; III, 199, 299.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. de Toulouse*, p. 49.

Limovium, vide *Limoux*

Lincia, vide *Linz*

Lincoln, Nebraska, in Stat. Foeder. Americae. — Hospitium SS. Cordis Iesu a. 1913 receptum est. An. 1919 paroecia hoc in loco instituenda, Patribus prov. *Hiberniae* concredita est. Anno vero 1937 a Superioribus eiusdem Provinciae omnia resignata sunt.

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 22 tab. XX.
ANALECTA CAP., 35 (1919) p. 144-45; 54 (1938) p. 11.

Lindau (*Lindavium*) intra fines Prov. Bavariae. — Conventus a. 1629 a fratribus Prov. Helveticae iam exstructus, paulo post, anno scilicet 1649, derelictus est.

SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 514.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 181.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 106, 169, 199.
SCHWEIZER. KAPUZIN. Festschrift (1928) p. 50.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 386-90.
PETRUS FRANC., *Suevia eccles.*, p. 535.
FREIBURGER DIOEZESAN ARCHIV. N. F. Bd. V, (1904) p. 168-231: *Das Kapuzinerkloster zu L. u. die Konfessionellen Wirren zu seiner Zeit 1630-49* (Pet. Bapt. Zierler O. Cap.).

Lindavium, vide *Lindau*

Lindsay E. - vide *Epiphanius Lindsay*.

Lineium, vide *Ligny-en-Barrois*

Lingonae, vide *Langres*

Lingonium, vide *Langon*

Linguaglossa (*Lingua grossa*) in Prov. Messanensi. — Sub titulo Immaculatae Conceptionis, conventus exstat ab a. 1644.

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 26 tab. XI.
BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. LVIII.
GIUSEPPE DA LINGUAGLOSSA, *I Cappuccini di Linguaglossa*, Catania, 1931, pp. 88.

Linguarum Studium. — Haud pauci Capuccini opera ediderunt, sive in patria lingua sive in lingua latina, valore litterario minime destituta uti videri potest infra sub voce *Litteratura*. Hic vero tantum venit considerandum linguarum studium cui impensam operam dederunt nostrates praesertim ut idonei fierent ad apostolatum fructuose exercendum inter haereticos et infideles.

Iam altera medietate saec. XVI plures in exteris regionibus haereticorum et infidelium conversioni insudabant varias callentes linguas. *S. Laurentius a Brindisi*, *S. Ioseph a Leonessa*, *P. Zacharias Boverius* plurium linguarum etiam antiquarum perfectam cognitionem habebant; pluribus in provinciis linguarum hebraicae et graecae studia erecta fuisse novimus iam saeculo XVII ineunte, praesertim ex quo Paulus V Const. *Apostolicae servitutis* (31 iul. 1610) praeceperat ut in quolibet Ordine harum linguarum rudimenta traderentur.

Has disciplinas tradiderunt in prov. Brixiensi *P. Ioannes Franciscus a Brescia* († 1620), *P. Coelestinus a Bergamo* († 1635) et *Eliseus a Bergamo* († 1637); in prov. Bononiensi hebraicam linguam docuit Ravennae *P. Renatus a Modena* († 1628), a iudaismo conversus; in prov. Normandiae linguarum graecae et hebraicae lector etiam publicus exstitit *P. Seraphinus a Rouen* († 1631) in provinciis insuper Parisiensi et Turonensi cursus linguarum florebat. Cum autem alicubi huiusmodi scholae in desuetudinem abirent ut minus consentaneae vitae regulari, Ordinationes generales an. 1656 denuo adhortantur ut, ubi grassantur haereses, lectores conentur in ultimo anno theologiae saltem per sex menses linguam hebraicam et graecam explicare.

Clarissimus *P. Iosephus Tremblay* († 1638) cogitaverat etiam de instauranda typographia polyglotta in Monte Libano ad libros edendos in linguis arabica, persica, turcica, syriaca et aegyptiaca; licentiam vero non obtinuit a Sacra Congr., forsan quia illis diebus, anno scilicet 1627, officina polyglotta Vaticana instaurabatur ad excudenda scripta missionariorum.

Ad studium linguarum orientalium summopere quoque profuit Capuccinorum Academia Clementina Parisiensis in qua mirifice excelluit *P. Ludovicus a Poix* († 1782), qui plures orientales linguas callebat (vide sub v. *Academia Clementina*).

Capuccinorum laborum documenta exstant non tantum tot missiones ab ipsis peragratae et excultae et tot publicae utilitatis instituta, sed etiam tot librorum versiones ac editiones, tot grammaticae et dictionaria redacta et vulgata, prima vice in quibusdam linguis, tot rituum ac morum paganorum relationes.

ELENCHUS OPERUM
a Capuccinis editorum
Linguarum ordine servato:

A m a r i c a (Aethiopia)
ANGELUS A RONCIGLIONE: *Manuale* (Roma 1912)
FEDELE DA VALDIERI, *Il verbo amarico in tavole sinottiche.* (Roma 1945).
MASSAIA G.: *Grammatica* (Paris 1867)
PROSPERUS A MILANO: *Vocabol.* (Milano 1936)

A n g o l e n s i s (vide *Bunda*)

A r a b i c a
BERNARDINUS A CASTELTERMINI: *Gramm.* (Palermo 1912; Roma 1934)
GABRIEL (KNEIDER) AB ALEPPO: *Grammat.* (Beirut 1902, Roma 1912); *Dizion.* I. A-D (Harissa 1933)

A r a u c a n a (Chile)
FELIX IOSEPHUS (KATAN) AB AUGSBURG: *Gram.* (Valdivia 1903); *Diccion.* (Santiago 1916)

A r e m o r i c a (vide *Gallo-Celtica*)

B a t a k s (Sumatra)
WENDELINUS [van St. Hubert], *Nederlands - Bataks Woordenboek.* Babberich, 1947.

B i c o l (Ins. Philippinae)
ROMANUS MARIA A VERA: *Gram.* (Manila 1904)

B u n d a seu Angolensis (Congus)
BERNARDUS M. A CANICATTÍ: *Grammat.* (Lisboa 1805); *Diccionario* (Ibid. 1804)

C a r i b i (Venezuela)
IOSEPHUS (VEN.) A CARABANTES: *Grammat. et Vocab.* (Madrid 1678).

C h a m o r r o (Ins. Carolinae)
CALLISTUS A GEISPOLSHEIM: *Wörterbuch und Gramm.* (Hong-Kong 1910).
ROMANUS MARIA A VERA: *Diccion.* (Manila 1932)

C h e y e n n e (Status Foed. Amer.)
FRANCISCUS REGIS A MILWAUKEE: *Grammar and Diction.* (Brooklyn, N. Y., 1938)

C o m o r i e n (Mozambique)
FRANÇOIS FISCHER [DE NORDHOUSE], *Grammaire . Dictionnaire* (Strasbourg 1949).

C o n g o l e n s i s (Africa)
HYACINTHUS (BRUGIOTTI) A VETRALLA: *Gramm.* idiomate latino (Romae 1659); versio anglica (London 1882); versio lusitana (Luanda 1886). — Cfr. Buenaventura de Carrocera, *Los Capuchinos españoles y el primer diccion. congolés*, in *Missionalia Hispanica*, II, 1945, p. 209-230.
IDEM, *O primeiro dicionário congués*, in « *Portugal em Africa* », III, 1946, p. 337-51.

C u m a n á (Venezuela)
FRANCISCUS A TAUSTE: *Arte y Bocabulario* (Madrid 1680).

C u n á m a (Erythrea)
(ANON.) *Grammat. e Dizion.* (Asmara 1918)
IOSEPHUS-FIRMUS A CASTELNUOVO DEL ZAPPA: *Grammat.* (Asmara 1938); *Vocabol.* (Roma - Milano 1950).

E t r u s c a
HILARIUS A BARENTON: *La Langue Etrusque, dialect de l'ancien Egyptien* (Paris 1920)

G a l l a seu *Oromonica* (Aethiopia)
(ANON.) *Vocabulaire français-oromo-abyssin* (Diré-Daroua 1928).
CAIETANUS A THIENE: *Dizion. e Gramm.* (Harar 1939)
[JAROSSEAU ANDRÉ]: *Gram.* (Dire-Daroua 1922)
IRENAEUS AB ARENZANO: *Gram., Dizion.* (Alba 1940)
MASSAIA G.: *Grammat.* (Paris 1867)

G a l l o - C e l t i c a seu *Aremorica*
GREGORIUS A ROSTRENEN: *Diction.* et *Gramm.* (Rennes 1732-1738).

G e r m a n i c a
CORBINIANUS A VOLNZACH: *Stillehre* (Techny s. a).
FRANCISCUS (CARDINALI) A CIVITANOVA: *Verbi irregolari* (Livorno 1912, 1923).
SIGISBERTUS AB ALTDORF: *Gramm.* (Ingenbohl 1932, ed. v, 1948).

G o a j i r a (Columbia)
STEPHANUS AB UTERGA: *Gram. Vocab.* (Roma 1895).

G r a e c a
ALEXIUS A SOMMEVOIR: *Diction.* (Parigi 1709)
FRANCISCUS (CARDINALI) A CIVITANOVA: *Gram.* (nova ed. Recanati 1931); *Exercitia*, etc. (Loreto 1937).

G u a r a u n a (Venezuela)
BONIFACIUS M. AB OLEA: *Gram.* (Caracas 1928)

H e b r a i c a
IOANNES A BORDEAUX: *Gram.* (Paris 1646)
SERAPHINUS A ROUEN: *Gram.* (c. 1630)

H i n d u s t a n a (Indiae Or.)
BARTHOLOMAEUS A CASOLA: *Gramm.* (Dinapore 1915)
CASSIANUS (BELIGATTI) A MACERATA: primum *Vocabul. hind.* edidit Romae, Typ. Prop. Fidei, 1771.
GEROLDUS AB ASSMANNSHARDT: *Grammatik* (Bettiah 1904, 1909).
HIPPOLYTUS A LEZARDRIEUX: *Gramm.* (Thandler 1927).
LAURENTIUS A FEROZEPORE: *Grammaire* (Verviers 1895).
PEZZONI ANTONINUS: *Gram.* (Sirdhana 1874).

H o l l a n d i c a (vide *Neerlandica*)

I n t e r n a t i o n a l i s
ODO A RIBEMONT: *La Langue auxiliaire internationale dans l'éducation* (Bruxelles 1910); *La langue auxiliaire et l'Eglise* (Couvin 1910) ex periodico ETUDES FRANC. t. 21 et 22.

I t a l i c a
BERNARDUS A CATANIA: *Gram.* (Catania 1863)
FELIX M. A CAVOUR: *Gram. Vocabol.* etc., plura volumina (Torino 1823-1842)
IOSEPHUS A CAMMARATA: *Vocab.* (Palermo 1666)

K a i n j g a n g (Brasilia)
MANSUETUS A VALFLORIANA: *Gramm. et Diccion.* (São Paulo 1918-1920).

K a n a k a, vide *Ponapé*

L a d i n a (vide *Romancia*)

L a t i n a
ALOISIUS A TAGGIA, sub pseud. DARDANO TAGES: *Sintassi* (Torino 1904).
AMBROSIUS A MANTOVA: *Glossographia onomatographica*, I, litt. A-M (Mantuae 1702).
ANGELICUS A CALTANISSETTA: *Gram.* Caltaniss. 1899)
ANTONIUS A MONTEROSSO: *Tre progetti di riforma — Tres proyectos de reforma* (Florida 1939).
ODO A RIBEMONT: *Vers l'unité de la prononciation latine. Comment réformer notre prononc. du Latin?* in periodico ETUDES FRANC. t. 25 (1911) p. 323-26; t. 26 (1911) p. 113-31
NICOLAUS AB OFFIDA: *Sintassi* (Fermo 1758)

M i c m a c (Canada)
PACIFICUS A VALIGNY: *Gram.* (Ristigouche 1939)

M o s k i t o s (Nicaragua)
BERARDUS CASPER et SALVATOR SCHLAEFER, *Grammar* (Marathon, Wis., 1944)

N e e r l a n d i c a
AURELIUS AB ASTEN: *Gram.* (Eindhoven 1927)

N g b a n d i (Congus Belg.)
RUDOLPHUS AB IZEGEM: *Gram.* (Molegbe 194..)

O r i e n t a l e s (Linguae)
HILARIUS A BARENTON († 1946), plura *studia philologica* etc. evulgavit.

O r o m o n i c a (vide *Galla*)

P a l a u (Ins. Carolinae)
SALVATOR (WALLESER) A WIEDEN: *Grammatik* (Berlin 1911) *Wörterbuch* (Hongkong 1913)

P e m o n (Venezuela)
CESÁREO DE ARMELLADA: *Gram. y Diccion.*, 2 voll. (Caracas 1943-44)

P o n a p é (Ins. Carolinae)
[AUGUSTINUS M. AB ARIÑEZ]: *Diccionario lengua hispano-kanaka* (Tambourg 1892)

R a e t i c a (Helvetia)
FLAMINIUS A SALE MARASINO: *Gram.* et *Vocab.* (Disentis 1792).

R o m a n c i a seu *Ladina* (Helvetia)
AARON A MÜNSTER: *Gramm.* (Sondrio 1788)
IOANNES A RIETI: *Grammat.* (Gossau 1904)
NIVARD BAULIG, *Plaudereien über die rom. Sprache des Unterengadins.* In: PROVINZBOTE TIROL. KAPUZ., 1930...; 1931 p. 15 ss.; 1932 p. 101 ss.

S l o v e n a (Illyria)
HIPPOLYTUS A NOVOMESTO: *Gramm. latino-germanico-sclavonica* (Labaci 1715); *Diction. trilingue lat.-germ.-sclavon.* (primae paginae, ibid. 1721, reliqua vero *mss.*)

S o m a l a (Africa orient.)
ADOLPHUS A LAVALLA: *Gram.* (Berbera 1908)
CYPRIANUS A SAMPONT: *Gram.* (Romae 1920)
EVANGELISTA A LARAJASSE: *Grammar.* et *Diction.* (London 1897)
IOANNES M. A PALERMO: *Gramm.* et *Dizion.* (Asmara 1914-15).

S u m e r i c a (Mesopotamia)
HILARIUS A BARENTON: *Lexique Sumérien-Français et Hiéroglyphes composés* (Paris 1937)

T i b e t a n a
CASSIANUS (BELIGATTI) A MACERATA: *Vocabular.* « Alphabetum Tibetanum » (Romae, Typ. Prop. Fid. 1773)
Cfr. etiam ANALECTA O. CAP., 47 (1931) p. 303. 312: De vocab. tibetano P. Franc. a Pennabilli; 50 (1934) p. 15, 43: *De studiis Linguae Tibet. a Capuccinis peractis.*

T i g r a y (Erythrea)
ANGELUS A RONCIGLIONE: *Manuale* (Roma 1912)
FRANCISCUS A BASSANO: *Vocabol.* (Roma 1918)
FRANCISCUS AB OFFEIO: *Gram.* (III ed. Roma 1935); *Dizion.* (Roma s. a.)
MAURUS A LEONESSA: *Gram.* (Roma 1928); *Verbi* (Ib. 1935); *Vocabol.* (Ib. 1939)
PROSPERUS A MILANO: *Vocab.* (Milano 1936)

T i g r é (Erythrea)
[ANGELICUS A NONE]: *Gram.* et *Vocabol.* (Asmara 1919)
MAURUS A LEONESSA: *Gram.* (Romae 1939)

T u r c i c a
BERNARDUS A PARIS: *Vocabol. italiano-turchesco* (Roma 1665)
FRANCISCUS A SCANDIANO: *Gramm.* et *Dizion.* (Milano 1932)

U b a n g h i (Congus)
RODULPHUS (MORTIER) AB IZEGEM: *Ubangi onder linguistisch Opzicht* (s. n. t. 19...)

U ó l l a m o (Aethiopia)
PASCHALIS A LUCHON: *Grammat.* (Roma 1938)

V a s c o n i c a (Hispania)
[CAELESTINUS A CAPARROSO]: sub nomine B. DE ARRIGARAI: *Gram. del Euskera* (Totana 1919)
FERDINANDUS (SOLOETA) A DIMA: *Grammaire* (Buenos Aires 1913); *Verbo basko* (Ib. 1913) *Unificación de Dialectos baskos* (Ib. 1922)

Y a p (Ins. Carolinae)
[ANTONIUS A VALENCIA]: *Primer ensayo de Gramát. con Diccion.* (Manila 1888).

BIBLIOGRAPHIA

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, cf. Index mater. p. 274 (*Rudimenta linguarum*).
APPENDIX *ad Bibl. Script.*, p. 47 (Index)
BULLAR. CAP., VIII, 304 (Stud. ling. orient.)
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. II, 392-404; vol. III, 282-284, 375 s., 401-404.
IDEM, *Los Colegios Seráficos* (1936), p. 39-45 (Grammaticae studium).
BUENAVENTURA DE CARROCERA, *Trabajos lingüísticos de los misioneros Capuchinos españoles*, in periodico « ESPAÑA MISIONERA » (Madrid), III, 1946, p. 235-249.
JOHN LENHART, O. CAP., *Language Studies in the Franciscan Order. A historical Sketch* in « The Franciscan Educational Conference », VI, (1924) p. 35-137.
ANALECTA CAP. 64 (1948) p. 155 s.: *De Instituto pro investigatione linguarum morumque populorum indigenarum, in Missione de Caquetá in Columbia erecto* (opera P. Marcellini a Castellví, prov. Catalauniae).
THE CAPUCHIN EDUCAT. CONFERENCE (Calvary Prov.) IV, 1946 p. 21-23 *Our High Schools and Speech* (Fr. Edward); p. 43-64, *The Junior Clericate and Speech* (Fr. Albert).
FRANC. LEVEN, 5 (1942) 80-86, *De Filoloog Anselmus v. Antwerpen* † 1631. (P. Hildebrand).

Linguizzetta in Corsica. — Conventus sub titulo S. Francisci in loco *Verde* (Viridis) a. 1646 conditus, temporum iniuria postea derelinquitur tandemque solo aequatur.

BULLAR. CAP., II, 456 (*Verde*), VIII, 323, 324 (de quaestuis conv. a. 1761).

Linha Urtiga in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia). — Paroecia S. Ioannis, ibi canonice erecta an. 1940, a fratribus Capuccinis administratur.

THEODORO DE ALFREDO CHAVES, 50 *anos de ati-*

vidades no Rio Grande do Sul (1946), p. 170-76.

Linus a Sint Oedenrode in Belgio. — Sacrae Scripturae Lector, Concionator et Magister novitiorum. — Natus a. 1746, Ordini nostro se adscripsit a. 1766. Inter illos est adnumerandus qui vitam religiosam in Belgio restaurarunt. Tempore suppressionis Conventuum exeunte saec. XVIII, cum recusaverit iusiurandum civile emittere, in Galliam deportatus est. Anno 1800 denuo in patriam rediit, ubi varia officia explevit ac mortem obivit Gandavi die 5 ian. 1814.

P. CYRILLUS, *P. Linus, en de Zusters der Congreg. v. den H. Franc. te Dongen.* (in: *Taxandria*, VIII, 1901, p. 176 ss.).
FRANCISC. LEVEN, 15 (1932) 106-16: *De heeroom van M. Marie-Joseph, P. Linus* (P. Gerlachus), cf. *Collect. Franc.* 1936 p. 454.
UNI TRINOQUE, 5 (1936-39) p. 85-91, *P. Linus van Sint Oed.* (P. Hildebrand). cfr. *Collectan. Franc.* a. 1941, p. 593 n. 938. — a. 1942, p. 170 n. 435.

Linus a Sterzing, italice Vipiteno, domo *Mader*, prov. Tirolensis deinde prov. Brixinensis alumnus. — Fuit lector S. Scripturae, Commissarius Gen. operosus Instituti Apostolici Orientis (1893-1908), et primus Rector Collegii Internationalis de Urbe in aedibus S. Fidelis (1908-1909). Ad suam provinciam reversus, obiit Appiani a. 1930. — Nonnulla opuscula praelo mandavit.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 135; II, 384, 392; III cf. Indice p. 426.
EDUARDUS, *Collegium S. Fidelis*, p. 34, 45.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 99.
KALENDAR SV. KIRIL I METODI (Sofia) a. 1940, p. 116 n. 7.
ANALECTA CAP., 47 (1931) p. 113 s.

Linz (*Lincia*) in prov. Viennensi in Austria. — Fratres Capuccini hunc locum inhabitant iam ab a. 1606. Ecclesia dicata est S. Matthiae Apost., et in paroeciam erecta est multis abhinc annis. — Alter conventus in honorem S. Ioseph erectus a. 1690 in vico *Urfahr*, suppressus est a. 1781.

BULLAR. CAP., IV, 379.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929), p. 39, tab. 18.
BAERNREITHER F. C., *Das Kapuzinerkloster zu Linz* (1606-1906). Linz 1906.
WIENER-PROVINZBOTE, 2 (1935) p. 179-181, *150 Jahre Pfarre St. Matthias in Linz.*

Linz a. Rh. (*Lincia ad Rhenum*), in Prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus antiquae Prov. *Coloniensis* conditus a. 1627, clauditur a gubernio Nassoviensi a. 1813.

BULLAR. CAP., IV, 383.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 475 (Ind.)
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* (cf. Index).
WOLK H., *Das Kapuzinerkloster in L.*, (Heimatkalender f. d. Kreis Neuwied, 1928, p. 99 ss.
NEU-WEIGERT, H., *Die Kunstdenkmäler des Kreises Neuwied* (1940) p. 238, 247-51.
ANALECTA CAP., 16 (1900) p. 278.

Lionelli, card. vide *Leonelli, card.*

Lipari (*Liparis*) in Prov. Messanensi. — Primus conventus exstabat iam ab a. 1584, quo relicto, alter exstruitur a. 1646 cum ecclesia B. V. Immaculatae dicata. Anno 1900 nova instauratur ecclesia titulo B. M. V. in caelum assumptae.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 26, tab. XI.
BULLAR. CAP. III, 176, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. XLVIII.

Lìpari (*dioecesis*). Ad regendam hanc *Liparensem* D., a. 1928 electus est noster sodalis Bernardinus RE a Favara.

Lisboa (*Ulyssipo*) in Lusitania.

I. *Hospitium Gallicum.* — An. 1647 Ordini nostro S. Amari ecclesia conceditur, iuxta quam hospitium condebatur pro missionariis excipiendis illac transeuntibus et vel ad Americam vel ad Africam traiecturis. Hospitium moderabantur quidam ex Britanniae minoris Provincia fratres: postmodum vero, anno scilicet 1674-77, eiusmodi domus funditus instauratur. Anno 1834, regularium abrogationis lata lege, hospitium clausum est; denique a. 1837 una cum ecclesia repentino incendio vastatur et deletur.

II. *Hospitium Italicum.* — Anno 1689 Italici missionarii hospitium a religiosis Gallicis rectum reliquerunt interimque in solitarium quendam locum secessere, cui nomen *Paradiso*, S. Engraciae in paroecia situm. At a. 1692 pro ipsis quoque aptum exstruitur hospitium, quod postea a. 1733, iterum a fundamentis refectum et instauratum est. Hoc etiam domicilium a. 1834 linqui debuit, ob in religiosos latam legem. Hospitio fere continenter praefuerunt religiosi viri ex Genuensi Provincia illuc missi. Illud autem est animadvertendum quod quidam ita dictus *Procurator* utrique hospitio praesidebat, qui missionarios moderaretur eorumque negotia apud S. Congr. Propag. Fidei necnon apud Ordinis Superiores tractaret.

BULLAR. CAP., V, 395; VII, 234-35.
BULLARII CAP. REGESTUM, num. 1663, 2091, 2472, 2526.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 323; IV, 243 s.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 360, 390 s.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 523, 692.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, I, 59; V, 635
P. HILDEBRAND, *L'ancienne Procure des Missions congolaises à Lisbonne* (1647-1834). Ex: *Bulletin de la Casa de Portugal d'Anvers*, III, juillet 1938.
LUDOVICUS A TORINO, *Apologetica responsio pro P. Io. Chrysost. a Genua, in favorem Fratrum prov. Genuensis in hospitio Ulyssiponensi commorantium.* S. l. et a. [1755]
ANIMADVERSIONES *pro PP. Missionariis Prov.*

italicarum Ord. Cap. contra « Apologeticam responsionem pro P. Io. Chrysost. a Genua » S. C. 1760.

ALMEIDA JUAN, *As prisões de Junqueira durante o ministerio Pombal*. 2. ed. Lisboa 1882. Cfr. p. 35-45: *Dos Barbadinhos* (de duobus Capuccinis italicis).

ANALECTA CAP., 11 (1895) p. 52, 124, 154, 183, 220. *Epistolae P. Illuminati a Borgo S. Sepolcro per an. 21 Ulyssipone incarcerati* (1777); 21 (1905) p. 156 ss. *Elenchus missionariorum decurrente s.* XVIII; 31 (1915) *De veteri Hospitio Ulyssiponensi testimonium coaevum ex Ios. Baretti.*

ETUDES FRANC., t. 50 (1938) p. 146-71: *Les capucins au Portugal - Couv. à Lisbonne* (P. Hildebrand).

ARCHIVO IBERICO-AMER., a. 1948, p. 369.

SANKT FIDELIS, 31 (1944) 214-16, *Kapuziner*

— Monasterium *Capuccinarum* S. Crucis, a monialibus Gallicis an. 1667 excitatum, videtur an. 1834 fuisse suppressum.

BULLAR. CAP., V, 59, 60, 386.

HIEROTHEUS, *Epitome historica*, p. 421.

BARBOSA JOSÉ, TEATINO, *Historia da fundação do real convento do S. Christo das religiosas Capuchinas Francezas. Vidas das suas fundadoras e de algumas religiosas insignes em virtudes.* Lisboa 1748, pp. 477.

ARCHIVO IBERO-AMER., a. 1948, p. 377-78.

Lisieux (*Lexovium*), in Prov. Parisiensi. — Conventus a S. Anselmo nuncupatus et a. 1613 pro fratribus veteris Prov. Normandiae excitatus, derelictus est tempore gallicae subversionis (1790).

BULLAR. CAP., V, 393.

ANALECTA CAP., 29 (1913) p. 22-26.

L'Isle, vide *Isle* (*l'*).

Litaniae Lauretanae B. M. V. — Ad normam nostrarum Constitutionum an. 1609 *Litaniae Lauretanae* recitantur quotidie ante vespertinam orationem mentalem.

Decursu temporis ipsis Litaniis nonnullae additiones factae sunt. Ante an. 1713 fratres prov. Genuensis consueverunt adiicere invocationem « *Regina sine labe originali concepta* » sed S. Officii Congr. (7 ian. 1713) Ordinis Superioribus mandavit eiusmodi invocationem prohibere. Gregorius vero XVI. die 8 dec. 1843 instante Procuratore Generali, encomium « *Regula sine labe concepta* » Ordini nostro addi concessit.

Invocationem « *Regina Ordinis Minorum* » Pius X. motu proprio diei 8 sept. 1910, addere permisit Franciscalibus in suis ecclesiis et oratoriis.

BULLAR. CAP., VII, 44 (Decr. S. Officii an. 1713); X, 113, 120 (« Regina sine labe »).

ORDINATIONES CAPIT. GEN. (ed 1928), n. 66.

VENANTIUS, *Monum. ad Const.*, p. 165 s.

MELCHIOR, *Historia Ord.*, II, 22, 196 (de modo recitandi *Litan. lauret.* iuxta praescripta P. Bern. a Porto Maurizio, Min. Gen. an. 1678).

DE SANTI ANGELO, S. I., *Le Litanie Lauretane*. Roma 1897.

ANALECTA CAP. 7 (1891) p. 133 n. 8 (de ordinatione Min. Gen. an. 1678); 8 (1892) p. 241 (Ordin. Defin. Gen. a. 1761); 26 (1910) p. 314-16 (de invocatione « Regina Ord. Minorum »).

ANNUAIRE PONTIF. CATHOL. (Paris), an. 21 (1918) p. 580-91: *Les Litanies de N.-D. de Lorette. Historique, Additions* etc.

ARCHIV. FRANC. HISTOR., an. 1914, p. 547; an. 1925, p. 401.

PROVINZBOTE (Bayern), an. 1937, p. 122.

Litaniae Marianae — P. Marius a Mercato Saraceno (Min. Gen. an. 1567), una cum Patre Hieronymo a Pistoia, composuit devotas *Litanias B. M. V.* continentes duodecim ternaria eius laudum, quae antiquitus diu sunt decantatae in nostris conventibus post Completorium.

Huius veteris monumenti textus evulgatus est in periodico « *Analecta Ord. Cap.* » vol. XVI (1900) p. 312 s.

Litaniae Sanctorum — Inter sanctos quibus invocatio dirigitur exstat *S. Franciscus Assisiensis* per consuetudinem quidem et ab immemorabili.

In universo Capuccinorum Ordine, ad normam *Constit.* an. 1577 (cap. III), Litaniae SS. recitantur quotidie ante matutinam orationem mentalem in choro.

BULLAR. CAP., VII, 9 (S. Franc. nomen).

VENANTIUS, *Monum. ad Const.*, p. 165 s.

MELCHIOR, *Historia Ord.*, II, 196.

ANALECTA CAP., 8 (1892) p. 183 s. — 51 (1935) p. 301-307: *De ratione Litanias SS. recitandi.*

Litaniae Sanctorum Ordinis Seraphici. — Hae Litaniae merito numerantur inter praecipuas devotiones franciscales; quisnam vero fuerit auctor ignoratur.

Olim Fratres Minores tantum in *Breviario* et *Rituali* proprio a S. Congr. approbato has Litanias habebant, quas dicere poterant in omnibus functionibus etiam publicis; vi autem concessionis a Pio X die 4 oct. 1909, Superioribus trium Ordinis Familiarum Generalibus factae, etiam apud nos probatur recitatio *Litaniarum Sanctorum Ordinis Seraphici* ut a FF. Minoribus recitantur.

Textus officialis pro Ordine nostro exhibetur in novo « *Caeremoniale Romano-Seraphicum ad usum Ord. Cap.* » (1944) p. 615 ss.

ANALECTA CAP. 3 (1887) p. 244 s. (vetus textus Litan.); 51 (1935) p. 306 (notae variae).

Lithuania. — Repetitis precibus Nuntiaturae Apostolicae annuens Melchior a Benisa, Min. Gen., deputavit an. 1926 Prov. Rhenano-Westphalicam ad instaurandum Ordinem nostrum in Lithuania. Patres dictae Provinciae in civitate Plungensi (1928) domum religio-

sam ac novitiatum canonice erexerunt scholamque seraphicam exstruxerunt. Anno vero 1935 auctoritas civilis Lithuaniae exegit erectionem Provinciae independentis Lithuaniae, cuius regimen ex causis politicis Superiori germanico committi non potuit. Ideo Vigilius a Valstagna, Min. Gen., eodem anno omnes fundationes in Republica Lithuana exsistentes a iurisdictione Prov. Rhenano-Westphalicae separavit et in *Districtum independentem* erexit ac huius districtus regimen Delegato Generali P. Baptistae a Bodegrave ex Prov. Hollandica commisit.

Domus religiosae exsistunt: Petrašiunai, Plungé, Siauliai.

OBERTYNSKI Z., *Die polnischen Kapuziner in Lithauen* (Comptes-Rendus des séances de la Société des Sciences et des Lettres de Varsovie, XXXI, 1938, Classe II). Warszawa 1938, p. 37-56. (cfr. COLLECTAN. FRANC., 1946, *Bibliogr. a.* 1938-39, p. 614 *).
ASSISI-GLÖCKLEIN, an. 1923, p. 377; an. 1924, p. 455 an. 1939, p. 20 ss.
LURDAS (Periodicum vitae christianae et franciscanae). Plungé 1936 ss. (cf. *Analecta Ord.*, 1936, p. 327).

Litomerice, Leitmeritz, in Prov. Bohemo-Morava. — Anno circ. 1637 Hospitium, anno autem 1656 Conventus exstructus est cum ecclesia dicata S. Ludmillae V. et M.

BULLAR. CAP., IV, 377.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD., (1929), p. 16 tab. 18.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 217; II, 479.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 796.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 157.

— Monasterium Capuccinarum Ord. S. Clarae conditum est a. 1919.

ANALECTA CAP., 50 (1934) p. 198.

Litterae affiliationis, vide *Affiliatio ad Ordinem*.

Litteratura. — Certum est quod nostri Ordinis antiquiores patres, ut tutius naturalismi periculis viam praecluderent, maximi quidem divinarum, parvi vero fecerunt humanarum litterarum studium, quod tantum ad grammaticam et eloquentiae sacrae leges coarctabant. Primae *Constitutiones* (1529) lectionem solummodo sacrorum librorum permittunt; *Constitutiones* vero an. 1552 commendant devota studia tam de humanioribus quam de sacris litteris ceterisque scientiis, quae necessariae sunt ad cognitionem scholasticae theologiae. Temporis decursu, pro ministerii necessitate, magis magisque perfectior institutio litteraria requisita fuit eaque hodiedum saepe comparari permittitur apud civiles Universitates.

Cf. insuper in hoc opere sub v. *Linguarum studium, Eloquentia, Studia.*

Hic autem praebemus: I. *Monumenta litteraria a Capuccinis edita.* — II. *Monumenta litteraria Capuccinorum Ordinem spectantia.* — III. *Notitiae bibliographicae.*

I. - Monumenta litteraria *a Capuccinis edita*

Quas partes et merita nostrates habuerint in litterarum humanarum materia iuxta varias linguas hic adumbranda veniunt:

A n g l i et H i b e r n i c i

ARTHURUS O'LEARY A CORK († 1802): *de re spirituali* politissima opera elaboravit ac edidit.

BENEDICTUS A CANFIELD († 1610): *opera spiritualia* edidit eleganti stylo exarata.

CUTHBERTUS A BRIGHTON († 1939): eius *opera historica* a litteratis valde laudantur; edidit etiam nonnulla *dramata sacra*.

C r o a t i :

AUGUSTINUS A GRADAČAC (*Dragan Dujmušić* † 1916), carmina edidit sub titulo: *Iskre srca moga.*

GREGORIUS MALEVAC A VINICA († 1812) plura edidit *poemata* dramatica et religiosa necnon *commentarium poeticum* de bello Austro-Russico adversus Turcas (1788)

G a l l i :

HIERONYMUS A PARIS (n. 1878): sub nomine *Julien Richer*, plurima *dramata* edidit.

IO. CHRYSOSTOMUS A SAINT-ETIENNE DE FURSAC († 1929): multis *carminibus* religionem et patriam celebravit ac insuper *poema epicum* «*L'Antoniade*» divo Antonio Patavino dicavit.

IOSEPHUS ROMANUS JOLY A S. CLAUDE († 1805): poema conscripsit «*L'Egyptiade, ou S. François à la Cour d'Egypte*».

IVO A PARISIIS († 1679): unus e patribus modernae linguae gallicae censeri potest.

MARTIALIS DUMAS A BRIVE († 1650): poemata varia vulgavit (*Le Parnasse séraphique* etc.)

PIUS ARMANDUS SABADEL *a Langonio* († 1914): veram anthologiam ex gallicis poetis collegit propriisque versibus locupletavit.

REMIGIUS A BEAUVAIS seu A RYTHOVE († 1647): poema edidit «*La Magdaleine*». Tournai, 1617 (cf. Sbaraglia, *Script.*, III, 43).

ZACHARIAS A LISIEUX († 1661): opera poetica satyrica edidit.

G e r m a n i c i (Austriaci Helvetici):

APOLLINARIS ROY A SIGMARINGA († 1629), frater S. Fidelis: *poema* de vita S. Francisci confecit.

AUGUSTINUS M. ILG A FRIEDBERG († 1881): inter scriptores soluti sermonis excelluit.

FERDINANDUS SCALA A BOLZANO († 1906): *carmina* multa conscripsit.

GAUDENTIUS KOCH A SOLOTHURN († 1944): plurima *carmina religiosa* composuit.

LAURENTIUS MIRANT seu MARTIN A SCHNÜFFIS († 1702): plurima *carmina* in laudem B. V. panxit.

MAURITIUS ZEHDER A MENZINGEN († 1713): canticorum collectionem reliquit sub titulo «*Philomela Mariana*».

Martinus a Cochem († 1712): inter scriptores soluti sermonis excellentiores adnumeratur.

Norbertus Stock a Tux († 1907): antesignanus poetarum Tyrolensium, versibus amoenissimis *tria poemata condidit* quibus Creatoris et B. M. V. laudes canit; religionem patriamque extollit, acerrime Ecclesiae hostes profligat.

Paulus Am-Herd ab Obergesteln († 1898): edidit poema « *Sankt Franziskus* »

Procopius a Templin († 1680): *cantica* in honorem B. V. et Sanctorum composuit.

Theobaldus a Konstanz († 1723): varia *poemata mariana* in lucem protulit.

Theobaldus Masarey a Basel († 1947): multa classica *carmina* edidit.

Vigilius a Merano († 1922): plura *dramata* et *poemata* typis mandavit.

Hispani:

Antonius a Fuentelapeña († 1702?): *opera spiritualia* edidit eleganti sermone exarata.

Archangelus Alarcón a Tordesillas († 1598): *carmina* in honorem B. V. composuit.

Felicianus a Sevilla († 1722): *cantica spiritualia* typis vulgavit.

Felix ab Alamin († c. 1727): inter scriptores soluti sermonis excellit.

Gaspar a Viana (flor. a. 1670): opera edidit eleganti sermone exarata.

Martinus a Torrecilla († 1709): *poemata varia* in vulgus protulit.

Michael a Lima in Peruvia († c. 1700): *carmina varia* typis mandavit.

Prudencio de salvatierra (n. 1898), edidit: *El hermano de todos. Poema escénico*. Santiago de Chile 1943.

Itali:

Inter primaeva litteraria monumenta adnumerantur « *relationes historicae* » P. Marii Fabiani a Mercato Saraceno († 1581), P. Bernardini a Colpetrazzo († 1594), P. Matthiae Bellintani a Salò († 1611) et P. Zachariae Boverii a Saluzzo († 1638), « Cicero redivivus » nuncupati ob latini sermonis elegantiam et proprietatem. Pariter ob linguae latinae puritatem, vim et varietatem commendantur opera S. Laurentii a Brindisi († 1619).

Ex recentioribus autem adhuc valde probantur sermones in Aula Apostolica habiti a P. Hieronymo Mautini a Narni († 1632), « alter Apostolus » nuncupato a S. Roberto Bellarmino; conciones similiter in Aula Apostolica habitae a Card. Francisco M. Casini ab Arezzo († 1719), quae profecto adnumerandae videntur inter artis oratoriae magis classica exempla (cf. Gamba B., *Serie dei Testi di Lingua,* Venezia 1839, n. 523); episcopi Parmensis Adeodati Turchi a Parma († 1803), qui merito consideratur veluti eloquentiae italicae instaurator ob eius conciones aulicas, homilias et panegyricas orationes.

Praeter modo memoratos, qui soluto sermone conscribentes, artis specimina ediderunt alii haud pauci optimum adepti sunt nomen carminibus editis. Hos inter commemorantur:

Angelicus a Porto S. Giorgio († 1816): plura *spiritualia carmina* edidit.

Bernardus M. Valera a Lanciano († 1783): *carmina* conscripsit ab ipso L. A. Muratori valde laudata.

Carolus M. Pepoli a Cesena († 1755): edidit « *La Passione di G. C.* » *in versi* et alia *carmina.*

Felix Maria a Cavour († 1846): edidit drama « *La Capanna di Betlemme* ».

Fidelis a S. Biagio Plàtani († 1801): evulgavit *dramata sacra* varia et aliqua *poemata.*

Fidelis Busotti a Zara († 1801): elegantissima *carmina latina* composuit ac edidit.

Franciscus Toschi a Bologna († 1647): poema conscripsit « *Il Trionfante Levita* » de S. Laurentio martyre (cf. Bern., *Bibl.*, p. 102)

Franciscus Benedetti a Como († c. 1700): poema edidit « *Il Cappuccino avventurato* » (Venezia, 1786).

Ignatius Tumbo a Reggio Calabria († 1686): poema confecit « *La Maddalena liberata* » (Bern., *Bibl.*, p. 132).

Ioannes Bonuzzi a Verona († 1883): carmina vulgavit sub titulo « *La Poesia ed il Poeta ossia l'arte poetica cristiana* ».

Josephus M. a Tresivio († 1768): auctor collectionis « *Rime sacre morali* ».

Juniperus a Ferrara († 1806): in septem libris « *Christiados* » poema reliquit.

Ludovicus Filicaia a Firenze (saec. XVI): *poemata* in vitam Jesu Christi et S. Francisci exaravit.

Ludovicus Verucci a Norcia († 1616): poema vulgavit « *L'Eremita Antonio* » etc.

Ludovicus a Pietradifusi († 1916): plurima *carmina* conscripsit et in volumen redegit.

Marius Fabiani a Mercato Saraceno († 1581): *poemata de B. M. V.* exaravit.

Remigius a S. Remo († saec. XVII): typis edidit *poema* de vita S. Francisci. Avenione 1628. (cf. Bern., *Bibl.*, p. 222).

Vincentius M. a Catanzaro († 1796): *carmina* italice, latine et graece composuit (Roma, 1794).

Vincentius a S. Eraclio († 1765): *dramata sacra* versibus italicis exaravit.

Praecedentibus addendi quoque essent ii qui de re litteraria expresse pertractarunt, sed quosdam tantum in exemplum proferimus, scilicet:

Daniel Zimbone a Mineo († 1917): magno volumine influxum illustravit operis « *La Divina Commedia* » e « *l'Imitazione di Cristo* ».

Io. Angelus Serra a Cesena († 1766): in critica litteraria vere insignis, *Ciceronis opera* commentariis illustravit.

Michael a Carbonara Scrivia († 1910): dissertationes in « Divinae Comoediae » cantica edidit a doctis magni habitas.

Neerlandici:

Adrianus a Bergen-op-Zoom (n. 1884): *dramata varia* typis vulgavit.

Bonaventura a Schuelen († 1850): plura *carmina* in lingua flandrica exaravit aliaque plura in lingua latina, quorum duo regi Gulielmo I dicavit an. 1834 et 1835.

Gabriel Tibanti ab Anvers († 1656): *poematum spiritualium* collectionem edidit.

Gisbertus a Lummen († 1838): *poemata varia* tam latine quam flandrice composuit, quae tamen inedita manent tribus voluminibus, praeter aliqua specimina an. 1937 in lucem prolata; maius tamen momentum historicum quam poeticum habent.

Lucas Genitser a Malines († 1652): plurima reliquit *epigrammata, madrigalia etc. spiritualia* in lingua flandrica exarata.

Servatius ab Enschede († 1930): plurima *dramata* neerlandice conscripsit ac edidit.

II. - Monumenta litteraria
Capuccinorum Ordinem spectantia

Non pauci exstiterunt probatissimi auctores litterati, qui scriptis suis *Capuccinorum* virtutes vel mores cecinerunt, enarrarunt aut celebrarunt. In exemplum sint:

Beaumarchais (de) Petrus Aug. Caron († 1799): « *L'humilité Capucinale* » repraesentavit (cf. *Théatre de Beaumarchais suivi de ses poésies diverses*. Paris, Carnier, s. a., p. 414).

Chateaubriand Franciscus Renatus (†1848): in classico opere « *Le génie du christianisme* » Capuccinorum popularitatem laudibus prosequitur.

Domanic Karl († 1913): in suo « *Hausgärtlein* » (Klagenfurt 1908) inseruit narrationem: *P. Ludwig von Sachsen* [1608], quae narratio denuo vulgata est in periodico « St. Antoniusblatt » a. 1949.

Filicaia (da) Vincentius († 1707): *carmen* in honorem germani fratris *P. Ludovici a Firenze* composuit.

Gozzi Gaspar († 1786), qui versibus celebravit sacram eloquentiam in honorem *P. Philippi a Firenze*.

Lacordaire Henr. Domin. O. P. († 1861), orator haud dubie princeps, qui an. 1852 in ecclesia Parisiensi « Notre-Dame » orationem panegyricam recitavit in *Capuccinorum Ordinis defensionem*; in altera autem oratione de influxu catholicae societatis plura item protulit in *Capuccinorum commendationem*.

Lefebvre Gustavus: poema epicum conscripsit ediditque (1792) inscriptum « *La Capucinade* » iterum impressum in loco Saint-Chamond an. 1886.

León Richardus, hispanus: in laudatissima fabula « *El amor de los amores* » (1910) et in dramate « *Malvaloca* » primarium actorem Capuccinum habet.

Manzoni Alexander († 1873): in classica fabula romanensi « *I promessi sposi* » Capuccinis honorificas admodum partes tribuit.

Maccheroni Angelo Felice (saec. XIX): Vitam S. Iosephi a Leonessa versibus italicis descripsit ac edidit Romae an. 1865 (*Vita di S. Gius. da Leon. posta in ottava rima*), denuo impressam ibid. an. 1930.

Mathar Ludovicus (n. 1882): in fabulam romanensem « *Unter der Geissel* » personam introducit *P. Martini a Cochem*.

Pichler Adolf († 1900): in sua populari narratione «*Der Galgenpater*» (Innsbruck 1867) tractat de operositate FF. Capuccinorum in adsistentia ad mortem dammatorum.

Praxmarer Josephus († 1883): in opere suo diffusissimo « *Aus den Flegeljahren in die Mannesjahre* » magna ex parte de vita Capuccinorum agit.

Rieger Sebastianus sacerdos (n. 1867), qui sub pseud. *Reimmichl* narrationem edidit « *Das Kapuzinerbuebl* ».

Schiller Fridericus († 1805): in suum poema dramaticum « *Wallenstein* », partem I (*Wallensteins Lager*), scaenam VIII, *Capuccinum* introducit sermocinantem militibus contra Turcas Viennae pugnantibus. Sermo vero depromptus est ab opere « *Auf, auf ihr Christen!* » (Wien, 1683), quo auctor, P. Abraham a S. Clara († 1709), concionator optimi nominis Ord. S. Aug., christianos excitabat adversus Turcas. Sermonem immediate sequitur *dialogus* Capuccinum inter et milites (cf. in editione Friburgensi, Herder, 1924, sermonem et dialogum a versiculo 484 ad vers. 594 et *Archiv. Franc. Hist.* a. 1923, p. 264; cfr. etiam Bonav. v. Mehr, *Predigtwesen*, p. 264, 317-21). Franc. Educat. Confer. 9 (1927) p. 173-74.

Varano Alphonsus († 1788): in poemate *Visioni sacre e morali*, prima visio est ob mortem *Bonav. Barberini*, Min. Gen. Ord. Cap. et archiep. Ferrariensis († 1743).

Veuillot Ludovicus († 1883): mores *Capuccinorum* summopere scriptis suis commendat. (cf. *Sankt Fidelis* (Luzern), 25 (1938) p. 118-122: *L. Veuillot, avocat des Capucins*).

Vico Io. Bapt. († 1744): poemata composuit ediditque in honorem *P. Michaelangeli Franceschi a Reggio Em.* quocum aliisque ex Ordine viris intimam fovit amicitiam relationibus epistularibus (cfr. sub v. *Vico I. B.*)

Voltaire Franciscus († 1778): in poemate « *La Henriade* » (cantu IV) nonnullos versus dicat *P. Angelo a Joyeuse*, quos etiam refert P. Eduardus Alenconiensis in opere « *Les Capucins de Mortagne* » (1890) p. 4. Idem vero Voltaire alia scripsit Capuccinis adversa (cf. Reusch, *Der Index*, II, p. 916). Ob beneficia quaedam fratribus coenobii Gex (?) exhibita Voltaire obtinuisse videtur a Ministro Generali Amato a Lamballe gratiarum Ordinis communionem; hac forsan de causa nonnullas epistolas subscripsit, sensu quidem ironico, « *Voltaire Capuccinus* » (cf. Barthélemy, ch., *Les erreurs et les mensonges historiques*, XIVe Série, Paris, 1881, pp. 1-20).

WICHNER JOSEPHUS († 1923): opus scripsit «*Der Novize*» in quo narrat quomodo ipse annum probationis inter Capuccinos transegit.

III. - NOTITIAE BIBLIOGRAPHICAE

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, cfr. Index materiarum p. 275: *Poësis.*

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., Index p. 46.

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, 233-35; II, 404-416 (de Litteraturae studio; Poetae).

FRANCISCAN EDUCAT. CONFERENCE, VI (1924) 192-212: *Training Our Students for Literary activity* (Gabriel McCarthy, O. Capuc.); vol. X, (1928), p. 156, 157.

FRANC. LEVEN, 16 (1933) p. 161-171, 374-378: *Franciscaansche dichters der Contra-reformatie* (P. Gerlachus). Cfr. COLLECTAN. FRANC., 1936, p. 116.

VERDAD Y CARIDAD (Pamplona), an. 1929, p. 73 208; an. 1934, p. 49-53: *La figura del Capuchino en la Literatura.* (P. Jesús de Cañas).

Liturgia. — Capuccinorum Ordo maximi semper fecit peculiaria Seraphici Patris Francisci statuta quae liturgicam pietatem et cultum respiciunt. Huiusmodi sunt devotio erga *domum Domini*, quae praesertim relucere debet in omnimoda munditia; summum obsequium erga *sacerdotes*; usus *missalis* et *breviarii* Romanae Curiae; recitatio choralis *officii divini*, cultus *eucharisticus*, nec tantum relucens in munda altaris suppellectili atque in tabernaculis affabre confectis ecclesiarum nostrarum, sed praesertim in actione apostolica qua nostrates liturgicam devotionem *Quadraginta Horarum* ubique propagarunt et foverunt; devotio erga dominicam *Passionem* etc.

Ad pleniorem huius argumenti cognitionem cfr. voces quae sequuntur: *Breviarium, Caeremoniale, Calendarium, Ecclesiae, Eucharistia, Indulgentiae, Litaniae, Martyrologium, Missale, Musica-Cantus, Officium divinum.*

Insuper circa varias devotiones liturgicas cfr. voces: *Cor Iesu, Corona franciscana* etc., *Coronatio Imaginum B. M. V.*, *Mensis Maius, Passio D.N.J.C.*, *Portiuncula* (Ind.), *Praesepe, Quadraginta Horarum devotio*, «*Tres Ave Maria*».

OPERA DE LITURGIA IN GENERE
a Capuccinis edita

Basilius ab Asten, *Liturgiae Compendium.* Buscoduci, 1915.

Constantinus a Schiedam (Studia varia liturgica, lingua flandrica). Hekelgem, 1930 ss.

Idem, *Liturgie en Kerkelijke Kunst.* Antwerpen, 1950. pp. 391 cum figuris.

Edilbertus von Werne, *Hl. Dienst, eine liturgische Schriftenreihe.* Lobnig, 1935.

Nicolás de Tolosa, *La musica en la liturgia*, in Estudios Francisc., 24 (1920) p. 354-366.

Odoricus a Leutkirch, *Compendium S. Liturgiae.* Yenchowfu, II ed. 1923.

Paulinus a Gemert, *Manuale Liturgicum.* Eindhoven, 1927. *Rubricarum ac Caeremoniarum Promptuarium*, Rijswijk, 1935.

Victorius ab Appeltern, *S. Liturgiae Promptuarium*, Voll. 3, Brugis, 1913.

BIBLIOGRAPHIA

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, cfr. Index materiarum, p. 290 s. (S. Ritus).

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., cf. Index.

MELCHIOR, *Historia Ord.*, I, 121 s., 180; II, 84-93 (Pietas liturgica, Scriptores).

DAUSEND H., O.F.M., *Franziskaner-Orden und Entwicklung der Liturgie.* Münster i. W. 1924. (de influxu Ord. Min in Liturgia).

HYACINTH WORKMAN, O.F.M., *Liturgy and the Franciscan Order*, in «FRANCISCAN EDUCAT. CONFER.», 21 (1939) p. 1-53. Cfr. COLLECTAN. FRANC., a. 1942, p. 564-67.

UBALD D'ALENÇON, *St. François d'Assise et la liturgie.* St. Etienne, 1926.

ANALECTA CAP., cf. *Index Gen.* voll. 1-50 (1884-1934) et voll. seqq. sub v. *Liturgia.*

ANNALI FRANC. (Milano), an. 1929, p. 391, 422, 455: *S. Francesco si è preoccupato della Liturgia, o meglio ha avuto uno spirito liturgico?* (Giangrisost. da Clusone).

ETUDES FRANCISC., 46 (1934) p. 497 s. *St. François et la Liturgie* (P. Marie-Benoit).

PROVINZBOTE VON NORDTIROL, 11 (1928) p. 109-115: *Die liturgische Bewegung und die Kapuziner.* (P. Optatus a Dornbirn).

LA VIE FRANCISCAINE, I, (1921-23) p. 1057-67: *St. François et la Liturgie.* (Ubald d'Alençon).

Ljubljana. Lubiana (*Labacum*) in Prov. Illyrica. — Fratres Cap. antiquae Prov. Styriae hic perstiterunt ab a. 1606 ad a. 1809, quo inde eiecti sunt a gubernio gallico. Conventus et ecclesia, quae S. Ioanni Evang. dicata fuerat, omnia diruta sunt a. 1817. Nova domus religiosa ibi canonice erecta est a. 1941.

BULLAR. CAP., IV, 381.

SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE 1908, p. 14, 68.

MAVRICIJ, *Zgodovina Kapucinov*, p. 72.

ANALECTA CAP., 58 (1942) p. 19.

Livingstone, Vicariatus Ap. in Africa meridionali. — Anno 1931 Capuccini prov. Hiberniae novam Missionem fundarunt in Rhodesia Septentr. quae pars erat Praefecturae Apost. de *Broken Hill*, PP. Societatis Iesu commissae. Ex divisione huius praefecturae (25 maii 1936) orta est nova Praefectura de *Victoria Falls*, concredita ipsis Capuccinis Hibernicis, eiusque primus praefectus nominatus est P. Chilianus Flynn a Killybegs. Denique an. 1950, decreto S. Congr. P. Fidei sub die 10 martii, haec praefectura erecta est in Vicariatum Apost. sub nomine de *Livingstone* primusque Vicarius Ap. nominatus est P. Fedliminus (Phelim) O'Shea a Clondrohid.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 641-49.

AMEDEO DA VARAZZE, *Itinerario delle Missioni Capp.* (1935) p. 69, 183 tabula.

MISSIONI *dipend. da Prop. Fide*, 1950 p. 159.
ANALECTA ORD. 50 (1934) 12. — 53 (1937) 14. — 55 (1939) 82. — 56 (1940) 157 (Relationes Missionis). — 60 (1944) 32 (Praefect. Ap.) — 65 (1949) 35 (Districtus « Caprivi Strip »). — 66 (1950) 69 (Vicariatus Ap.).
FATHER MATHEW Record, 1950 Oct. 11; Dec. 8
IL MASSAIA, 1935, p. 118, *La nuova Miss. dei Capp. irlandesi nella Rodesia.*
SERAPH. WELTAPOSTALAT, 10 (1934) 158 s.

Livonia, vide *Estonia-Lettonia.*

Livorno (*Liburnum*) in Prov. Tusciae. — Anno 1582 fratribus nostris quoddam habitaculum cum sacello SS. Trinitati dicato conceditur; quae omnia postea ampliore forma iterum aedificata sunt. — Paroeciale munus tum in propria ecclesia *SS. Trinitatis*, tum etiam in alia ecclesia *S. Andreae* dicata, Capuccini religiosi iamdiu exercent.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 36 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 454.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 220.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, (1932) p. 52-58, 366, 435, 444, 516.
SISTO, *Storia Prov. Toscana*, I-II, cf. Ind.
SISTO DA PISA, *I dieci di Livorno, ossia i più celebri missionari Capuccini di Livorno.* Livorno, 1924.
L'AZIONE, *Periodico di S. Andrea*, Livorno 1932 ss.
ITALIA FRANC., 4 (1929) p. 146-51: *Il P. Mei* (Arcangelo da Pescia) *e la sua Biblioteca* (P. Sisto).

Livorno Ferraris (*Liburnum F.*) in Prov. Pedemontana. — Conventus a. 1623 conditus sub protectione S. Ioseph, ineunte saeculo XIX supprimitur.
BULLAR. CAP., II, 452.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, V (Ind. p. 635).
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino) 1925 p. 7.

Llanos (Los), vide *Venezuela.*

Llavallol in Republ. Argentina. — Magnum collegium « *Euskal-Echea* » dictum, originem ducit a cuiusdam consociationis sodalibus qui inter se societatem inierant pro Vasconis protegendis tum Hispaniae tum Galliae incolis, qui in Americana republica vulgo Argentina degunt. An. 1908 Collegium moderandum susceperunt Capuccini Navarro-Cantabro-Aragoniae provinciae alumni. At a. 1937, novo *Argentino Commissariatu* constituto, huic idem Collegium regendum committitur.
Anno 1942 canonice erigitur alia domus religiosa cum novitiatu et ecclesia paroecialis S. Francisci Assisiensis.
ESTADISTICA *Prov. de Navarra* (1928) p. 136.
RESEÑA *hist. de Cap. en Argentina*, p. 205-18.
IGNACIO DE PAMPLONA, *Historia de los Capuch. en Chile y Argent.* (1911) p. 509-45.
ALBUM DEL COLLEGIO « *Euskal-Echea* » (Publicatio annua). Llavallol, 1921 ss.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 293, Conv. incorporatur Commiss. Argentino. — 59 (1943) p. 11, 12, Nova Domus, novitiatus et paroecia.

Lleida, vide *Lérida.*

Loanda in Africa, vide *Congus.*

Loano (*Lodanum*) in Prov. Genuensi. — An. 1611 nostris religiosis committebatur cura sacelli B.M.V. Lauretanae. — Conventus anno 1650 conditus sub invocatione S. Francisci et S. Antonii, supprimitur a. 1862. Anno demum 1875 fratres novum coenobium exstruxerunt, cuius ecclesia dicata est B. M. V. Immaculatae.
DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 20 tab. IV
BULLAR. CAP. II, 450.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 243.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, II, 553-86; V (cf. Ind.).
L'IMMACOLATA *di Salvatore Revelli nella Chiesa dei Capp. di Loano.* Genova 1938. (Rivelazioni prodigiose, marzo 1864).
MARIA IMMACOLATA *del Revelli nell'attuale Chiesa Cappuccina di L.* Numero unico. Alassio 1949. 16 pp. cum figuris.

— Quoad Tertiarias Capuccinas de Loano vide sub v. *Capuccinae Tertiariae de Loano.*

Lobeth, vide *Kleve.*

Lobith in Hollandia, dioec. Ultrajecten. — Fratres antiquae Prov. *Coloniensis* hic commorati sunt ab a. 1771 ad a. 1823 curam paroecialem habentes.
SCHOENGEN, *Monasticon Batavum*, I, 135; *Supplementum* (David de Kok), p. 105.
KILIAN, *Rheinberg u. d. Kapuz.* p. 108.
ARCHIEF *van de geschied. van het Aartsb. Utrecht*, XLIII, (1917) p. 13-50. Huser B. H. (de paroecia Lobith)
ARCHIV. FRANC. HIST. XV, 1922, p. 262.

Lobo (Lupus), vide *Alphonsus a Medina*

Locarno (*Locarnum*) in Helvetia, Commissar. Ticinensis. — In antiquo conventu, exstructo a. 1602, fratres perstiterunt usque ad a. 1848. Ecclesia Sanctis Sebastiano et Rocho fuit dicata. Anno 1852 fratribus antiquum concredebatur Sanctuarium B. M. V. vulgo « *Madonna del Sasso* » nuncupatum, conditum an. 1480 et iam pridem a FF. Min. Conventualibus asservatum. Quod quidem Sanctuarium, a nostris postea instauratum et adauctum, magna in veneratione est apud illas gentes.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 43 tab. XVI.
BULLAR. CAP. II, 445; IX, 190, 314; X, 218.
BÜRGLER, *Franz. Orden i. d. Schweiz.* p. 112.
S. FRANC. NELLA SVIZZERA ITAL., p. 95, 150.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, I, 345-56.
ARCANGELO DA TAORMINA, *Il Santuario di N. S. del Sasso* (Locarno) Messina 1878.
GILARDI CARLO, *Il Santuario di S. Maria del Sasso.* Locarno, 1857.

LEONE DA LAVERTEZZO, *Guida illustrata della Madonna del Sasso*. Locarno, 1927.
IDEM, *Madonna del Sasso ob Locarno. Geschichte u. Beschreibung*. 3. Aufl. Ingenbohl, 1930.
MESSAGGERO SERAFICO, *Madonna del Sasso. Rivista mensile*. Locarno 1911 ss. - Quoad notitias hist. Conv. et Sanctuarii, cfr. praesertim a. 1911-15, 1925-26, 1938.
OSSERVAT. ROMANO 4 agosto 1937, p. 3, *Un celebre Santuario Svizzero. La Madonna del Sasso*.

Loches, (*Lochium*) in Prov. Parisiensi. — Ab a. 1618 usque ad a. 1790 quaedam religiosa domus ibi exstabat, quam fratres nostri veteris Provinciae Turoniae iam aedificaverant.
BULLAR. CAP. V, 391.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 225.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 269.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 336.

Lochium, vide *Loches*

Locopolis, vide *Skofja Loka*

Lodanum, vide *Loano*

Lodi (*Laus Pompeia*) in Prov. Mediolanensi. — Conventus titulo S. Ioannis Bapt., pro nostris sodalibus a. 1565 exstructus, supprimitur a. 1805.
BOVERIO, *Annales*, I, 618 (a. 1565 n. 1).
BULLAR. CAP. II, 445.
VALDEMIRO, *Conv. milanesi*, p. 276-83.

Monasterium Sororum *Capuccinarum* a. 1584 fundatum, nunc derelictum iacet.
BULLAR. CAP. II, 316-18, 447.

Logroño in provincia Navarro-Aragonensi. Domus nostra canonice erecta est anno 1946; in sequenti autem anno paroecia huius loci nostratibus concredita est.
ANALECTA CAP. 63 (1947) p. 16 (Domus); 64 (1948) p. 11 (Paroecia).
BOLETÍN *oficial Prov. Navarra*, a. 1946, p. 56.
VERDAD Y CARIDAD (Pamplona), 1949, p. 30-31.

Lohr (*Lohra*) in Prov. Bavarica. — Fratres antiquae Prov. Rhenanae hospitium antea obtinuerunt (1634), postea vero conventum construxerunt (1664). Ecclesia dicata est S. Ioseph.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14 tab. XV.
BULLAR. CAP. IV, 385.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 89.
CHRONICA BAVARICAE PROV. p. 212-23, 271.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cfr. Index.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 483, 615, 771.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 29 et Index.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuziner*, p. 141.
LINK G., *Klosterbuch d. Diözese Würzburg*, II, 493-96.
ANALECTA CAP. 17 (1901) p. 180.

Loiseaux J.-J., vide *Piatus a Mons.*

Lombardia,
vide *Mediolanensis* et *Parmensis Prov.*

Lombaria, vide *Lombez*

Lombez (*Lombaria*) in Prov. Tolosana. — Pro fratribus antiquae Prov. Aquitaniae, coenobium conditum fuit a. 1667. Derelinquebatur autem a. 1791, tempore gallicae subversionis.
BULLAR. CAP. V, 407.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 124.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 75.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquitaine*, p. 285.

Lommel, in Prov. Belgica. — In loco *Werkplaatsen* conventus aedificabatur a. 1925-1927 cum ecclesia Christo Regi dicata.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 15, tab. XIV.
TE DEUM LAUDAMUS (1928) p. 80-83.
ANALECTA CAP. 42 (1926) p. 59.
VOX MINORUM Cap. Prov. Belg., III, 1948, p. 26.

Lomza in Polonia (Commissariatus *Varsaviensis*). — An. 1763-64 conventus aedificatur in loco fratribus concesso a monialibus O. S. Benedicti. Ecclesia B. M. V. Perdolenti dicata est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 43, tab. XVIII.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) p. 358, 361 n. 25 364 n. 39.

Lonati Aemilianus a Brescia, *episc.*, alumnus Prov. Mediolanensis. — Natus die 3 februarii 1886, seraphicum Capuccinorum habitum sumpsit a. 1904. Sacerdos ordinatus a. 1913, ad Missionem de *Maranhão* in Brasilia profectus est a. 1920. Pius XI, die 10 ianuarii 1930, ad titularem Ecclesiam *Epiphanensem* in Cilicia eum promovit et Praelatum « Nullius Dioeceseos » *S. Iosephi de Grajahu* in Brasilia deputavit, quam quidem Praelaturam, ob mortem DD. Rob. Colombo (1927), iam ut Administrator regebat.
A MONS. E. G. LONATI *nel giorno della sua episcopale consacratione*. Milano 1931.
DOM FREI EMILIANO JOSÉ LONATI, *bispo titular e prelado nullius de S. José de Grajahu*. Ceara 1938.
ANALECTA CAP. 46 (1930) p. 78.
ANNALI FRANC. (Milano) a. 1930, p. 290-352. *Numero unico* dedicato a Mons. Lonati in occasione della sua consacrazione episcopale.

Lonato in Prov. Mediolanensi (dioec. *Veronen.*) — Monasterii sanctimonialium Capuccinarum fabrica, quam S. Sedes a. 1680 iam concesserat, dilata mansit usque in a. 1705. Nunc autem idem monasterium derelictum iacet.
BULLAR. CAP. II, 359, 449.
COSTITUZIONI *per le Cappuccine di Santa Croce e di S. Maria degli Angeli nella Fortezza di Lonato*. Venezia, 1705

Londinum, vide *London*

London (*Londinum*) in Anglia. — Anno 1630 nonnulli ex Parisiensi provincia fratres

Londinum demigrati, Hospitium apud regale Palatium obtinuerunt ut suo sacerdotali munere in spirituale beneficium Henricae reginae fungerentur; attamen post varias multasque rerum commutationes ab Anglia discedere compulsi sunt. Postea vero, duobus fere saeculis elapsis, Italis Capuccinis Londinum iterum qua missionarii accedere concessum est. Anno denique 1854 conventus exstruitur extra urbem in loco Peckham appellato (vide *Peckham*).

BULLAR. CAP. X, 261 (nota).
PELLEGRINO, *Annali*, I, 514-17.
FR. WILLIAM, *Cap. in England*, p. 17, 59.
CYPRIEN DE GAMACHES, *Mémoires des Capucins en Angleterre*, Paris 1881.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* t. IV, apud *Analecta Cap.* 25 (1909) p. 240 ss.
FRANC. ANNALS, a. 1950, p. 201-05 (Acta P. Aloisii a Lavagna in L. an. 1850-56).

Longhin Andreas a Campodarsego, *archiep.* Prov. Venetae alumnus. — Ortus a. 1863, habitum seraphicum sumpsit a. 1879. In sua Provincia munia Lectoris, Definitoris atque Ministri (1903) obivit. Anno 1904 die 13 apr. a Pio X episcopus *Tarvisinae* dioecesis (Treviso) renuntiatus est et die 4 oct. 1928 archiepiscopus titul. *Patrensis* etiam nominabatur. Vitae christianae reique catholicae incrementa summopere curavit eiusque animi fortitudo europaei belli tempore (1915 - 1918) maxime patuit. Bonus pastor et verus seraphici Patris filius sancte in Domino quievit die 26 iunii 1936. — Praelo dedit, inter alia: *De resurrectione mortuorum* (Romae 1904) — *Synodus dioecesana Tarvisina habita a.* 1911. — Post obitum vulgati sunt: *I grandi misteri cristiani. Omelie di Natale, Pasqua, Pentecoste* (Venezia 1913),

BERNARDINO, *Quattro secoli di vita*, p. 87-89.
IN MEMORIA *di Mons. Longhin*. Venezia 1936.
GIOV. CRISOSTOMO, *Bibliot. Capp.* pp. 22-24.
ANALECTA CAP. 20 (1904) p. 148; 45 (1929) p. 17; 53 (1937) p. 177-79, necrol.
Bollettino ecclesiastisco della Diocesi di Treviso, cfr. an. 1912-1936.

Longiano (*Lonzanum*) in Prov. Bononiensi. — Hospitium apertum a. 1650 stetit usque ad a. 1701 et iterum ab a. 1752 ad a. 1804.

BULLAR. CAP. II, 439.
PELLEGRINO, *Leggenda d. Capit. Prov.* p. 37.

Longo, v. *Franciscus a Corigliano Calabro*

Longo M. L., vide *Maria Laurentia Longo*.

Lonigo (*Leonicum*) in Prov. Veneta. — Conventus a. 1639 excitatus et SS. Bonaventurae et Antonio Patavino dicatus, abrogatur a. 1769.

BULLAR. CAP., II, 443.
BARBARANO FRANC., O. Cap., *Historia di Vicenza* (1762), t. VI, p. 46.

Lons-le-Saunier (*Ledum, Ledo Salinarius*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus quem a. 1612 fratres in antiqua Burgundiae Prov. exstruxerant, nunc derelictus est.

BULLAR. CAP. V, 400.
MOREY, *Les Cap. en Fr.-Comté*, p. 30.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 360.

Lonzanum, vide *Longiano*

Lopinot, vide *Callistus a Geispolsheim*

Lorch (*Lorichium*) in Prov. Rhenano-Westfalica, dioec. Limburgen. — Fratres antiquae Prov. Rhenanae, ut sacerdotibus saecularibus in cura animarum opitulari possent, Hospitium hic habuerunt ab a. 1652 usque ad religiosorum eversionem a. 1802.

BULLAR. CAP. IV, 386.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 51 (cf. Ind.)
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* (cf. Index)
ANALECTA CAP. 17 (1901) p. 247.

Lorenzoni Fr. M.,
vide *Franciscus M. a Vicenza*.

Loreto (*Lauretum*) in Prov. Picena. — Haec civitas gloriatur possessione *nazarethanae domus* mire translatae iuxta traditionem primum *Tersatto* apud Fiume in Dalmatia an. 1291, inde tribus post annis, scilicet die 10 dec. an. 1294, in *collem Lauretanum* apud Anconam. Sacra aedes insigni basilica includitur initiata Pauli II iussu an. 1468 atque ad finem perducta an. 1587. Ad hoc insigne aeque ac celeberrimum sanctuarium iam a saeculis, sed summa frequentia ab aliquibus annis, undique confluunt devotae peregrinorum turbae et aegrotorum vecturae. Eorum numerus nunc est fere 1.000.000 singulis annis.

1. - *Conventus et Sanctuarium Almae Domus.*

Capuccini sodales iam ab anno circ. 1558 in Lauretani Sanctuarii servili opere mancipari coepti sunt, scilicet circa idem tempus quo coenobium pro iisdem in propinqua Recineti (Recanati) civitate condebatur; inde igitur Lauretum pedibus ventitare quotidie plerumque solebant. Anno vero 1596, Administratio Sanctuarii parvam domum in septentrionali parte quae templo adiacet, eis dedit commorandam. Postmodum, an. 1608, ut parvum sibi exstrueretur coenobium iuxta Basilicam fratres impetrarunt in loco videlicet quem praesens Hospitium a S. Benedicto Ios. nuncupatum occupat. Absoluta iam fabrica, post aliquot annos iidem fratres inde discedere coacti sunt ob terrae lapsum qui a. 1636 contigerat. Novum coenobium a. 1638, ad partes meridionales Basilicae situm, aedificari coepit, munificentia potissimum Antonij Barberini eiusdem Ordinis Cardinalis. Ibi per tria ferme saecula Capuccini commorati sunt inservientes Sanctuario seu in Sacrario, seu curae eiusdem Basilicae, seu Hospitali et peregrinantibus multosque per annos etiam ut concionatores in eadem Basilica.

Quum autem a. 1934 Sanctuarii cura et administratio pleno iure S. Sedi devolutae sint, Pius XI, propter opera tot per annos a Capuccinis

praestita, eorumdem Ordini munus officiumque omne in Alma Domo Lauretana concredidit; fratribus vero, eidem ministerio deputatis, in proximo Palatio Apostolico domicilium sibi constituere concessum est, quod quidem factum est mense maio an. 1935.

Quoad vetus nostrum coenobium, Pontificii Administratoris cura anno 1938 instauratum, sacerdotibus saecularibus hospitio excipiendis destinatur, ideoque « Domus Cleri » appellatur et « Hospitii S. Caroli » titulo honestatur.

2. - *Congregatio Universalis Almae Domus Lauretanae.*

Ad propagandum inter fideles erga S. Domum cultum et obsequium, Thomas Gallucci Laureti episcopus, die 27 maii 1883, *Congregationem* seu *Piam Unionem* canonice constituit, illamque P. Petro Mariae a Malaga capuccino sodali moderandam delegavit. Qui statim totis viribus ardentique studio ubique illam diffundere conatus est. Ab illo igitur a. 1897 periodicum commentarium, cui titulus: *Annali della S. Casa di Loreto,* in singulos menses publice edendum initium coepit. Post mortem auctoris (1905), religiosi sodales Picenae Provinciae, huius ephemeridis editionem curam susceperunt; laudatae vero « Congregationis Universalis » directio concredita est P. Archangelo a Sesma, hispano, deinde religiosis sodalibus ipsius Prov. Picenae.

3. - *Collegium Defensorum Almae Domus.*

Collegium istud instituendi propositum excogitavit P. Archangelus Maria a Sesma, Navarrae Provinciae alumnus, illo tunc tempore cum sic dictae « Congregationis Universalis » esset moderator. Laureti episcopus illud adprobavit suo decreto d. 23 iunii a. 1907. Collegii sociorum munus, quorum numerus ad 50 circiter pertingit, in eo versatur ut iidem tum verbo tum calamo fidem faciant de vetustissima certaque traditione historica circa sanctae Domus Lauretanae translationem.

Bibliographia

BULLAR. CAP. II, 437 (cf. Ind. p. 467); X. 30.
BULLARII CAP. REGESTUM, n. 1326 (an. 1663).
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Prov.* p. 373.
IDEM, *I Franc. nelle Marche,* p. 41.
IDEM, *Iscrizioni della Prov.* p. 41, 168.
MARIOTTI CAND.DO, O.F.M., *La S. Casa di Loreto ed i francescani* (Quaracchi, 1911) — Quod spectat ad PP. Capuccinos v. pag. 113-19, 127, 131 (Conv. et munera religiosorum); p. 132-35 (de « Congreg. Univ. Almae Domus »), p. 142-145 (de « Collegio Defensorum Almae Domus ».
FAURAX JOSEPH, L'ABBÉ, *Bibliographie Lorétaine. Bruges-Tournai-Rome,* 1913.
GUIDA DI LORETO, *con cenni storico-critici, a cura della Congregazione universale della S. Casa.* II ediz. Loreto 1929. — Versio hispanica: *Guía de Loreto.* Ibid. 1929.
ANGELO DA CAMERINO, *Il Santuario di Loreto. Breve guida storico-artistica.* Pesaro 1923.
LORENZO DE MOLLINA, *Historia de las traslaciones milagrosas de la S. Casa de Nazaret en Loreto.* II edición. Madrid 1887.
THOMAS [DE SAINT-ETIENNE], *La Santa Casa dans l'histoire. Première Etude: L'authenticité de la S. Casa à Nazareth.* Lyon-Paris, 1909.
IDEM — *La dévotion de l'Eglise de France a Notre-Dame de Lorette.* Montpellier, 1923.
NOTIZIE STORICHE *del Santuario di Loreto.* Loreto, Congr. della S. Casa, 1943, pp. 144.
BARTOLOMEO DA S. SEVERINO, *Privilegi Lauretani. Studio storico-giuridico.* Loreto 1950. — Continet: Parte I, *Altari privilegiati nel Santuario;* Parte II, *Messe nel Santuario.* Appendice: p. 204, *Favori spirituali per gli ascritti alla Congreg. univ. della S. Casa;* p. 206, *Privilegi e favori dei PP. Cappuccini officianti la Basilica.*
ARCANGELO M. DA SESMA, *Collegio perpetuo di difesa della S. Casa di Loreto* (Notizie e Statuto) Recanati, 1907.
ANALES DE LA SANTA CASA DI LORETO (1906-08).
ANNALI DELLA S. CASA DI LORETO, *Bollettino mensile della Congr. univ. d. S. Casa* — Loreto, 1897 ss.
LA VERGINE DI LORETO (periodicum), 1893-97.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 49 ss.; 2 (1886) p. 20 ss. *Minores Capuc. in Alma Domo Lauret.;* 17 (1901) p. 60 *Census Congr. univ. Almae Domus ab a. 1883 ad a. 1900;* 50 (1934) p. 331-34 *Almae Domus Laur. custodia FF. Min. Capuccinis committitur;* 51 (1935) p. 177, 323, *Epist. Min. Gener. et Statutum pro FF. Ord. Cap. in Basilica inservientibus;* 66 (1950) p. 53-55, *Statutum Min. Gen. pro Lauretana communitate.* — Quoad alia cf. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 84-85.
ANNALI FRANC. 63 (1932) p. 293-96, *Loreto e i Cappucc.* (Imerio da Castell.).
ATTI UFFIC. PROV. PICENA, a. 1934, p. 52-59. *Lettere apost. e Statuto circa la Basilica di L. affidata ai Capp.*
CIVILTÀ CATTOLICA (Roma) an. 1938 vol. III, 193-208: *Il santuario di Loreto nella gloria di una nuova vita* (D. Mondrone S. J).
LAURETUM (Periodico), II, 1939, p. 33-35, *I Cappuccini e la S. Casa.*
VITA FRANC. (Loreto), an. 1929, p. 119 ss. *Relazioni dei Capp. colla S. Casa;* a. 1934 p. 241, 265; a. 1935 p. 173 (Il Santuario è affidato ai Cappuccini).

Loreto Aprutino (*Lauretum Apr.*) in Prov Aprutina. — Conventus qui fuerat excitatus an. 1583, derelictus est ob legem eversionis an. 1866. Ecclesia dicata fuit Visitationi B. M. Virginis.

BULLAR. CAP. III, 326.
FILIPPO, *Capp. degli Abruzzi,* p. 20.

Lorgues (*Leonaca*) in Prov. Lugdunensi. — Ex primo coenobio, curis veteris provinciae S. Ludovici a. 1667 aedificato, religiosi sodales circa finem XVIII saeculi depulsi sunt. E nova autem domo, quae post multas rerum commutationes a. 1852, una cum ecclesia S. Ferreoli mart. fuerat excitata, iterum exturbabantur a. 1880.

BULLAR. CAP. V, 401.
IRÉNÉE, *Hist. Cap. de France*, II, 323-31.
THÉOTIME, *Les Cap. de Lyon*, p. 282.
ANALECTA CAP. 19 (1903) p. 304-09 (de II conv.).

— Monasterium monialium *Capuccinarum* apud ecclesiam Immaculatae Conc. B. M. V. erectum an. 1856, derelictum est post an. 1930.

Lorichium, vide *Lorch*

Lorient (*Oriens*) in Prov. Parisiensi. — Quae fratribus nostris domus aedificata est a. 1878, cum ecclesia S. P. Francisco dicata, eisdem ablata est vi legis civilis a. 1901.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 28 tab. XIII.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 286.
ECHO DE ST. FRANÇOIS (Toulouse), a. 1903 p. 79-81.

Loro Piceno (*Laurum*) in Picena Prov. — Conventus, qui a. 1570 conditus fuerat, derelictus est a. 1887. Ecclesia dicata fuit S. Antonio Patavino.

BULLAR. CAP. II, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov.*, p. 373.
CICCONI GIOV., *I Francescani in Loro Piceno*. (Fermo, 1929) pp. 41-65: Cappuccini.
VITA FRANC. (Loreto) a. 1929, p. 116.

Lorraine in Gallia, vide *Lotharingiae Prov.*

Los Angeles (California). Custodia prov. in Stat. Foeder. Americae. — Hiberniae religiosi sodales domum cum ecclesia dicata S. Laurentio a Brundusio erexerunt a. 1923 in loco olim *Watts* nominato. — Alia domus erecta est a. 1930 fratribusque eodem anno Paroecia S. Francisci Assisiensis moderanda tradebatur.

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 22 tab. XX
ANALECTA CAP., 40 (1924) p. 15; 47 (1931) p. 44-45.

Los Angeles in republica Chilensi. — Anno 1890 inchoata est fabrica coenobii et ecclesiae quae SS. Cordi Iesu dicata est.

ESTADISTICA *Prov. de Navarra* (1928) p. 127.
RESEÑA *hist. de Capuch. en... Chile*, p. 115-32
IGNACIO, *Los Cap. en Chile*, p. 315-325.
ANALECTA CAP. 48 (1932) p. 45.

Los Arcos (*Arcus, um*) in Prov. Navarro-Aragonensi. — Conventus qui a. 1648 pro nostris erigebatur, nunc ab aliis inhabitatur.

BULLAR. CAP. V, 417.
ESTADISTICA PROV. DE NAVARRA (1928) p. 102.
VERDAD Y CARIDAD (Pamplona), a. 1949, p. 221-22, *La epidemía en Estella en 1750 y los Capuchinos* [del conv. de Los Arcos].

Loschirico Iesualdus a Cardinale, *archiep.*, Prov. Consentinae alumnus. — Natus est die 2 novembris a. 1823. Seraphicam Regulam inter Capuccinos professus officium exercuit Lectoris tum philosophicas tum theologicas tradens disciplinas atque etiam sacrae praecepta eloquentiae. Concertationes habuit cum protestantibus, quo circa ut pugnax scriptor laudatur infra notatis editis operibus scilicet: *Un colpo alla radice del Protestantesimo*, vol 2. Napoli 1878; *Lettere sul Protestantesimo*, Napoli 1878; *Assurdità e imposture dei Protestanti*, Cosenza 1873 deinde Neapoli 1874, 1882. Anno 1879 *Gallipolitanus* episcopus titul. renuntiatus, die 27 februarii anni proxime insequentis ad coniunctas *Acheruntinae* ac *Materanensis* (Acerenza et Matera) sedes regendas archiepiscopus promovetur. Obiit die 30 martii a. 1890.

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 37.
FRANC. DA VIC., *Scrittori calabresi*, p. 46.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 148.
ECO S. FRANC. a. 1879, p. 377-80 (*Mons. L. vescovo*); a. 1889 p. 604, 674 (*Mons. L. sotto processo*).

Lostallo in Helvetia (Missio *Mesaucinae* in Ticino). — Fratres Capuccini hospitio ibi recepti sunt a. 1639 et curam paroecialem ecclesiae S. Georgii tenuerunt usque ad a. 1872.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 128
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 444 (Ind.)
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 44.

Lota in Corsica, vide *San Martino di Lota*.

Lotharingiae Provincia antiqua in Gallia (1602-1790). — Anno 1583 Conventus vulgo de Ligny primo fuit aedificatus in ditione Lotharingiae. Brevi tempore plures alii Conventus propagati sunt, quare a. 1602, ex octo Conventibus scil. Ligny, Verdun, St. Mihiel, Nancy, Bar-le-Duc, Toul, Chaumont et Metz, formata est *Custodia Lotharingica*, quae a. 1606 evecta est in *Prov. Lotharingiae-Campaniae*. Anno 1662, ex Conventibus undecim in Campania sitis, formata est *Custodia Campaniae*; itaque Prov. Lothar. quattuor tantum et viginti conventibus ditata mansit. — Anno 1754 illa numerabat Conv. 27 et Religiosos 430. Verum tempore Gallicae revolutionis (1790) omnino disparuit haec nostra Provincia.

Index Conventuum qui olim pertinuerunt ad Prov. Lotharingiae: Bar-le-Duc, Bar-sur-Aube, Bitche, Blâmont, Bruyères, Bulgnéville, Charmes, Châtel-sur-Moselle, Commercy, Dieuze, Epinal, Fontenoy, Ligny, Lunéville, Marsal, Mirecourt, Nancy, Neufchâteau, Plombières, Pont-à-Mousson, Rambervillers, Remiremont, Saint-Dié, Saint-Mihiel, Sarrebourg, Thiancourth, Toul, Varangéville (St-Nicolas), Vézelise, Vic, Wassy.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore, vel, si hoc ignoratur, eorum mortis anno. (cfr. « Schematismus Cap. Prov. Lugdunen. » 1895, p. 93-95).

Theodosius a Bergamo, Custos Prov. 1602.
Honoratus Parisiensis, Prov. 1606.
Epiphanius ab Eparges, 1609.
Cherubinus a Brienne, 1612.
Ambrosius a Châtillon-sur-Seine, 1614.
Hilarius a Longuay, 1615.
Alexander a Ligny, 1616.
Leonardus Parisiensis, 1619.
Iosephus a Vézelise, († 1641).
Renatus a Longueville, († 1653).
Polycarpus a Commercy, († 1660).
Leo a Remiremont, († 1646).
Felicianus a Châtel-sur-Moselle, 1647-50.
Hilarius a Lunéville, († 1676).
Seraphinus a Bar-le-Duc, († 1682).
Cherubinus a Bar-le-Duc, († 1679).
Christophorus a Commercy, († 1676).
Marcus a Bar-le-Duc, († 1690).
Bernardinus a Nancy, († 1705).
Antonius a Rosière, († 1718).
Caelestinus a Saint-Die, († 1709).
Henricus a Neufchâteau, († 1722).
Angelicus a Ligny, († 1728)
Io. Franc. a Mars-la-Tour, († 1725).
Leonardus a Pagny, († 1732).
Gabriel a Mirecourt, († 1739).
Antonius a Reling, († 1754).
Victor a Petit-Nancois, († 1753).
Hieronymus a Remiremont, († 1746).
Nicolaus Franc. a Gerbéviller, († 1745)
Henricus a Charmes, († 1761).
Blasius a Fraimbois, († 1778).
Renatus a Nancy, († 1772).
Paschalis a Nancy († 1780).
Remigius a Villeraye, 1766-69.
. . . .
Hieronymus ab Hennecourt, 1781-83.
Honoratus a Pont-à-Mousson, 1784-86.
Bernardinus a Pont-à-Mousson, 1787-90.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
de quibus tractatur suo proprio loco

EPISCOPUS:
Henricus de Lotharingia († 1623)

SCRIPTORES etc.
Adrianus a Nancy († 1745)
Benedictus Picart a Toul († 1720)
Iacobus a Commercy, mart. († 1794)
Norbertus Parisot a Bar-le-Duc, mission, et scriptor († 1769)
Thomas a Charmes, theol. († 1765)

Bibliographia

BULLAR. CAP. V, 194-201, 403.
BOVERIO, *Annales*, II, p. 618 (1599 n. 3); p. 761 (1606 n. 2).
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO PROV. O. CAP., ed. 1649, tab. 39. — ed. 1712, tab. 17.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. 1895 p. 92-100
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 13 ss., 29.
HILDEBRAND, *Kapuc. in Nederl.*, III, cf. Ind.
UBALD, *Catalogue des Mss.*, p. 112.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 123-26: *Docum. antiqua Prov. Lothar.* — 22 (1906) p. 208, 249, 293: *Status Prov. etc.*
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 17, 19.
ETUDES FRANC. 43 (1931) p. 63-82, 304-08: *Les Capucins dans la région Lorraine.*

Loudun (*Juliodunum*) in Prov. Tolosana. Conventus a fratribus veteris Prov. Turoniae an. 1616 exstructus, a. 1783 voluntate superiorum eiusdem Provinciae deseritur.
SILVEST. MEDIOL. *Annales*, I, 94.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 113.
BULLAR. CAP. V, 391.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 105.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 336.

Louisiana, vide *Ludovisiana Missio*

Lourdes (*Sanctuarium B. M. V.*) — Iam inde a primis annis ab apparitione Virginis Immaculatae (1858), *Fratres Capuccini* propagatores exstiterunt devotionis erga B.V. de Lourdes frequentes peregrinationes instituebant ad sacrum specum ibique consueverunt opportunas conciones proferre. Prae ceteris zelo excelluit P. Antonius Maria (*Marie-Antoine*) a Lavaur, prov. Tolosanae alumnus illustris, qui intimam consuetudinem habuit cum Sancta Maria Bernarda Soubirous, peregrinationes innumeras ad specum B. V. duxit, nocturnam et characteristicam processionem introduxit (1863), vulgo dictam «*aux flambeaux*» cum cantu «*Ave Maria*» atque erectionem proposuit magnae *Viae Crucis* prope Sanctuarium.
ERNEST-MARIE DE BEAULIEU, «Le Saint de Toulouse». *Vie du P. Marie-Antoine, capucin* (Toulouse 1928), cf. cap. IX, p. 212-224: *Le grand ouvrier de N.-D. de L.*
FRANCESCO DA BÉNÉJAC, *L'Immacolata Concezione e la Famiglia francescana* (Modena 1877), p. 680-84.
ANALECTA CAP. 49 (1933) p. 325 n. 2.
L'ECO DI S. FRANC., an. 1875, p. 680-684.
TERTIUS ORDO, 8 (1947) p. 108.

Louvain, vide *Leuven*.

Lovanium, vide *Leuven*

Lovere (*Luerum*) in Prov. Mediolanensi. — Ab a. 1877 conventus exstat, cum ecclesia Immaculatae Conceptioni B. M. V. dedicata.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 23 tab. IV.
VALDEMIRO, *Capp. Bergamaschi*, p. 55.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 18, Novitiatus.

Luanda, vide *Congus Lusitanus*

Lubartów (*Lubartovia*) in Prov. Varsaviensi. — Conventus aedificatus est a. 1738 sub titulo S. Laurentii mart. — Anno 1864 fratres expulsi sunt et in Siberiam missi; unus tantum Pater ibi permansit usque ad an. 1884 ut curam animarum exerceret. Conventus denuo a nostratibus recuperatus est an. 1938.
BULLAR. CAP. IV, 362, 387; IX, 282.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) cf. Ind. p. 627.
RODZINA SERAFICKA (Warszawa) 1938 p. 347-51

Lubiana, vide *Ljubljana*.

Lubieszów, in Prov. Varsaviensi. — Domus pro fratribus antiquae Prov. Poloniae exstitit ab a. 1756 ad a. 1832. Ecclesia in honorem S. Francisci Ass. fuit consecrata. — Anno 1934 conventus restituitur et Capuccinis ritus byzantino-slavici (provinciae Hollandicae) committitur una cum cura animarum in Paroecia eiusdem ritus. — Anno vero 1936 a S. Congr. Eccl. Orient. conceditur erectio *Novitiatus* pro Capuccinis ritus byzantino-slavici.

ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 293: notitiae ant. Conv.; 51 (1935) p. 14; 52 (1936) p. 229. Capuccini ritus byzantino-slavici.
COLLECT. FRANC., 8 (1938) p. 358, 361
ANNALES FRANCISC. (Parisiis) a. 1937, p. 115s.
UNI TRINOQUE, III, 1930-33, p. 207-08, Patri Gandulpho a Terneuzen conceditur facultas sese conformandi *ritui byzantino-slavico*.

Lublin (*Lublinum*) in Polonia, Commissar. Varsaviensis. — Conventus erectus a. 1724 supprimitur a. 1864 et iterum restituitur a. 1918. Ecclesia a. 1733 in honorem SS. Apost. Petri et Pauli fuit consecrata.

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 43 tab.18
BULLAR. CAP., IV, 360, 363, 387; IX, 282.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) cf. Ind. p. 626.
RODZINA SERAFICKA (Warszawa) 1920 p. 122-26.

Luca (urbs), vide *Lucca*

Lucaniae Provincia in Italia (olim etiam *Basilicatae* et *Salernitana* Prov. nuncupata) — Originem ducit ex divisione prov. Apuliae statuta in Capitulo Generali an. 1558 et peracta an. 1560. Initio paucas domus habuit (Potenza, Vignola, Ferrandina, Tricarico, Tursi etc.); sed an. 1633 domus 42 iam numerabat. Post binas eversiones quas passa est (1810, 1866), Provincia instaurari coepit a. 1879. At a. 1938, deficientibus sacerdotibus, Prov. Lucaniae ad Commissariatum provincialem reducitur.

Index Conventuum, qui in territorio huius Provinciae, a) *nunc exstant*: Cava dei Tirreni, Eboli, Giffoni, Lagonegro, Lauria, Montecorvino, Salerno, Sant'Angelo delle Fratte, Sicignano, Vietri di Potenza.

b) *Sunt derelicti*: Abriola, Amalfi, Camerota, Campagna, Castelcivita (olim Castelluccia), Castelsaraceno, Castiglione Genovesi, Centola, Ferrandina, Grottole, Grumento Nova (olim Saponara), Lavello, Maratea, Marsico Nuovo, Melfi, Monte Albano, Montepeloso, Monticchio (Rionero in Vulture), Montesano S. Marco, Muro, Novi Velia, Ottati, Perdifumo, Piaggine, Picerno, Pignola (olim Vignola), Polla, Potenza, Sala Consilina, Santomenna, San Crispino Picentino, Senise, Tolve, Tramutola, Tricárico, Tursi, Vibonati,

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore (ex Mss. Prov.) :

Bernardinus a Balvano, 1560.
Rufinus a Grottaglie, 1562 ?
Hieronymus ab Eboli, 1566.
Masseus a Lagonegro, 1568.
Bernardus a Bagnaia, 1573.
Eusebius ab Eboli, 1576.
Cyprianus a Montecorvino, 1579, 1584.
Franciscus a Rocca Imperiale, 1582.
Ioan. Chrysost. a Rivello, 1585 ? 1596.
Ludovicus a Giovinazzo, 1586 ?
Gregorius a Napoli, 1588 ?
Stephanus a Camerota, 1590 ? 1599, 1602.
Silvester a Monteleone, 1592, 1605.
Sebastianus a Capizzi, 1593, 1613.
Augustinus a Melfi, 1608, 1611, 1616 ?
Felix a Tolve, 1610, 1618.
Sixtus a Castelgraceno, 1614 ?
Laurentius a Salerno, 1619.
Felix a Marsico, 1623, 1629.
Franciscus a Tricarico, 1626.
Matthaeus a Montepeloso, 1632.
Isidorus a Casella, 1633, 1638.
Iosephus ab Eboli, 1636.
Basilius a S. Severino, 1637.
Andreas a Castronovo, 1640.
Thomas a Ruvo, 1644.
Sixtus a Muro, 1645.
Franciscus a Vietri di Potenza, 1647, 1652.
Fulgentius a Bagnoli, 1649, 1662.
Bernardinus a Pisciotta, 1655.
Ioan. Bapt. a Massa, 1657.
Ioan. Bapt. a Montalbano, 1663.
Cherubinus ab Eboli, 1664.
Ioan. Bapt. a Salerno, 1668, 1675.
Andreas a Castronuovo, 1671.
Franciscus a S. Giov. a Piro, 1673.
Isidorus a Casella, 1678, 1686.
Cherubinus a Castiglione, 1681, 1683, 1699.
Antonius ab Atena Lucana, 1687.
Daniel a Lauria, 1689.
Bernardus a Moliterno, 1692.
Maximus a Muro Lucano, 1695, 1702.
Adeodatus a Muro Lucano, 1703, 1715.
Ioan. Bapt. a Pescopagano, 1706.
Daniel a Melfi, 1709, 1718, 1727.
Leo a San Fele, 1712.
Ludovicus a Polla, 1721, 1734,
Silvester a Tursi, 1724, 1737, 1746.
Ioan. Bapt. a Santomenna, 1729, 1730.
Michaelangelus a Massa, 1733, 1749.
Franc. a Vietri di Pot., 1736, 1743.
Benedictus a Napoli, 1740.
Bonaventura a Muro Lucano, 1752.
Gerardus a Potenza, 1755.
Ludovicus a Lagonegro, 1758.
Ludovicus a Sicignano, 1762.
Philippus a Tolve, 1765.
Silvester a Perdifumo, 1768.
Bernardus a Castelnuovo, 1770.
Antonius a Grottole, 1773.
Iosephus M. a Torchiara, 1776.
Antonius a Sala, 1779.
Benedictus a Salvitelle, 1784.
Didacus a Barletta, 1787.
Silvester a Centula, 1790.
Philippus a Santomenna, 1793.
Ferdinandus a Ferrandina, 1796.
Iosephus a S. Marina, 1797.
Franciscus a Vietri di Pot., 1800.

Angelicus a Ferrandina, 1803, 1810, 1817, 1826.
Ludovicus a Lagonegro, 1807, 1820.
Zacharias a Sicignano, 1823.
Nicolaus a Lagonegro, 1829, 1832.
Iosephus a Pescopagano, 1837.
Antonius a Pomarico, 1840.
Bonaventura a Sapri, 1843.
Ioan. Bapt. a Santomenna, 1846.
Laurentius a Pescopagano, 1849.
Fortunatus a Calitri, 1852.
Bonaventura a Pescopagano, 1855.
Alphonsus a Lagonegro, 1858.
Archangelus a Muro, *Vic. Prov.*, 1861, 1863.
Idem., *Min. Prov.*, 1871.
Michaelangelus a Rionero, 1880.
Dominicus a Moliterno, 1883.
Evangelista a Calitri, 1884, 1887.
Antonius a Novi, 1890, 1894.
Alexander a Massa, 1897.
Nicolaus a Cervinara, 1900, 1903, 1909.
Archangelus a Colliano, 1906, 1915, 1919.
Alexander a Serino, 1912.
Gregorius a Breno (Mediolanen.) 1922.
Alphonsus M. a Calitri, 1926, 1929.
Marianus a Calitri, 1932, 1935.

Commissarii Provinciales :

Franciscus a Castelnuovo, 1938, 1941, 1944.
Antonius a Calitri, 1947.
Angelus a Genova: 1950.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
de quibus fit mentio sub eorum nomine

Episcopi:

Boccardi Zachar. a Sicignano († 1833)
Cocchia Domin. a Cesinale († 1900).
Cocchia Rochus a Cesinale († 1900)
Di Mestria Angelicus a Ferrandina († 1837)
Di Milia Bernardin. a Calitri († 1910)
Di Milia Evangelista a Calitri († 1901)
Gallo (Del) Ludov. a Lagonegro († 1848)
Molinari Nicol. a Lagonegro († 1792)

Scriptores etc.

Bernardinus a Balvano, miss. († c. 1570)
Franciscus a Vietri, script. († 1666)
Robertus ab Eboli, miss. († c. 1570)

Bibliographia

BULLAR. CAP. III, 47-59; X, 726.
BOVERIO, *Annales*, I, 574 (a. 1560 n. 5) II, 441 (a. 1590 n. 4).
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO O. CAP. ed. 1649, Tab. 14; ed. 1712 Tab. 37.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 24, tab. IX.
EMMANUELE, *Cronaca di Puglia*, p. 229 Ind.
MARIANO DA CALITRI, *I Frati Minori Cappuccini nella Lucania e nel Salernitano. Memorie storiche.* Vol. I, (1530-1660), Salerno 1948. — Cfr. *Collectan Franc.* 1950, 147
MEMORIE *di storia contemporanea; Roma ed i Cappuccini di Basilicata e Salerno.* Salerno, 1864.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 57, 282. Status Prov. 28 (1912) p. 250, Docum. Prov. quae asservantur Mediolani. — 54 (1938) p. 200 (Decret. quo Prov. ad Commiss. reducitur). — 55 (1939) p. 236, 299. Relationes de statu conventuum a. 1650. — Quoad alia cf. *Index Gen.* voll. 1-50 (1885-1934) p. 186.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 10, 15.
LUCANIA FRANCESCANA, *Bollettino del Terzo Ordine dei Min. Capp.*, Salerno, 1933 ss.
PICCOLI MIETITORI *i fratini Cappuccini di Lucania* (Periodico), Salerno 1950 ss.

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Programma per gli Studi Ginnasiali dei Frati Min. Cappuccini della Prov. di Basilicata-Salerno. Salerno, 1928.
Regolamento disciplinare per gli Studenti Cappuccini della Prov. Basilicata-Salerno. Salerno, 1929.

Lucantonio B.,
vide *Bernardinus a Monticchio.*

Lucanum, vide *Lugano*

Lucas a Laterza (*Eratuertia*), antiquae Prov. Hydruntinae in Apulia. — Natus circa a. 1554, habitum seraphicum induit sexdecim annos natus, fuitque suae Prov. Minister (1583) et Novitiorum Magister. Post Capitulum Gener. a. 1584, in Galliam mittitur ceu Commissarius ibique pro incremento Ordinis nostri multa egit. Virtutibus atque caelestibus donis clarus obiit Avenione a. 1598.

BOVERIO, *Annales*, II, 601-604.
FLORES SERAPHICI, II, 97-99 cum figura.
EMMANUELE, *Cronaca di Puglia*, p. 169-85.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 328-330.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 241-43.
GODEFROY, *Les Cap. en France*, t. I, fasc. II, p. 225.

Lucas a Molines (Mechelen), cognomine *Genitser*, antiquae Prov. Flandro-Belgicae alumnus. — Iudaico genere ortus parvo in oppido, cui nomen Aye, ac postea christianam fidem amplexatus, inter Capuccinos religiosa vota a. 1615 nuncupavit. Gandavi obiit a. 1652. De rebus religiosis et franciscanis varia opera poetica neerlandice edidit, quae pluries publicis typis sunt tradita.

WADDING, *Scriptores*, p. 160.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 171.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 284.
P. HILDEBRAND, O. CAP. — *P. Lucas van Mechelen.* Turnhout, 1935. (Ex period. « *Ons Geest. Erf* » IX, 1935. — Cfr. *Collectan. Franc.* a. 1938, p. 472 n. 731; *Etudes Franc.* a. 1936, p. 109 n. 58).
P. OPTATUS, *De Spiritualiteit Capuc.* in *de Nederlanden* (Brussel 1948), p. 118-122.
FRANC. LEVEN, 20 (1937) p. 345-60. — 21 (1938) p. 7-19, *De mysticus Lucas v. M. en zijn tijd.* (L. Verschueren) cf. *Collect. Franc.* 1941, p. 578, n. 809.
NEERLANDIA FRANC. II, 1919, p. 304-13, « *Den Boeck der Geestelycke Sangen* » *van P. Lucas v. Mechelen* (P. Hildebrand).

Lucas a Maring, veteris prov. Coloniae in Rhenania concionator, magister novitiorum atque pluries moderator. In Capitulo Gener. a. 1667, definitor electus est. Vitae sanctitate et caelesti doctrina inclaruit. Obiit a. 1672.

BULLAR. CAP. IV, 329.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, V., 59-61.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 156.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf.. Index.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 88 s.
LINDEN RAYM., *Die Regelobservanz in der Rhein. Kap. Prov.* (1936) p. 115-36.

Lucas a Padova, vide *Pasetto L.*, episc.

Lucca (Provincia Ordinis) vide *Lucensis prov.*

Lucca (*Luca*), eiusdem Prov. Lucensis locus princeps qui usque ad a. 1788 ad Prov. Tusciae pertinuit. — An. 1571, Senatus Reipublicae veterem Abbatiam S. Michaëlis Archang. ab urbe procul in loco *Guamo* sitam nobis habitandam concessit. Novum vero domicilium ipsa in urbe postea nobis paratur a. 1610, cum ecclesia Immaculatae Conceptioni dicata; quae quidem domus stetit usque ad eversionem napoleonicam (1812). Conventus actualis fundamenta, in loco vulgo *Monte S. Quirico*, iacta sunt a. 1885 sub tutela Sancti Francisci.

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 24 tab. VII
BULLAR. CAP., II, 454; IX, 341; X, 111.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 638; II, 99, 407.
SQUILLA SERAFICO-MARIANA, (Lucca) 24 (1935) p. 45-47: *I primi Capp. a Lucca.*
FERDINANDO DA MONTIGNOSO, *L'Ordine dei Cappuccini in Lucca.* (1571-1788) Saggio storico. Lucca, 1910.

Monasterium a S. Familia, *monialium Capuccinarum* Ord. S. Clarae, exstat ab a. 1662.

DAVINI MARIO, *Le sepolte vive. I gigli di S. Chiara di Lucca, dal* 1649 *al* 1938, Lucca, 1938.
BULLARIUM CAP., II, 455.
ANALECTA CAP. a. 1934, p. 198.

Lucemburgum, vide *Luxembourg*

Lucensis Provincia in Italia. — Cum Respublica Lucensis decrevisset ut Religiosi in sua ditione exsistentes, omnino Superiori Generali subiecti remanerent, per decretum Ministri Generalis datum d. 10 nov. 1788, duo Conventus civitatis Lucae a Tusciae Prov. seiuncti fuerunt et in *Commissariatum Generalem* constituti. — Post eversionem autem napoleonicam, per decretum Ministri Generalis (11 mart. 1820) tres conventus in locis: Lucca, Villa-Basilica et Massa Carrara sitis *Custodiam Prov.* efformarunt. Demum ab a. 1884, per decr. d. 2 iulii, Custodia ad *Provinciae* gradum erecta est. Huic provinciae concredita est Custodia de *Pernambuco* in Brasilia.

Conventus et Hospitia, qui in hac provincia exstant: Aulla, Barga, Calomini, Camigliano, Forte dei Marmi, Lucca, Massa, Querciolì, Torricchio, Villa Basilica.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore:
Ambrosius a Saltocchio, 1884, 1887.
Ignatius a Lucca, 1890 († 1891).
Eugenius a Lucca, 1893, 1899.
Andreas a Pontemazzori, 1896.
Constantinus a Gualdo, 1902.
Angelus M. a Terrinca, 1905, 1911, 1925.
Natalis a Seravezza, 1908.
Aloisius a Pontremoli, 1914.
Venantius a Gualdo, 1919.
Cechardus a Carrara, 1922, 1928, 1931, 1937, 1940.
Isidorus a Bozzano, 1934, 1949.
Andreas ab Alpe, 1943, 1946.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
de quibus tractatur suo proprio loco

Bernardus a Capannori, script. († 1889)
Damianus a Viareggio, miss. († 1867)
Felix ab Olivola, miss. († 1948)

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP. X, 728.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 24, tab. VII.
RAGIONAMENTO *in occasione della ripristinazione dei Cappuccini del Ducato di Lucca.* Lucca 1818.
NECROLOGIUM *FF. Min. Capuccinorum Prov. Lucensis.* Lucca 1929.
CECCARDO DA CARRARA, *Primo Cinquantenario dell'erezione canonica della Prov. di Lucca dei Minori Cappuccini* (Lettera Pastorale). Lucca 1934.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 75, 283, erectio et status Prov. — 29 (1913) p. 30, Docum. Prov. quae asservantur Mediolani. — 30 (1914) u. 334-36, *De Oratoribus Capucc. in Aula Senatus Reipubl. Luc.* - Cf. etiam *Index Gener.* voll. 1-50 (1885-1934) p. 186.
BOLLETTINO UFFICIALE *dei FF. Min. Cappuccini della Prov. di Lucca.* Lucca, 1937 ss.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 13, 15 (de ortu Prov. Ord.).
SQUILLA SERAFICO-MARIANA, *Periodico mensile del III Ord. Franc.* — Lucca 1912 ss. (Quoad not. hist. Prov. cfr. a. 1934 p. 45-47).

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Regolamento e Programma degli Studi dei PP. Cappuccini della Prov. di Lucca. Lucca 1908.

Lucentum, vide *Alicante*

Lucera di Puglia (*Luceria*), in Fodiensi Provincia. — Ab a. 1569 usque ad suppressionem religiosorum an. 1867, ibi morati sunt fratres nostri apud ecclesiam S. Mariae Constantinopolitanae.

BULLAR. CAP. III, 316.
BERNARDINO, *Memor. Prov. S. Angelo*, p. 53.

Lucerna, vide *Luzern*

Luchi B., vide *Bonaventura a Firenze*

Lucia Ferrari a Reggio Emilia, monialis Capuccina; plurima excitavit monasteria Capuccinarum (*Guastalla, Como, Treviso, Mantova, Venezia, Parma*). Pene octuagenaria et sanctitate spectabilis, obiit Parmae die 8 augusti 1682.

BULLAR. CAP., II, 274 (Not. biogr.).
BOLLETT. FRANC. STOR. BIBL. 4 (1933) p. 129-46
MONDINI GIOV. PIETRO, *Vita della Serva di Dio Suor Lucia Ferrari di Reggio, fondatrice de monasteri delle Cappuccine di Guastalla, Treviso, Mantova, Venezia, Roma e Parma.* — Roma 1709.

Lucianus a Montafon (*Montifontanus*), antiquae Prov. Austriae Anterioris illustris alumnus. — Domo *Marent* in loco Schruns natus, Ordinem ingreditur a. 1652. Concionator egregius atque in disciplinis ecclesiasticis et profanis eruditus evasit. Historiam quoque Ordinis et suae Provinciae, cuius exstitit Definitor et Minister, maxime coluit. Obiit in loco Bregenz an. 1716. — Multa scripta reliquit de re polemica et alia quae perierunt, plura etiam typis mandavit, inter quae memorantur: *Probatica Cisarulana i. e. Vita S. Fidelis a Sigmar.* (Constantiae 1674). *Conciones morales,* voll. 4 (Kempten, 1688-1691). — *Geistliches Kinderspiel* tom. 4 (Konstanz, 1704).

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 411-415.
BERNARDUS, *Scriptores Cap.* p. 171.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 180.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II, 289.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 714.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, II, 533.
ROMUALDUS, *Prov. Anter. Austriae*, 325, 336
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.* I, 575.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL. IX, 1031.
SANKT FIDELIS (Luzern), I, 1909, p. 104, 303

Lucianus a Schruns,
vide *Lucianus a Montafon*

Luciferi Fanum,
vide *Sanlúcar de Barrameda*

Lucignano (*Licinianum*) in Prov. Tusciae. — Huius coenobii exstructio inchoata est a. 1590, annuente S. Laurentio Brundusino, tunc eiusdem Provinciae moderatore. Ecclesia dicata fuit Principi Apostolorum.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 36 tab. VII.
BULLAR. CAP. II, 454.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 435, 444, 523.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 220 ss., 432; II, 428.

Luciliburgum vide *Luxembourg*

Lucknow in Indiis Oriental. — Pius XII, data Constitutione sub die 12 ianuarii a. 1940, novam Dioecesim *Lucknowensem* erigebat adsignans ei territorium dismembratum partim ex dioecesi Allahabadensi partim ex archidioecesi Agraensi. Attamen, belli mundialis causa, huius erectionis promulgatio officialis facta est anno tantum 1945 die 14 octobris. Missio concredita est nostris fratribus Prov. Bononiensis.

In *Lucknow* urbe, quae antea erat inter principes sedes dioeces. Allahabadensis, pulchrum exstat templum S. Iosepho dicatum exstructum a. 1860 et altera ecclesia in honorem SS. Redemptoris a. 1933 aedificata.

SERIES EPISCOPORUM

1940. Poli Angelus a Casola Valsenio, *Administr. Apost.*
1946. De Vito Conradus a Provvidenti.

Bibliographia

CATHOLIC CALENDAR AND DIRECTORY *for the Archdioc. of Agra* (1908), p. 90 s., 169.
FIORI SERAFICI — *Numero unico del 50° della Missione di Allahabad.* (Bologna, Maggio 1940) p. 9-12.
FRANCESCO DA CASTELFRANCO, *Sulle rive del Gange* (Bologna 1940) p. 20-32.
PEREIRA J. B. — *Historical Sketch of the Allahabad Diocese* (1940) p. 77-109.
MISSIONI *dipendenti da Prop. Fide* (1950) 233.
ACTION [Periodicum]. Lucknow, 1947 ss.
ANALECTA CAP. 56 (1940) p. 293-95: *Constitutio Apost. Pii XII* — p. 335, Dioec. *Prov. Bononiensi* concreditur.
THE LUCKNOW DIOCESE — *Bulletin Recording Documents, Acts of the Curia, and the History of the Diocese of Lucknow.* Lucknow, 1947 ss.
IL MASSAIA, an. 1950, p. 243-46, *Ai piedi dell'Himalaya.* (Mons. Corrado De Vito).
LA PROV. DI BOLOGNA — Atti ufficiali, a. 1947, p. 34-37, della nuova Diocesi; an. 1949, p. 32 ss.; an. 1950, p. 12-14, Relazione del vescovo alla S. Congr. di Prop. Fide.
ZELATORE FRANC. (Bologna), a. 1934 p. 77 s., della nuova Chiesa del SS. Redentore a Lucknow.

Luco ne' Marsi (*Lucus Marsorum*) in Prov. Aprutina. — Iuxta parvam ecclesiam S. Sebastiani mart. monasterium pro nostris a. 1592 conditum fuit. Dirutum ob terrae motum a. 1915, iterum a fundamentis exstruitur et ecclesia in honorem eiusdem Sancti martyris consecratur a. 1922.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 12 tab. VIII.
BULLAR. CAP. III, 326.
FILIPPO, *Capp. degli Abruzzi*, p. 21.
ANNALI CAPP. DEGLI ABRUZZI, a. 1941, p. 176.

Luçon (*Luconium*) in Prov. Parisiensi. — Coenobium ab antiqua Prov. Turoniae a. 1619 conditum, a. 1790, lege lata contra claustrales, abrogatum est.

BULLAR. CAP. V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 31.

IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 104.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 336.

Lucus Augusti, vide *Lugo di Romagna*

Lucus Marsorum, vide *Luco ne' Marsi*

Ludenbacum, vide *Laudenbach*

Ludovicus — Circa *Ludovici* nomen, videsis notulam quae apposita est sub voce *Aloisius*.

Ludovicus ab Amsterdam, alumnus prov. Parisiensis; concionator magni nominis et a confessionibus reginae Poloniae; episcopalem dignitatem sibi oblatam recusavit. Obiit a. 1720.

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 499-505.
RITRATTI CAPPUCC. ILLUSTRI, III, 137.
ETUDES FRANCISC. 33 (1932) p. 557-563: *Le P. Louis d'Amsterdam confesseur de la reine de Pologne.* (P. Hildebrand)
FRANC. LEVEN, 15 (1932) p. 137-146; 210-14, *Polen en een paar Amsterdamsche Kapucijnen...* (P. Hildebrand). Cfr. *Collect. Franc.* 1936 p. 453 n. 330).

Ludovicus Franc. ab Argentan, in sua Prov. Normanniae bis Moderator; in aliis vero Provinciis Visitator vel Commissarius Gener. — Natus *Yver* familia a. 1615, Ordinem seraphicum amplexatus est a. 1630 obiitque a. 1680. — Concionator fuit egregius nec non scholasticae et mysticae theologiae diligens perscrutator. Plura opera evulgavit, quae in magna aestimatione semper fuerunt et saepius etiam edita et versa sunt, scilicet: *Conférences théologiques et spirituelles sur les grandeurs de Dieu* (Paris, 1685); *Conférences.... sur les grandeurs de Jésus Christ* (Paris, 1676); *Conférences... sur les grandeurs de la S. Vierge Marie* (Rouen, 1680). - Aliud opus inscriptum *Le Chrétien intérieur* (Rouen, 1660), quod opus in Indice libr. prohibitorum relatum est a. 1689.

BULLAR. CAP., V, 95.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 293-296.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 176.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 48, 85.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 272.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II, 297.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 475 Ind.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, III, 61-65.
CASATI GIOV., *L'Indice dei libri proibiti*, III, 100 (Milano, 1939).
REUSCH, *Der Index*, II, 622.
DICTIONN. THÉOL. CATH. IX, 961-63.
ANALECTA CAP. 41 (1925) p. 247-49: *S. Ioan. Eudes et P. Lud. Franc. Argentonien.*
COLLECTAN. FRANC. 2 (1932) p. 49 s. *De arabica transl.* op. « Consultationes... de excell. J. C. » — 11 (1941) p. 583 n. 830, not. biogr.
ETUDES FRANC. 49 (1937) p. 675-95. *L'oeuvre du P. Louis d'Arg.* (H. Lefèvre); — 50 (1938) p. 194 ss. *La Doctrine du P. L. d'Arg.* (Id.); — 51 (1939) p. 113, 243: *La dévotion au Verbe Incarné dans les Ecrits du P. L. d'Arg.* (P. Lefèvre).

Ludovicus a Besse, Prov. Parisiensis illustris filius. — Anno 1831 natus e familia *Chaix*, a. 1851 religiosum habitum induit et die 8 octobr. a. 1910 obiit. Praeclaram sibi laudem comparavit qua orator et qua mysticae theologiae ac franciscanae spiritualitatis cultor eximius. Strenuus insuper apostolum se ostendit *classis operariae*, cuius in favorem verbo et scriptis certavit necnon varias erexit *institutiones sociales* in pauperum commodum inter quas praesertim adnumerantur mensae nummariae populares (vulgo *Banques populaires*), quae late per Galliam statim propagatae sunt. Multa scripsit et edidit opuscula de sociali opificum quaestione et consociationibus a se constitutis sive vindicandis sive promovendis. — Periodico etiam commentario, *Etudes franciscaines* inscripto, auctoritate sua multum profuit ut in lucem ederetur. Quod vero spectat ad libros asceticos ab eo publice traditos, hos tantum recensere iuvat, scilicet: *Eclaircissement sur les Oeuvres mystiques de S. Jean de la Croix* (Paris, 1893) *La science du « Pater »* (Rome, 1904) — *La science de la Prière* (Ib. 1903). — *Marie révelée à ses enfants* (Ib. 1906) — *Le B. Bernardin de Feltre et son oeuvre.* Voll. 2 (Tours, 1902).

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 47.
HURTER, *Nomenclator*, V, 2084.
HILAIRE DE BARENTON, *Le P. Ludovic de Besse.* I Partie: *Le Religieux, l'Orateur, l'Apôtre de la mystique.* Paris, 1913 (cf. *Revue d'Hist. Ecclés.* t. 17, p. 439 s.).
Idem — *Le P. Lud. de Besse* (II Partie), *L'Apôtre et l'initiateur des oeuvres sociales en France.* Paris, 1935. (Cfr. recen. ap. COLLECTAN. FRANC. a. 1936, p. 620)
LÉON DE NANTES, *Noces d'Or du P. Lud. de Besse.* Paris 1901.
REMIGI DE PAPIOL — *El P. Ludovic de B., mistic i restaurador de la Mistica.* Barcelona 1936, (ex period. ESTUDIS FRANC. 48, 1936, p. 35, 141). Cfr. *Collectan. Franc.* 1941 p. 595 n. 960.
ANALECTA CAP. 26 (1910) p. 372, necrol.
ECO S. FRANC. a. 1888, p. 741 s. *P. Ludov. da B. giudicato dall'ebreo Luzzatti.*
ESTUDIS FRANC. (1936) v. supra *Remigi de P.*
ETUDES FRANC. 40 (1928) p. 92 s. De oper. spirit. P. Ludov. a B.

Ludovicus a Bouvignes (Boviniacensis), provinciae Gallo-Belgicae concionator et pluries moderator († 1701). — Edidit, inter alia, *Miroir de l'âme religieuse.* — *Miroir de l'âme chrétienne.* — *Catéchisme des adultes.* — *Sermons;* quae omnia prodierunt Namurci ab an. 1673 ad an. 1700.

BULLAR. CAP., IV, 103.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 173.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II, 291.

HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, III, 131; IV, 243.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL. IX, 949.

Ludovicus a Caspe (etiam a Zaragoza seu *Caesaraugustanus* vocatus), Prov. Aragoniae Minister et Ordinis Definitor (1637). Natus a. 1582, religiosam professionem emisit a. 1600 obiitque a. 1647. Opus vulgavit cui titulus: *Cursus theologicus, secundum ordinem Divi Thomae*. T. 2 (Lugduni, 1641 et iterum a. 1666). In defensionem autem *Annalium* P. Zachariae Boverii *Apologiam* edidit Caesaraugustae, 1645.

ILDEFONSO, *La Orden Cap. en Aragón*, 375-78
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 173.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 185.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II, 292, 293.
HURTER, *Nomenclator*, III, 923.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 137.
FRANCISCALIA (Barcelona 1928) p. 222.
COLLECTAN. FRANC. 5 (1935) p. 409.

Ludovicus a Deggendorf, alumnus prov. Bavaricae. — Ortus familia *Sedelmair* a. 1628, Ordinem ingressus a. 1645, obiit Monachii die 21 aug. 1686. — Per viginti annos confessiones excipiebat Maximiliani I, ducis Bavarici. Anno 1674 instituit Monachii sodalitatem cuius erat scopus recolere dolores Christi in horto olivarum. Insuper auctor fuit confraternitatis perpetuae adorationis SS.mi Sacramenti, quae instaurata Monachii a. 1674 et a S. Sede approbata, mox per totam Bavariam propagatur et sodalium numerus, paucis transactis annis ad 100.000 pertingit.

PELLEGRINO, *Annali Capp.*, III, 204.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, II, 186, 206.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 227 ss.
CHRONICA BAVARICAE PROV., p. 416.

Ludovicus a Dôle, antiquae Prov. Burgundiae concionator, Minister necnon Theologiae ac Philosophiae magister. — Domo *Bereur* ortus, sexdecim annos natus in sacrum claustrum intravit et vita cessit a. 1636. — De humana libertate opinionem singularem expressit in opere cui titulus: *Disputatio quadripartita de modo coniunctionis concursuum Dei et creaturae ad actus liberos ordinis naturalis*. (Lugduni, 1634).

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 173.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 186.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II, 295.
HURTER, *Nomenclator*, III, 641.
MOREY, *Les Cap. en Franche-Comté*, p. 143.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL. IX, 951.

Ludovicus a Dresden,
vide *Ludovicus de Saxonia*.

Ludovicus a Firenze, Prov. Tusciae. — Patritia *Filicaia* progenie ortus, floruit medio saeculo XVI. Egregius poëta, vitam Iesu Christi et S. Francisci Assisien. atque Acta Apostolorum versibus retexuit ac evulgavit. En eorum tituli: *La vita del nostro Salvatore Jesu Christo, tradotta in verso.* (Venetia, 1548). — *Gli Atti degli Apostoli... in terza rima ; la vita anchora de Dodici Apostoli in quarta rima* (Ibid. 1549). — *Leggenda, overo vita del dispregiator del mondo Christifero S. Francesco, composte in ottave rime.* (Ibid. 1549), quae *Leggenda*, compendiose tamen atque notis illustrata, iterum vulgatur in periodico cui titulus: *L'Italia Francescana*, vol. 13 (1938) p. 161 ss.

SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 188.
INGHIRAMI FR., *Storia della Toscana* (tomi XII-XIV): *Biografia*, vol. II, p. 45.
NEGRI G., *Scrittori Fiorentini* (1722) p. 363.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 126.
BIOGRAFIA UNIV. (Venez. 1823) t. 20, p. 400.
ITALIA FRANC. 13 (1938) p. 161 ss.

Ludovicus Flandrensis, etiam a *Murcia* dictus; in Prov. Valentina Minister et Qualificator S. Officii Inquisitionis. Domo *Gonzáles* ortus, habitum religiosum induit a. 1698, obiit a. 1746. Scripsit erudite, praesertim de doctrina Lulliana. Inter alia opera ab eo publice edita haec memorantur: *Tratado y sumario del cahos Luliano*. Malorca 1740. — *Tratado del sistema theológico Luliano con esposición de las figuras y elementos para leer seguramente las obras del B. Raimundo Lullo* Ibid. 1741. — *El Antiguo académico contra el moderno escéptico, rigido y moderado* voll. 3 Madrid 1743-1745.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 174.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 48.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II, 296.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 1026 (Ludov. a Murcia); 1348 (Lud. Flandrensis).
EUGENIO, *Necrol. Prov.* d. 13 apr.
ESTUDIS FRANC. 47 (1935) p. 16-19.

Ludovicus a Fossombrone in Piceno. — Nobili comitum *Tenaglia* genere ortus, abiecta saeculi militia, seraphicum Ordinem inter Observantes ingreditur. Sacerdos iam effectus, una cum Raphaël germano fratre, an. 1526 Matthaeum a Bascio sequi deliberavit, qui, amore claustralis instaurationis captus, solitariam vivendi normam sibi praestituerat. Multas pertulit persecutiones P. Ludovicus a suis confratribus motas antequam S. Pontifex Clemens VII per Breve « Religionis zelus » d. 3 iulii a. 1528 novum Capuccinorum institutum adprobaret. In Capitulo Albacinae a se insequenti anno 1529 coacto, primus Definitor eligitur; paulo post vero, cum P. Matthaeus a Bascio se ab officio Vicarii Gen. abdicasset, Commissarii generalis munus ipse suscepit.

Anno 1530 primas *Constitutiones* promulgavit, plurimas religiosas domus aedificavit atque multa alia egit ad novam congregationem seu familiam statuendam. Attamen eius agendi ratio haud quaquam aliorum communibus consiliis et sententiis frequenter congruebat; quamobrem per Capitulum Albacinae an. 1535 munere depulsus est. Relicta tandem nostra Congregatione errabunde ac so-

litarie vixit; eius vero memoria penitus in oblivionem subinde venit. Ferunt aliqui an. circiter 1570 illum e vivis cessisse. De huiusce viro, caeteroquin frugi et bene merito, alii alia opinantur scriptores.

BULLAR. CAP., I, 21-22.
BOVERIO, *Annales*, I, cfr. Index rerum.
MONUM. HIST. O. CAP., cf. Ind. voll. I-VI.
EDUARDUS, *De primordiis O. Cap.* p. 19 ss.
Idem, *Tribulationes O. Cap.* p. VIII.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 28-31.
CUTHBERT, *The Capuchins* (versio italica et germanica) cfr. *Index*.
MELCHIOR, *Historia Cap.*, I, 24-30, cf. Ind.
THEOPHIL GRAF O. CAP., *Zur Entstehung des Kapuzinerord.* (1940). Cfr. Index p. 116.
VERNARECCI A., *Fossombrone*, II (1914) 617-38.
PASTOR, *Storia d. Papi*, V, 346 ss.
CANUTI FR., *La tragedia di un'anima. Fr. Ludovico da Fossombrone e gli inizi dei Min. Cappuccini*, Fano 1929. (Cfr. *Collectan. Franc.* 1932, p. 429 n. 50. — *Italia Franc.* 1930, p. 279-81).
IDEM, *Docum. sulla fine di Lud. da F.*, in « L'Osservatore Romano » 26-V-1946, p. 3.
LONDEI GIUS., *Rivolta serafica. Fra Matteo da Bascio. Fra Lodovico Tenaglia, Fra Raffaele Tenaglia.* Fossombrone [1930]. Cfr. *Italia Franc.* 1931, p. 334-36.
ANALECTA CAP. 25 (1909) p. 249-52: *De commoratione Ludov. et Raph. a Forosempronii apud Eremitas Camaldulenses.*
ETUDES FRANC. t. 38 (1926) p. 245-69, 594-618: *Ce que les Capucins doivent au B. Mathieu de Bascio et au P. Ludov. de Foss.* (Domin. de Caylus).
ITALIA FRANC. 18 (1943) p. 11-18, *Incontro al P. Lodov. da Fossombrone.* (Fulgenzio da Lapedona).
ROUND TABLE, VII (reimpr. 1949), p. 60-75

Ludovicus a Frascati, vide *Micara L.*, card.

Ludovicus a Giovinazzo, domo *Morola*, Apuliae et Basilicatae Provinciarum moderator. — Neapoli lauream Iurisprudentiae consecutus est. Concionator fuit eximius et totam fere Italiam peragravit. Sanctitate clarus, obiit a. 1587, vel paulo ante.

BOVERIO, *Annales*, II, 342-346.
FLORES SERAPHICI, II, 46-51 cum figura.
BULLAR. CAP., III, 106.
PALOCCI, *Frutti Serafici*, p. 254-57.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 85.
EMMANUELE, *Cronaca di Puglia* (cfr. Ind.).
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 587 ss.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 227-33, 283.

Ludovicus a Kitnów, domo *Zalewski*. Veteris prov. Poloniae Definitor, Magister novitiorum atque Moderator (1775-78) vere benemeritus. Concionator exstitit valde aestimatus, et peculiarem consuetudinem habuit cum clero saeculari et cum Religiosis e Societate Iesu. Obiit a. 1806, aetatis suae 81.

COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) p. 375-77, 381.

Ludovicus a Lagonegro, vide *Gallo L.*

Ludovicus a Lavagna, vide *Aloisius a Lavagna*

Ludovicus a Livorno, Prov. Tusciae Concionator. — Natus a. 1773, Ordini nostro adlectus est a. 1794. In Brasiliensem Missionem pervenit a. 1816, et in regione *Bahiae* per 33 annos vitam duxit inter rudiores sylvicolas tamquam pater et rex, eos instituens non religione solum, sed et artibus civilibusque moribus. Praefectus Apostol. Missionis Bahiae cum esset, obiit a. 1849.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 223, 328, 337.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 255.
MODESTO, *Miss. Cap. no Brasil*, p. 89-94.
SERAPHIC CHRONICLE (Yonkers), an. 1936, p. 109, 139, 172. (Biogr. a *P. Ioan. Lenhart* conscripta). Cfr. *Collectan. Franc.* 1941, p. 638 n. 4.

Ludovicus a Luzern, (*Vonwil*), prov. Helveticae concionator, lector et gubernator († 1663). — Edidit *Coronam Lauretanam*, a. 1656 compositam.

BULLAR. CAP., IV, 28.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 581.
CHRONICA PROV. HELVET. p. 313-17 (cfr. Ind.)
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 175.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 48.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II, 299.
COLLECTAN. HELVET. FRANC. 2 (1937-42), p. 315-24, *Zur Entlastung u. Ehrenrettung des P. Lud.* (P. Siegfried); 5 (1945) p. 3-10, *Nochmals zur Ehrenrettung des P. Ludwig aus Luzern.* (Adalbert v. Stans).

Ludovicus a Mazzarino, in sua Syracusana provincia magister novitiorum, lector et definitor. — Domo *Napoli* ortus a. 1708, Ordinem ingreditur quintodecimo aetatis anno. Praedicationis verbi Dei totus incumbens, missionarii munus in Provincia exercuit, et cultum erga B. Mariam Virginem enixe promovit. Virtute et signis clarus sancte obiit in patrio coenobio d. 23 apr. 1764. — *Processus* pro eius beatificatione coepti sunt a. 1891.

SAMUELE, *Memor. Prov. Siracusa* p. 315-23.
PIO LA SCALA DA MAZZARINO, *Il Servo di Dio P. Ludov. da Mazz.*, Ragusa, 1921 et Caltanissetta, 1935.
ANALECTA CAP. 61 (1945) p. 62 (Status Causae beatific.).

Ludovicus de Morney, vide *Morney* (*L. de*), episc.

Ludovicus a Murcia, vide *Ludovicus Flandrensis*

Ludovicus a Norcia, nobili familia *Verucci*, Prov. Umbriae, obiit in patrio monasterio a. 1616, aetatis suae 78. Laudatur tamquam poëta non infimae notae; cura Franc. Cirocchi, poëma vulgavit cui titulus: *L'Eremita Antonio*

(Foligno, 1614). Postuma vero sunt poemata: *Il Natale di N. S.* (Foligno, 1627) et *Rime sacre* (Ibid. 1637).

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 176.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 197.
IACOBILLI, *Bibliotheca Umbriae*, p. 187.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 48.
FRANC. DA VIC., *Scrittori Prov. Seraf.* p. 75-79.

Ludovicus a Pietradefusi, in sua Prov. Neapolitana Lector, Concionator et Minister prov. — Domo *Acernese* a. 1835 natus, vivere desinit d. 16 febr. 1916. In loco patrio peculiare Institutum Sororum Tertii Ordinis aperuit an. 1881, quae vulgo *Immacolatiste Dottrinarie* nuncupatae sunt. Praeter alia, publicis typis mandavit: *Prose e poesie* (Napoli 1885) et *Corso elementare di Logica tomistica* (Benevento, 1880).

APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Neapolit.* p. 121-24.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 48.
IN MEMORIA *del P. Lodov. da Pietradefusi, Ex Prov. Capp.*, Benevento 1917.
ANALECTA CAP. 33 (1917) p. 74, necrol.

Ludovicus Pipre,
vide *Bonaventura a La Bassée.*

Ludovicus de Poix, Prov. Parisiensis alumnus († 1782), linguarum orientalium peritus et studiorum biblicorum egregius exstitit fautor.
Vide: *Academia Clementina*

Ludovicus Anton. a Porrentruy, Prov. Lugdunensis. — Gente *Folletête* natus est a. 1835 et Ordinem nostrum iam sacerdos ingreditur an. 1863. Occasione belli, quod an. 1870 inter Gallos et Germanos saeviebat, multa aspera tulit. Suae Provinciae fuit Moderator (1891-96), in Capitulo vero Generali a. 1896 Definitor eligebatur. Obiit in Urbe d. 28 mart. 1912. Franciscalis artis cultor fuit eximius. Illo auctore, Plon edidit Parisiis (1884) magnum pulchrumque opus: *Saint François d'Assise.* Museum quoque franciscanum Massiliae constituit, quod postea Romam apud Curiam Generalitiam, deinde vero Assisium translatum est (vide *Museum franciscanum*).
Edidit *Saint Pascal Baylon* (1899). — *La S. Casa. Nazareth et Lorette* (1907), de qua re nonnulla alia vulgavit. — *Correspondance de Mgr. de Belsunce* (1911). — *Le Véner. P. Marc d'Aviano* (1921).

THÉOTIME, *Les Cap. de Lyon*, p. 218, 220.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 85.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 307.
[LÉON DE LYON] — *Un noble figure franciscaine. P. Louis-Antoine de Porrentruy.* Marseille, 1912.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 180: Defin. Gen. 28 (1912) p. 251: Necrol.
ESTUDIOS FRANC. 9 (1912) p. 206-208.
PETIT MESSAGER ST. FR. (Lyon) 1912 p. 161, 206, 245.

Ludovicus a Reggio in Calabria. Comitali familia ortus a. 1466, adolescens 17 annorum Seraphicum Ordinem ingreditur, quem, pietate ac doctrina clarus, sacris praedicationibus illustravit. Dum igitur in eo esset ut in Calabria collabentem sui Ordinis disciplinam instaurandam cogitaret, accidit ut exordientis Capuccinorum congregationis fama eius ad aures perferetur. Quare illud institutum an. 1532 amplexatus est idemque omni studio illis in regionibus propagavit. Sancte obiit in oppido vulgo Motta Filocastro an. 1537.

WADDING, *Annales*, ad a. 1537 n. XII.
MONUM. HIST. O. CAP. I, 542; III, 200-13, 348, 443; V, cfr. Index.
BOVERIO, *Annales*, I, (Ind. rerum in fine vol.)
FLORES SERAPHICI, I, 78-85 cum figura.
LEGGENDARIO CAP. IV, 386-398.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 186.
BESCHIN, *Martyrol. Franc.*, (28 apr.).
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 5-7.
EDUARDUS, *De primordiis*, (cfr. Ind. p. 128).
IDEM, *Tribulationes Cap.* (cfr. Ind. p. VII.
FIORE, *Calabria illustrata*, II, 83-85.
FORTUNATO, *Memorie di Reggio*, p. 55-58.
FRANC. DA VIC., *Scrittori Calabresi*, p. 96.
ANALECTA CAP. 30 (1914) p. 307-14, *Litterae P. Ludov. ad P. Bernardinum Astensem.*

Ludovicus a Rosenheim (in Bavaria). — In Bohemiam transmigratus, ibi a. 1614 habitum nostrum suscepit. Fuit strenuus oppugnator haereseos lutheranae. Prov. Bohemo-Austriacae exstitit instaurator eamque pluries gubernavit. Ad munus etiam Definitoris Gen. bis eligitur (1643 et 1650). — Obiit Viennae in Austria a. 1657.

BULLAR. CAP., IV, 234.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 502-504.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 143, 146.

Ludovicus a Saint-Etienne, (*Chauvin*), prov. Parisiensis moderator. Anno 1862 operam suam praestitit in fundatione Congregationis Sororum Tertii Ord. Regul., vulgo: *Petites Soeurs de St. François, gardes-malades à Angers.* — Ad missionem Lahorensem in Indiis Orient. perrexit a. 1889, ibique anno sequenti moritur.

BETIN CH., *Histoire des Petites Soeurs de St. François* (Angers 1923).
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 319; 7 (1891) p. 62
ANNALES FRANC. (Paris) 11 (1878-80) p. 468-470.

Ludovicus de Saxonia, Prov. Helveticae alumnus. — Nobili *Einsidl* familia, protestanti sectae addicta, natus est Dresdae. Postquam iuris civilis prudentiae Bononiae operam dederat, Romam venit; ibique, eiurata haeresi, ad catholicae fidei veritatem inductus est. Postea Capuccinorum habitu a. 1583 indutus religiosa vota nuncupavit. In Helvetiam missus celeber evasit praedicator strenuusque vir pugnax adversus protestantium pravas opiniones. Multas aperuit domus pro tertiariis so-

roribus religiosis. Fuit etiam egregius novitiorum magister. Sancte obiit Augsburgi a. 1608.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 108, 340, 349.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 405-08.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.* I, 715.
CHRONICA PROV. HELV. p. 50-54, 787.
SCHWEIZER, KAPUZ. FESTSCHRIFT, p. 414.
ILG, *Geist. d. Hl. Franz.* II, 1-27.
COLLECTAN. HELVET. FRANC., IV, 1944, 1-5 Heft, *Die Sendschreiben des P. Ludwig von Sachsen* (von P. Beda Mayer).
ECO S. FRANC. an. 1899, p. 43-55, 71-75.
ZEITSCHR. SCHWEIZER. KIRCHENGESCH., *Revue Hist. Eccl. Suisse*, X, 1916, p. 241-74: *P. Lud. v. Sachsen. Ein Beitrag zur Gegenreform. in d. Schweiz.* (A. Scheiwiler)
Cfr. *Archiv. Franc. Hist.* a. 1922, p. 580.

Ludovicus a Seurre (*Legrand*), alumnus prov. Lugdunensis. — In astronomia optime versatus, anno 1732 duos *Globos* construxit magnae dimensionis, *caelestem* scilicet et *terrestrem*, quorum prior in Bibliotheca civitatis *Châlon*, alter vero in Biblioth. civitatis *Dijon* servantur.

REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 29.

Ludovicus a Torino, vide *Therin-Bonesio L.*, episc.

Ludovicus a Zaragoza, vide *Ludovicus a Caspe*

Ludovisi Ludovicus. Bononiensis, cardinalis titulo S. Maria in Transpontina et archiep. Bononiensis. *Protector* nostri Ordinis die 13 iunii 1623 nominatus est. Obiit d. 18 novem. 1632.

BULLAR. CAP. I, 70.
PASTOR, *Storia d. Papi*, XIII, 99-100.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 365.

Ludovisiana Missio in America septentr. — Vasta illa regio (vulgo *Louisiana*), quae ab anno 1803 ad Status Foederatos Americae pertinet, olim colonia gallica indeque (1763) hispanica fuit. Primus capuccinus missionarius in hac regione fuit P. Ludovicus Franciscus Duplessis de *Mornay*, prov. Parisiensis. — Anno 1722, colonia in tres districtus dispertita fuit: pars quae extendebatur ab ore fluminis Missisipi usque ad flumen Ohio et ultra versus occidentem, Capuccinis Gallis ac Belgicis concredita est, sede principali *New Orleans* constituta; pars septentrionalis fluminis Ohio Societati Jesu, sede principali in agro *Illinois;* pars versus orientem a flumine Mississipi usque ad mare sub regimine Carmelitarum posita est, sede principali *Mobile*. Carmelitis vero mense decembri eiusdem anni ad patriam reversis et Societate Jesu suppressa anno 1773, ingens regio uni Capuccinorum curae delata est. Inter illos adnumerantur: PP. Raphael, Petrus aliique de Luxembourg, Irenaeus a Bertrix, Prosperus ab Arlon.

Praecipuae paroeciae ab ipsis fundatae vel saltem excultae sunt quae sequuntur: New Orleans, Natchez, Balize, Mobile, Les Allemands, Pointe Coupée, Les Apalaches, et inter Indicos, Tonicas, Natchitoches, Chapitoulas Alibamos, Bayagoulas. — Gubernio mutato (1763), Capuccini Galli paulatim locum dederunt confratribus Hispanis

Inter primos Capuccinos Hispanos in Ludovisiana regione fuerunt PP. Antonius a Mesones, Clemens a Saldaña, Bernardus Limpach; posteriores claruerunt PP. Ioachimus a Portillo, Raymundus a Bilac, Cyrillus *Sieni* a Barcelona, qui an. 1781 factus est superior ecclesiasticus Ludovisianae.

Ab anno 1722 ad an. 1829 circa 50 fratres Capuccini in regione Ludovisiana inservierunt. Unus e ultimis missionariis fuit praeclarus Pater Antonius e Sedella († 1829).

Anno 1788, translato agro Illinois sub iurisdictionem Praefecti Apostolici Baltimorensis, Capuccini has partes dereliquerunt et demum civilium perturbationum causa, integram missionem deseruerunt.

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., VII, 328 ss.
STREIT, *Bibl. Missionum*, III, 2, 477, 892.
ANTONIO DE CASTILLO, *La Luisiana española y el P. Ant. de Sedella.* S. Juan P. R., 1929.
CLAUDE VOGEL, O. CAP., *The Capuchins in French Louisiana* (1722-1766) New York, 1928. Cfr. ARCHIVO IBERO-AMER.. an. 1928 p. 398; REVUE D'HIST. FRANCISC., an. 1929 p. 397; REVUE D'HIST. ECCLÉS., an. 1929, p. 342.
IDEM, *The Capuchins of Lower Louisiana*, in FRANC. EDUC. CONFER., XVIII (1936) pag. 198-233.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 377, 379-81
ANALECTA CAP. 41 (1925) p. 127-129: *Missionarii nostri in Ludovisiana.*
ETENDARD FRANCISC. (Anvers), 30 (1928-29) p. 264-67: *Anciens Capucins Wallons et Luxembourgeois missionnaires en Louisiane au* XVII-XVIII *siècle* (P. Hildebrand).
ETUDES FRANCISC. 5 (1901) p. 357-366: *Ordonnance de la Compagnie Royale des Indes relative à l'établissement des Capucins en Louisiane* (Fr. Alexis).
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 5 (1929) 129-136: *Die Kapuziner in Französisch-Louisiana*, 1722-1766 (P. Hieron. Graf).
Vide alia sub v. *Status Foed. Americae*

Luerum, vide *Lóvere*

Lugano (*Lucanum, Junianum*) in Commissariatu Ticinensi. — In silvestri colli extra urbem (*Sorengo* nuncupato) an. 1565 Conventus seu eremus constructus est apud ecclesiam S. Mariae, ibique per 80 annos Fratres nostri habitarunt. Postea, anno scilicet 1646, novum coenobium conditum est cum ecclesia SS. Trinitati dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 43 tab. XVI.

BULLAR. CAP. II, 330, 445; IX, 191, 314, 377; X, 218.
CHRONICA PROV. HELVET. p. 108, 576.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 111.
S. FRANC. *nella Svizzera ital.* p. 122-37.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, p. 316-22.

— Monasterium S. Ioseph, *Sororum Capuccinarum* III Ord. Regul., exstructum est an. 1747.

S. FRANC. *nella Svizzera ital.*, p. 258-62; HARTMANN J., *Die Kathol. Orden u. Kongreg. der Schweiz* (1939?) p. 354.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 187.

Lugdunensis Provincia in Gallia. — Haec Provincia, S. Bonaventurae titulo honestata, constituta est a. 1578 quinque eidem coenobiis attributis scilicet: Lyon, Avignon, Chambéry, Roanne, Marseille. Decem post annos (1587) cum aliae maiore numero exstructiones accessissent, Provincia bifariam distrahitur novaque constituitur Provincia *S. Ludovici* nomine decorata. Deinceps, aliis quoque detractis domibus, an. 1611 *Sabauda* Provincia constituitur; tandem per novam totius regionis circumscriptionem, quarta instauratur Provincia a. 1618, quae *Burgundiae* Provincia appellatur. An. 1754 Prov. Lugdun. numerabat Conv. 53 et Religiosos 779. Post generalem conventuum abrogationem a. 1789 ss. illatam, Lugdunensis Provincia tantum a. 1870 apte restitui potuit, cum *Galliae* Provincia, quae unice tunc exstabat, publico decreto diei 27 ianuarii trifariam divisa est.

Index Conventuum et Hospit., qui in territorio hodiernae Prov. Lugdunen.

a) *nunc exstant*: Besançon, Clermont-Ferrand, Crest, Grâne (Val Brian), Lyon, Marseille, Menton, Nice, Saint-Etienne.

Anno 1939 huic provinciae aggregati sunt conventus insulae *Corsicae*, nempe: Bastia, Túani.

b) *sunt derelicti*: Aigues-Mortes, Aix, Alais, Ancerville, Apt, Arbois, Arles, Arnay-le-Duc, Auriol, Autun, Auxonne, Avignon, Barjac, Baume-les-Dames, Beaucaire, Beaune, Bellegarde (olim Seurre), Billom, Blumont, Bourbon-l'Archambault, Bourbon-Lancy, Bourbonne-les-Bains, Brignoles, Brioude, Bulgnéville, Cannes, Carpentras, Cavaillon, Châlon-sur-Saône, Champlitte, Charlieu, Château-Chinon, Châtillon-sur-Seine, Corbigny (St. Léonard), Crémeux, Cusset, Dijon, Dôle, Draguignan, Embrun, Faucogney, Florac, Fontenoy, Gannat, Gap, Grasse, Gray Gy, Jonquières-Martigues, Issoire, Is-sur-Tille, Jussey, La Ciotat, Langeac, Langogne, La Seyne, Le Puy-en-Velay, L'Ile de Martigues, L'Isle, Lons-le-Saunier, Lorgues, Lure, Luxeuil, Mâcon, Manosque, Marvéjols, Marville (S. Jean de), Mende, Monistrol, Montaigu-en-Combraille, Montbrison, Montélimar, Montfavet, Montluçon, Moulins, Nîmes, Nuits, Orange, Orgelet, Pertuis, Pesmes, Poligny, Pontarlier, Pont-Saint-Esprit, Riez, Riom, Roanne, Romans, Saint-Amour, Saint-Bonnet-le-Château, Saint-Chamond, Saint Claude, Saint-Maximin, Saint-Mihiel, Saint-Tropez, Salins, Salon, Saulieu, Semur-en-Auxois, Sisteron, Solliers, Tarare, Tarascon, Thaucourt, Triers, Toulon, Tournon, Uzès, Valence, Valréas, Varangeville (St. Nicolas), Vesoul, Vichy, Villefranche, Villeneuve de Berg, Vuillafans.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (Cfr. Schematismus Prov. Lugdun. a. 1895, p. 5-45, 143-146).

a) usque ad gallicam eversionem.

Hieronymus a Milano, 1580.
Thomas a Torino, 1584.
Abundus a Como, 1588, 1594.
Angelus ab Avignon, 1591, 1597, 1606.
Theodosius a Bergamo, 1592.
Antonius a Tournon, 1600.
Natalis *Pupetières*, 1603, 1609, 1615.
Petrus a Quingey, 1612.
Archangelus a Lyon, 1617, 1625.
Michaëlangelus a Remiremont, 1620.
Archangelus a Tilieto (Tillet?), 1624.
Hierotheus a Dijon, 1628.
Melchior a Vienne, 1630, 1636, 1648.
Andreas a Thizy, 1633, 1639, 1645.
Ioan. Ant. a Grenoble, 1642.
Emericus a Mâcon, 1650.
Honoratus a Riom, 1653.
Alexander a Lyon, 1656, 1661.
Ioan. Franc. a Riom, 1659, 1664, 1670.
Ignatius a Baujeu, 1667, 1682.
Nicolaus a Dijon, 1673, 1679, 1688.
Archangelus a Bourbon-Lancy, 1676, 1685.
Emmanuel a Laiz, 1691, 1697, 1703.
Archangelus a Lyon, 1694.
Hieronymus a Bourg-en-Bresse, 1706, 1713.
Eduardus a Mâcon, 1710, 1716.
Chrysostomus a Monistrol, 1719, 1726.
Symphorianus a Coubladour, 1723.
Felix a Châlon-sur-Saôn, 1729.
Ioan. Bapt. a Grenoble, 1732.
Germanus a St.-Etienne, 1735.
Bruno a Lyon, 1738.
Philibertus ab Ecurolles, 1741.
Anselmus a Roanne, 1744.
Franciscus a Minot, 1747.
Hieron. a St. Amand-du-Cher, 1750.
Alexander ab Issoire, 1753.
Ludov. M. a Puy-en-Velay, 1756.
Basilius a Lyon, 1759.
Iacobus a Villeneuve-de-Berg, 1761, 1770.
Chrysostomus a St. Paulien, 1764.
Iosephus M. a Moncenisio, 1767.
Leo ab Issoire, 1773.
Bruno a Lyon, 1776, 1782.
Ioan. Bapt. ab Auxonne, 1779.
Hieronymus a Gannat, 1785.
Ludov. M. a Châlon-sur-Saône, 1788.

b) A restauratione Prov. Lugdunen. post gallicam perturbationem.

Bruno a Vinay, 1870, 1879.
Leontius a Draguignan, 1873.
Constantius a Rians, 1885.
Ludov. Anton. a Porrentruy, 1891.

Albinus a Vions, 1897.
Alphonsus a Molains, 1900.
Desideratus a Planches-en-Montagne, 1907.
Eusebius a Bar-le-Duc, 1910.
Ernestus a Saint-Etienne, 1919, 1928, 1931, 1942.
Simon a Chaumont, 1925, 1934.
Philibertus a Saint-Didier, 1937, 1945, 1948.

Religiosi huius Provinciae
de quibus tractatur sub eorum nomine

Servi Dei martyres (1790):
Benedictus a Beaucaire, Caelestinus a Nimes
Fidelis ab Annecy et Simeon Senilhac.
Gregorius a Saint-Loup († 1796)
Hieronymus a Condrieu († 1629)

Episcopi:
Charbonnel Armandus († 1891)
Lasserre Aloisius Gonzaga († 1903)
Mouard Symphorianus († 1890)
Sabadel Pius a Langogne († 1914)

Scriptores, missionarii etc.
Agathangelus a Lons-le-Saunier († 1836)
Aloisius Gonz. a Birtouta, miss. († 1937)
Andeolus a Lodève, scr. († 1653)
Andreas a Grazac, script. († 17..)
Archangelus a Lyon, scr. († 1822)
Bonaventura a Langres, scr. († 16..)
Bruno a Vinay, Proc. Gen. († 1898)
Chrysologus a Gy, astron. († 1808)
Cyprianus a Sampont, laic. miss. († 1935)
Damianus a Lyon, miss. medic. († 1747)
Dorotheus ab Alençon, mart. († 1792)
Eliseus a Soye, mart. († 1794)
Emericus ab Arc-les-Gray, m. († 1794)
Gratianus a Montfort, scrip. († 1650)
Henricus a Grèzes scr. († 1897)
Hilarius a Paris, script. († 1904)
Iacobus ab Autun, script. († 1678)
Ioan. Chrysost. a Barjac († 1819)
Ioan. Ludov. a Lyon, mart. († 1794)
Ioan. Chrys. a St.-Etienne, miss. († 1931)
Iosephus a Besançon († 1790)
Leander a Dijon, conc. († 1667)
Ludov. Ant. a Porrentruy († 1912)
Ludovicus a Seurre, astron. († 17..)
Marcellinus De-Pise a Mâcon († 1656)
Marcellinus a Pont-de-Beauvoisin, concion. et scriptor († 1623)
Modestus a Sant-Etienne, miss. († 1919)
Moyses ab Orléans, Proc. Miss. († 1918)
Nicolaus a Dijon, script. († 1694)
Paulus a Lyon, script. († 1732)
Protasius a Besançon, pict. († 1653)
Seraphinus a Nimes, mart. († 1790)
Simeon a Senilhac, mart. († 1790)
Simeon a Bourg-en-Bresse, script. († 1694)
Spiritus a Baume, miss. († 1662)
Thomas a Saint-Etienne, script. († 1934)
Zephyrinus a Besançon, mart. († 1794)

Bibliographia

Boverio, *Annales*, II, cfr. Index rerum.
Bullar. Cap. V, 115-125, 397 s.; VII, 479; X, 56, 748.
Chorographica descriptio O. Cap. (ed. 1649) tab. 36; (ed. 1712) tab. 20.
Descriptio geogr. (1929) p. 25 tab. XIII.
Melchior, *Historia Ord.*, vol. III, cfr. Ind.
Ubald, *Catalogue des mss.*, cf. Ind.
Théotime de Saint-Just, *Les Capucins de Lyon de la fin de la Révolution à nos jours*. Saint-Etienne, 1942, pp. 349. — Cfr. *Collectan. Franc.*, 1949 p. 323.
Saint François chez nous [Prov. des Cap. de Lyon], par P. Claudel, L. Gillet..., Lyon 1943, pp. 142 cum figuris.
Schematismus *O. Cap. Prov. Lugdunensis dispositus a. 1895*, p. 5-48 Prov. antiquae series Capitul., Conventuum etc.; p. 143-169, Prov. hodiernae notitiae variae.
Morey J., *Les Capucins en Franche-Comté*. Paris, 1881.
Bonnefoy J., O. F. M., *Les Couvents Capucins de la Haute-Loire*, Paris, 1939 (ex: Etudes Franc. a. 1937-38), cfr. recens. ap. *Collectan. Franc.* 1946, p. 282.
Analecta Cap. 1 (1885) p. 283; Status Conv. et Relig.; 9 (1893) p. 54, 89, 119: *Collectio aliqua pro continuatione Annalium Cap. Prov. Lugdunen.*; 52 (1936) p. 98, 129 ss. De *publicationibus periodicis* a Prov. Lugd. editis. — Quoad alia, cfr. eiusdem « Anal. Cap. » *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 186.
Collectan. Franc. 6 (1936) p. 17, 19, 20 (de ortu et progr. Prov. not. brev.).
Echo de St. Franç. (Toulouse) an. 1903 Mai p. 57-75 (de conv. suppress. a. 1901).
Etudes Franc. (1937) vide supra *Bonnefoy*.
Le Petit Messager de St. François, *Revue mensuelle du T. O.* — Saint-Etienne, 1896 ss. (cfr. praesertim a. 1935 p. 147, 214; a. 1938, p. 251, 285, 353 et a. 1939, p. 6; a. 1940 p. 40, 102, 230; a. 1941 p. 14, 163; a. 1942 p. 104, 164, ubi notit hist. etc. de Prov. Lugdun. praebentur.
Revue hist. franc. 4 (1927) p. 301-07: *Origine de la Prov. des Cap. de Lyon.*
— Quoad *Ephemerides* a Capuccinis in hac provincia editas vide sub v. *Periodica*.

Opera edita ad usum Provinciae

(Michaëlangelus Tapin Cabilonensis), *Rituale sacrarum Caeremoniarum, Capuccinorum Prov. Lugdunensis, et documenta plurima ad politiam morum spectantia.* Lugduni, 1639.
Règlement sur les Coustumes et Cérémonies des Capucins de la prov. de Lyon. Marseille 1871.
Règlement des Novices Capucins de la Prov. de Lyon. Clermont-Ferrand, 1891.
Coutumier des FF. Min. Capucins, à l'usage des trois Provinces de France. Saint-Etienne, 1878; Paris, 1935.

Lugdunum, vide *Lyon*

Lugnano Teverina (*Lunianum*) in Umbriae Prov. — Conventus S. Antonio Paduano sacer,

pro nostris exstruebatur a. 1579. A Superioribus omnino derelinquitur a. 1920.
BULLAR. CAP. II, 435.
QUARTO *Centen. Prov. Serafica*, (1930) p. 27

Lugo di Romagna (*Lucus Augusti*) in Prov. Bononiensi. — Huius nostri conventus fundamenta posita sunt iam ab a. 1576. Ecclesia dicata est in honorem S. Ioan. Bapt.
DESCRIPTIO GEOGR, (1929) p. 16 tab. VI.
BULLAR. CAP. II, 439; VIII, 303.
FIORITA FRANCESCANA LUGHESE, (*Numero unico in occasione del VII Centen. Franc.*) Lugo, 1927.
BONOLI G., *Storia di Lugo* (1732) p. 295.
GADDONI SERAFINO, O. F. M., *I FF. Minori in Imola*. (Quaracchi 1911), p. 182 s.
ZELATORE FRANCESCANO (Bologna) 1926, p. 111-13.

Luik, vide *Liège*

Luini, vide *Luvini Ios. M.*

Lunel (*Lunellum*) in Prov. Tolosana. — Anno 1602 conventus excitabatur una cum ecclesia titulo S. Anton. Patav. — Fratres ex eo discesserunt, vi coacti, a. 1790.
BULLAR. CAP. V, 405.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.* I, 140; III, 322
IDEM, *Bibl. Prov. Occit. et Aquit.*, p. 9.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 80.

Lunéville (*Lunevilla*) in Prov. Strasburgen. Fratres antiquae Prov. Lotharingiae (*Lorraine*) hic commorati sunt ab a. 1632 usque ad gallicam subversionem a. 1790. Ecclesia dicata fuerat S. Nicolao episc.
BULLAR. CAP. V, 403.
SILVEST. MEDIOL. *Annales*, p. 677.
GIUS. DA CANNOB.O, *Annali*, II, 385.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 60.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 18, 203.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 295.
ETUDES FRANC. 43 (1931) p. 82.

Lunianum, vide *Lugnano Teverina*

Lupiae, vide *Lecce*

Lupus (Lobo), vide *Alphonsus a Medina*

Lure prope Vesoul (*Lutra-Lurum*) in Prov. Lugdunensi. — Iam ab a. 1627 antiqua Burgundiae Provincia parvum hospitium habebat in commodum missionariorum; sed solum a. 1671 formalem conventum obtinuit. Anno vero 1790 fratres inde expulsi sunt.
BULLAR. CAP. V, 400.
MOREY, *Capuc. en Fr.-Comté*, p. 43, 326-329.

Luri (*Lurium*) in insula Corsicae. — Conventus situs ad Turris Senecae radices, aedificabatur a. 1548, eiusque ecclesia S. Nicolao a Bario fuit dicata. Post gallicam subversionem iterum instauratur a. 1863-64, sed nunc omnino derelictus iacet.
BULLAR. CAP. II. 456.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 189.

Lurum, vide *Lure*

Lusitania. — Ab hac regione Capuccinorum Ordo diu extraneus mansit. Anno tantum 1647 hospitium pro missionariis itinerantibus *Ulyssipone* constituit et alterum an. 1692 in eundem finem. Duo autem hospitia, ob Regularium suppressionem, an. 1834 derelicta sunt. — Moniales quoque *Capuccinae* monasterium in eadem urbe habuerunt ab an. 1667 verum an. 1834 pariter suppressae sunt. De praefatis residentiis notitiae peculiares habentur sub v. *Lisboa*.
Elapso fere saeculo, opera Capuccinorum hispanorum prov. Castellae et Baeticae, in Lusitania erectae sunt nonnullae domus (*Beja, Barcelos, Porto* et *Serpa*) ex quibus aliisque erigendis Minister Gen. Donatus a Welle die 1 martii 1936 Commissariatum Generalem constituit, cui (a. 1939) primo praefectus fuit P. Damianus ab Odena, dein (1948) P. Iosephus a Castro. Commissariatus hodiedum complectitur 60 c. religiosos.
MELCHIOR, *Historia Ord.* vol. III, 158. 358.
ANALECTA CAP. 53 (1937) p. 191. — 55 (1939) p. 70, Commiss. Gen. — 57 (1941) p. 50, Statistica.
ETUDES FRANC. 50 (1938) p. 146-171. *Les Capucins au Portugal* (P. Hildebrand). Cfr. *Collectan. Franc.* (1946) *Bibliographia Franc.* an. 1938-39, n. 3496 p. 670*.
PAZ E BEM, *Revista popular de Cultura Franciscana*. Porto, 1950 ss.
SANKT FIDELIS (Luzern) a. 1944 p. 216 (Status Ord. in Lusit. a. 1943); p. 214-17, *Die Kapuziner in Portugal*. (P. Makarius).

Lutium, vide *Luzzi*

Lutra, vide *Lure*

Luvini Iosephus M., a Lugano, episc. — Nobili familia ortus est d. 27 mart. 1725 et habitum capuccinorum sumpsit in Mediolanensi Prov. an. 1742, in qua Lectoris ac Definitoris officia obivit. In sacra praedicatione ita excelluit ut Clemens XIV eum *Concionatorem Apostolicum* nominaret a. 1773, quod munus usque ad a. 1784 egregie exercuit. Postmodum a Pio VI, d. 14 febr. 1785, episc. *Pisaurensis* (Pesaro) electus est. — Obiit in nostro conv. *Gradara* prope Pisaurum, d. 3 sept. 1790. Illius *Conciones* apud Aulam Pontificiam recitatae, post mortem editae sunt Lugani 1833, Florentiae 1834, et iterum in collectione cui titulus: *Biblioteca classica dei sacri oratori greci, latini, italiani...* Vol. XXI Venezia 1843.
BULLAR. CAP. IX, 267.
RITRATTI ILLUSTRI CAPP. I, 129.
MAURO, *Il Predicatore Apost.* p. 142-45.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 366.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, II, 432-43.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi* p. 214-17.
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 28.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 261.
S. FRANC. NELLA SVIZZERA ITAL., p. 210.

ITALIA FRANC., 18 (1943) p. 120-22 *Mons. Luvini e un Sonetto satirico.* — 20 (1945), p. 230 (Nota circa la vera forma del co gnome, cioè: *Luvini*, non Luini).

Luxembourg (*Lucemburgum*) in Prov. Belgica. — Monasterium ibi excitatum a fratribus antiquae Prov. Wallonicae seu Gallo Belgicae a. 1621-24, exstitit usque ad subversionem Gallicam (1796).

BULLAR. CAP., IV, 370.
GODEFROY, *Les Cap. en France*, I, fasc. I, 16.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, cf. Ind. voll. I, II, III,
ETUDES FRANC., 46 (1934) p. 605-14: *Les Capucins au Luxemb.* (P. Hildebrand) — 47 (1935) p. 210-20: *Un prétendu plan de réforme chez les Cap. luxembourgeois* (Id.) — cf. recen. apud « Collectan. Franc. » a. 1939, p. 299 n. 175, 176.

Luxeuil (*Luxovium*) in Prov. Lugdunensi. — Anno 1619 fratres antiquae Prov. *Burgundiae* conventum condiderunt una cum ecclesia B. Virgini Immaculatae dicata. Domus mansit usque ad civilem perturbationem a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 400.
MOREY, *Capucins en Franche-Comté*, p. 39.
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 362.

Luxovium, vide *Luxeuil*

Luzern (*Lucerna*) in Prov. Helvetica. — Parvum monasterium olim a Franciscanis sanctimonialibus derelictum, iam ab. 1583 religiosi nostri pro habitatione obtinuerant. Verum paulo post aptior ipsis conventus in urbano colle (nunc *Wesemlin* nuncupato) construitur ubi vetus Sanctuarium B. Virgini dicatum eminebat, quae divinitus apparuisse a. 1531 ferebatur ideoque apud illos incolas magna erat in veneratione. Coenobii ecclesia Mariae Virgini in caelum assumptae solemniter fuit dicata a. 1588. Secus iter quo ad coenobium pergitur, *Via Crucis*, devotis aediculis apto ordine dispositis, exstructa fuit a. 1755.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP., IV, 32, 364.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 74-76 (cfr. et *Index* p. 787 *Lucerna*; p. 790, *Wesemlin*.
SCHWEIZER. KAPUZ. FESTSCHRIFT, (cfr. *Index*, p. 414).
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*. p. 45 s.
IGNATIUS DOSSENBACH, O. CAP., *Unsere Liebe Frau auf dem Wesemlin*, 2, Aufl. Luzern 1936, p.. 304.
COLLECTAN. HELVET. FRANC. 5 (1950) p. 129-36, *Vom Werden und Wirken der St. Fidelisdruckerei* 1923-48. (Beda v. Ebnet)
SANKT FIDELIS (Luzern), 35 (1948) p. 118, (Facultas celebrandi festum B. V. in colle « Wesemlin »); 36 (1949) p. 115-24.

— *Sorores Capuccinae* III Ord. Regul. S. Franc. ibi degunt iam ab an. 1597. Novum monasterium extra urbem aedificaverunt an. 1904.

BULLAR. CAP., IV, 35 s., 60, 365.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 167.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 76 s., 564, 568.
GREIDERER, *Germania franc.*, II, 656.

Luzzi (*Lutium*), in Commiss. Consentino. — Conventum a. 1605 conditum, cuius ecclesia B. M. Virgini fuerat dicata, fratres dereliquerunt a. 1783.

BULLAR. CAP., III, 97, 314.
FIORE, *Calabria illustrata*, II, 416.

Lwów (*Leopolis*) in Prov. Cracoviensi. — Veteris provinciae Galicianae religiosi sodales a. 1707 in quadam domo extra urbem hospitio recepti sunt per aliquot annos, donec exstrueretur pro ipsis conventus; cuius quidem fabrica a. 1708 inchoata, propter ingruentem pestem, nonnisi a. 1718 ad finem perducta est. Prope ab ecclesia B. M. V. Immaculatae dicata, sacellum aedificatum est an. 1740 in honorem S. Felicis a Cantalicio. Ob civiles perturbationes a. 1781 conventus a nostris derelinquitur; a. autem 1799 FF. Min. Conventuales illum occuparunt. Quod vero spectat ad actuale hospitium nostrum in vicinia urbis situm, vide *Zamarstynów*.

BULLAR. CAP., IV, 360, 387.
SCHEMATISMUS PROV. CRACOVIEN., a.)1937 p. 25.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, II, 555 (Ind.)
COLLECTAN. FRANC., 8 (1938) cf. Ind. p. 626.

Lybia, vide *Tripolis*, *Tabarca* (Insul.).
Lyciensis dioecesis, vide *Lecce*
Lyciensis Provincia, vide *Hydruntina Prov.*
Lycium, vide *Lecce*
Lycodia, vide *Licodia Eubea*

Lyddensis *sedes titularis episcopalis.* — An. 1944-45 illo titulo potitus est noster sodalis Hieronymus BORTIGNON a Fellette.

Lyon (Provincia Ordinis) vide *Lugdunensis prov.*

Lyon (*Lugdunum*) Prov. Lugdunensis locus princeps.

1. — Anno 1575 primum coenobium excitatum est in loco quod hodie « Montre des Carmes-Dechaussées » appellatur, ibique sacellum quoddam aderat S. Francisco dicatum. — An. 1622 secundum exstruitur coenobium alio in loco cui nomen « Petit Foreys » Ecclesia S. Andreae Apostolo fuerat dicata. Utrumque coenobium a. 1790 suppressum est.

2. — *Brotteaux*. — Domus fund. a. 1821 cum ecclesia ss. Cruci dicata. — An. 1835 religiosis sodalibus nostris piacularis sacelli cura committitur, quod ibi aedificatum iam fuerat in memoriam insontium civium a. 1793 interfectorum.

3. — *La Villette*. — An. 1843-1845 quaedam domus exstruebatur pro religiosis sodalibus hospitio excipiendis, quae post multas fortunae mutationes tandem a. 1852 deseritur.

4. — *Fourvières.* — Huius loci domicilium a. 1871 a nostris sodalibus constitutum, postea derelinquitur.

5. — *St. Just.* — Coenobium in honorem S. Fidelis a Sigmaringa a. 1885 aedificatum, iam Procuratoris missionum sedes fuerat (vide *Procura Missionum*), nunc autem Ministro Provinciali aptum domicilium constituit.

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., V, 121-22, 397; X, 56, 87, 119, 603.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 25 tab. XIII.

PELLEGRINO, *Annali*, I, 212.

SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 45, 46, 148, 155.

EUGÈNE, *Nécrologe de Savoie*, p. XXVII. s

JEAN, *Les Cap. en Savoie*, p. 155 s.

IRÉNÉE, *Hist. Prov. de France*, I, 208, 313.

FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, I, 326, 387.

LESTRA ANTOINE, *Les Capucins à Lyon*, in « St. François chez nous » (Lyon 1943) p. 70-116.

ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 82 (E); 17 (1901) p. 342; 18 (1902) p. 328; 19 (1903) p. 45, 139, 338. — 42 (1926) p. 19 s.

LA FRATERNITÉ *Memento mensuel du T. O. F.*, Lyon, 1901 ss.

PETIT MESSAGER DE ST. FRANÇOIS, 1938, p. 251, 285, 353; an. 1939, p. 6, 45, 70, 111, 153, 185, 216, 261, 302, 328; an. 1940, p. 47, 102: *Les Capucins à Lyon, avant et pendant la Révolution* (Théotime de St.-Just).

THÉOTIME DE ST.-JUST, *Les Capucins de Lyon de la fin de la Révolution française à nos jours.* Saint-Etienne 1942, pp. 349.

Lyrae, vide *Lier* (*Lierre*)

Lyrbitana *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo decoratus est a. 1912 noster missionarius Cletus PEJOV (Peev) a Baltagia († 1941).



S. Laurentius a Brundusio, Minister Generalis
1559 † 1619

M

Maaseik (*Mosacum*) in Hollandiae Prov. — Haeresis vitandae causa huc a. 1626 nostri fratres vocati sunt, quibus, paucis annis transactis, conventus cum ecclesia SS. Dionysio et Francisco dicata aedificatus est; at a. 1840, tempestatibus adversis, relictus est.

BULLAR. CAP., IV, 368; IX, 166.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, 224, 273 (2), 380 s.; V, 412-32.
FRANCISC. LEVEN, 18 (1935) p. 129-67. — 33 (1950) p. 53.
UNI TRINOQUE, 4 (1933-36) p. 254, 451: *Uit de erfenis van Maeseyck.*

— De monasterio *Sororum Capuccinarum* III Ord. Regularis, fit mentio apud *Bullar. Cap.* IV, 369; *Histoire des Capucines de Flandre*, II, 276-315.

Maastricht (*Trajectum*) in Hollandiae Prov. — An. 1609, Capuccini huc vocati sunt peste laborantibus curandis, et anno sequenti iisdem conventus cum ecclesia S. Othoni dicata exstructus est, at an. 1797 a gallico gubernio sunt expulsi.

BULLAR. CAP. IV, 86, 368; IX, 166.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, vol. I et ss
SCHOENGEN, *Monasticon Batavum*, I, 139, *Supplementum* (David De Kok), p. 108.
ANALECTA CAP. 8 (1892) p. 157, 188: *Acta et gesta FF. Capucc. Trajectensium in ministerio peste laborantium a. 1633 et 1669.*
FRANC. LEVEN, 29 (1946) p. 216; 33 (1950) p. 53 (Monum. artis).

Macedonia, vide *Salonicco* (Thessalonica)

Maceió (Alagôas in Brasilia), Custodia de *Pernambuco*, fratribus Prov. Lucensis concredita. — Domus nostra fundata est a. 1934, eiusque ecclesia dicata est SS. Cordi Iesu.

BOLLETT. UFFIC. *Prov. Lucca*, 1948, N. 1, p. 3, 5.
« DOM VITAL », *Revista...* (Recife), dezembro 1939, p. 14-16; janeiro 1940 p. 16: *Os missionários Capuchinhos em Alagôas.* (A. Brandão).

Macerata in Prov. Picena. — Primae domus a. 1540 exstructae ne vestigia quidem exstant; secunda an. 1600 erecta cum ecclesia Immaculatae Conceptioni dicata a gallicis militibus cremata est a. 1799. Tertia denique a. 1886 construi coepta est, at ad finem adhuc non perducta: eius pulchra ecclesia B. Virginis « de Lourdes » tituli illustratur.

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 31, tab. VII
MONUM. HIST. O. CAP., V, 148.
BULLAR. CAP., II, 172, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Prov.*, p. 373.
IDEM, *Iscrizioni della Prov.*, p. 17, 167.
IDEM, *I Franc. nelle Marche*, p. 41.
VITA FRANC. (Loreto), an. 1929, p. 86.

— Monasterium *Capuccinarum* Ord. S. Clarae exstructum a. 1631, titulo S. Vincentio Levita, relictum est a. 1867.

BULLAR. CAP., II, 438.

Macereto (Sanctuarium), vide *Visso*

Machadinho in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia) — Paroecia B.M.V. de Rosario canonice erecta an. 1943, fratribus Capuccinis concreditur an. 1944.

TEODORO, 50 *anos de atividades*, p. 169.
ANALECTA CAP., 64 (1948) p. 11.

Machecoul (*Mascolvium*) in Prov. Parisiensi. — Coenobium, an. 1615 conditum ab antiqua Prov. Turoniae, vi legis suppressionis clauditur a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 30.
REVUE HIST. FRANC., 6 (1929) p. 337.

Machiques in Venezuela, *Vicariatus Apost.* — Anno 1943 Pius XII a dioecesi Zuliensi in Venezuelana Republica seiunxit *Paez* districtum, septentrionalem partem districtus *Mara*, *Perijá* districtum et partem septentrionalem districtus *Colón*. Territorium ita seiunctum in novum erectum est Vicariatum Apostolicum de *Machiques* et Provinciae Castellae commissum.

Primus Vicarius Apost. nominatus est (1944) P. Gaspar *Turrado Moreno a Pinilla.*

- MISSIONI *dipendenti da Prop. Fide* (1950) 60.
CAYETANO DE CARROCERA, *Dos años de labores misionales del Vicar. Ap. de Machiques*, in period. VENEZUELA MISIONERA, a. 1946, p. 357-61.
CESÁREO DE ARMELLADA, *Vicariato Apost. de Machiques*, in ESPAÑA MISIONERA (Madrid), V (1948) p. 219-25.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, p. 285, 292.
ANALECTA CAP. 60 (1944) p. 33, 69, Vicar.

Ap. — 64 (1948) p. 116-122: Relatio Superioris Missionis.
BOLETÍN *oficial Prov. Castilla*, 1948, p. 63 s.

MacKeesport, Pa. (provincia Pennsylvanica, dioec. Pittsburgensis). — Anno 1949 data est facultas erigendi in hoc loco domum nostram religiosam.
ANALECTA O. CAP., 66 (1950) p. 20.

MacKenzie Bridge, Oregon in St. Foeder. Americae, Custodia provinciae Hberniae. — Domus nostra religiosa ibi canonice erecta est an. 1945. Ecclesia dicata est S. Benedicto.
ANALECTA CAP., 62 (1946) p. 30.

Maclovium, vide *Saint-Malo*

Mâcon (*Matisco*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus exstructus a. 1604, mansit usque ad gallicam perturbationem (1790).
BULLAR. CAP., V, 397.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 47.

Macorís, vide *San Pedro de Macoris.*

Macrensis *sedes titularis archiepiscopalis in Rhodope.* — Hoc titulo potitus est a. 1936-1940 noster sodalis Antonius M. BARBIERI a Montevideo.

Madagascar (Insula) vide *Ambanja.*

Maddaloni (*Magdalonium* seu *Mataluna*) in Prov. Neapolitana. — Nostrates ibi morati sunt ab a. 1577 ad postremam suppressionem Ordinum religiosorum a. 1866; ecclesia dicata fuit Virgini Immaculatae. Anno 1946 denuo in hunc locum Capuccini ingressi sunt.
BULLAR. CAP., III, 38, 308.
BONAV. DA SORR., *I Capp. di Napoli*, p. 7.
ANALECTA CAP., 63 (1947) p. 16.

Madeira (Insula), vide *Madera.*

Madelonettes (Soeurs),
vide *Athanasius Parisiensis.*

Madera (Insula in Oceano atlantico). — In *Funchal*, huius insulae loco principe, ab an. 1660 pro hospitio missionariis iter facientibus domo recipiendis actiones initae sunt, at tantum a. 1697 illud construi coeptum est. Missio in Congo cum relicta esset (1835), et Hospitium hoc relinquitur.
BULLAR. CAP., IX, 151.
MELCHIOR, *Historia Cap.*, vol. III, 359, 405.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 658 s.
TEODORO DA PAVIA, *Dell'Isola di Madera* (Tortona, 1705) p. 137, 143-190.
ANALECTA CAP., 21 (1905) p. 241-43: *De Hospitio Missionum Cap. in Ins. Madera.*
ETUDES FRANC., 50 (1938) p. 157-59: *Les Capucins à Funchal (Madera).*

— Monialibus *Capuccinis* domo suscipiendis anno circ. 1660 monasterium exstruitur et saec. XVIII ineunte adhuc florebat.
TEODORO DA PAVIA, *Dell'Isola di Madera* (Tortona, 1705), pag. 147-49, 187.

Madonna dell'Olio, vide *Petralia Soprana.*

Madras (*Madraspatam*) in Indiis Orientalibus. — Hac in regione missionarii capuccini gallici anno circ. 1642 apostolatum coeperunt exercere opera praesertim P. Ephrem a Nevers, qui multa aspera a clero Lusitano sustinuit. An. 1792 missionarii gallici ab italis suffecti sunt, qui ad a. 1832 ibi steterunt, cum haec Missio in Vicariatum Apost. erecta est et ad clerum saecularem hibernicum concredita est.
CLEM. A TERZORIO, *Man. hist.*, p. 145-148.
IDEM, *Le Missioni*, VIII, 19-140 (passim).
MELCHIOR, *Historia Cap.* vol. III, 361 s.
STREIT, *Biblioth. Missionum*, V, p. 133, 197.
S. CONGR. DE PROP. FIDE, *Relazione dello stato attuale della missione dei PP. Cappuccini di Madras, a.* 1831.
GIANGRISOSTOMO DA LUGO, *Elenco dei Missionari Cappuccini... di Pondichery, Madras* (1639-1804). Cawnpore 1927.

Madrid (*Matritum*), domus princeps prov. Castellae. — Fratres capuccini hanc in urbem hospitio recepti sunt a. 1609. Paulo post (1613) intra fines domus regiae, vulgo « El Pardo » appellatae (vide *Pardo*), Conventum habuerunt. — Anno 1639 alter Conventus, iuxta veterem ecclesiam SS. Patientiae Christi dicatam, exstructus est, qui usque ad civilem motum a. 1835 permansit. — Nunc exstant duae domus cum ecclesiis, quarum prima an. 1895 sumitur apud sacellum Domini Iesu Nazareni, vulgo de *Medinaceli*, altera autem S. Antonio Patavino dicata an. 1947 inauguratur.
BULLAR. CAP. V, 362, 366, 372, 418.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, I, 407.
BUENAV. DE CARROCERA, *Mártires Capuchinos de Castilla* (1936), p. 1-102.
IDEM, *La Prov. de Castilla*, I, 47-54.
MATEO DE ANGUIANO, *La nueva Jerusalem..., Real Conv. de la Paciencia de Christo de Capuchinos.* Madrid 1709.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
STATISTICA *Prov. Castellae* (1919) p. 22, 44, 47.
EL MENSAJERO SERAFICO (Madrid) a. 1930, p. 708-31. — a. 1931 p. 715-17.
EL NIÑO SERÁFICO, (Periodicum pro alumnis Seminarii seraphici), Madrid, 1932 ss.
N. P. IESÚS NAZARENO: *Hoja mensual. Iglesia de Jesús.* Madrid, 1949 ss.
NOGUERA MAGDALENA (CARMEN) *El Cristo Medinaceli* Madrid 1944. pp. 100.
SEVERIANO DE SANTIBÁÑEZ — *Estudios históricos de la S. Imagen de Jesús Nazareno.* Madrid 1910.
ANALECTA CAP., 54 (1938) p. 107 (Ecclesia et Conv. ad profanos usus redacti sunt durante bello civili).
BOLETÍN *oficial Prov. Castilla*, a. 1948, pag. 34-37.
LA VOZ DEL PADRE — *Organo mensual de la V. O. T. de la iglesia de Jesús.* Madrid, 1941 ss.

— Monasterium *Capuccinarum* Ord. S. Clarae, Immaculatae Conceptioni dicatum, Matriti exstat ex anno 1618.

BULLAR. CAP., V, 371, 418.
CONSPECTUS trium Ord. (1929) p. 223.
TORRADEFLOT, *Crónicas de las Capuchinas en España*, II, 127-180.
MORENO ANG. THOM. FERNANDEZ, *Compendio histórico de la fondación del monasterio de Jesús Maria de Capuchinas minimas del desierto*. Voll. 2, Madrid, 1768-69. pp. 448-503.

Madrid (Districtus Ordinis) vide *Matritensis districtus*

Maeseyck, vide *Maaseik*

Maestricht, vide *Maastricht.*

Magati Caesar, vide *Liberatus a Scandiano.*

Magdalena (Maria), vide *Maria Magdalena*

Magdalonium, vide *Maddaloni*

Magdelitarum Institutum, vide *Athanasius a Paris.*

Magister Novitiorum, vide *Novitiatus.*

Magliaconi Aloisius a Castel del Piano, *episc.*, alumnus provinciae Tusciae. — Ortus die 16 febr. 1892, habitum Capuccinorum sumpsit an. 1907 et sacerdotio insignitus est an. 1915. Missionem de AGRA in Indiis Orientalibus petiit an. 1920; ad Missionem autem de ARABIA translatus an. 1939, post discessum Vicarii Apostolici (1948) factus est Admin. Apost., et anno sequenti, die 25 decemb., electus est Episcopus titularis *Diensis* et Vicarius Apost. eiusdem Missionis *Arabiae*.

ANALECTA O. CAP., 66 (1950) p. 27.
BOLLETTINO UFFICIALE PROV. TOSCANA, 1949 p. 97-99 (biogr.); 1950, p. 190 (consecr. episcop.).

Magliaso (*Majasum*) in Helvetia. In hoc oppido, quod est in regione Ticinensi, fratres Capuccini Hospitium habuerunt ex a. 1692; at cum eum reliquerint non constat.

BULLAR. CAP., IV, 45.
SCHWEIZER. FRANZ. KALENDER (1943) p. 51.

Maglie in Apuliae Prov. (archidioec. Hydruntina). — An. 1937 domus religiosa canonice erigitur iuxta ecclesiam S. Mariae Constantinopolitanae, quae iam anno anteriori fratribus nostris ab archiepiscopo erat concredita.

ANALECTA CAP., 54 (1938) p. 11.

Magner Eusebius a Montesanto, *episc.*, Picenae Prov. alumnus. — Natus est die 1 nov. 1823 et habitum Capuccinorum suscepit a. 1839. Orator egregius totam peragravit Italiam et Concionatoris Apostolici apud Aulam Pontificiam munere functus est ab a. 1867 ad a. 1881. In sua Provincia Lector fuit sacri Eloquii et Definitor; Romae autem praefuit Collegio a S. Fidele pro missionibus (1857-58) et in Capitulis Gener. electus est Definitor a. 1859 et a. 1872. Leo XIII eum nominavit Episcopum *Amerinum* (Amelia) d. 13 maii 1881 et anno sequenti, d. 25 sept., ad *Urbevetanam* ecclesiam (Orvieto) promotus est; ibique obiit die 15 augusti 1884. — Edidit *Conciones* quasdam et *Vitam* B. Benedicti ab Urbino (Roma, 1867).

BULLAR. CAP., X, 480, 643, 723.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 289, 293.
MAURO, *Il Predicat. Apost.*, p. 171-73.
EDUARDUS, *Collegium S. Fidelis*, p. 153.
IDEM, *Bibl. Mariana*, p. 22.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 35.
FRANCESCO DA MONTE COLOMBO, *Elogio funebre*, Roma, 1884.
ANALECTA CAP., 1 (1884) p. 61, necrol.
ECO S. FRANC., a. 1875, p. 159; a. 1881, p. 393-98.

Magni V., vide *Valerianus a Milano.*

Magno Varadinum, vide *Nagyvárad*

Magnus a Gaiserwald, domo *Künzle*, Prov. Helveticae alumnus. — Natus a. 1864, Ordinem seraphicum ingreditur a. 1886. Doctor Philosophiae effectus apud Universitatem Friburgensem, dein Theologiae ac Philosophiae cathedram tenuit. Obiit die 30 iunii 1941. — Edidit opus cui titulus: *Ethik und Aesthetik* (Freiburg Br. 1910); plurima vero scripsit studia historica de sua Provincia quae vulgavit praesertim in periodicis publicationibus. Inter alia eius Opera haec adnotantur: *Die schweizer. Kapuzinerprovinz. Ihr Werden u. Wirken. Festschrift.* Einsiedeln 1928. — *P. Franz von Bormio, Gründer der schweizer. Kapuzinerprov.* — Ib. 1940.

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 50.
KOLLEGIUM ST. FIDELIS STANS, *Jahresbericht 1940-41*, p. 53-56 (necrol.).
COLLECTAN. FRANC., 12 (1942) p. 180, necrol.
SANKT FIDELIS, 28 (1941) p. 168-72, necrol.

Magyaróvár, germanice Altenburg (*Ovarinum*), in Hungaria. — Conventus S. Felicis a Cantalice obtentus a. 1697 et exstructus a. 1718, civilem suppressionem subiit a Iosepho II factam a. 1781.

BULLAR. CAP., IV, 379.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.

Mahenge in Tanganyika, v. *Dar-es-Salaam.*

Maher, vide *Columbus a Dublin*

Mahlberg (*Malberga*) in Prov. Rhenano-Westfalica (Baden). — Anno 1672 fratres Prov. Anterioris Austriae hospitium missionarium ibi obtinuerunt. Igne combusto a. 1677, Conventus in eodem loco exstruitur a. 1682 cum ecclesia in honorem S. Leopoldi dicata. A Gubernio civili suppressus a. 1803, anno sequenti omnino exstinctus est.

BULLAR. CAP., IV, 72, 366.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 125, 353, 418.
FRANC. PETRUS, *Suevia Eccles.*, p. 560 s.

HEIZMANN L., *Klöster u. Kongreg. d. Erzdiözese Freiburg* (1930) p. 92-93.
KRAUS FR. X., *Kunstdenkmäler d. Landkreises Freiburg*, p. 266, 268.

Majasum, vide *Magliaso*

Máida (*Mayda*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — An. 1582 conventus titulo B. M. Virgine Gratiarum exstructus est. Post suppressionem Ordinum relig. a. 1866, denuo acquisitus est; at, deficientibus viris religiosis, an. 1885 conventus factus est hospitium mendicitatis.
BULLAR. CAP., III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 36.
ITALIA FRANC., 24 (1949) p. 110.

Mainardi P., v. *Petrus Franc. a Firenze.*

Mainburg in prov. Bavarica. — Hospitium accepimus e manibus FF. Carmelitarum a. 1918. Ecclesia dicata est SS. Petro et Paulo Apost.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD., (1929), p. 14, tab. XV.
ANALECTA CAP., 34 (1918) p. 4.
ALPHONSUS M. VON MÜNCHEN, *S. Salvator in Mainburg. Seine Geschichte und Beschreibung.* Mainburg 1931.

Maingre (le) de Boucicault,
vide *Boucicault* (*le Maingre*).

Mainz (*Moguntia*) in prov. Rhenano-Westfalica (Hassia). — Hanc urbem fratres capuccini ingressi sunt a. 1617, primumque lapidem conventus a. 1621 posuerunt: ecclesia ad honorem S. Michaëlis Archangeli dicata est. Tempore Gallorum invasionis (1802) conv. derelictus est. — Novus conventus a. 1853, cum ecclesia B. M. V. Perdolenti dicata, aedificatus est.
DESCRIPTIO GEOGR. O. C., (1929) p. 32 tab. XV.
BULLAR. CAP., IV, 325, 385.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 5.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* (cf. Ind.).
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, 475 Ind.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.* (cf. Ind.).
[NORBERTUS VON KLEVE], *Die Kapuziner in Mainz. Festschrift.* Mainz 1901.
WAGNER G. W., *Die vormaligen Geistl. Stifte im... Hessen.* Bd. II (1878) p. 231-35.
ANALECTA CAP., 16 (1900) p. 147 s. — 17 (1901) p. 151 s.
ASSISI-GLÖCKLEIN, 18 (1936) p. 33 s.
FRANZISK. STUDIEN, 5 (1918) p. 289-301: *Wechselbeziehungen zwischen den Mainzer Kapuz. u. den Kurfürsten von Mainz* (F. Kartels). — 8 (1921) p. 74-79: *Klöster u. Zünfte im alten Mainz* (Idem).

— *Monasterium Capuccinarum* de Adoratione perpetua, Tertii Ord. Regularis fundatum est an. 1860 consilio P. Bonifacii a Mainz. Anno 1945, furente bello mundiali, monasterium pyrobolis aereis dirutum est atque insimul 41 sorores misere perierunt.

In hoc monasterio an. 1897 obiit *Maria Bernardina Grua* de qua breviter agitur suo proprio loco.
MANUALE *der Capucinerinnen von der ewigen Anbetung zu Mainz.* Mainz, 1891.
STATUTEN... *für die Capucinerinnen.* Ib. 1891
SCHLUND ERHARD, O.F.M., *Handbuch für d. franziskanische Deutschland*, p. 137.
SANKT ANTONIUSBLATT (Brixen), a. 1946, p. 46 s.

Maius (Mensis), vide *Mensis Marianus*

Malabar in Indiis Orientalibus. — Quoad nostras Missiones in hac regione vide sub v. *Madras* et *Pondichéry*. — Quoad autem exagitatam disquisitionem de *Ritibus malabaricis* inter PP. Societatis Iesu aliosque Missionarios praesertim Capuccinos (inter quos P. Norbertus a Bar-le-Duc), priores favorabiles, secundi adversi, hic tantum est notandum Benedictum XIV a. 1744 huic disquisitioni finem imposuisse.
BULLAR. CAP., VIII, 58-59.
BULLARII CAP. REGESTUM, num. 2005 (Benedictus XIII « *Ad aures nostras* » d. 12 dec. 1727).
INDIA AND ITS MISSIONS (New York, 1923) p. 119-122.
MELCHIOR, *Historia Cap.*, vol. III, 364 s.
NORBERT DE BAR-LE-DUC, *Mémoires historiques sur les Missions des Malabares.* (174...) Voll. 2.
KOCH, *Jesuiten-Lexikon*, p. 1147.
CATHOLIC ENCYCLOPEDIA, IX, 558-562.

Málaga (*Malaca*) in Prov. Baetica seu Andalusiae. — Coenobium adest ab an. 1619, cuius ecclesia S. Birgittae dicata est.
BULLAR. CAP., V, 419.
AMRBOSIO, *Reseña Prov. Andalucia*, II, 341.
BUENAVENT., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
FELIX, *Anales Cap. de Cast.*, p. 54.
NICOLAUS, *Notitia Baeticae Prov.*, p. 26.

— Monasterium *Capuccinarum* Ord. S. Clarae ibi exstat ab an. 1698.
BULLAR. CAP., V, 419.
NICOLAUS, op. s. c., p. 38.
TORRADEFLOT, *Crónicas de las Capuchinas en España*, II, p. VI.

Malatesta P. M.,
vide *Paula Maria Malatesta.*

Malberga, vide *Mahlberg*

Malbodium, vide *Maubeuge*

Maldonado in Uruguay, Commissariatus provincialis *Rio Platensis.* — An. 1909, die 12 martii, S. Congreg. Relig. Paroeciam huius loci Ordini nostro concredidit.
DESCRIPTIO GEOGR., (1929), p. XVII, tab. 38.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 404.
ANTON. DE MONTEVIDEO, *Los Capuch. Genoveses en la Plata* (1933) p. 149-78.
ACTA, Bollett. Prov. Genova, 1942, p. 100.

Malé (*Maletum*) in Prov. Tridentina. Conventum ibi obtinuere fratres an. 1742, cum

ecclesia dicata S. Ioanni Nepomuceno. Diro incendio vastatus est a. 1892; exinde novum coenobium exstructum est, cum ecclesia dicata SS. Cordi Iesu. Antiqua ecclesia adhuc conspicitur.

DESCRIPTIO GEOGR., (1929) p. 36, tab. v.
BULLAR. CAP. III, 294 s., 330; VIII, 64.
MARCO, *I Capp. di Trento*, p. 158-64.

Malenfant H., vide *Hieronymus a Saint-Eloi*

Maletum, vide *Malé*

Malevac G., vide *Gregorius a Vinica*

Malines, vide *Mechelen.*

Malles, germanice Mals (*Malsium*) in Prov. Brixinensi (Bressanone). — A fratribus antiquae Prov. Tirolensis a. 1697 exstructus est hic conventus seu hospitium. Ecclesia dedicata est S. Mariae Angelorum.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 17, tab. XVII.
BULLAR. CAP. IV, 372; VIII, 339.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, 737.

Mallorca vide *Palma de Mallorca.*

Malmédy (*Malmundarium*), in Prov. Belgica. — Fratres Capuccini ivi morati sunt ab a. 1618 usque ad a. 1802 quo expulsi sunt.

BULLAR. CAP., IV, 371.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, 17, 326, 409; II, cf. Index.
REINERS H., *Die Kunstdenkmäler von Eupen-Malmédy* (Düsseldorf 1935) p. 319-24 (cf. *Collectan. Franc.* 1939; p. 300 n. 179).
FRANC. LEVEN. 33 (1950) 54 (Monum. artis.).

Malmundarium, vide *Malmédy*

Mals, vide *Malles.*

Malsium, vide *Malles* (Mals)

Malta, vide *Melitensis Dioec.* et *Prov.*

Managua in Nicaragua, Custodia provincialis *Americae centralis,* Provinciae Catalauniae commissa. Anno 1918 domus canonice erigitur apud ecclesiam S. Sebastiano dicatam, quae iam eis ab a. 1916 concredita erat, quaeque et titulum sumpsit a S. Francisco. Eisdem viris religiosis a. 1928 paroecia a S. Antonio Patav. commissa est.

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929), p. XII tab. 34.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 384.
ESTADISTICA *Prov. de Catalunya* (1919) p. 44.
PACÍFICO DE VILANOVA, *Capuchinos Catalanes en Centro-America* (1947, I, 169-85, 241-53, 313; II, 203-209.
ANALECTA CAP., 35 (1919) p. 51, 55; 45 (1929) p. 36.
HOJA DOMINICAL (Folium periodicum Dominicale), Managua, 1934 ss.

Manaos in Brasilia, v. *Solimoes Superior.*

Manassei, vide *Iosephus* et *Paulus a Terni*

Manchoud, vide *Sainte-Menehould.*

Manciuira (Man-chu-kwo), vide *Kiámusze.*

Manduria (*Mandurium*) in Apuliae Prov. — In hunc locum, olim *Casalnuovo* etiam nuncupatum, fratres advenerunt a. 1575, ibique commorati sunt usque ad eversionem ordinum relig. a. 1861. Ecclesia erat dicata Nativitati B. M. V.

BULLAR. CAP., III, 319.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 121.
ITALIA FRANC., 16 (1941), p. 160-64.

Manerbio (*Manerbium*), in Prov. Mediolanensi. — Conventus aedificatus est a. 1572, cum ecclesia Portiunculae dicata, quo relicto alter exstruitur in loco salubriori cum ecclesia S. Francisco Assis. dicata stetitque usque ad annum 1769.

BULLAR. CAP., II, 362, 448.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 33, 635.

Manfredonia (*Sipontum*) in Prov. Fodiensi seu S. Angeli. — Fratres nostri ibi commorati sunt ab a. 1571 usque ad a. 1811. Ecclesia dicata est in honorem B. M. Virginis.

BULLAR. CAP., III, 316.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Ang.*, p. 59.

Mangalore (S. Kanara) in Commissariatu *Indiarum Orient.* — Fratres Capuccini domum sibi erexerunt in hoc loco an. 1941 cum ecclesia dicata S. Annae.

ANALECTA CAP., 64 (1948) p. 47.

Manila, locus princeps Custodiae provincialis *Insularum Philippinarum,* fratribus prov. Navarrae concreditae. — In hac urbe Capuccini hispani ingressi sunt an. 1886. Eorum cura parva ac vetusta ecclesia B. M. Virginis «de Lourdes» noviter exstruitur amplior ac pulchrior an. 1910. Plures ecclesiae paroeciales intra vel extra urbem, fratribus nostris concreditae sunt, nempe: de la *Ermita* (1903) in qua magna devotione colitur Imago B. M. Virginis de «Guìa»); de *Singálong* (1905); de *Santamesa* (1911) ac dein de *Tagaytay* et de *S. Teresita* (1946). — Tempore occupationis militum Japonensium (1945) multa passi sunt missionarii necnon residentiae missionariae.

ANUARIO *misional Prov. Navarra*, an. 1934, p. 77; an. 1935 et ss.
ESTADISTICA *Prov. Navarra*, 1928 ,p. 148-56.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 436, 438
JUAN. M. DE ANSOAIN, *Memoria histórica de la Confradía de N. S. de Lourdes.* Manila 1904.
ANALECTA, 63 (1947) p. 16, 17 (Domus nova).
BOLETÍN *Oficial Prov. Navarra*, 1946. p. 57.
BOLETÍN *de la Parroquia de N. S. de Guía* (Ermita), Manila 1928-1930.
ESPAÑA MISIONERA. Revista (Madrid). II, 1945 p. 468-70 (de 9 Capuccinis occisis a Japonensibus an. 1945); III, 1946, p. 84-88 (Residentiae et Paroeciae).
VERDAD Y CARIDAD (Pamplona), a. 1931, pag. 347 s (Paroecia de Singálong).

Mannheim (*Mannhemium*) in Prov. Rhenano-Westfalica (Baden). — Quoniam ex a. 1685

Fratres Prov. Rhenanae ex vicinis Conventibus huc ad catholicorum servitia contenderant, an. 1701 ponuntur fundamenta pro Conventu et ecclesia S. Rochi. Qui Conv. supprimitur a Gubernio civili a. 1804.

BULLAR. CAP., IV, 385.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, (cfr. Ind).
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.*, (cfr. Ind.)
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 475 Ind.
HEIZMANN L., *Die Klöster d. Erzdiöz. Freiburg*, p. 93-94.
MANNHEIMER GESCHICHTSBLÄTTER, 28 (1927) p. 126. — 33 (1932) p. 221 s. — 34 (1933) p. 15-16.

Manoppello (*Manupellum*) in Prov. Aprutina. — Conventum cum ecclesia S. Michaëli Archangelo dicata, incolunt fratres nostri ab a. 1620. In hoc Sanctuario veneratur Imago SS. Salvatoris, vulgo « *Il Volto Santo* » nuncupata, quae ab Angelis in linteo raro depicta traditur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 12, tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 326.
FILIPPO, *Capp. degli Abruzzi*, p. 21.
BERNARDINO DA MONTICCHIO, *Monografia della Immagine del Volto Santo di G. C. che si venera in M. presso i Cappuccini*. Manoppello, 1910.
BERNARDO DA VASTO, *Vademecum del divoto del Volto Santo di G. C.* Manoppello 1946.
FILIPPO DA TUSSIO, *Memorie dell'Immagine di G. C. che si venera nella Chiesa d. Capp. di Manoppello*. Aquila, 1875.
ANNALI CAPP. D'ABRUZZI, a. 1941, p. 178.
L'ABRUZZO FRANC. (Aquila), 1931, p. 120, 155, 168; a. 1932, p. 12, 26, 48; a. 1940, p. 103, 139; a. 1941, p. 71, 115, *Il « Volto Santo » conservato nella chiesa dei Cappuccini*.
ECO S. FRANC. a. 1876, p. 425-28: *Il Santuario del Volto Santo*.
IL VOLTO SANTO DI MANOPPELLO — *Periodico mensile* — Manoppello, 1906-1912, 1948 ss.

Manosque (*Manuesca*) in Prov. Lugdunensi. — Domus nostra ibi a. 1609 aedificata ab antiqua Prov. S. Ludovici, nunc derelicta iacet.

DESCRIPTIO GEOGR. O. C. (1929) p. 19, tab. XII.
BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 86.

Manresa (*Minorissa*) in Prov. Catalauniae. — Conventus titulo S. Bartholomaeo Apost. excitatus est a. 1582 et relinquitur a. 1835, persecutione in viros religiosos gliscente. Alter conv. aedificatur a. 1883 a fratribus Prov. Tolosanae, qui e Gallia expulsi erant. Hi cum in patriam rediissent a. 1897, conventus adsignatus est fratribus Prov. Catalauniae. Ecclesia dicata est B. Virgini Perdolenti. An. 1936, saeviente persecutione religiosa, conv. diro incendio comburitur.

BULLAR. CAP., V, 413.
ESTADISTICA *Prov. de Catalunya* (1919) p. 25.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. de Toulouse*, II, 146-52.
IDEM, *Nécrologe de Toulouse*, p. 129.
ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 355, 42 (1926) p. 59 (Novitiatus) — 54 (1938) p. 107.

— Monasterium monialium *Capuccinarum*, S. Carolo dicatum, ibi exstat iam ex anno 1638.

BULLAR. CAP., V, 414.
CONSPECTUS TRIUM ORDIN. (1929) p. 227.
TORRADEFLOT, *Crónicas de las Cap.*, II, p. VI.
ANDREU, *Iconogr. Caputxina*, p. 65, n. 86, Sor Marta Noguera Valeri († 1830); p. 71, n. 97, Sor María Lourdes Miró y Borras († 1886).

Mans (Le) (*Cenomanum*) in Prov. Parisiensi. — Conventus fund. a. 1602 supprimitur a. 1790. Alter conv. construi coeptus est a. 1868 et perficitur a. 1870: eius ecclesia, dicata est SS. Cordi Iesu.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 28, tab. XIII.
BULLAR. CAP., 395; X, 603.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 29.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. de France*, III, 304-14.
REVUE HIST. FRANC., 6 (1929) p. 337.

Mansuetus a Valfloriana, cognomento *Barcatta*, prov. Tridentinae (1863 † 1921). — In Brasilia (*S. Paulo*) missionarius, primus grammaticam et dictionarium circa idioma *kainigang* composuit, scilicet: *Ensaio de Grammatica Kainigang* (São Paulo 1910, pp. 100) — *Diccionarios Kainjgang-Portuguez e Portuguez-Kainjgang* (Separata do tomo XII da *Revista do Museu Paulista*, S. Paulo 1920); quae opera sumptibus Gubernii civilis praelo data sunt.

MODESTO, *Miss. Capuch. no Brasil*, p. 562-65.
STREIT, *Bibl. Missionum*, III, 690.
TAUNAY (A. DE E.), *Necrologia de Frei Mansueto*... São Paulo 1923 (ex: *Revista do Museu Paulista*, tomo XIII).
ANALECTA CAP., 37 (1921) p. 316-17 (necrol.).

Mantes-sur-Seine, vide *Limay*.

Mántova (*Mantua*) in Prov. Mediolan. — Tres habuerunt fratres nostri conventus: primus, titulo S. Leonardo, extra moenia urbis erectus est anno circ. 1536 in loco, qui vulgo dicitur *Marmirolo*. — Secundus, titulo S. Martha, intra urbem, aedificatus est a. 1559; tertius denique, titulo S. Gervasio, a. 1610 cuius ecclesia dicata erat Immaculatae Conc. M. V. — An. 1800 gubernium gallicum hunc conventum vertit in Hospitale pro militibus et nostris fratribus conceditur vetus conventus S. Spiritus FF. Min. Reformatorum, ibique manserunt ad a. 1810. Multis annis post hic conv. a Prov. Tridentina reaedificatus est a. 1855. Anno tandem 1867 adgregatur Prov. Mediolanensi, at suppressione Ordinum relig. eodem anno relinquitur.

BOVERIO, *Annales*, I, 274, n. XXX.
BULLAR. CAP., II, 441; X, 530.
LUIGI DA TRENTO, *Allocuzione in occasione che si faceva l'apertura di un nuovo conv. capp. in M.*, Mantova, 1855.

MARCO, *Capp. di Trento*, p. 233, 282-83.
DAVIDE, *Storia Capp. Veneti*, I, 145-48, 323-30, 339, 372.

— Monasterium monialium Capuccinarum Ord. S. Clarae, a. 1664 conditum, supprimitur a. 1805-10. *Vide* suo proprio loco, moniales huius monasterii Lucia Ferrari († 1682) et Anna Beatrix Manfredi († 1691).
BULLAR. CAP., II, 274, 442.

Mantova, (Provincia Ordinis) vide *Mantuana prov.*

Mantua, vide *Mantova*

Mantuana Provincia antiqua in Italia septen. — Benedictus XIV data Bulla 21 martii 1749 «*Exposuit nobis*», Decretum a Definitorio Generali emissum confirmans, hanc Provinciam Mantuanam constituit, complectentem 12 domos in ditione Tridentina et in Ducatu Mantuae sitas. Floruit usque ad a. 1785, quo anno nova Prov. Tridentina constituta est.

Index Conventuum huius Provinciae, qui exstabant *a*) *in regione Mantuana*: Acquanegra, Castiglione, Goito, Mantova, Ostiglia, Sérmide.
— *b*) *in regione Tridentina*: Ala, Arco, Condino, Malè, Rovereto, Trento.

Series Superiorum Prov., alternis vicibus e ditione mantuana et e ditione tridentina electis. (Cfr. MARCO DA COGNOLA, *I Capp. di Trento*, p. 193-195):
Felix Maria ab Acquanegra: 1750.
Franciscus Maria a Trento: 1752.
Antonius Felix a Mantova: 1755.
Hieronymus a Trento: 1758.
Andreas a Gazzuolo: 1761, 1767.
Ioann. Angelus a Fiemme. 1764.
Vincentius Fortunatus a Trento: 1770, 1782.
Bonaventura a Mantova: 1773, 1779.
Michaëlangelus a Fiemme: 1776.

Bibliographia

BULLAR. CAP., II, 277 (Custodia Mant.); III, 291; VII, 390-92; VIII, 148 (Prov. Mant.).
MARCO, *Capp. Prov. Trento*, p. 187-232.
GREIDERER, *Germania franc.*, II, 570 s.
ANALECTA CAP., 29 (1913) p. 30, Docum. Prov. quae asservantur Mediolani.
COLLECTAN. FRANC., 6 (1936) p. 12, 15.
MISCELLAN. FRANC., 4 (1889) p. 15 ss. *Lettere di francescani in relazione con la Corte di Mantova* (A. Bertolotti). Plures Epistolae sunt *PP. Capucc.*

Manuesca, vide *Manosque*

Manupellum, vide *Manoppello*

Manzanares in provincia Castellae (Hispania). — Domum religiosam et curam paroecialem fratres nostri habent in hoc loco iam ab an. 1944.
ESTADÍSTICA *Prov. de Castilla*, 1947, p. 26.

Manzoni Alexander, Mediolanensis (1785 † 1873). — Fratres Minores Capuccini A. Manzoni, celebrem scriptorem, prae caeteris laudant tamquam validiorem interpretem sui seraphici Instituti in actuosa facinora per suos alumnos patrata, ut videri potest in eius romantica narratione, «*I Promessi Sposi*». Alexander Manzoni enim, adhuc puer, ad *Pescarenici* conventum Capulatorum ventitare solebat, quippe quod inter eius familiam et religiosos sodales optima tum benevolentiae tum beneficentiae necessitudo intercederet. Quare ei facile evasit serenum vivacemque ipsorum animum admirari, monasticos mores et conversationes cognoscere ac de eorum historica origine et de opinione atque exsistimatione, quae de Capuccinis in mundo ferebatur, inspicere.

Propter istam directam rerum notitiam, utpote perfectus scriptor atque artifex, in eiusmodi S. Francisci asseclis historicum fundamentum necnon psychologicum invenit ut eis verba, actiones et cogitationes idoneae tribuerentur, quae in historica ac romantica narratione descripta sunt; ita ut facile traditio, vita et providum mandatum seraphici Ordinis Capulatorum in ea inveniantur; cuiusmodi sunt v. g.: humillimae plebis patrocinium et defensio adversus potentium iniurias quibus pauperes sunt obnoxii, ut patet in *P. Christophoro*; heroica deditio in caritatis et misericordiae officiis praestandis aegrotanti cuilibet infirmo, etiam pestifera contagione vexato, quod aperte ostendunt Patres *Felix Casati* et *Michael Pozzobonelli* una cum supradicto Patre *Christophoro*; candida et popularis *fratris Galdini* simplicitas; tenax fidelisque disciplinae monasticae observantia in *fratre Fatio* ianitore; gubernii prudentia in *Provinciali Ministro* etc.

Itaque iure meritoque Capuccini sodales numquam satis auctori gratissimum animum suum testantur ob historicam celebritatem sibi publice conciliatam, tum quia modo valde vivo, proprio et iucundo nativam illorum pietatis et humanitatis indolem illustravit, tum quia ipsos consulto selegit et praetulit ad demonstrandam coenobitici status excellentiam et vocationem adversus obtrectationes et calumnias, quae apud impios homines in saeculo XIX insipienter invaluerant.

Bibliographia

SETTIMANA MANZONIANA — *Ciclo di Conferenze manzoniane, promosso dai FF. Min. Cappuccini nel I Centenario dei «Promessi Sposi»*. Milano 1928. — Quod peculiari modo ad nos spectat, cfr. p. 9-34: *Sacco delle noci.* — p. 85-108: *Lo spirito francescano nei «Promessi Sposi»*. — p. 109-22: *La missione dei Cappuccini nei «Promessi Sposi»*. — p. 123-42: *Il pane del perdono «Fra Cristoforo»*. — p. 143-68: *I Cappuccini al Lazzaretto.* — p. 169-82: *Omnia munda mundis.*
AURELI CESARE — *A. Manzoni e G. Massaia.* (Estratto da «Illustrazione Cattolica» Luglio, 1904).

DONATO DA S. GIOV. PERSICETO, *I Cappuccini ne « I Promessi Sposi »* — Forlì 1937.
PENNACCHI FRANC. — *S. Francesco d'Assisi e A. Manzoni.* Assisi 1903. (agitur de P. Christophoro).
IDEM — *Riflessi francescani nell'opera di A. Manzoni, con uno studio di F. Crispolti* (« Il Manzoni e S. Francesco »)., S. Casciano in Val di Pesa (Firenze) 1928. — (cf. « Miscellan. Franc. » a. 1927, p. 207).
VALDEMIRO, *Capp. Prov. milanese,* II, cfr. Appendice I-II, *I Cappuccini ed i Promessi Sposi.*
L'AMICO DEL TERZIARIO (Foggia) — a. 1928, p. 243, 271. — a. 1929, p. 15, 71, 127, 155, 183, 211, 239, 271, 303: *I Cappuccini nel romanzo « I Promessi Sposi ».* (Prof. Melillo).
ARTE CRISTIANA (Milano) — 11 (1923) p. 129-50: *Il Conv. di Pescarenico e la Cappella di Casa Manzoni al Galeotto di Lecco.* (G. Polvara).
ECO DI S. FRANC., a. 1873, p. 220: *Cappuccini e Manzoni.*
FRANCISCAANSCH LEVEN, 19 (1936) p. 11, 116, 239, 299. — 21 (1938) p. 270, 400: *Capucijnen uit een roman.* (P. Quirinus).
FRATE FRANC. (Parma) a. 1939, p. 68, 94, 123, 149: *Profili cappuccini nei « Promessi Sposi »* (P. Vittorino).
ITALIA FRANC. 1 (1926) p. 317-23: *Lo spirito del Poverello nei « Promessi Sposi»* (Boncompagni, P.) — 2 (1927) p. 17-21: *La francescanità di A. M.* (Fulgenzo da Lapedona); p. 444-54: *I Cappuccini nei « Promessi Sposi ».* — 11 (1936) p. 373-79: *Il P. Provinciale de « I Promessi Sposi »,* (Arsenio da Casorate).

Mapuça (Goa), in Commissariatu *Indiarum Orient.* — Domus nostra, iam canonice erecta an. 1940, exstructa est an. 1942 cum ecclesia dicata S. Francisco Stigmatizato.
ANALECTA O. CAP., 57 (1941) p. 33.

Mar del Plata in Rep. Argentina (archid. *Platen.*) — Domus canonice erecta est an. 1937, pro fratribus Commissariatus Prov. Argentini. Eius ecclesia, vulgo « de Nuestra Señora de Pompeya », paroecia facta est a. 1941.
ANALECTA CAP., 54 (1938) p. 11. — 58 (1942) p. 19.

Maracaibo in Venezuela (Custodia de *Venezuela-Cuba,* prov. Castellae concredita). — Anno 1693 primi missionarii de Cumaná ad *Valles Maracaibo* missi sunt. Decreto regio Missio concredita fuit prov. Valentinae; anno vero 1749 item per decretum regium transiit ad Patres prov. Navarrae et Cantabriae. Missio valde floruit uti eruitur e fundatione fere triginta pagorum; at propter persecutiones Religiosorum in Hispania missionarii paulatim cessarunt et an. 1830 Missio penitus periit.

Anno denique 1900 missionarii hispani prov. Castellae in urbem *Maracaibo* pervenerunt atque an. 1902 ab Episcopo ibidem domum religiosam ac vetustam S. Francisci ecclesiam obtinuerunt.
DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP., (1929) tab. XVII.
BULLAR. CAP., VII, 340 ss.; VIII, 154.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, 362 s. 370.
STREIT, *Bibl. Missionum,* II, 771; III, cfr. Index p. 1120.
Estadistica Prov. Castilla, (1909) p. 88.
Statistica Prov. Castellae (1928) p. 88-90.
Crónica de la Residencia de PP. Capuchinos de Maracaibo. Maracaibo 1924.
BALTASAR DE LODARES, *Los Capuchinos en Venezuela,* II, 341-423; III, 76 s.
ESTANISLAO DE PERIDIELLO, *La Misión de Venezuela,* p. 44-51, 56-102.
FROYLAN DE RIONEGRO, *Misiones de los PP. Capuchinos. Documentos del Gobierno de Venezuela.* (1929), cf. Ind.
MELCHIOR, *Historia Ord.* vol. II, 213; vol. III, 274, 391, 399.
MENSAJERO SERÁFICO (Madrid) 1884, p. 49, 110, (Relatio missionis a. 1697).
VENEZUELA MISIONERA, 12 (1950) 242, 247, 308, (*Bodas de Oro de la residencia de Maracaibo*).
— Ulteriores notitias bibliographicas vide sub v. *Venezuela.*

Maradan Oliverius a Cerniat, *episc.*, alumnus prov. Helveticae. — Natus die 11 oct. 1899, habitum seraphicum apud Capuccinos sumpsit a. 1918 et sacerdos consecratus est an. 1925. Ad missionem Insularum *Seychellarum,* in Oceano Indiano, profectus a. 1926, a Pio XI die 17 iunii 1937 nominatus est Episcopus dioecesis *Portus Victoriae* Insularum Seychellarum.
ANALECTA CAP. 53 (1937) p. 173.

Maragioglio Iosephus M. a Salemi, *episc.*, Prov. Panormitanae alumnus. — Natus est die 17 maii 1811, anno vero 1829 inter Capuccinos nomen dedit. Prius suae Provinciae fuit Moderator (1854-57), postea in Capitulo Gener. a. 1859 Definitor eligitur et a. 1868, ob mortem Procuratoris Gener. eidem in hoc munus suffectus est. Anno 1875, die 15 martii, a Pio IX nominatur episcopus Pactensis (Patti in Sicilia) obiitque d. 20 ianuarii 1888.
BULLAR. CAP., X, 373, 720, 723.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 285.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo,* IV, 256 ss., 375 s., 558 (Ind.).
EGIDIO, *Scrittori Prov. Palermo,* p. 90.
SIDOTI F., *Elogio funebre.* Palermo 1888.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 149; 4 (1888) p. 48 (necrol.); 12 (1896) p. 156 n. 66.
ECO S. FRANC., an. 1875, p. 497-99 (biogr.); an. 1888, p. 100-03 (necrol.).

Maranhão in Brasilia sept. *Custodia provincialis,* fratribus prov. Mediolanensis concredita. — In hanc regionem fratres capuccini primum ingressi sunt a. 1612, cum quattuor Fratres Capuccini provinciae Parisiensis, inter

quos P. Claudius ab Abbeville et Ivo ab Evreux, Comitem de Rasilly, quem rex iussit illas regiones explorare, comitati sunt. Patres apostolicum ministerium ibi exercuerunt, sed statuere Missionem nequierunt, et post decem annos domum redierunt. P. Claudius et P. Ivo de hoc itinere *Relationem* magni momenti ediderunt (vide infra).

Anno tantum 1840 vera Missio in Maranhão coepit haberi opera quorundam fratrum italicorum qui e Pernambuco venerant. Hi modo peculiari operam dederunt coloniarum fundationi inter Indos, et in hoc civilis ac spiritualis instaurationis opere P. Iosephus a Loro Piceno emicuit. — Ob civilem suppressionem Religiosorum a. 1866, operarii evangelici defecerunt et Missio relicta est a. 1876 cum princeps domus *San Luiz* clausa est.

Missio, reassumpta a. 1892 a fratribus prov. Mediolanensis, non parum progressa est: anno autem 1937 declarata est Custodia provivincialis.

Index Conventuum et Hospitiorum: Abaetetuba, Barra do Corda, Belém, Carolina, Fortaleza, Grajahú, Guaramiranga, Imperatriz, Joazeiro, Mecejana, Parnaiba, São Luiz, Teresina, Tury-assú.

Missionarii in Maranhão de quibus tractatur suo proprio loco:

Caelestinus a Pedávoli († 1910)
Celsus ab Uboldo († 1899)
Claudius ab Abbeville († 1632)
Colombo Robertus a Castellanza († 1927)
Daniel a Samarate († 1924)
Ignatius ab Ispra († 1935)
Ivo ab Evreux († post a. 1620)
Lonati Aemilianus a Brescia (n. 1886)
Marcellinus a Cusano († 1940)
Rinaldus a Paullo († 1901)
Salvator ab Albino, laic. († 1901)
Victor a Bergamo († 1901)
Zacharias a Malegno († 1901)

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR., (1929) p. 72, tab. 37.

ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, I, 439-70.

CLEM. A TERZORIO, *Man. hist.*, p. 341-345.

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, 330; vol. III, 391 ss., cf. etiam Index.

MODESTO DE TAUBATÉ, *Mission. Capuch. no Brasil*, p. 270-276, 458-466.

ILG, *Geist d. Hl. Franz.*, II, 137-54.

MENDES DE ALMEIDA, CAND.DO. — *Memorias para a Historia... do Maranhão.* Rio de Janeiro, 1870. — Notitiae magni valoris de mission. Capuccinis, in tomo I inveniuntur. — (cf. Streit, Bibl. Miss., III, n. 1757).

STREIT, *Biblioth. Missionum*, II, nn. 2370-2378; III, nn. 1757 1862, 1872 (Claude d'Abbeville, Yves d'Evreux, etc).

Discours et Congratulations à la France sur l'arrivée des Capucins... en la terre du Brésil. Paris 1613. (*Streit* « Bibl. Miss. » II, n. 2375).

Les fruicts de la Mission des Capucins en l'Isle de Maragnan. Lille 1614 (*Streit, op. cit.*, II, n. 2377).

ARSÈNE DE PARIS, *Dernière Lettre du P. Ars. de P. estant... en Maragnan... au P. Prov. des Capucins de Paris.* Paris 1613. — (*Streit, o. c.*, II, n. 2371).

CLAUDE D'ABBEVILLE — *L'arrivée des PP. Capucins en l'Inde nouvelle, appellée Maragnon... Déclarée par une Lettre envoyée à fr. Martial capucin...* — Paris 1612; — Lyon 1613 et 1876. — Huius Epistolae versio germanica vulgata est hoc titulo: *Die Ankunfft der Vätter Capuziner Ordens in die newe Indien, Maragnon genannt.* Augspurg 1613. — (cf. *Streit, o. c.* II, nn. 2370, 2372, 2373; III, n. 1872).

IDEM, *Histoire de la Mission des PP. Capucins en l'Isle de Maragnan et terres circonvoisines...* — Paris, 1614. — Quod opus, vertit, adnotavit et edidit Dr. C. A. Marques cum titulo: *Historia da Missão dos PP. Capuchinhos na Ilha do Maranhão e suas circumvisinhancas.* Maranhão 1874. — (*Streit, o. c.*, II, n. 2376; III, n. 1862). Item vertit *Sergius Milliet* cum Introd. et notis *Rodulphi Garcia.* (Bibl. Hist. Brasileira, 15). São Paulo, 1945.

YVES D'EVREUX — *Suite de l'Histoire des choses plus mémorables advenues en Maragnan, es anneés 1613 et 1614.* Paris 1615. — Est quaedam prosecutio operis P. Claudii ab Abbeville. (*Streit, o. c.*, II, nn. 2378, 2379).

IDEM, *Voyage dans le Nord du Brésil (1613-1614). Publié avec une Introduction et des notes par F. Denis.* Leipzig et Paris 1864. — Opus in linguam lusitanam translatum est et editum a Dr. C. A. Marques, hoc titulo: *Viagem ao Norte do Brasil.* Maranhão 1874.

ALIPIO M. DA ORIGGIO — *Di là dai mari. Note di viaggio nelle Missioni Capp. dell'Alto Brasile.* Milano 1938. — (Cfr. « Collectan. Franc » a. 1939, p. 233).

TIMOTEO DA BRESCIA — *Al Pará, Maranhão e Ceará, Brasile del Nord. Note di viaggio.* 2. ed. Milano 1905.

IDEM — *Alto Brasile. Missioni e Colonie dei Capp. Lombardi. Notizie storiche, etnografiche, ecc.* — Milano 1911, pp. 513.

ANALECTA CAP., 11 (1895) p. 114, *Missio Amazonum Prov. Mediolan. commissa.* — 12 (1896) p. 143. — 18 (1902) p. 324. — 21 (1905) p. 205, *Relatio histor. et Status Missionis Maragnonis.* — 42 (1926) p. 318-23, *Notitiae de primis missionariis etc.* — (cf. etiam *Index Gener.* voll. 1-50, p. 124).

ANNAES (ANAIS) FRANCISC., (S. Paulo), 1933 p. 15-18, *Dos Capuch. Franceses no Maranhão 1612-14.*

ATTI PROV. DI LOMBARDIA, a. 1937, p. 66 s.: *La nuova Custodia Prov. del Maragnone.* a. 1946, p. 117-20, *Attività del 1940-46;*

a. 1948, p. 228-33, *Visita del Ministro Prov.*

REVUE HIST. FRANC. 2 (1925) p. 376-84: *Document inédit sur la seconde expédition des Capucins au Maranhão en 1614.* (Georges Le Gentil).

« FREI MANSUETO » — *Orgão dos estudantes Capuchinhos da Custódia do Maranhão.* Publicação trimestral. Messejana, 1941 ss.

A VOZ DE S. FRANCISCO — *Orgão da O. T. F. dos Capuchinhos Lombardos do Norte Brasileiro.* Fortaleza (Ceará), 1938 ss.

— Quoad *Ephemerides* ab hac nostra Missione editas vide sub v. *Periodica.*

Marans (*Maranum*) prope La Rochelle, in Prov. Parisiensi. — Coenobium a. 1626 conditum a Turoniae Provincia, supprimitur a. 1790. Ecclesia erat dicata B. M. Virgini, vulgo « de Bon Secours »

BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 31.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 108.
FLEURY PAUL, *Le couv. des Capuc. à M.* — La Rochelle, 1904 (cfr. *Etudes Franc.*, t. 14, 1905, p. 425 n. 81.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 337.

Maranta Edgarus a Poschiavo, episc., Prov. Helveticae alumnus. — In saeculo Aristides vocatus, ortum habuit die 7 ianuarii 1897, lanas seraphicas in Ordine Capuccinorum sumpsit a. 1917 et sacerdos ordinatus est a. 1924. Ad missionem de *Dar-es-Salaam* (Tanganyika in Africa orient.) statim profectus est a. 1925. Pius XI, die 27 martii 1930 titulo episcopali Ecclesiae *Vindensi* eum honestavit et S. Congr. de Prop. Fide *Vicarium Apost.* de Dar-es-Salaam deputavit.

ANALECTA CAP. 46 (1930) p. 138, 139.

Maratea (*Marathea*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Conventus, S. Antonio Patavino sacer, qui a. 1615 erat aedificatus, supprimitur a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 310.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 121.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 245.

Maranum, vide *Marans*

Marathon, Wisconsin, in Provincia *Calvariensi* (Stat. Foeder. Amer.). — Monasterium S. Antonii, qui locum Studiorum tenet, conditum est a. 1918.

DESCRIPTIO GEOGR., (1929) p. 17, tab. XX-XXI.
BITTLE, *A Romance...*, p. 457, 538.
ANALECTA CAP., 34 (1918) p. 19.
SERAPHIC CHRONICLE, 1918, p. 138-140.
THE PRECURSOR, (Publicatio trimestris a clericis edita). Marathon, 1931-1940.
ROUND TABLE *of Franciscan Research* (Periodicum trimestre), Marathon, 1935 ss.

Marâu in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia). — Domus nostra inibi erigitur an. 1934 cum ecclesia S. Bonaventurae dicata. Anno vero 1936 nostratibus concredita est paroecia Christi Regis.

TEODORO DE ALFREDO CHAVES, 50 *anos de atividades no Rio G. do Sul* (1946) p. 86-96.
ANALECTA CAP. 51 (1935) p. 14.

Marburg, vide *Maribor*

Marcellianus a Bruges (Brugge), in saeculo *Io. Pardo*, prov. Belgicae magister novitiorum et definitor; atque in Hollandia missionarius apostolicus († 1637). Pium libellum scripsit (« *Het geestelijc Pepelken* ») quod a. 1933 vulgatum est in nostro periodico « *Franc. Leven* » vol. XVI.

ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, II, 475, 478, 480, 491, 705.
FRANC. LEVEN, XIV, 1931, p. 205-12 (P. Hildebrand) — VI, 1933, p. 17-24, 239-47 (P. Gerlachus). — Cfr. « *Collectan. Franc.* » a. 1934, p. 309. a. 1936, p. 132.

Marcellianus a La Guerche, Praef. Apost., alumnus Prov. Tolosanae. - Natus die 18 apr. 1878, Ordinem Capuccinorum ingreditur a. 1898 et Sacerdotio augetur a. 1904. In Vicariatum Apost. inter populos Gallas in Aethiopia profectus est a. 1903 et S. Congr. de Prop. Fide eum Praefectum Apost. de *Gibuti* (Somalia gallica) nominavit die 22 octobris 1937.

ANALECTA CAP. 53 (1937) p. 231.

Marcellinus ab Ascoli,
vide *Marcellinus a Capradosso.*

Marcellinus ab Atri (Teramo) Prov. Aprutinae. — An. 1659 natus est gente *Canzani* et habitum seraphicum apud nos sumpsit a. 1675. Congo versus missionarius profectus est a. 1689 et a. 1703, valetudinis causa in Italiam rediit. Vita cessit in patrio conventu a. 1717. Composuit opus: *Giornate apostoliche fatte nelle missioni d'Angola e Congo nell'Etiopia.* Haec memoria manuscripta servatur in Archivo eius Provinciae.

ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* III, 665-68.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 530 s.
AMAT DI S. FILIPPO *Biografia dei viaggiatori italiani*, (1882), I, 462.
NEERLANDIA FRANC. II, 1919, p. 109, n. XXXI (*Bibliogr. Congolaise*).

Marcellinus a Capradosso, seu ab Ascoli, frater laicus prov. Picenae. Ortus domo *Maoloni* a. 1873, habitum seraphicum sumpsit a. 1902 ac fama sanctitatis obiit in conventu Firmano (Fermo) die 26 febr. 1909. Processus ordinarius pro eius beatif. inchoatus est an. 1948.

Marianus ab Alatri, *Vicar. Gen.*, Prov. Romanae alumnus. — E domo *Veloccia*, natus a. 1756, inter nostrates venit a. 1772. Fuit Lector et Minister suae Provinciae; SS. Rituum Congr. Consultor; Ordinis vero Procurator a. 1806, et Vicarius Gener. a. 1814 iterumque a. 1819 a S. Sede nominatus est. Plurimis in Ecclesiam meritis cumulatus, in pectore iam reservatus erat Cardinalis a S. Pontifice. Obiit die 17 sept. 1821.
BULLAR. CAP., IX, 273 ss., 320, 346.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 252, 254, 256.
APPENDIX *ad Bibl. Script. Cap.*, p. 32.
BASILIO DE RUBÌ, *Estudio de la Bula « Inter graviores »* (1804), p. 132-134.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 155 n. 51.
ITALIA FRANC., 14 (1939) p. 354 (Opera) — 18 (1943) p. 54, 96, *Cenni biografici* (Filippo da Cagliari — 24 (1949) p. 114-18: *Particolari della morte del P. Mariano desunti da una memoria inedita* (Lorenzo da Saltino).

Marianus ab Alcamo (*Monofino*), Prov. Panormitanae Minister, Magister Novitiorum et S. Inquisitionis Qualificator. — Apud Germanos comes fuit S. Laurentii a Brundusio quocum mirum explicuit apostolatum. Concionator egregius, peculiari cura pietatem in B. M. Virginem fovebat. Obiit a. 1621 et nonnulla opuscula, carmine et soluta oratione edidit in laudem Deiparae Mariae.
DE-PISE, *Annales*, p. 399.
OLGIATI, *Annali*, II, 16-19.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 635.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 180.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 51.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 215.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 328.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, I, 352.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 442.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, II, 345-53.
EGIDIO, *Scrittori di Palermo*, p. 107-09.
ARCHIVIO STORICO SICILIANO (Palermo), an. 1884, p. 404 s. (Epistola P. Mariani).

Marianus a Badajoz,
vide *Marianus a Bernardos*.

Marianus a Bernardos (de Badajoz?), alumnus prov. Castellae in Hispania. — Natus est a. 1746 e gente *Villanueva* et habitum sumpsit a. 1762. Iuxta Bullam « *Inter graviores* » (1804) Vicarius Gener. Ordinis pro Hispaniis nominatus est ad sexennium, vi Brevis Pontif. diei 17 oct. 1805. Iuxta nonnullos munere hoc functus est usque ad a. 1818. Quo anno mortuus sit nescitur.
BULLAR. CAP., IX, 295.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 251.
Estadistica Prov. de Castilla (1909), p. 80.
BUENAV. DE CARROCERA, *Necrologio*, p. 284.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
BASILIO DE RUBÍ, *Estudio de la Bula « Inter graviores »* (1804), Barcelona 1943, p. 131 s.
ANALECTA CAP., 12 (1896), p. 55 n. 99.

Marianus a Civitanova, vide *Gavasci M.*, episc.

Marianus a Nebbio (S. Pietro di Tenda), qui Corsicae Provinciae iure ceu fundator habetur. — Verbi Dei eximius exstitit praedicator et in Capitulo Generali a. 1546 Definitor eligitur. Sancte obiit a. 1558. — Eius scriptum, in quo nostri Ordinis exordia in insula Corsicae enarrabat, deperditum est.

BOVERIO, *Annales*, I, 293-94.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 51.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 181.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 217.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 329.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 442.

Marianus a Vega, prov. Castellae. — E familia *Blanco Salgado* ortus est an. 1871; habitu seraphico indutus an. 1896. Munera obivit lectoris, definitoris et pluries Ministri provincialis (1901, 1907, 1916, 1922). Obiit Matriti die 3 martii, 1947.

Religiosus conspicuus admodum seraphicis virtutibus enituit. Die 15 aug. 1910 voto se obstrinxit faciendi quod perfectius ei videbatur in regulari observantia exsequenda. Pariter in eo claruit virtus prudentiae et donum consilii in arduis negotiis peragendis tum intra tum extra Ordinem. In animabus dirigendis et in exercitiis spiritualibus communitatibus religiosis tradendis uberrimos collegit fructus. Soror *Maria Sorazu* Conceptionista franciscana Abbatissa monasterii de Valladolid et egregia magistra vitae spiritualis († 1921), P. Marianum uti patrem et magistrum habuit.

MELCHOR DE POBLADURA, *Sor María de los Angeles Sorazu; su correspondencia epistolar.* Madrid, 1941.
SORAZU MARIA DE LOS ANGELES, *Itinerario místico. Correspondencia epistolar con el P. Mariano de Vega, su director espiritual* editada y anotada por el *P. Melchor de Pobladura*, O. Cap. — Madrid, 1942 (cf. COLLECTAN. FRANC. an. 1943, p. 431-433).
ANALECTA CAP. 63 (1947) p. 43-44 (necrol.).

Mariavitae, vide *Honoratus a Biala.*

Maribor, Marburg, in Prov. Illyriae. — Veterem conventum, qui a. 1613 a Prov. Styriae erat aedificatus, decreto caesareo a. 1784 fratres nostri iussi sunt tradere FF. Min. Conventualibus. Ecclesia B. M. Virgini Purificatae est dicata. — Anno vero 1920, in suburbio *Studenci*, domus et antiqua ecclesia S. Ioseph Ordini nostro traditae sunt. Ecclesia an. 1940 in paroeciam erecta est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 23 tab. XVIII.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 27.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 35.
BULLAR. CAP., IV, 381.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 17, 66.
MAVRICIJ, *Zgodovina Kapucinov*, p. 75.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 546.
ANALECTA CAP., 57 (1941) p. 34.

Marienthal, Kansas, in Prov. Pennsylvanica (Stat. Foeder. Amer.). — Hospitium ibi exstruitur a. 1905; ecclesia vero titulo atque patrocinio B.M.V. in caelum Assumptae, aedificatur a. 1909 et paroecia effecta est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 30 tab. 20-21.
CATALOGUS PROV. PENNSYLV. (1932) p. 56.
SERAPHIC CHILD OF MARY (Pittsburgh), a. 1910, p. 117-119.

Marini Angelicus, v. *Angelicus a Pistoia.*

Marinoni Ioan. Chrysost. a Clusone, *episc.*, alumnus Prov. Mediolanensis. — Ortus die 5 februarii a. 1882, Ordinem Capuccinorum ingressus est a. 1897, et sacerdos fit a. 1906. In sua Provincia obivit munia Definitoris et Ministri (1934). Pius XI, die 21 iulii 1936, ad sedem episcopalem titul. *Pisitanam* et Vicarium Apost. *Erythreae* eum nominavit.

A MONS. GIANGRISOST. MARINONI... *nel giorno di sua consacrazione episcopale.* Milano, 1936. pp. 58.
ANALECTA CAP., 52 (1936) p. 212 (Vicar. Ap.). 63 (1947) p. 35, Epistola gratulatoria Min. Generalis.
ATTI PROV DI LOMBARDIA, a. 1936, p. 243, 269.

Marinus a Cadore, Prov. Venetae Lector, Definitor atque Moderator. — Natus est e familia *Zanetti* in vico Lozzo-Cadore a. 1745 et habitum sumpsit a. 1761. Apud Bern. Bocchini episc. Zacynthi et Cephaloniae fuit a secretis et theologus (1778-85). In Provinciam suam cum rediisset eam rexit per 25 annos eamque fere extinctam restituit. Sedem episcopalem *Civitatis Castellanae*, a Pio VII ipsi oblatam, recusavit. Concionator magnae aestimationis, hoc munere functus est per decem annos coram Venetiarum Reipublicae Senatu in Basilica S. Marci. Obiit a. 1827. — Eius opus: *Panegirici, Discorsi morali e Prediche Quaresimali*, 7 voll. in lucem prodiit Venetiis, 1836.

BULLAR. CAP., IX, 274, 320-21.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 167-71.
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 32.
GIO. CRISOST. *Bibl. Prov. Veneta*, p. 196-200.
CONTARINI G. B., *Menzioni onorifiche... Raccolta di biografie* (1845), I, 118.

Marinus a Castiglion Fiorentino (*Panichi*), novitius in nostra prov. Tusciae; obiit a. 1858, decem et octo annos natus, bonorum operum exemplum relinquens.

MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 135-42.
MONTINI VINC. — *Un fiore di Paradiso, ossia fr. Marino da C. F.* Pescia 1889.
ARCANGELO DA CASTIGLION FIORENTINO, *Il S. di D. Marino da Castiglione.* Firenze 1933 (cfr. « *Collectan. Franc.* » a. 1935, n. 121).

Maritima, vide *Martigues*

Marius a Mercato Saraceno, Min. Gen., Prov. Picenae alumnus. — Nobili gente *Fabiani* ortus est a. circ. 1512. Prius inter fra-

tres Ord. S. Augustini, postea a. circ. 1540 in Ordinem Capuccinorum adlectus est, ibique praeclaris dotibus excelluit. Bononiensem Prov. rexit (1555) et Picenam (1556-59). In Capitulis Gener. habitis a. 1552, 1561, 1564, 1675, 1578 Definitor electus est; anno denique 1567 supremum Ordinis gradum obtinuit eumque tenuit ad a. 1573. Romam peragrantem ut interesset Capitulo Gener., mors eum adripuit apud Tolentino in Piceno die 6 maii 1581. — Quaedam scripta reliquit, inter quae *Quadragesimale*, *Poemata* in laudem B. M. Virginis; at eius scripta maioris ponderis et pretii sunt tres *Relationes de origine Ordinis Capuccinorum*, quae iuxta formam originalem italicam et cum notis criticis a P. Melchiore a Pobladura editae sunt in I volumine collectionis: « Monumenta Ord. FF. Min. Capuccinorum » Assisii, 1937. (cfr. *Collectan. Franc.* a. 1940, p. 115, 418-27). — Animadvertendum est, secundam *Relationem* prima vice notisque adiunctis, a P. Iosepho a Fermo iam evulgatam esse Anconae a. 1927.

Bibliographia

MONUM. HIST. O. CAP., vol. I, Introd. generalis: *De vita et operibus P. Marii;* cf. et *Indices* voll. I-VI.
BULLAR. CAP., I, 34.
BOVERIO, *Annales*, II, 11-17.
FLORES SERAPH.CI, II, 1-8 cum figura.
LEGGENDARIO CAPP., V, 65-75.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 66, 69, 70, 74, 81, 82.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 167-71
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 182.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 51.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 219.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 331.
G.US. DA FERMO, *Scrittori*, p. 73.
LIBER MEMORIALIS, (1928), p. 131 ss.
EDUARDUS, *De primordiis Cap.* (v. Ind.).
IDEM, *Tribulationes O. Cap.*, p. VIII et Ind.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, cfr. Ind.
SALVATORE, *La Prov. di Bologna*, I, 98-104.
THEOPHIL GRAF, O. Cap., *Zur Entstehung des Kapuzinerordens* (1940) p. 1-37, 117.
ROCCO DA CESINALE, *Storia* I, 87 (Epistola).
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 79; 16 (1900) p. 312: *Litanie B.M.V.* a P. Mario compositae, 23 (1907) p. 273, 373, 326: *Epistola* P. Marii ad P. Honorium a M. Granaro.
COLLECTAN. FRANC., 6 (1936) p. 552-94: *De vita et scriptis P. Marii Fabiani a Foro Sarsinio* (Melchior a Pobladura) — 10 (1940) p. 418 ss. (de « Chronica » P. Marii).
ITALIA FRANC. 9 (1934) p. 195 ss.: *Un Poemetto mariano* di P. Mario Fabiani? (N. Mancini) cf. recens. ap. « COLLECTAN. FRANC » a. 1938, p. 461.
IDEM, 12 (1937) p. 315, 409; 13 (1938) p. 27 ss.: *Poemetti* del P. Mario... editi per la prima volta (Melchiorre da Pobladura).

Marius a Venezia (cognomine *Bignoni*), Venetae Prov. Concionator et Lector. — Natus a. 1601, Ordinem ingreditur a. 1618 obiitque a. 1660. Ut concionator magni habebatur; at eius ars oratoria incidit in sui temporis vitia. Tria eius opera: *Elogi sacri — Prediche — Serafici splendori* (i. e. Quadragesimale) in Indicem Libr. prohib. adnotata inveniuntur sub v. *De Bignoni*.

GIO. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 200-205.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 181.
SBARAGLIA-ACCURTI, Scriptores, II, 218.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 330.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 1221.
CASATI G., *L'Indice dei libri proib.*, III, 102.
REUSCH, *Der Index*, II, 428.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 1460.

Markdorf (Marchdorffium) in Prov. Rhenano-Westfalica (Baden). — Anno 1652 fratres Capuccini Prov. Helveticae in hunc locum recepti sunt et a. 1659 novum Conventum ingrediuntur iuxta ecclesiam B. M. V. Immaculatae dicatam. Conventus a Gubernio civili abrogatus a. 1806, penitus sublatus est a. 1820.

BULLAR. CAP., IV, 366.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 258.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 130-33.
PETRUS FRANC., *Suevia eccles.*, p. 562.
P. BENVENUT STENGELE, *Die Kapuz. Klöster in... Markdorf* (in: « Diöc. - Arch. v. Schwaben » XI, 1894, p. 43 s. 46-48.
FREIBURGER DIÖC. ARCH., XVI, 1883, p. 146-48.
HEIZMANN, *Klöster... der Erzdiöz. Freiburg* (1930) p. 94-95.
WETZEL MAX, *Markdorf a. B. in Wort u. Bild* (1910) p. 155-157.

— Quaedam Sorores III Ord. S. Franc. quae hic vitam claustralem iam ducebant, a. 1687 ad Regulam Ord. S. Clarae monialium *Capuccinarum* transire facultatem obtinuerunt. Eorum autem monasterium suppressum est an. 1803.

BULLAR. CAP., IV, 73-74, 367.

Marmande (*Marmanda*) in Prov. Tolosana. — E conventu qui fuerat aedificatus a. 1609, una cum ecclesia SS. Apost. Petri et Pauli, fratres nostri eiecti sunt a. 1791.

BULLARIUM CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, I, 93.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 54.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquitaine*, p. 221.

Marmels, vide *Bivio-Marmels*

Marmirolo, vide *Mantova*.

Marobudum, vide *Budějovice*

Marochium in Africa. — P. Iosephus Parisiensis, Commissarius Apostolicus nostrarum Missionum Gallicarum, a. 1624 quosdam huc misit Fratres prov. Turonensis qui auxilio spirituali navigantes iuvarent et inter indigenas et captivos christianos missiones fundarent. Ob tamen non sociales consuetudines inter Gubernium illius loci et Galliam illis Patribus missionem integram explicare non licuit.

Quamobrem, multis expensis laboribus pro illis incolis, locum Patribus hispanis prov. Andalusiae cesserunt. Hi facilius apostolatum exercuerunt, et iam nonnullas Residentias fundaverant (Melilla etc.) cum S. Congr. de Prop. Fide Praefecturam erigi negavit (1662 et 1666); ex quo factum est ut Missio iam iam in pessum iret.

Inter primos missionarios in Marochio recensetur *P. Petrus ab Alençon* († 1629) de quo fit mentio sub eius nomine.

PELLEGRINO, *Annali*, I, 123 (a. 1635).
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, III, 453-482.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 317-19.
IDEM, *Man. hist. Miss.*, p. 223-29.
MELCHIOR, *Historia Cap.*, vol. III, cf. Ind.
DE GUBERNATIS, Orbis seraph., *De Missionibus*, T. II, Pars II, p. 404.
FRANÇOIS D'ANGERS — *Historia Missionis FF. Capuccinorum in regno Marochii.* Matriti 1644. — Reimpressa gallico idiomate a P. Apollinare a Valentia sub hoc titulo: *L'Histoire de la Mission des Capucins de la Prov. de Touraine à Maroc* (1624-1636). Rome, 1888.

Maronensis sedes titularis episcopalis. — Hoc titulo insignitus est a. 1871 Zacharias FANCIULLI a Catignano, ex Ord. Cap. († 1873).

Maroquiensis *sedes titularis episcopalis.* — Ex Ordine nostro, illo titulo decorati sunt: a. 1859 Felicissimus COCCINO a Cortemilia († 1878), et a. 1881 Aloisius Gonzaga LASSERRE a Vézéronces († 1903).

Marosallum, vide *Marsal*

Marrara, in Prov. Bononiensi. — Anno 1570 hospitium et decem annis post et ecclesia aedificati sunt. Hospitium mansit usque ad napoleonicam suppressionem.

STEGANI GIOV. — *Monografia di S. Maria di Codefiume* (Ferrara 1905), Annot. V, p. 156.

Marrochium, vide *Marochium*

Marsa (Hamrun) in Melitensi Insula. — Conventus a. 1913 conditus, habet ecclesiam paroecialem titulo SS.ma Trinitate.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 25 tab. XI.
PROSPECTUS CAP. PROV. MELITEN. (1920) p. 11.
L'IMMACULATA... (Periodicum) Malta, an. 1913, p. 105-07 (de nostra ecclesia).

Marsal (*Marsalla, Marosallum*) in Prov. Strasburgensi. — Fratres antiquae Prov. Lotharingiae conventum cum ecclesia S. Clarae habuerunt ab a. 1650 ad a. 1791.

PELLEGRINO, *Annali*, II, 244.
ARMEL, *Capucins de Metz* (v. Ind. p. 203).
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 99.
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 295.

Marsala in prov. Panormitana. — Conventus anno 1571 constructus una cum ecclesia B. V. Perdolenti dedicata, abrogatus est a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 321.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, I, 180.

Marsberg, olim etiam *Stadtberg, Eresburg*, in Prov. Rhenano-Westfalica (Dioec. Paderbornen.) — Quem fratres Capuccini Prov. Coloniensis Conventum excitaverant a. 1749, cum ecclesia S. Dionysio dicata, Gubernium civile suppressit a. 1807.

JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.*, p. 28, 37.
FISCHER, *Die Eresburg, Ober-und Niedermarsberg* (1889) p. 68 ss.
SCHMITZ-KALLENBERG L., *Monasticon Westfaliae* (1909), p. 47.
ANALECTA CAP., 17 (1901) p. 114-116.

Marseille (*Massilia*) in Prov. Lugdunensi. — Iam ab a. 1578, fratribus nostris locus datus est intra urbem et quidem primum iuxta aediculam S. Marthae. — Postea conventus exstruitur a. 1600, quem fratres coacti sunt derelinquere a. 1793. — Domus hodierna, cuius ecclesia dicata est Immaculatae Concept. B. M. V., inhabitatur ab a. 1825. — Quod ad *Museum Franciscanum* spectat, ibi olim fundatum, videsis sub hac ipsa voce.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 25 tab. XIII.
BULLAR. CAP., V, 153, 401; X, 352, 602.
BULLARII REGESTUM, n. 3696 (Pius IX, 1850).
PELLEGRINO, *Annali*, II, 187-190, 224-230 (Capuccini pestiferis inserviunt).
RENÉ, *Docum. des Cap. en France*, p. 61-70.
DUBOIS MARC — *Le Couvent des Capucins de Marseille* de 1578 à 1790. Marseille 1925 (cf. REVUE HIST. FRANC. 1926, p. 324).
ANALECTA CAP. 1 (1884) p. 214 ss. *De Capucc. Massilien. studio et caritate erga labe pestifera infectos*; 11 (1895) p. 346-49: *De Missione generali 60 PP. Capucc. in urbe Massiliensi (1724)*; 17 (1901) p. 343 s.; 18 (1902) p. 214 s., 360 ss., (de hodierno conv.).
ETUDES FRANC. 37 (1925) p. 325 n. 146 (bibl.)
ECHO ST. FRANÇOIS (Toulouse), 1903, Mai, p. 66-72 (De Conv. suppress. 1901).

— Moniales Clarissae, vulgo *Capuccinae*, Massiliam ingrediuntur an. 1626; anno vero 1950 a S. Congr. facultatem obtinent se transferendi in locum de *Sigolsheim* (archid. Strasburgensis. — In monasterio Massiliense floruerunt: Agnes Aguillenqui, Bona Parisiensis, Cherubina a S. Benedicta, Martha de Oraison, de quibus agitur sub eorum nomine.

DE-PISE, *Annales*, pag. 491-494.
OLGIATI, *Annali*, II, 264 s.
BULLAR. CAP., V, 173-180, 402.
LA VIE *des premières Capucines du Monastère de M.*, Marseille, 1754.
AMBROISE DE BERGERAC, *Histoire des relig. capucines de M.*, Paris, 1870).
THÉOTIME, *Les Cap. de Lyon*, p. 282.
ANALECTA CAP., 67 (1951) 27, transl. monast.
ESTO FIDELIS (Prov. Strasburgen.), a. 1950, p. 92-93 (Acta S. Congr. Relig. et Episcopi Massiliensis).

ITALIA FRANC. 8 (1933) p. 512-16, 596-99, 604 (Notizia delle 12 monache cappuccine di Marsiglia rifugiate a Roma durante la rivoluzione francese).

Marseille (Provincia Ordinis) vide *Massiliensis prov.*

Marsico Nuovo (*Marsicum Novum*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. Conventus, cum ecclesia dicata B. V. Lauretanae, constructus videtur ante an. 1540: quidam vero, eius erectionem circa a. 1560 ponunt. Fratres nostri coacti sunt eum relinquere a. 1866.
BULLAR. CAP., III, 52, 56, 310.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 115, 206-15.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 246 (*Relatio a. 1650*).

Martha Noguera Valeri, vide *Manresa*

Martha de Oraison a Cadenet, monialis Capuccina. Nobili genere orta est a. 1590; monasterium Capuccinarum Ord. S. Clarae in urbe *Marseille* fundavit. Sancte obiit Parisiis die 30 maii 1627.
BULLAR. CAP., V, 176-178.
BONNET PIERRE, *L'amour de la pauvreté descritte en la vie de Marthe marquise d'Oraison*. Paris 1632.
MARC DE BAUDEN, *La vie admirable de Marthe d'Orsaison*, Lyon 1671, Marseille 1673, Rouen 1680.
TAY MARIE, *Une héroïne de la charité. Marthe d'Oraison, Baronne d'Allemagne*. Clermont-Ferrand 1898.

Martialis a Brive-la-Gaillarde, antiquae Prov. Aquitaniae alumnus. — Nobili gente *Dumas* ortus; apud Studium Parisiense litteris vacavit, deinde nostrum habitum sumpsit. Vitam duxit in solitudine orationi et pietati incumbens obiitque in civ. Medoux a. 1650 vel paulo post. — Facultatem poëticam praeclaram habuit et scripsit multa carmina de re religiosa: post eius mortem nonnullae collectiones ex eius poëmatibus prodierunt, inter quas: *Le Parnasse séraphique* (1660) et *Oeuvres poétiques et saintes* (1653 et 1655).
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 182.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 52.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 220.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 332.
APOLLINARIS, *Bibl. Cap. Occitan.*, p. 92.
IRÉNÉE, *Bibl. Prov. de Toulouse*, p. 16.
BREMOND, *Hist. littér. relig.*, I, 200-06 (cf. etiam *Index Gén.* operis, p. 166).
GASTOUÉ A., *Le Cantique populaire en France* (Lyon 1924), p. 189-90. Cf. *Revue Hist. Franc.* 1926 p. 341.
BIOGRAFIA UNIV. (Venez. 1823) t. 36 p. 132.
CLÉMENT-SIMON, G. — *Le P. Martial de Brive, la Muse séraphique au XVII siècle*. Paris, 1888.

Martialis ab Etampes (Stampensis), in prov. Parisiensi per plures annos magister novitiorum atque animarum moderator egregius († 1635). — *Opera spiritualia* typis mandavit, quae in magna aestimatione habita sunt, inter quae: *Exercice des trois Clous pour imiter Jésus-Christ*. Paris, 1635. — *Oratio mentalis*. Constanz, 1648. — *Traité facile pour apprendre à faire l'Oraison*. Saint-Omer 1630; Paris 1722. Versio germanica (1648).
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 182.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 220.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 332.
ETUDES FRANC., 39 (1927) p. 459.

Martialis a Valenciennes, alumnus prov. Parisiensis, natus e familia *Godez* die 2 iulii 1760. — Saeviente gallica perturbatione, pro fide catholica martyrium subiit in urbe *Valenciennes* die 14 octobris 1794. — De eo iam agitur apud SS. Rit. Congr. (Sectio historica).
BESCHIN, *Martyrol. Franc.*, d. 14 octobris.
EDOUARD, *Essai de Martyrologe*, p. 30.

Martigues (*Martica, Maritima*) in Prov. Lugdunensi. — Fuit ibi olim conventus ab antiqua Prov. *S. Ludovici* fundatus a. 1604.
BULLAR. CAP., V, 162, 401.
SCHEMATISMUS Prov. Lugdun. (1895) p. 86.

Martin L. vide *Laurentius a Schnüffis*.

Martina Franca, in Apuliae Prov. — Prior conventus aedificatus a. 1546 apud ecclesiam S. Donati, relictus est quum nostratibus cura antiqui sacelli B. M. Virginis vulgo « de Itria » nuncupatae concredita est. Ibi a. 1590, alter conv. aedificatus est cum pulchra ecclesia B. M. V. in caelum Assumptae dicata, in quam vetus simulacrum B. M. V. translatum est. Conv. supprimitur a 1861.
BULLAR. CAP., III, 319.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 104.
ITALIA FRANC., 16 (1941) p. 49-53.

Martinengo, v. *Maria Magdal. Martinengo*.

Martinez Saez Hyacinthus M. a Peñacerrada, episc., Prov. Castellae alumnus. Natus est die 9 sept. 1812 et adolescens Capuccinus fiebat. Civili bello in Hispaniis erumpente, in Galliam secessit a. 1836, dehinc a. 1843 ivit in Americam ibique in Venezuela, Mexico et Habanae (Cuba) ministerio apostolico vacavit. In Europam reversus a. 1858, postea Romam venit et in Collegio missionum S. Fidelis, Lector constitutus est. Interim (nov. 1862-maio 1863) ad Indias Orient. Salv. Saba archiep. ceu a secretis comitatus est. Cathedram iterum Romae ascendit, donec d. 27 martii 1865 factus est episcopus S. Christophori de Habana in insula Cuba. A civilibus auctoritatibus adversatus, vi coactus est e dioecesi egredi a. 1869. Dum Romae degebat, interfuit Concilio Vaticano (1870) et morte sublatus est d. 31 oct. 1873. — Plura ediderat opera de re ascetica et apologetica, inter quae sequentia adnotantur: *La Escuela del Amor abierta en el S. Corazón de Jesús* (Habana

1867) — *La Virgen María. Su vida...*, voll. 3 (Madrid 1868). — *El Concilio Ecumenico y la Europa oficial* (Habana, 1869) — *Pio IX y la Italia* (Vitoria, 1871) — *La Etad media comparada con los tiempos modernos*, voll. 2 (Madrid, 1873). — *Los Voluntarios de Cuba y el Obispo de la Habana* [Martinez y Saez] Madrid 1871.

ANDRÉS, *Vitalidad seráfica*, I, 234-37.
BUENAV. DE CARROCERA, *Necrologio*, p. 269.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 33.
IDEM, *Collegium S. Fidelis*, p. 30, 73 ss., 92.
MARTINEZ Y SAEZ, JAC. M. — *Los Voluntarios de Cuba y el Obispo de la Habana* (scilicet: Martinez...). Madrid, 1871.
ECO S. FRANC., an. 1874, p. 117 (necrol.).

Martini Augustinus, v. *Augustinus a Taggia.*

Martinica (Insula), vide *Antillae minores.*

Martinsbruck in Helvetia (Missio *Raetiae*). — Domus pro fratribus Prov. Tirolensis ibi exstat ab. a 1896. Ecclesia dicata est S. Floriano, et est paroecia ex a. 1900.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 132.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. XVII.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, 737.

Martinus a Barcelona, prov. Catalauniae alumnus; historiae ecclesiasticae doctor atque professor; director commentarii periodici *Estudios franciscanos* atque plurium operum historiae franciscanae et medii aevi, praesertim regionis Catalauniae, egregius auctor. In civili eversione hispanica in manus communistarum cecidit, a quibus, die 19 dec. 1936, crudeliter capite sectus est, aetatis sua 43 et religionis 27 annorum.

Ex eius vulgatis operibus adnotamus: *La Orden franciscana. Estudio crítico de las fuentes históricas de S. Francisco y S. Clara* etc., Barcelona 1921; *Inventario de Mss. referentes a la Historia de la prov. Capuchina de Cataluña.* ib. 1921; *Francesc Eiximenis O. F. M.* († 1409), ib. 1929; *Doctrina compendiosa de Franc. Eiximenis*, ib. 1929; *La Cultura Catalana durant el regnat de Jaume II* (proemio «*Francesc Vives*» decoratum), ib. 1936; *Notes descriptives dels Mss. franciscans medievals de la Bibliot. Nacional de Madrid*, ibid. 1933; *L'Orde Franciscá i la Casa Reiál de Mallorques*, ib. 1923.

BASILI DE RUBI, *Necrologi*, p. 354.
JOVINO, G. L., *Eroi di Cristo nella Spagna di Franco* (1940) p. 267-73.
APOSTOLADO FRANC., 1941, p. 5-6 (necrol.).
NEERLANDIA FRANC. 5 (1922) p. 264-66, de opere P. Mart. « *Estudio de las fuentes hist.* »

Martinus a Kochem, Prov. Rhenanae Concionator et Lector. — Ortus est gente *Linius* a. 1634 et in Ordinem nostrum ingressus est an. 1653. Obiit sancte ut pie vixerat d. 10 sept. 1712 apud Waghäusel ad Bruchsal. Gloriae Dei maximae studens, vir magnae virtutis fuit atque doctrinae. Nomen eius per Germaniam ob plurima scripta celebre vagavit, unde inter principes scriptores spirituales sui aevi adnotatur. Eius opera, anxie a populo acquisita, spiritum pietatis et religionis auxerunt, et hinc et inde diffusa, in varia idiomata versa, pluries edita sunt. Nonnullorum eius operum inscriptiones damus cum annis quibus prima vice evulgata sunt:

Kinderlehr-Büchlein, oder Ausslegung des Catholischen Catechismi (1666).
Das Leben Christi (1677).
Catholisches Cantual (1682).
Das Grössere Kranckenbuch (1686).
Der Grosse Baum-Garten (1687).
Das auserlesene History-Buch 4 voll. (1687-1715).
Guldner Himmelsschlüssel (1690).
Schöne Erklärung der Hl. Messe (1698).
Hertziges Büchlein (1699).
Jährliche Uebungen (1705).
Verbesserte Leben der Heiligen (1705).
Unerschätzliches Büchlein von Gott (1708).

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., IV, 329.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 301-308.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 183.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 52.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 275.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 335.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 889.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 476 Ind.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 91-93, 120. 131.
ILG, *Geist d. H. Franz*, I, 255-66.
STANISLAUS, *Franzisk. Mystik*, p. 134.
CARDAUNS HERM., *Klemens Brentano* (Köln 1915), p. 98-105, Emmerich-Brentano und Martin v. Cochem.
HUMPERT KONSTANS, *P. Martin v. C. und das Kirchenlied* (In periodico: *Musica Sacra*, Regensburg, 1934 p. 255-57).
DICTIONN. THEOL. CATH., X, 207-10.
KIRCHENLEXIKON, VIII, 924-26.
LEXIKON THEOL. U. KIRCHE, VI, 980.
CATHOLIC ENCYCLOPEDIA, IV, 75-76.
IOHAN. CHRYSOST. SCHULTE, O. CAP. — *P. Mart. v. Coch.-Sein Leben u. seine Schriften.* Freiburg Br. 1910.
KOSCH, WILHELM — *P. Mart. v. Coch. der Apostel Deutschlands im Zeitalter. der grossen Kriege*, 2. Aufl., Gladbach, 1921.
MARIA BERNARDINA (Schwester) — *P. Mart. v. Cochem. Sein Leben, sein Wirken u. seine Zeit.* Mainz. 1886.
SCHMITT A., *Die deutsche Heiligenlegende von Martin v. Cochem bis Alban Stolz.* Freiburg Br. 1932. pp. 76. Cfr. *Collectan. Franc.* 1936 p. 140 n. 592.
STAHL HANS, *P. Martin v. Cochem u. das* «Leben Christi ». *Ein Beitrag zur Gesch. der relig. Volksliteratur.* Bonn, 1909.
ASSISI-GLÖCKLEIN, an. 1934, p. 125-38: *Feier des 300-jahr. Geburtstages P. Mart. v. Coch.*

COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 84-97: *Die literarische Eigenart des P. Mart. v. Coch.* (J. C. Schulte); 6 (1936) p. 140 s.; 8 (1938) p. 479 (not. bibliogr.).
ETUDES FRANC., t. 3 (1900) p. 448-55, *Le P. Martin de Coch.* (Eusèbe de Bar-le-Duc).
FRANZ. STUDIEN, 1 (1914) p. 36-52: *Mart. v. Coch. ein Förderer des Eucharist. Kultes* (J. C. Schulte).

Martinus a Nantes, antiquae Prov. Britanniae Concionator. — An. 1671 ivit missionarius in Brasiliam apud sylvicolas indianos Rivi S. Francisci in regione *Cariris* nuncupata. In provinciam suam reversus a. 1688, de eo postremae notitiae desunt; certe tamen a 1706 Guardiani munus obibat in conventu de Quimper. Eius opus inscriptum: *Relation de la mission du P. Martin... parmi les Indiens appelés Cariris.* (Quimper 1706), denuo impressum est cura P. Apollin. a Valentia sub hoc novo titulo: *Histoire de la mission de P. Martin... chez les Cariris...* (Romae 1888),
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 703, 707.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 338.
STREIT, *Bibl. Missionum*, III, num. 1211.
MARTIN DE NANTES, *Relation...* (vide superius).
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 362.

Martinus a Torrecilla, Prov. Castellae, in qua habitum sumpsit a. 1650, Lector et Minister, Ordinis vero Definitor (1678), atque S. Rom. Inquisitionis Qualificator. — Obiit Matriti a. 1709. — Vir fuit in disciplinis ecclesiasticis valde eruditus et scriptor feracissimus. Quae edidit de re philosophica, polemica et morali, haec tantum adnotantur: *Cursus philosophicus.* Voll. 3 (Matriti, 1667) — *Examen de la potestad y jurisdicción de los Obispos.* (2. ed. Madrid, 1693) — *Consultas morales varias.* tom. 6 (Madrid, 1694-1705) — *Apologema, Espejo y Excelencias de la Seráfica Religión de Menores Capuchinos* (Turín, 1673). Praesens opus, primo sub falso nomine: *D. Fermin Rattariazi*, editum, postea insertum fuit in Tomo V operis « Consultas morales varias » (1701). — *Propugnaculum Orthodoxae Fidei, adversus quosdam veritatum cathol. hostes.* (Matriti, 1698) — *Enciclopedia Canónica, Civil, Moral, Regular y Orthodoxa, dispuesta por el alfabeto* tom. 2. (Madrid s. a.).
BULLAR. CAP., V, 367.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 214.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 162.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 184.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 276.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 339.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 966
REUSCH, *Der Index*, II, 515.
ANDRÉS, *Vitalidad Seráfica*, I, 261-65.
BUENAVENTURA, *Necrol. Prov.*, p. 320.
BUENAVENT., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., X, 210.
OLMO (JUAN DEL), O. F. M., *Respuesta apologética a una apología del P. Mart. de Torrecilla capuchino.* Zaragoza 1702.

Martisvilla, vide *Marville*

Martorell, in Prov. Catalauniae. — Conventus S. Ferdinandi, a. 1687 aedificatus, ob civilem perturbationem a. 1835 derelictus est.
BULLAR. CAP., V, 410.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 417.
FRANCISCALIA (Barcelona 1928) p. 156-66: F. Duran, *El Conv. de Caputxins de Martorell.*

Marvéjols (*Mariaelogium*) in Prov. Lugdunensi. — Quem Fratres nostri Conventum exstruxerunt a. 1628, abrogatus est a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 397.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 46.

Marville (*Martisvilla*) in Prov. Belgica. — Conventus a. 1618 aedificatus a fratribus Prov. Vallonicae seu Gallo-Belgicae, nunc derelictus iacet.
BULLAR. CAP., IV, 370.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, 409 s. III, cfr. Index.
HISTOIRE D. CAPUCINES DE FLANDRE, I, 529.
ETUDES FRANCISC., 43 (1931) p. 77.

Marville in Gallia,
vide *Saint-Jean-les-Marville.*

Maryampol, vide *Mariampol.*

Marzati Anselmus a Monopoli, Cardinalis. — Natus a. 1557, Capuccinorum habitum sumpsit in Apuliae Prov. a. 1573, et, votis emissis, in Prov. Romanam transiit, ibi sacerdotio auctus est et munera tenuit Lectoris et Ministri. Orator eximius, a Clemente VIII a. 1594 Concionator Apostolicus nominatus est, quo officio cessit cum inter Patres Cardinales a. 1604 adlectus est tituli S. Petri in Montorio. Anno 1596 Definitor Gener., annis vero 1599 et 1602 Procurator Gener. fuit electus. Archiepiscopus *Theatinus* (Chieti) nominatus mense februario a. 1607, et ab ipso Pont. Paulo V consecratus, eodem anno, mense augusto, Tusculi (Frascati) e vita migravit. Manu scripta reliquit Conciones et alia.
BULLAR. CAP., I, 50, 51; II, 14; III, 106, 115; VII, 347.
CAPPELLETTI, *Chiese d'Italia*, XXI, 106.
EUBEL, *Hierarchia Cath.*, IV, 8, 332.
UGHELLI, *Italia sacra* (2 ed.) VI, 766.
RITRATTI ILLUSTRI CAPP., I, 11 ss.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 96, 99, 102, 107.
GODEFROY, *Hist. Prov. de Paris*, II, 389-93; cfr. etiam Ind. sub v. *Anselme de Monopoli.*
MAURO, *Il Predicatore Apost.*, p. 62-68.
PALOCC., *Frutti serafici*, p .424-28.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 19.
SBARAGLIA, *Scriptores*, I, 70.

FERRARI, *Onomasticon*, p. 448.
EMANUELE, *Cronaca di Puglia*, p. 205-07.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 247, 284, 408.
ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 167 D.; 9 (1893) p. 190, 218; 12 (1896) p. 152 n. 19.
ECO S. FRANC., an. 1893, p. 575-79; an. 1895, p. 64-69: *Il card. Monopolitano e sue predicazioni.*
ROUND TABLE, 15 (1950) p. 142-146, *First Capuchin Cardinal.* (Capistran Ferrito, O. Cap.).

Masamagrell, in Prov. Valentina in Hispania. — Anno 1597, apud antiquum sacellum S. Mariae Magdalenae Poenitentis novus Conventus et nova ecclesia, eodem titulo decorata, coepti sunt aedificari. Amisso Conventu tempore civilis eversionis a. 1835, illum fratres nostri denuo ingrediuntur a. 1879; at superveniente bello civili a marxistis destruitur a. 1936.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 38 tab. XII.
BULLAR. CAP., V, 415.
ESTADISTICA PROV. DE VALENCIA (1901) p. 9.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 377. — 9 (1893) p. 151. — 54 (1938) p. 108.
FLORECILLAS DE S. FRANC., a. 1910, p. 246, 278, 313, 343 (Docum. a. 1849-1853).

Masaniello et Capuccini an. 1647, vide *Napoli* (bibliogr.: FRATE FRANCESCO; OSSERVATORE ROMANO).

Mascolvium, vide *Machecoul*

Massa, prope Carrara, in Prov. Lucensi. — Quem Prov. Tusciae a. 1604 excitaverat conventum, a. 1806 Prov. Lucensis obtinuit cum ecclesia B. M. V. in caelum Assumptae dicata.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 24 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 454; IX, 348 (nota), 353.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I 257; II, 99, 539.
Breve cenno storico della Chiesa dei Cappuccini di Massa C. — Lucca 1913.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 283.

Massa (Quercioli), vide *Quercioli*

Massa Marittima - Populonia (*dioecesis*). Haec *Massana et Populoniensis* D., gubernata est a nostro sodali Iosepho MORTEO, ab a. 1872 usque ad a. 1891, quo moritur.

Massafra, in Apuliae Prov. — Conventum aedificatum a. 1584, cum ecclesia S. Mariae Angelorum et S. Francisco dicata, vi suppressionis a. 1861, fratres penitus amiserunt.
BULLAR. CAP. III, 319.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 130.
AURORA SERAFICA (Bari), 1942, febbraio p. 3, *La fine del Convento di Massafra.*
FRATE FRANC. (Parma) an. 1940, p. 67-70: *Ricordi dell'ex-conv. dei Capp. di M.* (G. Portararo).
ITALIA FRANC., 16 (1941) p. 164-66.

« Il Massaia » — *Rivista mensile illustrata delle Missioni estere dei FF. Min. Cappuccini.* Roma 1914 ss.

Haec periodica publicatio, quae nomen sumpsit a celeberrimo illo apostolo Aethiopiae card. G. Massaia, iussu Ministri Generalis Pacifici a Seggiano an. 1914 orta est, ut apostolatus missionarius nostri Ordinis opera in diversas orbis partes exercitatus diffusius agnoscatur in Italia, idemque spiritus missionarius inter christifideles diffundatur. Praeter epistolas, informationes etc. ab ipsis missionariis missas, varia insuper articula ac notitias ad missiones pertinentia vulgat. Item cura huius Periodici, nonnulla opera missionariorum iterum in lucem prodierunt (ex. gr.: *Massaia, I miei 35 anni di missione*; *Cavazzi, Missioni Cappuccine del Congo*), et ex anno 1928 fere quotannis « *Strenna delle Missioni estere dei Cappuccini* » editur.
« IL MASSAIA » 25 (1938) p. 4, 42, de origine periodici et Elenchus Moderatorum.
ANALECTA CAP., 29 (1913) p. 330: Litterae Ministri Gener. ad Superiores locales Italiae, de nova ephemeride « Il Massaia » — 37 (1921) p. 15: Minister Gen. Superioribus Missionum desiderium exprimit ut notitiae vulgentur pro Italia in ephemer. « Il Massaia » — p. 52 (1936) p. 250 (descriptio bibliogr. periodici).

Massaia Gulielmus, *Cardinalis.* — Natus in vico Piovà d'Asti (nunc *Piovà Massaia*) in prov. Pedemontana die 8 iunii 1809; habitu Capuccinorum indutus an. 1826; sacerdos initiatus an. 1832. Philosophiam et theologiam docuit simulque confessarius et spiritus moderator exstitit regiae Domus Sabaudiae necnon de re publica bene meriti viri Silvii Pellico. Anno 1844 definitor provincialis electus est et die 24 maii 1846 consecratus est episcopus titularis *Casensis* et Vicarius Apostolicus apud *Gallas* in Aethiopia destinatus. Paulo post ad propriam missionem profectus est; tot vero difficultates et adversarios invenit, ut nonnisi post lustrum Gallas adire potuerit.

Per 35 annos in Aethiopia vitam summopere apostolicam egit, mira dexteritate, eximia sapientia zeloque admirabili, inter innumera discrimina, labores et persecutiones. Omnibus omnia factus, plurimas animas Christo lucrifecit, sibi infidelium animos captivans ope praesertim caritatis et artis medicae. Varias missiones erexit in *Gudrú, Lagamara, Ennerea, Ghera, Kaffa, Harar* etc. Eo ipso tempore illas regiones explorat et patefactis periculis ac itineribus alios exploratores ex Italia aliarumque Nationum adiuvat et protegit. Magister insuper et consiliarius exstitit regis *Menelik*, pacis arbiter in illis regionibus.

Post multas persecutiones, ex parte praesertim haereticorum et patriarchae Abuna Salama, a Negus Ioanne, Abyssiniae imperatore, primum in carcerem trusus dein in exsilium abire coactus (1879), in Italiam remeavit mense septembri a. 1880.

Tunc a Leone XIII an. 1883 archiepiscopus titul. *Stauropolitanus* promotus est, dein, die 10 nov. 1884, *Cardinalis* creatus titulo SS. Gervasii et Protasii. Variae Societates Geographicae, Archaelogicae et Historicae tum Italiae cum aliarum Nationum eum in Socium sibi adsciverunt.

Ultimos annos suae vitae humiliter transegit in Capuccinorum coenobio Tusculano (*Frascati*), prope Urbem, conscribens suas memorias (*I miei 35 anni di missione*) iuxta S. Pontificis adhortationem. Obiit die 6 augusti 1889 in oppido S. Giorgio a Cremano prope Neapolim eiusque corpus prius in coemeterio ad Veranum in Urbe conditum, deinde translatum est in ecclesiam Capuccinorum Tusculi (*Frascati*) in qua egregium monumentum marmoreum ipsi erectum est an. 1892 exculptum a Caesare Aureli. Eius autem herma die 5 maii 1929 Romae in colle *Pincio* inter illas celebriorum virorum Italiae collocata est. Ipsius autem Processus ordinarius pro beatificatione initium habuit an. 1914.

Scripsit et edidit plura opera et opuscula, in diversis linguis afris, pro institutione religiosa et ad usum missionariorum, quas inter *Lectiones Grammaticales linguae Amaricae necnon Oromicae* (Parisiis 1867).

Editiones, versiones et compendia operis: *I miei 35 anni di missione.*

Massaia Guglielmo, card. — *I miei trentacinque anni di missione nell'Alta Etiopia.* Memorie storiche, illustrate da incisioni e Carte geografiche. Voll. 12 in-folio. Roma-Milano 1885-1895.

— *I miei 35 anni...* (Edizione economica popolare, a cura della Rivista « *Il Massaia* » Roma 1921-31. Voll. 12 in-8°.

— *Nello Scioa.* Dalle memorie del card. G. Massaia. Firenze 1897.

— *In Abissinia e fra i Galla.* Dalle memorie del card. G. Massaia. Firenze 1895.

— Lo Presti Giorgio. *Nel paese dei Galla.* Riduzione della maggiore opera « *I miei 35 anni di missione...* — Ragusa 1933. (cf. *Collectan. Franc.* 1936 p. 430).

— *I miei 35 anni... del card. G. Massaia.* (Estratto, a cura del P. Samuele Cultrera, O. Cap.). Torino 1932.

— *Mes 35 années de mission dans la Haute Ethiopie.* Mémoires historiques, traduits par l'Abbé Abel Gaveau. *Premier volume,* Paris s. a. (189..).

— *Mis 35 años de misión en la Alta Etiopia.* Traducción hecha por el P. Marcos de Escalada, O. Cap. — Tomo I-II, Vigo 1934. (cfr. *Collectan. Franc.* 1935, p. 288).

— *35 Jahre in Abessinien. Missionserinnerungen des Kard. Wilhelm Massaia,* nach dem Italienischen bearbeitet von P. Dominikus Wierl, O. Cap. — München 1939. (cf. *Collectan. Franc.* 1939 p. 404).

BIBLIOGRAPHIA

a) *Opera generalia*

BULLAR. CAP., X, 154, 155, 162, 720.

RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, II, 107 ss.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni,* X, cf. Ind.

AMAT DI S. FILIPPO, P. — *Biografia dei Viaggiatori italiani* (Roma 1882) p. 603.

IRÉNÉE D'AULON — *Hist. des FF. Cap. de Toulouse,* I, 376 s. (notitiae peculiares de card. M.).

COULBEAUX J.-B., *Histoire polit. et relig. de l'Abyssinie,* II, 407-76 (passim) Paris 1929.

b) *Opera specialia*

Alla memoria del Card. G. Massaia. Elogi e onoranze. Milano 1895.

All'Apostolo dei Galla card. M., inaugurandosi il suo monumento in Frascati (1892). — Milano 1892.

ANTONIO DA STIGLIANO, *L'Abuna Messias. Cenni biogr. del card. Massaia.* Bari, 1939.

AURELI CESARE — *L'appartamento cardinalizio di G. Massaia nel Convento dei Cappuccini presso Frascati.* IV ed. Frascati 1909 (I ed. Roma 1890).

BELLUZZO GIUS. — *Il card. Massaia* (Estratto da « Rassegna Romana » a. IV 1932) — cf. *Collectan. Franc.* a. 1933 p. 434.

BISCOTTINI M. C. — *L'Italia in Etiopia all'epoca di G. Mass.* — Roma 1941. (Estr. da « Il Giornale di politica e letteratura » 1941) — cfr. « Il Massaia » a. 1942. p. 85; « L'Osservatore Romano » 27 luglio 1942.

CARINI ISIDORO — *L'apostolato del card. M.* — Discorso per l'inaugurazione del Monumento in Frascati (9-X-1892). Roma 1892.

COZZANI ETTORE, *Vita di G. Massaia.* Voll. 2, Firenze 1943-44 (Collezione: *I Grandi italiani d'Africa,* IV). Opus magni valoris.

FARINA GIOACH. — *Le Lettere del card. M. dal 1846 al 1886.* Torino, 1937. (cfr. *Collectan. Franc.* 1938 p. 413).

IDEM, *La verità su le onoranze al Card. Massaia e sul Museo Etiopico Massaiano di Frascati.* Frascati, 1940.

FULGENTIUS M. KREBS, O. CAP. — *Kardinal M. — Kurze Lebensübersicht,* III Aufl., Strassburg 1916.

FULGENZIO DA VECCHIETTO — *Il contributo alla Geografia dell'Abissinia nelle « Memorie » del card. M.* — Tivoli 1930. (cf. « *Collectan. Franc.* » 1933, p. 434).

GENTILE LOR. — *L'Apostolo dei Galla, o vita del card. M.* — Roma 1931 (cf. « *Collect. Franc.* » 1933, p. 434).

GENTILE L. - SCHLEGEL L. — *Der Kapuziner Kardinal M.* — Einzig berechtigte deutsche Ausgabe. Sankt Margrethen, 1923.

ILARINO DA MILANO — *Profilo storico del card. M. nell'anno 50° della sua morte* (Estr. da « *La Scuola Cattolica* » febbr. 1939). Venegono Infer. 1939.

HERGENRÖTHER FR. — *Cardinal Massaia.* (« Alte u. Neue Welt ») Einsiedeln 1886.

MARTIRE EGILBERTO — *Massaia da vicino,* con

una scelta di cento e più *Lettere* di M. e di altri e 8 tavole fuori testo. Roma 1937. (Opus magni momenti, cfr. *Collect. Franc.* 1938, p. 413).
PATRIZI MADDAL. — *I viaggi di Abuna Messias*. Illustrazioni di E. Bardzki. — Roma 1939.
SAMUELE (CULTRERA) DA CHIARAMONTE — *Il card. M. e l'opera sua*. Roma 1940.
IDEM, *Gli scrittori Italiani e il card. Massaia (e bio-bibliogr.)*, Roma, 1948.
SEMERIA GIOV., Barnabita — *Il card. M. nel Centenario della sua nascita*. Discorso. Roma 1909.
TOGNETTI LOR., S. I. — *Pionieri. Il card. M. « Abuna Messias »*. Dramma in 3 atti. Brescia 1935 (cf. « *Collect. Franc.* » 1937 p. 653).

c) *Periodica*

ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 291, necrol. — 8 (1892) p. 337-40: *Duo card. M. Monumenta alterum nempe typographicum, alterum vero marmoreum*. — 45 (1929) p. 138, *de effigie card. M. Romae in colle « Pincio » collocata*. 61 (1945) p. 61, Status Causae beatif.) — (Quoad alia de M. in « Analectis » vide *Index Gener.* voll. 1-50, a. 1885-1934, p. 59).
COLLECTAN. FRANC. — Notitiae bibliograph. de card. M. - cfr. a. 1933, p. 433 -. (Belluzzo G., Gianazza E.) — a. 1936, p. 430 s. (Brezzi P., Lo Presti G.), p. 511 (Mandalari O. C., Imerio da Castellanza, Melesi Fanti P.) — a. 1938, p. 413 s. (Martire E., Farina G., Fanciulli G.) — a. 1941, p. 535 s. (Gianazza E., Agatangelo da Cuneo) — p. 629 s. (Antonio da Stigliano, Guarnieri L., Galbiati Giov. etc.).
FRATE FRANC. (Parma) a. 1936 p. 222-27: *Il M. nelle sue relazioni diplomatiche* (Gabriele da Castel S. Giov.).
ITALIA FRANC. 20 (1945) p. 181-199 (Not. biogr. del Massaia, scritte da A. Donati)
IL MASSAIA — Bollettino mensile delle Missioni estere dei FF. Min. Cappuccini. Roma 1914 ss. — Inter alia, in voll. I-VII vulgatae sunt plures *Epistolae* card. M. — a. 1946 p. 79-82: *Novità archivistiche sul Massaia*. (Ilarino da Milano).
L'OSSERVATORE ROMANO, 21 dicem. 1947, p. 3, Documenti d'Archivio: *il card. Massaia negli scritti del De-Jacobis*. (P. Carmelo da Sessano).
IL PENSIERO MISSIONARIO (Roma) 2 (1930) p. 129-146, *Profilo del card. M.* (G. Farina).
LA SCUOLA CATTOLICA (Milano), 67 (1939) p. 39-57, *G. Massaia missionario ed esploratore*. (Ilarino da Milano).
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 1 (1925) p. 228, 261, 290, 326, 360: *Kardinal M. der Apostel von Hochäthiopien* (P. Gerard Fässler); 2 (1926) p. 5-8, *In den Fussstapfen des Kard. M.*; 14 (1938) p. 33-37, *Kard. M. in seinen Briefen*. (P. Graf).
STUDIA MISSIONALIA (Roma), IV, 1949, p. 207-23, *Le card. Massaia, ses methodes d'accès au peuple*. (Storme M. B.).
VITA E PENSIERO (Milano) 31 (1940) p. 211-20: *Recenti studi sui viaggi del card. M. in Etiopia*. (C. Bergna, O.F.M.).

Masseus a Nonsberg seu Ananiensis (domo *Golla*), Prov. Tirolensis Chronista, Magister Novitiorum ac iterato Minister Prov. Obiit Brixinae 1678. Speciale meritum sibi comparavit translatione et editione *Annalium* Boverii in 4 tom. (Salisburgi 1664-1676): *Seraphischer Paradeys-Garten*; primus tom. sub nomine P. Maximiliani a Deggendorf prodiit quartus seu ultimus editus est a P. Theophilo a Salzburg. Insuper Masseus scripsit de initiis et progressibus Missionum Capuccinorum: *Sendungen oder Missionen so gemeldter Capuciner Orden in allen Theilen der Welt*, Salzburg, 1664-1676.
TOTENBUCH *der Tiroler Kapuziner*, II, 567.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 185.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.*, II, 341.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 103.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Kap.* II (cf. Ind.)

Massilia, vide *Marseille*

Massiliensis Provincia (1750-1790). — Orta est ex divisione prov. S. Ludovici an. 1750 et floruit usque ad gallicam revolutionem (1790). Anno 1754 Provincia numerabat 23 conventus et 318 religiosos.

Restituta pace in Gallia, aliquot Capuccini vitam communem et habitum nostrum reassumpserunt in conventibus *Crest* (1821) et *Marseille* (1825) a quibus alii conventus repristinati a. 1828 in *Custodiam Massiliensem* et an. 1845 in Provinciam S. Ludovici erecti sunt. Haec autem provincia an. 1870 in tres divisa est nempe: Parisiensem, Lugdunensem et Tolosanam.

INDEX CONVENTUUM antiquae Prov. Massiliensis: Aix, Apt, Arles, Auriol, Brignoles, Cannes, Draguignan, Grasse, Jonquieres-Martigues, La Ciotat, La Seyne, l'Ile de Martigues, Lorgues, Manosque, Marseille, Pertuis, Riez, Saint-Maximin, Saint-Tropez, Salon, Sisteron, Solliers, Tarascon, Toulon.

SERIES SUPERIORUM PROVINCIALIUM, addito eorum electionis tempore (cfr. *Schematismus Prov. Lugdunen.* an. 1895, p. 82-86):
Ioannes Ludov. a Toulon: 1750.
Michaelangelus ab Aix: 1753.
Ioannes Iosephus ab Aix: 1756, 1765.
Ignatius ab Aix: 1759.
Bernardinus a Marseille: 1762.
Michael ab Antibes: 1768.
Ioan. Franc. a St.-Tropez: 1770.
Cherubinus a St.-Remy: 1773.
Iosephus a Marseille: 1776.
Ioan. Ant. a St.-Maximin: 1779.
Vincentius a Brignoles: 1782.
Ioan. Iosephus a La-Garde: 1785.
Agathangelus a Martigues: 1788.

Bibliographia

BULLAR. CAP., VII, 413-415.
SCHEMATISMUS *Ord. Cap. prov. Lugdunensis an.* 1895, p. 82-86.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 18, 19

Mostagni, vide *Petronius a Verona*

Mostaurensis *sedes titularis episcopalis in Asia.* — Hoc titulo adornatus est a. 1928 noster missionarius Guido BECK a Ramberg.

Mostrils, seu Sankt Antoniusberg (*Mons S. Antonii*) prope Zizers, in Prov. Helvetica. — Ex anno 1728, unus vel duo nostri Fratres ibi commorantur, officia paroecialia ad ecclesiam S. Antonii Paduani qui exerceant.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP., IV, 365 (S. Ant. Berg).
Chronica Prov. Helveticae, p. 364, 484, 643.
Schweizer. Kapuz. Festschrift (1928) p. 58, 173, 224.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, 103-05.
SANKT FIDELIS (Stimmen) 33 (1946) p. 312-14.

Masúllas (*Masulla*) in antiqua Sardiniae Prov. — Conventus S. Francisco Assisiensi sacer, conditus a. 1648, derelictus est a. 1890.
BULLAR. CAP., III, 327.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 189.

Mataluna, vide *Maddaluna*

Matamba in Africa, vide *Congus.*

Mataró, in Prov. Catalauniae. — An. 1611 fratribus nostris hospitium concessum est apud sacellum Exspectationi B. M. Virginis dicatum. Post aliquot annos (1617?) pro eis conventus constructus est cum ecclesia eodem titulo, qui perstitit usque ad eversionem civilem a. 1835.
BULLAR. CAP., V, 310, 413.
ANALECTA CAP., 5 (1889) p. 353.

— Monasterium monialium *Capuccinarum*, fundatum est a. 1741 sub invocatione Annuntiationis B. V. Mariae.
BULLAR. CAP., V, 330, 414; VIII, 10.
TORRADEFLOT, *Monjas Cap. en España*, II. p. VI.
POU PARERA, J., *El Convent de Monges Caputxines de Mataró*. Barcelona, 1922.
IDEM, *El conv. y comunidad de Monjas Capuchinas de M. en el transcurso de los siglos.* Mataró, 1931.

Matélica (*Matilica*) in Prov. Picena. — Prior parvus conventus vel eremus titulo S. Iacobo fratres nostros habuit ab a. 1525 ad a. 1550. Postea, a. 1578, conventus aedificatus est et a. 1874 derelictus. Ecclesia dicata erat Spiritui Sancto.
BULLAR. CAP., II, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov. Picena*, p. 373.
MARIOTTI CANDIDO, O.F.M. — *L'Ordine francescano in M.* — Matelica, 1909.

Mater Divini Pastoris, vide *Maria Virgo*

Matera in Apuliae Prov. — Coeptus est aedificari conventus a. 1650 in optimo amoenoque loco. Cum primitiva ecclesia corruisset, altera aedificata est circa a. 1740. Conv. supprimitur a. 1861 ibique valetudinarium positum est.
BULLAR. CAP., III, 132, 319.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 112.

— Monasterium monialium *Capuccinarum*, a. 1698 fundatum, supprimitur a. 1866.
BULLAR. CAP., III, 138 (a. 1715), 320.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 309.

Matera (Dioecesis), vide *Acerenza-Matera.*

Mathematica — In decreto Definitorii Generalis « de Studiis ordinate et fructuose peragendis » dato die 6 octobris 1757, statuitur ut studium *geometriae* tradatur in II° anno cursus philosophiae (*Bullarium*, VIII, 272 n. XIV).

Inter nostrates, qui opera ediderunt de re matheseos adnumerantur:
Alexander a Bologna, prov. Bonon. († 1565)
Cherubinus ab Udine, pr. Venetae (s. XVI)
Franciscus a Villalpando, prov. Castellae († 1789)
Iosephus M. a Cento, pr. Bononien. († 1682)
Theophilus a Verona, pr. Venetae († 1638)
Valerianus Magni a Milano († 1661)

— Alios vide sub v. *Astronomia, Scientiae*
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 272 (Ind.)
APPENDIX *ad Bibl. Script.* p. 45 (Ind.)
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, 232 s.; vol. II, 382 s.

Mathew Th., vide *Theobaldus Mathew.*

Mathias, vide *Matthias.*

Matilica, vide *Matélica*

Matisco, vide *Mâcon*

Matritensis Districtus in Hispania, Ministro Generali immediate subiectus. — Constitutus est die 18 dec. 1889, eique, praeter conventum urbis Matriti, committitur etiam Collegium Seraphicum de *Lecároz* (1896). Districtus supprimitur die 7 augusti 1907. — Huius Districtus superioris erat Ministri Generalis vices gerere quoad moderamen Missionum colomiarum Hispanarum, necnon earundem Missionum Procuratoris munere fungi apud civile Gubernium.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 12, 13; 23 (1907) p. 264.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 25, 26.

Mattei Alexander, romanus, archiep. Ferrariae et cardin. tit. S. Balbinae. Nostri Ordinis *protectoris* munus exercuit a mense iulio 1807, usque ad suum obitum d. 20 apr. 1820.
BULLAR. CAP., IX, 273 a., 275.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 367.

Matthaeus ab Anguiano (domo *García*) Prov. Castellae alumnus. Natus a. 1649 obiit anno 1726. — In Indias occidentales ivit missionarius et haud pauca scripsit, praesertim de nostris missionibus. Typis mandavit, inter alia, *Misión apostolica de Maracaibo* (Ma-

drid, 1702) — *Misiones de la isla de la Trinidad* (Ib. 1702) — *Epitome historial y conquista espiritual del imperio Abyssino en Etiopia la Alta o sobre Egypto*. (Ib. 1706) — *Vida del ven. Francisco de Pamplona, misionero* (2 ed. Ib. 1706). — Nuperrime, cura P. Bonav. de Carrocera, edita est: *Misión del Congo* (Madrid 1950).

ANDRÉS, *Vitalidad seráfica*, I, 265-67.
BUENAVENTURA, *Necrol. Prov.*, p. 167.
BUENAVENT., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 187.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 341.
STREIT, *Bibl. Mission* I, n. 307, 340, 696, 758; III, n. 14, 15, 88.
ANALECTA CAP., 6 (1890) p. 352 (de oper.).
NEERLANDIA FRANC. 2 (1919) p. 107, n. 29.

Matthaeus a Bascio, antesignanus et primus Vicarius Generalis Ordinis nostri Capuccinorum. — Natus est e gente *Serafini* circa a. 1495 in oppido Bascio, prope Pennabilli (Pesaro) in Prov. Picena. Inter FF. Minores de Observantia iam adscitus (an. circ. 1511), a Clemente VII (1525) obtinuit indultum personale « vivae vocis oraculo » vitam eremiticam extra conventum ducendi Regulam S. Franc. ad litteram observandi et evangelium ubique sine fixa residentia praedicandi. Cum postea alii fratres Matthaei exemplum secuti essent, forma iuridica novae reformationis Ordinis franciscalis, opera praesertim fratrum Ludovici et Raphaelis Tenaglia a Fossombrone, obtenta est ab eodem Clemente VII, Bulla « *Religionis zelus* » sub die 3 iulii 1528. Anno sequenti in Capitulo *Albacina* habito, Vicarius Generalis Matthaeus electus est, at post duos circiter menses tantum, onus remisit et vitam eremiticam iterum amplexatus est, iuxta concessionem Clementis VII, et licet novae Congregationi aggregatus maneat, ab omnibus tamen secedit ut apostolicae vitae totum se dicaret. Anno tandem 1536, ab illa Reformatione cuius fuerat praeco exire professus est. Sanctitatis fama ubique fulgens, Venetiis obiit die 5 augusti 1552, et in ecclesia FF. Minorum S. Francisci de Vinea sepultus est. Cultu publico et Beati titulo a fidelibus decoratus est.

Bibliographia

MONUM. HIST. O. CAP., cf. Ind. voll. I et ss.
BOVERIO, *Annales*, I, cf. *Index rerum*.
LEGGENDARIO FRANCESCANO, VIII, 48 ss.
FLORES SERAPHICI, I, 1-10 cum figura.
BULLAR. CAP., I, 1-2.
LIBER MEMORIALIS (1928) p. 75-78.
ANNALES ORD. MINORUM, t. XVI (Quaracchi 1933), p. 784-88.
MARCOS DE LISBOA, O. F. M., *Chrónicas de la Orden de los FF. Minores*, III, Parte (Salamanca 1570), p. 1, lib. IX, cap. XII, XXXVI, (vide infra: *Analecta Cap.*, vol 44).
MELCHIOR, *Historia Cap.* vol. I, cf. Ind.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 35-39.
CUTHBERT, *The Capuchins*, (cf. Ind.).
IDEM, *I Cappuccini* (cf. Ind.).
DAVIDE, *Storia Capp. Veneti*, I, (cf. Indice).
EDUARDUS, *De primordiis O. Cap.* (cf. Ind.).
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 27.
ILG, *Geist d. Hl. Franz.* I, 48-54.
THEOPHIL GRAF, *Zur Entstehung des Kapuz.* (Freib. 1940) pp. 65-99: *Ist Matt. v. B. der Gründer der Kapuzinerreform?* (cf. et Ind. p. 118).
TANI ANT., *S. Franc. nel Montefeltro*. (Città di Cast. 1926) pp. 191-210.
GERARDO DA VILLAFRANCA — *P. Matteo da Bascio e P. Paolo da Chioggia* (*Studio sulla loro vita*). Chioggia, 1913.
LONDEI GIUS. — *Rivolta serafica*. - *Fr. Matteo da Bascio. Fr. Lodovico e Fr. Raffaele Tenaglia*. Fossombrone 1930 (cf. *Italia Franc.* 1931, p. 334 ss.).
ANALECTA CAP., 44 (1928) p. 42-49: *Quid de Matthaeo a Bascio scripserit Marcus Ulyssiponensis?* —; 46 (1930) p. 44-51: *De cultu ven. Matthaeo a B. antiquitus exhibito testimonium suspicione maius a. 1553 datum*.
COLLECTAN. FRANC. 15 (1945) p. 92-116: *Il Processo dei miracoli del P. Matt. da B. ottobre 1552*. (Davide da Portogruaro).
ETUDES FRANC. t. 38 (1926) p. 245-69, 594-618: *Ce que les Capucins doivent au B. Mathieu de Bascio et au P. Ludovic de Fossombrone* (Dominique de Caylus).
ITALIA FRANC. 3 (1928) p. 425-33: *Il ven. Matteo da B. rientrò tra i Minori Osservanti?* (Salvatore da Sasso) — 15 (1940) p. 279-91, 344: *Il B. Matteo da B. dei FF. Minori. Una Lettera inedita di Gerolamo Muzio*. (Paolo Sevesi, O. F. M. — Fredegando d'Anversa, O. Cap.).
ROUND TABLE, 7 (ed. a. 1949) p. 43-59, 95-99.
VENEZIE FRANCESC., 14 (1947) p. 121-28: *Il culto del B. Matteo da Bascio*.

N.B. — Animadvertendum est de P. Matthaeo a Bascio omnes rerum historicarum Ordinis nostri scriptores strictius vel fusius pertractare, ex quo fit ut et Bibliographia, quae sub voce *Capuccini* invenitur sit inspicienda.

Matthaeus a Leonessa, Prov. Aprutinae veluti fundator. — Nobili prosapia *Silvestri* ortus et laurea doctorali decoratus ad nos aufugit. Vitam duxit asperrimam et miris signis coruscantem. Obiit Aquilae a. 1553. — Eius opusculum de I. Christi Passione, Venetiis prodiit a. 1586 et 1601.

MONUM. HIST. O. CAP., cf. Ind. voll. III et VI.
BOVERIO, *Annales*, I, 497-508.
FLORES SERAPHICI, I, 133-140 cum figura.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 39-42.
BESCHIN, *Martyrol. Franc.* (21 iunii).
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 188.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 233.
IO. A S. ANT., *Biblioth. franc.*, II, 349.
TAFURI G. B., *Istoria di Scrittori nati nel Regno di Napoli*, (1744), t. III, vol. II, 29.

FILIPPO, *Capp. degli Abruzzi*, p. 30-32.
L'ABRUZZO FRANC. (Aquila), a. 1933 p. 276; a. 1934 p. 18 ss., a. 1935 p. 16 ss., *Le origini della Prov. Capp. d'Abruzzo e il P. Matteo da Leonessa.*

Matthaeus a New York,
vide *Niedhammer M.* episc.

Matthaeus a Saint-Quentin (Quintanensis), alumnus prov. Parisiensis († 1675). — Fuit divini Verbi praeco praesertim inter Protestantes in Gallia et in Anglia, pro quibus opus edidit: *Le vray tableaux de l'Eglise de Jésus-Christ.* Arras 1664, quarto impressum Parisiis 1673.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 448.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 188.
IOAN. *a* S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 348.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., X, 392.

Matthaeus a Schio, Prov. Venetae, nobili *Pedrazza* familia a. circ. 1478 ortus, inter Minores Observantes Prov. Picenae primum, dein in ipsis reformationis primordiis, inter Capuccinos cooptatus est. Suam Provinciam venetam per annum rexit (1540). Officio praedicationis totus incubuit, magno populorum concursu et fructu. Obiit a. 1550 (1563?).

MONUM. HIST. O. CAP., III, 377-82.
BOVERIO, *Annales*, I, 604 n. 6.
FLORES SERAPHICI, I, 103.
DAVIDE, *Storia Capp. Veneti*, I (cf. Index).
DALLA CA, ALESSANDRO — *Il P. Matteo da Schio e il conv. de' Capp. di Schio.* Verona, 1936.
MILANI G. B., *Fra Matteo da Schio. Nel IV° centenario della morte.* Vicenza 1950. 12 pp. ill.
ITALIA FRANC. 25 (1950) 213-15 (P. Matteo e il vetusto convento di Schio); p. 326-36, *P. Matteo nel IV centen. della sua morte.* (Luca da Carrè).
UNIONE SERAFICA (Periodico Studenti Capp. Veneti), dicembre 1950. Numero dedicato *P. Matteo da Schio nel IV centen. della sua morte.*
LE VENEZIE FRANC. (period.) a. 1936, p. 18-39. 70-85: *Il P. Pedrazza da Schio* (Dalla Cá, Alessandro).

Matthias a Bremscheid (*Lay*), prov. Rhenano-Westfalicae minister provincialis an. 1893-1902. — Ortus an. 1846 habitum relig. sumpsit an. 1870 obiitque an. 1911. Insignis exstitit concionator eiusque opera oratoria late diffusa atque valde usitata sunt. Plura insuper opera ascetica typis dedit praesertim ordines societatis christianae spectantia, saepius typis iterata, ex. gr.: *Die christliche Familie* (1885); *Der christl. Mann* (1887); *Die christl. Jungfrau* (1891); *Der christl. Arbeiter* (1892); *Sonntagspredigten*, 2 voll. (1905-07); *Festtagspredigten*, 2 voll. (1906-17); *Der Freund des christl. Jünglings* (1908); *Leitsterne für christl. Frauen und Mütter* (1909).

JACOBS, *Totenbuch*, p. 291.
KOSCH W., *Das Kathol. Deutschland*, 2517 s
ANALECTA CAP. 27 (1911) p. 373 s. (necrol.).

Matthias a Cavallermaggiore (domo *Ferreri*), Prov. Pedemontana Definitor, Theologiae professor et Concionator. — Missionarius in Vallibus Subalpinis deputatur, orthodoxae veritati et fidei tuendis et dilatandis multum adlaboravit. Obiit a. 1663. — Quam egregie pertractaverat, hanc rem fuse exposuit in opere quod inscribitur: *Jus regnandi Apostolicum per Missiones ecclesiasticas Religiosorum...*, sive: *Rationarium Chronographicum evangelicae missionis ab Apostolicis operariis, praesertim Capuccinis, pro ecclesiastico catholico regno propagando.* Voll. 2, Taurini, 1659.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 262, 263, 287.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 187.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 277.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 352.
DEROSSI ONORATO, *Scrittori Piemontesi ...* (1790), p. 91.
HURTER, *Nomenclator*, III, 1059 nota 1.
BIOGRAFIA UNIV., (Venez. 1823) t. 20 p. 267.

Matthias a Genova (domo *Bovoni*), eiusdem Prov. Genuensis alumnus († 1643 vel 1644) — Director spiritualis exstitit per 12 annos (1631-1643) Virginiae Centurione Bracelli Tertii Ord. S. Franc., fundatricis Congregationis religiosae vulgo « *Brignoline* » nuncupatae. Huic fundationi, ex spiritu franciscali depromptae, et alii Patres capuccini Genuenses operam dederunt.

LEGGENDARIO CAPPUCCINO, V, 385-91.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 447.
SPIRITUALITÀ FRANCESCANA *nella vita e nelle Opere della ven. V. Bracelli.* Genova 1947. cf. p. 21-25, 54-60, de P. Matthia a Genova.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, I, 317-20; IV, 189-193.
COLLECTAN. FRANC. 9 (1939) p. 607 n. 152.

Matthias a Saarburg, antiquae provinciae Rhenanae alumnus et insignis architectus, qui, praeter plures nostri Ordinis fabricas, erexit Moguntiae, Electoralis palatii partem ad Cellas; Aschaffenburgi, domum Schoenborniorum; in Franconia, palatium Sternbergense; Bassenhemii, sacellum B. Virginis. — Electus Minister Provincialis an. 1680, obiit anno sequenti die 19 martii, anno 43 ab eius ingressu in religionem.

HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana* ed. II (1750), p. 134-135.
KOSCH W., *Das kath. Deutschland*; 2833.
KRAUS, FR. X., in *Allgem. Deutsche Biographie*, XX (1884).
THIEME-BECKER, *Lexikon d. bild. Künstler*, XXIV (1930).

Matthias a Salò, nobili *Bellintani* progenie, Prov. Brixiensis alumnus. — Ortus est anno 1535 et habitum seraphicum induit a. 1552. Per quinquaginta annos perutilem ac assiduum

apostolatum per Italiam exercuit et supplicationem eucharisticam « Quadraginta horarum » maxime diffudit. — In sua aliisque Provinciis philosophiam et theologiam docuit. Pluries Mediolanen. et Brixien. Prov. rexit et in Capitulo Gen. a. 1575 habito Definitor eligitur. Ut Commissarius Gen. prius in Galliam (1575), ubi et concionator exstitit usque ad a. 1578, inde in Helvetiam (1589-91?), in Tusciam (1593) et in Prov. Genuensem (1594) mittitur; denique vices Commissarii Gen. gerens Bohemiam ivit a. 1604, ubi iam erat duobus annis ante concionator in nostra ecclesia Pragae. Meritis et miris donis coruscans, Brixiae obiit die 20 iulii 1611.

Eius « *Historia Capuccina* » (italice conscripta), quae servatur in Archivo generali, iam iam in lucem edita est a P. Melchiore a Pobladura in collectione cui titulus: Monumenta Historica Ord. Min. Cap., voll. V-VI (Romae 1946-50). — Circa alia opera P. Matthiae, quae pluries edita sunt et in quaedam idiomata versa, inscriptiones hic perhibentur quae sequuntur: *Prattica dell'Oration mentale*. Brescia, 1573; Assisi, t. I, 1932, t. II, 1934. — *Teatro del Paradiso, ovvero Meditationi della celeste gloria*. 2 voll. Salò, 1620. — *Trattato della santa Oratione delle quaranta hore*. Brescia, 1588. — *Delli dolori di Christo, Prediche otto*. Milano 1598. — *Quadragesimale Ambrosianum*. 2 voll. Lugduni, 1624. — *In Sermones Seraphici Doct. S. Bonav. et in Evangelia scripturales Introductiones*. Venetiis, 1588. — *Conciones exquisitissimae... Quadragesimae et Adventus*. Coloniae Agrippinae, 1681.

Bibliographia

MONUM. HIST. O. CAP., I, cf. Index; V, pag. XXXIII-XCV, Conspectus chronologicus vitae P. Matth. et de eius scriptis historicis.
BULLAR. CAP., II, 346; V, 3.
BOVERIO, *Annales*, I, 788, 792, 867-73.
FLORES SERAPHICI, II, 65-73 cum figura.
PELLEGRINO, *Annali* III, 542-544.
LEGGENDARIO CAPP., VII, 376 ss.
LEGGENDARIO FRANC. VIII, 156 ss.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 123, 136, 247, 343.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*. cf. Index.
CUTHBERT, *The Capuchins*, (cf. Ind.)
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 79-81, 91.
VALDEMIRO, *Capp. bresciani*, p. 212-47.
IDEM, *Capp. milanesi*, II, 176-79.
GODEFROY, *Les Capucins en France*, t. I, fasc. I, II, (cfr. Ind.); t. II, 430-36, 660.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 185.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 234 s.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 350.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 54.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 241-60.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 629.
MELZI, *Dizion. Op. anon.*, III, 237, 238.
EDUARDUS, *De primordiis Cap.* (cf. Ind.).
LIBER MEMORIALIS CAP. (1928), p. 134 ss.
STANISLAUS, *Franzisk. Mystik*, p. 128.
DICTIONN. HIST. ECCL., VII, 913-17.
DICTIONN. THÉOL. CATH., X, 355-58.
ENCICLOPEDIA CATTOLICA, II, 1196 (*Bellintani*).
COMPENDIO *d. vita del P. Mattia da S.* — Bergamo 1650.
GIOV. ANT. M. DA BRESCIA — *Vita del P. Mattia da Salò*, Milano, 1885.
ODORICI FEDER.CO — *I due Bellintani da Salò*. Milano, 1857.
ANALECTA CAP., 21 (1905) p. 312 (P. Matth. Definitorem in Capit. Gen. a. 1578 habito electum esse negatur); 22 (1906) p. 139-42: *Epistolae duae a. 1589 ad P. Matth. pro chronicis Ordinis condendis.*
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 247-61: *Cenni biogr. del P. Mattia da S. da un documento inedito* (Franc. da Vicenza).
ETUDES FRANC, t. 39 (1927) p. 453; t. 46 (1934) p. 365-67 (de oper. spirit. P. M.).
ITALIA FRANC. 2 (1927) p. 119-130 (de « Historia Cap. » P. Matth. comparate praesertim ad veteres Fratres spirituales. — 11 (1936) p. 184, 460; t. 12 (1937) p. 142, 335, 451, 491; t. 13 (1938) p. 125-42: *P. Mattia da Salò* (Umile da Genova). — cfr. *Collectan. Franc.* a. 1941, p. 568 n. 754, ubi nonnulla errata corriguntur.
MISCELLAN. FRANC., 3 (1888) p. 22, 39, 85: *Bio-bibliogr. del P. Mattia da Salò* (P. Valdemiro).
ROSIER DE ST. FRANÇOIS (Chambéry), a. 1929, p. 89, 124: *P. Matthias Bellint. introducteur des Capucins en Savoie.*
ROUND TABLE *of franciasc. research* (Marathon, Wisc.) 12 (1946-47) p. 135-61: *Matthias of Salò, his life, his works.* (Fr. Virgil Mullen).

Matthias a Sant Llorenç,
vide *Solá Farell Matth.*, episc.

Matthias a Strijp, vide *Brans M.*, episc.

Maubeuge (*Malbodium*) in prov. Parisiensi. — Conventus exstructus a. 1611-13, cum ecclesia tituli S. Hildegundis, nunc derelictus iacet.

BULLAR. CAP., V, 410; IX, 78.
ANNUAR. PROV. HOLL.-BELG., I, (1870), p. 33.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, 216 (1), 250, 402; II, 132 s.
LA SEMAINE RELIG. DE CAMBRAI, 1938 p. 571-76; 1939 p. 18-20, 36, *Les derniers religieux du couvent des Capucins de M.*

Mauléon-de-Soule, in Prov. Tolosana. — Conventus pro fratribus antiquae Prov. Aquitaniae excitatus a. 1669, mansit usque ad gallicam eversionem a. 1792.

BULLAR. CAP., V, 407.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 75.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquitaine*, p. 344-47.

Mauretania-Mauritania,
vide *Algeria* et *Marochium*.

Mauricio Cardoso in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia). — Paroecia S. Michaelis Arch. ibi canonice erecta an. 1917, fratribus Capuccinis commissa est an. 1934.

THEODORO DE ALFREDO CHAVES, 50 *anos de atividades no Rio Grande do Sul* (1946), p. 184-187.

Maurienne, vide *Saint-Jean-de-Maurienne.*

Mauritius a Ballycommon, vide *Mauritius Whelan.*

Mauritius a Beromünster prope Lucernam, in sua Prov. Helvetica Lector egregius philosophiae et theologiae, domo *Stadler* natus an. 1739, mortuus an. 1810. — De mandato Superiorum novum composuit *cursum philosophiae* in quattuor tomos distributum (Basilea 1780), loco boni quidem sed antiquati operis Gervasii a Breisach († 1717), quod in nonnullis provinciis in usu erat. Scripsit etiam alia quaedam ad historiam provinciae necnon ad theologiam pertinentia.

APPENDIX AD SCRIPT. CAP., p. 32 (vel 31).
CHRONICA PROV. HELVETICAE, p. 423
DICTIONN THÉOL. CATH., XIV 2556 (*Stadler*).

Mauritius a La Morra (Cuneo), Prov. Genuensis alumnus. — Gente *Gambarini* ortus, Ordinem nostrum ingreditur a. 1576 et Lector philosophiae evasit. Missionarius in Sabaudiam ivit a. 1595 et Genevae exstitit ubi cum S. Francisco Salesio consuetudinem habuit, ibique mortuus est a. 1613. — Edidit *Catechismum* seu *Doctrinam Christianam*, Taurini a. 1601 et 1607.

GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 15, 20.
SILVEST. MEDIOLAN., *Annales*, p. 12-16.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, p. 209, 212, 214, 220, 230, 294, 298, 303, 309, 312, 315, 496, 498 s.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 189.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 242.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 356.
DEROSSI ONORATO, *Scrittori piemontesi* (Torino 1790), p. 92.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, I, 64, 476.
DICTIONN. THÉOL. CATH., t. X, 403.

Mauritius a Menzingen (*Zehnder*), alumnus prov. Helveticae (1654 † 1713). — In honorem Mariae Virginis opus edidit, etiam cum notis musicis, cuius titulus incipit: *Philomela Mariana. Die Marianische Nachtigall ..* (Zug 1713).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 189, ubi erronee *Maur. Tugiensis* vocatur.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 54.
SCHWEIZER. FESTSCHRIFT (1928) p. 232, 354.
SEBALD PETERHANS, O. CAP., *Die «Philomela Mariana» oder «Marianische Nachtigall» des P. Mauritius von Menzingen. Ein Beitrag zur Erforschung des deutschen Literaturbarok.* Freiburg 1944. pp. 170 (cfr. *Sankt Fidelis*, 1944 p. 107).

Mauritius a Nattenhausen (*Schmid*), alumnus Prov. Tirolensis. — Natus an. 1652, habitu indutus 1676, eximius evasit Concionator, qui a nonnullis comparatur celeberrimo Abrahae a S. Clara. Typis edidit quattuor volumina Concionum sub titulo: *Homo simplex et rectus*, quae octies reimpressa sunt Augustae Vindel. 1701 ss. Obiit Merani die 12 Nov. 1715.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 189.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit.*, p. 104..
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.* cf. Ind.

Mauritius a Toulon, prov. S. Ludovici in Gallia alumnus. Magna caritate et industria erga peste infectos resplenduit non tantum in Gallia sed etiam in Italiae locis praesertim Genuae a. 1657. Obiit Toloni a. 1668.
— In aliorum commodum typis dedit opus quod inscribitur: *Le Capucin charitable enseignant la méthode pour remedier aux grandes miseres que la Peste a coûtume de causer parmi les Peuples, et les Remèdes propres à cette Maladie.* Paris 1662; Lyon 1721. — Hoc opus et *Narrationem* de FF. Capuccinis, qui in civitate Genuensi peste infectis ministraverunt a. 1656-57, in italicum vertit et locupletavit P. Ambrosius a Genua, ac edidit hoc titulo: *Trattato politico da praticarsi ne' tempi di Peste.* Genova 1661.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 189.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 278.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 358.
MEFFERT F. — *Caritas und Volksepidemien*, p. 234 (Freiburg 1925).

Mauritius a Villa di Serio, vide *Crotti M.*, episc.

Mauritius Whelan, Hiberniae Prov. a Secretis et Novitiorum Magister, natus a. 1741 in oppido *Ballycommon* prope Daingean. — Anno 1780 nominatur Cappellanus classis navalis gallicae, quae in Americam pergebat. Mense aprili 1782, cum aliis militibus a Britannis captivus factus est et in insulam Jamaicae deportatus ibi ministerium sacerdotale exercuit per 13 menses. Mense octobri 1784, Neo Eboraci (New York) cum ivisset initium dedit suo gravi apostolatui, quem ad mortem (1806) exercuit per varias Americae septen. regiones.

ANALECTA CAP. 43 (1927) p. 48-53.
THE CAPUCHIN ANNUAL (Dublin), I, 1930 p. 71-84: *An Irish Capuchin pioneer*, by Fr. Stanislas.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 6 (1930) p. 297-303: *Die erste kath. Kirche in New York und die Kapuziner.* (P. Stanislaus).

Maurus a Leonessa, vide *Nardi M.*, episc.

Maurus a Leonessa, prov. Aprutinae alumnus. — Ortus e familia *Nardi* an. 1883; habitu seraphico indutus an. 1899; laurea in theologia Romae apud Universitatem Gregorianam decoratus an. 1912. Eodem anno ad missionem Arabiae (*Aden*) missus est, dein in *Erythream.* Romam reversus an. 1925, Vice-Rector *Collegii Aethiopici* in urbe Vaticana renuntiatus fuit; post septem annos translatus fuit ad S. Laurentium apud Veranum ubi operam impendit in redactione periodici «*Il*

Massaia ». In suam provinciam demum revocatus an. 1945 ceu lector theologiae, obiit die 1 ian. 1946.

Praeter plurimas dissertationes de re missionaria, de abolenda servitute *captivorum*, de tuendis iuribus natorum quos *Meticci* vocant etc. in diversis periodicis vulgatis, de mandato S. Congr. pro Ecclesia Orientali grave volumen in lucem protulit *Testi di diritto antico riguardanti gli Etiopi* (Tip. Vaticana 1932). Opera praeterea edidit quae sequuntur: *Il Predicatore Apostolico* [apud Aulam Apostolicam]. *Note storiche*. Isola del Liri 1929; *Aethiopiae Codex diplomatico-religiosus*. Romae 1927; *Computo per il Calendario abissino confrontato col computo latino*. Asmara, 1918; *Cronologia e Calendario etiopico*. Tivoli 1934; *S. Stefano Maggiore degli Abissini* [Roma] *e le Relazioni romano-etiopiche*. Tip. Vaticana 1929; *Grammatica della lingua Tigray*, Ibid. 1928; *Lettere di Abba Tecle Haymanot di Adua*, 4 voll. (Testo tigray, traduz. italiana ecc.), Roma 1939.

ANALECTA CAP. 62 (1946) p. 105 s. necrol.
ANNALI CAPP. DEGLI ABRUZZI, fasc. XI (1945-47) p. 39-41, *necrologia*.
ATTI PROV. LOMBARDIA, IV, 1945, p. 288)s.
COLLECTAN. FRANC. 16-17 (1946-47) p. 453.
L'OSSERVATORE ROMANO, 11 genn. 1946 (necrol.).

Maurus a Valencia Provinciae Valentinae concionator et lector; Qualificator S. Inquisitionis et Orator apud Aulam regiam († 1637) — Edidit, idiomate hispanico, *Sermones quadragesimales* et *Sermones de Sanctis* (1625).

PELLEGRINO, *Annali*, I, 245-248.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, V, 15-26.
EUGENIO, *Necrologio Prov.*, d. 24 ian.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 190.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 244.
FRANCISCALIA (Barcelona 1928) p. 238.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 359.

Mautini, vide *Hieronymus a Narni*

Mavelikara in Indiis Or., vide *Kunnam*

Maximiliano de Almeida (olim: Pinhal) in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia). — Fratribus Capuccinis commissa est paroecia S. Sebastiani ibi canonice erecta a. 1940.

THEODORO, 50 *anos de atividades no Rio Grande do Sul* (1946), p. 168.

Maximilianus a Deggendorf, (*Münchsmair*), in prov. Tirolensi concionator, lector et magister novitiorum. Obiit in conv. Braunau a. 1670. — Edidit: *Flores Rosarum et Lilia Convallium* (i. e. Exercitia Spiritualia) Salzburg 1661. — *Seraphischer Paradeyss-Garten, oder Lebens-Beschreibungen... der Minderen Capuciner*. Ibid. 1664. (Est quaedam Epitome « *Annalium* » P. Zach. Boverii).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 190.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 359.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 409.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 105.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, (cf. Ind. p. 787).
STANISLAUS, *Franzisk. Mystik*, p. 132.

Maximilianus a München (domo *Pöckl*), prov. Bavaricae lector, definitor et moderator; obiit an. 1834 aetatis 70, religionis 50 annorum. — Suae provinciae historiam typis dedit (*Die Kapuziner in Bayern*, Sulzbach, 1826); plura insuper opera ascetica ex latino in vernaculum transtulit atque vulgavit ex. gr. *Paradisus animae* B. Alberti Magni (1825); *Spiritus vitae et doctrinae* S. Philippi Neri cum *meditationibus* S. Anselmi (1826); *Suspiria et sententiae in omnes anni dies* (1823).

APPENDIX *ad Bibl. Script. Cap.*, p. 32.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 125 s.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 416, 425, 512.

Maximilianus Tarejwa, alumnus Prov. Varsaviensis. — Fuit Cappellanus in exercitu clandestino Polonico contra Russiam (1863). Proditione detectus in nostra ecclesia loci Ląd (Lądek) missus est in carcerem et cum nollet fidem negare suspensus est et simivivus sepultus die 9 Julii 1863.

ERNEST M. DE BEAULIEU, *Le P. Honorat de Biała* (Toulouse 1932), pag. 111 ss.
ITALIA FRANC. 11 (1936) 294-305, 474-86, *Il Cappuccino P. Massimiliano Tareiwa, confessore della fede in Polonia* (Edm. Jezierski, trad. P. Gius. da Bra).
RODZINA SERAFICKA (Warszawa). a. 1936, p. 313; a. 1939, p. 80, 118, 145, 183.

Maximinus ab Aix (Aquensis), cognomine *Gigots*, alumnus prov. S. Ludovici in Gallia († 1687). — Contra versionem *Novi Testamenti* ab Ant. Le Maistre factam et vulgatam in urbe Mons a. 1667, opus edidit quod inscribitur: *Réflexions sur les véritez évangeliques* (Trevous 1681).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 190.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 360.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 460.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., X, 472.
FRANC. EDUCAT. CONFERENCE, 7 (1925) p. 126.

Maximinus a Guchen, antiquae Prov. Aquitaniae alumnus. — Quae iussu Ministri Generalis Ioannis a Moncalieri edita est « *Chorographica descriptio Provinciarum et Conventuum FF. Min. Capuccinorum* » (Romae 1643 et Augustae Taurinorum 1649 et 1654) illi omnino est adsignanda. — Obiit Romae a. 1655, dum munere a secretis Ministri Gener. fungitur.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 190.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 245.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 360.
IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 16.

Maximinus a Verona v. *Maximus a Verona*.

Maximus a Chénens, v. *Guisolan M.* episc.

Maximus a Valenza, domo *Bertani*, Prov. Mediolanensis concionator egregius († 1740).

— Romam vocatus a. 1708, Archivi Generalis custos exstitit et Annalista Ordinis. Italice ille digessit nostrorum *Annalium* tertiam partem Tomi tertii pro annis 1628-1632, ediditque Mediolani a. 1714. Typis vulgavit etiam opera quae sequuntur: *Vita di S. Massimo vescovo di Pavia e protettore di Valenza* (Milano 1716) — *Vita di S. Felice da Cantalice* (Ib. 1712) — *Lezionario Catechistico* (Ib. 1714, pluriesque reimpressum).

VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, II, 447-49.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 237-40.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 190.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 278.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. franc.*, II, 360.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 1031.
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 920.
DICTIONN. THÉOL. CATH., X, 448.

Maximus a Verona (*Maximinus* etiam nuncupatus), Prov. Venetae alumnus. — Natus anno circ. 1607, sacerdos cum esset ingreditur Ordinem Capuccinorum et vota profitetur a. 1644. Obiit Venetiis an. 1679. — Pictor egregius fuit, eiusque opera bonae notae inveniuntur: *Venezia*, in Ecclesiis SS. Redemptoris, S. Euphemiae, S. Danielis et Teresiae — *Chioggia*, in Eccl. Cathedrali — *Udine*, in Antiqua Eccl. Capuccinorum — *Montagnana*, in Eccl. Cathedrali — *Verona*, in antiqua Eccl. Capuccinorum — *Bergamo*, in Eccl. S. Mariae maioris — *Almenno*, in Eccl. S. Bartholom. et S. Salvatoris.

DAVIDE DA PORTOGRUARO, *Paolo Piazza, ossia P. Cosmo da Castelfranco, pittore* (Venezia, 1936) p. 89-90.
VALDEMIRO, *Capp. Bergamaschi*, p. 259.
LANZI, *Storia pittorica*, ed. IV, t. III, 242.
INVENTARIO *degli Oggetti d'arte d'Italia — Prov. di Bergamo*, p. 30, 136, 141 (Roma, 1931).
ZANNANDREIS D., *Le vite de' pittori... veronesi*, p. 257.
MISCELLAN. FRANC., 5 (1890) p. 109.

Mayda, vide *Maida*

Mayenne (*Meduanum*) in Prov. Parisiensi. — Coenobium ab antiqua Turoniae Prov. conditum a. 1606, fratres nostri coacti sunt derelinquere a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 30.
GROSSE-DUPERRON, *Le couvent des Capucins de M.*, Mayenne, 1903 (cf. *Etudes Franc.* XI, 1904, p. 212).
REVUE HIST. FRANC., 6 (1929) p. 337.

Mayotta (Insula), vide *Ambanja*.

Mazurkiewicz R., vide *Raphael a Warszawa*

Mazzara (*Mazaria*) in Prov. Panormitana. — An. 1584 primus lapis conventus positus est, qui montis Calvariae nomen obtinuit ab ecclesiae titulo S. Cruce. Supprimitur conv. a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 321.
ANTONINO, *Storia della Prov.*, II, 85; III, 126.

Mazzarino (*Mazzarenum*) in Prov. Syracusana. — Conventus exstruitur a. 1574 apud antiquam ecclesiam B. M. Virg. Gratiarum, quae postea S. Francisco Assisiati dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 34, tab. XI.
BULLAR. CAP., III, 194, 325.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa*, p. 98.

Mazzotta, vide *Vitalianus a Filadelfia*

Meaux (*Meldae*) in prov. Parisiensi. — Conventus titulo S. Ioseph, ibi conditus a. 1611, cessit tempore gallicae eversionis.

BULLAR. CAP., V, 389.

Mecejana (Ceará in Brasilia), Custodia de *Maranhão*, fratribus prov. Mediolanensis concredita. — Domus nostra ibi reserata est a. 1934, eiusque ecclesia est dicata B. Mariae V. do Brasil.

STATISTICA *Prov. S. Carlo*, a. 1943, p. 11.
ATTI *Prov. Lombardia*, a. 1948, p. 232.

Mechelen, Malines (*Mechlinia*) in Prov. Belgica. — Anno 1599 Capuccini admissi fuerunt in hanc civitatem; ecclesia consecrata est 1604 in honorem S.P.N. Francisci. Iuxta decretum an. 1796 conventus penitus fuit suppressus.

BULLAR. CAP., IV, 368.
ETUDES FRANC. 48 (1936) p. 107 n. 49 (*Obituaire* des Capuc. de Malines).
NEERLANDIA FRANC. 5 (1922) p. 194-208: *Marcus von A. te Mechelen*, 1861 (P. Hildebrand).
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, cf. Ind. Dl. V, 79-93.
FRANC. LEVEN, 33 (1950) 54 (Monum. artis).

Mechelen, Malines (*archidioecesis*). Huius *Mechliniensis* Archid., exstitit episcopus « Auxiliaris » ab a. 1722 ad a. 1728 noster sodalis Carolus de ESPINOSA a Dendermonde.

Medan in Insula Sumatra (Indiae Orient.). — Praefectura Apost. *Sumatrae*, die 30 iunii 1911 constituta et curis nostrae provinciae Hollandicae commissa, die 27 decem. 1923 in tres divisa est Praefecturas, quarum una, de *Padang* nuncupata, eisdem Capuccinis Hollandicis concredita permansit et an. 1932, die 8 iulii, a Pio XI in Vicariatum Apost. erecta est. Anno demum 1941, sede Vicarii Apostolici ad *Medan* translata, Vicariatus nomen hodiernum assumpsit.

Praeter plurimas stationes missionarias duae etiam Domus religiosae ibi canonice erectae sunt, scilicet in *Fort de Kock* et in *Pematang-Siantar*.

PRAEFECTI APOSTOLICI

1912 Liberatus Cluts ab Exel.
1921 Matthias Brans a Strijp

VICARII APOSTOLICI

1932 Brans Matthias a Strijp

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 68 tab. XXVIII

MISSIONI *dipendenti da Prop. Fide* (1950) p. 432.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale* hist., p. 450, 456.

GREGORIUS [VAN BREDA], *Het Missiewerk van de Capuc. op Borneo en Sumatra.* (1940).

P. VALENTINUS, *Apost. Vicariaat van Padang*, in « INDISCH MISSIETIJDSCHRIFT » an. 1946, p. 17-21, 49-54.

ANALECTA CAP. 27 (1911) p. 215, Praef. de Sumatra. — 40 (1924) p. 81, Praef. de Padang. — 49 (1933) p. 9, Vicar. Apost. — Quoad alia cf. « *Index Gener.* » voll. 1-50 (1884-1934) p. 126. — *Relationes* Superioris Missionis vulgatae sunt in voll. 51 (1935) p. 17, 300; 53 (1937) p. 18-20; 54 (1938) p. 67 s.; 55 (1939) p. 235; 61 (1945) p. 53-56.

COLLECTAN. FRANC. 11 (1941) p. 673 n. 441, 444 s., 447 s. (Notitiae bibliogr.)

FRANCISC. LEVEN, 17 (1934) p. 401, 411: *In de Missie van Zuid Sumatra* (H. M. Mekkelbolt).

IL MASSAIA, 1949, p. 248 ss. *Medan e la guerra (1941-45). I missionari Cappuccini.*

SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 3 (1927) p. 267-72. — 13 (1937) p. 97-99.

UNI TRINOQUE, an. 1946, p. 30, 46, 60 ss. an. 1950, p. 213-21, 280-90, *Missie van Sumatra.*

VERITAS - (*Maandblad...* Padang) Mei-Juni 1937 (Numerus peculiaris occasione XXV anniv. a fundatione Missionis).

— Quoad *Ephemerides* a nostratibus in hac Missione editas vide sub v. *Periodica.*

Medicina, Pharmaceutica. Caritatis ingenium etiam in arte medica Fratres Capuccini iam ab Ordinis primaevo exercuisse videntur. Etenim ad praecavendos abusus Capitulum Gen. an. 1552 opportunum duxit universis fratribus interdicere medicamentorum saecularibus traditionem atque cuiuslibet medicamenti usum inconsulto medico (*Analecta Capuc.*, an. 1889, p. 78). Admonitionem munus pharmacopolae aut medicinae extra Ordinem non exercendi legimus quoque in *Constitutionibus* editis an. 1577 (art. 91) et in *Ordinationibus* Capitulorum Gen. an. 1726 et 1747. Verum de superiorum licentia et medico aliquo consulto non prohibebantur medicamenta a se composita saecularibus etiam *gratis* exhibere, quod saepissime factum invenitur.

Si aliquis *medicus* Ordinem ingrederetur ei permittebatur exercitium suae artis erga Fratres tantum, citra incisionem et adustionem et de superiorum suorum licentia. Hunc enim usum solummodo concessit Urbanus VIII die 29 apr. 1626 capuccino medico P. Hannibali Bottaro coenobii Seminarae Miletensis dioecesis in Calabria (*Bullar. Cap.*, III, p. 63). Ampliores vero facultates obtinuisse videtur celeberrimus *P. Liberatus Magati a Scandiano* (1579-1647), qui Ordinem Capuccinorum ingressus an. 1618 medicinae et chirurgiae artem indesinenter exercuit in utilitatem quoque nobilium saecularium et praesertim familiae Ducis Mutinensis Francisci I Atestini (Tiraboschi, *Biblioteca Modenese*, III, pp. 108-114).

Die autem 25 nov. 1641 S. Congr. permisit *missionariis* apud Aethiopes et in arte medica vere peritis, in casu necessitatis, exercitium medicinae, dummodo gratis operam darent, incisione vel adustione non esset opus, medicus laicus non haberetur vel esset hebraeus aut haereticus. In eisdem adiunctis facultas exercendi artem medicinae et chirurgiae Sacra Congregatio concessit die 13 iulii a. 1665 missionariis in regno Sinarum et Clemens XII, ad instantiam P. Cherubini de Noves, missionariis capuccinis Gallis in arte medica et chirurgica peritis, etiam sacerdotio auctis (*Analecta Capucc.*, IV, 1888, p. 21). Benedictus tandem XIV die 21 iulii 1751 eandem facultatem extendit ad omnes missionarios medicinae et chirurgiae peritos (*Bullar. Cap.*, VII, p. 185) et Gregorius XVI die 18 dec. 1840 religiosis medicis permisit propriae artis exercitium in commodum etiam consodalium non missionariorum.

Ex medicis tamen capuccinis fere omnes medicinae studuerunt priusquam Ordinem ingrederentur. Inter clariores autem sunt P. Liberatus *Magati* a Scandiano († 1647), celeberrimus artis medicae innovator doctissimo tractatu *De rara vulnerum medicatione*: P. Henricus *Rousseau* a Montbazon († 1696), auctor medicamenti nuncupati *Laudanum* de Rousseau; P. Tranquillus *Aignan* ab Orléans († 1709), inventor cuiusdam balsami vulgo nuncupati *Baume Tranquille.* Inter eos qui laurea in arte medica decorati sunt post ingressum in religionem fuit P. Hermenegildus *Barbero* a Villafranca Piemonte († 1876), qui per annos plures munus obivit directoris valetudinarii Taurinensis Albertini « al Monte ».

Verum potius quam medicinam capuccini Fratres *pharmaceuticam* exercuerunt et in pluribus Italiae, Galliae, Hispaniae provinciis saeculo XVII et XVIII optime instructas habuerunt *medicamentorum officinas*, quarum nonnullae populari favore gavisae sunt et nomen egregium obtinuerunt in artis medicae historia: *Pharmacopolia* Capuccinorum Parisiis (apud *Louvre*), Romae, Mediolani, Perusiae (dispersa tempore suppressionis religiosorum), Fulginei (extincta an. 1911), Venetiarum, Genuensis. Nostratibus prov. Genuensis an. 1679 concredita etiam pharmacopolia in xenodochiis Pammatone et Insanabilium quibus ipsi praefuerunt usque ad primam lucem saec. XIX non absque universali plausu et amborum institutorum ingenti profectu. Qua *pharmacopolae* in his primariis piis operibus Capuccini Genuenses per saeculi intervallum magistri extiterunt, artem pharmaceuticam sodales propriae et aliarum provinciarum docentes. (Molfino, *Capp. Genovesi*, I, 456).

Rerum adiunctis mutatis, *pharmaceutica* non iam ut olim a Capuccinis exercetur, sed nostris adhuc diebus non desunt inter nos pharmacorum inventores a doctis collaudati et variis in provinciis medicamentarii officinae inveniuntur a quibus etiam saeculares acquirere possunt quaedam pharmaca quorum utilitas experientia quotidiana comprobatur. Non raro huiusmodi medicamenta apud publicos quoque pharmacopolas prostant.

Ex omnibus pharmacis a Capuccinis inventis utilissima quondam fuerunt remedia contra pestem de quibus conscripti a nostratibus reperiuntur varii tractatus (vide bibliogr. sub v. *Pestis*).

MEDICI ET PHARMACOPOLAE
eorumque opera
(de singulis agitur suo proprio loco)

AEGIDIUS A VILLALÓN, laicus prov. Castellae (saec. XVIII): *Tesoro della medicina* (1731)

ALEXANDER (RECAGNO) A VARAZZE, prov. Genuensis († 1913): *Specifico antidifterico* (1885)

BERNARDUS M. (CANNURA) A CASTROGIOVANNI, hodie Enna, prov. Panormitanae († c. 1730), praecursor hodiernae *Hydrotherapiae*.

FELIX (PASSERA) A BERGAMO, laicus prov. Brixiensis († 1702): *Tesoro degli arcani farmacologici* (1688); *Pratica universale della medicina* (1693).

FRANCISCUS (CAVALLI) A SCICLI, prov. Syracusanae († 1662): *Specialium medicamentorum* compositor.

FRANCISCUS (DAL BOSCO) A VALDOBBIADENE, laicus prov. Venetae († 1640): *La prattica dell'Infermiero* (1664....).

HENRICUS (ROUSSEAU) A MONTBAZON, prov. Turonensis († 1696): *Secrets et remèds éprouvez; Préservatifs et remèds universels* (1708, 1718).

LEO A MILANO, laicus prov. Tusciae († 1671): *Trattato de' semplici; Pratica medica* (mss.).

LIBERATUS (MAGATI) A SCANDIANO, prov. Bononiensis († 1647): *De rara medicatione vulnerum nova methodus ad vulnera particularia persananda* (1616...).

MAURITIUS A TOULON, prov. S. Ludovici in Gallia († 1668): *Le Capucin enseignant la méthode pour remédier à la Peste* (1662, 1721)

PASCALIS (BERTALÀ) A MAROLA, laicus prov. Genuensis († 1828): *Dissertazione sulla cataratta* [oculare] (1828).

PETRUS (GENTA) AB OSIGLIA, laicus prov. Genuensis († 1862): composuit *Pillole Emmenagoghe*.

TRANQUILLUS (AIGNAN) AB ORLÉANS prov. Turoniae et Britanniae († 1709): auctor balsami vulgo *Baume Tranquille*.

Bibliographia

BULLAR. CAP., cfr. Indices Gener. t. VII, p. 482; t. X, p. 791 (*Medica ars*), p. 797 (*Pharmacopolarum numerus* et *Pharmacorum venditio*).

BULLARII CAP. REGESTUM, n. 2121, Missionariis indulgetur artem medicinae exercere (1735).

VENANTIUS, *Monum. ad Constit. Cap.*, cfr. Index p. 251.

PELLEGRINO, *Annali*, I, p. 17 (Farmacia dei Capp. in Roma, 1633), p. 380 s., Concessione ai Missionari di esercitare la medicina e la chirurgia (1639).

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. II, 387-391; vol. III, 290.

BOUVET M., *Histoire de la pharmacie en France* (Paris 1937), p. 299, 303, Laboratoire des Capucins du Louvre.

IDEM, in: « *Courrier médical* » 29 janvier 1927 (Notitiae de « *Baume Tranquille* » du P. Aignan, et de « *Laudanum* » de l'Abbé Rousseau, O. Cap.).

FOSSEYEUX MARCEL, *Les Apothicaireries de Couvents sous l'ancien régime* in: « *Bulletin de la Soc. d'hist. de Paris*, 46 (1919) pag. 42-59. (In eo agitur praecipue de Pharmacia PP. Capucc. Parisiis).

GODEFROY, *Histoire Prov. de Paris*, II, 425 s.

LOMBARD FEDERICO, *Esame e giudizio intorno alle Polveri antitubercolari. Ricostituente del P. Casimiro Sensi* [da Castiglion Fiorentino] *Cappuccino*. Firenze 1916, pp. 7.

REBER B., *Considérations sur... l'histoire de la Médicine, la Pharmacie...* (Gèneve 1905) p. 108, Laboratoire des Capucins du Louvre (Fig. 83).

MOLFINO, *Capp. Genovesi*, I, 456-466, Farmacie e Farmacisti (Genova).

VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, I, 69, Farmacia Capp. di Milano (1704).

GIL DE VILLALON, *Nuevo thesoro de medicina, sacado de los aphorismos de la caridad según la práctica de muchos enfermeros Capuchinos assí españoles, como italianos* Madrid 1750.

ANALECTA CAP. 4 (1888) p. 19-21, *De missionariorum exercitio artis medicinae*. — 30 (1914) p. 139-146, *Laurentii Martini Oratio in laudem Religionis FF. Capucc.* [eorumque merita circa medicinae artem]. 40 (1924) p. 274-279, *De Minoribus Capuccinis medicis et pharmacopaeis*.

ETUDES FRANC. 28 (1912) p. 85-96, *Poudre de vipère et or potable. Consultation donnée à un Pape par un Capucin* [Franc. Cavalli a Scicli et Innocen. X]. (P. Edouard d'Alençon). — 32 (1914) p. 30-39, *Un Capucin* [Bernard Marie de Castrogiovanni] *précurseur de l'Abbé Kneipp.* (Idem).

ITALIA FRANC. 2 (1927) p. 363-372, *Le benemerenze dei Cappuccini Umbri nell'esercizio della medicina* (Franc. da Vicenza). — 10 (1935) p. 153-165, *I francescani e la medicina.* (Terenzio da Cento). — 23 (1948) p. 1 10, *La medicina coefficiente dell'attività missionaria dei Cappuccini nel sec. XVII.* (Ignazio da Seggiano).

IL PADRE SANTO (Genova), 1942, p. 122-23, *Cappuccini Ponentini farmacisti.*

Mediolanensis Provincia in Italia (etiam *Langobardiae* Prov. S. Caroli nuncupata). — Prima sedes Ordinis nostri in regione Langobardica locum habuit Bergomi a. 1535; uti Provincia vero recognita est a. 1542. Dehinc scilicet a. 1587, in duas provincias, Mediolanensem alteram et alteram Brixiensem fuit divisa. Anno vero 1750 e Mediolanensi prov. 18 conventus dempti sunt, qui trans Ticinum flumen siti erant et cum aliis conv. Pedemontanis, *Alexandrinam* Prov. constituerunt.

Anno 1754 prov. Mediol. numerabat 35 conv. et 782 religiosos. Denique a. 1784 ab eadem prov. Mediolanen. distracti sunt 5 conv. *Ticinenses*, qui peculiarem Custodiam efformarunt a Ministro Gener. immediate dependentem. — Multa perpessa est Prov. Mediolan. ob suppressionem Venetiarum Reipublicae a. 1769; postea a. 1798 ob illam Francorum rerum novarum molitorum; postremo ob Cisalpinam Rempublicam anno 1805. Deinde ex integro supprimitur, Napoleone I imperante d. 10 maii 1810. At mense augusto a. 1840, *S. Caroli Prov. in Langobardia* iterum fundata est Ministri Gener. decreto. Eidem Provinciae nunc concreditae sunt Missiones de *Erythraea* in Aethiopia, de *Graiahu* et de *Maranhão* in Brasilia.

Index Conventuum et Hospit. qui in territorio hodiernae Prov. Mediolanensis a) *nunc exstant*: Albino, Bergamo, Borno, Brescia, Casalmaggiore, Casalpusterlengo, Cerro Maggiore, Como, Crema, Cremona, Lecco, Lenno, Lòvere, Milano, Oreno, Salò, Sovere, Varese.

b) *sunt derelicti*: Abbadia, Abbiategrasso, Almenno, Bellagio, Bovegno, Bozzolo, Breno, Caino, Caravaggio, Cardano, Casalmoro, Cassano d'Adda, Castiglione delle Stiviere, Chiavenna, Cologne, Cozzano, Desenzano, Domaso, Drugolo, Edolo, Erba S. Salvatore, Gámbara, Gargnano, Iseo, Lodi, Mantova, Manerbio, Melegnano, Melzo, Merate, Montichiari, Monza, Morbegno, Pavia, Pescarénico, Pisogne, Pizzichettone, Porlezza, Rezzato, Rho, Rivolta d'Adda, Romano Lombardo, Sabbioneta, S. Angelo Lodigiano, S. Giovanni Bianco, Soncino, Sondrio, Soresina, Tirana, Tradate, Trenzano, Trescore Balneario, Treviglio, Verano, Verolanuova, Vertova, Vestone.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore, cfr. VALDEMIRO, *I Capp. Milanesi*, I, 45-53.

a) usque ad oppressionem napoleonicam (1810).

Franciscus a Calabria: 1542.
Bernardinus a Siena: 1545.
Amadeus ab Antegnate: 1548, 1564.
Pacificus a S. Gervaso Bresciano: 1551.
Franciscus a Milano: 1554, 1568.
Ioannes a Milano: 1557, 1565.
Iacobus a Verolanuova: 1560.
Evangelista a Cannobio: 1561.
Apollonius a Brescia: 1566, 1571, 1578, 1584.
Matthias a Salò: 1574, 1580.
Iacobus a Milano: 1575, 1577, 1583.
Franciscus a Bormio: 1576.
Michaël a Milano: 1586.
Ambrosius a Milano: 1587, 1590.
Michaël a Sala: 1588.
Leander a Milano: 1591, 1596.
Urbanus a Milano: 1594.
Philippus a Milano: 1595, 1597.
Alexius a Milano: 1595.
Raphaël a Casale Monferr.: 1597.
Amadeus a Gallarate: 1600.
Valerius a Pallanza: 1603.
Petrus a Lodi: 1606.
Franciscus a Novara: 1608, 1619.
Ioan. Bapt. a Vercelli: 1612.
Matthias a Milano: 1616, 1628.
Isidorus a Milano: 1622.
Cherubinus a Milano: 1625.
Bassianus a Lodi: 1630.
Ioan. Bapt. a Castano: 1633.
Hieronymus a Novara: 1634.
Felix a Milano: 1637, 1648, 1654.
Simplicianus a Milano: 1640, 1651.
Linus a Lezzano: 1643.
Laurentius a Novara: 1645.
Ignatius a Milano: 1655.
Franciscus a Pavia: 1658.
Hyacinthus a Milano: 1661.
Prothasius a Milano: 1664.
Hilarius a Cremona: 1667, 1673.
Franciscus a Biolo: 1670.
Isaias a Milano: 1676, 1689.
Bonaventura ab Oleggio: 1679.
Ioan. Bapt. a Milano: 1680.
Ignatius a Cremona: 1683.
Petrus Franc. a Milano: 1686, 1692, 1699.
Io. Petrus a Busto Arsizio: 1695.
Antonius a Gallarate: 1702.
Iosephus M. a Masnago: 1705, 1711.
Antonius a Como: 1708, 1717.
Angelus M. a Busto Arsizio: 1714, 1719, 1729.
Aloisius M. a Milano: 1723.
Alexan. Franc. a Casalpusterlengo: 1726.
Antonius a Nava: 1732.
Iosephus ab Oleggio: 1734.
Philippus M. a Milano: 1737, 1746.
Carolus a Vogogna: 1740.
Sigismundus a Milano: 1743.
Franc. Ant. a Varese: 1749.
Ioan. Angelus a Casale: 1752.
Ioan. Ant. a Bulciago: 1755.
Didacus Hieron. a Lugano: 1759.
Franciscus M. a Mirabello: 1762.
Ioan. Felix a Milano: 1765.
Candidus a Varese: 1768.
Paulus M. a Milano: 1771.
Ioan. Carolus a Lecco: 1774.
Leander a Milano: 1777, 1787.
Placidus a Como: 1779, 1790.
Ioan. Angelus a Gallarate: 1781.
Ioan. Petrus a Malleo: 1784.
Ioan. Franc. a Lecco: 1793.
Eusebius a Como: 1796, 1799.
Florianus a Milano: 1802.
Felix a Busto Arsizio: 1805, 1808.

b) A restauratione Prov. (1840).
Theophilus a Lodi; 1840, Vic.
Carolus a Brescia: 1840, Vic.
Franciscus a Bergamo: 1841, 1846, 1852,
Emmanuel a Mandello - 1843.
Camillus a Bergamo - 1849.
Laurentius ab Albino - 1855, 1864, 1884.
Paulangelus ab Olgiate Olona - 1859, 1861.
Augustinus a Crema: 1869, 1872, 1878.
Ioan. Bapt. a Bergamo: 1875, 1881, 1887.
Cyprianus a Dugnano, Vic. Prov. 1887.
Iosephus a Rovetta: 1890.
Laurentius a Milano: 1893.
Paulinus a Verdello: 1896.
Gulielmus a Bergamo: 1899.
Augustus a Crema: 1902.
Camillus ab Albino: 1905, 1908.
Hieronymus a Lomazzo: 1911.
Mauritius a Villa di Serio: 1914.
Gregorius a Breno: 1919.
Innocentius a Samarate: 1922.
Valdimirus a Grignano: 1925, 1931.
Aloisius a Guanzate: 1928.
Ioan. Chrysost. a Clusone: 1934.
Benignus a Sant'Ilario Milanese: 1937, 1940, 1946, 1949.
Guido a Curnasco: 1943.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
de quibus fit sermo suo proprio loco

VENERABILES SERVI DEI:
S. D. Carolus ab Abbiategrasso († 1859).
Ven. Innocentius a Berzo Inf. († 1890).

EPISCOPI:
Carrara Camillus ab Albino († 1924).
Cattaneo Caelestinus a Desio († 1946).
Colombo Robertus a Castellanza († 1927).
Crotti Mauritius a Villa di Serio († 1934)
Fraschina Ioan. a Bosco Luganese († 1837).
Lonati Aemilianus a Brescia, electus 1930.
Luvini Ios. Maria a Lugano († 1790).
Marinoni Io. Chrys. a Clusone, el. 1936.
Neuroni Augustinus a Lugano († 1760).
Saliaschi Ioan. a Grignasco († 1592).
Scotti Iul. Caesar a Caravaggio († 1863).

MINISTRI GENERALES:
Ioan. Petrus a Busto Arsizio († 1700).
Simplicianus a Milano († 1663).

SCRIPTORES, MISSIONARII, etc.
Adeodatus a Bornato, miss. († 1671).
Aegidius a Milano arch. gen. († 1892).
Alexius a Milano († 1618).
Aloisius Maria a Pavia, script. († 1800).
Ambrosius a Milano, script. († 1615).
Ambrosius a Soncino, miss. († 1601).
Andreas a Pavia, miss. († 1709).
Angelus (Visconti) a Milano († 1616).
Antonius M. ab Albogasio, script. († 1721).
Antonius (Olgiati) a Como († 1723).
Bartholomaeus a Lucignano († 1579).
Benedictus a Milano, script. († 1679).
Camillus a Milano, laic. pictor. († 1865.
Carolus a Cremona, miss. († 1700).
Carolus Onuphrius (Mozzone) a Varese, botanicus, floruit saec. XVIII.
Celsus ab Uboldo, miss. († 1899).
Christophorus Picenardi a Cremona († 1630).
Christophorus a Toscolano, miss, († 1681).
Damianus a Bergamo, laic. mechan. († 1842).
Daniel a Bagnolo, miss. († 1760).
Daniel a Samarate, miss. († 1924).
Emmanuel Orchi a Como, conc. († 1649).
Felix Casati a Milano († 1656).
Ferdinandus a Varese, script. († 1805).
Fidelis a S. Germano, conc. († 1623).
Franciscus a Bormio, miss. († 1583).
Franciscus a Cannobio, script. († 1570).
Franciscus a Cedrate, laic. scult. († 1750).
Franciscus Ant. a Cremona, pictor. († 1721).
Franciscus a Milano, Proc. Gen. († 1583).
Franciscus Ant. a Milano, cler. († 1701).
Gaudentius a Brescia, script. († 1769).
Gaudentius a Cremona script. († 1899).
Gregorius a Breno, Proc. Gen. († 1950).
Hieronymus a Milano, Com. Gen. († 1584).
Hieronymus a Novara, script. († 1582).
Hilarion a Milano, script. († 1660 ?).
Ignatius a Cremona, miss. († 1610).
Ignatius ab Ispra, miss. († 1935).
Ignatius (Carcano) a Milano († 1665).
Ioannes Bapt. a Cassine, cosmogr. († 1715)
Ioannes Bapt. a Milano, script. (†17...)
Ioan. Petrus a Milano. conc. († 1681).
Ioan. Bapt. (Aguggiari) a Monza († 1631).
Iosephus Piantanida a Ferno († 1556).
Iosephus M. a Novara, script. († 1701).
Isaias a Gerenzano, script. († 1922).
Iucundus a Vaglio, conc. († 1915).
Iulius Maria ab Orta († c. 1740).
Marcellinus a Cusano, miss. († 1940).
Marcellus a Trefiumi, mag. nov. († 1601).
Maximus (Bertani) a Valenza († 1740).
Petronius a Bologna, laic. († 1624.
Petrus a Como, Concion. Apost. († 1792).
Pius a Milano, script. († 1756).
Rinaldus a Paullo, miss. († 1901).
Salvator ab Albino, laic. miss. († 1901).
Seraphinus a Como, miss. († 1804).
Silvester a Milano, script. († 1736).
Timotheus a Brescia, miss. († 1914).
Valdimirus a Bergamo, script. († 1897).
Victor a Bergamo, miss. († 1901).
Zacharias a Malegno, miss. († 1901).

Bibliographia

BULLAR. CAP., II, 305-345; VII, 387; X, 728.
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO O. CAP. ed. a. 1649 Tabula 3; ed. a. 1712 Tab. 25.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 23, Tab. IV.
UBALD, *Catalogue des Mss.*, p. 126, 127.
Michael ab Esplugues de Llobregat, in sua Catalauniae Prov. Lector et pluries Moderator, in Prov. vero Aragoniae Definitor. — Ortus est familia *Campreció i Bosch* a. 1870, habitum seraphicum sumpsit a. 1887 obiitque Sarrià die 30 sept. 1934. — Enixe operam dedit ut sua Provincia quoad scientias atque vitam religiosam augeretur; item Missiones eidem Prov. concreditas maxime fovit. Vir sane eruditus, ephemerides magni momenti « *Estudios Franciscanos* » (1907) et « *Criterion* » Revista de Filosofía (1925) fundavit, Collegio Sacris Scripturis catalaunice recte vulgandis, (vulgo: « *Fundació Bíblica Catalana* ») praefuit. — Multa edidit studia in Commentariis periodicis; inter alia vero pleraque opera seorsum vulgata haec adnotantur: *El Pare Nostre*: *Glosses apologétiques* 4 voll. (a. 1920). — *La vera efígie del Poverello. Assaig psicologic* (1927) — *S. Francesc de Sales: Estudi-Esperit-Màximes* (1904, 1907) — *S. Francesc de Sales, patró del periodisme catòlic* (1926) — *Nostra Senyora de la Mercé: Estudi de la Psicologia ètnico-religiosa de Catalunya* (1916) — *Balmes vist des de les seves posicions « errònies »* (1931) — *La Tragedia de Mossèn Verdaguer* (1930).

ANALECTA CAP., 51 (1935) p. 243, necrol.
CRITERION (*Rev. de Filos.*) t. XI, 1935, pp. 215-377 (Plures articuli a variis viris doctis P. Michaeli ab Esp. dedicantur, qui vitam, doctrinam et opera eius illustrant) cf. *Collectan. Franc.* a. 1938, p. 491 n. 904 ss.

Michaël a Lima in Peruvia. — Nobili stirpe de *Concha* natus, Hispaniam postea petiit et in nostra Castellae provincia habitum suscepit. Fuit theologiae lector, Custos gener. et concionator aulicus; quo anno obierit non traditur. Edidit: *Poemata varia* tam hispanica quam latina. Matriti 1690 et 1696. — *Poemata* Leopoldo imperat. honoris ergo sacra. Viennae 1698. — *Oratio funebris* in Exsequiis Caroli II. Matriti 1701.

BULLAR. CAP., V, 366.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 192.
IO. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 373.
ANDRÉS, *Vitalidad seráfica*, I, 269.
BUENAVENT., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.

Michaël a Pamplona v. *Gonzalez M.* episc.

Michaël a Paterno, alumnus prov. Messanensis; nobili familia *Moncada* ortus a. 1701, virtute clarus obiit a. 1765; eius corpus incorruptum repertum est a. 1930.

LUIGI DA RANDAZZO, *P. Michele Moncada da Paternò.* Catania 1931. (cfr. *Collectanea Franc.* 1934, p. 497 n. 254 — *Italia Franc.* 1931 p. 544).

Michaël a Santander, v. *Suárez M.* episc.

Michaël a Sarrià (Barcelona) Prov. Catalauniae). — *Baxeras Ribas* parentibus ortus d. 21 oct. 1741, capuccinus fit a. 1756. Prius philosophiam docuit, postea ita egregius evasit concionator, ut Missionarius Apostol. renuntiatus sit. « Quadraginta Horarum » supplicationem et « Actum heroicum » pro animabus in Purgatorio degentium, peculiari studio promovit. Virtutibus et donis supernaturalibus ditatus, obiit cum fama sanctitatis die 8 augusti 1810. — Iam ab a. 1815 « Processus

ordinarii » coepti sunt, sed ob motos civiles moras habuerunt.

BASILI, *Necrologi de Catal.* p. 221.
ANDREA, *Iconogr. de Catalunya*, I, 62.
EL APOSTOLADO FRANCISCANO (Sarria), 16 (1924) pp. 183 ss.: *Gestiones realizadas para introducir la « Causa » del S. de Dios P. Miguel de Sarriá 1815-1915* (Andreu de Palma).
ESTUDIOS FRANC. 29 (1922) p. 183, 283, 445, *El Siervo de Dios Fr. Miguel de S. - Boceto biografico.* (Andrés de Palma).

Michael a Solofra, prov. Neapolitanae alumnus. — Sacerdos factus, prope Caietam pirati eum arripiunt an. 1638 et *Tuneti* balneo, cum plurimis aliis, recludunt. Ibi sese totum miserrimis concaptivis dicavit, eisdem sacra ministrans omnesque indicibili caritate solabatur. Eousque socios oppressos adamavit, ut liber declaratus, praetulerit cum ipsis manere usque ad mortem, quae illi accidit a. 1643, octoginta annos nato.

PELLEGRINO, *Annali*, I, 517-522.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 421, 423, 426.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 571-73.
BONAV. DA SORR. *Capp. di Napoli*, p. 23.
CAMPANIA SERAFICA (Napoli) an. 1936 gennaio.

Michaël a Zell, prope Kufstein (domo *Hetzenauer*) Prov. Tirolis sept. Lector egregius. — Ortum habuit d. 30 nov. 1860 et fit religiosus Capuccinus an. 1878. Per novemdecim annos scientias sacras docuit, inde a. 1904 Romam vocatur Sacram Scripturam lecturus in Pontificio Seminario S. Apollinaris (postea ad Lateranum). An. 1914 inter Consultores Pontif. Commissionis Biblicae adnumeratur. Obiit in Urbe die 8 augusti 1928. — Sacris Litteris enixe incubuit et per varias ephemerides plurima *de re biblica* vulgavit. Eius vero opera praecipua quae de eadem re tractant sequentia tantum adnotamus.

Novum Testamentum graece diligentissime recognovit. 2 voll. Innsbruck. 1904.
Biblia Sacra Vulgatae editionis. Ex tribus editionibus Clementinis critice descripsit et notis exegeticis illustravit. Regensburg, 1913.
Theologia biblica, sive scientia historiae et religionis utriusque Testamenti. Freiburg 1908.
Commentarius in librum Genesis. Graz 1910.
De annis magisterii publici Iesu Christi aliisque quaestionibus ad harmoniam Evangeliorum spectantibus. Romae, 1921.
De Genealogia Jesu Christi secundum Matthaeum et Lucam. Romae 1923.

HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.*, II, 617, 652
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 106-09.
DICTIONN. DE LA BIBLE, Supplement, IV, 1
FREY G. B., *Discorso funebre*. Roma, 1928.
ANALECTA CAP. 20 (1904) p. 344 (Prof. in Semin. Rom.) — 30 (1914) p. 329 (Consultor) — 38 (1922) p. 298 (S. Pontif. laudem tribuit P. Mich. ob edit. Bibliae S.) — 44 (1928) p. 240 (Necrol.).
BONAVENTURA, A Review of the Irish Capuchins, II (Summer 1938) p. 190-199: *A great Scriptural Exegete, Fr. Mich. Hetzenauer.*
ITALIA FRANC. 4 (1929) p. 152-61: *Discorso funebre* (P. Giov. Batt. Frey).
SANKT FIDELIS, 15 (1928) p. 196-97 necrol.

Michaël a Zug (Tugiensis), Prov. Helveticae Concionator et Lector ac pro natione Germanica a Secretis Generalis († 1755). Dum Romae deget, magnum illud opus composuit et edidit, quod inscribitur: *Bullarium Ord. FF. Min. Capuccinorum* (Tom. I-VII, 1740-1752), de quo videsis peculiarem descriptionem sub ipso vocabulo *Bullarium Cap.*

CHRONICA PROV. HELVET., p. 511s.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 193.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 280.
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. p. 25 (vel 42).

Michaëlangelus a Borgo Sansepolcro, vide *Michaelangelus a Sansepolcro.*

Michaelangelus a Narbonne, Prov. Tolosanae alumnus. — Natus a familia *Sarraute* an. 1860; ordinem Cap. amplexus an. 1879. Tempore expulsionis Religiosorum an. 1880 in Hispaniam se transtulit ibique lector renuntiatus est in coenobio Manresa. Postmodum in Galliam reversus totum se dedit studiis franciscalibus pro quibus perficiendis denuo in Hispaniam iter instituit. Praecipuus fructus tot laborum exstant dissertationes circa P. Franciscum de Osuna, O.F.M. († c. 1541) et S. Petrum de Alcantara († 1562), cui vindicare conatus est proprietatem tractatus de oratione et meditatione sub eiusdem S. Petri de Alcantara nomine noti. Dissertationes edidit in periodicis: *Estudios Franciscanos*, voll. 23-26 (1919-1921); *Etudes Franciscaines*, vol. 36 (1924); *Orient* (Toulouse), cuius fuit director ab an. 1923 ad an. 1931. Obiit die 14 oct. 1939 in coenobio Tolosano. — Opera eius praecipua: *Lectures du Tertiaire*, Carcassonne, 1904; *Ni division ni confusion, Theologie traditionnelle de l'Incarnation*. Toulouse 1913; *Esprit franciscain et Doctrine franciscaine*, Toulouse, 1914 — *La Vie franciscaine en Espagne sous Charles Quint*. Madrid, 1917.

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 57.
IRÉNÉE, *Bibl. Cap. de Toulouse*. p. 54.
ANNALES FRANC. (Paris) a. 1940, p. 25.
ARCHIVO IBERO-AMER. a. 1942, p. 73-77.
LES VOIX FRANC. (Toulouse) a. 1939, p. 347-51

Michaëlangelus a Ragusa in Dalmatia, Min. Gen. — Nobili *Bosdari* progenie natus a. 1652 Ordinem seraphicum in nostra Piceni Provincia amplexatus in qua lectoris, definit. ac Min. Prov. muneribus functus est. In Capitulo Gener. a. 1709 in Definitorem, in Capitulo vero a. 1712 in supremum Ordinis moderatorem electus est; quo in munere 34 Provincias invisit et Decretum dedit sub die 15 oct. 1712, quo B. V. Maria sub mysterio *Immaculatae*

Conceptionis eligitur in Patronam et protectricem Ordinis nostri. Expleto munere, ad Provinciam suam se recepit ac in coenobio Montis Sancti (Potenza Picena) obiit d. 28 apr. 1729. — Typis ediderat opusculum cuius inscriptio: *Breve metodo per fare con profitto gli esercizi spirituali* (Milano, Bologna, 1705).

BULLAR. CAP. I, 34, 52; II, 215 s.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 289-293.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, VI, 11-32.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 194.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 183, 184.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 76.
GLIUBICH SIMEON, *Dizionario degli uomini illustri della Dalmazia* (Zara 1856), p. 59 ss.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 464.
ANALECTA CAP. 8 (1892) p. 12, 39.
ANNALES FRANCISC. 28 (1904) p. 17-20. *Comment Louis XIV reçut le P. Général des Capuc. en 1713.*
COLLECTAN. FRANC. 13 (1943) p. 289-91 (Min. Gen. inter Hispaniae «Grandes» receptus).
ETUDES FRANC. t. 20 (1908) p. 170-76: *S. Véronique G. et le P. Michelang. de Raguse.* (*Ex «Diario»* S. Veronicae Giuliani referuntur loci, in quibus visitationis ad Sanctam, quam peregit Minister Gen. a. 1718 fit mentio).
ITALIA FRANC. 18 (1943) p. 119 (Notizia della famiglia Bosdari).

Michaëlangelus a Reggio Emilia — (*Franceschi*), prov. Parmensis Lector et Minister, atque S. Officii et SS. Rituum Congr. Consultor. — Ortum duxit a. 1688, et ad Ordinem seraphicum venit a. 1705. Celebris divini verbi praeco, a Benedicto XIV *Concionator S. Palatii Apostolici* electus est d. 26 augusti 1740. Post duodecim annos, valetudinis causa, ad suam Provinciam repetiit. Obiit in conv. Scandiano d. 17 apr. 1766. Nonnullas edidit *Orationes panegyricas.*

BULLAR. CAP., II, 278s.; VIII, 2, 61; IX, 81.
MAURO, *Il Predicat. Apost.* p. 128-31.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 206-09.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 194.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 57.
TIRABOSCHI, *Biblioteca Modenese*, II, 358.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 464.
ARCHIV. FRANC. HIST. 3 (1910) p. 238-43 (de Io. B. Vico et P. Mich. a R.).
BOLLETT. STOR. BIBL. FRANC. 2 (1931) p. 68-70.

Michaëlangelus a Reggio Emilia (*Guattini*), prov. Bononiensis. — Ad missionem in regno Congi, aliis comitatus fratribus, pervenit a. 1667 ibique ex hac vita migravit an. 1669. Dum iter peragebat (Genua-Brasilia-Loanda) scripsit Epistolas ad patrem sùum magni momenti, quae postea (Bologna, 1674) in opere: *Viaggio del P. Michelangelo da Reggio et del P. Dionigi Carli da Piacenza... nel regno del Congo*, editae sunt. Huius opellae de editionibus et in varias linguas versionibus, vide supra sub v. *Dionysius* (*Carli*) *a Piacenza.*

CAVAZZI, *Storia del Congo*, (cf. Ind. *Reggio*)
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 635, 637-39.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 501-05
AMAT DI S. FILIPPO P., *Biografia dei viaggiatori italiani* (1882) p. 435-37.
FELICE, *Missionari Capp.* (1942) p. 27.
I FRANCESCANI A REGGIO EMILIA. Numero unico (Reggio 1927), p. 100-106: *Le missioni nel Congo e il P. Guattini.* (G. Saccani).
STREIT, *Bibl. Missionum*, I, (cf. Ind. p. 830)
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 194.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 336-39.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 279.
IOANN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 366.
TIRABOSCHI, *Biblioteca Modenese*, III, 41.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 383 (Guattini).
MELZI, *Dizion. Opere anon*, I, 178 (Caroli).
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 364 n. XXXVI.
BOLLET. SOC. GEOGR. ITALIANA 1949, p. 89-90 (Contributo alla conoscenza dell'Angola).
BOLLETT. STOR. BIBL. FRANC., II, (1931) p. 71 s.
FRATE FRANC. (Reggio) 1926, p. 15, 80, 116.
NEERLANDIA FRANC., II (1909) p. 101-03 (bibl.).

Michaëlangelus a Rimini (*Diotallevi*), Prov. Bononiensis. — Nobili gente a. c. 1570 ortus est, et decimum et nonum annum agens Ordinem nostrum adivit. Pluries Provinciae suae praefuit atque per triennium Prov. Tusciae. Commissarius Gen. exstitit in Gallia et in Flandria (1605-06). Anno 1608 electus est *Procurator Gener.* et a. 1613 et 1625 Definitor Gener. Domi obiit mense decem. a. 1625. — Nonnulla manu scripta reliquit.

BULLAR. CAP., II, 222.
DE-PISE *Annales*, p. 578-581.
OLGIATI, *Annali*, II, 424-429.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 115, 118, 126.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* I, 374.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.* p. 9-11.
SALVATORE, *La Prov. di Bol.*, I, 128, 134-39.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, cf. Ind.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 193.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 248.
IOANN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 363.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 152 n. 21.
LA PROVINCIA DI BOLOGNA (Bollettino) a. 1935 p. 55, 56.

Michaëlangelus a Rimini (*Frioli*), prov. Bononiensis Lector, Magister Novit. Definitor et pluries Moderator. — Natus a. 1803, vita cessit a. 1875. Sororis Mariae Magdalenae *Molari* e III Ord. Franc., Institutricis *Filiarum Immaculatae Conceptionis* (1857) per triginta annos fuit Director spiritualis, atque eiusdem Instituti per annos octo supra decem exstitit Confessarius.

GIUSTINIANO DA IMOLA, *Discorso funebre alla memoria del P. Mich.* (Faenza, 1875).
VENANZIO DA LAGOSANTO, *Vita di Suor Maria Maddalena Molari, fondatrice dell'Istituto delle Figlie dell'Immac. Conc.* (Milano, 1890).
ITALIA FRANC. 6 (1931) p. 630-34 (l'Istituto delle Figlie dell'Immacolata Concezione).

Michaëlangelus a Rossiglione (*Marengo*) prov. Genuensis Lector et Minister. — Commissarius Gener. in Galliam missus est a. 1838 ad eam Provinciam firmandam quam postea rexit ut Minister. In Capitulo Gen. a. 1847 Definitor electus est. Obiit in Pontedecimo a. 1869. — Opus edidit sub titulo: *Cenni biografici e Ritratti di Padri illustri dell'Ordine Cappuccino sublimati alle dignità ecclesiastiche.* Voll. 3, Roma 1850.

BULLAR. CAP., X, 178, 721.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 275.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, I, (cf. Ind.); VI, 37, 585-96.
IRÉNÉE, *Hist. Cap. de France*, I-II, p. 203 s.
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. CAP. p. 33.
BASILIO DA GENOVA, *Elogio funebre* (Genova 1869).
ANALECTA CAP. 19 (1903) p. 18 ss. (*Les Capucins Gênois en France*).

Michaëlangelus a Rouen — (Rothomagensis) in sua prov. Normandiae haereticorum conversioni maxime studuit. Libros perutiles vulgavit de veritate fidei catholicae. (Rouen 1659).

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 195.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 249.
IOANN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II, 366.

Michaëlangelus a Sansepolcro, prov. Tusciae Lector, Definitor et bis Moderator. — *Roti* familia natus a. 1742, ad nostrates venit a. 1757. Super Italiae suggesta inclaruit et Jansenismi placita fortiter insectavit. A Pio VII, datis Litteris mense maio a. 1806, toti Ordini nostro praeficitur. Ob temporum autem difficultates et praesertim ob napoleonicam suppressionem Ordinum religiosorum, Romae vix ad annum residere potuit, at nunquam destitit suos fratres hinc inde dilatos scriptis et exemplo fovere et moralem unionem suadere. Tandem muneri renuntiavit mense iunio an. 1814 et vita cessit in urbe *Prato* d. 26 decem. 1818.

BULLAR. CAP. IX, 273, 301, 303; X, 721.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 252.
MEMORIALE PROV. TOSCANA (1932) p. 76-77.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, II, 521, 528, 538.
ROTI GIUSTINO, *Elogio del P. Mich. Roti, Ministro Gen.* — Città di Castello, 1844.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 55 n. 99.

Michaëlangelus a Schwyz, domo *Schorno*, alumnus Prov. Helveticae. — Natus a. 1631, habitum nostrum sumpsit a. 1650, fuitque studiorum causa Brixiae et Bergomi in Italia a. 1653-1661. Celeberrimus concionator exstitit suosque Sermones, aliorum precibus adductus, typis vulgavit tribus voluminibus, scilicet: ...*Mariale* (Einsiedeln 1711) — ...*Sanctorale* (Ib. 1711) et ...*Dominicale* (Ib. 1712). Obiit die 19 octobris 1712.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 195.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 57.
LEUTFRIED SIGNER O. CAP. — *Die Predigtanlage bei Mich. Ang. v. Schorno.* Assisi 1933. — (Cfr. recen. ap. « Collectan. Franc. » a. 1940, p. 534. — « Archiv. Franc. Hist. » a. 1936, p. 565. — « Franzisk. Studien » a. 1934, p. 197).
LEXIKON FÜR THEOLOGIE, IX, 324.

Michaëlangelus a Seravezza,
vide *Jacopi M.*, episc.

Michaëlangelus a Torino, prov. Pedemontanae Lector, Novitiorum Magister et bis Moderator. — Nobili *Sammartino de Agliè* familia natus, ad Capuccinos convolavit a. 1603. Orator egregius fuit et ceu lector generalis nostros alumnos docuit ecclesiasticas disciplinas Mediolani, Bononiae et Romae. Oblatum sibi *Taurinensem* archiepiscopatum a. 1640 humillime recusavit. Obiit a. 1655.

RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 107.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 272 s., 287.

Michaëlangelus a Venezia, eiusdem provinciae concionator insignis. Studiosissimus B. M. Virginis cultor, provexit eius imagines diademate coronandi ritum (+ 1612). Librum de Dominica Passione cui titulus *Fascetto di Mirra* edidit Venetiis 1611.

BOVERIO, *Annales*, II, 886.
FLORES SERAPHICI, II, 433.
LEGGENDARIO FRANCESCANO, XI, 409.
SIGISMONDO, *Biografia Serafica*, p. 519.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 195.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 57.
SBARAGLIA, *Scriptores*, II, 249.
IOANN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II, 367.
GIOV. CRISOST., *Bibl. Capp.*, p. 207-09.

Michaelsberg (*Mons S. Mich.*) prope Untergrombach, in Prov. Rhenano-Westfalica (Baden) — Quod Episcopus Spirensis a. 1753 nostratibus Hospitium exstruendum curavit, Episcopus de Limburg-Stirum a. 1777 abrogavit.

ROTT H., *Die Kunstdenkmäler des Amtsbezirkes Bruchsal* (1913), p. 315 s.
WETTERER ANT., *Die St. Michaelskapelle auf dem Berge bei Untergrombach.* Karlsruhe 1933.
MITTEILUNGEN D. HIST. VEREINS D. PFALZ. (1915) p. 72.

Michaelsberg (*Mons S. Michaëlis*) prope Bonnigheim in Prov. Rhenano-Westf. (Württemberg). - Fratribus nostris Prov. Franconiae hospitium conditum est a. 1740 iuxta veterem ecclesiam S. Michaëlis Archang., illudque incolarunt usque ad civilem exclaustrationem ineunte saec. XIX.

EBERL, *Gesch. Bayr. Kapuz.* p. 268, 477, 487.
DIÖCEZ. ARCHIV. V. SCHWABEN, XIX, 1901, p. 159.
PAULUS ED. — *Die Kunst.... im Königreich Württemberg.* I, *Neckarkreis* (1906) p. 115s.

Michelini Io. Bapt.,
vide *Carolus a Crevalcore*

Micheloni Pacificus a Prato, episc., Tusciae Provinciae alumnus. — Natus est d. 8 martii

1881 et habitum capuccinorum induit a. 1896 Vix sacerdos factus, ad *Agrae* missionem in Indiis orient. a. 1907 perrexit. *Aden* in Arabia postea missus, prius Administrator Apostol. (1928), deinde episcopus titul. *Letaenus* et Vicarius Apost. *Arabiae* factus est d. 25 apr. 1933. In Somalia Anglica a civili potestate plura obtinuit missioni utilia. Romae vita cessit d. 6 iun. 1936.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 251.

MEMORIALE CAP. TOSCANI (1932) p. 98.

ANALECTA CAP. 44 (1928) p. 59 (Admin. Ap.) — 49 (1933) p. 182 (Episc.) — 52 (1936) p. 238 (Necrol.)

RISVEGLIO FRANC. (Firenze), 1933, p. 305-308.

Micmac (Tribus indigena) vide *Canada* et *Ristigouche*.

Mikulásov, Nikolsburg, in prov. Bohemo-Morava. Fratres Capuccini ibi morati sunt ab a. 1612 usque ad Religiosorum exclaustrationem a Iosepho II imperatam a. 1781.

BULLAR. CAP., IV, 207-210, 377.

GREIDERER, *Germania franc.* I, 796.

Milano (Mediolanum), in Prov. Langobardiae S. Caroli. — Inter annos 1535 (vel 1536) ad a. 1542 fratres Capuccini parvum Hospitium foris Portam Vercellinam (nunc «P. Magenta») ad sacellum S. Ioannis ad Viperam (vulgo « la Vedra ») incoluerunt; quo relicto (1542), conventum excitarunt ad S. Victoris ad Ulmum (vulgo « S. Vittorello ») qui a. 1865 ut ibi Carceres Cellulares excitarentur dirutus est: exstat tamen antiqua parva ecclesia. — Iam a. 1591 alter Conventus conditus est extra Portam Orientalem cum ecclesia B. M. Virgini Immaculatae dicata (Alexander Manzoni in opere suo quod inscribitur « I Promessi Sposi » de hoc Conventu egregie loquitur): suppressus a. 1810 hodie vel penitus dirutus est.

Ad praesens noster Ordo binos Mediolani habet Conventus: alterum ad Portam « Monforte » (Viale Piave) a. 1877 aedificatum cum ecclesia SS. Cordi Iesu dicata; alterum extra moenia in « Via Vercellese » constructum a. 1897, cuius ecclesia titulo S. Maria de Angelis et S. Francisco Assis. illustratur. Ab anno insuper 1927 nostris fratribus cura Coemeterii quod vocant « *Musocco* » concredita est ipsisque hospitium exstructum est.

BULLAR. CAP. II, 445; X, 281.

MONUM. HIST. O. CAP., IV, cfr. Index.

VALDEMIRO, *I Capp. milanesi*, I, 55-91 (SS. Conc.), p. 97-103 (S. Vittore).

I CAPPUCCINI *al cimitero di Musocco in Milano e la chiesa di S. Maria del Suffragio*. Milano 1933.

RELAZIONE *sullo sgombro dei Capp. dal Convento di S. Vittore agli Olmi in M.*, Milano, 1865.

METODIO DA NEMBRO, *La morte passò su Milano*, II ediz. Roma 1949, 125 pp. (opere di carità dei nostri Cappellani del cimitero « Musocco » durante la guerra 1943-45).

PIO DA MILANO, *Memorie delle cose notabili successe in Milano intorno al mal contagioso l'an. 1630... e del portamento dei PP. Cappuccini*. Milano 1730.

ROMILLI G. B. — *Per il solenne ristabilimento dei Capp. in Mil. nell'antico conv. presso S. Vittore — Allocuzione*. Milano, 1851.

TALETE DE CARPI [= Felice da Porretta] *La Breccia del conv. di Mil. nel 1898*. Firenze, 1910.

VALERA P. — *L'assalto al Convento*. Milano 1899.

ANALECTA CAP. 8 (1892) p. 281-87; 26 (1910) p. 248-52 (de Pestilentia a. 1576 et Capuc.) 44 (1928) p. 22 (Domus de Musocco), p. 26-27 (de « nationale monumentum » in honorem S. Franc., 1927, opera FF. Cap.)

ANNALI FRANC., (Milano), a. 1876 p. 300-303, *Memoria del Conv. di S. Vittore*; a. 1937 p. 596-98, *Museo missionario* nel conv. del S. Cuore.

ARTE CRISTIANA (Milano) XV, 1927, p. 310-15 (Descriz. ed ill. del Monum. di S. Franc.)

ECO S. FRANC., a. 1876 p. 39, 456 (S. Vittore).

FRATE FRANC. (Milano) a. 1935, p. 429-32: *I Capp. a Milano* (C. Merazzi, O.F.M.).

ITALIA FRANC. 12 (1937) p. 226, 326, 415; 13 (1938) p. 33-36: *Processo autentico sul servizio prestato dai Cappuccini nella peste del 1630 a Milano*.

OSSERVATORE ROMANO, 6 ott. 1935, p. 3: *I Cappuccini a Mil., quattro secoli di vita* (Fr. Sisinio).

— Olim Moniales Clarissae, *Capuccinae* nuncupatae, tria monasteria in urbe Mediolani incoluerunt, quorum tituli fuerunt: *S. Praxedes, S. Maria Angelorum, S. Barbara*. Monasterium S. Barbarae suppressum est a. 1782.

BULLAR. CAP., II, 447 (cf. Index, p. 469 v. *Mediolanen.*); III, 238.

LEGGENDARIO CAPP., I, 444-449, Suor Paola Piantanida, fondatrice del monast. di S. Prassede, † 1612; III, 310, Suor Elena Borromeo (saec. XVI), p. 406, Suor Gerolama Bartoli † 1646.

BREVI RICORDI *dati alle Cappuccine di Santa Prassede della città di Milano, per lodevolmente esercitarsi nei loro uffici*. Milano 1686, pp. 180.

COSTITUZIONI *delle Cappuccine di S. Prassede di Milano*. Milano, 1685.

COSTITUZIONI *delle Cappuccine di S. Maria degli Angeli di Milano*. Milano 1666.

ARCHIVIO STORICO LOMBARDO (Milano), Serie VIII vol. I (1948-49) p. 252 n. 35 (de suppress. monast. S. Barbarae a. 1782).

L'ILLUSTRAZIONE VATICANA, IX, 1938, p. 322 (figura qua illustratur Domus S. Praxedis)

Milano (Provincia Ordinis) vide *Mediolanensis prov.*

Milazzo (*Mile, Melatium*) in Prov. Messanensi. — Vetus Conventus, qui a. 1578-80

exstructus erat, supprimitur a. 1860. Novus Conv. aedificatur a. 1890 cum ecclesia Immaculatae Conceptioni B. M. Virg. dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 26 tab. XI.
BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. XLV.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 316.

Milepolitana *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo ornatus est a. 1913 noster sodalis Augustinus BERNAUS-SERRA ab Artesa († 1930).

Milesi Pironi Ferretti, Ioseph. — Cardinalis creatus a Pio IX a. 1858, titulo S. Maria in Aracaeli, *Protector* nostri Ordinis constitutus est a. 1863. Romae obiit mense augusti a. 1873.

BULLAR. CAP. X, 660.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 367.

Mileto (*Miletum*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — Quem tenuerunt FF. Carmelitae conventum, Episcopus nobis concessit a. 1533 sed ob aëris aegritudinis postea relinquitur. Alter Conv. exstruitur a. 1555 titulo B. M. Virg. Gratiarum et supprimitur a. 1783.

BULLAR. CAP., III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 29.
ITALIA FRANC., 22 (1947) p. 254.

Milhau, vide *Millau*.

Mili Inferiore in Prov. et Dioec. Messanensi. — Haec paroecialis ecclesia S. Marco Evangelistae dicata, ab a. 1922 usque ad a. 1935 a nostro quodam sacerdote regitur.

LA VOCE DI S. MARCO, *Bollettino mensile parrocchiale di Mili*. 1922-1935.

Militello, in Prov. Syracusana. — Coenobium a. 1575 exstructum est iuxta antiquam ecclesiam S. Mariae Infirmorum.

BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa* p. 103.

Milites, vide *Cappellani militum*

Millau (*Millavum, Milliarum*) in Prov. Tolosana. - Fratribus nostris huc convenientibus Calvinistarum erroribus adversandi causa tellus ad domum excitandam a. 1635 concreditur: Ecclesia dicata fuit S. Ioanni Bapt., ibique manserunt usque ad gallicam subversionem a. 1791. Alter Conv., eodem titulo fabricatus a. 1876, supprimitur a. 1903.

BULLAR. CAP., V, 205, 217, 405.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.*, I, 222-33; III, 313.
IDEM, *Bibl. Prov. Aquitan.* p. 9.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. Toulouse*, II, 72 ss.
IDEM, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 71, 121.
ECHO ST. FRANÇOIS (Toulouse), 1894, p. 500; a. 1895 p. 10, 316; a. 1903, p. 31-38.
LA VOIX DE L'EXIL; antea: « *Echo de l'Ecole Séraphique* » (Publicatio periodica) Millau 1898-1908. — (Notitiae de I Conv., cfr. a. 1903, p. 373-86.

Milldorffium, vide *Mühldorf*
Milledunum, vide *Melun*
Milliarium, vide *Millau*
Milodunum (Montemilone), vide *Pollenza*

Milton, Mass., in Stat. Foeder. Amer. (archid. *Bostonensis*). — Domus religiosa canonice erecta est an. 1944 pertinens ad fratres Capuccinos prov. Angliae qui anno insequenti ibidem novitiatum aperuerunt.

ANALECTA CAP., 64 (1948) p. 10.

Milwaukee, Wisconsin, in Prov. Calvariensi (Status Foeder. Amer.) — 1. Conven. Sancti Francisci fundamenta iacta sunt a. 1869: vastatus incendio, iterum exstruitur a. 1872. Ecclesia, cui paroecialia officia adnexa sunt, est pulchra et devota. — 2. Conventus, titulo S. Elisabetha, fundatus est a. 1901 et curam paroecialem habet. — 3. Hospitium S. Benedicti a S. Philadelphio, in commodum *Missionis inter nigritos*, Ordini nostro iam ab a. 1911 concreditae, canonice erectum est an. 1923. Huius Missionis apostolus exstitit P. Stephanus a Dublin († 1923), de quo vide suo proprio loco. Anno demum 1930 nosocomium additum est in levamen praesertim nigritorum.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 17 tab. 20-21.
BULLAR. CAP. X, 369, 750.
BITTLE, *A Romance...* (cfr. Ind. p. 599).
ERINNERUNGSBLÄTTER *aus der Geschichte der St. Franz. Gemeinde* (1870-1895) Milwaukee, 1895.
HISTORY *of St. Benedict the Moor Catholic Colored Mission*. - Milw. 1912.
HISTORY. *St. Anthony's Hospital and Hospital Guild* (1931-1941). Milwaukee, 1941.
JAMES FLEISCHMANN, *St. Francis church*. The history of a Parish. Milwaukee, 1946.
ST. ELISABETH PARISH, *Silver Jubilee Souvenir*. Milw. 1927.
SOUVENIR *of St. Benedict the Moor Mission* (1909-1934) - Milw. 1934.
BERCHMANS BITTLE, *Golden Jubilee St. Francis Parish Milwaukee*. Ib. 1920.
ANALECTA CAP. 23 (1907) p. 169, 171, 172. — 40 (1924) p. 15, 16, 148. — 43 (1927) p. 47
PARISH BULLETIN, *St. Francis Church*. Milw. 1928 ss.
ST. FRANZISKUS-GEMEINDE BOTE, Milw. 1908-11.
ST. ELIZABETH PARISH WEEKLY BULLETIN - Milw. 1929 ss.
SERAPHIC CHRONICLE (Yonkers), a. 1924, p. 205, 240; a. 1925, p. 330-333.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, XI, (1935) p. 162-72: *Die Kapuzinermission zum hl. Benedikt dem Mohren in Milw.* (Hieron. Graf.).
THE TROUBADOUR, *Senior and junior News*. St. Francis Church. Milwaukee, Wisc., 1934 ss.

Mimatum, vide *Mende*

Minas Gerais, in Brasilia, *Custodia* provinciae Messanensis. — Missio in hac regione fundata a Capuccinis an. 1847 et concredita

provinciae Messanensi an. 1935, vigore decreti Ministri Generalis diei 30 apr. 1937, constituta est in Custodiam provincialem eidem prov. Messanensi concreditam.

Domus religiosae: Bello Horizonte, Fructal, (Carmo do) Paranahyba, Patos, Uberaba.

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) tab. XXXVII.
CLEM. A TERZOR.O, *Manuale*, p. 328, 329.
MODESTO, *Miss. Cap. no Brasil*, p. 394-422.
ANALECTA CAP. 53 (1937) p. 110 (Custodia).
BOLLETT. UFFIC. PROV. MESSINA, num. 9-10 (1938-39), *Relazione della Visita canonica fatta alla Missione dal Ministro Prov.* (1938); num. 20 (1948-50) p. 15-43, *Visita del Min. Prov. e Stato della Custodia.*

Mineo (*Menae*) in Prov. Syracusana. — In priore Conventu, a. 1550 exstructo iuxta ecclesiam S. Antonii, fratres nostri manserunt usque ad a. 1598; alterum a. 1592 conditum titulo S. Vito mart. et a. 1866 suppressum hodie tenent ab a. 1902.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 34 tab. XI.
BULLAR. CAP. III, 325.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa* p. 55.

Minervino Murge (*Minervium*), in Apuliae Provincia. — Conventus, S. Bartholomaeo Apost. sacer, aedificatus est a. 1593. Suppressus a. 1861, in Nosocomium civile convertitur.

BULLAR. CAP., III, 317.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 203.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 95 (Status Conv. a. 1650).

Minias (S.), geogr., vide *San Miniato*

Minister Generalis — Ab initio reformationis usque ad an. 1619, supremus nostri Ordinis Moderator titulo *Vicarii Generalis* insignitus erat et, ad normam Bullae Pauli III «*Exponi nobis*» diei 25 aug. 1536, confirmationem a Ministro Generali *Minorum Conventualium* postulare debebat. Paulus vero V, Bulla *Alias felicis recordationis* diei 23 ian. an. 1619, Vicarium Generalem Capuccinorum penitus exemit a Magistro Generali Conventualium et *Ministrum Generalem* independentem constituit iisdem facultatibus praeditum ac Generales Fratrum Minorum Observantium et Conventualium.

Ex Regulae et Constitutionum praescripto Minister Generalis eligitur in Capitulo Generali; si vero aliquando rerum adiuncta Capituli convocationem non permittant tunc a S. Sede nominatur. Quandoquidem Capitulum convocatur praecipue pro Ministri Generalis electione, cuius regiminis tempus extenditur ad annos decurrentes ab uno ad aliud Capitulum, verum inter singula Capitula non semper idem spatium temporis praescriptum fuit, sed varium a triennio ad duodecennium. In hodiernis Constitutionibus praescriptum est *sexennium.*

Ministro Generali competit negotia expendere quae universum Ordinem spectant; Provincias et singulos religiosos per se vel per delegatos visitare; Regulae et Constitutionum observantiam in universo Ordine promovere. Ius ei tantum competit missionarios ad exteras Missiones mittendi; Ministros Provinciales electos confirmandi; Commissarios Generales et Ministros Provinciales, iusta de causa, constituendi etiam extra Capitulum; litteras patentes praedicationis concedendi aliaque huiusmodi.

In regimine obeundo coadiuvatur a sex *Definitoribus Generalibus* eligendis similiter in Capitulo Generali. Quacumque de causa vacante officio Ministri Generalis primus Definitor Generalis seu *Procurator Ordinis* ius habet successionis; quin immo quandocumque Minister Generalis ab *Urbe* discedat, primus Definitor munus assumat oportet *Commissarii Generalis*. Tum Minister Generalis cum Definitores Generales Romae residere debent (Pius IX die 11 aprilis 1856). Minister Generalis vocem activam habet in quolibet Capitulo Provinciali cui praesit; ex-Minister Generalis vocem habet in quolibet Capitulo Generali. Tum Minister Generalis cum Definitores Generales titulo «Reverendissimi» gaudent in perpetuum et ius habent, ad eorum obitum, suffragiorum specialium ex parte totius Ordinis (*Constit.*, n. 63); ex decreto Benedicti XIII diei 6 sept. an. 1725 Minister Generalis locum habet in *Cappella Pontificia.*

I.

SERIES CHRONOLOGICA
Superiorum Generalium Ord. Cap.

Adduntur nomina illorum qui ob mortem Min. Gen. vel aliis causis totum Ordinem vicaria potestate rexerunt.

Quoad Definitores Gen., vide *Capitula Gen.*

a) *Vicarii Generales*

1529 - Matthaeus a Bascio, *qui paulo post, officio se dimisit.*
1529 - Ludovicus a Fossombrone.
1535 - Bernardinus ab Asti (I°)
1538 - Bernardinus Ochino a Siena. *Post eius apostasiam* (1542) *fit Commissarius Gener.* P. Franciscus a Iesi.
1543 - Franciscus a Iesi.
1546 - Bernardinus ab Asti (II°)
1552 - Eusebius ab Ancona.
1558 - Thomas a Città di Castello.
1564 - Evangelista a Cannobio.
1567 - Marius a Mercato Saraceno.
1573 - Vincentius a Monte Olmo, *quo mortuo* (1574) *nominatus est Commiss. Gener.* P. Hieronymus a Montefiore.
1575 - Hieronymus a Montefiore.
1581 - Ioannes Maria a Tusa.
1584 - Iacobus a Mercato Saraceno.
1587 - Hieronymus a Polizzi.
1593 - Silvester a Monteleone.
1596 - Hieronymus a Sorbo.
1599 - Hieronymus a Castelferretti (I°).
1602 - S. Laurentius a Brindisi.
1605 - Silvester ab Assisi.

1608 - Hieronymus a Castelferretti (II°).
1613 - Paulus a Cesena.
1618 - Clemens a Noto.

b) *Ministri Generales*

1619 - Clemens a Noto.
1625 - Ioannes Maria a Noto, *eoque mortuo a. 1631, remanet Vic. Gen.* P. Hieronymus a Narni, *quo et ipse mortuo anno sequenti, illi succedit* P. Franciscus a Genova.
1633 - Antonius a Modena.
1637 - Ioannes a Moncalieri.
1643 - Innocentius a Caltagirone.
1650 - Fortunatus a Cadore (I°).
1656 - Simplicianus a Milano.
1662 - Marcus Ant. a Carpenedolo, *qui vita cessit a. 1665. Eidem, qua Vic. Gen. subintrat* P. Fortunatus a Cadore.
1667 - Fortunatus a Cadore (II°). *Illo mortuo a. 1669, fit Vic. Gen.* P. Bonaventura a Recanati.
1671 - Stephanus a Cesena.
1678 - Bernardus a Porto Maurizio. *Post eius obitum* (1684), *Ordinis regimen suscepit ceu Vic. Gen.* P. Bonaventura a Recanati.
1685 - Carolus Maria a Macerata.
1691 - Bernardinus ab Arezzo.
1698 - Ioan. Petrus a Busto Arsizio, *quo mortuo a. 1700, fit Vic. Gen.* P. Angelicus a Wolfach.
1702 - Augustinus a Latisana.
1709 - Bernardinus a Saluzzo. *Mortuo anno sequenti* (1710) *illi succedit qua Vic. Gen.* P. Ioan. Anton. a Firenze.
1712 - Michaëlangelus a Ragusa.
1719 - Ioannes Ant. a Firenze.
1721 - Bernardinus a S. Ang. in Vado, Vic. G.
1726 - Hartmannus a Brixen.
1731 - Bonaventura a Ferrara.
1740 - Iosephus Maria a Terni.
1747 - Sigismundus a Ferrara, *quo mortuo a. 1753, fit Vic. Gen.* P. Gelasius a Gorizia.
1754 - Seraphinus a Ziegenhals (*latine*: a Capricolle).
1761 - Paulus a Colindres. *Mortuus a. 1766, ei succedit ceu Comm. Gen.* P. Iosephus M. a Savorgnano.
1768 - Amatus a Lamballe. *Eo mortuo a. 1773 fit Vicar. Gener.* P. Erhardus a Radkersburg.
1775 - Erhardus a Radkersburg.
1789 - Angelicus a Sassuolo.
1796 - Nicolaus a Bustillo, *qui ob bellicas perturbationes ab Urbe discessit a. 1798 et mansit Comm. Gen.* Angelicus a Porto di Fermo.

NOTA — *Die 15 maii 1804 evulgata est bulla* « Inter graviores »; exinde, usque ad a. 1838, *Ordo gubernatus est simul a Ministris et Vicariis generalibus* « alternative electis » *ex provinciis Hispaniae vel ex ceteris Ordinis provinciis.* (cfr. infra in bibliogr. BASILIUS A RUBÍ).

1805 - (m.mart.) Franciscus a Calanda, Vic. Gener. pro Hispanis, *qui obiit ante diem 15 sept. eiusdem anni.*
1805 (17 oct.) - Marianus a Bernardos, Vic. Gen. pro Hispanis.
1806 - Michaëlangelus a S. Sepolcro Min. Gen.
1814 - Marianus ab Alatri, *Vic. Gen. totius Ordinis vi decreti S. Sedis* (30 sept.)
1818 - Franciscus a Solchaga, Min. Gen. Marianus ab Alatri, Vic. Gen. pro provinciis extra Hispaniam.
1824 - Ludovicus Micara a Frascati Min. Gen. Iustus a Madrid, Vic. Gen. pro Hispanis (+ 7 dec. 1829). Cyprianus a Palencia, a. 1830 Pro Vic. Gen. pro Hispanis.
1830 : Ioannes a Valencia, Min. Gen. Sigismundus a Ferrara, Vic. Gen. pro provinciis extra Hispaniam.
1838 - Eugenius a Rumilly.

NOTA — *Ob speciales vicissitudines huius aetatis, Fratres Capuccini Hispaniae, extra coenobia commorantes, ab a. 1838 ad a. 1885 gubernati sunt a Commissario Apostolico nominato a Sede Apostolica.*

1838 - Firmus ab Alcaraz, Comm. Apost. pro Hispania.
1844 - Aloisius a Bagnaia (+ 1845)
1847 - Venantius a Torino.
1853 - Salvator ab Ozieri.
1859 - Nicolaus a S. Giov. in Marignano.
1860 - Ioachimus a Madrid, Comm. Apost. pro Hispania.
1872 - Aegidius a Cortona; *a die autem 10 ian. 1879 munus supremi Moderatoris suscepit, uti Commissarius Gener.* P. Franciscus a Villafranca Piemonte; *sed post eius obitum* (20 apr. 1881) *iterum illud suscepit* (25 apr.) P. Aegidius a Cortona.
1872 - Iosephus a Llerena, Comm. Apost. pro Hispania.
1881 - Ioachimus a Llevaneras, Comm. Apost. pro Hispania.
1884 - Bernardus ab Andermatt.
1908 - Pacificus a Seggiano.
1914 - Venantius a Lisle-en-Rigault.
1920 - Ios. Anton. a S. Giov. in Persiceto.
1926 - Melchior a Benisa.
1932 - Vigilius a Valstagna.
1938 - Donatus a Welle.
1946 - Clemens a Milwaukee.

II.

INDEX SUPERIORUM GENERALIUM
iuxta eorum nationes
(praeter italos)

Americani:
Clemens a Milwaukee (1946)

Austro-Germanici:
Angelicus a Wolfach, Vic. Gen. (1700)
Hartmannus a Brixen (1726)
Gelasius a Gorizia, Vic. Gen. (1753)
Seraphinus a Ziegenhals (1754)
Erhardus a Radkersburg (1775).

Belgici:
Donatus a Welle (1938)
Gallici:
Amatus a Lamballe (1768).
Eugenius a Rumilly (1838).
Venantius a Lisle-en-Rigault (1914).
Helvetici:
Bernardus ab Andermatt (1884).
Hispani: a) Ministri Gen.
Paulus a Colindres (1761).
Nicolaus a Bustillo (1796).
Franciscus a Solchaga (1818).
Ioannes a Valencia (1830).
Melchior a Benisa (1926).
b) Vicarii Gen. pro Hispanis
Franciscus a Calanda (1805).
Marianus a Bernardos (1805).
Iustus a Madrid (1824).
Cyprianus a Palencia, Pro-Vic. Gen. (1830).
Itali ceteri omnes.

III.

Bibliographia

BULLAR. CAP., I, 223; X, 177, 721 (*Series Min. Gen.*) — Alia plura de eis, cfr. *Indices Gener.* t. I, p. 240; t. VII p. 483 et t. X, p. 784.

MONUM. HIST. O. CAP., IV, 119-142, 216-232, not. biogr. de Min. Gen. usque ad a. 1596.

VENANTIUS, *Monum. ad Const.* cfr. Ind.

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, 145-49, cf. Ind.; vol. II, 7 ss., 122-25 (Electio, duratio, etc. Superiorum Generalium).

BASILIO DE RUBÍ, *Estudio hist.-juríd. de la Bula « Inter graviores »* 1804 (Barcelona 1943), p. 90 ss., 123, 131-135, 145-148, la alternativa en el generalato, etc. (cf. *Collectan. Franc.*, 1946-47, p. 401-403).

HIERARCHIA SERAPHICA *Ord. Min. Cap. iussu Ministri Gener. edita, ostendens... successionem Vicariorum et Ministrorum Gener. Ord. Cap.* Romae 1914. — Sunt Effigies phototypice expressae, cura P. Eduardi ab Alençon.

ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 50-57: *Series Min. Gen.* — 44 (1928) p. 232-40: *De primordiis Ord. Cap. ac de primis Vicariis Gener. in « Historia Seraph. Relig. » Rodulphi Tossinianensis.* — Quoad alia, cfr. *« Index Gener. »* voll. 1-50 (1884-1934) p. 65, 103.

COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) p. 70-79: *Un Catalogo inedito dei XV o XVI primi Superiori Gener. dei Min. Cappuccini.* (Melchiorre da Pobladura) — 13 (1943) p. 253-302, Los Generales de la Orden Capuchina Grandes de España de primera clase (Idem).

Minister Provincialis. — In Ordine nostro hoc nomine venit Superior qui in aliquo territorio sub proprio regimine habet non minus quam quinquaginta sacerdotes qui studiorum curriculum rite expleverint (*Constit.*, n. 130). Si vero aliquis districtus praefatum religiosorum numerum non pertingat in Provinciam erigi nequit et gubernari debet vel a Custode Provinciali, vel a Commissario Generali seu Provinciali. Minister Provincialis in proprio regimine obeundo coadiuvatur a quattuor *Definitoribus* qui una cum ipso sunt Superiores maiores sub dipendentia Ministri et Definitorum Generalium. Custos vero et Commissarius Provincialis coadiuvantur a duobus Assistentibus, qui tamen Superiores maiores non sunt.

Ab initio reformationis nostrae usque ad annum 1619 Superior Provinciae vocabatur *Vicarius Provincialis* eadem de causa qua Superior Ordinis vocabatur « Vicarius Generalis » (cf. sub v. *Minister Generalis*).

Usque ad an. 1667 Superior Provincialis eligebatur *ad annum* in Capitulo Provinciali circa festum Pentecostes; Clemens vero IX Const. *Debitum pastoralis* (Farnesiana) diei 9 sept. 1667 Provincialis Ministri regimen *ad triennium* protraxit. Ab anno 1709 ad an. 1747, statutis a Definitorio Generali Capitulis sesquiennalibus, Ministri Provincialis regimen fuit *ad sexennium*. Postea vero *triennalia* Capitula denuo statuta sunt et usque adhuc servata. Licet Minister Provincialis eligatur in Capitulo Provinciali attamen interdum constitutus est et constitui potest, iusta de causa, a Ministro Generali, a Commissario Apostolico, a S. Congreg. Religiosorum vel ab ipso Summo Pontifice. Aliquando et alicubi opus fuit ut eligeretur per turnum ex diversis Custodiis quibus erant Provinciae constitutae. Aliter ac in Ordine Fratrum Minorum apud nos Minister Provincialis eligi potest etiam ex sodalibus aliarum Provinciarum (cf. *Constit.* n. 147), licet contraria sit consuetudo.

Minister Provincialis gaudet in perpetuum titulo « Admodum Reverendi » et vocem activam habet in Capitulo Generali; ex-Minister Provincialis vocem activam habet in quolibet Capitulo Provinciali suae Provinciae. Vacante quacumque de causa officio Ministri Prov., a Ministro Gen. eligitur *Vicarius Provincialis*.

Bibliographia

BULLAR. CAP., t. X, cf. *Index*, p. 799.

VENANTIUS, *Monum. ad Const.*, cf. Ind.

ORDINATIONES CAPIT. GEN. (ed. 1928) cf. *Ind.*

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, 125 s. 138, 156 s.; vol. II, 148-151.

ACTA ORD. MINORUM, 61 (1942) p. 67-72: *De iuridica officii Ministri Prov. natura.* (P. Pacificus Capobianco, O.F.M.).

ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 57-61: Commentaria circa *Visitationes canonicas Min. Prov.*

VITA MINORUM, XIII, 1941, p. 81-88: *Figura giuridica del Min. Prov.* — p. 89-97: *Il Min. Prov. nel governo della Provincia*; p. 98-110: *Responsabilità del Min. Prov.*

Minores (Fratres). — Primus Ordo seraphici patris Francisci, post varias vicissitudines ac reformationes, hodie constituitur tribus distinctis familiis inter se independentibus cum suis quaeque Ministris Generalibus, nempe: *Or-*

do *Fratrum Minorum* (O.F.M.) simpliciter nuncupatus, *Ordo FF. Min. Conventualium* (O.F.M. Conv.), *Ordo FF. Min. Capuccinorum* (O.F.M. Cap.). — De FF. Capuccinis ac de FF. Conventualibus (relate tantum ad nostram Congregationem) tractatur sub respectivis vocibus: *Capuccini* et *Conventuales*, hic vero de Ordine minoritico in genere quam breviter agimus.

I. — Ordini Fratrum Minorum Franciscus Assisiensis initium dedit, cum anno 1209, undecim sociis comitantibus, Romam petiit et die 16 Apr. Summo Pontifici Innocentio III obedientia praestita, *Regulam* paucis et simplicibus verbis constructam Christi Vicario porrexit, qui eam vivae vocis oraculo approbavit.

Mira Fratrum et coenobiorum multiplicatio tam intra quam extra Italiam et necessitas melius praecavendi Ordinis stabilitati novam postularunt *Regulam,* quam Franciscus anno 1221 composuit in 23 capita distributam et dein in duodecim contractam Honorio III praesentavit, qui Bulla *Solet annuere* die 29 Nov. a. 1223 eam ratam habuit et confirmavit (vide *Regula*).

Adhuc Sancto Francisco vivente, Ordo Minorum per totam Europam propagatus erat et Fratres, in dies multiplicati, usque ad Orientis et Occidentis plagas pervenerant. Seraphicus ipse Pater Aegyptum et Palaestinam, Evangelii disseminandi causa, visitavit (1219) et alios Fratres in Marrochium misit, qui mox ibi, Sancto Berardo duce, Ordinis protomartyres effecti sunt (16 Ian. 1220).

II. — Fratres Minores, iam inde ab Ordinis exordiis, viribus incubuerunt:

1) *Praedicationi apostolicae* simplici et populari ut Sanctus Franciscus et socii; doctae ut S. Antonius et S. Bonaventura; vehementi ut Bertholdus a Ratisbona († 1272) et Conradus a Saxonia († 1288); vincenti paganum humanismum ut S. Bernardinus Senensis († 1444).

2) *Exteris Missionibus*: usque ad an. 1278, praecipue inter Saracenos et infideles orientales; postmodum etiam in Indiis, in Persia, in Sinis (ubi apud Cambalek (Peking) B. Joannes a Monte Corvino († 1328) archiepiscopus constituitur), in Asia minori, in Graecia, in Africa, in Insulis Azzorris et Canariis.

3) *Studiis*: S. Antonius Patavinus († 1231), primus omnium Lector ab ipso S. Francisco nominatus et studio theologico Bononiensi destinatus, praecursor quodammodo habendus est Scholae Franciscanae, quae progressu temporis incrementum et firmitatem accepit a praeclaris eiusdem Scholae Magistris Alexandro de Hales († 1245), Ioanne a Rupella († 1245), S. Bonaventura († 1274), Matthaeo ab Aquasparta († 1302), Thoma Eboracensi († 1260), Ioanne de Peckham († 1292), B. Ioanne Duns Scoto († 1308), Rogerio Bacone († 1294) et aliis multis, qui universitates Bononiensem, Cantabrigensem, Oxoniensem, Papiensem, Parisiensem, Patavinam, Salmanticensem et Tolosanam suo magisterio illustrarunt.

4) *Pietati, paci, caritati fovendis*: Fratres Minores, praeter cultum erga Deiparam Virginem Mariam, cuius Immaculatae Conceptionis acerrimi semper assertores et defensores exstiterunt, diffuderunt etiam amorem et devotionem erga Christum Infantem et Crucifixum, SS. Trinitatem, Sanctos Angelos et S. Ioseph. Pacis insuper et caritatis assertores piis fraternitatibus oeconomicisque consociationibus provehendis operam dederunt; ad pauperes vero, infirmos aliosque indigentes sublevandos, hospitalibus, brephotrophiis, orphanotrophiis, xenodochiis aliisque id genus Institutionibus ubique erigendis indesinenter se devoverunt. Insuper pauperum inopiam sublevarunt per argentarias mensas, quae vulgo « Montes pietatis » vocantur, passim erectas a Barnaba ab Interamna, vulgo a *Terni* († 1474), a Bb. Michaele de Carcano († 1485), Bernardino de Feltria († 1494), Bernardino de Bustis († 1500) aliisque multis Fratribus de Observantia atque a Concilio Lateranensi V necnon a Leone X adprobatas.

III. — *Remotis Fratrum Spiritualium* dissidiis, qui an. 1317 a Ioanne XXII condemnati sunt, et molestissima theologorum controversia de Christi et Apostolorum paupertate ab eodem Ioanne XXII tandem sedata ac de medio sublata, Ordo Fratrum Minorum quosdam ferventes viros suscitavit, qui Ordinis restaurationi operam dedere. Horum dux et antisignanus in Italia fuit B. Paulus de Trincis († 1390), fautores vero praecipui exstiterunt S. Bernardinus Senensis († 1444), S. Ioannes a Capistrano († 1456), S. Iacobus de Marchia († 1476); in Hispania, Gallia et Germania alii sanctitate praeclari viri, quos inter S. Petrus Regalatus († 1456) recensetur. Sic pacifice obtenta restauratio in Constantiensi Concilio (1415) rite probata fuit, *Regularis Observantiae* nomen sumpsit sibique adjudicari obtinuit a Minoritis Conventualibus coenobia Portiunculae (1415-32), Montis Alverniae (1431), Terrae Sanctae (1436), S. Mariae de Aracaeli in Urbe (1445).

Eugenius autem IV bulla *Ut Sacra Ordinis Minorum* die 28 Iulii 1446 edita, regulari Observantiae regimen liberum attribuit per proprios Vicarios, confirmandos tamen a Ministro Generali, qui exinde, ad auctoritatem suam plenius designandam, « Minister Generalis totius Ordinis FF. MM. » appellari coepit.

Ea tempestate alii quoque surrexerunt plenae Observantiae Regulae zelatores ut *Amadeitae, Capreolanti, Clareni, Coletani*, et alii. Ne autem ulterius divisiones et subdivisiones multiplicarentur, Leo X conatus est antiquam unitatem in Ordine restituere, distinctionem inter Communitatem et Regularem Observantiam abrogans; sed, cum minime potuisset, bulla *Ite vos in vineam meam* (29 Maii 1517), Observantiam cum ceteris supra memoratis familiis seu reformationibus in corpus sui iuris a Communitate distinctum constituit praecepitque ut proprium Ministrum Generalem haberet, cui esset tradendum sigillum Ordinis

quique appellari deberet *Minister Generalis totius Ordinis Minorum*. Communitati vero, loco Ministri Generalis, dedit *Magistrum Generalem*. Ex eo tempore Fratres antiquae Communitatis proprie appellati sunt *FF. MM. Conventuales* et ab Urbano VIII an. 1628 habuerunt novas Constitutiones. Inter eos floruerunt S. Iosephus a Cupertino († 1663) et B. Bonaventura a Potentia († 1711); Summi Pontifices Sixtus V († 1590) et Clemens XIV († 1774); Card. Laurentius Brancati de Laurea († 1693); scriptores Antonius Pagi († 1699), Vincentius Coronelli († 1718), Hyacinthus Sbaralea († 1764), Franciscus Antonius Benoffi († 1786) aliique viri doctrina, pietate muneribusque praeclari.

IV. — Post iuridicam plenamque formam datam Regulari Observantiae minime cessavit motus ille reformationis, qui in Ordine minoritico primaevum S. Francisci spiritum continuo alere et renovare studuit. Ex huiusmodi fermento ortae quoque sunt aliae familiae, scilicet:

a) *Capuccini* quos videas proprio loco;

b) *Discalceati* sive *Alcantarini*, qui rigidas Constitutiones a S. Petro de Alcantara († 1562), exaratas sumpserunt et valde multiplicati sunt in Hispania, Portugallia et America. Mentione digni sunt praesertim S. Paschalis Baylon († 1592) et S. Ioannes-Iosephus a Cruce († 1734);

c) *Reformati* seu *Strictioris Observantiae*, qui valde prosperati sunt in regionibus fidelium et infidelium. Inter quos floruerunt S. Benedictus a S. Philadelpho († 1589), S. Pacificus a S. Severino († 1721), S. Leonardus a Portu Mauritio († 1751), B. Carolus a Sezze († 1670), B. Bonaventura a Barcellona († 1648). Strictioris Observantiae alumni in Gallia appellari consueverunt *Recollecti*;

d) *Observantes*. Hoc nomine significabantur ceteri religiosi Ord. Min. ad aliquam supradictarum trium specialium reformationum non pertinentes.

Quattuor praefatae familiae (Observantes, Reformati, Recollecti et Discalceati seu Alcantarini) sub regimine unius eiusdemque Ministri Generalis vivebant et unaquaeque suas habebat Constitutiones. Verum Leo XIII bulla *Felicitate quadam* die 4 Oct. 1897, ratione habita novorum temporum, ex illis quattuor familiis unam tantum effecit, quam, abrogatis omnibus particularibus legibus ac denominationibus, vocari iussit simpliciter *Ordo Fratrum Minorum*.

STATISTICA GENERALIS

Familia	*Annus*	*Prov.*	*Domus*	*Religiosi*
O. F. Minorum	1950	92	2336	24993 (*a*)
O. M. Convent.	1947	32	434	4682 (*b*)
O. M. Capucc.	1950	64	1112	14175 (*c*)
Summa:		188	3882	43850

FOGLIETTO MENSILE DEGLI AVVISI *per i Terziari franc. di M.* — Modena 1926 ss.
ITALIA FRANCESCANA, 22 (1947) p. 157-67, 214-29: *I primordi dei Capp. in Modena secondo le cronache modenesi*. (Felice da Mareto).

Módena (*archidioecesis*). Hanc *Mutinensem* Arch., cui adnexa est Abbatia *Nonantulana* « Nullius Dioec. » gubernavit noster ex Min. Gen. Iosephus Anton. BUSSOLARI a S. Giov. in Persiceto, ab a. 1926 usque ad a. 1939, quo vitam finivit.

Modestus a Bagnasco, vide *Contratto M.*, episc.

Modestus a Filottrano (domo *Stacchiotti*) Picenae Prov. alumnus (1730 † 1792) — Suis versionibus et commentariis ad opus quod inscribitur: *Principes disputes...* Societatis Clementinae PP. Capuccinorum Parisiensium, de studiis biblicis bene meritus est. (vide *Academia Clementina*).

GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 76.

Modestus a Ligorzano (*Olivieri*), laicus prov. Parmensis (1712 † 1774); peritissimus *horologiorum* fabricator pro coenobiis provinciae necnon *machinarum* pro cathedra physicae ex-

perimentalis in Papiensi (*Pavia*) et Mutinensi (*Modena*) Universitatibus ab an. 1769 ad an. 1774. Machinae ab ipso constructae et horologia perfectissima adhuc admirationi sunt in civili museo Mutinensi et in coenobiis provinciae.

IL CONVENTO *dei Cappuccini di Modena* (IV Centenario 1939), p. 14, 27.

Modestus a Saint-Etienne (*Sapy*), alumnus prov. Lugdunensis; missionarius in Mesopotamia (1893-94) et concionator vere apostolicus (1859 † 1919).

[THOMAS DE ST. ETIENNE], *Une âme séraphique. P. Modeste de St. Etienne*. Montpellier, 1921, pp. 74.

Módica (*Motycae*) in Prov. Syracusana. — Exstat Conventus ab a. 1556 una cum ecclesia B. M. Virgini Gratiarum dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 34 tab. XI.
BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Memor. Prov. Siracusa*, p. 67-72.
L'ARALDO DEL GRAN RE (Siracusa), 1933, p. 152, 172, 200; a. 1934, p. 13, *Epidemie a Modica e l'opera dei Cappuccini*.

Modigliana (*Mutilum, Mutiliana*) in Prov. Tusciae. — Ibi Prov. Bononiensis a. 1561 Conventum exstruxit cum ecclesia B. M. Virgini de Pace et S. Ioseph dicata. An. 1784, civitate sub nutu Magni Ducis Hetruriae traducta, ipse quoque Conventus ad fratres Tusciae Prov. devenit.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 247, 439.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 435, 444, 532, 555.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, II, 491 s.

Mödling (*Modlinga*) in Prov. Viennensi. — Conventus, excitatus a. 1631, cuiusque ecclesia B. M. V. Assumptae dicata est, supprimitur a. 1781.

BULLAR. CAP., IV, 379.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 312.
GREIDERER, *Germania franc.* I, 543.

Modoetia, vide *Monza*

Modugno (*Meduneum*) in Apuliae Prov. — An. 1861 supprimitur Conventus quem nostrates construxerunt a. 1581-90. Eius ecclesia S. Mariae Immaculatae dicata est.

BULLAR. CAP., III, 109, 317.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 192, 406.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 96, Status conv. a. 1650.

— Monasterium cum ecclesia Puritati B. M. Virgini dicata, ibi exstitit pro *monialibus Capuccinis* Ord. S. Clarae ab a. 1687 usque ad an. circ. 1866.

BULLAR. CAP., III, 318.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 309.

Modus procedendi in causis disciplinaribus. — Usque ad an. 1593 Superiores Ordinis in delictis puniendis secuti sunt ius commune. Decreto vero Capituli Gen. an. 1593 selectis eruditisque patribus commissum est munus exarandi aliquam methodum pro iudiciis ferendis, quae methodus diligenti cura exarata inscribitur « Instructiones pro iudiciis... Capuccinorum ». Instructiones istae communiter *Modus procedendi* appellantur. Opus tamen in provinciis manuscriptum circumferebatur et nonnisi anno 1847 publicam lucem vidit. Anno 1901 funditus emendatus ac revisus denuo impressus est. Edito denique Codice J. C. Superiores impigram manum apposuerunt ad adaptandum textum novae legislationi et sic an. 1945 prodiit novus Modus procedendi.

Ad praxim processualem explicandam decursu temporis plura prodiere manualia sive tractatus *iuris processualis*. Speciali mentione digni sunt: Zacharias Boverius a Saluzzo, Philippus Bitti a Camerino, Elisaeus ab Oriano, Didacus Sgroi a Messina, Ioannes Franciscus a Carpi; inter recentiores Theodorus a Ried-Brig necnon Matthaeus a Coronata.

Bibliographia

BULLAR. CAP., X, 252.
VENANTIUS, *Monum. ad Constit. Cap.*, cfr. Index ad pag. 677 (*Poenae*).
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, 118-20; II, 94-95 (Ius processuale).
INSTRUCTIO IUDICIALIS *sive Modus procedendi pro Iudiciis FF. Capucinorum*. Lugduni-Parisiis 1871.
MODUS PROCEDENDI *in Causis disciplinaribus et criminalibus FF. Min. Capuccinorum*. Ordinatione Capituli Gen. LXV a Definitorio Gen. editus. Romae 1901.
MODUS PROCEDENDI *in Causis disciplinaribus, contentiosis, criminalibus Ord. Min. Capuccinorum*, auctoritate Capituli Generalis LXXII promulgatus. Romae, 1945.
[AGATHANGELUS A LANGASCO], *De « Modus procedendi » Ord. Min. Cap.*, Romae 1941 (ex « Analecta O. Cap. » vol. 56). Cfr. *Collectan. Franc.* a. 1945 p. 245.
MATTHAEUS CONTE A CORONATA, *Manuale practicum juris disciplinaris et criminalis Regularium, habita speciali ratione ad Ord. FF. Min. Capuccinorum*. Torino, 1938. (cf. *Collectan. Franc.*, 1939, p. 240).
THEODORUS A RIED-BRIG, *Manuale practicum juris disciplinaris et criminalis Regularium, ad usum FF. Min. Capuccinorum*, Romae 1902. (Cfr. *Analecta Cap.* 1902, p. 10).
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 82, 105 B. « *Modus procedendi* » ad normam Capituli Gen. a. 1581. — 54 (1938) p. 147, 255. — 56 (1940) p. 152. — 57 (1941) p. 99 (Notificationes et Monita Ministri Gen. circa edendum novum « *Modus procedendi* » — 56 (1940) p. 51, 80, 159, 194, 338. *De « Modus procedendi » in Ordine Min. Capucinorum origine et evolutio* [P. Agathangelus a Langasco]. — 62 (1946) p. 27 s. *De pro-*

mulgatione novi textus « Modus procedendi ».

Moissac, in Prov. Tolosana. — An. 1838 parvus aperitur Conventus, qui paullo post relinquitur. Nova domus religiosa ibi canonice erecta a. 1942, supprimitur a. 1948.
ANALECTA CAP. vol. 18 (1902) p. 362-363. — vol. 59 (1943) p. 12; vol. 65 (1949) p. 26.

Mol P., vide *Paulus a Bruxelles*

Molari Angela a Rimini Soror Maria Magdalena a SS. Sacramento T. O. Regul. fundatrix *Filiarum ab Immaculata Conceptione* (+ 1887).
Alia vide sub v. *Michaelangelus a Rimini* (Frioli) † 1875.

Molaria, vide *Bolótona*

Molè, vide *Athanasius a Paris*

Molfetta (*Melphictum*) in Apuliae Prov. — Prior Conventus an. circ. 1540 aedificatus est in loco vulgo: *Pulo;* quo relicto, quia longe a civitate situs erat, alter exstruitur a. 1570, vel circ., in regione *Petrullo* nuncupata. Eius ecclesia titulo S. Cruce decoratur.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 13 tab. IX.
BULLAR. CAP., III, 113 (in nota) 317.
EMANUELE, *Cronaca di Puglia* (cf. Ind.)
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 78.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie* p. 153-61.
SAMARELLI FRANC., can., *P. Giacomo Paniscotti ed i Conv. dei Capp. in Molfetta.* Bari 1942, pp. 34.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 97 (status conv. a. 1650).
AURORA SERAFICA (Bari), 1939, marzo, p. 2.

Molinae, vide *Moulins*

Molinari (Ven.) Nicolaus a Lagonegro, *episc.*, Prov. Lucaniae seu Salernitanae alumnus et Novitiorum Magister. — An. 1707, die 10 mart. ortus est, ac Ordinem Capuccinorum ingreditur a. 1730. Concionator egregius, totam fere Italiam peragravit ceu missionarius apostolicus. Ab a. 1761 ad a. 1778, officium Postulatoris Generalis adimplevit. An. 1778, episcopus creatus est a Pio VI, eique Dioecesis *Scalae-Rebelli* (Scala-Ravello) gubernanda committitur. Post quinquennium, in Consistorio die 15 dec. 1783 habito, ad *Bovinensem* (Bovino) sedem translatus est; at ob rerum tempestates a priore sede quominus discederet prohibitus, tandem die 11 iunii 1791 alteram suscipere datum est. Ibi obiit anno sequenti die 18 ianuarii cum eximia sanctitatis fama. Causa illius beatificationis introducta est a. 1831. Eius opera de re ascetica, catechetica et Sermones, quorum nonnulla iam seorsum edita, quinque voluminibus collecta typis data sunt hac inscriptione: *Opere ascetiche e morali* del P. Nic. da Lag. (Padova, 1788). — In Archivo suae Prov. tria ipsius volumina manu scripta adservantur, qui inscribuntur: *Theologia Dogmatica ad mentem Scoti*, revisa et approbata a S. Rituum Congreg.
BULLAR. CAP., X, *cfr. Index*, p. 793.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 373-90.
ILG, *Geist. d. hl. Franz.* III, 306-25.
LECHNER, *Leben d. H. Kapuz.* II, 339-404.
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. CAP. p. 33.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 58.
VITALE ANT., *Opere di autori nati nel Lagonegrese* (Potenza 1890), p. 28.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL. X, 2092.
CAPPELLETTI, *Chiese d'Italia*, XIX, 220.
[BONIFACIO DA NIZZA *Vita di Mons. N. Molinari.* I-II ed. Roma, 1796.
[CROCE MICH. SAC.], *Il Ven. Nic. Molinari vesc. di Bovino.* Padova 1926.
[NARDI MAURO, episc. O. Cap.] — *Dissertatio super Testamento a Ven. N. M. condito.* Roma, 1903.
ZACCARIA DA SICIGNANO, *Ristretto della vita di Mons. N. M.*, Potenza 1834.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 86-88 vitae synopsis; 21 (1905) p. 244-47: *Litterae quas paulo ante obitum scripsit Ven. N. M. ad fratres conv. Vetri;* 54 (1938) p. 219 (Postul. Gen.); 61 (1945) pp. 63 Status Causae beatif.
ECO S. FRANC. a. 1901, p. 20, 33, 61, 92: *Il Ven. Molinari, Memorie inedite.*
LUCANIA FRANC., a. 1933-35 (pluribus in fascic. texitur *biographia* Ven. Nicol. Mol.

Molinella in prov. Bononiensi. — Fratres Capuccini ibi hospitium permanens habuerunt ab a. 1586 ad a. 1619, quo anno ablatum est a quadam Fraternitate sub nomine SS.mi Rosarii; at nostrates ius eo fruendi ad a. 1825 servarunt (*Mss. Prov.*).

Molingaria, vide *Mullingar*

Molinosismus, vide *Quietismus*

Molins Mühlen, in Helvetia Custodia provincialis *Raetiae.* — Ab anno 1640 fratres nostri ibi curam paroecialem exercent.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. XV tab. XVI.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 121.
CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia*, cf. Ind.
CLEM. A TERZORIO, *Man. hist. Miss.*, p. 46.
IDEM, *Le Missioni*, I (cf. Ind. p. 445).

Molizzi, vide *Bernardinus a Reggio Cal.*

Mollingar vide *Mullingar.*

Molsheim (*Molshemium*) in Prov. Strasburgensi (Alsatia). — Iam a. 1625 Minister Gener. Prov. Helveticae Conventum exstruere concesserat, quod fieri potuit, tot adversantibus rebus, tantum a. 1659 eiusque ecclesia S. Francisco Assisiati dicata est. Conv. supprimitur a. 1791.
BULLAR. CAP., V, 409.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, II, 480.
CHRONICA PROV. HELVETICAE, p. 273.
ARMEL, *Les Capuc. d'Alsace*, p. 8, 73, 177.

Monachium, vide *München*

Mónaco La Valletta Raphael natus a. 1827, cardinalis a Pio IX creatus est a. 1868. *Protector* Ordinis Min. Capuccinorum selectus die 8 augusti 1873, obiit die 14 iulii 1896; eius corpus inhumatum est in romano sepulchro FF. Capuccinorum ad Veranum.

BULLAR. CAP., X, 660.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 255, 367.
ANNALI FRANC. (Milano), 15 (1884) p. 147, (Il card. Monaco... terziario francescano).

Monasterium, vide *Münster*

Monasterium Eifliae, vide *Münstereifel*

Moncada F. vide *Franciscus Ant. a Madrid.*

Moncalieri (*Mons Calerius*) in Prov. Pedemontana. — Conventus excitatus a. 1540 in vico « Testona » cum ecclesia Nativitati B. Mariae Virginis dicata abrogatus est lege civili a. 1866.

BULLAR. CAP., II, 452.
ARNAUD GIUS., *Le spoglie della martire S. Vittoria esposte nella chiesa dei Cappuccini di Testona. Cenni storici ecc.* — Torino 1843, pp. 35.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 317.
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino) a. 1924, p. 58 n. 2 — a. 1925, p. 130.

Moncalvo (*Mons Calvus*) in Prov. Alexandrina. — Fratres Prov. Genuensis Conventum ibi aedificarunt a. 1624, qui paulo post (1628) Provinciae Pedemontanae aggregatus est. Iam multis annis abhinc derelictus iacet.

BULLAR. CAP., III, 289, 329.
SILVEST. MEDIOL., *Annales Cap.*, p. 400.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 48.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, V (cf. Ind. p. 635).

Monconill Viladot Gaspar a Pinell, episc., alumnus Prov. Catalauniae. — Ortus die 13 maii 1891, nomen accepit Michaëlis. Ordinem Capuccinorum amplexus est a. 1907 et vix sacerdos ordinatus a. 1914 in Missionem de *Caquetá* in Columbia profectus est ubi munus Superioris Regularis exercuit. Pius XI, die 30 iun. 1930, Ecclesiae titulari episcopali *Cadossensi* eum nominavit eumque deputavit in primum Vicarium Apost. Missionis de Caquetá (Columbia). Obiit die 26 febr. 1946. Typis vulgavit: *Un viaje por el Putumayo* (Bogotà 1924). — *Excursión apostólica por el.... Caquetá* (Ib. 1928).

RECUERDO *de la consagración episcopal de Mons. Monconill.* Bogotá 1930, pp. 35.
AMAZONIA COLOMBIANA, I, 1939, p. 19-24, 45-49: *Datos biográficos de M. Monconill.*
ANALECTA CAP., 46 (1930) p. 202.

Mondaino (Forlì) in Ariminensi dioecesi. — Ibi monasterium monialium *Capuccinarum* exstat ab a. 1632, eiusque ecclesia titulo S. Clara et S. Bernardino Senensi decoratur.

ELENCHUS *Monasteriorum Ord. S. Clarae* (1942) p. 37.
ANALECTA CAP., 50 (1934) p. 198.

Mondávio (*Mons Avium*) in Prov. Picena. — Hic Conventus, iam a. 1577 exstructus cum ecclesia Spiritui Sancto dicata, penitus relinquitur a. 1893.

BULLAR. CAP., II, 211, 217, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov.*, p. 373.
IDEM, *Iscrizioni della Prov.*, p. 18, 42, 167.

Mondovì (*Mons Vici*, *Mons Regalis*) in Prov. Pedemontana. — Conventus cum ecclesia S. Joseph dicata, qui iam a. 1550 exstruebatur, relinquitur a. 1802 tempestatis politicae causa.

BULLAR. CAP., II, 452; X, 169.
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino), 1924 p. 58.

— Monasterium monialium *Capuccinarum*, quod ortum erat a. 1658 et cuius ecclesia B. M. Virginis a Consolatione nuncupabatur, non amplius exstat.

BULLAR. CAP., II, 397, 453.
LEGGENDARIO CAP., I, 82 s., Maria Lezegno; III, 397 s. Maria Molineri † 1724; IV, 191-209 Maria Vercellona, fondatrice † 1670.
IL PANE DI S. ANTONIO (*Mondovì*), XI, 1909. N. 5: *La Madre Vercellona fondatrice delle Cappuccine in Mondovì.*

Monferrato, vide *Montisferrati Custodia.*

Monforte del Cid, in Prov. Valentina (Hispan.) — Quem iam tenuerunt FF. Min. Discalceati conventum, a. 1835 suppressum, nostri fratres habuerunt a. 1898. Ecclesia, quae dicata fuerat B. M. Virgini, vulgo *de Orito*, gliscente eversione a. 1936 comburitur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 38 tab. XII.
ANALECTA CAP. 54 (1938) p. 108.

Monfortium, vide *Montfort-l'Amaury*

Mongin, vide *Hilarius a Paris*

Moniales, — Iuxta seraphicae Regulae spiritum iam a primis nostris Constitutionibus (de Albacina) ordinatur: *Ne monialium cuiuscumque Ordinis cura a nostris suscipiatur nisi de expressa Capituli Generalis licentia.* Constitutiones an. 1577 fratribus domus religiosarum ingredi prohibent absque Ministri provincialis licentia. Die autem 11 aug. 1618 Paulus V motu proprio Capuccinis interdicit curam religiosarum tum temporalem cum spiritualem (*Bullar.*, I, 60).

Hoc motu proprio nonobstante, Clemens XIII die 26 aug. 1766 fratribus Capuccinis facultatem concessit ingrediendi monasteria monialium pro confessionibus excipiendis necessariisque auxiliis spiritualibus exhibendis (*Bullar.*, VIII, 364). Contra hunc motum proprium Definitorium Generale die 18 iunii 1912 declaravit: « Nunquam a Religiosis nostris cura spiritualis cuiusvis monasterii, confraternitatis, congregationis virorum vel mulierum sub

quovis pretextu assumatur, iis exceptis qui parochiali vel quasi parochiali ministerio sunt legitime addicti » (*Analecta*, 1912, p. 221 n. 1). Hodiernae vero Constitutiones (n. 234-235) fratribus commendant ut nonnisi difficulter et ab Ordinariis locorum rogati monasteriorum aut cuiusvis religiosae domus mulierum spiritualem curam suscipiant.

BULLAR. CAP., I, 60; III, 79; IV, cf. Index.
VENANTIUS, *Monum. ad Const.*, p. 560-68.
MELCHIOR, *Historia Cap.*, vol. III, 111, 443.

OPERA PRO MONIALIBUS
edita a Capuccinis

Agapitus M. a Sobradillo, *Tractatus de religiosarum Confessariis*. Taurini, 1932.
Andrea da Faenza, *Quaresimale per le Monache*. Faenza, 1788.
Angelo da Frescarolo, *Sermoni per le Religiose*. Milano, 1683.
Bernardinus Parisiensis, *Moniales in suo Claustro*. Parisiis, 1677.
Fortunato da Sassoferrato, *La perfezione della Religiosa nel chiostro*. Urbino, 1803.
Francesco Ant. da Petritoli, *Corso completo di esercizi spirituali per le religiose*. Torino-Roma, 1928.
Giovanni M. da Palermo, *La Suora 33 giorni alla scuola della Vergine Madre di Dio*. Palermo, 1909.
Piergrisologo da Costigliole d'Asti, *Sermoni morali... diretti principalmente alle Monache*. Torino, 1788.

Monistrol-sur-Loire (*Monistrolium*) in Prov. Lugdunensi. — Aedes Conventus a. 1634-39 excitatae, cum a. 1689 incendio periissent, iterum aedificantur, ac denique supprimuntur tempore gallicae subversionis a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 397.
ETUDES FRANC. 50 (1938) p. 267-305: *Les Capucins de Monistrol* (J. Bonnefoy).

Monleone (Cicagna), in Prov. Genuensi. Domus nova et ecclesia S. Mariae Angelorum fratribus Capuccinis datae sunt a domino Felice Foppiano an. 1942.

ACTA. *Cappuccini Prov. Genova*, fasc. 20 (1944) p. 16-22.

Monópoli (*Monopolis*) in Apuliae Provincia. — Hic conventus extra urbem a. 1577 confectus est una cum ecclesia S. Iacobo Ap. dicata. Post suppressionem a. 1861, in domum castrensem conversus est.

BULLAR. CAP., III, 108, 317.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 186, 417.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 97 (Status Conv. a. 1650).

Monopolitanus (cardin.), vide *Marzati Anselmus*.

Monova, vide *Vélez-Málaga*

Monóvar, in Prov. Valentina (Hisp.) — Multis adversantibus rebus tandem Conventus exstruitur a. 1743. Eius ecclesia titulo B. M. Virg. de Columna illustrabatur. Conv. derelinquitur a. 1835 tempestatis politicae causa.

BULLAR. CAP. V, 337, 415; VIII, 331 (nota); IX, 25.
ESTADISTICA PROV. DE VALENCIA (1901) p. 14.

Monreale (*Mons Regalis*) in Prov. Panormitana. — Ibi Conventus fabricatur a. 1581 eiusque ecclesia consecrabatur a. 1592 in honorem SS. Ludovici regis et Ludovici episc. Tolosani.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 28 tab. XI.
BULLAR. CAP., III, 321.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, II, 66; III, 109; IV, 446.

Mons seu Bergen (*Montes*) in Prov. Belgica — Conventus a. 1595 aedificatus et a. 1797 abrogatus, iterum assumitur a. 1863. Ecclesiae titulus est: B. Maria Virgo Mater Pulchrae Dilectionis.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 15 tab. XIV.
BULLAR. CAP. IV, 370; IX, 78, 159.
HILDEBRAND, *Kap. in de Nederl.*, I-III, cfr. Ind. sub v. *Bergen*.
ANNUARIUM PROV. HOLL.-BELG. V (1834) p. 18-30.
TE DEUM LAUDAMUS (1928) p. 53-57.
RICHARD DE IXELLES *Notre-Dame de Belle Dilection vénérée dans l'Eglise des Cap.* Bruxelles 1870.
ANALECTA CAP. 50 (1934) p. 8, Novitiatus. — 58 (1942) p. 98-100, de quibusdam Religiosis ibi defunctis.

— Moniales *Capuccinae* III Ord. Claustralis, ab a. 1646 usque ad a. 1795, vitam duxerunt in monasterio in vico « La Truille » sito. In eius ecclesia, quae dicata est Purificationi B. M. Virginis, magna veneratione colitur imago sub titulo « Dominae Pulchrae Dilectionis ».

BULLAR. CAP., IV, 370.
ANNUARIUM PROV. HOLL.-BELG. II (1871) p. 121-9.
HISTOIRE des Capucines de Flandre, II p. 54-69.
[HILAIRE D'ANVERS], *Notice historique sur N.-D. de Belle Dilection*. Tournai 1921.
RICHARD DE IXELES, *Le Monastère des Capucines à Mons. Notice historique*. Mons 1877.

Mons Acutus vide *Montaigu, Montauto*
Mons Albanus, vide *Montalbano, Montauban*
Mons Altus, vide *Montalto*
Mons Avium, vide *Mondavio*
Mons Bodii, vide *Ostra*
Mons Brisonis, vide *Montbrison*
Mons Calerius, vide *Moncalieri*
Mons Calvus, vide *Moncalvo*
Mons Casalis, vide *Montecasale*
Mons Castrilli, vide *Montecastrilli*
Mons Caveosus, vide *Montescaglioso*
Mons Clarus, vide *Montichiari*
Mons Corvinus, vide *Montecorvino*

Mons Crucis, vide *Kreuzberg*
Mons Desiderii, vide *Montdidier*
Mons Eretus, vide *Monterotondo*
Mons Fagi, vide *Montfavet*
Mons Falconis, vide *Montefalcone*
Mons Falcus, vide *Montefalco*
Mons Faliscus, vide *Montefiascone*
Mons Florum, vide *Montefiore*
Mons Fortis, vide *Monteforte*
Mons Fusci, vide *Montefusco*
Mons Garganus, vide *Monte S. Angelo*
Mons. Georgius, vide *Montegiorgio*
Mons Granarius, vide *Montegranaro*
Mons Herintheus, vide *Montesarchio*
Mons Ilcinus, vide *Montalcino*
Monsleo (Monteleone), vide *Vibo Valentia*
Mons Lucius, vide *Montluçon*
Mons Marsianus, vide *Mont-de-Marsan*
Mons Melianus, vide *Montmélian*
Mons Melonis (Montemilone), vide *Pollenza*
Mons Pelusius, vide *Montepeloso*
Mons Pessulanus, vide *Montpellier*
Mons Politianus, vide *Montepulciano*
Monsquamosus, vide *Montescaglioso*
Mons Regalis in Pedemonte, vide *Mondovì*
Mons Regalis in Sicilia, vide *Monreale*
Mons Regalis in Umbria, vide *Montereale*
Mons Regius (Rigiberg), vide *Rigi-Klösterli*
Mons Relaxus, vide *Morlaix*
Mons Remaricus, vide *Remiremont*
Mons Rubeus, vide *Monterosso*
Mons S. Antonii, vide *Mastrilserberg*
Mons S. Gotthardi, vide *San Gottardo*
Mons S. Ioannis, vide *Monte S. Giovanni*
Mons S. Michaelis, vide *Michaelsberg*
Mons S. Sabini, vide *Monte S. Savino*
Mons Sanus, vide *Montesano*
Mons Securus, vide *Montségur*
Monségur, vide *Montségur*
Monserrat in Hispaniis, vide *Montserrat.*
Mons Varchius, vide *Montevarchi*
Mons Vetus, vide *Montevecchio*
Mons Vici, vide *Mondovì*
Mons Videns, vide *Montevideo*

Montagna — Hoc nomine, apud Bullar. Cap. (II, 454) conventus de Arcidosso nuncupatur, vide *Arcidosso.*

Montagnana (*Montaneana*) in Prov. Veneta. — Fundatus est conventus a. 1583-84 (alii a. 1588) et a. 1806 supprimitur. Ecclesia SS. Rocho et Sebastiano fuit dicata.
BULLAR. CAP., II, 443.

Montaigu-en-Combraille (*Mons Acutus*) in Lugdunensi Prov. — An. 1659 Conventus exstruitur, et exstitit usque ad gallicam eversionem a. 1791.
BULLAR. CAP., V, 398.
PELLEGRINO, *Annali Capp.* II, 545.

Montalbano, vide *Salvator a Sambuca*

Montalbano Iónico (*Mons Albanus*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Conventus cum ecclesia B. M. V. Visitationi dicata a. 1598 (1610 ?) erectus est. Eversionum legibus a. 1866 clausus est.
BULLAR. CAP., III, 310.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 248.

Montalboddo, vide *Ostra*

Montalcino (*Mons Ilcinus*) in Prov. Tusciae — In locis valde remotis et difficiliori accessu, domicilium obtinuerunt fratres nostri a. 1540, cum ecclesia SS. Iacobo et Christophoro dicata, ibique morati sunt usque ad suppressionem napoleonicam (1810).
BULLAR. CAP., II, 454.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, II, (cf. Ind.).

Montaldini Gaud. vide *Antoninus a Reschio*

Montalto Uffugo (*Mons Altus*) in Prov. Consentina. — Conventum titulo B. M. V. Gratiarum, fratres nostri incoluerunt ab a. 1568 ad suppressionem napoleonicam a. 1810.
BULLAR. CAP., III, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 415.

— Monasterium monialium *Capuccinarum*, exstructum a. 1603, nunc derelictum iacet.
BULLAR. CAP., III, 78, 315.

Montaneana, vide *Montagnana*
Montanus, vide *Leander a Murcia*

Montauban (*Montalbanus*) in Prov. Tolosana. — Conventus, quem Prov. Aquitaniae fabricavit a. 1631, supprimitur a. 1790 et a. 1824 Seminarium dioecesanum suscepit. Ecclesiam B. M. Virgini dicatam plurimae peregrinationes coluerunt.
BULLAR. CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.* I, 205-09.
IDEM, *Bibl. Prov. Aquitan.* p. 15.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. d'Aquit.*, p. 253-64.
IDEM, *Nécrologe de Toulouse*, p. 69.
DAUX CAM.LLE, *L'Ordre franciscain dans le Montalbanais*. Montauban, 1904. (cfr. *Etudes Franc.* t. 13, 1905, p. 318 n. 37).

Montauto (*Mons Acutus*) in Prov. Tusciae. — Non longe a sacro Alvernae monte pro nostratibus coenobium est exstructum a. 1567, cuius ecclesia S. Francisco Stigmatibus insignito dicata est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP. II, 454.
BOVERIO, *Annales*, I, 656 n. 11-12.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 435, 529, 558.

SISTO, *Storia Capp. Toscani* I, cfr. Ind.; II, 312, 389.
LODOVICO DA LIVORNO, *S. Franc. d'Ass. e la Contea di Montauto*. Prato, 1884. p. 40-46.
ECO S. FRANC. a. 1879, p. 585-89: *Contea di M. e i Capp.*
L'ITALIA FRANC. 17 (1942) p. 122-135.

Montbrison (*Mons Brisonis*) in Prov. Lugdunensi. — Ab a. 1609 usque ad gallicam eversionem (1790) fratres nostri inibi domicilium habuerunt.
BULLAR. CAP., V, 398.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 45.

Mont-de-Marsan (*Mons Marsianus*) in Prov. Tolosana. — An. 1875 ibi erigitur Conventus cum ecclesia SS. Cordi Iesu dicata.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. XIII.
BULLAR. CAP., X, 683-84.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 87, 120.
IDEM, *Hist. Prov. Toulouse*, II, 50-55.
ECHO ST. FRANÇOIS (Toulouse), 1903, Mai p. 19.

Montdidier (*Mons Desiderii*) in Prov. Parisiensi. — Qui a Fratribus nostris Conventus fundatus est a. 1618, nunc derelictus iacet.
BULLAR. CAP., V, 389.

Monte Alverno (Hospitium), vide *Appleton*

Montecasale (*Mons Casalis*) in Prov. Tusciae. — Hoc humile et solitarium coenobium in declivi montis situm est per quaedam millia passuum ex urbe *S. Sepulchri* (Arezzo). Iure merito ut pientissimum inter franciscalia Sanctuaria accensetur, eo quod ipse Seraphicus Patriarcha a civibus S. Sepulchri illud obtinuisset, ibique multoties commoratus esset. Hunc recessum plures seraphici Ordinis venerabiles viri vel visitarunt vel inhabitarunt inter quos S. Antonius et S. Bonaventura. At varia huic coenobio, cuius ecclesia B. M. V. in caelum Assumptae dicata est, fortuna obtigit; postquam enim primi Ordinis Sodales illud occupaverant, obtinuerunt deinde a. 1265 *Fratres Tertiarii* eremitae; qui quidem demum FF. Capuccinis *Umbriae* Prov. a. 1530 vel 1531, isti vero consodalibus Prov. *Tusciae*, vi decreti Hetruriae Ducis a. 1784, tradiderunt.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
MONUM. HIST. O. CAP. I, 222, 288, 315; III, (cf. Ind.); V, p. 151, 153, 181.
BULLAR. CAP. II, 101-02, 435.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 436, 444, 528, 541-44.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 19; II, cf. Ind.
GIUSTINO DA BORGO S. SEPOLCRO, *Breve ragguaglio dell'antico Santuario di Monte Casale*. Venezia 1755.... Firenze 1901.
NEDIANI TOM., *Romitaggi francescani. Monte Casale*. Firenze, 1915.
RENÉ DE NANTES, *L'Ermitage de Monte Casale*. Couvin, 1910.
FRATE FRANC. (Milano), a. 1935, p. 17-22: *Francescane oasi di pace. Montecasale* (Vitt. Facchinetti).
ETUDES FRANC. t. 24 (1910) p. 353-65: *L'Ermitage de M. C.* (René de Nantes).
ITALIA FRANC. 9 (1934) p. 43 ss.: *Il dramma francescano di M. C.* (Sisto da Pisa); 12 (1937) p. 107-10; *Il Santuario di M. C.* (P. Corrado).

Montecastrilli (*Mons Castrilli*) in Umbriae Prov. (dioec. Tudertina) — Moniales *Capuccinae* ibi iam ab a. 1649 tenent monasterium, cuius ecclesia a. 1663 S. Francisco et S. Clarae dicata est. In hoc monasterio floruit Maria Lanceata Morelli (vide sub eius nomine).
BULLAR. CAP., II, 142, 435.
ELENCHUS *Monaster. Ord. S. Clarae* (1942) p. 38.

Montecchio, in Piceno vide *Treia*.

Montechiaro, vide *Montichiari*

Montecorvino Rovella (*Mons Corvinus*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Conventus a. 1584 exordium sumpsit eiusque ecclesia B. M. V. Angelorum dicata est. Suppressus a. 1867, ad nos rediit a. 1899.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 24 tab. IX.
BULLAR. CAP., III, 310.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 515-29.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 248 (Relatio conv. a. 1650).

Montecuccoli A.
vide *Antonius a Modena*, Min. Gen.

Montefalco (*Mons Falcus*) in Umbriae Prov. Coenobium S. Mariae Gratiarum fratribus Capuccinis donatum est a. 1565. An. 1866 Municipium *coemeterium* ibidem constituit, cuius fratres nostri nominati sunt Cappellani: anno autem 1910, fratres munus et Conventum reliquerunt. Eodem anno 1910, domus *S. Illuminatae Virg.* nobis tradita est. Antiqua ecclesia aedificata est saec. XV et perpulchris decorata est picturis.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 435.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAFICA (1930) p. 24.

Montefalcone (*Mons Falconis*) in Fodiensi Prov. — An. 1622 Conventus fuit exstructus cum ecclesia titulo S. Maria Gratiarum. Ex quo fratres coacti sunt discedere a. 1811.
BULLAR. CAP., III, 316.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo*, pag. 116.

Montefiascone (*Mons Faliscus*) in Prov. Romana. — Conventus fundatus est a. 1579 cum ecclesia S. Felicitati V. et M. dicata. — Extra urbem in regione « Zepponami » vel « del Giglio » a. 1884 Hospitium valde latum cum ecclesia in honorem S. Felicis a Cantalice conditum est, quod a. 1915 datum est Episcopo eiusdem urbis, qui hanc ecclesiam in *paroeciam* destinavit.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. VIII.
BULLAR. CAP., II, 433.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 58.

Monte Filottrano, vide *Filottrano*

Montefiore Conca, olim Montefiorito (*Mons Florum*) in Prov. Picena. — Conventus elato loco positus, a. 1574 coeptus est, cuius parva ecclesia titulum habet SS. Trinitatem.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII
BULLAR. CAP., II, 175, 437; X, 676.
GIUS. DA FERMO, *Franc. nelle Marche*, p. 42.
IDEM, *Necrol. Prov.* p. 374.
VITA FRANC. (Loreto), 1929, p. 86.

Montefiorito vide *Montefiore Conca*

Monteforte (*Mons Fortis*) in Prov. Veneta. — Conventus fundatus a. 1568, suppressus est a Senatu Veneto a. 1769. Titulus ecclesiae: Beata Maria Virgo.
BULLAR. CAP., II, 443.

Montefusco (*Mons Fusci*) in Prov. Fodiensi. — Exstat ibi conventus a. 1625, vel paulo post, fundatus. Olim ad Prov. Neapolitanam pertinebat; anno vero 1900 Prov. Fodiensi concreditus est. Ecclesia B. M. Virgini dicata est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 19 tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 32, 161, 308.
BONAV. DA SORR., *Capp. di Napoli*, p. 9.

Montegiorgio (*Mons Georgius*) in Prov. Picena. — Huius Conventus et ecclesiae SS. Annuntiatae dicatae fundatio initia habuit an. 1585.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov.*, p. 374.
IDEM, *Iscrizioni della Prov.* p. 19, 167.
IDEM, *Franc. nelle Marche*, p. 42.
VITA FRANC. (Loreto), 1929, p. 86.

Montegranaro (*Mons Granarius*) in Prov. Picena. — Prior Conventus exstructus fuit a. 1568 cum ecclesia S. Margaritae V. et M. dicata; at cum dirutus esset, alter fabricatur a. 1633 eodem titulo S. Margarita. Ecclesia diruta, altera exstruitur a. 1774 sub titulo S. Seraphini a Montegranaro. Conv. a. 1903 penitus relictus est.
BULLAR. CAP., II, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov.*, p. 374.
IDEM, *Iscrizioni Marchigiane*, p. 20.

Montehano (*Escalante*) in Prov. Castellae (Hispan.). — Vetus monasterium saec. XV, olim FF. Min. de Observantia, a. 1879 nostratibus conceditur. In eius ecclesia, quae S. Sebastiano dicata est, simulacrum B. M. Virginis «*Divina Pastora*» nuncupatum pie colitur.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 18 tab. XII.
STATISTICA PROV. CASTELLAE (1909) p. 66.
BUENAV. DE CARROCERA, *Martires Capuch. de Castilla en* 1936, p. 260-296.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
ANALECTA CAP. 54 (1938) p. 107.

Monteleone di Calabria, v. *Vibo Valentia*.

Montélimar (*Montelium Audemari*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus fundatus a. 1642, relinquitur eversione gallica gliscente saec. XVIII.
BULLAR. CAP., V, 398.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, I, 468.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 48.

Montelium Audemari, vide *Montélimar*

Montemalbe (Conventus), vide *Perugia*.

Monte Mariano, prope Farangipet in Commissariatu Gener. Indiarum Orient. — In hunc Conventum, cuius initia a. 1930 iacta sunt, eodem anno translatus est *Novitiatus* Ordinis nostri pro indigenis, qui iam Sardhanae in missione Agrae exstabat. Ecclesia dicata est S. Fideli a Sigmaringa.
ANALECTA CAP. 47 (1931) p. 44; 48 (1932) p. 180 (*Novitiatus et Conv.*)
DEO GRATIAS (Periodicum Parisien.) an. 1933. p. 137-46; an. 1934, p. 111, 148, 178; an. 1935, p. 25, 56, 87, 124: *Comment s'est fondé le Noviciat indigène des Capucins de Monte Mariano aux Indes.* (Ferdinand de Paris).

Montemelone vide *Pollenza*

Montepeloso (*Mons Pelusius*) in Lucaniae seu Salernitana Prov. — Conventus cum ecclesia S. Mariae Immaculatae, conditus est a. 1570, supprimitur vero a. 1867.
BULLAR. CAP., III, 317.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 190, 427.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 98 (status conv. a. 1650).

Montepulciano (*Mons Politianus*) in Prov. Tusciae. — Prior Conventus exstructus an. 1532, supprimitur a. 1867; alter exstat ab an. 1878 et habet ecclesiam S. Mariae Magdalenae dicatam.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 454.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 27-33, 436, 444, 524.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 639 (Ind.).
ANALECTA CAP. 43 (1927) p. 47 (Novitiatus).

Montereale (*Mons Regalis*) in Prov. Umbriae. — Nostratibus Prov. Umbriae iam pridem a. 1574 hic concessus est Conventus, qui a. 1769 ad Prov. Aprutinam transiit et a. 1870 supprimitur. Ecclesia titulo S. Cruce dicata est
BULLAR. CAP., II, 435.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAFICA (1930) p. 27.
FILIPPO, *Capp. degli Abruzzi*, p. 23.

Monterosso al Mare (*Mons Rubeus*) in Prov. Genuensi. — Conventus construitur a. 1619 et ecclesia consecratur a. 1623 honori S. P. Fran-

cisci. An. 1866 religiosi viri abeunt et in hunc redeunt Conv. a. 1895.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 162.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 200.
BULLAR. CAP., II, 450.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, II, 413-28; V (cf. *Ind.*).
FRANC. SAV. DA S. LORENZO, *Monterosso per la sua Madonna*. Genova, 1922.
IDEM, *Il Santuario di N. S. di Soviore in Monterosso al Mare*. S. Pier d'Arena 1923.

Monterotondo (*Mons Eretus*) in Prov. Romana. — Diutius moram cum duxissent in loco vulgo « S. Salvatore », an. 1606-09 fratres nostri sibi exstruxerunt Conventum cum ecclesia S. P. Francisco dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. VIII.
BULLAR. CAP., II, 26, 433.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 58.

Monte S. Giovanni Campano (*Mons Sancti Ioannis*) in Prov. Romana. — Super rudera cuiusdam antiqui coenobii nostrum conventum Victoria Colonna Marchionissa a. 1537 suo sumptu aedificavit. Ecclesia Sanctis Ioanni Bapt. et Ioann. Evang. dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. VIII.
BULLAR. CAP., II, 74 s., 433.
GIUS. DA MONTEROTONDO, *Inizi dell'Ordine*, p. 140, 259.

Monte San Giuliano, vide *Erice*

Montesano S. Marco (*Mons Sanus*) in Lucaniae seu Salernitana Prov. — Iste Conventus exordium sumpsit a. 1588, eiusque ecclesia S. P. Francisco est dicata. Derelictus est ob legem suppressionis a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 310.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 614-21.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 249.

Monte S. Quirico vide *Lucca*

Monte S. Savino (*Mons S. Sabini*) in Prov. Tusciae. — Hoc coenobium conditum a. 1557 atque S. P. Francisco sacrum, inter illa fuit, parva admodum et solitaria, quae religiosa Provincia deseruit a. 1783.

BULLAR. CAP., II, 454.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 98-100, 275; II, 487, 489.

Monte Sant'Angelo (*Mons Garganus*) in Prov. Fodiensi. — An. 1870 supprimitur Conventus qui a. 1595 conditus erat cum ecclesia in honorem S. Nicolai Barensis.

BULLAR. CAP., III, 316.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo*, p. 81
ITALIA FRANC. 16 (1941) p. 227 ss. - 17 (1942) p. 36-48, *La Chiesa e l'ex Conv. dei Capp. in Monte S. Angelo* (C. Angelillis).

Monte Santo vide *Potenza Picena*

Montesarchio (*Mons Herintheus*) in Prov. Neapolitana. — Conventus cum ecclesia titulo S. Maria Constantinopolitana construitur an. 1577 et relinquitur post civilem suppressionem a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 308.
BONAV. DA SORR., *Capp. di Napoli*, p. 7.

Montescaglioso (*Mons Caveosus* seu *Monsquamosus*) in Apuliae Prov. — Conventus aedificari coeptus est a. 1593; at a. tantum 1615 fratres nostri eo potiti sunt. Ecclesia sacra est S. P. N. Francisco.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 13 tab. IX.
BULLAR. CAP., III, 319.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 135-40.

Monte Scoppio in Umbria, vide *Portaria*.

Montes, vide *Mons*

Montes Pietatis seu *Montes Caritatis*, *M. Pauperum*, *M. Frumentarii* etc. — Huiusmodi institutionis primatus et gloria debetur fratribus Franciscanis saeculi XV. Eorum finis principalis erat miseris succurrere in necessariis eosque subtrahere odiosis usurariis. Primus Mons Pietatis institutus est Perusiae (*Perugia*) in Umbria an. 1462 a P. Barnaba ab Interamna (Terni); maxime autem pro eorum propagatione laboravit B. Bernardinus a Feltre († 1494).

Ex Ordine Min. *Capuccinorum*, non pauci Montes Pietatis seu Montes Frumentarios etc. variis in locis fundarunt vel instaurarunt, exempli gratia:

in A p u l i a e Prov.
Galatina (c. 1570), P. Ludov. a Giovinazzo.
Lecce (1555), P. Iacobus a Molfetta.
Manduria (1540), P. Iacobus a Molfetta.
Martina Franca (1566), P. Hieron. ab Eboli.
Salve (c. 1560), P. Cherubinus a Noci.
(Cfr. Salvatore, *Capp. nelle Puglie*. p. 354-363).

in B o n o n i e n s i Prov.
Sassuolo (1610). P. Hieronymus a Forlì qui etiam statuta peculiaria pro ipso M. P. condidit.
(Cfr. Cirillo, *Memorie Capp. Emiliani*, I, p. 169).

in F o d i e n s i seu S. Angeli Prov.
Campobasso (1587). P. Hieronymus a Sorbo.
Foggia (1588) P. Hieronymus a Sorbo.
(Cfr. Ziccardi, *I Capp. in Campobasso*, 1841

in G e n u e n s i Prov.
S. Margherita Ligure (1611), PP. Capuccini.
Viguzzolo (1588), P. Clemens a Castelletto.
Montisferrati regio (saec. XVI-XVII), P. Clemens a Castelletto († 1639).
(Cfr. Molfino, *Capp. Genovesi*, I, 314-16).

in M e l i t e n s i insula
Valletta (c. 1620), P. Raphael a Valletta.

in U m b r i a e Prov.
Colpetrazzo (1570-75), Bernardinus a Colpetrazzo.

Norcia, S. Iosephus a Leonessa († 1612). Loca varia, P. Sixtus a Norcia, († 1621). (Cfr. *Bullarium*, II, 102, 130; *Quarto Centen. Prov. serafica*, 1930, p. 87; *Italia Franc.*, an. 1927, p. 131-37).

BIBLIOGRAPHIA
(praeter ea supra recensita)

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, 274 s.
PAOLO DA MONTAGNANA (sub nomine saeculari Bonav. Maestri), *Il Sacro Monte di Pietà aperto dalla divina provvidenza a beneficio dei poveri*. Bassano 1697.
HOLZAPFEL HERIBERT, O.F.M., *Die Anfänge der Montes Pietatis* (1462-1515). München 1903.
IDEM, *Le origini dei Monti di Pietà*. Rocca S. Casciano, 1904.
WEBER MAURICE, *Les origines des Monts de Piété*. Rixheim 1920 (Cf. *Studi Franc.*, VII, 1921, p. 138-41).
MARONCIU FILIPPO, *I Monti di Pietà nella evoluzione storica, ecc.* Roma 1921 (Bibliographia et Statistica).
FRANC. STUDIES, 1941, sept. p. 3-28, *Economic significance of the « Montes Pietatis »* (Anscar Parsons, O. Cap.)

Montevarchi (*Mons Varchius*) in Prov. Tusciae. — Coenobium, in supereminenti colle situm, a. 1540 conditum est apud veterem aediculam S. Laurentii mart., quae postea, ut par erat, ampliata est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 454.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 436, 445. 530, 556.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, (cf. Ind. t. I, 639; II, 556).

Montevecchio (*Mons Vetus*) in Prov. Picena. — Prior Conventus S. Gherardo dicatus aedificatus fuerat a. 1530; quo diruto alter exstruitur a. 1551 cum ecclesia SS. Annuntiatae dicata et omnino relinquitur a. 1888.
BULLAR. CAP., II, 170, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov.*, p. 374.

Montevideo (*Mons Videns*) in Uruguay, Commissariatus prov. Rio Platensis. — Vi decreti Congr. de Prop. Fide, (11 sept. 1867), missio Montisvidei in ditione erat Praefecturae Ap. *Brasiliensis*, at a. 1878 ad *Chilensem* Praefecturam transiit, deindeque Missio « sui iuris » a. 1891 cum facta esset concreditur fratribus *Prov. Genuensis*, qui ibi Seminarium Seraphicum et Novitiatum fundarunt. — In ea urbe a. c. 1870 domus religiosa aedificata est, at pulchra et capax ecclesia S. Antonio Patavino dicata tantum a. 1885 ad finem perducta est.
BULLAR. CAP., X, 541.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.* p. 401-403.
ADOLF STEIDL, *Mission. d. Kapuz.* p. 105.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi* (cf. Ind. t. V)
ANTONIO M. DA MONTEVIDEO, *Los Capuch. Genoveses en el Río de la Plata*, (1933) pag. 45-112, 179-222.
ACTA (Prov. Genova), an. 1941 p. 74; an. 1942 p. 94-96, Santuario di S. Antonio.
ANALECTA CAP. 8 (1892) p. 113-14; 12 (1896) p. 143 (Domus et Novitiatus).
VERITAS (Periodicum) *Organo de la Asociación S. Elena*. Montevideo, 1933 ss.

Montevideo (Archidioecesis). — *Montisvidei* archiepiscopi Coadiutor cum iure successionis an. 1936 promotus est noster sodalis Antonius M. *Barbieri* a Montevideo qui an. 1940 Archiepiscopus successit.

Montfavet (*Mons Fagi*) in Prov. Lugdunensi. — Anno 1759 domus religiosa fratribus antiquae Prov. Avenionensis aedificata est. Relinquitur ob gallicam eversionem a. 1790.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUNEN. (1895) p. 91

Montfort l'Amaury (*Montfortium*) in Prov. Parisiensi. — Coenobium a. 1601-02 exstructum supprimitur a. 1790. Ecclesiae titulus: S. Nicolaus episc. deinde S. Franc. Assisien.
BULLAR. CAP., V, 389.
ETUDES FRANC. 37 (1925) p. 218 n. 62.

Monti vide *Ioannes Fidelis a Fusignano*

Monticchio, prope Rionero in Vulture, in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Fratres nostri ab a. 1608 usque ad a. 1866 incoluerunt *Abbatiam S. Angeli*, quam saec. XI monaci Benedictini exstruxerant et postea Augustiniani tenuerant.
BULLAR. CAP., III, 310.
FORTUNATO G., *La Badia di Monticchio*. Trani, 1904.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 250 (de statu Conv. a. 1650).

Monticelli, in Prov. Parmensi. — An. 1705 exstruitur conventus; an. vero 1805 a gallico Gubernio supprimitur. Ecclesia S. Francisco Assis. dicata erat.
BULLAR. CAP., II, 441.

Montichiari (*Mons Clarus*) in Prov. Mediolanensi. — Ab a. 1589 usque ad suppressionem napoleonicam a. 1810 ibi fratres nostri moram duxerunt. Ecclesia, quae adhuc fidelibus patet, SS. Cruci dicata est.
BULLAR. CAP., II, 448.
VALDEMIRO, *Capp. bresciani*, p. 45-48, 642.

Montisferrati Custodia in Italia septen. — An. 1730 qui exstabant Conventus in regione Montisferrati (videlicet: Acqui, Casale Monf., Fubine, Moncalvo, Nizza Monf., et S. Salvatore) in Custodiam erecti sunt eamque Minister Generalis per Commissarium suum regebat. At tantum viginti annis post (1750) haec *Custodia* supprimitur, eiusque Conventus ab omnimoda dependentia Prov. Genuensis eximuntur et ad novam *Alexandrinam* Provinciam adgregantur.
BULLAR CAP., II, 387; III, 236-92, 329; VII, 392.
BULLARII CAP. REGESTUM, num. 2054.

EMANUELE DA GALLIÁVOLA, *Necrologio dei Capp. della Prov. di Alessandria e delle sue antiche Custodie* [Monferrato ...]. Vigévano, 1939.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, V, cf. Ind.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 12 (de *Ortu Prov.*).

Montluçon (*Mons Lucius*) in Prov. Lugdunensi. — Qui a. 1600 erectus erat Conventus vi legis suppressionis a. 1790 clauditur.
BULLAR. CAP., V, 398.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 46.

Montmélian (*Mons Melianus*) in Prov. Sabaudiae. — Conventus a. 1596 conditus est, an. vero 1789 supprimitur a Gubernio civili.
BULLAR. CAP., V, 399.
EUGÈNE, *Nécrol. de Savoie*, p. XVI, 389.
JEAN, *Les Cap. en Savoie*, p. 13, 78.

Montolmo vide *Corridonia*

Montone (*Montonum*) in Prov. Umbriae. — Conventus, amoeno loco situs intra huius vici et *Umbertide* fines, anno 1563 exstruitur cum ecclesia B. M. V. in caelum Assumptae dicata. An. 1867 supprimitur; a. 1901 denuo in nostram ditionem transit, denique a. 1927 omnino relinquitur.
BULLAR. CAP., II, 435.
QUARTO *Cent. Prov. Serafica* (1930) p. 23.
FRANC. DA VICENZA, *Poche notizie storiche sul Conv. dei Capp. di Montone*. Vicenza, 1914.

Montório al Vomano (*Montorium*) in Prov. Aprutina. — Iuxta veterem ecclesiam SS. Annuntiatae (vulgo: *Madonna della Sala*, postea *M. della Salute*) a. 1576 fabrica Conventus coepta est, quae an. circ. 1600 ad finem perducitur. Suppressus a. 1866, nunc in publicum Valetudinarium conversus est.
BULLAR. CAP., III, 326.
FILIPPO, *Capp. degli Abruzzi*, p. 23.

Montpellier (*Mons Pessulanus*) in Prov. Tolosana. — Ibi fratres Capuccini tres habuerunt Conventus. E primo, aedificato a. 1611, a viris Protestantibus a. 1621 eiecti sunt. Paullo post secundus excitatur cum ecclesia honori S. Ludovici regis, et supprimitur a. 1790. Tandem a. 1935 tertius fit, cum ecclesia S. Antonio Patavino dicata. Animadvertendum, fratres nostros ab a. 1913 in parva domo ad sacellum S. Leonis papae moram duxisse.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. XIII.
BULLAR. CAP., V, 205, 405.
APOLLINAIRE, *Bibl. Prov. Aquitan.* p. 7.
IDEM, *Toulouse chrét.* I, 71-92; III, 300.
IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, p. 52-54, 125.
APOLLINAIRE DE VALENCE, *Capucins et Huguenots à Montpellier*, 1609-1622 (in: *Revue du Midi*, avril 1893, p. 321-339).
SALVY-MARIE DE SOMMART, *Montpellier et les fils de St. François* (Montpellier 1941), cfr. p. 41-92.
VOIX FRANC. (Toulouse), 1935, p. 244-46.

Montréal (*Marianapolis*) in Provincia Canadensi Orient. — An. 1921 nostratibus, qui tunc Prov. Tolosanae obnoxii erant, concreditum est Sanctuarium quod vulgo dicitur « *La Réparation au S. Coeur* ». An. 1923 super domum, qua ab a. 1900 ad 1918 PP. de SS. Sacramento usi erant, novus exstruitur Conventus SS. Cordi Iesu dicatus et nova insuper opera ad commodum et utilitatem Sanctuarii instituuntur.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. XIII.
ANALECTA CAP. 40 (1924) p. 15.
ANNALES DE LA RÉPARATION (*Organum Sanctuarii SS. Cordis et Confraternitatis S. Agoniae*). Montréal, 1926 ss.
FRANC. EDUCAT. CONFER., XVIII (1936) p. 194.
ECHO S. FRANÇOIS (Ottawa) a. 1921, p. 119 s. a. 1932 p. 369; a. 1933 p. 22 ss.

Montreuil-sur-Mer (*Montrolium*) in Prov. Parisiensi. — Quondam ibi morati sunt fratres nostri in Conventu a. 1621 fundato.
BULLAR. CAP., V, 390.

Montrolium, vide *Montreuil-sur-Mer*

Montségur (*Mons Securus*) in Prov. Tolosana. — Inde ab a. 1700 fratres ant. Prov. Aquitaniae ad sacellum S. Michaëlis Archang. domum statuerant. An. vero 1728 regularis Conventus fabricatur cum ecclesia eodem titulo, et a. 1791 supprimitur.
BULLAR. CAP., V, 407.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 77.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquitaine*, p. 204-07.

Montserrat, seu Monserrat in Catalaunia (Hisp.) — Multifariam fratres Capuccini Prov. Catalauniae pietatem suam in Virginem Mariam « *de Montserrat* » ostenderunt. Ipsi insuper *monumentum* seu simulacrum artis cultu ductum in honorem *S. Francisci Assisiatis* apud illud percelebre Sanctuarium erigi curaverunt a. 1927.
ANALECTA CAP. 44 (1928) p. 25.
ESTUDIOS FRANC. t. 23 (1929) p. 371-82; t. 24 (1920) p. 300-10: *Devoció dels PP. Caputxins de Catalunya envers Notra Dona de Montserrat*. (Andreu de Palma de M.)
ECHO ST. FRANÇOIS (Toulouse), 1894 p. 16, 110, 192, *Montserrat et nos exilés* (Fr. Viator).

Monumenta Historica Ord. Min. Cap. — Est *collectio fontium* praecipuorum historiae Ordinis Capuccinorum critice editorum ab *Instituto Historico* nostri Ordinis.

SERIES VOLUMINUM hactenus editorum cura P. Melchioris a Pobladura « Instituti Historici » praesidis:

Vol. I, MARIUS A MERCATO SARACENO († 1581) *Relationes de origine Ord. Min. Cap.* (Assisi, 1937).

Vol. II, III, IV, BERNARDINUS A COLPETRAZZO († 1594), *Historia Ord. FF. Min. Cap.* (1525-1593). Liber primus: *Praecipui nascentis Ordinis eventus*. — Liber secundus: *Biographiae se-*

lectae. — Liber tertius: *Ratio vivendi Fratrum. Ministri et Vicarii Generales. Cardinales Protectores*. (Assisi, 1939-40, Romae, 1941).

Vol. V-VI, MATTHIAS A SALÒ († 1611), *Historia Capuccina*. Pars prima (Romae, 1946); Pars secunda (Ib. 1950).

Nota. Praefata volumina edita sunt in lingua originali italica cum introductione et notis in lingua latina.

ANALECTA CAP. 54 (1938) p. 12, de *Monum. Hist.* — 56 (1940) p. 191, de *vol. III.* — 57 (1941) p. 128 de *vol. IV.* — 66 (1950) p. 216, Notificatio de *Monum. Hist.* collectione.
COLLECTAN. FRANC. 11 (1941) p. 179, de *Monum. Hist.* collectione.
ITALIA FRANC. 17 (1942) p. 23-30: « *Monum. Hist. O. Cap.* ». (G. De Luca, Ilarino da Milano).

Monza (*Modoetia*) in Prov. Pedemontana. — Ab a. 1539 ad a. 1805 nostri fratres Conventum habuerunt cum ecclesia S. Martino dicata.

BULLAR. CAP., II, 445.
MONUM. HIST. O. CAP., V, 219.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, I, 178-82.

Moosburg (*Mosburgum*) in Prov. Bavarica. — Hospitium a. 1699 Fratres nostri recepeiunt; derelictum est a. 1802.

BULLAR. CAP., IV, 375.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, IV, 38.
CHRONICA BAVARICAE PROV., p. 59.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* (cfr. Ind. p. 788).

Mór (*Morra*) in Hungariae Commissariatu Prov. (Dioec. Alba Regalen.) — Conventus a. 1696 ab ant. Prov. Austro-Hungarica fundatus a. 1889 denuo aedificatus est. Ecclesia SS. Trinitati dicata curam paroecialem habet et a. 1881 funditus refecta est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 39 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 379.
SCHEMATISMUS COMM. HUNGAR. (1940) p. 9.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.
HYACINTHUS FREY A MÓR, *A Kapucinusok Mórott (1695-1945)*. Budapest, 1945, pp. 16.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 95.

Morano Calabro (*Muranum*) in Comm. Consentino. — Inde ab a. 1606 ibi Conventus exstructus est, eiusque ecclesia titulo S. Francisco Assisiensi decoratur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 41 tab. X.
BULLAR. CAP., III, 84, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 416.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 190.

Moraviae Provincia antiqua. — Orta est a. 1783 ex divisione Prov. Bohemiae, quacum a. 1827 iterum unam Provinciam efformavit sub nomine Bohemo-Moravica.

Index Conventuum veteris Prov. Moraviae: Brno (Brünn) Fulnek, Gaya, Iglau, Nikolsburg, Olmütz, Prossnitz, Trebic, Wischau, Znaim.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (cfr. « Catalogus Cap. Prov. Bohemo-Moravae, 1850, p. 19; a. 1909, p. 54).
Procopius a Nikolsburg: 1783.
Iulianus a Nikolsburg: 1785.
Ildephonsus a Wisternitz: 1815.
Theodorus a Georgenthal: 1821.

Quoad Bibliogr. etc. vide: *Bohemo-Morava Provincia*.

Morbegno (*Morbinium*) in Prov. Mediolanensi. — Conventus S. Francisci Assisien. pro nostratibus aedificatus a. 1629 supprimitur a. 1805.

BULLAR. CAP., II, 445.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 541.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 214.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, I, 381-85.

Morbinium, vide *Morbegno*

Morcone (*Murgantia*) in Prov. Fodiensi — Ad veterem ecclesiam SS. Philippi et Iacobi Apost. conventus exstruitur a. 1602-03 fuitque semper domus Novitiatus.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 19 tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 316; VIII, 264.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo*, p. 99

Morel, vide *Apollinaris (B.) a Posat*

Morelli vide *Maria Lanceata Morelli*

Mores in Sardinia. — Conventus antiquae Prov. Turritanae (*Sassari*), S. Antonio Paduano dicatus, conditus est a. 1714. Post religiosorum suppressionem a. 1866 iterum eum fratres nostri ingrediuntur a. 1938.

BULLAR. CAP., III, 328.
RAFFAELE DA S. GIUSTA, *Mores e il suo Convento dei Cappuccini. Cenno storico*. Cagliari, 1939.
VOCE SERAFICA DELLA SARDEGNA, 1938 p. 183.

Morgex (*Morgiacum*) in Prov. Pedemontana. — A Prov. Sabaudiae ibi Conventus et ecclesia titulo S. Grati a. 1626 coeptus est aedificari. Gallica eversione supprimitur et a. 1824 denuo aperitur; an. vero 1888 a Gubernio italico fratres expulsi sunt.

BULLAR. CAP., V, 142, 399.
EUGÈNE, *Nécrol. de Savoie*, p. XXII, XXVI.
JEAN, *Les Cap. en Savoie*, p. 56, 82, 147.

Morgiacum, vide *Morgex*

Morigia Paulus, superior generalis Ordinis Iesuatarum († 1604). Edidit *Historia dell'origine di tutte le Religioni...* (Venetia, 1569) in qua (cap. XLVIII) agit etiam *Della Congregatione de' Capuccini di S. Francesco*. In sua vero narratione conficienda usus est prima « Relatione historica » nostri P. Marii a Mercato Saraceno; Iosephus autem Zarlino (*vide*) novam relationem edidit de origine Capuccinorum utens narratione *Morigiana*, quae iuxta textum

originalem noviter edita est in collectione *Monumenta Historica Ord. Min. Cap.*, vol. I, pp. 479-482.

Moriondo Torinese (dioec. Taurinensis). — Monasterium monialium *Capuccinarum* fundatum est post an. 1930. In eo an. 1946 sancte obiit Soror *Maria Consolata Betrone*.

SALES LORENZO, MISS. CONS., *Il Cuore di Gesù al mondo. Da gli scritti di suor Maria Consolata Betrone, religiosa Cappuccina.* Alba, 1948. 216 pp. — Cfr. *Collectan. Franc.* 1949, p. 343.

IDEM, *Suor Consolata Betrone e il divino messaggio al mondo.* Alba 1950, 609 pp.

Moritanium, vide *Mortagne*

Morlaix (*Mons Relaxus*) in Prov. Parisiensi. — Conventus ab ant. Prov. Turoniae fundatus a. 1611 transiit ad Prov. Britanniae a. 1629 fuitque suppressus a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 18.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 339.

Mormanno (*Murimannum*) in Comm. Consentino. — Ibi fratres nostri moram duxerunt ab a. 1579 usque ad expulsionem a. 1870. Ecclesia dicata erat B. M. Virgini Angelorum.

BULLAR. CAP., III, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 415.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 190.

Mornay Ludov. Franc. Duplessis a Vannes. — Natus est a. 1663 et in nostra Prov. Parisiensi, in qua habitum seraphicum sumpserat, munera exercuit Lectoris et Definitoris. An. 1713 die 26 febr. a Clemente XI nominatur Episcopus titul. *Eumenensis*, et Coadiutor Episcopi dioecesis *Quebecensis* in Canada. Quam sedem postea ipse rexit ab a. 1727 usque ad a. 1733. Obiit a. 1741.

BULLAR. CAP., I, 153; V, 25 s.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 62 ss.
BATTANDIER, *Annuaire Pont.* 1916 p. 413.
ECHO ST. FRANÇOIS (Ottawa), 1931 p. 116 s.
REVUE HIST. DES MISS. 14 (1936) p. 436.

Morosaglia (*Morsilia*) in Corsica. — Monasterium, olim PP. Servorum B. M. Virginis, Ordini nostro cessum est a. 1864, ibique fratres manserunt ad Ordinum religiosorum suppressionem a. 1903. Ecclesia SS. Annuntiatae dicata est.

ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 189.

Morra, vide *Mór*

Morrovalle (*Murrus Vallium*) in Prov. Picena. — Per tria saecula, scilicet ab a. 1566 ad a. 1867, fratres nostri ibi habuerunt Conventum titulo S. Michaële Archang. Expulsi cum essent, privata aedificia incoluerunt; denique ad S. Dominici ecclesiam usque ad a. 1887, quo anno hunc vicum reliquerunt.

BULLAR. CAP., II, 437; IX, 402.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov. Piceni*, p. 374

Morsilia, vide *Morosaglia*

Mortagne (*Moritanium*) in Prov. Parisiensi. Primus lapis huius domus positus est a. 1619 eiusque ecclesia sub invocatione et patrocinio S. Ioseph posita est. An. 1790, tempestatis politicae causa, Conv. relinquitur.

EDOUARD D'ALENÇON, *Les Capucins de Mortagne.* Alençon 1890. (Ex « Bulletin de la Soc. hist. et arch. de l'Orne »).
ANALECTA CAP. 30 (1914) p. 126.

Morteo Iosephus a Livorno, *episc.*, Prov. Tusciae alumnus. — Natus d. 26 apr. 1831. Ordinem Capuccinorum ingreditur a. 1852. In sua Prov. Lector exstitit et Definitor. A Pio IX die 23 decem. 1872 Episcopus factus est dioec. *Massae Veternensis et Populoniae* (Massa Marittima et Populonia) de cuius regimine, fere per viginti annos, bene meritus est. Vita cessit die 21 novem. 1891.

BULLAR. CAP. X, 720.
MEMORIALE CAP. TOSCANI (1932) p. 92, 677.
L'ARRIVO E SOLENNE INGRESSO *di G. Morteo vesc. di Massa...* Massa Marittima 1873.
MORIS L. G., *Omaggio alla memoria di Mons. G. M.* — Massa Marittima 1892.
PAVOLINI FERRUCCIO, *Elogio funebre.* Livorno, 1892.
PICCIONI GIOV. *Omaggio alla memoria di Mons. G. M. — Discorso* — Massa Marittima 1923.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 149; 8 (1892) p. 128.
ECHO S. FRANC. an. 1876, p. 26-28.

Mosacum, vide *Maeseyck*

Mosburgum, vide *Moosburg*

Moscani, vide *Angela Maria Moscani.*

Moscovia, vide *Russia*

Möskirch, vide *Messkirch*

Mosman, vide *Ioannes a Landen*

Most, Brüx (*Pontum*) in Prov. Bohemo-Morava. — Conventus a. 1616 conditus; Ecclesia Assumptioni B. V. M. dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tav. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 220 s., 377.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 114.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 796.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 157.

Motril (*Firmium Jullium* seu *Axi*, *Sexi*) in Prov. Baetica seu Andalusiae. — An. 1641 ad S. Antonii Ab. sacellum fratres nostri moram statuerunt, et a. 1692 novam eidem patrono dicatam exstruxerunt ecclesiam. Conventus olim relictus (1836?) in Nosocomium postea convertitur.

BULLAR. CAP., V, 419.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 438.
AMBROSIO, *Reseña Prov. Andal.* III, 33-43.
NICOLAUS, *Notitia Baeticae Prov.* p. 33.

Motta Filocastro (*Philocastrum*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — An. 1535, relicto eremo S. Ioannis, quem per duos annos incolue-

rant, fratres nostri excitarunt Conventum cum sacello S. Mariae ad Nives, ibique ad a. 1783 manserunt.

BULLAR. CAP., III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 29.
ITALIA FRANC., 22 (1947) p. 254.

Motta Sant'Anastasia, in Prov. Messanensi. — Hospitium S. Antonii Patavini erectum an. 1906, post aliquot annos derelictum est. (*Registrum Prov. Messanen.* in Curia Generali).

Motycae, vide *Módica*

Mouard Symphorianus a Sombernon, *episc.*, Prov. Lugdunensis alumnus. — Die 22 nov. 1828 nascitur et fit religiosus Capuccinus a. 1851. Missionarius ivit in Indias Orient. an. 1859, ubi, inter alia, munere Vicarii Gener. Archiep. Agrae functus est. Die 8 aug. 1882 electus est Episcopus titul. *Cydoniensis*, et Vicarius Apost. Insularum *Seychellarum* in Africa. Post sex annos (1888) ad sedem episcopalem *Lahorensem* in Indiis Orient. translatus est ibique e vita migravit d. 14 iulii 1890. De missione Seychellarum extensam ediderat Relationem. (*Rapport... sur le Vicariat Ap. des Iles Seychelles*. Chambéry, 1883).

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, IX (cf. Ind. p. 606 sub v. *Sinforiano*); X, 236, 265-74.
IDEM, *Manuale hist.*, p. 500 Index.
EUGÈNE, *Nécrol. de Savoie*, p. 315.
STREIT, *Bibl. Mission.* VIII (cf. Ind. p. 962).
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 96; 6 (1890) pag. 288, 319.

Moulins, Allier (*Molinae*, *Molinum*) in Prov. Lugdunensi. — Ab a. 1601 usque ad gallicam subversionem (1790) Ordo noster in hoc vico domum habuit.

BULLAR. CAP., V, 398.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 46.

Moulins-les-Metz, in Prov. Strasburgensi (Alsatia). — An. 1929 ibi Conventus erigitur, eodemque tempore cura Domus dioecesanae pro Exercitiis spiritualibus, vulgo « *Ermitage Saint-Jean* », notris fratribus committitur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 40 tab. XIII.
CATALOGUS II COMMISS. ALSATIAE, 1933, p. 30.
ANALECTA CAP., 45 (1929) p. 36.
L'ECHO DE L'ERMITAGE ST. JEAN. — *Moulins-les-Metz*. (Periodicum coeptum a. 1925, et ab a. 1929 a Capuccinis directum).

Mount-Abu, in dioec. seu missione *Aimerensi* (Ajmer) in Indiis Orient. Prov. Parisiensi concredita. — Domus religiosa ibi canonice erecta est vi decreti S. Congr. de Prop. Fide dati die 21 iunii 1933.

ANALECTA CAP. 50 (1934) p. 65.

Mount Calvary, Wisconsin, in Prov. Calvariensi (Status Foeder. Amer. sept.) — Hic est *primus* Ordinis nostri in Americae regionibus *Conventus regularis*; fuit aedificatus a. 1857 cum ecclesia S. Crucis. Paucis annis post et magnum *Collegium* S. Laurentii Brundusini pro iuvenibus ad clerum saecularem vel ad Ordinem nostrum adspirantibus exstructum est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 17 tab. 20-21.
BULLAR. CAP., X, 541.
BITTLE, *A Romance...* (cf. Ind. p. 598, 599.)
GEDENKBLÄTTER *zum Goldenen Jubiläum der St. Joseph Gemeinde*. St. Joseph, Wis. 1921.
GOLDENES JUBILÄUMSBUCH *für die Gemeinde v. St. Cloud*. — St. Cloud, Wis. 1920.
SOUVENIR — *Historical Sketch of Holy Cross Congreg.* 1849-1927. (Mt.Calvary, 1927).
CORBINIAN VIERACKER, O. Cap. - *The Laurentianum. Its origin and work* (1864-1924). Mt. Calvary, 1924.
IDEM — *Geschichte von Mount-Calvary... der Kapuzinerväter*. Milwaukee, 1907.
PAULUS REICHERTZ, O. Cap. - *Gedenkblätter über die Verschönerung der Hl. Kreuzkirche zu M. C. unter Leitung d. Kapuz.* Sheboygan, 1920.
THEODORE ROEMER (of Appleton)), *The Alumni, St. Lawrence College (1860-1946)*. Mt. Calvary, Wis. 1946.
ALUMNI NEWS. Mount Calvary, 1948 ss.
ANALECTA CAP. 20 (1904) p. 148; 23 (1907) p. 167-69.
SAINT LAWRENCE COLLEGE (Relatio annua). Mt. Calv. 1886 ss.
SERAPHIC CHRONICLE, a. 1918, p. 189, 197.
THE TOWER — *A Bulletin of the St. Lawrence College* — Mt. Calvary, 1924 ss.

Moûtiers (*Munsterium*) in Prov. Sabaudiae. — Coenobium anno 1612 conditum et S. Francisco Assisien. dicatum supprimitur a. 1790: postea in parvum Seminarium dioec. Tarantasiensis (Tarentaise) conversum est.

BULLAR. CAP., V, 399.
EUGÈNE, *Nécrol. de Savoie*, p. XVIII.
BRUNET (chanoine) — *Le Clos des Capucins et le petit Séminaire de M.* — Moutiers, 1890

Mouzon (*Mozonium*) in Prov. Parisiensi. — Domus ab ant. Prov. Lotharingiae excitata a. 1618, clausa est tempore gallicae eversionis a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 404.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 162.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 200.
ARMEL, *Capucins de Metz* (cf. Ind. p. 204).

Moyses ab Orléans, Prov. Lugdunensis Definitor ac Theologiae Lector. — Familia *Alleaume* natus est a. 1839 et Ordini nostro se adscripsit a. 1861. Sacrae praedicationi magno labore ac fructu incubuit, et ceu *Procurator temporalis* nostrarum Missionum eas impense fovit (vide sub v. *Procura Missionum* in Gallia). Post actuosam vitam mortuus est Lugduni die 18 ianuarii 1918.

THÉOTIME, *Les Capuc. de Lyon*, p. 133 ss.
ANALECTA CAP. 34 (1918)p. 158, necrol.

PETIT MESSAGER DE ST. FR., a. 1918, p. 206, 246.

Mozambico in Africa, vide *Quelimane*

Mozart Wolfgangus, musicus insignis (1756-1791). — Familiarem coluit amicitiam cum Fratribus Capuccinis conventus Salisburgensis (Salzburg) vulgo *Kapuzinerberg* nuncupati, cuius in hortum libenti animo se recipiebat, permulcenti illa sua tibia, quam « *Zauberflöte* » vocabant, modos suos celebres formando vel canendo. Ipse quoque Mozart auctor communiter habitus est pernoti cantus « Venerabilis barba Capuccinorum »; ast nunc videtur hic potius tribuendus esse musico Joanni Iosepho Fux de Hirtenfeld in Styria († 1741), qui modos istos composuit an. circ. 1705.

ASSISI-GLÖCKLEIN (Mainz), IX, 1927, p. 5: *Das Neuste vom « Venerabilis barba capuccinorum »* (P. Cunibertus, O .Cap.).

Mozonium, vide *Mouzon*

Muccia in prov. Picena. — Hospitium pro religiosis itinerantibus etc. ibi olim exstitit, a. 1636 fundatum.

BULLAR. CAP., II, 197, 438.

Mugello in Tuscia,
vide *Borgo S. Lorenzo*

Mühldorf (*Milldorffium*) in Prov. Bavarica. — Fratres Prov. Tirolensis Hospitium ibi acceperunt a. 1639 et paulo post Conventum exstruxerunt. An. 1783, Conv. aggregatur novae Custodiae Salisburgensi; anno vero 1803, oppidum Mühldorf Bavaris subiectum cum esset, illico Conv. supprimitur atque tentamina illum recuperandi vana fuerunt.

BULLAR. CAP., IV, 372; IX, 168.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 145, 156, 594.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.* (cf. Ind.)
ADOLF STEIDL, O. Cap., *Gesch. d. Kapuz. im Erzbisthume Salzburg* (1893), p. 56-59.

Mühlen in Helvetia, vide *Molins*.

Mulligan Silvester a Tasson, *archiep.*, alumnus Prov. Hiberniae. Die 12 martii 1875 natus est, Ordini Capuccinorum se adscripsit a. 1892 atque sacerdos fit a. 1901. Laurea S. Theologiae in Universitate Lovaniensi potitus, munera praedicatoris, Lectoris, Definitoris atque Ministri in sua Provincia obivit. In Capitulis vero Gener. a. 1926 et a. 1932 celebratis, Definitor iterum atque iterum electus est. Pius XI, die 13 aprilis 1937, novae Archidioecesi *Dehli et Simla* in Indiis Orient., P. Silvestrum praefecit. Cum autem ob infirmam valetudinem hanc Sedem abdicasset, Pius XII die 24 aug. 1950 ad Sedem titularem *Cyrrhensem* eum transtulit. In Hiberniam profectus, obiit Dublini die 23 oct. eiusdem anni 1950.

FELICE, *Tavole dei Capit. Gen.* p. 327, 332.
ANALECTA CAP. 42 (1926) p. 189. — 48 (1932) p. 134 (Defin. Gen.). — 53 (1937) p. 112 (Archiep.); 66 (1950) 141 (Translatio), 166 (Nuntius mortis).
COLLECTANEA PUNJABENSIA (Lahore), 1950, p. 276-278, *In memoriam*.
FATHER MATHEW RECORD, 1950 dec. p. 12-16.

Mullingar (*Molingaria*) in Hiberniae Prov. — Prior domus religiosa aedificata a. 1633, ab Haereticis comburitur a. 1642; quattuor post annos altera exstructa paulo post in eandem sortem incidit.

BULLAR. CAP., V, 412.
ANGELUS, *The Irish Capuchins*, p. 85.

München (*Monachium*) in Prov. Bavarica. — Conventus a fratribus Prov. Venetae a. 1600 excitatus et a. 1605 Prov. Tirolensi adnexus, nunc derelictus iacet. — An. 1847 fratribus Bavaricae Prov. traditum est Hospitium apud veterem Cappellam B. M. Virg. Dolorosae, quod quidem Hospit. post aliquot annos in Conventum convertitur et nova ecclesia dicata est S. Antonio Patavino. — An. 1897 alterum Hospitium Fratres acceperunt quod a. 1909 in Conventum mutatur, et ecclesia S. Ioseph dicata ex a. 1913 Paroecia facta est.

BULLAR. CAP. IV, 153, 374; X, 346.
CHRONICA BAVAR. PROV. p. 155-84, 270.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kapuz.* (cf. Ind. p. 788).
ANGELIKUS EBERL., *Geschichte d. Kapuzinerklosters in M. von 1847 bis 1897*. München, 1897.
ANKENBRAND STEPHAN — *St. Joseph in M. - Geschichte u. Führer*. Ib. 1932.
Bericht über die Seraph. Erzbruderschaft vom Gürtel des hl. Franz. i. d. Kirche d. Kapuz. in M. 1876. München, s. a.
Confrérie de N.-D. Auxiliatrice, erigée à Münich par un Capucin. Poitiers 1744.
FORSTER J. M. — *Andenken an die Consecration d. St. Anton-Kapuziner Kirche*. München 1895, pp. 14.
IDEM, *Zum 50 jähr. Jubiläum der Schmerzhaften Kapelle in M.* — München 1897,
SCHNELL HUGO, *Stadtpfarrkirche St. Anton, München*. Ib. 1939.
ALTÖTTINGER FRANZ. BLATT. a. 1900, p. 11-13.
ANALECTA CAP. 14 (1898) p. 80-83: *De Conv. Jubilaeo* 50. — 38 (1922) p. 76, *Novitiatus*.
PROVINZBOTE (Bayern), 1948 p. 98-101 Bened. der Notkirche St. Jos.; 1950 p. 95-97, Einweihung des Klost. St. Jos.

München-Gladbach (*Gladbacum*) in Prov. Rhenano-Westfalica (Dioec. Aquisgranensis). — Conventus S. Ioseph sacer, et a. 1655 fundatus, stetit usque ad suppressionem Ordinum Religiosorum a. 1802.

BULLAR. CAP., IV, 383.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 167, 414.
CLEMEN P., *Die Kunstdenkmäler des Städte... Gladbach...* (1893) p. 43, 45.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* p. 17, 20, 28, 87.
ANALECTA CAP. 16 (1900) p. 318.

Münchengrätz vide *Mnichovo Hradiště*

Mundana Caesariana,
vide *Jerez de la Frontera*

Munjor Kansas, in Prov. Pennsylvanica (Status Foeder. Amer.) — Hospitium nostratibus conditum est a. 1902, eiusque ecclesia, S. Francisco Assisien. dicata, munere paroeciali fungitur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 30 tab. 20-21.
CATALOGUS PROV. PENNSYLV. (1932) p. 56.

Münst Nilus ab Uttenweiler, *episc.*, antiquae Prov. Austriae Anterioris et Sueviae alumnus. — Natus a. 1745, Ordinem Capuccinorum ingreditur a. 1765. Doctrina et apostolico zelo cum iam excelleret, in Italiam venit, Theologiam docet in Regia Academia Neapolitana, eumque Regina Siciliae a confessionibus adsumit et Pius VII a. 1802 Episcopum titul. *Myndensem* nominavit. Obiit Panormi die 29 nov. 1812, in Siciliam dum regiam domum comitatur.

BULLAR. CAP., IX, 373.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 149 ss.
BATTANDIER, *Annuaire Pontif.* 1916 p. 450.
JO. BAPT. BAUR, O. CAP., *Beiträge zur Chronik der Vorderösterreichischen Kapuz.-Prov.*, in « Freiburger Diözesan-Archiv », t. XVIII, 210 s.

Münster (*Monasterium*) in Helvetia, Missionis *Raetiae* districtus. — Anno circ. 1630, Fratres Capuccini Prov. Brixiensis (Brescia) hunc locum intrarunt ut fideles ab haeresis labe tuerentur, ibique Hospitium et ecclesiam aedificarunt a. 1709-1711. Illis abeuntibus, Fratres Prov. Tirolensis eumdem in locum ingressi sunt a. 1747; anno vero 1948 hospitium et ecclesia paroecialis commissa est fratribus prov. Brixinensis (Bressanone).

BULLAR. CAP., IV, 372; VIII, 157, 336.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35, tab. XVII.
CLEM. DA BRESCIA, *Storia Miss. Rezia* (Ind.).
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I (cfr. Indice p. 445).
ALBUIN THALER, O. CAP., *Geschichte des Bündnerischen Münstertales*. S. Maurice, 1931.
IDEM, *Die Gnadenmutter U. L. Frau von St. Maria. Festschrift...* 1838-1938. 4. Aufl. St. Margrethen, 1938. (cf. Collectan. Franc. *Bibliographia Franc.* an. 1938-39, p. 637* n. 3284).
BÜRGLER, *Franz. Orden i. d. Schweiz*, p. 132.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.* II, (Ind.).
JAHRHUNDERTFEIER *der Uebertragung des Gnadenbildes v. S. Maria nach M.* — Münster 1938.
ANALECTA CAP., 64 (1948) p. 141.

Münster i. Westf. (*Monasterium*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — An. 1615 fratres Capuccini Prov. Coloniensis hanc urbem ingressi sunt et a. 1619 Conventus fundamenta posita sunt. Ecclesia, olim S. Annae dicata, noviter exstructa est a. 1725 in honorem B. Mariae Virginis. Expulsi nostri sodales a. 1811, novus excitatur Conventus extra urbem a. 1857, cuius ecclesia Immaculatae Conceptioni B. M. Virginis dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. XV.
BULLAR. CAP., IV, 383; X, 626, 627.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* (cfr. Ind.).
RENSING TH., *Zur Kunstgesch. d. Kapuzinerkirche i. Münster* (in: « Westfalen » XX, 1935, p. 200 sq.).
EBERHARD MOSSMAIER, O. CAP., *Beiträge zur Gesch. d. ehemaligen Kapuzinerklosters zu Münster i W.* — Paderborn 1937 (cfr. « Collectan. Franc. » 1939, p. 108).
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 476 Ind.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 345: *P. Marcus ab Aviano in M.* a. 1681 — 16 (1900). p. 252 s. (de antiquo Conv.) — 36 (1920) p. 129 (Novitiatus).
ASSISI-GLÖCKLEIN, a. 1936, p. 117 s. (Notitiae). — a. 1938, p. 19-26: *Die Kapuziner als Pönitentiare am Dom zu Münster* (1867 ss.).

Munsterbilsen, prope Maastricht, in Hollandiae Prov. — An. 1779 a Patribus Carmelitis nostrae antiquae Prov. Flandro-Belgicae monasterium « Vallis S. Annae » nuncupatum venditum est: ex eo autem fratres eiecti sunt a. 1796.

BULLAR. CAP., IX, 166.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, V, 446-58
LEYNEN G. — *Het Klooster der Capuc. te Munsterbilsen* (in: « Limburg » t. XVI, 1934-35, p. 25, 34, 46, 164). cfr. *Etudes Franc.* 48 (1936) p. 106 n. 48.

Münstereifel (*Monasterium Eifliae*) in Prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus quem fratres Prov. Coloniensis a. 1625 excitaverant, cum ecclesia B. M. V. Annuntiatae dicata, abrogatus est vi decreti napoleonici a. 1802.

BULLAR. CAP., IV, 383.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* (cfr. Ind.).
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 476 Ind.
SCHORN K., *Eifflia sacra*, II, 215-16.
KATZFEY, *Gesch. v. Münstereifel*, I, 211 sq. (Köln 1854).
ANALECTA CAP., 16 (1900) p. 255.

Munsterium, vide *Moûtiers*

Mura, vide *Mure (La)*

Muraepons, vide *Bruck an der Mur*

Muranum, vide *Morano Cálabro*

Murau (*Muravium*) in Prov. Viennensi in Austria. — Ibi exstat Conventus cum ecclesia SS. Trinitati dicata, quem antiqua Prov. Styriaca fundaverat a. 1645.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 39 tab. 18.
BULLAR. CAP., IV, 381.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 654.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 23-90.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 546.
« FRANZISKUS » (Linz) 5 (1930-31) p. 172-74.

Muravium, vide *Murau*

Murcia in Prov. Valentina (Hispania). — Prior Conventus, titulo S. Antonio Patavino, aedificatus est a. 1616. Illo relicto, ob frequentes *Segura* fluminis inundationes, decennio post alter exstruitur in vico S. Benedicti. A Gubernio civili clausus est a. 1835 ac postea igni traditur. Demum an. 1949 reassumptus est vetus conventus S. Antonii Patavini.

BULLAR. CAP., V, 415.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 107 (de Peste a. 1648)
ESTADISTICA PROV. DE VALENCIA (1901) p. 13.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 154.

— Moniales Clarissae, vulgo *Capuccinae*, ibi exstant ab a. 1645 in monasterio a SS. Sacramento nuncupato. Inter moniales illustres huius monasterii recensetur Angela Maria Astorch, de qua agitur suo proprio loco.

BULLAR. CAP., V, 415.
CONSPECTUS TRIUM ORD. (1929) p. 219.
TORRADEFLOT, *Crónicas Capuchinas*, II, p. VI.
ZEVALLOS LUIS IGNACIO, S. J., *Chrónica del Conv. de Madres Capuchinas de Murcia*. Madrid 1736.
COLLECTAN. FRANC. 9 (1939) p. 483 n. 49 (de Matre Ursula Michaëla Morata, quae obiit Alicante a. 1703).

Mure (*La*), *Mura* in Prov. Sabaudiae. — Hospitium, olim pertinens ad fratres provinciae Lugdunensis, fundatum est a. 1649 (iuxta *Bullar. Ord.*), ac cessavit tempore gallicae perturbationis (1791).

BULLAR. CAP., V, 399.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) pag. 48, 143.
LAGIER A., *Les Capucins à Grenoble... La Mure*. Grenoble 1917, pp. 67.

Mureck (*Mureggium*) in Prov. Viennensi in Austria. — Ab antiqua Prov. Styriaca a. 1667 coenobium exstruebatur cum ecclesia B. M. Virgini Immaculatae dicata: suppressum est iam ab a. 1788.

BULLAR. CAP., IV, 277, 381.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 124.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 25, 68
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 546.

Mureggium, vide *Mureck*

Murgantia, vide *Morcone*

Murillo Stephanus, insignis pictor hispanus (1617 † 1682). — Capuccini Fratres sibi gloriae tribuunt cum eo peculiares amicitiae relationes habuisse benigneque eidem efficaci auxilio fuisse in gravioribus adiunctis ipsius vitae. Etenim post uxoris mortem clarissimi artificis (1664), ipse hospitium, pacem et solamen invenit apud Capuccinos Hispalenses (*Sevilla*). Propriam tunc officinam in conventuali bibliotheca instituit ibique multas tabulas pinxit pro altaribus Capuccinorum ecclesiae, quas inter *Immaculatam Conceptionem, S. Franciscum, S. Antonium a Padua, S. Ioseph, S. Felicem a Cantalice.*

In coenobio Hispalensi summus artifex fere vitam communem cum fratribus ducebat et continuo recreabatur praesentia atque auxilio fratris laici Andreae a Sevilla. Anno 1680 pictor, benigne annuens desiderio Religiosorum se transtulit in conventum Gadicensem (*Cádiz*) ubi plures menses transegit tabulas pingendo pro ecclesia et conventu quas inter *S. Catharinam, S. Ioseph, S. Franciscum, S. Michaelem Archangelum.*

Quadam die, dum tabulam super altare maius disponebat e tabulario decidit et graviter vulneratus fuit. Translatus in pristinum coenobium Hispalensem, iuxta ipsius votum, ibidem cessit e vita die 3 apr. 1682. Disputatur utrum Regulam III Ordinis franciscalis professus fuerit, probabilius videtur eum habitum poenitentiae recepisse an. 1662 in coenobio Hispalensi.

BRACALONI LEONE, O.F.M., — *L'Arte francescana* (1924) p. 304, 325.
VANDALLE M., *St. François et ses interprètes dans l'Art* (Paris 1927) p. 136 — (Idem, in « *La France Franc.* » a. 1927, p. 458).
AMBROSIO DE VALENCINA, *Reseña histórica de la Prov. de Andalucía*, IV, 89-167.
IDEM, *Murillo y los Capuchinos. Estudio histórico*. Sevilla 1908. — (cfr. « Etudes franc. » t. 20, 1908, p. 220).
ETUDES FRANC. t. 42, 1930, p. 241-42.
FRANC. LEVEN, 13 (1930) p. 33-36: *Een vorstelijk geschenk* (P. Clarentius) — De pictura M., quae in nostro Conv. Versaliensi asservatur.
THE FRANC. ANNALS (London) 52 (1928) p. 8-12: *Murillo and the Capuchins*.
VIDA TERCIARIO-FRANC. FF. MIN. (Madrid) an. 1925, p. 133 (*Murillo terciario franciscano*)

Murimannum, vide *Mormanno*

Muro Lucano (*Murus*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Conventus exordium sumpsit a. 1583, vel paullo post, eiusque ecclesia Nativitati B. M. Virginis dicata est. Ex eo fratres eiecti sunt a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 53, 310.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 556-66.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 251 (Status Conv. a. 1650).

Muro Lucano (*dioecesis*). Haec *Murana D.* ab a. 1859 usque ad a. 1872 gubernata est a nostro episcopo Francisco Xaverio D'AMBROSIO a S. Erasmo.

Murrus Vallium, vide *Morrovalle*

Musel (Mussel), vide *Leonardus a Tournai*.

Museum Franciscanum O. Min Cap. (Assisi). Huius musei institutio debetur P. Ludovico Antonio a Porrentruy, prov. Lugdunensis alumno, qui an. 1882 opera quamplurima affa-

bre confecta seraphicum Patriarcham spectantia *Massiliae* colligere coepit ad illustrandam Vitam S. Francisci an. 1884 Parisiis apud bibliopolam Plon-Nourrit diligentissime atque elegantissime editam.

Editione feliciter peracta P. Ludovicus Ant. artisticas cuiuscumque generis collectiones *S. Franciscum* vel eius *Ordines* respicientes prosequutus est brevique tempore tam multa opera collegit ut specialis aedes apud coenobium Massiliense (*Marseille*) exstrueretur in qua ordinate perpulchra obiecta possent omnia collocari. Originalis instituti iam an. 1889 historiographus Michael Faloci Pulignani memoriam fecit in « *Miscellanea Franciscana* » et post ipsum plures Galliae ephemerides. Eodem anno 1889 Min. Gen. Ordinis Bernardus ab Andermatt, maximo perspecto momento ingentis thesaurorum collectionis, P. Ludovicum Ant. laudibus prosequebatur simulque certiorem reddebat de sua omnimoda protectione; Leo autem XIII brevi *Minime nos* die 20 sept. 1895 sua quoque auctoritate pontificia museum fulciebat.

Decreta anno 1901 iniqua lege de Associationibus, ne museum penitus interiret, P. Ludovicus Antonius, in definitorem generalem electus (1896-1908), suo coadiutori P. Leoni a Lugduno iussit ut paulatim omnia pretiosiora obiecta *Romam* mitteret. Anno itaque 1902 omnia quae salvari potuerunt missa sunt apud Curiam Generalitiam ubi an. 1912 ordinatam dispositionem obtinuerunt.

Anno vero 1928 Minister Gen. Melchior a Benisa museum transferre iussit *Assisium* iuxta novum Collegium S. Laurentii a Brundusio et ipsemet P. Minister Generalis cum suo Definitorio die 29 novembris eiusdem anni coram selectis invitatis sollemniter inauguravit, allocutionem proferente P. Fredegando ab Anversa, Archivista Gen. Ordinis.

Museum, diligenter dispositum a P. Exuperio a Marseille, continet ultra 20.000 *obiecta franciscana* affabre confecta, sculpta vel picta, lignea, argentea, aenea, ferrea, eburnea, marmorea, membranacea, cerea etc. Dispositio ordinem quendam logicum sequitur: aula *Sancti Francisci, S. Antonii, vitae franciscano-eucharisticae, devotionis erga SS. Cor Iesu et Immaculatam Conceptionem, Sanctorum Ordinum Franciscalium, vitae conventualis, industriae Capuccinorum* etc. — Collecta quoque inveniuntur complura *sigilla, reproductiones, numismata, vasa pharmacopolea* etc. Adest etiam aula specialis *artis modernae*; alia item aula de *re missionaria*, in qua, inter alia, prostant obiecta missionis *Tibetanae*, res minio pictae, cereae imagines, idola, aliaque rariora et curiosa respicientia consuetudines indigenarum etc.

Museo tandem adnexa est copiosissima et maximi momenti *collectio delineationum, incisionum* etc. loca et personas franciscales respicientium, vel quocumque modo Ordines Franciscanos.

Bibliographia

ESUPERIO DA MARSIGLIA, *Il Museo francescano di Assisi*. In periodico « ECCLESIA » (Roma), IX, 1950, p. 514-518 cum figuris.

FREDEGANDO DA ANVERSA, *Il Museo francescano dei FF. Min. Cappuccini in Assisi Discorso inaugurale*. Roma 1929. pp. 26 (ex *Analecta O. Cap.* vol. 45).

PICCOLA GUIDA *del Museo francescano*. Roma Curia Gener. Ord. Capucc., 1920.

THÉOTIME DE ST. JUST, *Les Capucins de Lyon* (1942) p. 250 s. (De Museo franc. in nostro Conv. Massiliensi).

LES AMIS DE ST. FRANÇOIS (Paris), a. 1937, p. 131-133. — a. 1938, p. 15-19, 67-70, *Le Musée franciscain d'Assise*. (E. Schneider), cfr. *Collectan. franc.* 1941, p. 694 n. 125.

ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 3-4, Leo XIII, praemissis encomiis, providet ne quicquam auferri possit de Museo franc. Massiliense. — 35 (1919) p. 80. — 36 (1920) p. 131-135, Inauguratio Musei franc. Romae. — 45 (1929) p. 9-19, Inauguratio Musei franc. Assisiensis.

COLLECTAN. FRANC. 11 (1941) p. 180, Notitiae de Museo Assisiense.

FRANC. LEVEN, 18 (1935) p. 422 s., *Zegels uit het franc. Museum te Assisi.* (cfr. *Collect. Franc.* 1939 p. 298 n. 171).

REVUE HIST. FRANC. I (1924) p. 432-436, *Le Musée franc. de Marseille* (E. Isnard).

REVUE DE MARSEILLE ET DE PROVINCE, 37 an. (1891) p. 361-368, *Le Musée franc. de Marseille.*

Musica et Cantus. — In antiquis legislationis Capuccinorum fontibus de cantu in sacris functionibus adhibendo vel de instrumentis musicis, scilicet *organo* et *harmonio* nulla mentio habetur. Iam ex hoc intelligere possumus musicam prorsus exsulasse a vivendi ratione Capuccinorum. Verum ita revera fuisse recentiori legislatione abunde confirmatur. Etenim die 30 iulii 1841 superiores Ordinis *organon* in ecclesiis nostris habere vel retinere minime licere declararunt; Minister Generalis Venantius a Taurino, litteris datis statim post Capitulum Generale an. 1847, reprobat in nostris ecclesiis *cantum* quemlibet musicalem et instrumentalem; die tamen 25 maii 1859 permittitur sodalibus coenobii Genuensis missam canere S. Laurentii a Brundusio et die 17 dec. 1852 Definitorium Gen. declaravit tolerari posse *organa* ubi iam introducta moderato vero eorum usu reductoque ad solemnitates maioris ritus; auferenda ubi usus non esset tam antiquus et confirmatus; minime autem nova introduci posse. Capitulum Gen. an. 1884 ulterius processit permittendo *organa* et *harmonia* in ecclesiis paroecialibus et in illis pro quibus obtenta esset specialis licentia ob peculiares rationes. Cum in aliquibus locis hac facultate abuti videretur, Minister Gen. Pacificus a Seggiano die 18 iunii

1912 iussit ut organi et harmonii usus limitaretur iuxta praescriptum Capit. Gener. an. 1884.

Ab hac aetate semper latius favens consuetudo introducitur. *Organi* quidem usus limitatus permanet, sed *harmonium* et *cantus* ubique admittuntur. Novissimae Constitutiones non tantum introductam cantus consuetudinem admittunt, sed exigunt ut in cursu theologico lectiones quoque tradantur *cantus ecclesiastici* (n. 186) et Ordinationes generales an. 1928 (n. 61) functiones sacras persolvere cum cantu permittunt, potissimum adhibito *cantu gregoriano*. Missam et officium ordinarie adhuc persolvenda esse statuunt sine cantu; in solemnitatibus vero tum Ecclesiae universalis cum Ordinis nostri *missam conventualem* et *vesperas* canere adhortatur, praesertim in locis studiorum, in quibus saepius etiam hoc faciendum suadetur. Item praescribunt ut in omnibus Ordinis ecclesiis, ubi sufficiens adest clerus, functiones Purificationis B. M. V., feriae IV Cinerum, Dominicae Palmarum et tridui sacri maioris hebdomadae peragantur etiam quoad *cantum* iuxta missale romanum. In parvis locis *cantus gregorianus* adhibendus est saltem in expositione et benedictione SS. Sacramenti.

Ad normam horum statutorum demum praescribitur (n. 258) ut in seminariis seraphicis in domo novitiatus et studiorum iuvenes in *cantu ecclesiastico* erudiantur. *Organum* et *harmonium* (n. 142) haberi possunt in ecclesiis paroecialibus et in illis pro quibus, ratione speciali loci vel circumstantiarum, debita licentia obtenta fuerit; nova vero non licet introducere nisi obtenta prius licentia Ministri Generalis.

BULLAR. CAP., X, 98, 179, cf. Ind. p. 794.
MELCHIOR, *Historia Cap.*, vol. II, 417.
ANALECTA CAP. 42 (1926) p. 154-59: *De vulgato Ord. Cap. Graduali et Antiphonali libro.* — 49 (1933) p. 52, 151, 185, 208, 236, 260, 294: *De divinae Psalmodiae regulis etc.* (Octavius ab Angers).

I. *Musicae cultores antiqui*

Quamvis in praeterito cantus a Capuccinorum ecclesiis penitus exsularet, non tamen defuere inter nostrates praeclari *musicae cultores*. Inter eos adnumerantur:

FRANCISCUS BORJAS (*Fleishmann*) A BOGEN prov. Bavaricae († 1868); organi pulsator et modulator (*vide* sub eius nomine).

IUSTINUS A SALZBURG, prov. Tirolensis († 1653), qui antequam Capuccinis nomen daret (1630), admodum in arte musica profecerat sub nomine *Bartholomaei Unterwieser.*

LAURENTIUS (*Martin*) A SCHNÜFFIS, prov. Austriae Anterioris († 1702), qui musicae arti iam addictus ad nos convolavit an. 1665 (*vide* sub eius nomine).

LEONARDUS (*Musel* seu *Mussele*) A TOURNAI, prov. Belgicae († ante an. 1652); opus edidit sub hoc titulo: *P. Leonardi Nervii Ord. Cap. Cantiones sacrae* una cum *Litaniis B. M. Virginis, Hymno* Venerabilis Sacramenti, et *Te Deum laudamus*, octo vocum, cum *Basso Continuo* ad Organum, ante hac nunquam edita. *Cantus I. Chori.* — Antverpiae, typ. P. Phalesii ad insigne *Davidis Regis* M.D.CXXIII 1623). Vide ulteriores notitias sub v. *Leonardus a Tournai.*

THEOBALDUS A KONSTANZ, prov. Austriae Anterioris († 1723); edidit poëmata Mariana *modis musicis* ornata, (*vide* sub eius nomine)

TIBURTIUS A BRUXELLES, prov. Flandro-Belgicae, vest. an. 1625; edidit: *Litaniae seraphicae B. M. Virginis*, tribus... et octo vocibus cantandae, (*vide* sub eius nomine).

II. *Musicae cultores moderni*

AEGIDIUS A STENEN (*Kündig*), prov. Helveticae († 1932), inventor instrumenti musici ab eius nomine *Aegideon* nuncupati (Cfr. « Sankt Fidelis » XXVII, 1940 p. 149-150).

HENRICUS A MARSEILLE, prov. Lugdunensis, qui anno iubilaei Mariani 1904 Romam misit laudatum *Oratorio* in honorem Immaculatae Conc. B.M.V.

IOSAPHAT (*Sparber*) A STILFES, prov. Brixinensis († 1936); edidit carmina *modis musicis* ornata, (*vide* sub eius nomine).

IOSEPHUS A BRA, prov. Pedemontanae, plurimas compositiones sacras vulgavit Romae et alibi an. 1926 ss.

IOSEPHUS ANT. (*Donostia*) A S. SEBASTIAN, prov. Navarrae; magnum nomen sibi comparavit praesertim circa musicam popularem vascam. Edidit: *Concionero Vasco* (1921); *De música popular Vasca* (Conferencia 1918); *Como canta el Vasco* (Conferencia 1921); *Notas de musicologia Vasca del siglo XVIII* (1923) etc.

NICOLAUS A TOLOSA, alumnus prov. Catalauniae († 1923); praeter plures compositiones studium vulgavit *La música en la liturgia*, in « Estudios Francisc. » 24, 1920, p. 354-66.

SATURNINUS A LEGARDA, prov. Navarrae, vulgavit *Lyra sacra* (Buenos Aires 1928) atque plures Cantus, Missas, etc.

Musinia, vide *Bevagna*

Musocco (Coemeterium), vide *Milano*.

Mussel (Musel), vide *Leonardus a Tournai*

Mussenhausen (*Mussenhusium*), prope Mindelheim, in Prov. Bavarica. — Ex an. 1858 ibi exstat Hospitium cum ecclesia dicata B. M. Virgini de Monte Carmelo.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14 tab. XV.
CHRONICA BAVARICAE PROV., p. 190.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 207, 588, 762.
[JOSEPHUS M. VON RIEDEN] *Kurze Gesch. u. Beschreibung der Wallfahrt Mussenhausen zu unserer lieben Frau vom Berge Karmel.* Augsburg 1866 pp. 26.

Mussini Paulus (Augustus) pictor egregius. — Die 8 ianuarii 1870 in urbe *Reggio Emi-*

lia ortus est. Iam clarum in arte nomen sibi acquisierat, cum pacis ac solitudinis causa in Conventu FF. Capuccinorum Asculano (*Ascoli Piceno*) se secessit, ibique die 25 ianuarii 1904 habitum III Ord. Franciscalis suscepit. Nostras praesertim Ecclesias (*Ascoli Piceno, Ancona, Iesi, Faenza* etc.) operibus suis illustravit. Provincia Picena relicta, varias intra vel extra Italiam peragravit urbes. Morbo epidemico correptus, Romae obiit 3 nov. 1918.

GIUS. DA FERMO, *Scrittori delle Marche*, pag. 119 (notitia biographica tantum).
EMIDIO D'ASCOLI, *La vita e l'arte di Frate Paolo Augusto M.* con 56 illustr. Reggio Emilia, 1926.
ATTI UFFIC. PROV. PICENA, 1942-43, fascic. 5 p. 126, *Commemorazione di fra P. Mussini.*
GRASSELLI GIUS., *Il pittore A. Mussini a Camaldoli.* Reggio Emilia 1941.
ONORI FRANC., *Mussini.* Ascoli Pic. 1919.
ARTE CRISTIANA (Milano) IV, 1916, p. 56.
ECO S. FRANC., a. 1904, p. 75, 107.
ITALIA FRANC. 1 (1926) p. 172-75: *la vita di Fr. P. A. Mussini;* 4 (1929) p. 186-90: *Fr. P. di S. Franc.*

Mussipons, vide *Pont-à-Mousson*

Mussoorie, in Indiis Orient. — Una ex praecipuis Stationibus Missionis *Agrae*, fratribus Prov. Tusciae concreditae. Anno 1880 Conventus ibi aedificatus est cum ecclesia S. Francisco Ass. dicata, fuitque per breve tempus locus Novitiatus.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, IX, 615 Ind.
ANALECTA CAP. 2 (1886) 154. — 48 (1932) 179.

Mutilum, vide *Modigliana*

Mutina, vide *Modena*

Mutinensis archidioec., vide *Modena*

Myndensis *sedes titularis episcopalis.* — Noster sodalis Nilus MÜNST ab Uttenweiler illo titulo adornatus est ab a. 1802 usque ad a. 1812 quo obiit.

Myrtum, vide *Mirto*

Mystica — Quoad Scriptores Ord. Capuccinorum, qui de re mystica generaliter scripserunt, vide sub v. *Ascetica-Mystica;* quod vero Mysticam franciscanam proprie spectat, vide sub voce *Spiritualitas franciscana.*



Murillo Stephanus, pictor eximius (1617 † 1682), singulari familiaritate cum Capuccinis coniunctus erat.
In conventu Hispalensi (*Sevilla*) fratres obstupescunt ante miram imaginem B. M. V. a Murillo in mappula depictam, quam « *de la Servilleta* » vocant.

N

Naab I., vide *Ingbertus a Dahn*

Naccaria A., vide *Antonius a Penne*

Näfels (*Navelium*) in Prov. Helvetica. — Huius Conventus aedificationem fratres nostri obtinuerunt a. 1674, eiusque ecclesia in honorem Deiparae Immaculatae dicata est. Iam ab a. 1830 etiam Schola publica a nostratibus instituta est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP. IV, 364.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 584.
BÜRGLER, *Franz.-Ord. i. d. Schweiz*, p. 92-95.
CHRONICA PROV. HELVET. p. 339-44 (cfr. Ind.).
SCHWEIZER. KAPUZ. FESTSCHRIFT (cfr. Ind.).
MAYER J. G., *Die Einführung der Kapuziner in Näfels. Vortrag.* Glarus, 1883.
REINHOLDUS WICK *Das Jubiläumskreuz auf Plattenköpfli Näfels.* (Näfels, 1934).
MARIANISCHE SODALITÄT *an der Klosterschule Näfels* — Näfels, 1913 ss.
SANKT FIDELIS, 27 (1940) p. 15-16: *Klosterschule in N.*

Nagymágocs in Hungariae Commissariatu (dioecesis Vaciensis). — Anno 1942 Fratres Capuccini ibi Hospitium receperunt, eisque paroecia S. Aloisii concredita est.

Schematismus Cap. Commiss. Hungariae, 1944, p. 33.

Nagyvárad (*Magno Varadinum* germ. *Gross-Wardein*; rumen. *Oradea Mare*) in Hungariae Commissar. — Conventus conditus a. 1727 atque incendio consumptus a. 1836, iterum aedificatus est. Eius ecclesia B. M. Virgini Elisabeth visitanti dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 38 tab. V.
BULLAR. CAP. IV, 379.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 545.
SZABÓ G. P., *Ferencrendiek a magyar történelemben* (1921) p. 366-68.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 95.

Naini-Tal, in dioecesi seu missione *Allahabadensi* in Indiis Orient. — Haec Residentia missionaria a. 1878 a Vicariatu Apost. Agrae dismembrata est et Vicariatui Patnae concessa. Hodierna ecclesia S. Francisci fundata est a. 1879. Anno autem 1928 domus religiosa ibi canonice erecta est.

CLEM. A TERZORIO, *Man. hist. Miss.*, p. 178 s.
CATHOLIC CALENDAR AND DIRECTORY OF AGRA... (1908) p. 91-93.
PEREIRA — *Historical Sketch of Allahabad Diocese* (1940) p. 99-107.
ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 36.
THE LUCKNOW DIOCESE (Bulletin), III, 1949 p. 26-36, *St. Francis' Home, Naini Tal.*

Namen in Belgio, vide *Namur*

Namiest prope Znojmo. in antiqua provincia Bohemo-Morava. — Hospitium nostris traditum a. 1760, non constat quo anno fuerit derelictum.

GREIDERER, *Germania franc.*, I, 798.

Namur, Namen (*Namurcum*) in Prov. Belgica. — Conventus fundatus a. 1604 suppressus est an. 1797.

BULLAR. CAP., IV, 370.
ANNUARIUM PROV. HOLL.-BELG., I (1870) p. 32.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I-II, cf. Ind. sub v. *Namen.*

Nancejum, vide *Nancy*

Nancy (*Nancejum*) in Prov. Strasburgensi. — Fratribus antiquae Prov. Parisiensis coenobium exstruitur a. 1593 cum ecclesia S. Michaëli Archang. dicata. Aggregatum inde novae Prov. Lotharingiae a. 1602, supprimitur a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 199, 403.
GODEFROY, *Les Capucins en France*, tome I, fasc. II (cf. Ind. p. 233).
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 98.
ARMEL, *Capucins de Metz* (cf. Ind. p. 204).
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 250.

— Monasterium titulo S. Francisco, a *monialibus Capuccinis* Ord. S. Clarae, olim inhabitatum est.

BULLAR. CAP. V, 403.

Nannetes, vide *Nantes*

Nantes (*Nannetes*) in Prov. Parisiensi. — Bini Conventus, quos antiqua Turoniae Prov. fundaverat, alter a. 1593 circ., alter (vulgo *Ermitage*) a. 1622, adgregantur Prov. Britanniae a. 1629 et postea a. 1790 supprimuntur. - Praesens Conv. exstructus est a. 1874 et eius ecclesia titulo S. Antonio Patavino illustratur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 28 tab. XIII.
BULLAR. CAP. V, 395; X, 651.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 17, 25.
SIÈGE *de douze heures chez les Capucins de N.* (3 nov. 1880) Nantes, 1880.
FLAVIEN DE BLOIS — *Les Capucins de l'Ermitage de Nantes.* — Nantes, 1881.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 299-303; 2 (1886) p. 18-20: *Tertius Ordo et Archiconfrat. a « Communione hebdomadaria » in ecclesia Cap. erecta.*
ECHO S. FRANÇOIS (Toulouse) Mai 1903 pag. 77-79.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 339.

Napoli, urbs princeps provinciae Neapolitanae. — Fratres Capuccini hodie duos habent Conventus: alter est qui vulgo dicitur *S. Eframo vecchio,* cui humile initium fuit a. 1530, et habet ecclesiam S. Euphebio dicatam; alter situs est in via, quae dicitur *Corso di Piedigrotta*, a. 1805 fundatus cum ecclesia B. Mariae Immaculatae dicata.

Olim tres alias domus nostrates habuerunt Neapoli: 1) Magnus Conventus S. Ephrem (vulgo *S. Eframo nuovo*) cum ecclesia B. M. V. Immaculatae dicata, erectus a. 1572 et suppressus a. 1863 cum in carcerem conversus esset. — 2) Ab a. 1819 usque ad a. 1865 Capuccini incoluerunt eremum exstructam a Ferdinando I Siciliarum rege, a. 1817 apud regiam domum dictam *Capodimonte*. Parva ecclesia arte ducta, a S. Clemente nuncupata, dicata est B. M. V. in caelum Assumptae. Hic eremus sub ditione erat non Ministri Prov. sed ipsius Ministri Gen., et excipiebat viros religiosos e variis provinciis Regni provenientes. — 3) Denique ab a. 1841 ad a. 1872 nostrates custodiam habuerunt novi Coemeterii vulgo *Poggioreale* nuncupati.

— Circa *Masaniello* et Capuccinos a. 1647 vide subter in bibliogr.: FRATE FRANC.; « OSSERVATORE ROMANO ».

Bibliographia

MONUMENTA HIST. O. CAP., V, 328.
BOVERIO, *Annales*, I, 140 s.
BULLAR. CAP. III, 23, 28, 308; X, 108, 655.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 438-442 (Peste 1656).
BONAV. DA SORR., *I Cappucc. di Napoli*, pag. 3, 6, 9, 51-66.
APOLLINARIS, *Bibl. Neapolit.* p. 9, 12, 13, 184-89.
DIRETTORIO *della Famiglia del Real Eremo, o sia Ritiro de' Cappuccini di Capodimonte.* Napoli 1819.
BONAVENTURA DA SORRENTO, *Il protoconvento ed i Conv. Capp. di N.* — Napoli, 1889.
IDEM — *Il Cappuccino S. Lorenzo da Brindisi al cospetto di Napoli e dei Napoletani — Memorie storiche* — S. Agnello di Sorrento, 1881.
FELICIANO DA S. GIOV. — *Il Conv. di S. Eframo vecchio di Nap.* — Avellino, 1931.
FRANC. SAVERIO DA S. ERASMO — *Relazione dell'incendio e del prodigio avvenuto nella Chiesa de' Capp. di S. Efrem Nuovo*, Napoli, 1843.
TORELLI FELICE — *Della Infermeria e della Chiesa di S. Efrem Nuovo. Ragionamento nella Causa tra i Capp. e la Direzione d. Cassa eccles.* — Napoli, 1865.
IDEM — *Per la Biblioteca dei Capp. di S. Efrem Vecchio. Ragioni contro la Direzione d. Cassa eccles.* — Ib. 1865.
ANALECTA CAP. 14 (1898) p. 148-50: *Neapoli, Via quaedam a S. Laur. Brund. nuncupatur;* 16 (1900) p. 202-07: *Civitas Neapolit. ad S. Laur. Brund.;* 46 (1933) p. 310: *de Solemniis occasione IV centen. Conv. S. Euphebii;* 49 (1933) p. 331-33: *De studio philos.-theol. interprovinciali Neapoli constituto.*
CAMPANIA SERAFICA (Napoli), ab a. 1929 (Novemb.) ad a. 1935 (febbr.) *I Cappuccini e il Conv. di S. Eframo Vecchio* (Ant. Bellucci dell'Oratorio. — a. 1930 (Genn.-Febbr.), *Conv. di Piedigrotta, Capodimonte.* — a. 1936 (Giugno-Ottobre), *Discorso del IV Centen. del Conv. di S. Eframo Vecchio* (Bernardino da Sarno). — a. 1947, settem. ss.: *La biblioteca del conv. della Concezione di Napoli.*
ECO S. FRANC. a. 1873, p. 302 (*Conv. S. Efrem V.*); a. 1884, p. 526, 555 (*I Capp. nella Peste del* 1656); a .1889, p. 305, 347, 372, 406 (*I Conv. Capp. di Napoli*).
FRATE FRANC. (Parma), 1946, p. 45, 67, *I Cappuccini e la rivolta di Masaniello.*
ITALIA FRANC. 6 (1931) p. 588-607: 7 (1932) p. 208-12 (Conv. S. Efremo V.); 12 (1937) p. 38-44: *I trionfi di S. Felice da Cantalice a Napoli.* p. 567-72: *Del Presepio dei Capp. di Piedigrotta a Napoli*, (Isidoro da Alatri).
OSSERVATORE ROMANO, 6 ottobre 1938, p. 3 (*I Capp. di Napoli e la rivolta di Masaniello*, 1647).
L'ORIENTE SERAFICO, 21 (1909), p. 465-478, *I Capp. a Napoli durante la peste del* 1656.

MONASTERIA CAPUCCINARUM

1) Monasterium Capuccinarum S. Mariae in Ierusalem. — Hoc monasterium vulgo « *delle Trentatre* » ex numero 33 monialium quae ibi commorare debebant, initium habuit a. 1538 ope Ven. Mariae Laurentiae Longo, et situm erat apud ecclesiam S. Mariae in Stabulo, vulgo *della Stalletta*; postea a. 1585 moniales in novum monasterium S. Mariae in Ierusalem se transtulerunt. Moniales subiiciuntur iurisdictioni Ministri Generalis.

BULLAR. CAP. III, 309 (cf. et *Index* p. 350).
BOVERIO, *Annales Cap.*, I, 327 nn. 64-65 (a. 1542) not. de monasterio: II, 496 nn. 3-5, Mater Tranquilla. Pascali † 1592.
APOLLINARIS, *Bibl. Neapolit.* p. 7, 11, 16 (Tranquilla Pascali), 34-36, 172.
BONAV. DA SORR., *Capp. Prov. Napoli*, pag. 125-30.
IDEM, *Conv. Capp. di Napoli*, p. 79-94.

CAMPANIA SERAFICA (Napoli) a. 1930, Marzo
ECO S. FRANC., a. 1879, p. 41-46; a. 1889, p. 515-31; a. 1890, p. 684: *Le Monache Cappuccine alle « Trentatrè » in Napoli e la loro Istitutrice.*

2) Monasterium Capuccinarum S. Francisci (vulgo *Capuccinelle di Pontecorvo*) a. 1585 exstructus, supprimitur a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 25 s., 33 s.
APOLLINARIS, *Bibl. Neapolit.* p. 11, 172.
BONAV. DA SORRENTO, *I Conv. Capp. di Napoli*, p. 92-93.

3) Monasterium S. Mariae de Splendore, nunc derelictum, fundatum est a. 1592, fuitque inhabitatum a Sororibus Cappuccinis e Tertio Ordine (vulgo *Cappuccinelle*). — In eo floruerunt Maria Magdalena Sterlicco (†1775) et Maria Crucifixa Broggia († 1781), de quibus fit brevis mentio suo proprio loco.

APOLLINARIS, *Bibl. Neapol.* p. 11, 172.
BONAV. DA SORR., *I Conv. Capp. di Napoli*, p. 94-95.

Napoli (Provincia Ordinis), vide *Neapolitana Provincia*

Narbonne (*Narbona*) in Prov. Tolosana. — An. 1591 apud sacellum S. Lupi fratres nostri domum habuerant, sed a. 1596 novum Conventum inhabitarunt et ecclesiam dicaverunt S. Michaëli Archang. — Conv. a. 1790 suppressus est. — Ex posteriori domo, quae a. 1880 fabricata est, a. 1903 eiecti sunt; at eius ecclesiam S. Bonav. dicatam, quaeque in paroeciam erecta erat, duo nostri fratres ab an. 1904 ad a. 1934 coluerunt.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. XIII.
BULLAR. CAP. V, 207, 405.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.* I, 62; III, 294.
IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, p. 43, 121.
IDEM, *Histoire Prov. Toulouse*, II 72 ss.
LE TROIS NOVEMBRE *au couvent des PP. Capucins de Narb.* — Narbonne, 1881.
L'AMI DU FOYER — *Bulletin Paroissial de St. Bonav. de Narb.* — Narbonne, 1922-31
ANALECTA CAP. 37 (1921) p. 121 (not. Conv.); 51 (1935) p. 13, 14 (Conv. supprimitur).
ECHO ST. FRANÇOIS (Toulouse), 1903 Mai, p. 31.

Nardi Maurus a Leonessa, *episc.*, Prov. Umbriae alumnus. — Natus est die 6 iulii 1836 et inter fratres Capuccinos adscribi petiit a. 1853. Studia peregit in nostro Bononiensi Athenaeo generali. Post religiosorum Ordinum eversionem, a. 1867 in Galliam se recepit, et vel Bajonae vel Tolosae per plures annos commoratus est. In patriam reversus, a. 1886 Postulator Generalis Causarum eligitur, quod munus usque ad a. 1910 exercuit. An. 1895 die 19 iulii creatus est Episcopus titul. *Thebae*, et Auxiliaris Episcopi *Oppidensis* (Oppido Mamertina), a quo munere post duos annos exoneratus est. Obiit in Urbe d. 3 oct. 1911. Typis dedit binas *Dissertationes* circa matrimonium (1876-1896) et *Dissertationem super Testamentum a Ven. Nicol. Molinari conditum* (1911).

FRANCESCO, *Scrittori Prov. Seraf.* p. 239-45.
APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquitan.* p. 94.
STOPITI I. — *Da Leonessa Mons. P. Mauro.* (Galleria Biografica d'Italia) Roma, 1893?
BATTANDIER, *Annuaire Pontif.* 1916, p. 500.
ANALECTA CAP. 2 (1886) p. 94 (Consultor); 11 (1895) p. 273 (Episc.); 20 (1944) p. 344 (Visit. Ap.); 27 (1911) p. 314 (necrol.).
ECO S. FRANC. a. 1895, p. 556: *Mons. Nardi.*

Nardò, (*Neritum*) in Apuliae Prov. — Monasterium, quod conditum erat a. 1569, supprimitur a. 1866. Prior ecclesia Nativitati B. M. Virginis dicata erat, altera vero, quae reaedificata est a. 1653 sub patrocinio S. Mariae Angelorum posita est.

BULLAR. CAP., III, 129, 319.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 115, 422.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 281.

Narni (*Narnia*) in Prov. Umbriae. — Duo ibi Conventus habiti sunt: prior, titulo S. Cruce, a. 1535 (vel 1537) in secesso loco; alter ad civitatem a. 1602 (vel 1604) exstructus, S. Antonio Patavino dicatus erat. Utrumque a. 1866 eversionis lex suppressit.

BULLAR. CAP., II, 143, 435.
MONUM. HISTOR. O. CAP., V, cf. Index.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAFICA (1930) p. 12.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 409.

Naro (*Narus*) in Prov. Panormitana. — An. 1550 in secessis locis (vulgo: *Grotte S. Cataldo*) parva domus cum sacello B. Virgini dicato exstructa erat; at paucis annis post (1555) Conventus ad urbem aedificatur cum ecclesia titulo S. Nicolao Barensi: a. 1866, tempestatis politicae causa, relinquitur.

BULLAR. CAP., III, 321.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, I, 121, 131.

Narva, vide *Estonia*

Naso (*Naxos*) in Prov. Messanensi. — Conventus fundatus a. 1566, cum ecclesia dicata Epiphaniae Domini, supprimitur a S. Congr. de Relig. die 13 iunii 1927.

BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. XXXVI.
PORTALE ANTONINO, *La città di Naso in Sicilia* (Palermo 1938), p. 101-119) (Conv.).
ANALECTA CAP. 43 (1927) p. 184.

Natal, Rio Grande do Norte in Brasilia. Custodia provincialis de *Pernambuco*, nostrae Prov. Lucensi concredita. — Domus religiosa ibi canonice erecta est a. 1938; eius titularis est S. Antonius Patavinus.

ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 17 (Domus); 59 (1943) p. 12; 65 (1949) p. 27 (Novitiatus).
BOLLETTINO PROV. LUCCA, 1938, N. 2, p. 20. an. 1948, N. 1, p. 3, 18.

Natalis a Pontoise (*Taillepied*), alumnus prov. Parisiensis. — Inter Fratres Minores de

Observantia adscriptus, doctoris lauream in S. Theologia adipiscit apud Universitatem Parisiensem et lectoris munus sustinet. Plurima insuper conscripsit et edidit opera praesertim de re historica. Anno demum 1587 ad nostrum Capuccinorum Ordinem transiit, et a. 1589 mortem obivit in urbe Andegavi; ortus erat a. c. 1540.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 197.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores,* II, 262.
HURTER, *Nomenclator,* III, 268.
FERET, *La Faculté Théologique de Paris.* Epoque moderne, II, 230-39.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., t. XV, 8-9.
LE CHARPENTIER HENRI, *Notice sur la vie et les ouvrages de Noël Taillepied.* Paris 1876, p. 62. (Exstr. ex opere: A. François, *Les antiquités de la ville Pontoise.* Paris 1876).

Natta H., vide *Hyacinthus a Casale*

Nava del Rey, in Prov. Castellae (Hispan.) dioec. Vallisoletana (*Valladolid*) — Monasterium sanctimonialium *Capuccinarum* inibi exstat ab a. 1741, Nominibus Iesu et Mariae dicatum.

BULLAR. CAP., V, 418.
TORRADEFLOT, *Crónicas de las Capuch.* II, p. VI.

Navalmoral (*Naval-moralium*) in Prov. Castellae in Hisp. — Conventus a. 1732 conditus cum ecclesia titulo S. Ioachim, multos abhinc annos derelictus est.

BULLAR. CAP. V, 418.
STATISTICA PROV. CASTELLAE (1909) p. 22.
BUENAVENT., *Prov. de Castilla,* I, 309.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla,* p. 40, 153.

Navaresium, vide *Navarrenx*

Navarrae Provincia,
vide *Navarro-Cantabro-Aragonensis Prov.*

Navarrenx (*Navaresium*) in Prov. Tolosana. — An. 1655 Fratres antiquae Prov. *Aquitaniae,* Cappellani castrenses, Patribus Societatis Iesu exeuntibus, facti sunt, ibique haereticis ad veram fidem reducendis operam dederunt. At a. 1791, gliscente gallica eversione, finis imponitur.

BULLAR. CAP., V, 407.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse,* p. 78.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquitaine,* p. 347.

Navarro - Cantabro - Aragonensis Provincia in Hispania. — Anno 1656, Minister Generalis decretum edidit sub die 15 iulii, quo sex Conventus in regno Navarrae institutos (*Pamplona* iam ab a. 1606), a Prov. Aragoniae separavit, eosque in *Custodiam* « sui iuris » *Navarrae - Cantabriae* nuncupatam, constituit atque ad eam regendam Commissar. Gener. elegit. Quae quidem Custodia, per Breve Innocentii XI (d. 10 ian. 1679) in regularem *Provinciam* constituebatur. Anno 1754 ad illam pertinebant 11 Conv. et 277 sodales. Post civilem Ordinum religiosorum suppressionem (a. 1835), una Prov. Hispanica instituta est a. 1885; an. vero 1889 in tres dividitur, scilicet: Castellanam, Toletanam et Aragonensem; anno tandem 1900, die 31 maii, Aragoniae Prov. disparuit et ex ea Catalauniae et Navarrae Prov. constitutae sunt. Denique Prov. Navarra aptiori titulo, scilicet: Prov. *Navarro - Cantabro - Aragonensi* ab a. 1907 nuncupatur. Huic Prov. concredita est: Custodia *Philippinarum* insularum; Praefectura Apost. de *Pingliang* in Sinarum imperio et (a. 1914-1940) Vicariatus Apost. de *Guam* in Oceania; (a. 1900-29) Missio *Chilena-Argentina*

Index Conventuum et Hospit. qui in territorio hodiernae Prov. Nav.

a) *nunc exstant*: Alsasua, Estella, Fuenterrabía, Jaca, Lecároz, Logroño, Pamplona, Sangüesa, San Sebastián, Tudela, Zaragoza.
San Sebastián, Tudela, Zaragoza.

b) *sunt derelicti*: Albalate del Arzobispo, Alcañiz, Aranda, Ateca, Barbastro, Borja, Calanda, Calatayud, Caspe, Cintruénigo, Cogullada, Daroca, Ejea de los Caballeros, Epila, Fraga, Huesca, Lerin, Los Arcos, Peralta, Renteria, Tafalla, Tamarite, Tarazona, Teruel, Valtierra, Vera, Viana.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (cf. Estadistica de la Prov. de Navarra, 1928, p. 10-42).

a) ab erectione Custodiae Nav.-Cantabr.

Bonaventura ab Aoiz : Comm. Gen. 1656.
Gregorius a Corella : Comm. G. 1658.
Basilius a Viana : Comm. G. 1659.
Raymundus a Falces : Comm. G. 1662.
Laurentius a Pamplona : Comm. G. 1666.
Ildefonsus a Peralta : Comm. G. 1670.
Ioan. Franc. a Pamplona : Comm. G. 1672.
Stephanus a Tafalla : Comm. G. 1675.
Polycarpus a Peralta : Comm. G. 1677.

b) ab erectione Provinciae Navar.

Michaël a Santo Domingo: 1679.
Felix a Tudela : 1682, 1684.
Stephanus a Tafalla : 1686.
Bernardinus a Lodosa : 1689.
Iacobus a Corella : 1693.
Iosephus a Viana : 1696.
Vincentius a Corella : 1697, 1703.
Marcus a Corella : 1700, 1708.
Bernardus a Pamplona : 1705.
Hieronymus a Peralta : 1708.
Bonaventura a Peralta : 1711, 1714, 1719.
Felix a Los-Arcos : 1716.
Hieronymus ab Estella : 1722.
Iacobus a Garinoain : 1723.
Ferdinandus a Valtierra : 1726.
Christophorus a Monreal : 1729, 1737.
Michaël a Torralba : 1732.
Emmanuel a Cortes : 1735.
Cheledonius a Calahorra : 1738.
Ildefonsus a Cortes : 1741.
Michaël a Corella : 1744, 1746.
Petrus ab Autol : 1748.
Iosephus a Tafalla : 1751.

Gregorius a Villafranca : 1755.
Bernardus a Narvarte : 1758.
Antonius a Tafalla : 1761.
Matthias a Los-Arcos : 1764, 1783.
Franciscus a Rincón : 1767.
Ios. Felix a Los-Arcos : 1770.
Ildefonsus a Tudela : 1774.
Matthias a Rincón : 1777, 1786.
Nicolaus ab Eslava : 1780.
Franc. Xav. a Los-Arcos : 1789, 1795, 1801
Petrus a Fuenterrabia : 1792.
Firminus a Lezaún : 1798.
Matthias a Cintruénigo : 1804.
Ioan. Evangel. ab Oñate : 1807.
Vincentius a Cascante : 1814.
Ioannes ab Aquillo : 1817.
Iosephus a Cervera : 1824.
Iosephus a Caparroso : 1827.
Anselmus a Murieta : 1830.
Stephanus a Vera : 1833.

Nota — Post exclaustrationem Regularium (1835), Fratres nostri gubernati sunt a Commissariis Apost. (1838-1885) et a Ministro Prov. totius Hispaniae (1885-89). — An. 1889 Conventus veteris Prov. Navarrae commissi sunt novae Prov. Aragoniae usque ad a. 1900.

c) A restauratione Prov. Navar.

Petrus ab Usún : 1900.
Aloisius a Muru-Astrain : 1903 (iunio)
Iosephus a Legarda : 1903 (oct.)
Ildefonsus a Ciáurriz : 1906, 1912, 1921, 1927
Antonius ab Yroz : 1909, 1915.
Ioachimus a Beriain : 1918, 1924.
Carmelus ab Iturgoyen : 1930.
Ladislaus a Yabar : 1933, 1936.
Ignatius a Pamplona : 1939.
Seraphinus a Tolosa : 1942.
Richardus a Lizaso : 1945.
Florentius ab Artabia : 1948.

Religiosi huius Provinciae
de quibus tractatur sub eorum nomine

Ven. Stephanus ab Adoain († 1880)
Episcopi:
Olaiz Zabalza Ioach. a Pamplona († 1945).
Olano Urteaga Leo ab Alzo, el. 1934.
Scriptores missionarii etc.:
Angelus a Villava, Vice-Proc. († 1917)
Christophorus ab Azcona, miss. († 1678).
Felix a Pamplona, conc. († 1701)
Franciscus Ios. a Cintruénigo, script. († 1730)
Gregorius ab Aldaba, Praef. Ap. (1930)
Gregorius a Corella, script. († 1688)
Iacobus a Corella, script. († 1699)
Ioannes a Guernica, miss. († 1950)
Silvester ab Estella, laic. († 1730)

Bibliographia

BULLAR. CAP. V, 351 ss.: VII, 342.
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO (1712) tab. VIII.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 26, tab. XII.
ANUARIO DE LAS MISIONES *de los PP. Capuchinos de la Prov. de Nav. — Año* 1934, 1935, 1936 (Pamplona 1934-36).
ESTADISTICA GENERAL *de la Prov. Cap. de Nav.* (Pamplona 1921-28); Tudela 1945.
SCHEMATISMUS O. CAP. *Prov. Navarro-Aragoniae*, a. 1903, 1909..
ILDEFONSO DE CIAÚRRIZ — *Capuchinos ilustres de la antigua Prov. de Navarra y Cantabria.* I vol. S. Sebastián, 1920; II vol. Pamplona 1926.
MIGUEL DE PAMPLONA — *Esbozo necrológico de la Prov. Cap. de Nav.* S. 1. 1931.
ANALECTA CAP. 8 (1892) p. 346, 372; 9 (1893) p. 27, 53 (de ant. Prov. Nav.); 16 (1900) p. 170 (de nova Prov); 28 (1912) p. 374, Docum. Prov. quae asservantur in Arch. Status Mediolani; 52 (1936) p. 100, 129 ss. (de *publicationibus periodicis* a Prov. editis); 55 (1939) p. 231: *de S. Visit. Min. Gen. post bellum civile* (1936-38) *peracta.* Quoad alia, cf. *Index Gen.* voll. 1-50, p. 187-88.
BOLETÍN OFICIAL *de la Provincia Capuchina de Navarra-Cant.Aragon.* Pamplona 1946ss
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 22, 23, 25 (de orig. Prov.).
VERDAD Y CARIDAD — *Revista mensual ilustrada* - Pamplona 1924 ss. — Circa notitias hist. huius Prov., cfr. praesertim: a. 1929 p. 103, 183, 238, 270; a. 1930, p. 216 s. —
— Quoad *Ephemerides* ab hac provincia editas vide sub v. *Periodica*

Navelium, vide *Näfels*

Naxos in Graecia (*archidioecesis*). Hanc *Naxiensem* archid. rexit noster sodalis LA PORTE Godefridus ab Amiens, ab an. 1790 usque ad suum obitum scil. a. 1799.

Naxos in Sicilia, vide *Naso*

Nazarena Sandri, vide *Maria Nazarena*

Nazarius a Prato, Prov. Tusciae. — Gente *Bonechi* ortus, a. 1797, Ordinem nostrum ingressus est a. 1818. Humanioribus litteris eruditus, Concionatoris, Lectoris et Definitoris muneribus functus est. A Pio IX a. 1847 Concionator S. Palatii Apostolici est deputatus; at ob sermonem de rebus politicis quae agitabantur, quem P. Nazarius Perusiae habuit et quem cito typis vulgavit, non reticito officio auctoris, tunc munus ei conlatum, tametsi non coeptum a S. Sede ei interdicebatur. Florentiae obiit a. 1854, nonnulla manu scripta relinquens et quasdam Conciones in vulgus editas.

MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 187, 682.
MAURO, *Il Predicat. Apost.*, p. 165.
MELZI, *Dizion. Opere anon.* I, 393 (v. *La falsa eloquenza del pulpito* 1740).

Neapolitana Provincia in Italia, olim etiam *Neapolitana et Terrae Laboris* Prov. nuncupata. — Iure a. 1540 haec Prov. constituitur, at iam a. 1530 noster Ordo domum habet Neapoli. Ab initio Prov. Neapolit. semper eadem exstitit, nec ullas exercuit mutationes, eversionibus nonobstantibus a. 1810, 1866. Novem supra triginta a. 1754 numerabat Conventus cum viris religiosis nongentis circiter.

Index Conventuum, qui in territorio hodiernae Prov. Neapolit. — a) *nunc exstant*: Apice, Arienzo, Avellino, Cápua, Castellammare di Stabia, Cerreto Sannita, Napoli, Nocera Inferiore, Nola, Pietradefusi, Pozzuoli, Resina, Soccavo, Solofra, Sorrento (Sant'Agnello).

b) *sunt derelecti*: Alvito, Ariano, Arpino, Aversa, Benevento, Caiazzo, Caivano, Carinola, Caserta, Gaeta, Itri, Maddaloni, Montesarchio, Piedimonte, Pontecorvo, Ponza (Insula), San Germano, San Severino, Sessa Aurunca, Teano, Torre del Greco.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (cfr. Bonavent., *I Capp. d. Prov. di Napoli*, p. 15-18).

Bernardinus a Montolmo : 1540.
Antonius a Pinerolo : 1543.
Bernardinus a Bisignano : 1544.
Ioannes a Seminara : 1546.
Franciscus Flandricus : 1548, 1550.
Alphonsus a Sessa : 1549, 1554.
Franciscus a Reggio Cal. : 1551, 1557.
Hieronymus a Pistoia : 1560.
Bernardinus a Cilento : 1561, 1567, 1576.
Augustinus Gallus : 1564.
Silvester a Rossano : 1566.
Urbanus a Giffoni: 1570, 1576, 1587.
Franciscus a Castiglione : 1574, 1579, 1594.
Hieronymus a Sorbo : 1582, 1590.
Basilius a Napoli : 1585.
Iacobus a Soverato : 1588.
Evangelista a Lecce (Squinzano) : 1589, 1592
Matthaeus a Cilento : 1596.
Rufinus a Napoli : 1599, 1606.
Antonius a Pietramelara : 1602.
Aegidius a S. Severino : 1603, 1610, 1617.
Hieronymus ab Ariano : 1607.
Basilius a Napoli (iunior) : 1613.
Franciscus a Caiazzo : 1614, 1623.
Basilius a S. Severino : 1620.
Bernardus a Napoli : 1626.
Bernardus a Grottaminarda : 1629.
Bonaventura a Napoli : 1632.
Philipppus a Bologna : 1634.
Bonaventura a Potenza : 1637, 1642.
Franciscus a Torre : 1640.
Dionysius a Napoli : 1644.
Bartholomaeus a Camerino : 1647.
Franciscus M. a Napoli : 1651, 1657, 1664.
Matthias a Napoli : 1654.
Hilarius a Napoli : 1661.
Franciscus ab Arienzo: 1667.
Ioann. Bapt. a Napoli : 1669.
Basilius a Sorrento : 1672.
Bonaventura a Rocca d'Evandro : 1675.
Bernardinus a S. Antimo : 1678.
Marcus a Nola : 1681.
Dionysius a Caserta : 1682.
Bernardus M. a Napoli : 1686.
Ioannes a Belvedere : 1689.
Urbanus a Napoli : 1692.
Emmanuel a Napoli : 1695, 1709.
Robertus a Bitonto : 1699.
Clemens a Napoli : 1702.
Simon a Napoli : 1705, 1711.
Leo a Caserta : 1706.
Iosephus ab Itri : 1715.
Philippus a Sorrento: 1718.
Bernardinus a S. Antimo : 1720.
Franc. Maria a Caserta : 1722.
Antonius a Palazzuolo : 1725, 1731.
Franciscus a Benevento : 1728.
Antonius ab Isernia : 1733.
Petrus M. a Napoli : 1735.
Rufinus a Maddaloni : 1737.
Bonaventura a Sorrento : 1740.
Antoninus a S. Maria di Capua : 1744, 1750.
Bernardinus a Maddaloni : 1745.
Iuvenalis a Napoli : 1747.
Franc. Xav. a Napoli: 1753.
Iosephus M. a Caserta: 1756.
Hyacinthus a Napoli: 1759, 1771.
Iulianus a Giugliano: 1762.
Raphael a Napoli: 1765.
Franc. Ant. a Castellammare: 1768.
Augustinus a Caserta: 1770.
Samuel a Caivano: 1774.
Innocentius a Napoli: 1777-84.
Cyprianus a Napoli: 1785.
Felix a Grumo: 1788.
Michaelangelus a Napoli: 1791.
Fidelis a Mugnano: 1794.
Vincentius M. a Napoli: 1797.
Io. Chrysost. a Crespano: 1798 Vic. Prov., 1806-1816 Min. Prov.
Ioachimus a Maddaloni: 1800 (†).
Aloisius a Procida: 1800.
Lucius a Napoli: 1803.
Thomas Ant. a Napoli: 1816-21.
Michaelangelus a Caserta: 1822.
Fidelis a Napoli, Vic. Prov.: 1826.
Franc. Maria a Caserta: 1828, 1834.
Deodatus a Mercogliano: 1831, 1845.
Franc. Xav. a Sant'Erasmo: 1838, 1852.
Aloisius a Giugliano: 1842.
Samuel a Napoli: 1846, 1855.
Franc. Xav. a S. Antimo: 1849, 1861-67.
Bonaventura a Nocera: 1856 Vic.
Bernardus a Napoli: 1858.
Felix a Pomigliano: 1867.
Thomas a Marianella: 1871 Vic.
Eugenius a Napoli: 1872.
Felicianus a Sorrento: 1875, 1888-1903.
Cherubinus a Paupisi: 1881.
Ludovicus a Pietradefusi: 1885.
Augustinus a Pietradefusi: 1903, 1906, 1909.
Henricus a Napoli: 1912-19, 1926-35.
Aloisius a Napoli: 1919-23.
Felix a Porretta: 1923.
Cassianus a Sortino: 1935.
Ianuarius a Pozzuoli: 1938, 1941, 1944.
Fidelis a Montescaglioso: 1947, 1950.

Religiosi huius Provinciae
de quibus tractatur suo proprio loco

Venerabiles Servi Dei:
Franciscus a Lagonegro († 1804)
Ieremias a Valacchia († 1625)

Cardinales:
Persico Ignatius a Napoli († 1895)

Episcopi:
Acquaviva Lauren. a Napoli († 1617)
Bressi Salvat. M. a Napoli († 1890)
D'Ambrosio Fr. Xav. a S. Erasmo († 1883)
Gargiulo Bonav. a Sorrento († 1904)
Viglini Angelicus a Napoli († 1731)
Ministri Generales:
Hieronymus a Sorbo († 1602)
Silvester a Monteleone († 1611)
Scriptores, missionarii, etc.
Antonius Laudati a Gaeta, miss. († 1662)
Benedictus a Seminara, miss. († 1627)
Bernardus a Grottaminarda, script. († 1653)
Bernard. M. Cioffi a Napoli, miss. († 1707)
Bernard. M. Giacchi a Napoli, conc. († 1744)
Bernardus a Napoli, script. († 1889)
Bonaventura a Sorrento, miss. († 1663)
Felix M. Guzman a Napoli, script. († 1778)
Fidelis a Napoli, concion. († 1750)
Franciscus M. a Napoli, miss. († 1670)
Franc. Filomarino a Napoli, conc. († 1683)
Gregorius a Napoli, script. († 1601)
Hieronymus a Montesarchio, miss. († 1669)
Hieron. Merolla a Sorrento, miss. († 1697)
Iacobus a Molfetta, conc., script. († 1561)
Ianuarius a Nola, miss. († 1654)
Ludovicas a Pietradefusi, script. († 1916)
Michael a Solofra, miss. († 1643)
Petrus Trigoso a Calatayud, script. († 1593)
Thomas a S. Donato, laic. († 1648)

Bibliographia

BULLAR. CAP., III, 1-46,308; X (cf. Index).
MONUM. HIST. O. CAP., cf. Ind. voll. VI.
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO O. CAP., (ed. a. 1649) tab. XI; (ed. a. 1712) tab. 34.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 27, tab. VIII.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. III, cf. Ind.
APOLLINARIS A VALENTIA, *Bibliotheca FF. Min. Capuccin Prov. Neapolitanae*. Neapoli, 1886 (cf. Bibl. hist. Prov. p. 3-6, 171).
BONAVENTURA DA SORRENTO — *I Cappuccini della Prov. monastica di Napoli e Terra di Lavoro. Memorie storiche*. S. Agnello di Sorrento, 1879.
IDEM, *Il cappuccino S. Lorenzo da Brindisi al cospetto di Napoli*. Sorrento, 1881 (Not. convent.).
DE FILIPPIS ALBERTO — *La Provincia cappuccina di Napoli. Vicende e benemerenze* (Conferenza) — Ib. 1915.
EMMANUELE DA NAPOLI — *I Cappuccini nella Peste napoletana del* 1656. (Edidit P. Bonav. a Sorrento) Ib. 1884.
AIUOLE SERAFICHE. *Bollettino dell'Opera Vocazioni sacerdotali dei Capp. di Napoli*. Napoli 1949 ss.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 255, de restauratione Prov.; p. 284, Status Prov. — 28 (1912) p. 374, Docum. Prov. quae servantur in Arch. Status Mediolani. — 52 (1936) p. 101, 129 ss.: de Publicationibus period. a Prov. editis. — Quoad alia cf. *Index Gener.* voll. 1-50, p. 188.
COLLECTAN. FRANC., 6 (1936) p. 10, 15, de orig. Prov.
ECO S. FRANC. a. 1873, p. 77; a. 1898, p. 287, 349, 464, 559, 583: *Fogli dispersi dell'Archiv. Capp. di Nap.*
CAMPANIA SERAFICA, *Organo ufficiale del T. O. F. della Prov. Capp. di Nap.* — Napoli, 1927 ss.
— Quoad *Ephemerides* ab hac Provincia editas vide sub v. *Periodica*

Opera edita ad usum Provinciae

Ordinazioni del R.mo P. Eugenio da Rumilly, Min. Gen., emanate in seguito alla sua Visita pastorale fatta nel 1838 *nella Prov. di Napoli*. Napoli, 1839.
Regolamento generale per i Collegi Serafici dei PP. Cappuccini della Prov. di Napoli e Terra di Lavoro. Napoli, 1930.
Manuale di disciplina per la Prov. dei Cappuccini di Napoli. 1925.

Neaux in Belgio, vide *Eupen*.

Nebbio, vide *San Pietro di Tenda*.

Neckarsulm, in Prov. Rhenano-Westfalica (Württemberg). — Fratres Prov. Tirolensis a. 1638 Hospitium, deinde a. 1661 Conventum ibi aedificarunt, cuius ecclesia in honorem S. Francisci Assisien. dicata est. Conventus, postea Prov. Franconiae aggregatus, supprimitur primo decennio saec. XIX.

BULLAR. CAP., IV, 376.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kapuz.*, (cf. Ind.).
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Kapuz.* (cf. Ind.)
PETRUS FRANC., *Suevia eccles.*, p. 638.
MAUCHER F. F., *Kapuzinerkirche und Kloster zu N.*, Neckarsulm 1894.
ANALECTA CAP., 19 (1903) p. 184.

Necrologium — Iampridem consuetudo invaluit in pluribus nostris Provinciis praesertim italicis breviter commemorare et suffragari religiosos sodales e vita functos in eorum obitus die anniversario. Hoc autem fit publice legendo in refectorio tempore meridianae vel serotinae comestionis *Necrologium*, in quo sub die obitus mentio fit de religiosis alicuius Provinciae, brevissimis verbis additis pro muneribus functis ac pro peculiaribus rebus et virtutibus gestis. Sequitur in fine lucis aeternae imploratio. Quae consuetudo introducta videtur primitus in Bononiensi Provincia a. 1787 a clarissimo viro P. Augustino a Fusignano cum esset illius Provinciae moderator. (cfr. *Manuale di Pietà dei Capp. della Prov. di Bologna*, 1927, p. 149).

Necrologia sive in lingua latina sive in lingua vulgari redacta sunt et saepe sunt simpliciter mss. Primum *Necrologium* typis datum fuisse videtur a Parmensi Provincia a. 1859; postea venerunt Necrologia Provinciae: Romanae (1860), Sabaudiae et Tusciae (1902), Mediolanensis et Venetae (1910), Picenae (1914), Tolosanae (1915), Genuensis (1921), Umbriae (1925), Belgicae (1932), Rhenano-

Westfalicae (1933), Tirolensis et Valentinae (1934), Bavaricae (1935), Alexandrinae (1939), Aprutinae (1941), Apuliae et Castellae (1943), Baeticae seu Andalusiae, Catalauniae et Pedemontanae (1945), Viennensis (1949), Bononiensis (1950).

Circa *Necrologia Prov.* recenter evulgata cfr. COLLECTAN. FRANC., an. 1934, p. 435 (*Rhenana*), p. 593 (*Tirolis*); an. 1935, p. 442-44 (*Valentina*); *an.* 1942, p. 580 (*Aprutina*); an. 1943, p. 430 (*Apuliae*); an. 1946-47, p. 405-408 (*Castellae, Catalauniae, Pedemontana*). — Cfr. insuper ESTUDIOS FRANC., an. 1949, p. 142.44 (De Necrologiis Prov. Hispaniarum). — SANKT FIDELIS, 37 (1950) 109, 154, 192, *Die Totenbücher in unserem Orden.* (Cassian v. Oberleutasch).

Neerlandia, vide *Belgium, Hollandia.*

« **Neerlandia Franciscana** » — Revue trimestrielle: Driemaandelijksch Tijdschrift. — Iseghem (Belgium), tom. I-VII, 1914-1924.

Egregium hoc commentarium bilingue historico-franciscanum, inchoatum est, directum atque magna ex parte conscriptum a P. Hildebrando ab Hooglede, prov. Belgicae alumno. — Eius impressio, belli causa, intermissa est a. 1915-1918; eius vero titulus, ex a. 1920 abbreviatus est in illum « *Franciscana* » ne suspicio oriretur commentarium res tantum ad Neerlandiam pertinentia pertractare.

ANALECTA CAP., 52 (1936) p. 222

ARCHIV. FRANC. HIST., 14 (1921) p. 387-393 (de rebus franc. in N. F. vulgatis a. 1914-1921).

Neerpelt, in Prov. Belgica (Dioec. Leodiensis). — Anno 1921, a S. Congr. de Relig. et a Ministro Gener. Ord. nostri concessa est erectio canonica nostrae domus, de facto autem non fuit exstructa.

ANALECTA CAP. 37 (1921) p. 274.

Neisse (*Nissa* in Silesia). Conv. fundatus a. 1658-59 et a. 1754 aggregatus novae Custodiae *Silesiae*, cessit a 1810. Ecclesia sub patrocinio B. M. Virginis et S. Franc. Assisien. posita est.

BULLAR. CAP., IV, 377.

PELLEGRINO, *Annali Capp.*, II, 546.

GREIDERER, *Germania franc.*, I, 872.

Nemausus, vide *Nîmes.*

Nemi (*Noemum*) prope Genzano, in Prov. Romana. — An. 1540 datum est nostris fratribus Hospitium ad orientis partes lacus *Nemorensis* situm. Aëris aegritudinis causa a. 1636 relinquitur et ad novam domum in Cynthiani ditione, in partibus occidentis eiusdem lacus positam fratres transiere (vide *Genzano*).

BULLAR. CAP., II, 70.

GIUS. DA MONT., *Inizi dell'Ordine*, p. 135, 254.

Neo-Brisacum. vide *Neufbrisach.*

Neoburgum, vide *Neuenburg.*

Neocastrum, vide *Nicastro.*

Neo-Colinium. vide *Kolín nad Labem.*

Neo-Eboracensis Custodia, vide *Status Foederati Americae* (Custodia Prov. Tusciae)

Neo-Eboracum, vide *New York.*

Neoforum, vide *Neumarkt.*

Neofraunhovium, vide *Neufrauenhoffen.*

Neolinga, vide *Neuleiningen.*

Neo-Oettingae, vide *Neuötting.*

Neostadium, vide *Neustadt.*

Nepal in Indiis Orient. — Anno 1715 Patres Capuccini itali ministerium apostolicum ibi exercebant, sed cum a. 1769 causa belli eiecti sunt, in Missionem Bettiah recepti sunt. An. 1892 nova Praefectura Apost. Bettiah erecta est, Prov. Tirolensi commissa, cui a. 1893 adiectum fuit totum regnum Nepal a dioecesi Allahabadensi seiunctum. Initio belli Europaei a. 1914, Missio relicta est.

PEREIRA, *Historical Sketch Allahabad Diocese* (1940) p. 3-5.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, cf. Indices vol. VIII p. 427; vol. IX, p. 615.

ADELHELMUS, *Monumenta Anastasiana*, cfr. Indices vol. I, 1188; III. 1242; IV, 119.

MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 365 (cf. Ind.).

STREIT, *Bibl. Missionum*, VI, nn. 363, 365 (cf. Index p. 592, 606); VIII (cf. Index p. 981, 1008.

DIE NORDTIROLISCHE *Kapuziner-Mission v. Bettiah und Nepal. Allgemeiner Bericht und Jahresbericht* (1896-1913). Innsbruck, 1896-1914.

HARTMANN ANASTASIUS, episc. O. Cap., *Die Aktensammlung zu einer Geschichte der Kapuzinermissionen in Tibet, Nepal......* (Herausgeg. v. P. A. Jann). Luzern, 1925.

PETECH LUCIANO, *Missionari italiani nel Tibet e Nepal.* Voll. 4. Roma, Libreria dello Stato (*sub prelo*).

* Alia bibliogr. vide sub v. *Tibet*

Nepeta, vide *Nepi.*

Nepi (*Nepeta*) in Prov. Romana. — In Hospitio, vulgo « *Catacombe* » nuncupato, quattuor tantum annos fratres Capuccini degerunt, hoc est ab a. 1792 ad a. 1796. Corrupti aëris causa, aliisque incommodis hoc hospitium desertum est. (*Mss. Prov.*).

Nepi-Sutri (*dioecesis*). Ex Ordine Capuccinorum hanc *Sutrinam et Nepesinam* D. gubernavit Laurentius SIGNANI a Brisighella ab an. 1851 usque ad a. 1863, quo obiit.

Neptunium vide *Nettuno.*

Nérac (*Neracum*) in Prov. Tolosana. — Antiqua Aquitaniae Prov. ab a. 1641 ad gallicam eversionem (1791) Conventum habuit. Fratres nostri haereticis ad fidem reducendis ibi sedulam navarunt operam.

BULLAR. CAP., V, 407.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 437.
APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 15.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. d'Aquitaine*, p. 222.
IDEM, *Nécrol. de Toulouse*, p. 72.

Neritum, vide *Nardò*.

Nerucci M., v. *Maria Margarita Nerucci*.

Nervius L., v. *Leonardus a Tournai*.

Ness City, Kansas, in Prov. Pennsylvanica (*Status Foed. Amer.*) — Hospitium apud ecclesiam paroecialem SS. Cordis Iesu a. 1924 fundatum est. Sed iam ab a. 1912 haec paroecia a fratribus Conventus de *Marienthal* administrata erat.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 30 tab. 20-21.
CATALOGUS PROV. PENNSYLV. a. 1950, p. 18.
ANALECTA CAP., 41 (1925) p. 14, 15.

Netium, vide *Andria*.

Nettuno (Neptunium) in prov. Romana. — Hospitium FF. Capuccinorum ibi exstitit ex an. 1913 ad an. 1950.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 32 tab. VIII.
BOLLETT. UFFIC. PROV. ROMANA, 1950, p. 94

Netum, vide *Noto*.

Neuenburg am Rhein (*Neoburgum*) in Prov. Rhenano-Westfalica (Baden). — Vetus monasterium FF. Min. Conventualium, a. 1612 fratres Capuccini Prov. Helveticae inhabitare coeperunt, et a. 1615 ecclesia consecrata est in honorem B. M. Virg. in coelum Assumptae. An. 1675 a militibus Gallicis monasterium exustum est.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 62, 164, 287.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Anterioris Austriae*, p. 398, 413.
HEIZMANN L., *Klöster u. Kongr. d. Erdiöz. Freiburg* (1930) p. 95-96.
PETRUS FRANC., *Suevia eccles.*, p. 631-633.

Neufbrisach (*Neo-Brisacum*) in Prov. Strasburgensi (*Alsatia*). — Hospitium Prov. Helveticae concreditum a. 1703-29; Conventus vero Alsatiae Prov. commissus a. 1729-1791, ibi exstiterunt. Ecclesia in honorem S. Felicis a Cantalice a. 1719 dicata est. — Patres ad curam spiritualem militum praesertim incumbebant.
BULLAR. CAP., V, 409.
CHRONICA PROV. HELVETICAE, p. 354.
ARMEL, *Les Capuc. d'Alsace*, p. 14, 124, 249.

Neufchâteau (*Novum Castrum*) in Prov. Strasburgensi. — Anno 1620 ab antiqua Lotharingiae Prov. Conventus exstruebatur, anno vero 1790 vi legis civilis abrogatur. Ecclesia in honorem B. M. Virginis se in Templum praesentantis est aedificata.
BULLAR. CAP., V, 403.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 224.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 268.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 17, 23, 29, 182.
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 293.
ETUDES FRANC., 43 (1931), p. 77.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 99.

Neufrauenhoffen (*Neofraunhovium*) in Prov. Bavarica. — Residentia quam ibi a. 1716 statuerant fratres nostri, derelicta est a. 1802, ob legem suppressionis Religiosorum.
BULLAR. CAP., IV, 375.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kapuz.*, p. 270, 406, 642.

Neuleiningen (*Neolinga*) in Prov. Rhenano-Westfalica (dioec. Spirensis). — Ab a. 1661 ad a. 1691 ibi morati sunt fratres nostri curam animarum inter dispersos catholicos huius regionis exercentes.
BULLAR. CAP., IV, 386.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 53, 352, 368.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.*, p. 48.
KILIAN, *Aufhebung... Nothgottes*, p. 92.

Neumarkt in Prov. Brixinensi, vide *Egna*.

Neumarkt i. d. Oberpfalz (*Neoforum*) in Prov. Bavarica. — An 1625 Hospitium, anno vero 1674 Conventum habuerunt fratres Capuccini cum ecclesia S. Antonio Patavino dicata. Derelictus est saec. XIX ineunte, vi legis suppressionis Religiosorum.
BULLAR. CAP., IV, 374.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 219.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, (cf. Ind. p. 788).

Neuötting (*Neo-Oettingae*) in Prov. Bavarica. — Vetus Hospitium, olim FF. Minorum et a. 1845 nostratibus datum, ab a. 1926 in Conventum conversum est. Ecclesiae titulus est: S. Fidelis mart.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14, tab. XV.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 153-55, 269.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 568 ss., 755s.

Neuroni Augustinus M. a Lugano in Ticino, *episc.*, Prov. Mediolanensis alumnus. — Ortus est d. 19 febr. 1690 et a. 1707 Capuccinorum Ordini se addixit. In sua Provincia munere Definitoris functus est. Orator eximius, a Carolo VI Vindobonam in Austria an. 1731 Concionator, Theologus et Aulicus Consiliarius vocatus est. A Sede Apostolica in regna Portugalliae et Austriae rebus magni momenti gerendis mittitur, et ubicumque iurium S. Sedis adsertorem se praebuit. Benedictus XIV eum ad sedem episcopalem *Comensem* (Como) d. 14 iunii 1746 destinavit, ibique obiit d. 22 apr. 1760. — Saepius editae sunt eius orationes quae inscriptae sunt: « *Discorso politico* » in Aula Senatus Lucensis a. 1726 habita; et « *Discorso funebre* » in obitu Caroli VI imper. (1745).
BULLAR. CAP., II, 344 s.; VII, 359; VIII, 24, 98, 281.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 94 ss.
S. FRANC. NELLA SVIZZERA ITALIANA, p. 209.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 391-95.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 33.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 6-8.
COLLECTAN. FRANC., 5 (1935) p. 592-610; 6 (1936) p. 27, 209, 366; 9 (1939) p. 449 n. 444: *Fr. Agost. M. Neuroni vescovo* (Enrico Maspoli). — 11 (1941) p. 589 n. 907 praecedentis articuli compendium).
CAPPELLETTI, *Chiese d'Italia*, XI, 406.

Neustadt in Austria, vide *Wiener-Neustadt*

Neustadt (*Neostadium*) in Silesia. — Exstitit hac in urbe Conventus ab a. 1654 ad a. 1810. Ecclesia titulo B. M. Virgine annuntiata honorabatur.
BULLAR. CAP., IV, 212, 377.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 375.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 872.

Neustadt a. d. Hardt (*Neostadium*) in Prov. Rhenano-Westfalica (dioec. Spirensis). — Iam a. 1630 huc introierunt fratres Capuccini, at anno tantum 1706 Conventus exstrui coeptus est et Ecclesia S. Ioanni Bapt. est dicata. Ob suppressionem civilem a. 1802 Conv. relictus est.
BULLAR. CAP., IV, 385.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana* (cf. Index).
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* (cf. Index).
REMLING FR. X., *Gesch. Klöster im jetzigen Rheinbayern*, II, 281-83 (1836).

Neustadt i. Schwarzw. (*Neostadium*) in Prov. Rhenano-Westfalica (Baden). — Quod fratres nostri Prov. Anter. Austriae Hospitium a. 1670 acceperant cum ecclesia S. Antonio Paduano dicata, lege civili a. 1802 abrogatum est.
BULLAR. CAP., IV, 366.
ROMUALDUS, *Prov. Anter. Austriae*, p. 139-44.
FRANC. PETRUS, *Suevia Eccl.* p. 633 s.
HEIZMANN L., *Klöster u. Kongreg. d. Erzdiöze Freiburg* (1930), p. 96.

Neustadt a. d. Waldnaab (*Neostadium*) in Prov. Bavarica. — Hospitium nostratibus fundatum a. 1709, omnino cessavit a. 1834.
BULLAR. CAP., IV, 375; IX, 43.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 64.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 247, 488, 642.

Nevania, vide *Bevagna*.

Nevers (*Nivernum*) in prov. Lugdunensi. — Fratres veteris prov. Parisiensis a. 1601 conventum exstruxerunt, cum ecclesia S. Valerianae dicata, qui mansit usque ad gallicam eversionem (1791).
BULLAR. CAP., V, 66, 67-68, 391.
GODEFROY, *Histoire Prov. Paris*, II, 303-96.
REVUE HIST. FRANC., 6 (1929) p. 340 not. bibliogr.

Nevroni A., vide *Neuroni Augustinus*, episc.

New York (*Neo-Eboracum*), in Statibus Foederatis Americae sept. — 1) Fratres *Prov. Calvariensis* tres habent Conventus, quorum primus, cum ecclesia paroeciali B. M. Virgini Perdolenti dicata, aedificatus est a. 1867; secundus, titulo S. Fideli M., cum ecclesia paroeciali S. Ioannis Bapt., conditus est a. 1872; tertius denique cum paroecia S. Mariae Angelorum, exstat inde ab a. 1886.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 17 tab. 20-21.
BITTLE, *A Romance...* (cf. Index, p. 598: Our Lady; p. 599: Our Lady et St. John the Bapt.).
DIAMOND JUBILEE *Souvenir and History of the Parish of St. John B.* - New York 1915.
GOLDEN JUBILEE *of the Church of Our Lady Queen of Angels* (1886-1935). New York, 1936.
SILVER JUBILEE *of Our Lady Queen of Angels' Church*. New York, 1911.
P. BERCHMANS, *Golden Jubilee Souvenir and History of the Church of Our Lady of Sorrows*. New York, 1917.
ANALECTA CAP., 23 (1907) p. 169, 170, 171, 38 (1922) p. 75; 46 (1930) p. 38.
CHURCH BULLETIN *of O. L. of Angels Church*. New York, 1908-1912.
PARISH BULLETIN, *Our Lady Queen of Angels*, New York, 1934 ss.
PARISH BULLETIN, *Our Lady of Sorrows*, New York, 1934 ss.
PARISH BULLETIN, *Church of St. John the Bapt.* — New York, 1931 ss.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 6 (1930) p. 297-303, *Die erste kathol. Kirche in New York und die Kapuziner.* (P. Stanislaus).
LA SQUILLA FRANCESCANA, *Foglio mensile dei Terziari franc. - Chiesa dell'Addolorata.* New York 1946 ss.

2) Fratres Capuccini itali prov. Tusciensis domum habent, cum paroecia Immaculatae Conceptionis, quae canonice erecta est a. 1922 in vico *Bronx-Williamsbridge*. — Seminarium seraphicum S. Bonaventurae fundatum a. 1925 postea alibi translatum est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. XX.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 624.
SILVER JUBILEE *of the Immaculate Conc. Church, Bronx N. Y. (1925-1950)*. New York 1950, pp. 55 cum figuris.
THE CATHOLIC MONITOR (Periodicum), New York, 1937 ss.
RISVEGLIO FRANC. (Firenze), a. 1927, p. 260-64.
THE SERAPHIC VISITOR (Periodicum generatim editum bis in anno ab alumnis Seminarii S. Bonav.). New York, 1934 ss. (cfr. *Analecta*, 1936, p. 300).

Neyssen A., v. *Alphonsus M. ab Hadamar*.

Nicaea ad Varum, vide *Nice* (Nizza)

Nicaragua,
Vide *America Centralis, et Bluefields.*

Nicastro (*Neocastrum*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — Prior Conventus, qui a. 1545 aedificatus fuerat, terrae motu a. 1638 eruitur. Sequenti anno alter exstruitur in eodem fere loco. In eius ecclesia quae B. M. Virgini An-

gelorum dicata est, *simulacrum S. Antonii Patavini* magna a fidelibus devotione colitur.
BULLAR. CAP., III, 312 (cf. Index, p. 350).
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929), p. 12 tab. X.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 33.
TOMMASO DA MONTENERO, *Lettera Circolare in occasione della riapertura del Conv. di Nicastro*. Catanzaro, 1911.

Nice, Nizza Marittima (*Nicaea ad Varum*) in Prov. Lugdunensi. — Quem nostra Pedemontana Prov. a. 1555 condidit Conventum, fratres Prov. Lugdunen. a. 1900 ceperunt. Ecclesia, quae munere paroeciali fungitur, S. Bartholomaeo Apost. dicata est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 25, tab. XIII.
BULLAR. CAP., II, 452.
CANE A., *Le communauté de Villefranche et les Capucins de Nice* (siècle XVI), in « Armanac Nissart » 26 (1940) p. 41-45.
ANALECTA CAP. 7 (1891) p. 88 (Pestis a. 1631).
LE CLOCHER DE ST. BARTHÉLEMY — *Bulletin paroissial mensuel*, Nice, 1911 ss.
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino), a. 1924, p. 58 n. 6; a. 1925, p. 130.

Nicolaus ab Amersfoort (*Esvelt* seu *Estveldt*), alumnus prov. Flandro-Belgicae (1581 † 1656) — Primorum discipulorum seraphici P.S. Francisci vitam descripsit in opere quod vulgavit hoc titulo: *De Chronycke en de Gheslacht-Boom van den Seraph. V. S. Franciscus*. Brussel 1656.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 197.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 265.
FRANCISC. LEVEN, 17 (1934), p. 288.
NEERLANDIA FRANC., 1 (1914), p. 237-45.

Nicolaus a Barcelona, vide *Castells N.*, episc.

Nicolaus a Bustillo, *Min. Gen.*, Prov. Castellae alumnus. - Gente *Alvarez* a. 1731 ortus Ordinem Capuccinorum ingreditur a. 1748. In sua Provincia Lector fuit et Minister (1779); postea Definitor Gener. a. 1782 et iterum a. 1789 eligitur; tandem Pius VI, dato Brevi d. 18 maii 1796 eum Moderatorem supremum Ordinis nostri nominavit. Quem gradum tenuit, difficillimis vertentibus tempestatibus, usque ad a. 1806 mense majo. Obiit Matriti a. 1809.
BUENAV. DE CARROCERA, *Necrologio*, p. 214.
BULLAR. CAP., IX, 235.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 235, 238, 240.
JUAN B. DE ARDALES, *La Divina Pastora*, t. I (Sevilla 1949), p. 425-33 (not. biogr.).
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
ESTADISTICA DE CASTILLA (1910), p. 72, 154.
ANALECTA CAP., 8 (1892), p. 309.
COLLECTAN. FRANC., 13 (1943) p. 296-98, Min. Gen. inter Hispaniae « *Grandes* » receptus a. 1798.

Nicolaus a Dijon, Prov. Lugdunensis ter Minister, Ordinis vero Definitor (1691); obiit a. 1694. — Concionator et Lector egregius, pleraque edidit opera theologis et oratoribus utilia, inter quae adnotantur: L'esprit du chrétien, de l'ecclésiastique et du religieux 3 voll. (Lyon, 1688) — Lettre à un ami, dans laquelle on fait l'analyse de la nouvelle mystique de Molinos (Ib. 1688) — Sermons... sur la S. Vierge...; sur les Evangiles du Carême...; des 40 Heures...; Panégyriques... etc.
BULLAR. CAP., V, 117.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, III, 530-533.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 170.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 199.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 58.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 385.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XI, 612.
DICTIONN. DES PRÉDICAT. FRANÇAIS (1824) p. 189.
PETIT MESSAGER DE ST. FRANÇ. (Lyon) a. 1938 p. 284-86.

Nicolaus a Dublin (familia *Archibold*) Hiberniae Prov. — Doctus et zelans missionarius, domi vel in Anglia in haereses Protestantium acerrime pugnavit. Anno 1650, pestifera lue aegrotantibus dum inservit moritur in urbe Wexford. — De re ascetica et disquisitiones de re religiosa scripsit; composuit insuper Ordinis nostri in Hibernia memorias.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, II, 239, 241.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 198.
IOAN. A ST. ANT., *Bibl. Franc.* II, 382.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XI, 558.
REVUE SACERD. DU TIERS-ORDRE (Paris) an. 1938, p. 163 (de op. ms. P. Nicol. *Evangelicall Fruict of the seraphicall Order*).

Nicolaus a Lagonegro,
v. *Molinari N.*, episc.

Nicolaus a Lucca, quamquam italus, Prov. Bohemiae fuit alumnus. — Gente *Barsotti* natus obiit a. 1675. Vir in sacris disciplinis et scientiis erudite versatus, edidit nonnulla de re theologica, de Beata Virgine et sermones plurimos.
SIGISMONDO, *Biografia Serafica*, p. 681.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 198.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 268.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 58.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 383.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II 426.
DICTIONN. HIST. ECCL., VI, 957.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XI, 588.

Nicolaus ab Odena (*Martí i Bernadé*), alumnus prov. Catalauniae, missionarius in Venezuela. Ortus a. 1813, obiit die 15 febr. 1894.
BASILI, *Necrologi de Catal.*, p. 46.
CAYETANO DE CARRÒCERA, *La Orden franc. en Venezuela* (1929), p. 140-61, 275-90.
CARRERA GUEVARA, *Rasgos biográficos del P. Nicolás de Odena*. Caracas 1899. pp. 111
VENEZUELA MISIONERA, II, 1940, p. 410-412; VI, 1944, p. 323-326.

Nicolaus a S. Giov. in Marignano, *Min. Gener.*, Picenae Prov. alumnus. — *Bacchini* gente natus d. 17 oct. 1808, Ordinem seraphicum a. 1824 est ingressus. Fuit Lector, Con-

cionator atque per varias Provincias Minister: Consultor etiam exstitit S. Congregat. Episcop. et Regularium. S. Sedes, datis Litteris d. 28 maii 1859 eum in supremum moderatorem nostri Ordinis nominavit; quod officium, temporibus adversis, egregie tenuit ad mensem april. a. 1872. Romae obiit die 23 ian. 1877. Typis mandavit, inter alia, quae sequuntur: *Corso di spirituali esercizi* (1871) — *Pratiche morali per i novelli Confessori* (1872) — *Soppressione degli Ordini Religiosi. Lettere* (1873). — *La libertà in tutti i suoi rapporti con la presente società* (1874) - *Breve analisi sul dramma « Gesù Cristo » di Renan* (1874) — *Il S. Cuore di Gesù nella seconda metà del sec. XIX* (1875).

BULLAR. CAP., X, cf. Ind. p. 794.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 282.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni Capp.* II, 233; IX, 473; X, 549 (Acta circa Miss.)
GIUSEPPE DA FERMO, *Scrittori*, p. 79.
ANGELINI A. (S. I.) — *Iscrizioni... al P. Nicola.* Roma, 1877.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, p. 231-39.
MAURO DA PERUGIA, *Elogio funebre* (1877).
ANNALI FRANC. 8 (1877) p. 85-87.
ECO S. FRANC. a. 1877, p. 148-50

Nicolaus Iosephus a Stavelot (*Dufax*), alumnus provin. Flandro-Belgicae, olim lector ac definitor in prov. Leodiensi. Tempore subversionis gallicae, in Galliam deportatus, in carcere pro fide mortuus est a. 1799. Opera egregia vulgavit praesertim *de SS. Eucharistia.*

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 59.
P. HILDEBRAND, *Nicolas-Jos. de Stavelot en zijn eucharistische schriften*, in « *Euchar. Tijdschr.* » XVI, 1937, p. 25-27 (cf. *Collectan. Franc.* a. 1941, p. 591 n. 913).
ETUDES FRANC. 48 (1936) p. 722-28.

Nicolaus a Tolosa, in prov. Navarra, alumnus prov. Catalauniae (1883 † 1923). — Fuit musicus bonae notae et plures compositiones publici iuris fecit: edidit etiam aliqua opuscula de re ascetica et liturgica.

CATALUNYA FRANCISCANA, a. 1923, p. 153.
ESTUDIS FRANC. 30 (1923) p. 472 — 31 (1923) p. 115-118.

Nicosia (*Herbita, Nicosia*) in Prov. Messanensi. — Primus Conventus exstructus a. 1546 postea relinquitur; secundus, cum ecclesia S. Maria Angelorum, a. 1603 fabricatus, supprimitur a. 1864; tertii denique fundamenta a. 1879 iacta sunt eiusque ecclesia eodem titulo illustratur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 26 tab. XI.
BULLAR. CAP., III, 177, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, t. I, p. 28.

Nicosia S., vide *Samuel a Chiaramonte*

Nicoya in Costa Rica, (Custodia *Americae centralis*, fratribus prov. Catalauniae concredita). — Perantiqua ecclesia paroecialis, quae est monumentum nationale, fratrum Capuccinorum curae commissa est anno circ. 1920.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) pag. 12 tab. XXXIV.
ZENON DE ARENYS DE MAR, *Los Capuchinos en Costa Rica*, (Cartago 1936), p. 32-33 cum figura.

Niedhammer Matthaeus a New York, *episc.*, alumnus prov. Calvariensis, — Natus die 11 sept. 1901, habitum FF. Capuccinorum sumpsit a. 1920 et sacerdotio auctus est a. 1927. Per plures annos inter Indianos *Cheyennes* in regione de Ashland (Montana) adlaboravit, dein an. 1939 in missionem de *Bluefields* (Nicaragua) se contulit, cuius missionis nominatus est Vicarius Apostolicus die 11 maii 1943 eodemque die collatus est ei titulus episcopalis *Caloënus.*

ANALECTA CAP. 59 (1943) p. 68, Vicar. Ap.
THE MESSENGER (Calvary Prov.), VIII, 1943, p. 169-71 (Relatio consecr. episc.).

Nigritia in Africa, vide *Guinea.*

Nijmegen (*Noviomagum*) in Hollandiae Prov. — Ab a. 1623 ad a. 1644, Patres antiquae Prov. Flandro-Belgicae stationem missionariam ibi tenuerunt. Prov. vero Hollandiae, studiorum causa in illa Universitate catholica, a. 1931 parvam tenuit domum cum Oratorio semipublico; denique a. 1934 Conventus formalis erigitur in ea parte civitatis, quae vulgo Hees nuncupatur, eiusque ecclesia Spiritui Sancto dicata est.

SCHOENGEN, *Monasticon Batavum*, I, 155, *Supplementum* (David De Kok), p. 121.
PLACIDUS VAN BOEKEL, *De Capucijnenmissie te Nymegen* (1623-44). St. Michiels-Gestel. 1925. Extr. ex « *Bossche Bijdragen* » VII, 1925-26. (cf. *Archiv. Franc. Hist.* a. 1926, p. 459. *Etudes Franc.* a. 1927, p. 205 n. 80)
ANALECTA CAP., 51 (1935) p. 13.
FRANC. LEVEN, 17 (1934) p. 97-101: *Over Nijmegsche Capucynen* (P. Hildebrand.).
UNI TRINOQUE, IV (1934-37) p. 41-42.

Nikolausberg in Bavaria, vide *Würzburg*

Nikolsburg vide *Mikulásov*

Nilopolitana *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo potitus est an. 1945 Laurentius INGLESE a Salemi, ex Ord. Cap.

Nilus ab Uttenweiler, v. *Münst N.*, episc.

Nimes (*Nemausus*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus fundatus a. 1630, abrogatus est tempore gallicae subversionis. Quoad excidium quinque fratrum Capuccinorum ibi a. 1790 commissum vide sub v. *Benedictus a Beaucaire et socii.*

BULLAR. CAP., V, 401.
GOIFFON (Abbé), *Notice historique sur les Capucins et la paroisse Ste-Perpétue de Nimes.* Nimes 1871.
DURAND ALBERT, *Histoire relig. du Départ.*

du Gard pendant la Révolution française, I, 363-373 (Nîmes 1918).
— Cfr. etiam bibliogr. sub v. *Benedictus a Beaucaire.*

Niort (*Nortum*) in Prov. Tolosana — Conventus aedificatus a. 1614 ab antiqua Turoniae Prov. abrogatus est a Gubernio revolutionario a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 391.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 48.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 55.
IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, p. 102.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 340, bibliogr.

Nissa, vide *Neisse*

Nistal B. vide *Alonso y Nistal B.*, episc.

Nizza Marittima, vide *Nice*

Nizza Monferrato, olim Nizza della Paglia (*Nicia Montisferrati* seu *Nicia Palearum*) in Prov. Alexandrina. — Duos ibi tenuit Conventus antiqua Prov. Genuensis: prior a. 1592 aedificatus est et relinquitur aëris causa; alter a. 1622 exstructus cum ecclesia S. Iacobo mai. Apost. dicata a. 1866 supprimitur.

BULLAR. CAP., III, 329; IX, 372 (n. 150).
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 359.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 507.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, V, (cf. Ind.).

Nocera inferiore, olim Nocera dei Pagani (*Nuceria Paganorum*) in Prov. Neapolitana. — Hic noster Conventus initia habuit a. 1563 titulo S. Andrea Apost.; a. 1866 supprimitur sed a. 1897 denuo a nostratibus incolatur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 27 tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 37, 308.
BONAV. DA SORR., *Capp. di Napoli*, p. 5.

Nocera Terinese (*Nuceria Terina*) in Comm. Consentino. — Anno 1581 coenobium exstruebatur cum ecclesia sub invocatione B. M. V. in caelum Assumptae. Fratres ex eodem expulsi sunt a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 415.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 190.

Nocera Umbra (*Nuceria*) in Umbriae Prov. — Conventus, S. Paulo Apost. sacer, conditus est a. 1568. Ob expulsionem Regularium a. 1860 relictus est a nostris sodalibus; nunc eum incolunt PP. Carmelitae.

BULLAR. CAP., II, 129, 435.
QUARTO CENTENARIO PROV. SERAFICA (1930) p. 22.

Noci (*Nuces*) in Apuliae Prov. — Conventus aedificari coeptus est a. 1588, eiusque ecclesia S. M. Angelorum in caelum Assumptae est dicata. Ob Conventuum suppressionem a. 1861 ille amittebatur.

BULLAR. CAP., III, 317.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 195.
GIOIA P., *Storia di Noci* (1842), II, 282 ss.; III, 172, 229, 231, 282, 297.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 99, Status Conv. a. 1650.

Noè C., v. *Chrysologus a Gy*

Noemum, vide *Nemi*

Nogaro (*Nogarum*) in Prov. Tolosana. — An. 1615 fratribus antiquae Prov. Aquitaniae vetus monasterium nonnullis annis ante relictum conceditur. An. 1668 ecclesia eruitur, et alter Conv. cum ecclesia erectus est. Fratres ibi manserunt usque ad a. 1792.

BULLAR. CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, I, 114.
IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, p. 59.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquit. p.* 293.

Nogent-le-Rotrou (*Novidunum retrudum*, seu *Nogentum Rotrodi*) in Prov. Parisiensi, — Conventus titulo S. Ludovico rege a. 1601 excitatus et a. 1629 Prov. Normanniae aggregatus supprimitur a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 393.
GODEFROY, *Histoire Prov. Paris*, II, 414.
ANALECTA CAP. 30 (1914) p. 186.

Nogent-sur-Seine (*Nogentum ad Sequanam*) in Prov. Parisiensi. — Olim ibi exstitit Conventus qui a. 1635-36 erat conditus cum ecclesia titulo: S. Maria Angelorum.

BULLAR. CAP., V, 390.

Noia, vide *Noicáttaro*

Noicáttaro, olim Noia (*Noja*) in Apuliae Prov. — Conventus, titulo S. Maria a Consolatione, exstitit ab a. 1589 usque ad civilem suppressionem a. 1861.

BULLAR. CAP., III, 317.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 197.
MORCA, *Storia della peste di Noia* (Napoli 1817) p. 185, 294, 360, 453 (de Capuccinis)
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 99, Status Conv. a. 1650.

Nola, in Prov. Neapolitana. — Conventus cum ecclesia titulo S. Cruce fabricatus est a. 1566. Suppressus vi legis civilis a. 1866, denuo incolatur a nostris sodalibus a. 1894.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 27 tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 308; IX, 298.
BONAV. DA SORR., *Capp. di Napoli*, p. 5.
BONAVENTURA DA SORRENTO, *I Cappuccini di Nola*. Napoli-Sorrento, 1894.
ECO S. FRANC., a. 1894, p. 798-811: Conv. di Nola.

Nomen Fratrum — Iuxta antiquam consuetudinem fratres Capuccini *nomen* tantum adhibent quod in sacra vestitione seu in ingressu Ordinis sortiti sunt., et *cognominis* loco addunt nomen civitatis, castri etc. in quo ortum habuerunt. Ab hac norma excipiuntur fratres quando in actibus civilibus subscribere coguntur.

Attamen non raro etiam a nostris scriptoribus, a fratribus nobilibus et in nonnullis Provinciis Ordinis (Germania, Helvetia etc.) *cognomen familiae* iuxta positum invenitur nomini in religione assumpto, ex. gr. Alexius *Segála* a Salò, Bartholomaeus *Barbieri* a Castelvetro, Marcellinus *De Pise* a Mâcon, Valerianus *Magni* a Milano, Zacharias *Boverio* a Saluzzo, Franciscus *Nugent* a Moyrath, Theobaldus *Mathew*.

ACTA ORD. MINORUM, 60 (1941) 181-82, *De religiosi nominis mutatione*.

ANALECTA CAP., 28 (1912) p. 238, *Monitum* Min. Gen. circa nomen fratrum.

Nomen Ordinis — Primi fratres nostrae Congregationis nomen sibi imposuerant: *Fratres Minores vitae eremiticae* et proinde etiam *Eremitae* dicebantur simpliciter. Brevi tamen ab eorum forma caputii, *Capuccini* appellati sunt, et hic usus implicite approbationem obtinuit ab ipsa Curia Romana.

Simul ac « Capuccini » primis temporibus dicti sunt praeterea vulgariter *Capuzzini, Scapuzzini, Scapuccini, Capuciati*. Non raro, praesertim a sic dictis puristis, etiam hodierno tempore adhibetur vox litteraria *Capulati*.

Cum autem voces: *Capuccinus*, vel *Ordo Capuccinorum*, originem nostram franciscanam non proferant, ad eandem exprimendam officialiter, iam ab antiquo fratres usi sunt praemittere denominationem generaliorem *Frater Minor*, vel *Ordinis FF. Min. S. Francisci* seu brevius *O.F.M. Cap.*, quae sunt sigla officialia.

EDUARDUS, *De Primordiis*, p. 51-56.

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, 40-41.

ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 294: *Monita* Min. Gen. de ratione scribendi *nomen Ordinis*

ETUDES FRANC. 41 (1929) p. 263 (de nomine *Cappuccino*); 50 (1938) p. 148 (Nota circa vox lusitana *Capuchos* vel *Barbadinhos*.

FRANC. LEVEN. 11 (1928) p. 145-50, *De physionomie der Kapucijnen-Orde*. (P. Cuthbert); p. 286 ss. *Het getuigenis der taal*. (Michels, L. C.).

FRANC. ANNALS (London), 52 (1928) p. 75-78: Why « Cappuccini »?

Nomentum, vide *Mentana*

Nomina academica, vide *Pseudonymi*

Nonantola (Abbatia « Nullius ») vide *Modena* (archidioecesis)

Norbertus a Bar-le-Duc, in saeculo *Petrus Curel Parisot*, etiam *l'Abbé Platel* cognominatus. — Natus a. 1697, capuccinus factus est in Lotharingiae Provincia a. 1716. Romam cum venisset a. 1734, Procurator missionum de *Malabar* constituitur et paulo post missionarius in Indias orient. (Pondichery) proficiscitur. In magna controversia circa *ritus malabaricos* acerrime PP. Iesuitarum opiniones impugnavit ac nonnulla de hoc argumento volumina edidit. Anno 1741 Romam petiit iterum, deinde per varias Europae plagas se contulit. Vi indulti pontificii Clem. XIII a. 1759 habitum cleri saecularis induit et nomen vulgo *l'Abbé-Platel* sumpsit. Post an. 1763 in sua Lotharingiae Prov. habitum seraphicum iterum sumpsit iterumque paulo post dimisit. Obiit a. 1769. — Pleraque eius opera quae edidit, vel sub nomine *P. Norbert*, vel *l'Abbé Platel* inscribuntur. Opus praecipuum est illud cui titulus est: *Mémoires historiques sur les affaires des Jésuites, avec le Saint Siège, par l'Abbé C. P. Platel*. Lisbone 1766 voll. 7. — Duo vero ex P. Norberti operibus in « Indicem Librorum prohibitorum » recensita sunt, scilicet: *Mémoires historiques présentés au S.P. Benoît XIV sur les Missions des Indes Orientales* (Decret. 1 apr. 1745). — *Mémoires historiques, apologétiques présentés en 1751 au S. P. Benoit XIV sur les Missions de la Société de Jésus aux Indes et à la Chine* (Decret. 24 nov. 1751).

BULLAR. CAP. VIII, 57-58.

BULLARII REGESTUM, n. 2414 (a. 1747) n. 2627 (a. 1759)

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, VIII, 78.

SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 282.

HURTER, *Nomenclator*, V, 174.

STREIT, *Bibliogr. Missionum*, VI (cf. Ind. p. 560, 579); VII, num. 3289, 3309, 3311, 3542.

CASATI, *L'Indice dei libri proib.*, III, 280.

REUSCH, *Der Index*, II, 771, 775, 795, 936.

INDEX LIBR. PROHIB. (v. *Norbert*).

KOCH L., *Jesuiten-Lexikon* (1934) col. 1382.

SOMMERVOGEL, *Biblioth. de la Compagnie de Jésus* (nouv. édition), t. XI (1932) p. 1243 n. 9, 11 a-h, de Operibus P. Norberti circa Ritus malabaricos.

PASTOR, *Storia dei Papi*, V. XVI, P. I, p. 215-217 (P. Norb. et Jansenismus in Hollandia); p. 349-54 (Not. biogr.)

BIOGRAFIA UNIV. (Venez. 1823) t. 41 p. 61-63

DICTIONN. THÉOL. CATH. XI, 2040-43.

LEXIKON THEOL. UND KIRCHE, VII, 980.

KIRCHENLEXIKON, IX, 1518-20.

[CHEVRIER FRANÇOIS-ANT.] — *La vie du P. Norbert ex-capucin*. Londres, 1763.

COLLECTAN. FRANC., 8 (1938) p. 229, 234 (P. Norb. et *Joan. Lami*, Florentiae an. 1745).

ETUDES FRANC. 49 (1937) p. 632-49; 50 (1938) p. 63 ss.; 51 (1939) p. 55-75: *Le P. Norbert...* (L. J. Husson). — Cf. *Collectan. Franc.* 1941 p. 587 n. 872.

Norbertus Lotharingus, v. *Norbertus a Bar-le-Duc*

Norbertus a Tux (domo *Stock*) Prov. Tirolis Septen. Lector, Definitor et Concionator egregius. Ortus a. 1840, habitum nostrum sumpsit a. 1860 et obiit a. 1907. Vir exstitit doctus, et ceu poëta fuit quoque laudatus. Multa scripsit in foliis periodicis; pleraque quoque opera hagiographica Ordinis nostri et poëmata edidit; sufficiat memorare suum « *Compendium Theologiae fundamentalis* » (1890).

CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 111-13.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 59, 85.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.* II, (cf. Ind.)
ANALECTA CAP. 23 (1907) p. 330, necrol.

Norbertus a Wien (*Baumgartner*), Prov. Austro-Hungaricae alumnus inter primos pictores sui temporis adnumerandus est, qui fundavit et rexit propriam scholam pictorum. Studiorum causa Italiam petiit et an. 1736 Palanzanae, in Prov. Romana, habitum Capuccinorum accepit et deinde in diversis locis, praesertim Romae et Bononiae picturas confecit valde aestimatas. Desiderio Imperatricis Mariae Teresiae an. 1745 reversus in patriam, ibi artem suam exercuit et multae ecclesiae, imprimis Viennae et Pressburg, conservant picturas ab eo confectas. Obiit Viennae die 27 sept. 1773, aetate 63 annorum.

KURZE DARSTELLUNG *der Gründung des Kapuzinerklosters auf dem Neuen Markt in Wien*. (Wien, 1823, p. 28).
TOTENBUCH Wiener Kap. Prov., 29 sept.
BRUNNER SEBASTIAN, *Die Kunstgenossen der Klosterzelle* (Wien 1863), II, p. 529.
FÜSSLI, *Allgemeines Künstlerlexikon*, I, 189.
ALLGEMEINES LEXIKON *der bildenden Künste* (Leipzig 1809) III, 84.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 209 (Imago A. M. Neuroni, episc., O. Cap., picta a P. Norberto a. 1746).

Norcia (*Nursia*) in Prov. Umbriae. — An. 1538 in declivio montis « *Castelluccio* » Conventus aedificatus est cum ecclesia B. M. Virgini a Misericordia dicata: quo relicto, quia nimis procul ab urbe, a. 1917-20 novus Conv. exstruitur iuxta ecclesiam Gratiarum.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII
BULLAR. CAP., II, 435.
MONUM. HIST. O. CAP., V, 282.
QUARTO CENT. PROV. SERAFICA (1930) p. 18.
IPPOLITO DA CIVITELLA, *Nel 50° anniversario del Collegio Serafico dei Capp. della Provincia Serafica* (Assisi 1930), p. 20-23 (Seminario di Norcia).

Norcia (*dioecesis*). Praesul huius *Nursinae D.* ab a. 1890 usque ad a. 1894 exstitit Marianus CAVASCI a Civitanova Marche, ex Ord. Cap.

Normandiae Provincia antiqua in Gallia. — Conventus plus quam viginti qui in regione Normandiae iam antea fundati erant, a. 1629 avulsi sunt e Prov. Parisiensi ad novam Prov. Normandiae efformandam. Fratres huius Provinciae magna merita sibi compararunt praesertim ad impellendos haereticos Protestantes et saeviente diro morbo a. 1650 et 1672 aegris curandis. Provincia a. 1754 septem supra viginti Conventibus et 227 Religiosis constabat; sed superveniente gallica eversione (1790) omnia eversa sunt. Postea eius territorium ad Prov. Parisiensem iterum coniunctum est.

Index Conventuum, qui ad antiquam Prov. Normandiae pertinuerunt: Alençon, Andelys (Les), Argentan, Avranches, Bayeux, Caen, Caudebec, Coutances, Dieppe, Eu, Evreux, Falaise, Fécamp, Forges, Gournay, Harfleur, Hâvre (Le), Honfleur, Lisieux, Mortagne, Orbec, Nogent-le-Rotrou, Rouen, Sotteville, Valognes, Vernon, Vire.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (cfr. Schematismus Cap. Prov. Parisiensis, a. 1893, p. 10-34).

Paulinus a Tréport: 1629, 1635, 1642, 1648.
Iosaphat a Rouen: 1632, 1639.
Spiritus a Boscroger: 1645, 1650.
Fulgentius a Vernon: 1653, 1659.
Emmanuel a Pont-de-l'Arche: 1656.
Franciscus a Mainneville: 1662, 1668, 1693.
Ludov. Franc. ab Argentan: 1665, 1679.
Iacobus ab Argentan: 1670, 1676.
Adrianus a Saint-Bosmer: 1680.
Hierotheus a Sainte-Marie-du-Mont: 1683, 1689.
Constantius a Mortagne: 1686, 1692.
Michaelangelus a Rouen: 1695, 1700, 1706, 1711.
Thomas a Dieppe: 1697.
Henricus a Rouen: 1703, 1715, 1721.
Franciscus a Bayeux: 1708.
Bernardus a Rouen: 1713, 1725.
Hierotheus a Mortagne: 1718.
Adrianus a Coutances: 1723.
Iosaphat a Caen: 1728.
Gregorius ab Alençon: 1731, 1737.
Mauritius ab Alençon: 1734.
Henricus ab Eu: 1740.
Carolus Franc. a Rouen: 1743, 1749, 1755, 1773.
Silverus a Rouen: 1746.
Philippus ab Alençon: 1752, 1758.
Hierotheus a Coutances: 1761, 1767.
Clemens a Valognes: 1764, 1770, 1776, 1782, 1788.
Abel a Lisieux: 1779.
Romanus a Vire: 1785.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
de quibus tractatur sub eorum nomine

Alexius a Saint-Lô, miss. († 1659)
Amadeus a Bayeux, conc. († 1676)
Anacletus a Le Hâvre, script. († 1736)
Antoninus a Rouen, mart. († 1794)
Archangelus a Valognes, script. († 1651)
Dionysius a Vire, conc. († 1658)
Gratianus a Carantilly, mart. († 1794)
Iacobus a Coutances, script. († 1669)
Ivo ab Evreux, miss. († 16..)
Ludov. Franc. ab Argentan, scr. († 1680)
Marcellinus a Rouen, mart. († 1794)
Michaelangelus a Rouen, script. 1659.
Petrus a Jussey, mart. 1792.
Raphaël a Dieppe, miss. († 1648)
Spiritus a Bosroger, script. († 1655)
Zacharias a Lisieux, script. († 1661)

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., V, 90-101, 393 s.; VII, 323..
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, II, 220 (de Peste a. 1650). — III, 192 (de Peste a. 1672).

MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Index.
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO O. CAP. ed. 1649, Tab. 30 — ed. 1712, Tab. 14.
UBALD, *Catalogue des Mss.*, p. 86, 97.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 213-219: *Documenta pro historia Missionum Capucc. Prov. Normandiae.* — 27 (1911) p. 24, 51, 120, 172, 194, 236, 266, 310. — 28 (1912) p. 29, 63, 159, 283. — 29 (1913) p. 22. — 30 (1914) p. 126, 186: *Neustria seraphica seu Conventus Cap. Prov. Normanniae.* — 28 (1912) p. 374 De mss in Arch. Status Mediolani asservatis.
COLLECTAN FRANC. 6 (1936) p. 17, 19 (de orig. Prov. etc.)

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIALE

Rituale Romano-Franciscanum ad usum FF. Min. Capuccinorum Prov. Normanniae. s. l. 1744.

Nortum, vide *Niort*.

Nosocomia — Omnibus compertum est nosocomia et publica valetudinaria, sive pro civilibus sive pro militibus, esse, iam a nostrae Congregationis exordiis, unam ex praecipuis formis caritatis fratrum Capuccinorum. Cappellani munere ipsi multis in locis funguntur, et in quarundam urbium nosocomiis fere solis Capuccinis illud officium commissum est (ex. gr. Bononiae, Florentiae, Genuae, Romae). Commune vero est nostris missionariis ad exteras plagas nosocomia et Leprosaria erigere vel dirigere, atque aegrotis, praeter spiritualem curam, non raro etiam auxilia materialia praestare. Anno 1949 in locis nostrarum Missionum numerabantur 80 *Nosocomia* et 15 *Leprosaria*.

BULLAR. CAP., IX, 188; X, 142.
EDUARDUS, *De primordiis*, cf. Index, p. 127.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, 285-87; vol. II, 388 s.; vol. III, 125 s., 510 s.
CASSIANO DA LANGASCO, *Gli Ospedali degli Incurabili*. Genova 1938, pp. 279. Cfr. in Indice: *Cappuccine, Cappuccini, Longo M. Laurentia, Ludovico da Fossombrone, Napoli.*
PRO ADSISTENTIA *infirmorum et morientium ad usum FF. Min. Cap. in nosocomiis inservientium civitatis Genuae.* Genuae 1945
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 155-159, *Opera publica quibus inserviunt Capuccini in Italia;* 65 (1949) 188, *De Capuccinis in I° Congressu Cappellanorum nosocomiorum in Urbe habito an. 1949;* 66 (1950) p. 98, *Nosocomia et Leprosaria in locis Missionum.*
ECHO DE ST. FRANÇOIS (Ottawa), a. 1935, pag. 221, 257, 293, *Capucins au service des lépreux et lépreux Capucins.*
ETUDES FRANC. 47 (1935) p. 143-158, *Capucins au service des lépreux et lépreux Capucins.* (Conférence du P. Aloys prononcée à l'Instit. Cath. de Paris).
L'OSSERVATORE ROMANO, 19 nov. 1936, p. 5, *I Cappuccini negli Ospedali romani.* (Ottavio da Alatri).
Cfr. etiam Bibliogr. sub v. *Caritas*.

Nossi-Bé in Madagascar, vide *Ambanja*

Nothgottes (*Agonia Domini*) in Prov. Rheno-Westfalica (dioec. Limburgen.) — Domus cum sacello in silva prope Rüdesheim am Rh. sita, ubi imago Domini agonizantis a peregrinantibus venerabatur, a. 1620 ad stabilem habitationem Capuccinis cessa est, qui ibi manserunt usque ad a. 1813, quo anno a civili Gubernio eam deserere coacti sunt.

BULLAR. CAP., IV, 340, 385.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana* (cf. Ind. *Agonia Dom.*)
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* p. 133, 141.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 477 Ind.
KILIAN MÜLLER, O. CAP., *Die Aufhebung der Wallfahrt Nothgottes im Rheingau*, Mainz 1907.
ZICHNER A., *Kloster Nothgottes i. Rh.*, in: « Rhein. Heimatblätter » VI, p. 333-340 (Koblenz 1929).
ANALECTA CAP. 17 (1901) p. 154.

Notkersegg, in Helvetia, dioecesis *Sancti Galli*. — Ex a. 1634, *Sorores Capuccinae* III Ord. Regul. S. Francisci habitant in pervetusto monasterio condito an. 1381. Ecclesia est dicata B. M. V. Immaculatae.

BULLAR. CAP., IV, 365.
ANNALES MINORUM, t. 28, p. 192.
BÜRGLER, *Franz. Orden i. d. Schweiz*, p. 185.
GREIDERER, *Germania Franc.*, II, 663.

Noto (*Netum*) in Prov. Syracusana. — In valle *Passo del Bue* dicta, a. 1553 domus condita est iuxta ecclesiam « *della Pietà* »; sed quia locus insalubris erat, altera exstruitur domus a. 1584 cum ecclesia S. Antonio dicata. Quae eversa terrae motu a. 1693, novus Conventus aedificatus est a. 1712, eodem titulo S. Antonio. Ibi fratres commorati sunt ad Regularium Ord. suppressionem a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa*, p. 61-65.

Notre-Dame d'Orient (*Domina Orientis*) in Tolosana Prov. — Antiquum sacellum B. M. Virginis (vulgo: *d'Orient*), quod iam ab a. 1615 ad a. 1643 FF. Min. Conventuales coluerunt, sequenti anno (1644) nostris sodalibus concreditur. Parva domus ut regularis Conventus a. 1657 erigitur et ecclesia in ampliorem formam reducitur a. 1666. Hoc monasterium supprimitur a. 1791 et hodie a monialibus Benedictinis incolatur.

BULLAR. CAP., V, 218, 405.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.* I, 150; III, 320
APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquit.* p. 9.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 79.
ANNALES FRANC. (Paris), t. IX, (1874-1876), p. 293-297, 314-317.

Notre-Dame de Peytes, in Prov. Tolosana. — An. 1662, antiqua aedicula B. Virginis, *de Peytes* nuncupata, nostris fratribus commissa est, ibique moram illi fecerunt usque ad a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 405.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, I, 150; III, 171, 234.
IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, p. 81.

Notre-Dame de Toutes-Aides, in Canada (dioec. Winnipegensis). — Fratribus Capucinis Prov. Belgicae domus religiosa ibi canonice erecta est a. 1936.

ANALECTA CAP. 53 (1937) p. 7.

Nouvelle Revue Théologique (Tournai 1869-1895), vide *Piatus a Mons*

Nova Trento vide *Flores da Cunha.*

Novae, vide *Novi Ligure*

Novana vide *Civitanova Marche*

Novara (*Novaria*) in Prov. Alexandrina. — Vetus Conventus a Prov. Mediolanensi aedificatus a. 1563, Napoleone imperante supprimitur a. 1810. — Inter annos 1841 circ. et 1866 nostri fratres habuerunt hospitium apud *Nosocomium* civile et militare. An. 1919 nostratibus *Paroecia* cui titulus SS. Cor Iesu concredita est. — Denique a. 1928, antiquum monasterium S. Nazarii, vulgo « della Costa » quod antea (saec. XV-XVIII) Fratres Minores tenuerunt a nostris fratribus comparatum est. Ecclesia et monasterium, arte ducta et apte instaurata, inter monumenta italicae nationis numerantur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 11 tab. III.
BULLAR. CAP., II, 318, 445; IX, 190.
ANALECTA, 6 (1890) p. 157; 45 (1929) p. 36.
BOLLETTINO *del Santuario S. Cuore di Gesù in Novara.* — Novara, 1920 ss.
BOLLETT. STOR. PER LA PROV. DI NOVARA, t. 23 (1929) p. 347 ss.: *Il Conv. di S. Nazzaro della Costa. Documenti.* (A. Salsa, o.f.m.).

— Monasterium monialium *Capuccinarum* olim ibi exstitit, Visitationi B. M. V. dicatum.

BULLAR. CAP., II, 331-32 (docum. a. 1654), p. 342 (docum. a. 1727).

Novara (Provincia Ordinis) vide *Novariensis prov.*

Novara (*dioecesis*). Episcopi ex Ordine Cap. qui hanc *Novariensem D.* gubernarunt: Bernardinus ROTARI ab Asti (1741 † 1747); Leo OSSOLA a Caluso electus an. 1945 (iam ab an. 1943 Administrator apostolicus).

Novariensis Provincia antiqua in Italia Sept. (titulo *S. Laur. Brundusino*). — Sic nominata est, decreto 24 mart. 1786, Provincia, quae in ditione sua novem habebat Conventus in regione Novariensi sitos (ex *Alexandrina* Prov. avulsos), scilicet: Arona, Cannobio, Domodossola, Novara, Oleggio, Orta, Pallanza, Romagnano, Vigevano; et quinque in Ticino Helvetico, nempe: Bigorio, Faido, Locarno, Lugano, Mendrisio. At brevi vixit, quia decreto Napoleonis a. 1810, Conv. etiam Novarienses supprimuntur, et qui in *Ticino* siti erant *Custodiam* sui iuris efformarunt, titulo S. Fideli, quae serius fit Prov. Ticinensis.

Series Superiorum Prov. Novariensis, addito eorum electionis tempore.
Alphonsus M. a Lesa: 1786, 1798, 1806.
Carolus Aloisius a Cannobio: 1789.
Philippus M. ab Airolo: 1795.
Petrus Paulus ab Oleggio: 1802.
Hieronymus a Lugano: 1808.

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., IX, 190, 206, 275; X, 733.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi,* I, 310-11.
S. FRANC. *nella Svizzera ital.* (1928) p. 74-77.
EMANUELE DA GALLIÁVOLA, *Necrologio dei Capp. della Prov. di Alessandria e delle sue antiche Custodie* [Novara ...] Vigévano, 1939.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 12 (de ortu Prov.).

Novellara (*Novellaria, Nubilaria*), in Prov. Parmensi. — Coenobium S. Annae fundatum a. 1603, exstitit usque ad Ordinum regularium eversionem a. 1866.

BULLAR. CAP., II, 441.
CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani,* I, 89-93, 169.
DAVOLIO V. — *Memorie di Novellara* (1833) p. 39, 42, 46, 47, 53.

Novelli, vide *Paula Antonia Novelli*

Novi Ligure (*Novae*) in Prov. Genuensi. — An. 1590 facta est domus constructio cum ecclesia honori S. Ioann. Bapt. Recurrente a. 1866 fratres expelluntur; at custos Ecclesiae manet sacerdos ad a. 1885.

BULLAR. CAP., II, 450.
MOLFINO, *Capp. Genovesi,* II, 233-46; (cf. Ind.).

Novi Velia, olim « Valle di Novi » (*Vallis Novi*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Conventus nostris sodalibus exstruitur magni Iubilaei anno 1600. Ex eo coacti sunt discedere a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 310.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 251 (status Conv. a. 1650).

Novidunum, vide *Nogent*

Noviodunum, vide *Noyon*

Noviomagum, vide *Nijmegen*

Novitiatus — In primis exordiis nostrae reformationis fere in qualibet domo novitiatus aderat quatenus postulantes in quo loco se praesentarent generatim induebantur. Paulatim vero novitiatus stabilem sedem obtinuit

in aliqua peculiari domo, a Superioribus Provincialibus electa, in qua ipse Guardianus erat novitiorum Magister. Clemens vero VIII die 12 Martii 1596 Decreto *Regularis disciplinae* (confirmato a successivo Decreto sub die 25 Iunii) sancivit ut locus novitiatus in qualibet Provincia electus permutari nequiret absque beneplacito S. Sedis. — Ex antiqua nostri Ordinis consuetudine, in Novitiorum vestitione *saeculare nomen* in aliud mutatur addito cognominis loco nomine civitatis, oppidi etc. in quo fratres ortum habuerunt (cf. *Analecta Cap.*, a. 1912, p. 238). Ad normam nostrarum Constitutionum (n. 16) *Magister novitiorum* eiusque socius eliguntur a Definitorio provinciali.

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., *cf.* Indices t. I, VI, VII, X.

BOVERIO, *Annales*, II, cf. Ind. rerum.

VENANTIUS, *Monum. ad Const.*, cf. Ind.

EDUARDUS, *De primordiis*, p. 56 ss. (de primis novitiis in Ord. Cap.).

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, 125-27, 164 ss.; vol. III, 99 s., 166-74.

BERNARDINO DA LAPEDONA *Il Convento di Camerino* (1931), p. 24, 45 (de primo novitio qui directe a saeculo ad nos venit).

REGOLAMENTO *intorno alle Votazioni pe' Novizi ed alle attribuzioni de' loro Padri Maestri, riveduto ed approvato dal R.mo P. Andrea d'Arezzo Vicario Gener. de' Cappuccini.* Roma 1847.

ANTONIO M. DA CUORGNÉ, *Lettera polemico-canonica sulle votazioni pei Novizi e sulle attribuzioni dei loro Padri Maestri.* Torino 1829.

BARTHOLOMAEUS A BONONIA — *Praxis observanda in admittendis ad religionem Novitiis.* Forolivii 1627.

ANALECTA CAP., cfr. « Index Gener. » voll. 1-50 (1884-1934) p. 154. vol. 54 (1938) p. 231 ss. *De Tironum delectu et institutione.* — 58 (1942) p. 83, 126, 156. — 59 (1943) p. 19. — 60 (1944) p. 98. *De ratione instituendi tyrones in Ordine FF. Cap.*

ETUDES FRANC. 36 (1924) p. 430-442: *Souvenir d'un Père Maître* (P. Elzéar).

GIOVENTÙ NOSTRA. *Rivista Pedagogica Francescana.* Campobassso, PP. Cappuccini, 1946 ss. [passim studia vulgantur circa novitiorum regimen etc.].

VITA MINORUM, VI, 1934, p. 43-46: *Il P. Maestro e il P. Guardiano dei Novizi. Note giuridiche.*

OPERA VARIA AD USUM
Novitiorum et *Magistrorum*

SUMA ESPIRITUAL *de las cosas más necesarias que ha de saber y practicar un novicio Capuchino.* Barcelona 1899.

TIROCINIUM SERAPHICUM *iuxta triplicem perfectionis viam a quodam Capucino Novitiorum magistro.* Moguntiae 1752.

[ANDREA DA FAENZA], *Massime e riflessioni ascetico-morali proposte ad un Maestro de' Novizi Cappuccini.* Cesena 1775.

ANTONINUS VAN TIRLEMONT, *Geestelycke Oeffeninge voor de Novitien.* Loven 1718... 1932.

BERNARDIN DE PARIS, *Le parfait novice instruit pour arriver à la perfection.* Paris 1668.

DOMENICO DA TAGGIA, *Dottrina serafica per i Novizi e Neo-professi Capuccini.* Napoli 1880.

DIONIGI DA ROSSIGLIONE, *La Regola di San Francesco spiegata ai Novizi e Laici nella Conferenza settimanale.* Alessandria 1934. (cf. « Collectan. Franc. » 1935, p. 114).

FRANCESCO DA MAZZARA, *Direttorio spirituale et istruttione delli novitii.* Palermo 1679.

FRANCESCO DA MONTEREALE — *Specchio di direzione da istruire i Novizi Capuccini.* Milano 1712.

FRANCESCO DA SESTRI — *Ragionamenti a' Novizi* 2 voll. Genova 1682, 1685.

GODEFRIDUS A TURNHOLTO — *Novitius Capucinus ad vitam seraphicam introductus.* Tornaci 1888.

IOANNES CHRYSOST. AB OBERBUEREN — *Exercitia spiritualia pro Tyronibus FF. Capucc.* — Romae 1893.

IOAQUÍN FIDEL DE TUDELA — *Reglamento para la dirección de los Novicios capuchinos de Navarra y Cantabria.* Pamplona 1797.

JONGHEN HENRICUS, O. F. M. — *Discursus pro vestitionibus, professionibus et jubilaeis Religiosorum.* Antuerpiae 1658.

JOSÉ DE RAFELBUNOL, *Introducción sencilla y practica de un Novicio capuchino.* Valencia 1783 et 1795.

IOSEPH DE DREUX, *Conduite intérieure proposée aux novices Capucins.* Paris 1714, Lyon 1837...1925. Versio italica: Venezia 1768; versio polonica: Varsaviae 1770.

JOSEPH DE PARIS, *Introduction à la vie spirituelle specialment pour les novitieux et séminaires des Capucins.* Paris 1620, 1626.

NICOLAS DE DIJON — *Sermons pour Vêtures et Professions religieuses.* Lyon 1695 et in: MIGNE, « *Collection des Orateurs Sacrés* » T. XVII, 251-840 (Paris 1845). — Versio italica: « *Sermoni per Vestiture e Professioni di Religiosi.* Padova 1755.

TIMOTHEUS A BAJ — *Schola seraphica, seu Instructio Novitiorum.* Linz 1929.

ZACCARIA DA MILANO — *Il giovane Cappuccino istrutto.* Milano 1646.

Novocomum, vide *Como*

Novomesto, germ. Rudolfswerth, in prov. Illyriae (*Slovenia*) — Fratres antiquae prov. Styriae in hunc locum venerunt a. 1658, et ex eo expulsi sunt a. 1786 Iosepho II imperante. Ecclesia consecrata est a. 1672 ad honorem S. Ioseph.

BULLAR. CAP., IV, 381.

MAVRICIJ, *Zgodovine Kapucinov*, p. 81.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 25, 67.

Novum Castrum, vide *Neufchâteau*

Nowakówski W. vide *Wenceslaus a Sulgostów*

Nowe Brzezie vide *Zbrzyza*

Nowe Miasto nad Pilicą, in provincia Varsaviensi. — Hic unus est Conventus in Polonia russica adhuc exsistens. Constructus est a. 1762 et habet ecclesiam S. Casimiro regi dicatam, in qua exstat sepulchrum celebris P. Honorati a Biała († 1916).
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 43 tab. XVIII.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) p. 358, 361.

Noyon (*Noviodunum*) in Prov. Parisiensi. — Conventum S. Francisci a. 1610 aedificatum, fratres nostri coacti sunt deserere tempore gallicae eversionis a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 390.
PONTHIEUX A., *Les derniers religieux des Abbayes et Couvents de Noyon en* 1790. (Cfr. *Collectan. Franc.* a. 1939, p. 312, n. 236).

Nubilaria, vide *Novellara.*

Nuceria, vide *Nocera*

Nuces, vide *Noci*

Nucium, vide *Nuits*

Nueva Pompeya vide *Buenos Aires.*

Nuevo París, Montevideo in Uruguay (Commissariatus prov. *Rio-Platensis*) — Pro missionariis Prov. Genuensis domus exstruebatur an. 1896, Novitatus vero canonice ibi erectus est an. 1929.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. XVII tab. 38.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale Miss.*, p. 404.
ANTONIO M., *Capuch. en la Plata*, p. 91-112.
ACTA, (Prov. di Genova), a. 1942 p. 96-97.
ANALECTA CAP. 46 (1930) p. 39 (Novitiatus).

Nugent F., vide *Franciscus Nugent*

Nuits (*Nucium*) in Prov. Lugdunensi. — Statio missionaria, seu Hospitium, olim ibi exstitit, a. 1634 conditum.
BULLAR. CAP., V, 398.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 47.

Nulvi (*Nulvium*) in Sardinia. — Vetus coenobium, titulo S. Thecla V. et M., olim monachorum de Vallombrosa, Ordini nostro datum est a. 1607. Illud relinquere coacti sunt fratres antiquae Prov. Turritanae a. 1870 circ.
BULLAR. CAP., III, 229-31, 328.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 409.
VOCE SERAFICA DELLA SARDEGNA, a. 1928, p. 92.

Nuneaton, Warwick, in Angliae Prov. — Anno 1880 hospitium conditum est, cuius sacellum S. Mariae Angelorum dicatum est. Nunc derelictum iacet.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 94.

Nurcia, vide *Norcia*

Nurri in Sardinia. — Coenobium S. Petri Apost. a. 1663 (1643?) conditum, fratres antiquae Prov. Calaritanae coacti sunt relinquere vi legis civilis a. 1870 circiter.
BULLAR. CAP., III, 327.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 189.

Nursina dioecesis, vide *Norcia*

Nymphenburg, in prov. Bavarica. — Hospitium, a. 1718 fundatum, abrogatur a. 1802 vi legis suppressionis Religiosorum.
BULLAR. CAP., IV, 375.
FRERL, *Gesch. Bayr. Prov.* (cf. Index).



Nowe Miasto in Polonia, conventus fundatus anno 1762.
In ecclesia asservantur exuviae celebris P. Honorati a Biała († 1916).

O

Ober Hollabrunn, vide *Hollabrunn*

Oberehnheim, vide *Obernai*

Oberkirch, in prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus exstructus a. 1695, abrogatus est primis annis saec. XIX.

BULLAR. CAP. IV, 366.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 144-47

Obernai (*Oberehnhemium*) in Prov. Strasburgensi (Alsatia). — Ab a. 1627 ad a. 1667, belli gliscentis causa, fratres Prov. Helveticae variis in domibus habitaverunt; postea Conventus cum ecclesia S. Antonio Patavino exstructus est. Alsatiae Prov. concreditus a. 1729 vi legis suppressionis relinquitur a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 409.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 460, 492.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 120, 156.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 480.
L'ANCIEN COUVENT *des Capucins d'Obernai. Simples notes adressées, au Conseil municipal d'Obernai par la fabrique paroissiale* Strasbourg 1871. (De controversia circa ius proprietatis in Conv. Cap. derelictum).
CHRONICA PROV. HELVET. (cf. Ind. p. 788).
ARMEL, *Les Cap. d'Alsace*, p. 7, 69, 161-66.
ARCHANGELUS SIEFFERT, O. Cap., *Zur Geschichte des Kapuzinerklosters Oberehn*, in « Archiv für Elsäss. Kirchengesch. » XVI 1943, p. 273-300.

Obervaz, in Helvetia. — Fratres Capuccini missionarii in *Raetia*, ibi morati sunt ab a. 1663 ad a. 1930, apostolatum et curam paroecialem exercentes.

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. XV tab. XVI.
CLEM. A TERZORIO, *Man. hist. Miss.* p. 44.
IDEM, *Le Missioni*, I, (cf. Ind. p. 445).
BÜRGLER, *Franz. Orden i. d. Schweiz*, p. 121
BERNARDO DA MARONE, *Relazione veridica del principio... della Chiesa in Solas territorio di Vaz* (c. 1690). Roma 1887, pp. 21.
ANNALI FRANC. (Milano), a. 1876, p. 514-515, *La Chiesa di Obervaz.*

Oblati, vide *Tertiarii perpetui*

Occierium, vide *Ozieri*

Occitaniae seu Languedoci Provincia in Gallia. — Orta est an. 1640 ex divisione Prov. Tolosanae in *Aquitanam* et *Occitanam*, quae vero communius etiam post divisionem simpliciter « Tolosana » dicebatur, quare reliqua videas sub v. *Tolosana provincia.*

Occultae (Sorores), v. *Honoratus a Biala*

Oceania — Circa *Missiones* in quibus fratres Capuccini inde ab. a. 1886 adlaborarunt vel adhuc adlaborant, vide Missionum vel Insularum nomina quae sequuntur: *Australia, Carolinae; Guam, Marianae, Padang* (Sumatra), *Pasqua, Philippinae, Pontianak* (Borneo).

Ochino Bernardinus a Siena. — Natus circa annum 1487, Ordinem FF. Minor. de Observantia ingressus est an. circ. 1504 in Prov. Tusciae. Munera varia in sua et in aliis Provinciis obivit atque orator celeberrimus evasit. Anno 1534 ad novam Capuccinorum familiam transmigravit potius secreta ambitione motus, ut creditur, quam austerioris disciplinae zelo, anno post (1535) electus est Definitor Gener. Ob eius praeclaras dotes, magni habebatur ab ipsomet Paulo III, a principibus a cardinalibus et a confratribus suis, qui eum in *Vicarium Generalem* sibi elegerunt Florentiae a. 1538 et iterum Neapoli a. 1541. Attamen pseudo reformatio lutherana iampridem cor eius et mentem labefactaverat, et misere labente mense augusto a. 1542 Genevam aufugebat inter haereticos. Postea in Angliam transfretavit a. 1547; denuo in Helvetiam peregrinavit a. 1553; deinde a. 1563, proscriptis eius doctrinis et ab omnibus reiectus, moram obtinuit in Polonia; demum exeunte a. 1564 in Moravia peste periit, multa relinquens scripta fidei catholicae adversa. — Quamquam huius viri lapsus pro Capuccinorum familiae exsistentia magnum periculum esset, nihilominus nostra Congregatio superfuit merito praesertim P. Francisci a Iesi (in munus Vicarii Gener. Bernardino suffecti) et Cardinalium Antonii Sanseverino et Rodulphi Leonelli Carpensis, qui morum et fidei integritatem Capuccinorum optime noverant.

BIBLIOGRAPHIA

a) *Opera FF. Capuccinorum*

MONUM. HIST. O. CAP. — cfr. Indices t. I ss.
BOVERIO, *Annales*, I, cf. Index rerum sub v. *Bern. Ochino* et *Bern. Senensis.*
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, 47-49, cf. Ind.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 36, 38, 43, 46.

LIBER MEMORIALIS O. CAP. (1928) p. 8-10.
EDUARDUS, *Tribulationes O. Cap.*, cf. Index
CUTHBERT, *The Capuchins*, cf. Index.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 23, 34, 37.
DAVIDE, *Storia Capp. Veneti*, I, cf. Ind.
GIUS. DA MONTEROT., *Gl'inizi dell'Ordine* p. 96-114.
SALVATORE, *La Prov. di Bologna*, I, 83-86.
ANALECTA CAP. 41 (1925) p. 157 s. (commoratio Bern. O. in nostro Conv. Faventino (Faenza).
COLLECT. FRANC. a. 1934 p. 305; a. 1938 p. 460, notae bibliogr.
ITALIA FRANC. 6 (1931) p. 156-83: *B. Ochino fautore della pseudo riforma* (Fredegando da Anversa). — p. 507-12: *Curiosità Ochiniane* (Sisto da Pisa).
NEERLANDIA FRANC. 2 (1919) p. 209-24: *L'Ordre de St. François dans les Oeuvres d'Ochin.* (P. Hildebrand).
ROUND TABLE, IX (reimpr. 1949), p. 33-50, *Bernardin Ochino the apostate.*

b) *Opera extraneorum*

CANTINI G., O.F.M., *I Francescani d'Italia di fronte alle dottrine luterane nel '500* (Roma 1948), p. 137-43. cfr. etiam Ind. (*Ochino*).
CANTÙ CESARE, *Gli Eretici d'Italia* (Torino 1866) II, 29-68.
CHURCH FRED. CORSS. — *I Riformatori italiani* (Trad. D. Cantimori, Firenze 1935) cf. Ind. vol. II p. 297.
MISCIATELLI P. — *Mistici Senesi* (Siena 1913) pp. 214-251: *B. Ochino e l'eresia in Siena.*
PASTOR, *Storia dei Papi*, V, 317-24, 671.
REUSCH, *Der Index*, I, 93, 152, 374, 422.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 497.
MELZI, *Dizion. opere anon. pseud.*, I., 398 F.B.D.S. (Lettera 10-II-1542).
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 804-06 (P. Hildebrand).
DICTIONN. THÉOL. CATH., XI, 916-28: I. Vie, II. Oeuvres. III. Evolution religieuse. (Frédégand Callaey).
ENCICLOPEDIA ITALIANA, XXV, 161 s. (B. Nicolini).
KIRCHENLEXIKON, I, 659-64 (Hilgers).
BAINTON, ROLAND HERBERT, *Bernardino Ochino esule e riformatore senese del Cinquecento. Versione dal manoscritto inglese di Elio Gianturco.* Firenze 1940. (Cf. « La Rinascita » Firenze, a. 1942, p. 313, 319; « Biblion » Napoli, I, 1946-47 p. 309-12.
BENRATH KARL, *B. Ochino v. Siena. Ein Beitrag zur Geschichte der Reformation.* 2. Aufl. Braunschweig, 1892.
IDEM, *Catalogo degli Scritti di B. Ochino*, in « Rivista Europea » (Firenze) a. 1874, p. 465-475.
BERTRAND-BARRAUD D. — *Les idées philosophiques de B. Ochin de Sienne.* Paris 1924, (cf. Bibliographie sur Ochin, pp. 131-36; Vie et Oeuvres, pp. 1-32) — Recen. apud *La France franc.* a. 1925, p. 177.
CANTIMORI DELIO — *B. Ochino, uomo del Rinascimento e riformatore.* Pisa 1929. (« Annali d. R. Scuola Normale Sup. di Pisa » Classe di Lettere e Filos. vol. 30, fasc. I).
LANZONI FRANC., *Fra Bern. Ochino a Faenza* (colla scorta di nuovi docum.); in *Bollettino diocesano di Faenza*, V, 1918, pag. 25-28, 188-191.
MEYER DANIEL — *Essai sur la vie, les écrits et les doctrines de B. Ochin. Thèse.* Strasbourg 1851.
MUTIO (MUZIO) GIROLAMO, Justinopolitano, *Le mentite Ochiniane.* Vinegia (Venezia) 1551.
NEGRI PAOLO — *B. Ochino. Note e documenti per la storia della Riforma in Italia.* (Cf. « Archiv. Franc. Hist. » a. 1912, p. 790. — « Miscellan. Franc. » a. 1913, p. 96.
NICOLINI BENEDETTO, *B. Ochino e la Riforma in Italia.* Napoli 1935.
IDEM — *Il pensiero di B. Ochino.* Napoli 1939. (Cf. « Collectan. Franc. » 1941, p. 530. — « L'Osservatore Romano » 2 ott. 1940, p. 3).
IDEM, *Girol. Muzio e Bern. Ochino. Storia di una polemica religiosa*; in « Biblion » Rivista di Bibliofilia (Napoli), I, 1946, p. 9-45. — *D'una sconosciuta edizione di un Dialogo di B. Ochino.* Ibid., p. 134-38.
IDEM, *B. Ochino e la Riforma in Polonia.* Estr. dagli « *Atti* » dell'Accad. Pontaneana (Napoli) N. Serie, vol. I, 191-97.
IDEM, *B. Ochino frate dell'Osservanza di S. Francesco.* Estr. dagli « *Atti* » dell'Accademia Pontaniana, N. Serie, vol. II, 87-100.
SOLMI EDMONDO — *La fuga di B. Ochino secondo i documenti dell'Archivio Gonzaga di Mantova.* Siena 1908.
ARCHIV. FRANC. HIST. 3 (1910) p. 786, notae bibliogr. (P. Piccolomini, E. Solmi).
L'OSSERVATORE ROMANO, 1940, 2 ott. p. 3, *Il pensiero di B. Ochino* (G. De Luca); 1943, 2-3 marzo p. 3, *B. Ochino tra due Riforme* (V. Meneghin).

Ochsenfurt (*Oxovium*) in prov. Bavarica. — Hospitium conditum a. 1645, fit Conventus a. 1664. Vi legis suppressionis Religiosorum derelictus est a. 1828. Ecclesia fuit dicata S. Burcardo et S. Francisco.

BULLAR. CAP. IV, 376.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* (cf. Index).
CHRONICA PROV. BAVARICAE, p. 47.
HÖFLING G., *Kurze Beschreibung d. Kapuzinerkloster zu O.* — Würzburg 1838,
ANALECTA CAP. 19 (1903) p. 184.

O'Connell R., vide *Robertus O'Connell*

Octavianus a Savona (*Diano*) prov. Genuensis Lector. — Sacra eloquentia et scientiis philosophicis et medicis aeque pollebat. Edidit: *Lezioni di S. Eloquenza.* 3 voll. (Genova 1851) pluries impressas. — Opus autem: *Trattato completo di Antropologia* (3 voll.) ab

auctore publici iuris fieri nequivit ob eius obitum qui accidit a. 1877.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 35.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, I, 66, 304; VI, 94.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XIV, 1233.
COLLECT. FRANC. 11 (1941) p. 388-93 (de opere P. Octav. *Lezioni di S. Eloquenza*).

Octavius ab Alatri (*Ceci*), prov. Romanae definitor et moderator. — Ortus an. 1889; seraphico habitu indutus an. 1904; sacerdotio, decoratus an. 1913 et iuris lauream adeptus an. 1919. Operarius infatigabilis exstitit; Tertii Ordinis propagator; rerum historicarum studiosissimus, fundavit et direxit periodicum «*L'Italia Francescana*» (1925-42), in quo plurimas dissertationes edidit praeter nonnulla opuscula seorsim edita. Fuit SS. Congr. Concilii (1929) et Rituum (1942) Consultor, ac tandem Concionator Apostolicus a die 12 sept. 1941. Obiit Cortonae, durante itinere Firenze-Roma, die 25 sept. 1943.

PINUZZO (DON), *Padre Ottavio. Ricordi biografici*. Roma, 1949, 64 pp.
SEVESI PAOLO, O.F.M., *Nel* XXX *della morte del P. Ottavio* (Elogio funebre). Roma 1943.
ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 143, Consultor. — 58 (1942) p. 119, Consultor. — 59 (1943) p. 170-72, necrol.
L'ITALIA FRANC. 18 (1943) p. 82-85, necrol.
RESOCONTO PROV. ROMANA, a. 1940, p. 146 s. biogr. — a. 1943, p. 348-51, necrol.

Octavius ab Amsterdam (genere *Worst*) antiquae Prov. Flandro-Belgicae. — Ordinem Capuccinorum ingreditur a. 1624, obiitque a. 1671, annum agens 67. Egregius Concionator et vir quidem doctus rebus theologicis. In Novatores et Jansenistas acerrime pugnavit et Romani Pontificis potestatis fuit adsertor. — Plurima edidit volumina inter quae: *Anastasis aeternitatis, seu animae rationalis immortalitas... secundum S. Augustinum* (Romae, 1665) *Liber Christus signatus septem sigillis... per expositiones morales elucidantur* (Ib. 1666) — *Ionas in suggestu, seu Conciones morales* (Bonon. 1669). — *Vindiciae Augustinianae, seu vera demonstratio operum S. Augustini* (1666)

PELLEGRINO, *Annali*, III, 157 ss.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* II, 388, 483.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 201.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 59.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 282.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 402.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 90 s.
ANNUAR. PROV. HOLL.-BELG. IV (1878) p. 69-72
HILDEBRANDUS, *Een vergeten theologant, Octavius Worst...* («Haarlemsche Bijdragen». Dl. LVI, 1938, p. 379-97). Cf. *Collectan. Franc.* [Supplem. ad a. 1943] *Bibliogr. a.* 1938-39, p. 144*-146*.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., XV, 3584.
FRANC. LEVEN, 17 (1934) p. 89.

Octavius ab Angers (*Forestier*) prov. Parisiensis, Vice-Secretarius Gener. (1885 † 1940) In musica sacra et in historia franciscana praesertim antiqua, optime fuit versatus. — *Gradualis Ordinis* editionem curavit: vulgavit aureum scriptum: *De divinae psalmodiae praestantia, qualitatibus, regulis* (in: Analecta Capuc. vol. 49, a. 1933, p. 52, 151, 185, 208, 236, 260, 294); multa insuper scripsit circa Ordinis nostri *Caeremoniale*.

ANALECTA CAP. 57 (1941) p. 173-75.

Octerium, vide *Ozieri*

Oderzo (*Opitergium*) in prov. Veneta. — Conventus a. 1575 fundatus a. 1769 supprimitur a Senatu Veneto. Ecclesia S. Rocho dicata est.

BULLAR. CAP., II, 443.

Odoricus a Leutkirch (*Schell*), prov. Rhenano-Westfalicae. — Ortus an. 1881 et habitu seraphico indutus an. 1901. Ad insulas *Marianas* ivit missionarius an. 1913, dein *Sinas* apulit a. 1916. Post bellum in patriam revertitur (1920) sed an. 1922 iterum in Sinas profectus est ubi per 12 annos adlaboravit in nostra missione de *Tsinchow*. Obiit die 29 iunii 1934. — Praeter *Compendium S. Liturgiae* (1919), quod in missionibus Sinensibus longe divulgatum pluries editum est, plura opuscula in *lingua sinensi* evulgavit atque innumeros articulos litterarios publicavit tam in periodicis scientificis quam in ephemeridibus popularibus.

ANALECTA CAP. 50 (1934) p. 336-39, necrol.
ASSISI-GLÖCKLEIN, a. 1934, p. 119-121.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 10 (1934) p. 321-324.

Oehninger I., vide *Isaacus ab Ochsenfurt*

Oenipontum, vide *Innsbruck*

Ofena (*Aufina, Ophaenum*) in Aprutina Prov. — An. 1599 facultatem obtinuerunt fratres nostri erigendi Conventum iuxta ecclesiam S. Mariae *de Fantucio*. Clausus est lege eversionis a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 207, 326.
FILIPPO, *Capp. degli Abruzzi*, p. 24.

O'Ferrall R., vide *Richardus O'Ferrall*

Offenburg, in prov. Rhenano-Westfalica. — Vetus Conventus excitatus a. 1637, supprimitur primis annis saec. XIX. — Novus conv., cum ecclesia S. Fidelis a Sigmaringa, initium habuit a. 1927.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. XV.
BULLAR. CAP. IV, 366.
CHRONICA PROV. HELVET. p. 60, 227, 244.
PELLEGRINO, *Annali Capp.* I, 257.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae* p. 148-53.
ANALECTA CAP. 44 (1928) p. 22.
ASSISI-GLÖCKLEIN (Mainz) 1928, p. 10-14.
PETRUS FRANC., *Suevia eccles.*, p. 648 s.
KUNIBERT BECHTOLD [von Ottersweier], *Das*

Kapuzinerkloster in Offenburg, in « Offenburger Zeitung » N. 283, a. 1927.

Officium divinum — Iam anno 1221 S. Franciscus omnibus fratribus divini officii recitationem praescripsit iuxta clericorum consuetudinem. In *Regula bullata* (1223) officium commune inter clericos commutavit cum officio Romanae Curiae, excluso tamen psalterio S. Hieronymi, cui praeferri voluit *psalterium gallicanum*. — Pro fratribus laicis Franciscus officium commutavit in recitationem definiti numeri *Pater noster* his verbis. « Laici vero dicant 24 *Pater noster* pro Matutino; pro Laude 5; pro Prima, Tertia, Sexta, Nona, pro qualibet istarum 7; pro Vesperis autem 12; pro Completorio 7, et orent pro defunctis ».

Primae Capuccinorum Constitutiones vulgo de *Albacina* (1529), divinum officium recitandum esse statuunt devote, debitis pausis, absque cauda, vel biscantu; Matutinum, iuxta consuetudinem, *media nocte*; ceteras autem horas canonicas propriis suisque horis, praeter Tertiam et Sextam, quae dicendae sunt iuxta consuetudinem. Item ordinant nullum aliud officium addendum esse in Choro, praeter *Officium B. M. Virginis*.

Constitutiones an. 1577 fratribus laicis, praeter quotidianum officium, praescribunt alia quique officia pro *benefactoribus defunctis* iuxta inveteratam consuetudinem, scilicet (uti determinant Constit. an. 1609), *primum* circa festum S. Mariae Magdalenae, *secundum* circa festum S. Michaelis, *tertium* circa festum S. P. Francisci, *quartum* in Adventu, *quintum* denique in Septuagesima.

Iam a die 26 aug. 1570 Pius V, vivae vocis oraculo declaravit Capuccinos officia ac missas de S. P. Francisco aliisque Ordinis Sanctis dicere posse (*Bullar. Cap.* I, 33); ex eo tempore in divinis laudibus persolvendis fratres semper usi sunt *Kalendario romano-seraphico*, quod festa Sanctorum trium Ordinum propria referebat.

Benedictus vero XIII, die 15 ian. 1727, Capuccinis permisit in eorum ecclesiis quotidie per octavam festi de *SS. Corpore Christi* coram SS. Sacramento exposito Matutinum cum Laudibus recitare (*Bullar. Cap.*, I, 177). Definitorium autem Generale an. 1851 excepit quoque a nocturna Matutini recitatione triduum mortis Christi in *maiori hebdomada* necnon octavam *Immaculatae Conceptionis*.

In novissimis demum Ordinationibus Generalibus (1928) praescribitur ut *psalmodia* recto tono perficiatur et totum officium chorale uniforme sit, absque ulla declinatione, variatione et dissonantia.

Permittitur tamen ut in maioribus solemnitatibus tum Ecclesia universalis tum Ordinis nostri Vesperae *cantu* persolvantur (nn. 51, 61).

Bibliographia

BULLAR. CAP., VII, cfr. Index p. 488; X, cfr. Index p. 795.

ORDINATIONES CAPIT. GEN. (1928), cf. Ind.
VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, cf. Ind.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. II, 182-85.
OCTAVIUS AB ANGERS, *Sacrae Psalmodiae praestantia et qualitates eiusdemque regulae cum sine cantu persolvitur*. Romae, 1933. (Ex « Analecta O. Cap. » vol. 49).
VICTORIUS AB APPELTERN, *De privilegio recitandi mentaliter officium divinum*. Responsum ad D. Bened. Melata. Romae, 1911. (Ex « Analecta Ecclesiastica, t. 32).
ANALECTA CAP. 3 (1887) p. 165-68: *De divino cultu atque officio*; 49 (1933) p. 52, 151, 185, 208, 236, 260, 294: *De S. Psalmodiae praestantia, qualitatibus, regulis* (Octavius ab Angers). Cfr. etiam Index Gener. vol. 1-50 (1884-1934) p. 155: *Officium divinum*; p. 198: *Psalmodia*.
ETUDES FRANC. 27 (1912) p. 314-17: *D'un privilège contesté. La récitation mentale du Bréviaire* (Fr. Constant, O. Cap.); 43 (1931) p. 580-94: *l'Office divin chez les Frères Mineurs au XIIIe siècle*. (Arsène Le Carou, O.F.M.).

Vide alia sub v. *Breviarium*, *Calendarium*, « *Caelorum Candor* » (Antiphona), *Liturgia*, *Missale*, « *Si quaeris miracula* » (Antiphona), « *Unica est* » (Antiphona).

Offida (*Ophyda*) in Prov. Picena. — Prior Conventus, titulo S. Pantaleone mart., a. 1614 erigitur et a. 1867 supprimitur. Anno autem 1893 penitus eruitur et eodem loco praesens Conv. fabricatus est cum pulchra ecclesia Immaculatae Conc. et S. Pantaleoni dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 437; IX, 371; X, 365.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov.*, p. 374.
IDEM, *Iscrizioni Marchigiane*, p. 20, 42.
IDEM, *I Franc. nelle Marche*, p. 42.
VITA FRANC. (Loreto), a. 1929, p. 86.

Oggersheim i. d. Pfalz, in prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus fundatus a. 1779, supprimitur in primis annis saec. XIX.

KILIAN, *Aufhebung... Nothgottes*, p. 93.

Ogliastra (*dioecesis*). Hanc *Oleastrensem* D. rexit, ab a. 1825 usque ad a. 1834, noster antistes Seraphinus CARCHERO a Cúglieri.

Ognyes d'Estrées, vide *Ongnies*

O'Higgins, in Commiss. Prov. Argentino — Domus nostra religiosa ibi canonice erecta est a. 1923. Seminarium seraphicum fundatum est a. 1931.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale Miss.* p. 400.
RESEÑA *de los Capuch. en Argent.* p. 259-76.
ANALECTA CAP. 40 (1924) p. 15; 48 (1932) p. 45. — 59 (1943) p. 12 (Novitiatus).

Okinawa (Insula), vide *Ryukyu* (Insulae)

Olaiz Zabalza Ioachim a Pamplona episc. alumnus Prov. Navarrae. — Ortus est die 6 iunii 1872, nomen Philippum accipiens, et

habitum seraphicum inter Capuccinos assumpsit a. 1887. In sua Provincia Definitor electus est et in Venezuela et Columbia exstitit missionarius. Pius X, die 20 iulii 1914 eum nominavit Episc. titul. *Docimensem* et Vicarium Apost. *Guamensem* (Guam in Insulis Marianis). Postea ob infirmam valetudinem a. 1934 hunc Vicariatum remisit et in patriam reversus est. Obiit in conventu Pampilonensi die 8 dec. 1945.

ANALECTA CAP. 31 (1915) p. 24. — 32 (1916) p. 38. — 62 (1946) p. 48 s. Necrol.
BOLETÍN OFICIAL PROV. NAVARRA, a. 1946, pag. 20-22 (necrol.), p. 47 (Testamento).

Olano Urteaga Leo ab Alzo, *episc.*, alumnus. Prov. Navarrae. — Natus die 29 septem. 1891, habitum FF. Capuccinorum sumpsit a. 1907 et a. 1915 ad sacerdotium ascendit. In Missionem Guamensem (*Guam*, in insulis Marianis) ivit a. 1918, ibique Superior Regularis evasit a. 1933. Anno sequenti, die 9 iulii, a Pio XI nominatus Vicarius Apost. missionis *Guamensis* et Episcopus titularis ecclesiae *Laginensis*. Post bellum mundiale, in quo multa perpessus est, munus abdicavit a. 1945.

ANALECTA CAP. 50 (1934) p. 295.
ESPAÑA MISIONERA. *Revista* (Madrid), vol. II, 1945, p. 207-211.

Olbiensis sedes titularis episcopalis. — Hunc titulum habuit a. 1934 noster missionarius Iustinus GUMY a Matran († 1941).

O'Leary A., v. *Arthurus O'Leary*

Oleastrensis dioecesis, vide *Ogliastra*

Oleggio (*Olegium*) in Prov. Alexandrina. — Fratres Prov. Mediolanensis Conventum aedificarunt a. 1611, cum ecclesia S. Carolo Borromeo dicata. An. 1786 aggregatus est Prov. Novariensi et a. 1810 supprimitur.

BULLAR. CAP., II, 445; IX, 190.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 37, 31.

Oleronum, vide *Oloron*

Olesko (*Olesca*) in Provincia Cracoviensi. — Huius Conventus fundatio locum habuit a. 1734, eiusque ecclesia sub titulo S. Ioseph est consecrata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 41 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 387.
SCHEMATISMUS PROV. CRACOVIEN. (1937) p. 27.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) cfr. *Index* p. 627.
WIADOMOSCI PROV. KRAKOW, a. 1939, p. 16-23.

Olgiati A. v. *Antonius a Como*

Olinda in Brasilia (olim *dioecesis*). — Haec *Olindensis* D. gubernata est a nostro episcopo Vitale M. GONÇALVES DE OLIVEIRA a Pernambuco ab a. 1871 usque ad a. 1878 quo e vita cessit.

Oliveira (G. de), v. *Gonçalves de Oliveira*

Oliveri, vide *Ambrosius a Novi Ligure.*

Oliverius a Cerniat, *v. Maradan O.* episc.

Olivieri F.,
vide *Franciscus Horatius a Pennabilli.*

Olivieri T., vide *Thomas a Genova*

Ollegarius a Barcelona (*Planas - Pasquets*), alumnus prov. Catalauniae; per plures annos missionarius valde operosus in Venezuela. (1815 † 1900).

BASILI DE RUBÍ, *Necrologi*, p. 276.
CAYETANO DE CARROCERA, *La Orden franc. en Venezuela* (1929), p. 103-120.
NAVARRO E., sacerd. — *El P. Olegario de Barcelona*. Caracas 1901.
ANALECTA CAP. 17 (1901) p. 374 s.
SERAPHIC CHRONICLE (New York), a. 1932, p. 322 ss.

Ollería, in Prov. Valentina (Hispan.) — Conventus a. 1601 conditus extra moenia iuxta sacellum SS. Abdon et Sennen, relinquitur tempestatis politicae causa a. 1835. Iterum instauratus a. 1886, incendio destructus fuit a. 1936 durante persecutione religiosa.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 38 tab. XII.
BULLAR. CAP., V, 415.
ESTADISTICA PROV. DE VALENCIA (1901) p. 11.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 152; 54 (1938) p. 108.

Olmeto (*Olmettum*) in Corsica. — Coenobium exstruebatur a. 1717, cum ecclesia S. Antonio de Padua dicata; at superveniente gallica eversione (1790)) fabrica deficere coepit, donec penitus diruta est.

BULLAR. CAP., II, 428, 456.

Olmetta, in Corsica. — Domus religiosa, inde ab a. 1610 constructa, cessit tempore gallicae revolutionis (1790). Ecclesia S. Ioanni Bapt. erat dicata.

BULLAR. CAP., II, 456; VIII, 323, 324.

Olmettum, vide *Olmeto*

Olmütz, vide *Olomouc*

Olomouc, Olmütz (*Olomucius*) in Prov. Bohemo-Morava. — Conventus fabricatus a. 1614 ab antiqua Prov. Austro-Bohemica, a. 1619 ab Haereticis eruitur, et a. 1623 iterum aedificatus; anno 1642 denuo, rei militaris causa, evertitur. Domus, quae hodie manet, initia habuit a. 1652 circiter, eiusque ecclesia priore titulo SS. Annuntiata illustratur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 174, 377.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 49.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 56.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 598.
PAMÁTNÍK *sveceni bohoslovneho uciliste rada Kapucinskeho* (Olomouch, 1935) p. 6 ss.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 796.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 157; 64 (1948) p. 10 Novitiatus erigitur.
SERAFINSKÉ KVÉTY (Olomouc), 1935, p. 114-143.

Olonne, vide *Sables d'Olonne*

Oloron (*Oleronum*) in Prov. Tolosana. — Fratres antiquae Prov. Aquitaniae a. 1622-1630 ad sacellum fere relictum S. Catharinae Conventum exstruxerunt. Post eorum expulsionem (1790), eum a. 1835 PP. Carmelitae occuparunt.

BULLAR. CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, I, 184.
IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, p. 65.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquit.*, p. 349.

Olot (*Olotum*) in Prov. Catalauniae. — Prior Conventus, titulo S. P. Francisco, exstructus a. 1627, eversus est a. 1835. Hodie eo in loco publicum viridarium (Park) invenitur. Alter Conv. a. 1885 aedificatus est cum ecclesia SS. Cordi Iesu dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 19 tab. XII.
BULLAR. CAP., V, 413.
ESTADISTICA PROV. DE CATALUNYA (1919) p. 30.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 355; 54 (1938) p. 107.
APOSTOLADO FRANC. (Barcelona) a. 1941, p. 37 ss. — a. 1943, p. 165.
CATALUNYA FRANC. 1928, p. 254; a. 1929, p. 17, 36; a. 1935, p. 18 ss. (finis p. 263).
ESTUDIOS FRANC. 50 (1949) p. 453 ss.

Olszanica, in Provincia et archidioec. Cracoviensi. — An. 1937 domus religiosa canonice ibi erigitur, et anno sequenti Paroecia ad nutum S. Sedis fratribus nostris committitur.

ANALECTA CAP. 54 (1938) p. 11; 55 (1939) p. 18.

Olta, vide *Olten*

Olten (*Olta*), in Prov. Helvetica. — Ab a. 1647 Conventus ibi exstat, cuius ecclesia titulo SS. Mauritio et Soc. mart. honoratur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP., IV, 364.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 105.
BÜRGLER, *Franz. Orden i. d. Schweiz*, p. 78-81.
CHRONICA PROV. HELVET. (cfr. Ind. p. 788).
SCHWEIZER. KAPUZ. FESTSCHRIFT (cfr. Ind. p. 415).

Olton, prope Birmingham, in prov. Anglica. — An. 1888, magnum Seminarium dioecesis *Birmingamiensis* fratres nostri ab episcopo acquisiverunt, ibique anno proxime sequenti Conventus et Studium aperti sunt. Novae ecclesiae fundamenta, Virgini Immaculatae dicata, iacta sunt a. 1926.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 12 tab. XIX.
FRANCISCAN ANNALS (London), 19 (1895) p. 109; 50 (1926) p. 180-84; 66 (1942-1943), p. 121-123.

Ombriano, vide *Crema.*

Oneglia (*Unilia, Oxilia*) in Prov. Pedemontana. — Conventus a. 1555 a Prov. Genuensi fundatus cum ecclesia sub titulo S. Pantaleonis mart., a. 1890 omnino derelictus est.

BULLAR. CAP., II, 452.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, II, 77; v. cf. Ind.
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino), 1924, p. 58

Ongnies d'Estrées Angelus a Bruxelles, *episc.*, alumnus prov. Flandro-Belgicae. — Nobili genere ortus d. 18 decem. 1650, habitum FF. Capuccinorum sumpsit a. 1668. Sacro eloquio impense cum vacasset, ad tantum nomen processit ut Carolus III Hispaniarum rex eum aulicum concionatorem elegerit. A Clemente XI die 21 nov. 1701 episcopus creatus est ac dein an. 1718 episcopus *Ruremundensis* (Roermond) et Primas *Geldriae* est nominatus. Obiit d. 9 apr. 1722.

BULLAR. CAP., I, 143-44; IV, 84.
PELLEGRINO, *Annali Capp.*, IV, 519-524.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 55 ss.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, II, 395.
JADIN LOUIS, *Les Actes de la Congrég. Consistoriale concernant les Pays-Bas* (1593-1797), in « *Bull. Inst. Hist. Belge de Rome* » t. XVI, 1935, p. 340, 358-60, 380-408, Acta quae spectant ad episc. Ang. Ongnyes (cfr. *Collectan. Franc.*, an. 1942, p. 108 n. 198).
FRANC. LEVEN 19 (1936) p. 127 (notitia de calice ac libro Canonis episc. Ongnies).
UNI TRINOQUE, IX, 1949, p. 183-91: *P. Angelus Van Ongnies, bisschop* (P. Hildebrand).

Onteniente (*Ontinens, Fontiniens*) in Prov. Valentina (Hispan.) — An. 1599, iuxta Sacellum S. Christophori extra moenia positum, monasterium conditum est. Suppressum an. 1835, tandem anno sequenti incendio traditum est.

BULLAR. CAP., V, 415.
ESTADISTICA PROV. VALENCIA (1901) p. 10.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 152.

Oostende (*Ostenda*) in Prov. Belgica. — Conventus fundatus a. 1615, nunc derelictus iacet.

BULLAR. CAP., IV, 368.
ANNUAR. PROV. HOLL.-BELG., I, (1870) p. 33.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, 437 Ind; V, 277-286.
FRANC. LEVEN, 33 (1950) 55 (Monum. artis).

Ophaenum, vide *Ofena*

Ophyda, vide *Offida*

Opitergium, vide *Oderzo*

Opocno seu Opotschno, (*Opocznae*) in Prov. Bohemo-Morava. — Ab a. 1674 ibi commorantur fratres nostri, quorum ecclesia Nativitati Iesu Christi dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 221, 377.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 219.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 797.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 157.

Oporto in Lusitania, vide *Porto*

Opotschno, vide *Opocno*

Oppenau (*Oppenovium*), in prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus fundatus a. 1668, derelictus est ob suppressionem Religiosorum in primis annis saec. XIX.

BULLAR. CAP. IV, 366.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 154-59.
PETRUS FRANC., *Suevia eccles.*, p. 657.

Oppido Mamertina (*Oppidum M.*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — Coenobium a. 1590 conditum, fratres incoluerunt usque ad terrae motum a. 1783. Ecclesia Assumptioni B. M. V. erat dicata.

BULLAR. CAP., III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 39.
ITALIA FRANC. 24 (1949) p. 170.

Oppido Mamertina (*dioecesis*). Episcopus Auxiliaris huius *Oppidensis* D., exstitit ab a. 1895 ad a. 1897 noster sodalis Maurus NARDI a Leonessa.

Optatum, vide *Ottati*

Opus Seraphicum Caritatis, vulgo « *Seraphisches Liebeswerk für Kinder* » — Hoc Opus exordium sumpsit a. 1889 in oppido Ehrenbreitstein in Germania (Borussia), opera praesertim P. Cypriani Fröhlich ab Eggolsheim, nostrae Prov. Bavaricae alumni. — Finis huius Operis est pueros pauperes et orphanos tum quoad fidem tum quoad civilem et religiosam educationem instruere. Brevi tempore hoc Opus, a civili et ecclesiastica auctoritatibus collaudatum et rite approbatum per Germaniam, Helvetiam, Austriam et Americam septen, plurimas et firmas radices posuit. Nonnullae nostrae Provinciae peculiarem ephemeridem emittunt, sub titulo: « *Seraphischer Kinderfreund* » (Seraphicus Parvulorum Amicus) ut organum ipsius Operis; scil. Prov. Alsatiae (1919 ss.), Bavarica (1890 ss), Helvetica (1897 ss.), Pennsylvanica (1899 ss.), Rhenano-Westphalica (1890 ss.), Viennensis (1904 ss.).

EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 745 ss.
ACHTE *Internationale Vertreterversammlung des Seraph. Liebesw. in Innsbruck*. Solothurn 1929.
BERICHT *über die XII. Internationale Vertreter-Versammlung des Seraph. Liebeswerkes in Solothurn* (Schweiz) April 1950. (Opus *cyclostilo* impressum).
BERICHT *des Seraphischen Liebeswerkes* (in der Schweiz). Solothurn, 1950.
ALPHONSUS M. BROGER, O. CAP. — *Das Seraph. Liebeswerk*. In: « *Caritas* » Bullet. de l'Union Suisse de Charité, xv, 1937, p. 379-406.
CYPRIANUS FRÖHLICH, O. CAP. — 25. *Jahre im Dienste des göttl. Kinderfreundes. Eine Gesch. d. Seraph. Liebesw.* Altötting 1914.
EMMERAM GLASSCHRÖDER, O. CAP. — 50. *Jahre im Dienste des göttlichen Kinderfreundes. Festschrift zum Jubiläum des Seraph. Liebeswerkes E. V.* — München 1939, pp. 143.
ALTÖTTINGER FRANZ. BLATT, a. 1914, p. 2, 128, 177: *Das 25 jähr. Jubil. d. Seraph. Liebesw.*
ANALECTA CAP. 16 (1900) p. 75-78. — 21 (1905) p. 360-62 Notitiae de O. s. C. — 40 (1924) p. 71-75: *De conditione iuridica O. s. C.* — 56 (1940) p. 67-70: *Quinquages. anniv. O. s. C.* — (cf. etiam «Anal.» *Index Gener.* voll. 1-50, p. 156).
SANKT FIDELIS (Luzern), 35 (1948) p. 54-59: *XI. Internationale Vertreter-Versammlung des Seraph. Liebeswerkes* (Solothurn, 1947); 28 (1941) p. 185-91, *Zum 50 jähr. Jubil. d. Seraph. Liebesw. in der Schweiz.*

Opus Seraphicum SS. Missarum - Est quaedam *Associatio* sub patrocinio S. Fidelis a Sigmaringa, cuius est Missionum Ordinis Min. Capuccinorum necessitatibus subvenire. Eam instituit *Frieda Folger*, tertiaria franciscana, Lucernae in Helvetia a. 1899, et non tantum Episcopi, sed et noster Minister Generalis approbavit die 21 decem. eodem anno. — Ab initio haec *Associatio* in finibus Helvetiae continebatur et in ditione erat tantum illius Ministri Provincialis; postea ad omnes Ordinis nostri Provincias extenditur et fit immediate subiecta Ministro Generali, qui die 21 martii 1921 peculiare *Statutum* pro ea emanavit. — Huic Operi qui subscribunt, peculiaribus privilegiis et indulgentiis fruuntur a S. Sede concessis, atque fructuum spiritualium SS. Missarum aliorumque bonorum operum quae a sodalibus Capuccinis peraguntur, participes fiunt.

— Operi SS. Missarum anno 1921 adiuncta est quaedam Associatio Eucharistica, cuius socii *ecclesiis Missionum* adiumentum praestant.

ANALECTA CAP., 17 (1901) p. 104; 25 (1909) p. 39-42; 37 (1921) p. 132-38 (Origo, Statuta); 65 (1949) p. 41-47: *Litt. Encycl. Min. Gen.* « De Seraph. Opere Missarum » — (Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50, p. 156). — Circa « Associat. Euchar. » cfr. vol. 37 (1921) p. 163 et vol. 40 (1924) p. 10-14.

NOTA - Quoad « *Opus Seraph. Miss.* » nonnullae Provinciae peculiares edunt *ephemerides*, ut Prov. Bavarica, Calvariensis, Helvetica, Hollandica, Tirolis sept. etc.; aliae vero Prov. *nuntia specialia* ad « Opus » spectantia per publicationes III Ord. Franc. et Missionum in vulgus mittunt.

Oradea Mare, vide *Nagyvárad*

Oraison Martha, vide *Martha de Oraison*

Orange in Gallia, (*Arausica*), in Prov. Lugdunensi. — Conventus a. 1610 ab ant. Prov.

S. Ludovici (Provence) aedificatus, a. 1750 concreditur Prov. Avenionensi, ac denique cessit tempore gallicae subversionis a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 401.

SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 91.

Orange New Jersey, in Stat. Foeder. Amer. (Custodia Provinciae *Tusciae*). — Parva ecclesia a. 1896 exstructa honori B. M. V. de Monte Carmelo, serius in ampliorem formam reducitur et fit Paroecia. Inde ab a. 1925 nostris sodalibus *Prov. Tusciae* concredita est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. XX.

MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 626.

RISVEGLIO FRANC. (Firenze) a. 1934, p. 142-46

Oratio mentalis. — Ex Constitutionibus de Albacina (1529) scimus familiam Capuccinorum circa orationem mentalem antiquiora statuta Ordinis Minorum retinuisse: «*Item ordiniamo che l'oratione si faccia alli tempi ordinati dall'Ordine, e se alcuno si trovasse mal disposto in quell'hora, ordiniamo che un'hora d'oratione non lasci*».

Constitutiones an. 1536 (n. 41) *duas* simpliciter *horas* particulares orationis mentalis urgent, *unam* post Completorium per totum annum, *alteram* a Pascha ad Festum Exaltationis S. Crucis statim post Nonam, exceptis diebus ieiunii, et a festo Exaltationis S. Crucis ad Pascha post Matutinum.

Constitutiones an. 1643 (n. 56) tempora orationis mentalis assignanda relinquunt iuxta *laudabiles consuetudines* et horarium uniuscuiusque Provinciae. Hoc praescriptum retentum est in omnibus Constitutionum successivis editionibus usque ad novissimam an. 1925 (n. 59).

Ex praedictis manifeste constat *exercitium orationis mentalis*, cum propriis statutis temporibus, apud Capuccinos iam haberi ante S. Ignatium et S. Teresiam, orationis mentalis notissimos magistros. Ex omnibus monasticis legislationibus a Capuccinis primo introductae videntur *duae horae quotidianae* pro oratione mentali.

Ex an. 1536 orationi matutinae vel nocturnae praeponuntur Litaniae Sanctorum; ante orationem vero vespertinam ab an. 1609 recitantur Rosarium et Litaniae B. M. Virginis.

Primitus *argumenti lectio* privatim tantum perficiebatur, sed Capitulum an. 1650 statuit ut ante orationem communem, dato signo campanae, coram omnibus materia orationis legeretur per horae semiquadrantem pro Fratribus qui labore pressi vel ob inadvertentiam vel negligentiam argumentum non praeparassent. Hoc decretum renovans Capitulum Gen. an. 1662, praescripsit insuper ut materia orationis mentalis, sumeretur ex *Passione dominica* vel ex *novissimis;* pro festis vero principalioribus ex *mysterio diei.*

BIBLIOGRAPHIA

1. — De *Oratione mentali in Ordine Cap.*

VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, p. 162-64.

MELCHIOR, *Historia Ord. Cap.*, vol. I, 172. 77, 191-92; vol. II, 194-99.

ANALECTA CAP. 3 (1887) p. 204-05 (Commentaria circa Ordinationes Cap. Gen. a. 1884.

COLLECTAN. FRANC. 3 (1933) p. 40-66. — 9 (1939) p. 164-192: *De Oratione mentali in Ord. Capucc.* I. Legislationis expositio — II. De opusculo P. Ioannis a Fano « Ars unionis cum Deo » etc. (P. Remigius ab Alost).

FRANCISC. LEVEN, 12 (1929) p. 34, 59 *Capucijner-gebedsopvatting middeleeuwsch en modern.* scil. Idea Orationis apud FF. Capucc. (P. Symphorianus).

FRANCISC. EDUCAT. CONFER. 8 (1926) p. 136-175: *Mental Prayer and the Franciscan Masters* (P. Richard Brunner, O. Cap.).

ROUND TABLE, X (reimpr. 1949), p. 117-27, *Mental Prayer and the early Capuchins.*

2. — Scriptores nonnulli O. Cap. qui de *Oratione mentali* in genere opera ediderunt:

BERNARDINO DA BALVANO, *Specchio di oratione, nel quale si contiene dessa oratione la necessità... con l'ordine e regole... e gli suoi frutti.* Messina, 1553, etc.

FRANÇOIS DE BÉNÉJAC — *Petite méthode d'Oraison mentale.* Périgneaux 1876.

HONORÉ DE CANNES — *Pratique de l'Oraison mentale.* Lyon-Paris 1684.

IOANNES A FANO, *L'arte d'unirsi con Dio.* Brescia 1536 (Pluries reimpressa).

LUDOVIC DE BESSE, *De l'Oraison mentale et de la Contemplation*, in: *Etudes Francis.* t. 23 (1910) p. 171-184.

MARIANUS OF WILBICH — *Brief explanation of the Alcantarine method of mental Prayer.* London 1896.

MARTIAL D'ETAMPES — *Traité pour apprendre à faire l'Oraison mentale.* Paris 1634; Rouen 1722. — Versio germanica, cura P. Albani de Tannemberg: *Innerlich Gebett. u. dessen Uebung.* Costantz 1648.

MATTIA DA SALÒ — *Pratica dell'Oratione mentale.* Brescia 1573. — Opus saepius editum; novissime, cura P. Humilis a Genua, Assisii 1931-32.

PIERRE DE POITIERS — *Jour mystique...* Paris 1671. — versio italica: « *Il giorno mistico* » Roma 1675.

SILVESTRO DA ROSSANO, *Modo come la persona spirituale si habbia a disporre nell'oratione verso Iddio et li suoi Santi.* Vinegia 1574.

Oratio XL Horarum, vide *Quadraginta Horarum Oratio.*

Oratoria (Ars), vide *Eloquentia.*

Orbec (*Auribeccum, Oribeccum*). — Anno 1646, Fratribus antiquae Prov. Normandiae Conventus exstruitur titulo S. Ioanne Bapt. Gallica eversione gliscente a. 1790 Conv. supprimitur.

BULLAR. CAP., V, 393.

ANALECTA CAP. 30 (1914) p. 187.

Orcelis, vide *Orihuela*

Orchi E., vide *Emmanuel a Como*

Orchiacum, vide *Orchies*

Orchies (*Orchiacum*) in Prov. Parisiensi. — Anno 1615 a nostris fratribus flandricis Conventus aedificatur; a. 1671 novae prov. Insulensi (Lille) aggregatur; denique a. 1790 tempore gallicae eversionis abrogatur.

BULLAR. CAP., V, 410; IX, 78.

HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, cfr. Index; II, 134-136.

Ordericus vide *Odoricus*

Ordinationes et Decisiones, Capitulorum Generalium. — Praeter *Regulam* et *Constitutiones* ab Ecclesia approbatas, habentur aliae peculiares leges ab organo legislativo i. e. a *Capitulis Generalibus* in bonum Ordinis conditae. Hae leges uti verum Constitutionum complementum, sunt nostri iuris fontes; sed quia approbatione pontificia carent, ideo a Capitulis Generalibus accommodari, augeri et minui possunt pro varietate temporum meliorique Ordinis bono.

COLLECTIONES ORDINATIONUM

1. *Ordinationes et Decisiones Capitulorum Generalium Ord. FF. Min. S. Francisci Capuccinorum revisae, ordine chronologico dispositae, ac typis mandatae iussu P. Venantii a Taurino Ministri Generalis.* Accedit *Index materiarum*. Romae, typ. Bertinelli, 1851. — *Appendix Ordinationum*, ibid. 1852.

Nota. Haec collectio, praeter Ordinationes Capitulorum Gener. continet etiam Ordinationes et Decisiones Definitorii Generalis.

2. *Collectio authentica Ordinationum ac Decisionum Capitulorum Generalium Ord. Min. S. Francisci Capuccinorum edita iussu F. Bernardi ab Andermatt Ministri Gen. in* « ANALECTA ORD. CAP. » vol. V (p. 10 ss.) usque ad vol. VIII (an. 1889-1892).

Nota. In hac editione (cura P. Eduardi ab Alençon Archivi gen. praefecti elaborata) solae leges capitulares vulgantur, exclusis decisionibus vel mandatis Definitorii Generalis et similibus extra-capitularibus. De quolibet autem Capitulo Gen. praebentur aliquae notiones historicae.

3. *Ordinationes Capitulorum Generalium Ord. Min. Capuccinorum in Capitulo Generali LXX revisae et in codicem redactae atque P. Melchioris a Benisa Ministri Gen. auctoritate promulgatae.* Romae, 1928.

Nota. Huiusmodi novissima collectio non chronologice, uti duae praecedentes collectiones, sed nova et methodica forma digesta est, novoque Codici J. C. aptata, omissis obsoletis et superfluis.

ORDINATIONES CAPIT. GEN. ed an. 1851. p. 5-9: *Prooemium Ministri Generalis.*

ORDINATIONES CAPIT. GEN. ed. an. 1928, p. 5-14: *Litterae Ministri Generalis.*

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. II, 79-82.

ANALECTA CAP., V, 1888 p. 10 s. (*Prologus*).

Ordines et Congregationes Religiosae. — Non pauci sodales ex Ordine Capuccinorum necessitudines, relationes et consuetudines habuerunt cum variis Ordinibus, Congregationibus et Institutis Religiosis, vel ut Visitatores Apostolici, vel ut instauratores et moderatores spirituales, vel etiam ut fundatores, consiliarii etc. novarum Congregationum virorum ac mulierum praesertim franciscalium. Nec defuerunt insuper qui *Constitutiones* et *Ordinationes* pro bono regimine aliquarum Congregationum condiderunt vel reformarunt. Denique quamplurima opera vel tractatus spirituales vulgati sunt a nostratibus in commodum religiosorum.

De hoc argumento plures notitiae referuntur in opere: Melchior a Pobladura, *Historia O. Cap.*, vol. III, p. 437-48. Verum circa Ordines et Congregationes de quibus tractatur in hoc « Lexico » relate ad Capuccinos, vide *Index rerum* in capite libri.

Oreno (Vimercate) in prov. Mediolanensi. — Vetus conventus S. Francisci, olim ab Amadeitis derelictus et in dominium privatum redactus, an. 1947 fratribus Capuccinis benigne conceditur.

ANALECTA CAP., 64 (1948) p. 9.

ATTI *Prov. Lombardia, an.* 1947, p. 95, 234 259; an. 1950, p. 154.

Orgelet (*Orgeletum*) in Prov. Lugdunensi. — Inde ab a. 1695, antiqua Prov. Burgundiae parvum habuerat Hospitium; at a. 1725 fabricatur Conventus, qui supprimitur a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 400.

SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 138.

Oria, in prov. Hydruntina seu Lucaniae. — « Conventum erigendi facultas datur ab Apostolica Sede a. 1602, quae tamen executioni non mandatur ». (*Bullar. Cap.* III, 121 s.)

Oribeccum, vide *Orbec*

Oriens (urbs), vide *Lorient*

Orient (N.-D. d') vide *Notre-Dame-d'Orient*

Orihuela (*Oriola, Orcelis*) in Prov. Valentina (Hispania). — Prius hospitium extra moenia a. 1611 susceptum, postea relinquitur aquae infectae causa. — An. 1619 novus Conventus exstruitur, in quo fratres commorati sunt ad annum civilis tempestatis, scilicet 1835. — Cum viri religiosi e Gallia expulsi sunt (1880) hic Conventus commodo fratrum *Prov. Tolosanae* conceditur, et, his in patriam reversis a. 1889, denuo Prov. Valentina eo potitur. Ecclesia Nominibus Iesu et Mariae titulo gaudet.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 38 tab. XII.

BULLAR. CAP., V, 333-35, 415.

ESTADISTICA PROV. DE VALENCIA (1901) p. 12.

IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, p. 126-29.

IDEM, *Hist. Prov. Toulouse*, II, 138-46.
[EXUPÈRE DE PRATS DE MOLLO] — *Une année d'exil par les Capucins français de la Prov. de Toulouse réfugiés à Orihuela*. Paris, 1882.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 154; 48 (1932) p. 44, Novitiatus; 54 (1938) p. 108.

Orinoco, vide *Venezuela*

Oriola, vide *Orihuela*

Orioli Antonius Franc. O.F.M. Conv., episc. Urbevetanus (Orvieto). A Gregorio XVI die 12 febr. 1838 *Cardinalis* creatus est titulo SS. XII Apost. — *Protector* Ordinis sui an. 1843 et *Ordinis Capuccinorum* fuit ab a. 1847 usque ad obitum qui ei supervenit die 20 febr. 1852.
BULLAR. CAP., X, 243.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 367.
MISCELL. FRANC. 30 (1930) p. 20-21.

Oriolo (*Oriolum*) in Comm. Consentino. — Conventus qui fabricatus erat inde ab a. 1589 cum ecclesia B. M. Virgini Gratiarum dicata relinquitur a. 1783.
BULLAR. CAP. III, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 415.

Oristano (*Arborea, Oristanum*) in Sardinia, antiqua Prov. Calaritana. — Conventus ibi exstat ab a. 1606, vel 1609, eiusque ecclesia prius B. M. Virgini Bonae Spei, postea S. Mariae Immaculatae est dicata. — Ingredienti ecclesiam sinistrorsum patet *Tabula* magnae dimensionis in cuius vertice legitur: « *Epilogus totius Ordinis Seraphici P. S. Francisci* » in qua effigies virorum illustrium trium Ordinum S. Franc. mirifice illustrantur ad a. 1625. Vide supra sub v. *Arbor Seraphicae Religionis*.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 42 tab. X.
BULLAR. CAP., III, 327.
RAFFAELE DA S. GIUSTA — *L'Albero Serafico esposto nella Chiesa dei Cappuccini di Oristano*. Parma, 1937. (cf. recen. ap. « *Collectan. Franc.* » a. 1938, p. 396).
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 189.
VOCE SERAFICA DELLA SARDEGNA, a. 1921, Maggio p. 13; Sett. p. 9; a. 1928 p. 109.

— Monasterium monialium Capuccinarum, S. Annae dicatum, ibi exstat ab a. 1739.
BULLAR. CAP., III, 327.
ANALECTA CAP., 50 (1934) p. 198.

Orléans (*Aurelianum*) in Prov. Parisiensi. Conventus a. 1578 aedificatus, et a. 1610 prov. Turoniae aggregatus, supprimitur a. 1790. Ecclesia fuit dicata Visitationi B. M. V.
BULLAR. CAP., V, 391.
SILVESTER MEDIOL., *Annales*, p. 379 (a. 1624)
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 23 (1624).
GODEFROY, *Les Capucins en France*, t. I, fasc. I (cf. Ind. p. 169); fasc. II (Ind. p. 233).
RENÉ, *Docum. des Cap. en France*, p. 53.
BAILLET A.-CAGNIEUL A., *Les Capucins d'Orléans... Henri IV à Orléans*, 1602. Orléans 1610, pp. 21.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 341, bibliogr.

Oropa-Santuario, in Prov. Pedemontana. — Domum Missionis ibi habuerunt fratres Capuccini annis currentibus 1620-1627.
OLGIATI, *Annali*, II, 140-142 (a. 1622).
FERRERI, *Rationar. Miss. Cap.* II, 629-39.
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino) a. 1928 p.

Oropensis *sedes titularis episcopalis*. — Hoc titulo fruitus est an. 1874-78 noster sodalis Rochus COCCHIA a Cesinale

Orselina, vide *Locarno*

Orsi, vide *Maria Francisca Orsi*

Orsomarso (*Ursomartium*) in Comm. Consentino. — An. 1610, coenobium exstruebatur cum ecclesia S. Franc. Assisien. dicata. Derelictum est a. 1783.
BULLAR. CAP., III, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 416.

Orta Novarese (*Orta Novariensis*) in Prov. Alexandrina. — An. 1590 Ordini nostro concredita est antiqua ecclesia titulo B. M. Virg. Gratiarum, et iuxta illam coenobium conditum est. Decursu temporis et fere per duo saecula sub idonea fratrum directione, exstructa sunt hinc inde 20 *Sacella* affabre depicta quaeque continent *statuarum seriem* mirifice sculptarum, exprimentium varia episodia vitae *seraphici P. S. Francisci*. — Tempore suppressionis napoleonicae (1810) fratres nostri coacti sunt hunc locum relinquere. — Ab a. 1817 ad a. 1866 et inde ab a. 1928 Sanctuarii cura fratribus Ord. Minorum concredita est.
BULLAR. CAP. II, 340, 445; IX, 190.
IL SANTUARIO DI S. FRANC. D'ASS. *e l'incoronazione della Vergine delle Grazie venerata nella Chiesa dei Francescani sul S. Monte d'Orta*. Gozzano-Omegna, 1906.
[GIUSEPPE M. DA NOVARA], *Gli spettacoli misteriosi delle serafiche scene che nel sacro monte d'Orta rappresentano S. Francesco*. Milano 1630, pp. 178.
BAGLIOTTI F. [Giuseppe M. da Novara], *Le delizie serafiche del S. Monte d'Orta*. Milano 1670.
CAVIGLIOLI GIOV. — *Il Santuario francescano del S. Monte d'Orta*. Milano, 1930.
GIOVANNI DA MÁSSINO, O. F. M. — *Nuova Guida al Santuario di S. Franc. sul S. Monte d'Orta*. Novara, 1928.
MANINO BARTOLOMEO — *Descrittione del Sacro Monte d'Orta*. Milano 1628.
VERDINA RENATO — *Il Borgo d'Orta... e il S. Monte*. Omegna, 1940, pp. 279 illustr.
ETUDES FRANC. *t.* 8 (1902) p. 285-94: *Un Sanctuaire ignoré. Le S. Monte d'Orta* (H. Matrod).

Orte (*Horta*) in Prov. Romana. — Nostrum monasterium a. 1596 conditum, monialibus Oblatis a S. Franc. Salesio a. 1907 alienatum est. Ecclesia titulo S. Michaële Archang. decoratur.

BULLAR. CAP. II, 433.
CAMILLI ALESSANDRO, *Memorie francescane in Orte.* (Subiaco 1927) p. 33-34.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 58.

Ortensium vide *Orthez*

Orthez (*Ortensium*) in Prov. Tolosana. — Antiqua Prov. Aquitaniae dono habuit an. 1622 Sacellum S. Laurentio dicatum, ibique regularem Conventum a. 1643 exstruxit. Religiosi sodales, qui haereticis ad fidem catholicam reducendis sedulo elaboraverant, expulsi sunt a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, I, 184.
IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, p. 66.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquit.* p. 338.

Ortona a Mare, in Aprutina Prov. — Prior Conventus a. 1586 fabricatus, cum ecclesia SS. Trinitati dicata, aëris causa postea relinquitur. An. 1626 alter exstruitur et a. 1866 supprimitur.

BULLAR. CAP., III, 208, 326.
FILIPPO, *I Capp. degli Abruzzi*, p. 24.

Orvieto (*Urbs-vetus*) in prov. Romana. — Iam ante 1550, fratres nostri domum, ecclesiae SS. Annuntiatae contiguam, incoluerunt. Postea, a. 1571, Conventum aedificarunt ibique ad a. 1664 degerunt. Deinde in monasterium S. Bernardi Abb., quondam PP. Cisterciensium valetudinarium, fratres se contulerunt. Confiscatum a. 1870, tandem restitutum est a. 1897.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. VIII.
BULLAR. CAP., II, 15, 433.
MAZZONI PASQUALE — *Nella solenne riapertura del Conv. e della Chiesa dei Cappuccini in Orvieto. Discorso.* Orvieto, 1897.

Orvieto (*dioecesis*). Haec *Urbevetana* D., moderata est a nostro episcopo Eusebio MAGNER a Montesanto ab a. 1882 usque ad an. 1884, quo mortuus est.

O'Shea Fedliminus a Clondrohid, *episc.*, alumnus Prov. Hibernicae. — Natus die 30 iunii 1902; habitu seraphico capuccino indutus an. 1920 et sacerdotio insignitus an. 1928. Ad conversionem infidelium vocatus an. 1931 ad missionem de *Cape Town*, dein a. 1934 ad novam missionem de *Victoria Falls* in Africa (Rhodesia sept.) destinatus est. Huius Praefecturae Apost. an. 1946 et an. 1949 Superior Regularis renuntiatus est. Demum cum Praefectura de V. F. ad gradum Vicariatus Apostolici, nomine *Livingstonensis*, elevata sit die 10 martii 1950, eodem decreto nominatus est primus Vicarius Ap., atque die 24. maii eiusdem anni electus est Episcopus titularis *Hierocaesariensis*.

ANALECTA CAP., 66 (1950) p. 91.
FATHER MATHEW RECORD, (Dublin) 1950, July p. 3; October p. 2.

Osijek (Eszék) in Prov. Illyriae. — Anno circiter 1700, fratres antiquae Prov. Austro-Hungaricae Conventum aedificarunt cum ecclesia S. Iacobo Apost. dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 23 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 379.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 545.
MAVRICIJ, *Zgodovina Kapucinov* (1929) p. 83.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 95.

Osimo (*Auximum*) in Prov. Picena. — Tres Conventus constructi sunt hoc in loco: primus a. 1579 cuius ecclesia S. Helenae destructa fuit a. 1648; secundus a. 1648, cum ecclesia Mariae Immaculatae dicata, qui supprimitur a. 1866; tertius denique a. 1883, titulo S. Ioseph, qui derelictus est a. 1898.

BULLAR. CAP. II, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Prov.* p. 375.
IDEM, *Iscrizioni Capp.*, p. 22.

— Monasterium S. Rosae, monialium Capuccinarum, exstat ab a. 1710.

BULLAR. CAP., II, 438.
LEGGENDARIO CAPP., IV, 169-173, Suor Maria Dorotea Massa † 1751; p. 312-316, Maria Catharina Arditi † 1768.
GIUS. DA FERMO, *Iscrizioni*, p. 146-47.
VOLPI, P. M., *Vita di Benedetta Wan-Herten* Venezia 1754 p. 212-222: Notizia di alcune Cappuccine di Osimo.
VITA FRANCESC. (Recanati) a. 1929, p. 158 ss.

Ossola Leo a Caluso, *episc.*, Prov. Pedemontanae alumnus. — Natus die 12 maii 1887, Ordinem Capuccinorum ingreditur a. 1902 et sacerdotio initiatus est a. 1909. Romae apud Athenaeum S. Apollinaris gradum Baccalaureatus in Jure Canon. et gradum Doctoris in Litteris adeptus, inde ab a. 1911 in sua Provincia litteras docuit et philosophiam. Ab a. 1919 ad a. 1923 munere Vicesecretarii apud Curiam Generalem Ordinis perfunctus est, deinde ab ipso anno 1923 paroeciae S. Laurentii in Agro Verano de Urbe praefuit. Denique die 22 septem. 1937, Pius XI eum nominavit Episcopum sedis titularis *Salonitanae* in Graecia et Vicarium Apost. de *Harar* in Aethiopia.

In patriam reversus, post expulsionem missionariorum (1943), die 19 oct. 1943, tamquam Administrator Apost. ad Ecclesiam cathedralem *Novariensem* (Novara) translatus est et an. 1945 eiusdem Ecclesiae episcopus confirmatus est.

ANALECTA CAP. 53 (1937) 231; 60 (1944) 69.
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino) 1937, p. 201.
RIVISTA DIOCESANA NOVARESE. Curia vescovile. Novara, an. 1943 ss.

Ostenda, vide *Oostende*

Ostia-Velletri (*dioecesis suburbicaria*). — Hanc *Ostiensem et Veliternam* D. rexit noster cardin. Ludovicus MICARA a Frascati, ab an. 1844 usque ad a. 1847, quo vita cessit.

Ostiglia (*Hostilia*) in Prov. Veneta. — Conventus exstruebatur a. 1582, vel paulo ante, cum ecclesia S. P. Francisco dicata. An. 1749-1785 Mantuanae Prov. aggregatur, postea derelictus est.

BULLAR. CAP., II, 441.

Ostra, olim: Montalboddo, (*Mons Bodii*) in Prov. Picena. — Primi Conventus huius loci annus tantum fundationis noscitur (1560); secundus Conv., cum ecclesia S. Antonio Patav. dicata, exstitit ab a. 1630 ad suppressionem Ordinum relig. a. 1866; praesens Conv. initia habuit a. 1883 et ecclesiam habet eidem S. Antonio dicatam.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 183 s. 193, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Prov.*, p. 375.
IDEM, *Iscrizioni Marchigiane*, p. 43, 168.
IDEM, *I Franc. nelle Marche*, p. 42.
VITA FRANC. (Loreto), a. 1929, p. 87.

Ostróg in Prov. Cracoviensi. — A fratribus antiquae Prov. Poloniae conventus exstrui coeptus est a. 1750 et ad finem perductus a. 1766. Concreditus novae Prov. Russiae an. 1796, ex eo fratres expulsi sunt a. 1832. Anno demum 193... illuc iterum ingrediuntur. Ecclesia SS. Trinitati dicata est.

ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 292.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) p. 357, 358, 360.
POKÓJ I DOBRO (Kraków), an. 1937, p. 96, 102, 108, 120, 131.

Ostuni (*Ostunium, Hostunum*) in Apuliae Prov. — Conventus aedificatus a. 1586, cum ecclesia titulo S. Maria Angelorum, desertus est a. 1861 ob civilem legem suppressionis.

BULLAR. CAP., III, 319.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 131.

Oswaldus a Wessobrunn, (familia *Hueter*), frater laicus prov. Tirolensis. — Iam ante ingressum in Ordinem Capuccinorum notus erat qua *statuarum artifex;* opus eius praestantissimum omnibus numeris absolutum est *Crux*, quae asservatur in armario ex vitreo in nostro Conventu Salisburgensi. Obiit Salzburg die 19 nov. 1660.

HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.* I, 370.
SCHULTE, *Festschrift* (1928), p. 113, 140 (fig.).

Othierium, vide *Ozieri*

Otranto (*Hydruntum*) in Apuliae Prov. — Noster Conventus a. 1594 excitatus, cessavit a. 1809 Napoleone imperante. Eius ecclesia titulo S. Maria Magdal. decorata est.

BULLAR. CAP., III, 319.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 494 (Cappuccini morti nella peste del 1657).
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 140.

Otranto (Provincia Ordinis) vide *Hydruntina prov.*

Otranto (*archidioecesis*), Antistites ex Ord. Cap., qui hanc *Hydruntinam* Archid. gubernarunt: 1) Rochus COCCHIA a Cesinale, an. 1883; 2) Dominicus COCCHIA a Cesinale an. 1884-87; 3) Salvator BRESSI a Napoli, a. 1887 † 1890; 4) Cornelius CUCCAROLLO a Mussolente electus a. 1930.

Ottati (*Optatum*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — An. 1602, vel 1604, monasterium exstruitur, anno vero 1811 penitus alienatur. Eius ecclesia Seraphico P. Francisco dicata est.

BULLAR. CAP., III, 310.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 252 (Status Conv. a. 1650).

Ottawa in Canada. — Fratres Prov. Tolosanae, a. 1890 hac in urbe moram statuerunt et post duos annos (1892) regularem conventum aedificarunt. Eius ecclesia, quae paroeciali munere fungitur, S. P. Francisco dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 36 tab. XX.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 125.
LES CAPUCINS *au Canada et Noces d'argent de la paroisse St. François*. Ottawa 1915.
PREMIERS 25 *ans d'un Séminaire franciscain Le Collège des Capucins d'Ottawa*. S. l. 1933.
ANALECTA CAP. 7 (1891) p. 196, Novitiatus.
CONTACT — *Bullettin de la paroisse St. François d'Assise*. Ottawa, 1941 ss.
ECHO ST. FRANÇOIS (Montréal), a. 1931, p. 208... 373 (Not. de Conv. etc.); a. 1933 Juillet-Août) pp. 193-240: *Numéro Souvenir. Noces d'argent du Collège séraphique d'Ottawa.*
THE THIRD ORDER BULLETIN — *Organ of the Ottawa District*. Ottawa, 1930 ss.

Ottbergen, in prov. Rhenano-Westfalica. — Hospitium ibi exstitit ab a. 1853 ad a. 1863.

HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Kap.* II, (cfr. Ind.).
ASSISI-GLÖCKLEIN (Mainz), 18 (1936) p. 34.

Ottersweier, in prov. Rhenano-Westfalica. — An. 1936, fratribus nostris concredita est cura Sanctuarii B. M. V. vulgo *Maria-Linden*.

ANALECTA CAP. 53 (1937) p. 8.
ASSISI-GLÖCKLEIN (Mainz), 18 (1936) p. 129s. (cfr. « *Collectan. Franc.* » a. 1942 p. 138 n. 341).

Oudenaarde, Audenaerde (*Aldenarda*) in prov. Belgica. — Huius conventus fundamenta posita sunt an. 1608, ecclesia vero consecrata est in honorem S. P. Francisci an. 1613. Fratres ibi habitabant usque ad gallicam revolutionem (1796).

BULLAR. CAP., IV, 368.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, 232, 351; V, 240-46.

ETUDES FRANC., t. 50 (1938) p. 106 n. 63 (Capuccini et pestis an. 1667-'68).

Oud-Zevenaar, vide *Babberich*

Ouro in Brasilia, Custodia de *Paraná* concredita provinciae Venetae. — Anno 1949 concessa est facultas erigendi in hoc loco domum nostram religiosam.

ANALECTA O. CAP., 66 (1950) p. 20.

Ovada (*Uvada*) in Genuensi Prov. — Domus constructa est a. 1640, eiusque ecclesia consecratur a. 1662 in honorem S. Mariae Immaculatae. Post Conventuum suppressionem a. 1866, exigua pars domus denuo a fratribus nostris habitatur ab a. 1914.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
BULLAR. CAP., II, 387, 450.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, II, 521-32; V, (cf. Ind.)

Ovarinum, vide *Magyaróvár*

Oveglia (?) in Corsica, vide *Cagnano*

Oxford (*Oxonium*) in Anglia. — An. 1906 Capuccini domum acquisierunt in vico *Cowley*, ubi instituerunt Seminarium Seraphicum in honorem S. Francisci, at an. 1920 domum illam dereliquerunt. Interea an. 1910-1919 in ipsa civitate domum « *St. Anselm* » habitarunt. Derelicta ista domo aliam sibi elegerunt (*Grosseteste House*) pro Clericis praesertim, qui frequentabant Universitatem Oxoniensem. Anno 1930 etiam hanc domum dereliquerunt et assumpserunt ecclesiam parochialem ss. Edmundi et Frideswidae et construxerunt novum Conventum *Greyfriars* dictum, qui modo peculiari inservit Fratribus, qui incumbunt studiis in Universitate illius civitatis.

ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 314; 35 (1919) p. 34; 47 (1931) p. 45.
FRANC. ANNALS (London), 30 (1906) p. 195-97; 31 (1907) p. 1-8; 43 (1919) p. 274-76; 54 (1930) p. 111, 257; 55 (1931) p. 334-36; 66 (1942-43) p. 171 s., 227-30.

Oxilia, vide *Oneglia*

Oxonium, vide *Oxford*

Oyarzun, Guipuzcoa, in Prov. Navarra. — Cum Ordines religiosi e Gallia expulsi sunt (a. 1903), fratres *Prov. Tolosanae* ibi tenuerunt Conventum cum Novitiatu et Seminario seraphico. Bello europaeo exacto (1918) fratres in patriam reversi sunt, et Conventus in eiusdem Prov. Tolosanae arbitrio permansit.

IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 131.
LES VOIX FRANC. (Toulouse), 1910, p. 270-74.

Ozieri (*Occierium, Othierium*) in Sardinia insula. — Capuccini antiquae prov. Turritanae (*Sassari*) in hoc loco recepti sunt an. 1593; conventus vero exstructus est an. 1602-03, cum ecclesia dicata SS. Cosmae et Damiano. Suppressus an. 1866, hodie in nosocomium conversus est.

BULLARIUM CAP., III, 328.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 409.
MISCELLAN. FRANC., an. 1938, p. 262.
VOCE SERAF. D. SARDEGNA, an. 1928, p. 62.

— Monasterium *monialium Capuccinarum* exstructum anno 1753, suppressum est saec. XIX.

RELAZIONE *del portento accaduto in Ozieri diocesi di Sassari in Sardegna* (1801). Roma, 1801, pp. 8. — Agitur de Sorore *Maria Rosa Serra Riccio*, moniali capuccina.
MISCELLAN. FRANC., an. 1938, p. 263.

Ozieri (Dioecesis), vide *Bisarchio*



Ollería in Hispania – Conventus Prov. Valentinae.

P

Pacificus a Perugia, alumnus prov. Romanae, concionator praeclarus et magister novitiorum. Ortus est familia *Minimi* (olim *Cerqueti*) in oppido Toscanella in Aemilia a. 1638; Ordinem ingressus est a. 1664, obiitque Romae die 3 augusti 1730.

BREVI MEMORIE *delle virtuose azioni del P. Pacifico da Perugia, predicatore Cappuccino.* Perugia 1735 et Pergola 1745.

Pacificus a Prato, vide *Micheloni P.*, episc.

Pacificus a Provins, Prov. Parisiensis alumnus, inter celeberrimos nostros missionarios saec. XVII, numerandus. — Nobili gente *l'Escale* (Scaligerus) an. 1588 ortus est, et a. 1605 inter Capuccinos venit. An. 1622 in Orientem mittitur ut nostris missionibus in Turcia, Syria, Mesopotamia et Persia initium daret. Saepius in Galliam reversus, S. Congr. de Prop. Fide a. 1641 eum dixit Praefectum Missionum in Canadà et Antillis, at illuc pervenit anno tantum 1645, ibique maxime utili apostolatu functus est. Dum est in Antillis in regione *Caribi* ab illis barbaris gentibus necatur et forsitan devoratur a. 1648. Publici iuris fecit quaedam, inter quae: *Relation du Voyage de Perse.* (Lille 1632; Paris 1645); — *Briève Relation du Voyage des Isles de l'Amérique* (Paris 1646). Haec duo opera iterum impressa sunt Assisii a. 1939, Introductione et notis aucta. (Cfr. *Miscellanea Franc.*, 1946 p. 329 s.).

BULLAR. CAP. VII, 285.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 171, 182.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Ind..
ROCCO DA CESINALE, *Storia* III, 60, 68, 75, 82, 84, 85, 188-197, 209, 220, 234, 242, 488, 678, 681, 686.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni* (cf. Indices voll. II, 365; III, 427; V, 493; VI, 504).
IDEM, *Manuale hist.*, p. 67, 75 ss., 420, 427.
HABIG MARION A., O. F. M., *An American Martyrology.* (1947), Appendix, p. 247.
ILG, *Geist d. H. Franz.* II, 430-52.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 204 (et iterum p. 205, sub v. *Pacif. Scaligerus*).
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 303 (et iterum p. 304, sub v. *Pacif. Scaligerus*).
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 413.
APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquitan.* p. 99.
STREIT, *Bibl. Missionum*, I, nn. 589, 614; II, n. 2398; III, pag. 483, 957.
PACIFIQUE DE PROVINS, *Le Voyage de Perse*... édité par le P. Godefroy de Paris.... (Assisi, 1939) cf. *Introd. générale*, pp. IX-LXIV, ubi plures not. bio-bibliogr. exhibentur.
APOLLINAIRE DE VALENCE, *Trois Lettres du P. Pacifique de Provins, précédées d'un Essai biograph. et bibliogr. sur le P. Pacifique et ses Compagnons.* Rome, 1890.
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 347; 28 (1912) p. 190 (de Oper. P. Pacif.).
COLLECTAN. FRANC. 4 (1934) p. 363, 522; 5 (1935) 213, 571; 7 (1937) p. 680: *Un grand missionnaire oublié. Le P. Pacif. de Prov.* (Godefroy de Paris); 18 (1948) p. 118 Docum. ined. (cf. Index p. 377).
ETUDES FRANC. t. 21 (1909) p. 180-85: *La date de la mort du P. Pacif. de Prov.* (René de Nantes), t. 45 (1933) p. 348-57; t. 46 (1934) p. 194, 469: *Notes et documents pour servir à l'histoire du P. Pacif. de Prov.* (P. Godefroy).
FRANC. LEVEN, 10 (1927) p. 294, 343: *Pacificus van Provins* (P. R.).
REVUE HIST. FRANC. 2 (1925) p. 507-09: *Un Autographe du P. Pacif.* (P. Candide); 3 (1926) p. 293-98: *Le P. Pacif. aux Antilles* (J. Rénnard).

Pacificus a San Gervasio, (Brescia) Prov. Venetae Lector, Magister Novitiorum atque Moderator. — Natus est a. circ. 1512 et fit Capuccinus a. 1535. Commissarius Gener. fuit in Apuliae Prov., in Insula Candia (1569-71) atque in Gallia ut ibi Ordinem nostrum inveheret (1574-75). Parisiis, ubi duos exstruxerat Conventus, sancte obiit a. 1575.

BOVERIO, *Annales*, I, 770.
FLORES SERAPHICI, I, 70-72 cum figura.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 73, 119, 123, 127.
GODEFROY, *Les Capuc. en France*, t. I, fasc. I (cfr. Ind. p. 170); fasc. II, 48.
RENÉ, *Docum. des Cap. en France*, p. 36.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 123-25.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 122-24.

Pacificus Scaligerus, v. *Pacificus a Provins*

Pacificus a Seggiano, *Min. Gen.* et episc., prov. Tusciensis alumnus. — Ortus die 8 aug. 1859 e familia *Carletti;* habitu seraphico indutus die 20 iulii 1876; fuit lector s. eloquentiae, Definitor et provinciae Minister. Nomen

optimum sibi acquisivit praesertim ut concionator in primis Italiae suggestis, unde factum est ut a Pio X in Concionatorem Apostolicum eligeretur die 4 oct. 1904. Die 14 febr. 1905 nominatus est Definitor generalis loco P. Pauli a Pieve di Controne; in Comitiis autem generalibus an. 1908 in Ministrum Generalem Ordinis electus est, quo munere expleto a Pio X die 1 aug. 1914 ad sedem episcopalem *Albingensem* promotus est. Paulo post consecrationem Florentiae die 22 oct. eiusdem anni ad coelum evolavit.

Regimen Ordinis fortiter et prudenter tenuit. Romae a fundamentis erexit *Collegium Internationale* S. Laurentii Brundusini; coenobium Tusculanum (*Frascati*) ampliavit pro aestiva alumnorum Collegii S. Laurentii rusticatione; museum *Massaianum* in eodem coenobio constituit; demum *litteras* sapientissimas edidit pro litteraria et seraphica iuvenum nostrorum institutione.

FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 314 s.
MAURO, *Il Predic. Apost.*, p. 178-182.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 188.
ANALECTA CAP. a. 1904, p. 344, Pred. Ap. — a. 1905, p. 141, Consultor. — a. 1908, Min. Gen. — a. 1914, p. 230, 306, Episc. — p. 340-43, 370, necrol. — a. 1915, p. 24-32, Elogio funebre (P. Felice da Porretta). — Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 66.
RISVEGLIO FRANC. (Firenze), a. 1914, p. 174 (Vescovo), p. 201 (necrol.).

Pacificus a Souzy, prov. Parisiensis. — E nobili familia natus an. 1555, Ordinem ingressus est an. 1581. Valde enituit qua concionator et qua spiritus moderator plurimarum animarum, quas inter futura B. Maria *Acarie* ab Incarnatione († 1618). De rebus mysticis plura conscripsit iuxta scholam franciscanam, sed omnia mss. deperdita sunt. Obiit Parisiis an. 1625.

DE-PISE, *Annales*, p. 591.
OLGIATI, *Annali*, II, 446-451.
GODEFROY, *Hist. Prov. Paris*, II, 442-45, 662.
REVUE SACERD. DU T. O. (Paris), an. 1947, p. 136-140 (P. Godefroy).

Pacificus ab Uden, vide *Bos P.*, episc.

Pacificus a Valigny, alumnus prius Prov. Tolosanae, dein Prov. Canadensis Orient. — Natus anno 1863 ac habitu indutus an. 1879, mox expulsis Religiosis e Gallia (1880) in Hispaniam profectus est. Anno 1890 in Canadam se contulit qua Lector theol. et philos.; anno vero 1894 uti missionarius Acadiam venit et in Ristigouche inter Indianos sic dictos *Micmacs* multum sane et magno cum fructu laboravit. Obiit die 29 Sept. 1943. — Praeter plurima opuscula religiosa ad usum fidelium in lingua *micmac* conscripta edidit etiam alia quaedam de historia dictae Missionis, uti: *Mission des Micmacs. Étude historique et géogr.*, Québec, 1923; *Ristigouche, métropole des Micmacs.* Ib. 1925. (Vide etiam bibliogr. sub v. *Canada*).

IRÉNÉE, *Bibl. Prov. Toulouse*, p. 55, 91.
PACIFIQUE DE VALIGNY, *Chronique des anciennes églises de l'Acadie* (Montréal 1944) cf. *Préface*.
ECHO DE ST. FRANÇOIS (Montréal), an. 1944, p. 70-73, 87-91.
FRANC. EDUCAT. CONFER. 18 (1936), p. 39, 192.

Pactae, Pactensis dioecesis, vide *Patti*

Padang (Sumatra), vide *Medan*

Paderborn, in prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus exstructus a. 1612, supprimitur an. 1834.

BULLAR. CAP. IV, 383.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 477 Ind.
ANALECTA CAP. 16 (1900) p. 222-24.
COLLECTAN. FRANC. 12 (1942) p. 143 n. 392.

— Sorores *Capuccinae III Ord. claustralis* ibi monasterium olim habuerunt titulo Sancti Ioseph.

BULLAR. CAP. IV, 384.
HISTOIRE *des Capucines de Flandre*, I, 350-61.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 258 s., 435.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.* p. 126-30.
KRANCKEN=BUCH *für die Schwestern von der Buss...., genant Capucinessen.* Paderborn, 1663.
CONSTITUTIONEN *der Schwestern von der Buss.... Capucinessen.* (*Paderborn*). Cölln, 1640.
KIRCHEN=UND ORDENS *Gebräuch der Schwestern von der Buss der Capucinessen.* Paderborn, 1643.

Padova (*Patavium*) in Prov. Veneta. — Parva domus iam a. 1537 fundata est in pago « *Roncon* » extra urbem; anno vero 1550-52, illa deserta, Conventus in urbe prope ecclesiam S. Crucis excitatur. Ibi S. Laurentius Brundusinus theologicas disciplinas didicit atque docuit. An. 1931-32, ita restauratus et auctus est Conv. ut paene aedificatus dicendus sit. Titulus ecclesiae: Transfiguratio D. N. I. Christi. Fratrum curis spiritualibus concredita sunt: Nosocomium primarium civile (1825-67) — Nosocomium militare (1872-77) — Hospitium Senum (1902-23) — Denique Coemeterium ab a. 1891.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 38 tab. v.
BULLAR. CAP., II, 443; X, cf. Index p. 796.
DAVIDE, *Storia Capp. Veneti*, I, (cfr. Ind.).
BOLLETT. FRANC. (Padova), 1944, p. 41-48, *Distruzione della chiesa e conv. dei Capp.*

— Monasterium monialium *Capuccinarum*, fundatum a. 1611, supprimitur a. 1810.

BULLAR. CAP., II, 444.

Padova (*dioecesis*). Ad regendam hanc *Patavinam* dioec. an. 1949 electus est noster sodalis BORTIGNON Hieronymus a Fellette.

Padulium, vide *Pavullo*

Padusana, vide *Paesana*

Paedagogia — Generale problema paedagogicum Capuccini fratres olim raro potius sibi ex professo proposuerunt. Recentiori vero tempore artem ipsam paedagogicam non pauci Capuccini exercuerunt non tantum in christiana doctrina iuvenes instituendo, sed etiam in humanioribus cognitionibus civilibusque moribus erudiendo; plurimas etenim scholas et pia educationis instituta, non tantum in missionibus sed variis etiam in nationibus, erexerunt et moderati sunt.

Inter illos magnum nomen sibi compararunt:

Chilianus (Hennrich) a Leeuwarden, prov. Calvariensis († 1946), qui in Statibus Foederatis Americae fuit optimus et efficacissimus iuvenum magister et dux necnon plurimarum iuvenum associationum institutor.

Cyprianus ab Eggolsheim, prov. Bavaricae, († 1931), fundator operis Seraphicae Caritatis, (vulgo Seraphisches Liebeswerk für Kinder) pro institutione puerorum derelictorum.

Honoratus a Biala, polonus († 1916), fundator plurium Congregationum quarum finis est etiam iuventutis derelictae institutio.

Ingbertus (Naab) a Dahn, prov. Bavaricae († 1935), qui an. 1926 sublimari meruit Praeses omnium Congregationum Marianarum pro studiosa inventute in Bavaria.

Theodosius (Florentini) a Münster, prov. Helveticae († 1865), plurium scholarum in Helvetia institutor et rector necnon fundator Congregationis Sororum docentium.

— Circa methodum paedagogicam adhibitam ad nostros alumnos spiritu franciscano ac scientia imbuendos vide praesertim sub vocibus: *Novitiatus, Seminarium, Studia, Spiritualitas franciscana.*

Notandum quoque est nostris temporibus specialia studia de *paedagogia franciscana* evulgari et frequentes *conventus* seu *congressus* Lectorum, Magistrorum et Directorum celebrari in variis Provinciis pro apta iuvenum institutione.

Bibliographia

Opera et studia paedagogica FF. Ord. Cap.

a) *de Paedagogia in genere*

Aemilius a Tilburg: *Moeder en Kind.* Amsterdam, 1916.

Chilianus Hennrich a Leeuwarden: *Forming a Christian mentality; religious guidance of youth, for priests, parents and teachers. New York*, 1945. — *Youth guidance.* Ib. 1941

Evaristo da Ombriano, *Uno scritto di Pedagogia del P. Tommaso da Ome* [La necessità della scuola, Brescia 1805]. In: « Italia Franc. » 1950 p. 187-206.

Felix M. a Cavour: *Manuale del Maestro e dello Scolaro.* Voll. 4, Torino 1837-38.

Felix M. Kirsch a Wheeling: *The Catholic Teacher's Companion. A book of self-help and Guidance.* New York, 1924. — *Practical Aids for Catholic Teachers.* Ib. 1928. *The science of Education.* 2 voll. Beatty, Penns., 1921. — *Sex Education.* New York, 1930. — *Franciscan Education.* Milwaukee, 1929.

Franciscus a Barbens, *Los fundamentos y el contenido de la pedagogía*, in « Estudios Franc.» 14 (1915) p. 431-439.

Gervasius a Beek en Donk: *Algemeene Deugdpaedagogiek.* Tilburg, 1928; *Bijzondere Deugdpaedag.* Ib. 1929; *Bovennatuurlijke Paedagogiek.* Ib. 1921.

Heribertus (Amstad) a Beckenried, *Um die Seele des Kindes.* München, 1934.

Himerius a Castellanza, *La donna nella vita. Istruzioni pratiche.* II ed., Bergamo 1942.

Ioannes a Guernica: *Cultura y Educación civico-religiosa*, Tudela, 1918.

Josephus M. a Crescentino: *L'educazione morale e civile della figliolanza*, Milano, 1767.

Otho ab Entlebuch: *Grundzüge der Pädagogik.* Ingenbohl, 1912 .

Thomas ab Ome: *La necessità delle Scuole* (Maestri, scolari ecc.). Brescia 1805. Cfr. « Italia Franc. » 25 (1950), p. 187-206. *Uno scritto di pedagogia del P. Tomm. da Ome* (Evaristo da Ombriano).

Vincentius a S. Eraclio: *Degli Studi ne' quali impiegar si debbono i regolari.* 2 voll. Bologna, 1760.

b) *de Paedagogia franciscana*

Gioventù nostra — *Rivista Pedagogica Francescana* (pubblicata dai FF. Cappuccini della Prov. di Foggia). Campobasso, 1946 ss.

Magister vester. *Annuarium Circuli Paedagogici in Collegio Internationali S. Laurentii a Brundusio de Urbe.* N. 1, Roma 1949-50 (Cyclostylo impressum).

Per l'educazione francescana-cappuccina. *Convegni di PP. Direttori* (Bologna luglio 1939). Faenza, 1939.

Angelo Tancredi da Rieti, *Cortesia serafica nella vita del Seminarista Cappuccino.* Genova, 1945. Pp. 351. Appendice pp. 28.

Evaristo Cerioli da Ombriano, *I Cappuccini e la Pedagogia.* Brescia, 1949. 156 pp.

Ingbertus (Naab) a Dann: *Der Gymnasiast. Freundesworte an unsere Studenten.* Gladbach, 1915.

Modestus a Mieras, *Valor pedagógico de los escritos de S. Buenaventura, in* « Estudios Franc. » iv, Abril 1910 Num. extraord., p. 38-48.

Paesana (*Padusana*) in Prov. Pedemontana. — Domus missionis stabilis fundata a Capuccinis an. 1620 iuxta ecclesiam S. Rochi, suppressa est an. 1802.

bullar. cap. ii, 453.

ferreri, *Rationarium Miss. Cap.*, ii, 462-508, cfr. etiam Ind. p. 659.

NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino), an. 1925, p. 7 n. 35; an. 1928, p. 65.

Paim Filho in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia) — Paroecia ibi canonice erecta an. 1933 a fratribus Capuccinis administratur.

TEODORO DE ALFREDO CHAVES, 50 *anos de atividades no Rio Grande do Sul* (1946), p. 166 s.

Paine, in Commissariatu Prov. *Chilensi* (dioec. S. Crucis de Rancagua). — An. 1930 domus religiosa ibi erecta est, et a. 1936 cura paroeciae S. Mariae fratribus nostris committitur.

RESEÑA HIST. DE CAPUCH. EN...CHILE, p. 277-92.
ANALECTA CAP. 47 (1931) p. 44; 53 (1937) p. 9.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 8 (1932) p. 339 *Kapuz. Noviziat.*

Palaestina, Primus Capuccinus, qui Syriam et Palaestinam peragravit fuit P. Pacificus a Provins anno 1622. Missiones proprie dictae in Syria et Palaestina initium habuerunt anno 1625 opera P. Josephi du Tremblay cui debetur, si Missiones in Oriente fundatae et multiplicatae sunt. Anno 1789 missionarii Galli ob perturbationes sociales abierunt et secuti sunt eos in missione Capuccini Itali.

Caetera quae tangunt Palaestinam vide sub verbo *Syria* cum olim Syria et Palaestinam et Mesopotamiam complecteretur. Vide etiam sub v. *Jerusalem*.

BULLAR. CAP., VII, 308 ss.; IX, 218, 230; X, 95.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I 406-409; III, 188-230.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni dei Min. Cappuccini*. Vol. V, Turchia asiatica (*Siria e Palestina*). Roma 1919, pp. 505
MELCHIOR, *Historia Cap.*, vol. III, 326 ss.
SUMMARIUM *controversiarum.... Patrum missionariorum Capuccinorum et Jesuitarum in Oriente contra Patres Familiae Terrae Sanctae*. Romae, 1712 (Cfr. inter alia, *Annales Minorum*, t. 26, a. 1626, p. 443-44; t. 29 a. 1649, p. 493-504.
GOLUBOVICH GEROLAMO, O. F. M., *Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell'Oriente francescano*. Quaracchi 1906 ss. — Cfr. singula volumina sub v. *Cappuccini*.
VERNIERO PIETRO, O.F.M., *Croniche ovvero Annali di Terra Santa*, pubblicate dal P. G. Golubovich. Quaracchi 1930-36. — Cfr. Index. vol. V, p. 319 sub v. *Cappuccini*.

Palafox I., vide *Iosepha Emmanuela Palafox*

Palaiseau (de), vide *Henricus ab Harville*.

Palánka (Uj-), olim Vipalánka, in veteri Prov. Austro-Hungarica. — « Conventus *Vipalanckensis* S. Caroli Borromaei, vulgo Vipalanca, civitate Hungariae in Banatu Temesvariensi ad Danubium sita, an. 1724 fundatus et an. 1738 a Turcis eversus ».

GREIDERER, *Germania Franc.*, I, 545.

Palanzana-Bagnaia, apud Viterbum, in Prov. Romana. - An. 1538-40 monasterium conditum est ibique ab a. 1615 semper Novitiatus domus fuit, brevi excepta novissimis temporibus cessatione. Ecclesia S. Antonio Patav. dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 33 tab. VIII
BULLAR. CAP., II, 433 (*Bagnaia*).
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 58.

Palatina Prov., vide *Suevo-Palatina Prov.*

Palatiolus, vide *Palazzolo*

Palau, vide *Carolinae Insulae*

Palazzolo Acreide (*Palatiolus*) in Prov. Siracusana. — Fundatio prioris coenobii facta est a. 1574, eiusque ecclesia S. P. Francisco dicata est. — Post illius suppressionem (1866) aliud exstruitur in loco *La Guardia* nuncupato cum ecclesia SS. Cordi Iesu dicata.

BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Mem. Prov. Siracusa*, p. 101, 464.
ANALECTA CAP., 51 (1935) p. 13.

Palermo (*Panormus*), eiusdem Panormitanae Prov. locus princeps. — Conventus iam ab a. 1533 est constructus. In ecclesia, quae S. Mariae de Pace dicata est effigies B. Virginis, a Capitulo Vaticano a. 1779 corona aurea donata, magna pietate apud cives gaudet. Subter ecclesiam exstant celebria illa sepulcra (vulgo *Catacombe*) a. circ. 1630 inchoata, in quibus perplures virorum religiosorum et saecularium exuviae apte disponuntur atque servantur. Istius coemeterii vivam descriptionem protulit Hippol. Pindemonte († 1728) in suo egregio carmine vulgo « *I Sepolcri* » post versum 124.

Valetudinarium. — An. 1556 pro nostris religiosis infirmis valetudinarium conditum est iuxta Xenodochium urbis. Nostris vero diebus minime ut valetudinarium sed ut locus studiorum et pro aliis usibus nostratibus inservit.

BULLAR. CAP. III 321 (cf. *Index*); VIII, 154.
BULLARII REGESTUM, num. 3653 (a. 1848).
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, I, 66 ss.; II, 165-67, 531; III, 31, 274, 638; IV, 385.
ANGELO DA CASTELTERMINI — *Cenni storici sul taumaturgo simulacro che si venera nella Chiesa dei Capp.* — Palermo, 1905.
ANTONINO DA CASTELLAMMARE — *L'invenzione del corpo di S. Rosalia e i Capp. di P. durante la Peste del 1624*. Palermo, 1924.
IDEM — *Le Catacombe, ossia la grande sepoltura dei Capp. di P.* — Palermo, 1938.
[GIOVANNI MARIA DA PALERMO], *Il devoto della Madonna de' Cappuccini di P.* — *Cenni storici* — Palermo, 1906.
JOVY ERNEST, *Pascal et Saint-Ange. Les infortunes de Jacques Forton,* in: « Etudes Franc. » 37 (1925), p. 380 ss. — 38 (1926) p. 5, 112.
IDEM, *Un philosophe, victime de Pascal: Jacques Forton,* in « Archives de Philos. » Paris, vol. I, Cahier III, 122-169.

Paschalis a Luchon, *Praef.-Apost.,* prov. Tolosanae alumnus; ortus die 29 dec. 1874, inter Capuccinos cooptatus est a. 1892. Dum missionarius apud *Gallas* in Aethiopia degebat a S. Congr. de Prop. Fide, die 29 apr. 1914 nominatus est Praefectus Apostolicus de Gibuti in Somalia gallica, quo officio an. 1923 dimisso, ad missionem suam apud Gallas reversus est.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale* hist., p. 280, 281.
IDEM, *Le Missioni,* X, 222, 224.
ANALECTA CAP. 30 (1914) p. 186, Praef. Apost. 32 (1916) p. 38.

Paschalis a Marola, laicus Prov. Genuensis (1754-1828). Domo *Bertalà* ortus, ad nos venit et in humili laicali statu, quamquam doctus, remansit. Chirurgiae Professor egregius, in arte oculis laborantibus curandis vere exstitit magister. De hac re edidit « *Dissertazione teoretica e pratica sulla cataratta* » cuius altera editio emendata et aucta vulgata est Genuae a. 1828. Coluit et res historicas et edidit: « *Saggio della vita de' Cappuccini liguri illustri* (Genova 1822).
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi,* I, 70, 304.
APPEND. AD BIBL. SCRIPT. CAP., p. 35.
PASSANO, *Dizion. op. anon.,* p. 299 (Saggio).
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 918.

Pascoli C., vide *Clara Pascoli*

Pascua, vide *Pasqua* (Insula).

Pasetto Lucas a Padova, *archiep.,* prov. Venetae alumnus. — Ortus die 17 sept. 1871; Ordinem FF. Capuccinorum ingressus die 30 sept. 1886; presbyter ordinatus die 10 aug. 1896. Duodecim annorum spatio sacro ministerio Verbi Dei sese totum dicavit. Initio an. 1909 coadiutor datus est Concionatori Apostolico P. Pacifico a Seggiano in Ministrum Gen. electo. Dein, P. Pacifico electo episcopo, Pius X P. Lucam in *Concionatorem Apost.* nominavit die 5 aug. 1914, dein S. Rituum Consultorem die 26 dec. eiusdem anni. Benedictus autem XV eum elegit in Episcopum titul. *Gerrhae* die 18 oct. 1921. Postmodum a Pio XI nominatus est Consultor S. Congregation. Religiosorum d. 12 dec. 1922; Administrator Apost. *Athenae* d. 1 iun. 1926; Secretarius S. Congregationis Religiosorum

d. 20 dec. 1935; demum ad sedem Archiepiscopalem titul. *Iconii* provectus d. 22 sept. 1937. Cum, valetudinis causa, muneri Secretarii S. Congr. de Religiosis die 9 oct. 1950 renuntiasset, a Pio XII promotus est ad Patriarchatum *Alexandrinum Latinorum*.

BERNARDINO, *Quattro secoli di vita*, p. 89.
MAURO, *Il Predic. Apost.*, p. 182.
ANALECTA CAP., an. 1914, p. 274, *Concion. Apost.* — an. 1915, p. 24 *Consultor.* — a. 1921, p. 306, 328, *Episc.* — an. 1923, p. 106, *Consultor.* — an. 1926, p. 198, *Admin. Apost.* — an. 1936, p. 31, *Secret. S. Congr.* — an. 1946, p. 85, 114, 117-19, *Iubilaeum sacerd. et episc.* — an. 1950, p. 217-18, *Patriarcha Alexandrinus Latinorum.*
L'OSSERVATORE ROMANO, 18 nov. 1950, p. 2 (Epistula gratulatoria Pii XII ad L. Pasetto, patr.).

Pasinato I. B.,
v. *Ioannes Bapt. a San Martino*

Pasithea Crogi a Siena, monialis Capuccina, nata a. 1564, obiit cum sanctitatis fama die 13 maii 1615. — Auctrix est sanctimonialium Capuccinarum Ord. S. Clarae in Urbe Senensi pro quibus a. 1598 monasterium exstruxit in loco « Poggio Malvolti » nuncupato. Sanctis operibus refulsit, miris donis supernaturalibus a Deo cumulata, etiam Iesu Christi dolorum particeps facta est.

ANNALES MINORUM, XXV, 150 p. 53.
LEGGENDARIO FRANC., V, 123...
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, V, 173-190.
ACTA SS., t. III, Maii d. 13.
LECHNER, *Leben Hl. Kapuz.*, III, 257-99.
EUCHARIUS VON STOCKBERG, *...Leben der Mutter Passitea Crogi*, Mayntz 1707, pp. 374.
LAZZARESCHI EUG. — *Una mistica Senese*, Siena, 1916.
MARRACCI L. — *Vita della ven. Crogi*, Roma 1669.
VENTURI P. — *La vie de la Mère Passidée de Sienne.* Paris, 1627.
« DIANA » *Rassegna d'arte senese*, t. IX, 1934, pp. 195-207: *P. Crogi e un suo ritratto inedito.*

Paspels, in Helvetia (Missio *Raetiae*). — Fratres nostri apostolatum et curam paroecialem ibi exercuerunt per aliquot annos ex an. 1631.

BÜRGLER, *Franz. Orden i. d. Schweiz*, p. 122.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 123, 193.

Pasqua (Pascua) — Insula in Oceano Pacifico, ad dominium *Chilenum* pertinens. — Primi missionari Capuccini in insula « Pasqua » fuerunt P. Benvenutus ab Estella et Fr. Modestus ab Adiós, hispani (1916-18). Haec insula, vi decreti S. Congr. Consistorialis sub die 24 oct. 1936, dismembrata est ab archidiocesi S. Jacobi de Chile et incorporata Vicariatui Apost. de *Araucania*, concredito FF. Capuccinis Prov. Bavaricae.

Vide bibliogr. sub v. *Araucania.*

Passaic, New Jersey (Status Foeder. Amer.) Custodia provincialis Statunitensis. — Iam ab a. 1922 fratres itali Prov. Tusciae ibi incolunt apud paroeciam B. M. Virginis de Monte Carmelo, qui et Seminarium seraphicum an. 1924 condiderunt. An. 1939 paroecia iisdem fratribus concreditur ad nutum S. Sedis.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. XXI.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, (1932), p. 625, 627 s.
ANALECTA CAP. 56 (1940) p. 13, 14.
CAPUCHIN CLARION, VII (1947-48) p. 91 ss.; VIII (1948-49) p. 7 ss.

Passau (*Passavia*) in Prov. Bavarica. — Vetus conventus fratres prov. Bohemiae construxerunt a. 1615, et illum habitarunt usque ad suppressionem Religiosorum saec. XIX ineunte. Praeter istum conventum extra urbem anno 1620 hospitium intra urbem receperunt ad exercendam curam animarum in monte B. M. V. Auxiliatricis, sed illud hospitium tempore saecularizationis pariter amiserunt (1803). — Novum conventum fratres Bavari fundarunt a. c. 1891 in monte B. M. Virg. Auxiliatricis, vulgo *Mariahilf.*

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14 tab. XV.
BULLAR. CAP. IV, 241-45, 251-53, 379.
GIUSEPPE DA CANNOBIO, *Annali*, I, 88, 269.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kapuz.* p. 638, 641.
HIERONYMUS GRAF. V. AMBERG — *Mariahilf bei Passau. Kurze Gesch. d. Wallfahrt zum 300 jähr. Jubiläum* (1622-1922). Passau, 1922.
MARIANISCHER *Gnaden = Berg, das ist: Mariae - Hülf ob Passau.* Passau 1748. pp. 402.
SIEGLER JOS. — *Mariahilf bei Passau, Eine geschichtliche Beschreibung dieses berühmten Wallfahrts-Ortes.* — 2. Aufl. Passau 1893, pp. 132.

Passau (*dioecesis*). Coadiutor episcopi *Passaviensis*, electus est a. 1701 noster sodalis Rupertus LAMBERG a Laufen (†1725).

Passavalli, vide *Puecher Passavalli A.*

Pássera F., vide *Felix a Bergamo*

Passignano sul Trasimeno (*Passinianum*), in prov. Umbriae. — Conventus, lacum prospiciens, conditus est a. 1564. Derelictus tempestatis politicae causa a 1866, nunc inhabitatur a FF. Ord. Minorum. Titulus ecclesiae est: Impressio Stigmatum S. P. Francisci.

BULLAR. CAP., II, 435.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAFICA (1930) p. 23.

Passio Domini N. I. C. — Hoc mysterium vere dicendum est seraphicae pietatis potissimum ac peculiare fundamentum. S. Franciscus tam fideliter Christum crucifixum imitari concupivit ut, sacris stigmatibus insignitus,

eius vivissima imago fieri mereretur. Quapropter eius quoque discipuli erga dominicam passionem semper decursu temporis insignem devotionem habuere et multimodis inter christifideles propagarunt. Eminent inter illos praesertim S. Antonius Patavinus, S. Bonaventura, Iacoponus a Todi, S. Bernardinus Senensis, S. Leonardus a Porto Maurizio, insignis propagator devotionis « *Viae Crucis* », S. Petrus de Alcantara, S. Ioseph a Copertino et alii innumeri vel etiam ad II et III Ordinem pertinentes; hos inter eminet S. Veronica Giuliani, quae strumenta dominicae passionis mire impressa in corde habuit et sacris stigmatibus meruit insigniri.

S. Franciscus magnum influxum exercuit apud artifices in iconographiam *I. Christi Crucifixi*. Insuper certum est per Franciscanos a laude spirituali, quae apud fideles canebatur in processionibus, deductam esse repraesentationem scenicam *Passionis D. N. Jesu Christi*.

Inter fratres Capuccinos, qui de Iesu Christi Passione vel opera ascetica vel opera oratoria ediderunt, mentione digni sunt inter alios: Antonius ab Olivadi († 1720) « *Anno doloroso, ovvero Meditazioni* »; Augustinus a Narbonne († 1706) « *Jésus Crucifié. Sermons* »; Caietanus M. a Bergamo († 1753) « *Pensieri sulla Passione di G. C.* »; Christophorus a Verucchio († 1630) « *Compendio di Cento meditazioni sopra la Passione* »; Franciscus a Corigliano († 1625) « *Horologio spirituale intorno alla Passione* »; Iosephus a Cammarata († 1677) « *Viaggio doloroso del Calvario* »; Matthias a Salò († 1611) « *Delli dolori mentali di G. C.* » (Prediche); Nicolaus Molinari a Lagonegro († 1792) « *Itinerario sopra la Passione* ».

Inter poetas Capuccinos, qui versus ediderunt de Passione I. C. recensentur: Carolus Maria a Cesena († 1755) et Ludovicus Filicaia a Firenze (saec. XVI).

Pro coronide hic meminisse iuvat a primis nostris Capuccinis morem invaluisse exponendi *Crucifixum* super pulpitum tempore quadragesimalis praedicationis. (cfr. *Monum. Hist. O. Cap.*, II, 188 in fine; V, 416 n. 404. — *Vita Francescana* (Loreto), a. 1920, p. 29).

Bibliographia

MONUMENTA HIST. O. CAP., III, cf. Index.

MELCHIOR, *Historia Ord. Cap.*, vol. I, 178; vol. II, 203-206.

IMLE FANNY, *Die Passionsminne im Franziskanerorden*. Werl i. W. 1924.

MARIOTTI CANDIDO O. F. M., *La Passione di G. C. ed i francescani*. S. Maria d. Angeli, 1907.

CARLO DA MILANO O. CAP., *I Francescani e la Rappresentazione sacra della Passione di G. C.*, in « Antologia italiana », pubblicata dal P. Arsenio da Casorate (1938), p. 178-180.

METODIO DA NEMBRO, *I « Cantori della Passione » Francescani* (Studio e testi), I. *Il Medioevo*. Roma 1950.

COSTANTINI C., *Il Crocifisso nell'Arte* (Firenze 1911), p. 119 ss. (S. Francesco e il Crocifisso).

D'ANCONA P., *L'Arte italiana*, (Firenze 1930), I, 97, (S. Franc. e il Crocifisso).

ESTUDIOS FRANC., 16 (1916) p. 376-82. 442-54 *El sentiment franciscá de la Passió* (Ant. M. de Barcelona).

ITALIA FRANC., 24 (1949) 334-40, *I Cantori della Passione, francescani*. (Metodio da Nembro).

PRIESTERBLAD DER III ORDE, 9 (1928) p. 87, 121, 163, *De godsvrucht tot het Bitter Lijden in de Minderbroedersorde*. (P. A. Teetaert), cfr. « Etudes Franc. » 1930, p. 232 n. 313.

REVUE HIST. FRANC., I, 1924, p. 405-424; II, 1925, p. 289 s., *St. Bonav. et l'iconographie de la Passion*. (Et. Gilson).

LA VIE SPIRITUELLE, 14 (1926) p. 517-30, *La folie de la Croix au Moyen-Age: St. François d'Assise et ses disciples*. (R. Plus).

VITA E PENSIERO (Milano), a. 1933, p. 262-266 *Il culto della Passione nei secoli* (P. Franc. Sarri).

Passitea, vide *Pasithea*

Pasto, Nariño-Columbia, in Commiss. Gen. Aequatoris-Columbiae. — A. 1895 aedificatus est Conventus cum ecclesia S. Iacobo dicata, anno vero 1926 et Seminarium seraphicum ibi erigitur S. Antonio dicatum.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 40 tab. XXXV.

ALBUM COMMISS. AEQUAT.-COL. (1922) p. 12.

ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 252. — 11 (1895) p. 102. — 64 (1948) p. 10 (Novitiatus).

CRISALIDAS — *Revista... órgano del Seminario Seráfico de S. Antonio de PP. Capuch.* Pasto 1945 ss.

Patarensis *sedes titularis episcopalis*. — Ex Ordine nostro hoc titulo ornatus est a. 1889 **Aloisius Cannavó a Castiglione († 1907).**

Patavium, vide *Pàdova*

Paternò (*Paternium*) in Prov. Messanensi. — Prior Conventus a. 1556 exstructus est et supprimitur a. 1867: ecclesia dicata erat B. M. Virgini Angelorum. — An. 1904 alter conditus est Conv. iuxta ecclesiam SS. Annuntiationis.

BULLAR. CAP., III, 323.

ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. XXXI.

ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 316.

Paterson. New Jersey, Custodia provinciae *Tusciae*. — Paroecia B. V. « de Pompei » a. 1918 nostratibus in perpetuum committitur.

ANALECTA CAP. 35 (1919) p. 186.

CAPUCHIN CLARION, VIII (1948-49) p. 19 ss.

Patmore Coventry K. D., anglus, poeta insignis (1823†1896). — Habitum tertii Ordinis S.ti

Francisci a. 1882 recepit a fratribus nostris, cum quibus relationes spirituales habuerat, et nostros conventus de Pontypool et Pantasaph frequentavit, exercitia spiritualia adimplendi causa.

ETUDES FRANC. 31 (1914) p. 137-147. *C. Patmore, T. O.* (Ubald d'Alençon).
FRANCISC. LEVEN, 1 (1918) p. 39-41.

Patna in Indiis Orientalibus. — Haec Missio duxit originem ex immenso Vicariatu Tibetano-Hindustano, a quo anno 1845 pars seiuncta est ad formandum *Vicariatum* Patnae. Primi Capuccini Patnam venerant iam anno 1713 ex Provincia Picena, qui fabricaverunt ibi anno 1738 ecclesiam. Anno 1886 Vicariatus erectus est in *Dioecesim* et nomen accepit de nova residentia *Allahabad*. Denique an. 1919 Patna seiuncta est a dioec. Allahabadensi et in novam dioecesim erecta est, Societati Jesu commissam.

Vide alia sub v. *Allahabad, Bettiah*.

VICARII APOSTOLICI

1845-49 Hartmann Anastasius a Luzern.
1854-59 Zuber Athanasius Viennensis.
1860-66 Hartmann A. (2ª vice).
1868-80 Tosi Paulus a Cesena.
1881-86 Pesci Franciscus a Firenze.

Missionarii in Patna, praeter Vicarios Apost., de quibus tractatur suo proprio loco:
Antonius M. a Gruyères († 1894)
Benedictus ab Assisi († 1894)
Hartmann Anastasius a Luzern († 1866)
Hudrisier Marcus a Faverges († 1910)
Laurentius a Cento († 1891)
Sinibaldi Victor a Bologna († 1902)

BIBLIOGRAPHIA

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, cf. Ind.
IDEM, *Le Missioni*, IX, cf. Ind. p. 616.
ADELHELMUS, *Monumenta Anastasiana*, I, 86-969, cf. Ind. p. 1189; II, 1 ss., cf. Ind. p. 1100; III, cf. Ind. p. 1244; IV, cf. Ind. p. 1119; V, 3-326, 660-754, cf. Ind. p. 1313, 1318.
GIANGRISOSTOMO DA LUGO. (Series fascic. relate ad Missiones FF. Cap. in Indiis Orient., Cawnpore, 1927-1929); quoad Patnae missionem cfr. *Elenco dei Missionari* (1845-1886); *Elenco dei Cappellani o Parrochi* (1763-1886); *Registro dei Missionari morti* (1845-1886); *Ricordi dei Battesimi, dei Matrimoni e delle Sepolture* (1763 ss.).
PEREIRA J. B., *Historical sketch of the Allahabad Diocese* (1940), p. 10-15, 45-49.
[ANTHONY OF TASSON], *Patna and Bettiah. Some historical notes.* Simla (1920).
ANALECTA CAP. 26 (1910) p. 212-15, Benedictio et nova aperitio veteris Cathedralis Patnae.

Patos in Brasilia, Custodia da *Minas Gerais* (Prov. Messanensis). — Iam ab aliquibus annis moram faciunt fratres Capuccini in hoc loco, cuius parochum in sacro ministero apprime iuvant.

BOLLETTINO UFFICIALE PROV. MESSINA, num. 9. 10 (1938-39) p. 70.

Patrensis *sedes titularis archiepiscopalis.* — Ad hanc sedem tit. promotus est a. 1928 episcopus noster Andreas LONGHIN a Campodàrsego († 1936)

Patriarchae ex Ordine Min. Capuccinorum: 1. CORRER Franciscus Antonius a Venezia, *Patriarcha Venetiarum* an. 1734-1741; 2. PASETTO Lucas a Padova, *Patriarcha Alexandrinus Latinorum* in Aegypto an. 1950.

Patritius a Milano (domo *Manzoni*) miss., Prov. Venetae alumnus. — In pago Concenedo (Barzio) natus est a. 1662 et habitum seraphicum in Veneta Prov. induit a. 1687. In Georgiam missus est a. 1702 et a. 1715 in Russiam ad novam missionem fundandam ivit. Quot labores et aerumnas tulerit difficile dictu est. An. 1725 e Russia expulsus, Venetias revertitur et Armenos advenas ad catholicam fidem reducendos curavit. Obiit maior quam nonagenarius a. 1753.

ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 375.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, VII, 164, 177, 230.
IDEM, *Manuale hist. Miss.* p. 56 ss.
GIO. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 218.
ATTI DELLA PROV. VENETA, a. 1937, p. 73-76.
COLLECTAN. FRANC. 12 (1942) cf. Ind. p. 639.
ITALIA FRANC. 20 (1945) p. 112-114.

Patrona Ord. Capuccinorum, vide *Immaculata Conceptio B. V.*

Patti (*Pactae*) in Prov. Messanensi. — Conventus ibi exstat ab a. 1550, vel iuxta alios ab a. 1570. Prior ecclesia S. Mariae ad Nives dicata erat, altera autem S. Antonio Patavino.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 26 tab. XI.
BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. XXIX.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 316.

Patti (dioecesis). Ab anno 1875 usque ad an. 1888 haec *Pactensis* dioec. gubernata fuit a Josepho Maria MARAGIOGLIO a Salemi, ex Ord. Min. Capuccinorum.

Pau (*Palum*) in prov. Tolosana. — Hic Conventus, olim Aquitaniae Prov., erigitur a. 1620, Ludovici XIII regis impensis, et usque ad eversionem gallicam (1791) incolatus est. Ecclesia S. Ludovico regi dicata erat.

BULLAR. CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, I, 184.
IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, p. 63-65.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquitaine*, p. 359-77.
ECHO S. FRANÇOIS (Toulouse), a. 1894, p. 14, 57, 102.

Paula (urbs), vide *Pàola*

Paula Antonia Novelli a Ravenna, monialis capuccina, fundatrix monasterii in oppido *Méldola* (Forlì), ubi cessit e vita a. 1742.

GINANNI P. P. (O. S. B.), *Memorie di Scrittori Ravennati*, II, 93-97 (1769).
BELLONI T. - ORSELLI F. — *Vita della Madre Suor Paola Antonia della Volontà di Dio, fondatrice delle Cappuccine di Meldola.* Venezia 1755, pp. 492.

Paula Maria Malatesta a Reggio Emilia, monialis capuccina in monasterio oppidi *Guastalla*, et abbatissa in novo monasterio *Venetiis* ad « Castello » sito, ubi vitam finivit an. 1709.

LEGGENDARIO FRANCESCANO, X, 128.
[SODERINI G.] — *Vita della S. di Dio Suor Paola Malatesta Badessa delle Cappuccine di Venezia.* Venezia 1715.

Paula Piantanida, monialis Capuccina, vide *Milano* (Monasterium monialium Cap.)

Paulinus a Cortona, v. *Tribbioli P.*, episc.

Paulus III (*Alexander Farnese*) electus die 13 oct. 1534 obiit d. 10 nov. 1549. — Optatam iamdiu Ordinum religiosorum reformationem totis viribus provexit. Quod ad nostram Congregationem attinet, haec sunt, praeter alia, acta:

Transitum FF. Minorum ad nostrum Institutum interdicit iterum atque iterum, sine S. Sedis et Ministri Gener. licentia. (« *Accepimus quod* » d. 18 dec. 1534, et « *Pastoralis officii* » d. 14 aug. 1535).

Omnibus indefinite prohibuit ne habitum nostrum gestarent nisi sub nostrorum Superiorum oboedientia viverent. (« *Cum sicut novis* » d. 29 apr. 1536).

Confirmans Litteras apostolicas Clementis VII « *Religionis zelus* », iubet ut Moderatores supremi et Provinciales *Vicarii* dicerentur eorumque electionem, pro forma, Ministri Generalis FF. Min. Conventualium confirmationi submitterent (« *Exponi vobis* » diei 25 aug. 1536). Quod quidem factum est usque ad a. 1619.

Ne lites inter utramque familiam etiam extra Italiam orirentur, nostrates vetuit Alpes, ad certum tempus, praetergredi (3 ian. 1537). Quae prohibitio postea ablata est a Gregorio XIII a. 1574.

Neapolitanum monasterium S. Mariae in Ierusalem, monialium Capuccinarum, spirituali FF. Capuccinorum curae subiecit (10 dec. 1538).

BULLAR. CAP. I, 12; VI, 242 ss.
BULLARII CAP. REGESTUM, p. 23. (*Analecta Cap.* an. 1893, p. 24 s.).
VIVES, *Instituta Franciscana* p. 433-36.
MONUM. HIST. O. CAP. (cfr. *Indices*, t. I, II V et VI).
BOVERIO, *Annales*, I, cfr. Index rerum.
EDUARDUS, *De primordiis* (cf. Index).
IDEM, *Tribulationes O. Cap.* (cfr. Ind.).
THEOPHIL., *Entstehung des Kapuz.* (cfr. Ind.)
PASTOR, *Storia dei Papi*, V, 347 ss.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 24, *Bullarii Cap. Regestum* (Paulus III); 29 (1913) p. 122ss. *Brevis illustratio monumentorum quae ad historiam nostri Ordinis spectant primis annis pontificatus Pauli III.*

Paulus IV (*Ioan. Petrus Carafa*) electus die 23 maii 1555 — obiit d. 18 aug. 1559. — De prisca disciplina in Ordine nostro revocanda sollicitus, curas plurimas in idem contulit, illos vero fratres praefatae disciplinae restitutores eximios, maxime fovit ac dilexit.

BULLAR. CAP., VI, 243 ss.
BULLARII CAP. REGESTUM, p. 24.
BOVERIO, *Annales*, I, 43, 342-347.
MONUM. HIST. O. CAP., I, p. 422, 436, 471; V, cfr. Index.
EDUARDUS, *De primordiis O. Cap.* (cf. Ind.)
EDOARDO D'ALENÇON — *Gian Pietro Carafa, vesc. di Chieti* (Paolo IV) *e la Riforma dell'Ordine dei Minori*. Foligno, 1912 (Ex « Miscellan. Franc. »).
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 26, *Bullarii Cap. Regestum* (Paulus IV).
MISCELLAN. FRANC. 13 (1911) p. 33 ss: *G. P. Carafa* (Paolo IV) *e la Riforma* [Cappuccina] *nell'Ordine dei Minori dell'Osservanza.* (Edoardo d'Alençon).

Paulus V (*Camillus Borghese*), electus die 16 maii 1605 — obiit d. 28 ian. 1621. — De nostro Ordine eiusque Missionibus curam egit maximan, atque non paucos viros religiosos Principum et Ecclesiae negotiis gerendis adhibuit, inter quos nominandi sunt: Sanctus Laurentius a Brundusio, Hyacinthus a Casale, Iosephus Le Clerc Parisiensis et Valerianus Magni Mediolanensis. — Item, nos esse vere Fratres Minores ac genuinos S. P. Francisci filios, et nostras Constitutiones nihil contra Regulam continere declarat (« Ecclesiae militantis » d. 15 oct. 1608); denique nostrum Ministrum Gener. (revocatis Litteris apost. Pauli III a. 1536) ex omni P. Magistri Gener. FF. Min. Conventualium dependentia eximit (« Alias felicis recordationis » d. 23 ian. 1619).

BULLAR. CAP., I, 50; VI, 346 ss.
BULLARII CAP. REGESTUM, p. 37-45.
VIVES, *Instituta Franciscana*, p. 491-505.
MELCHIOR, *Historia Cap.*, vol. I, III, cf. Ind.
PASTOR, *Storia dei Papi*, XII, 203-06.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 85-89, 142-145; *Bullarii Cap. Regestum* (Paulus V).

Paulus Maria ab Asti, Prov. Pedemontanae alumnus. — Nobili familia *Pergamo* ortus est. Prius inter Canonicos regulares Lateranenses sese adscripsit et Abbatis dignitate fulsit; postea fratres Capuccinos adivit. Fuit Lector, Concionator egregius, Definitor et Prov. Minister (1621-31). *Salutiarum* (Saluzzo) sedem episcopalem sibi oblatam (1624) recusavit. Ceu Commissarius Gener. Brixiensem,

Neapolitanam et Basilicatae Provincias rexit. Obiit in patrio loco cum fama sanctitatis an. 1642. Nonnulla typis data relinquit opuscula ascetica.

PELLEGRINO, *Annali*, I, 391-398.
R.TRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 97 ss.
FERRERI, *Rationarium Miss. Cap.*, I, 228, 230.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 209.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 313.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 421.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, I, 1189.

Paulus Astigitanus, vide *Paulus ab Ecija*

Paulus a Bruxelles, cognomine *Mol*, prov. Flandro-Belg. defin. (1552 †1625). Maxime contulit ad opus P. Alphonsi Matritensis O.F.M. « *Arte para servir a Dios* » diffundendum.

ETUDES FRANC. 46 (1934) p. 92-108, *Paul de Mol, disciple d'Alfonso de Madrid*,. pag. 499-500, *La famille de Paul de Mol* (P. Hildebrand). Cfr. « *Collectan. Franciscana* a. 1938 p. 468 n. 714, 715.

Paulus a Cádiz (*Gaditanus*), prov. Baeticae seu Andalusiae concionator vere apostolicus. Plures erexit pias confraternitates marianas praesertim sub titulo *SS. Rosarii* († 1694). Typis dedit nonnulla opuscula pietatis.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 207.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 60.
AMBROSIO, *Reseña Prov. Andaluc.a*, IV, 328-96.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II, 419.

Paulus a Calanna in Calabria, concionator, alumnus prov. Umbriae (vel etiam Romanae) obiit circa a. 1615. — Noviter edidit atque auxit opus « *Theologiae moralis* » P. Martini Azpilcueta, vulgo Navarro (« *Compendio del Manuale del Navarro* » *Nuovamente ampliato*. Venetia 1599; pluries postea impressum).

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 207.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 311.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II, 419.
FRANCESCO DA VIC., *Scrit. Prov. Seraf.*, p. 64.
FIORE, *Calabria illustrata*, I, 392 n. V.

Paulus a Cesena, vide *Tosi P.*, episc.

Paulus a Cesena, *Min. Gen.*, Prov. Picenae alumnus. — Domo *Angelini* natus a. 1556 atque doctorali laurea in utroque coronatus, postea inter nostros aufugit a. 1581. Concionator exstitit egregius, Lector, Definitor ac bis Minister Prov. — Plurimarum Provinciarum Visitator fuit Generalis. In Capitulis Gener. a. 1602, 1605, 1608 et 1625 Definitor eligitur. Tandem a. 1613 totius Ordinis regimen obtinuit, quod usque ad a. 1618 nobiliter explevit. Episcopalem sedem *Calliensem* (Cagli) ei ab Urbano VIII oblatam recusavit. Vita cessit in sua Provincia a. 1638 cum fama sanctitatis. — Scripsit, inter alia, « *Prediche quaresimali recitate a Roma nel* 1600 » et « *Le glorie della gran donna Maria* » (Poëma 24 cantuum).

PELLEGRINO, *Annali*, I, 265-273.
BULLAR. CAP., IV, 33; V, 136.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 96.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 108, 111, 115, 117, 126.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Missioni*, I, 316, 317; II, 251, 997, 482.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 206.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 60.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 311.
IOANN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 418.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori delle Marche*, p. 81
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 279, not. hist.; 30 (1914) p. 280-82: *Epistola P. Pauli ad card. Borghese* (Torino, 18 sett. 1611).

Paulus M. a Chiávari (*Rivarola*), alumnus prov. Genuensis, qui surditatis morbo laborans, simplex clericus permansit († an. 1692). Quattuor opera scripsit, quae adhuc exstant manuscripta, quorum tria B Virginem Mariam, quartum vero ad S. Scripturam spectant.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 210.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 61.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 421.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, I, 252.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XII, 55.
COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 221-238, *Il chierico perpetuo Fra Paolo, ed una pregevole opera di Patristica Spirituale* (Umile da Genova). — 4 (1934) p. 311 n. 276.

Paulus a Chioggia (*Barbieri*), prov. Venetae. — Natus a. 1479-80, artem notariam prius exercuit, deinde presbyter factus (1504-05), cancellarii munus apud Curiam episcopalem Clodiensem a. 1508-10 obivit. — Ad rigidiorem vitam anhelans ivit inter FF. Minores de Observantia (1512), at paucos post annos vitam eremiticam aggressus est. In patria civitate Fraternitatem seu Sodalitatem SS. Crucifixi. vulgo « *dei Battuti* » dictam, fundavit an. circ. 1524. Tandem in Umbriam profectus a. 1526, Matthaeo a Bascio et Ludovico a Fossombrone, nostrae reformationis fautores, toto corde adhaesit atque eorum socius efficitur. Annis 1527-28, Camerini peste infectis, magna cum caritate inservit. In Capitulo Generali de Albacina (1529) definitor electus est atque ad primas Constitutiones redigendas sedulam contulit operam illasque latine vertit. Dum praedicationi in loco *Pennabilli* in Piceno incumbit vita decessit cum sanctitatis fama die 3 apr. 1531.

MONUM. HIST. O. CAP. cfr. Ind. t. I et II; t. III, 15-27, 34, 35; t. V, cfr. Ind.
BOVERIO, *Annales*, I, 77-78, 143 ss.
FLORES SERAPHICI, I, 252.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, IV, 42-46.
BESCH N. *Martyrol. Franc.* (12 dec.).
EDUARDUS, *De primordiis Cap.*, (cfr. Ind.).
DAVIDE, *Storia Capp. Veneti* (cfr. Ind. p. 392)
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 31.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, 27, cf. Ind.
ZARLINO, *Origine dei Capp.* (Venetia 1579).
GERARDO DA VILLAFRANCA — *P. Matteo da Ba-*

scio e Paolo da Chioggia. Studio sulla loro vita. Chioggia, 1913.

GIANCRISOSTOMO DA CITTADELLA — *P. Paolo da Chioggia e la Confraternita del SS. Crocefisso.* Padova, 1936 cfr. *Collectanea Franc.* a. 1936, p. 424).

IDEM, *Bibliot. Prov. Veneta,* p. 213 s.

COLLECTAN. FRANC. 11 (1941) p. 35-69: *Il primo Cappuccino veneto. P. Paolo da Chioggia* (Davide da Portogruaro).

ROUND TABLE, VII (nova ed. a. 1949) p. 75-86.

Paulus a Colindres Min. Gen., Prov. Castellae alumnus. — Illustri familia de *Uruña Calderón de la Barca* natus est a. 1696. In Universitatibus Vallisoletana (*Valladolid*) et Salmanticae (*Salamanca*) Iuris utriusque Doctor ac Professor exstitit. Iam sacerdos nostro Ordini se addixit a. 1725. In Capitulis Gener. a. 1747 et 1754 Definitor eligitur, tandem totius Ordinis Moderator nominatur an. 1761. Ad Sedem episcopalem *Barcinonensem* (Barcelona) bis vocatus, eam semel ac iterum recusavit. Viennam in Austria sacrae visitationis causa cum venisset, vita cessit, d. 7 iunii 1766.

BULLAR. CAP., V, 340, 367, 388; VIII, 330; X, 723.

RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 155 ss.

FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 211, 218, 220.

ANDREU, *Iconogr. de Catalunya,* p. 56.

MELCHOR, *Los Cap. en Castilla,* cfr. Ind.

CASIMIRO FERNANDO DE SEVILLA, *Oración fúnebre... por el General Pablo de Colindres.* Sevilla 1766.

JOSÉ DE SANGUESA, *Piadosa memoria del P. Pablo de Colindres.* Madrid 1767.

KILIAN VON WIEN, *Lob und Trauerrede über P. Paulus v. Colindres.* Wien 1766.

LAMBERTO DE ZARAGOZA — *Elogio del P. Pablo de Colindres.* Nueva edición, Milán, 1889.

ANALECTA CAP. 8 (1892) p. 219.

COLLECTAN. FRANC. 13 (1943) p. 292-95 (P. Paulus inter Hispaniae « *Grandes* » receptus a. 1763).

EL MENSAJERO SERÁFICO, a. 1904, p. 334-337; a. 1905, p. 13-15, 85 s. Documentos y notas para la biografía del P. Pablo de C.

Paulus (S.) a Cruce, (1694-1775). — Adhuc adolescens consuetudinem habuit cum fratribus Capuccinis vel ob gubernium animae suae vel ut ad instituendam Congregationem quae vulgo *Passionistarum* dicitur, consilia captaret.

ANALECTA CAP. 40 (1924) p. 240-43.

Paulus ab Ecija, seu Astigitanus, provinciae Baeticae seu Andalusiae Lector S. Theologiae. Floruit medio saeculo XVIII et fuit Consultor legationis Hispanicae. Aulae regiae Concionator et S. Officii Qualificator. Firmus exstitit defensor Ven. Mariae de Agreda, cuius gratia nonnulla edidit opera: *Escudo apologetico* (Granada, 1732), etc. — Scripsit insuper *de B. M. Virgine,* etc.

BERNARDUS, *Bibl. Script.,* p. 206.

EDUARDUS, *Bibl. Mariana,* p. 60.

IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.,* III (Append.)

DICTIONN. THÉOL. CATH., XII, 37.

Paulus a Foligno, nobili *Vitelleschi* gente ortus, Prov. Umbriae Definitor († 1638). — Doctus fuit sacris disciplinis et Concionator egregius. Eum adlegit Minister Generalis ad scribendam Capucinorum historiam, cui operi per duodecim annos incubuit. Opus eius manu scriptum latine inscribitur: *Origo et progressus Capuccinorum,* at tamen textus italice est exaratus. Adservatur in Archivo Ordinis, et Boverius in *Annalibus* conscribendis eo usus est.

PELLEGRINO, *Annali,* I, 333-336.

ANTONINO, *Memorie Prov. Serafica,* p. 101.

BERNARDUS, *Bibl. Script.,* p. 209.

SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores,* II, 315.

IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.,* II, 424.

FRANCESCO, *Scrittori Prov. Seraf.* p. 99-103.

EDUARDUS, *De primordiis Ord.* p. 5 (de Chronica).

ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 191; 10 (1894) p. 283. (Notitiae quaedam de illius *Chronica*).

Paulus Maria a Genova (*Montaldi*), illius provinciae alumnus, in humanis litteris ornatus († 1735). Sub nomine Bartholom. Montaldi, opus edidit sic inscriptum: *Sacra Ligustici caeli sydera, sanctitate, pontificia dignitate. religionumque praefectura generali clariora, in 7 capita demonstrata.* Genuae 1732.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 210.

MOLFINO, *Capp. Genovesi,* I, 70.

MELZI, *Dizion. Opere anon.* II, 208 (*Montaldi*).

Paulus a Lagny (a Lantiniaco), Prov. Parisiensis Novitiorum Magister et missionarius per aliquot annos in insulis maris Aegaei (1640...). — Habitum religiosum suscepit an. 1630, obiitque Parisiis a. 1694. — Inter praecipuos nostros scriptores de rebus asceticis et mysticis adnumeratur, ut eius opera probant, scilicet: *Le Chemin abrégé de la perfection chrétienne* (1673 et 1929). — *Introduction à la vie active et contemplative* (1657; versio italica: 1719 et 1743). — *Exercice méthodique de l'Oraison mentale* (1658) et alia nonnulla.

ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.,* III, 73.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni,* IV, 31.

BERNARDUS, *Bibl. Script.,* p. 207.

IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 419.

HENRI DE GRÈZES, *Le S. Coeur de Jésus* (1890), pp. 235-39 (de P. Paulo a L.).

BREMOND, *Histoire du Sentiment relig. en France,* VIII, 266-278 (cfr. etiam Index Gener. p. 195).

PASTOR, *Storia dei Papi,* t. XIV, parte II, pag. 31-34 (de « *Memoriale* » P. Pauli a L. ad Innoc. XI, 1678, circa bellum contra Turcas).

COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 271 n. 189 (de opere: *Le Chemin abrégé...* ed. a. 1929).

ETUDES FRANC. 39 (1927) p. 462-64, de oper. spirit. P. Pauli; 40 (1928) p. 113-23. *Le P. Paul de L. et le panmysticisme franciscain* (H. Bremond).

Paulus a Lyon, prov. Lugdunensis concionator et lector egregius atque definitor († 1732). — Contra Iansenii errores acerrime pugnavit et libros quoad hanc rem magni momenti edidit. Inter quos: *Lettres instructives sur les errèurs du temps* (Lyon 1716). — *Anti-Hexaples, ou analyse des cent et une propositions condamnées*. tom. 2 (Ib. 1721). — *Les ennemis déclarés de la Constitution « Unigenitus »* (Nancy, 1719) — Edidit praeterea: *Totius Theologiae specimen*. tom. 6, Lugduni, 1721 et 2 tom. Venetiis 1743.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 207.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 285.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 420.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 1001.
LETTRES *d'un Théologien touchant les « Anti-Hexaples » du P. Paul de L.* — S. l. 1717.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XII, 43.
PETIT MESSAGER DE ST. FRANÇ. a. 1939, p. 6.

Paulus a Málaga, vide *Carrión, P.*, episc.

Paulus a Monchecourt (in saeculo *Paulus Ansart*), frater laicus prov. Parisiensis; ortus die 13 iulii 1733; tempore gallicae revolutionis pro fide necatus est in urbe *Valenciennes* die 6 nov. 1794. De eo iam agitur apud SS. Rit. Congreg. (Sectio historica).

BESCHIN, *Martyrol. Franc.*, 6 nov.
EDOUARD, *Essai de Martyrologe*, p. 33.
DICTIONN. D'HIST. ECCLÉS., III, 428.

Paulus ab Offida, cognomento *Pelegallo*, prov. Picenae concionator, definitor et bis minister provincialis; in aliis provinciis Commissarius gener. († 1665). — Plurima volumina reliquit manu scripta. Conciones et Disputationes philosophicas continentia.

PELLEGRINO, *Annali*, III, 81-84.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 209.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 422.
GIUS. DA FERMO, *Scrit. delle Marche*, p. 82-84.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., XII, 44.

Paulus a Pieve di Controne,
vide *Tei P.*, episc.

Paulus a Saló, antiquae Prov. Brixiensis, germanus frater illius Matthiae *Bellintani* celebris, natus est circ. a. 1540 et obiit a. 1590. Fuit prius Cappellanus una cum aliis confratribus apud classem christianorum fidelium in Turcas pugnantium (Lepanto, 1570-71); postea saeviente pestifera lue Mediolani (1576), Brixiae (1577) et Massiliae (Marseille 1579) animabus corporibusque aegrotantium curandis totus incubuit. Quae experientia eum docuit, exposuit in opere quod inscribitur: *Dialogo della Peste*, in quo res suas narrat et publicae utilitatis causa, consilia pandit quo modo lue pestifera laborantes sint curandi. — Fridericus Odorici in « Raccolta di Cronisti e Documenti storici Lombardi inediti » vol. II, pag. 275-312 (Milano, 1857) partim hanc opellam edidit, quae et seorsum apparuit (ib. 1857); denique integrum opus, cura et studio P. Ildephonsi a Como, in periodico « *L'Italia Francescana* » voll. I-V (Roma, 1926-1930) editum est. (Cfr. *Collectan. Franc.* a. 1932, p. 292-93).

CUTHBERT, *I Cappuccini*, p. 208-213.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 99-110.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 262.
ODORICI FEDERICO, *I due Bellintani da Salò*. Milano, 1857.
DICTIONN. THÉOL. CATH., VII, 917.
ATTI PROV. LOMBARDIA, an. 1942, p. 246. Alla memoria del P. Paolo, è dedicato in Milano (1942) il *Largo* circostante la chiesa del lazzaretto, detta di S. Carlino.
ECO DI S. FRANC. 5 (1877) p. 677-93: *L'apostolo della carità, ossia Fra Paolo da Salò* [Egidio da Milano].
ITALIA FRANC. 13 (1938) p. 365 ss.; 14 (1939) p. 14, 306: *La peste di Brescia e Paolo Bellintani in un carteggio inedito di San Carlo Borromeo* (Paolo Guerrini).

Paulus a Terni (Interamna), Prov. Umbriae. — Nobili gente *Manassei* ortus, quintum supra decimum annum agens (1602) Ordinem nostrum ingreditur. In Raetiam ivit missionarius, ibique haereticis ad bonam frugem reducendis multa tulit fecitque. Obiit in pago Drugolo a. 1620. — Opus eius quod inscribitur: *Paradiso interiore*, saepe in lucem proditum est, et Bononiae a. 1637 apparuit, sed a. 1689 in Indicem libr. prohib. ut pietismum sapiens relatum est.

DE-PISE, *Annales*, p. 356-358.
OLGIATI, *Annali*, I, 579-581.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, I, 218-220.
ANTONINO, *Memorie Prov. Serafica*, p. 160 s.
FRANC. DA VIC., *Missionari Capp.*, p. 6-9.
IDEM, *Scrittori Prov. Seraf.*, p. 69-74.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 208.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 312.
IOANN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 420.
REUSCH, *Der Index*, II, 624.
VALDEMIRO, *I Capp. Bresciani*, p. 247 s.

Paulus Franc. a Venezia,
vide *Giustiniani*, episc.

Paunet C., vide *Constantinus a Barbençon*

Paupertas. — Nemo alius paupertatem sic concupivit et amplexatus est quam B. Franciscus, qui non tantum paupertatem ad usum individualem coarctavit sed per eam exclusam esse voluit, sub gravi, quamlibet proprietatem etiam in communi. Ideoque paupertas forma maxime peculiaris dicenda est vitae franciscalis eiusdemque specifica ratio praecipua et caeterae virtutes franciscanae sunt cum Paupertate necessario conexae.

Franciscus proprietati renuntiationem omnino requisivit in privato et in communi, re-

rum tamen usum subordinatum voluit locorum circumstantiis et necessitatibus individualibus. Iuxta huiusmodi circumstantias et necessitates paupertas tam in prioribus temporibus cuidam evolutioni subiecta fuit.

Simul tamen cum hac evolutione duae tendentiae obortae inter se contrariae non tantum quoad usum, sed etiam quoad proprietatem colluctationibus et scissionibus originem dederunt. Hoc praesertim saeculis XIII et XIV; quinimmo quaestio de paupertate per integrum saeculum fuit agitatissima et grave vulnus Ordini inflixit. Fratres laxitae adeo usque pervenerunt ut praesumerent immobilium proprietatem ut in caeteris Ordinibus; rigoristae tam inflexibiles facti sunt ut limitarent rerum usum, nulla ratione habita locorum circumstantiarum et temporum condicionum fundamentaliter aliarum necnon Ecclesiae declarationum, exclusive ad exempla S. Francisci sociorum, impossibilem reddentes actionem vere scientificam et apostolicam.

Cum autem duae tendentiae omnino componi non possent, Ordo FF. MM. in duas familias divisus est (a. 1368) Conventualium scilicet, qui Regulam et Testamentum Sancti Francisci cum privilegiis a Sede Apostolica concessis observanda sibi proposuerunt, et Observantium, qui absque privilegiis Regulam et Testamentum S. Francisci sibi observanda statuerunt.

Novis abusibus decursu temporis introductis circa paupertatem a FF. MM Observantibus a. 1525-1528 originem habuerunt Capuccini, qui sibi elegerunt rigidiorem observantiam Regulae et Testamenti S. Francisci praesertim quoad paupertatem. Ad hoc tendunt eorum Constitutionem paupertatem in rebus usui necessariis, in vestibus, in victu, in habitatione, in ecclesiis, in sacra quoque supellectili praescribentes.

Praefatis causis, ante et post Capuccinos, plures aliae reformationes factae sunt, sed nunquam propriam iuridicam formam plene autonomam obtinuerunt et omnes a Leone XIII sub communi appellatione *Fratrum Minorum* fusae sunt.

Vide etiam *Regula FF. Minorum* et *Spiritualitas franciscana*.

BIBLIOGRAPHIA

a) *Scriptores ex Ordine Cap.*

BULLAR. CAP., VI, 105 (de paupertate Christi quaestiones agitatae in et extra Ordinem Minor.) — X, cf. Ind. p. 796 sub v. *Paupertas, Pecunia*).

MONUM. HIST. O. CAP., cfr. *Indices* t. I, pag. 547; t. IV p. 243; t. V, p. 477.

VENANTIUS, *Monum. ad Constit.* (cf. Index).

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, 184-87, cf. Ind.: II, 39, 72 s.

GRATIEN DE PARIS, *Histoire des FF. Min. au XIII siècle*. (cf. Ind. p. 694).

FELDER, *Die Ideale d. Hl. Franz.* (cf. Ind.).

ILG, *Geist d. hl. Franz.* I, 17-21.

CONSTANTIUS AB ALDEASECA, *Natura iuridica Paupertatis Ord. FF. Min. Capuccinorum ab a. 1528 usque ad a. 1638.* Romae 1943. Cfr. *Archivo Ibero-Amer.*, an. 1950, p. 412-14.

CYRILLUS A BERGAMO — *De morientium eleemosynis... quae FF. Minoribus relinquuntur.* Lugduni 1680.

FLORIDUS A BURGHUSIO, *Quaestiones selectae super IV caput seraphicae Regulae.* Monachii 1751.

FRANC SAV. DA S. ERASMO — *Breve esposizione della Povertà religiosa.* Napoli 1854.

GAETANO M. DA BERGAMO, *Istruzioni morali... sopra la Povertà dei Cappuccini.* Padova 1750.

GIUSEPPE DA ITRI — *Compendio delle cose più essenziali per la osservanza della minoritica Povertà.* Napoli 1723.

GIUSEPPE M. DA SASSUOLO — *Lezioni morali sopra la Povertà dei Cappuccini.* Reggio Em. 1744.

HILAIRE DE PARIS — *Exposition de la Règle de St. François, avec l'histoire de la Pauvreté.* Fribourg 1872. (Opus prohibit. decr. 14 iun. 1895).

HYACINTHUS A CASALE — *De Paupertate religiosa.* Antwerpiae 1656.

IOANNES A FANO (vide infra: *Analecta Cap.*).

UBALD D'ALENÇON — *Les idées de St. François sur la Pauvreté.* Paris 1909. (cfr. « Miscell. Franc. » a. 1909, p. 158).

ANALECTA CAP. 27 (1911) p. 54, 88, 113, 198, 232, 268: *Brevis Discursus super observantia Paupertatis FF. Minorum, auctore P. Ioanne de Fano* († 1539).

COLLECTAN. FRANC. 10 (1940) p. 189-218: *Concio P. Innocentii a Caltagirone de seraphica Paupertate.* (P. Melchior a Pobladura).

ESTUDIS FRANC. 40 (1928) p. 238-59: *La Pobreza franciscana.* (P. Aniceto de Mondoñedo).

ETUDES FRANC. 14 (1905) p. 469-84: *La Pauvreté franciscaine.* (P. René de Nantes). — 38 (1926) p. 482-89: *La signification de la Pauvreté franciscaine.* (P. Cuthbert).

FRANCISC. LEVEN, 6 (1923) v. Ind. p. 290 t. 7 (1924) p. 271, 295. — t. 8 (1925) p. 49, 73, 97: *De franciskaansche Armoede in de Nederlandsche Literatuur.* (P. Maximilianus).

b) *Scriptores extranei*

WADDING, *Annales* (ed. III) t. VI p. 192 nota 1, Fontes bibliogr. circa *Paupertatis controversiam* in Ord. Min.

HEIMBUCHER, *Orden u. Kongregationen* (3 ed.) t. I, p. 697-709: *Der Streit um die Armut.* (Plura circa *Paupertatem* franc.).

HISTOIRE *Littéraire de la France* t. 34 (cf. Ind. sub v. *Pauvreté*. circa Paupertatis controv. sub Ioanne XXII papa).

DICTIONN. THÉOL. CATH. VIII, 634-36, 640, *Jean XXII et l'Ordre des Franciscains. Le débat sur la Pauvreté du Christ.* (G. Mollat).

KIRCHENLEXIKON, I, 1393-1401, *Streit über die Armut im franziskanerorden.* (I. Jeiler O.F.M.).
SACRUM COMMERCIUM *B. Francisci Assisien. cum Domina Paupertate.* (Edidit, adiuncta versione italica, P. Eduardus Alenconiensis, O. M. Cap.) Romae 1900.
BALTHASAR KARL, OFM. — *Geschichte des Armutsstreites im Franziskanerorden bis zum Konzil von Vienne.* Münster 1911. (Cfr. « Archiv. Franc. Hist. » a. 1913, p. 557 ss. — « Revue Hist. Ecclés. » a. 1912; p. 112).
BRUN C. — *Der Armutsstreit bei Johann von Winterthur.* Zürich 1923. — (Cfr. « Archiv. Franc. Hist. » a. 1929 p. 566).
DE GUBERNATIS DOM., OFM. — *Umbra illuminata. De pecunia in Regula FF. Min.* Romae 1687; Quaracchi 1897.
GAUCHAT PATRICK, *O.M.Conv.* — *Card. Bertrand de Turre O.F.M. His participation in the theoretical Controversy concerning the Poverty of Christ... under John XXII.* Roma 1930. (Cf. « Collectan. Franc. » a. 1932, p. 401 s.).
HOFER IOS., C.SS.R. — *Der Armutsstreit bei Johann. von Winterthur.* Stans 1927. (Cf. « Archiv. Franc. Hist. » a. 1929 p. 567 ss.)
LUDOVICUS A PELAGO, OFM. — *De receptione et usu pecuniae relate ad FF. Minores.* Florentiae 1765.
MARIOTTI CANDIDO, O.F.M. — *La Povertà francescana, secondo Dante Alighieri.* Quaracchi 1918. (Cfr. « Miscellan. Francisc. » 1918 p. 132).
PECCHIAI PIO — *S. Francesco d'Assisi e la missione della Povertà.* Milano 1926. — (Cf. « Archiv. Fr. Hist. » a. 1928 p. 421).
PETRY RAY C., *Francis of Assisi Apostle of Poverty.* Durham, N. C., 1941, 199 pp.
TOCCO FELICE, *Un codice della « Marciana » di Venezia sulla questione della Povertà.* Venezia 1887. — (Cf. « Miscell. Franc. » 1887 p. 190).
IDEM — *La quistione della Povertà nel Sec. XIV, secondo nuovi documenti.* Napoli 1910. — (cf. « Arch. Franc. Hist. » 1911, p. 147).
ARCHIVO IBERO-AMERIC. 5 (1916) p. 5 ss. *Fr. Alvaro Pelayo... y su posición respecto de la Pobreza teórica en la Orden franc. bajo Juan XXII,* 1316-1334. (Alex. Amaro O.F.M.).
ARCHIV. FRANC. HIST. 5 (1912) p. 277-90: « *De finibus Paupertatis* » auctore Hugone de Digna O.F.M. — Texte inédit. (Cl. Florovsky). — 22 (1929) p. 292, 487: *Fr. Bonagratia de Bergamo et eius Tractatus de Christi et Apostolorum paupertate.* (L. Oliger). — 24 (1931) p. 341-69; 25 (1932) p. 36-58, 210-40: *Three Treatises on Evangelical Poverty by Fr. Richard Conyngton, Fr. Walter Chatton and an Anonymous from ms.* (Decima L. Douie). cf. « Collectan. Franc. » a. 1935, p. 687).
FRANZISK. STUDIEN, 4 (1917) p. 1-17: *Das Armutsideal des hl. Franz. v. Ass. u. die Lehre Jesu über die Armut.* (Thadd. Soiron, O.F.M.).
NOVA REVIJA (Makarska) 5 (1926) p. 273-84: *La Pauvreté évangélique dans la vie de St. François.* (J. Bozitkovic).

Páusula vide *Corridonia*

Pavia (*Papia*) in Prov. Mediolanensi. — An. 1537 exstructus est Conventus et ecclesia S. Antonio Patav. dicata: anno vero 1810 Conv. abrogatur.

BULLAR. CAP., II, 445.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi,* V, (cf. Ind.).
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi,* I, 283-91.

— Moniales *Capuccinae* Ord. S. Clarae, in hac civitate monasterium olim habuerunt, ibique claruit Maria Domitilla Gallucci († 1671) de qua agitur suo proprio loco.

BULLAR. CAP., II, 336 s. 447 (documenta a. 1668 et a. 1702).

Pavullo nel Frignano (*Padulium*) in Prov. Parmensi. — In hac civitate an. 1846 Dux Mutinensis Franciscus IV decrevit erigendum sua munificentia conventum cum ecclesia quae S. Francisco titulo decorata est. Erectionem vero ad finem perduxit successor Franciscus V ante an. 1854.

BULLAR. CAP., X, 142.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 29 tab. VI.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 317.
BOLLETT. PROV. PARMENSE, a. 1946, p. 390.
FRATE FRANC. (Parma), an. 1938, p. 218.

Pax Julia in Lusitania, vide *Beja*

Péccioli (*Pecciolum*) in Prov. Tusciae. — Ab a. 1580 circ. ibi exstat Conventus, cuius ecclesia S. Michaëli Archangelo dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 405.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 436, 445, 518.
SISTO, *Storia Capp. Toscani,* I, (cfr. Ind. p. 639); II, p. 469, 541.

Peckham, prope Londinium, in Angliae Prov. — Locum satis arctum fratres nostri obtinuerunt a. 1854, qui postea (1884) amplior factus est. Ecclesiae titulus est: S. Maria Virgo Perdolens.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 12 tab. XIX.
WILLIAM, *The Capuch. in England,* p. 51 s.
ANALECTA CAP. 25 (1909) p. 240 ss.
FRANC. ANNALS (London), 66 (1942-43) 4-7.

Pécs, germanice Fünfkirchen (*Quinque Ecclesiae*) in Prov. Hungarica. — Conventus S. Sebastiani a. 1699 aedificatus, supprimitur a Iosepho II a. 1781.

BULLAR. CAP., IV, 379.
GREIDERER, *Germania franc.,* I, 545.

Pedace (*Pedacium*) in Prov. Consentina. — Ab a. 1589 usque ad a. 1783 hunc locum

fratres nostri incoluerunt apud ecclesiam S. Francisco Assisiensi dicatam.

BULLAR. CAP., III, 314.
BOVERIO, *Annales*, II, 368 n. 4 (1589).
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 415.

Pedemons..., vide *Piedimonte...*

Pedemontana Provincia (vel *Taurinensis*) in Italia septentrionali, titulo S. Mauritio et Soc. mart. — Primi Conventus in hac regione fundati (Asti, Moncalieri et Mondovì iam ab a. 1540), Provinciae *Genuensi* concrediti erant. In Capitulo Generali an. 1618 habito, huius spatiosae Provinciae dismembratio statuitur, et sequenti anno, decreto d. 26 apr., nova Provincia *Pedemontium* vel a *Sacra Sindone* cum 26 Conventibus, praeter domus missionarias in Vallibus subalpinis exsistentes, constituitur. An. 1761 haec Provincia 41 Conventus, 9 domos missionarias et vel paene 800 sodales habebat. Gallica eversione gliscente, vel penitus in pessum ita, a. 1815 denuo instauratur. — Multa tulit transactis temporibus Prov. Pedemon. pro missionibus in Vallibus subalpinis (Acceglio, Casteldelfino, Demonte, Oropa, Pancalieri, Perosa, Perrero, Pragelato, Verzuolo, etc.).

Index Conventuum, qui in territorio hodiernae Prov. Pedem.

a) *nunc exstant*: Bra, Busca, Caraglio, Ceva, Chivasso, Fossano, Racconigi, Revello, Torino, Villafranca Piemonte. — Domus *extra provinciam*: Roma.

b) *sunt derelicti*: Andorno, Asti, Avigliana, Bene Vagienna, Biella, Canelli, Carignano, Carmagnola, Carrù, Cavour, Chieri, Cigliano, Cuorgné, Cuneo, Dronero, Garessio, Govone, Ivrea, Lanzo, Limone, Livorno Ferraris, Moncalieri, Mondovì, Nizza Marittima, Oneglia, Poirino, Rivoli, Saluzzo, Savigliano, Sommariva del Bosco, Sospello, Susa, Tenda, Vercelli, Vigone, Villafranca di Nizza.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore (cfr. Michele da Bra, *Cenni stor. sul Monte dei Cappuccini* [Torino], Racconigi 1933, p. 69-71).

Ioann. Bapt. a Vercelli: 1619.
Paulus M. ab Asti: 1621, 1627.
Ioannes a Moncalieri: 1624, 1631.
Michaelangelus a Torino: 1635, 1642.
Augustinus a Savigliano: 1638, 1646.
Antonius M. ab Asti: 1643, 1649.
Ioannes a Fossano: 1652, 1659.
Paulus a Nizza Mare: 1655.
Angelus a Moncalieri: 1662, 1669.
Amator a Pecetto: 1665.
Marcellus a Torino: 1670, 1676.
Michaelangelus a Mondovì: 1673, 1679, 1686.
Bernardinus a Saluzzo: 1682, 1692, 1697.
Paulus M. a Torino: 1689, 1699.
Bartholomaeus a Fossano: 1695.
Ioann. Bapt. a Cuneo: 1701.
Franc. Felix a Giaveno: 1704.
Michaelangelus a Front: 1707.
Michaelangelus ab Ivrea: 1710, 1716.
Iosephus a Vinovo: 1713, 1722.
Benedictus a Rivoli: 1719.
Michaelangelus a Carmagnola: 1725, 1731.
Bernardinus Ignatius ab Asti: 1728.
Venantius a Garessio: 1734.
Michaël a Vercelli: 1737.
Matthaeus a Torino: 1740.
Franc. Domin. a Mondovì: 1743, 1752.
Ludovicus a Torino: 1746.
Placidus a Castellamonte: 1748.
Leonardus a Poirino: 1749.
Iosephus M. a Crescentino: 1755.
Ioan. Bapt. a Cuneo: 1758.
Angelus a Moncalieri: 1761.
Deodatus a Torino: 1764.
Franc. Thomas a Racconigi: 1767.
Franciscus a Torino: 1772.
Franciscus ab Acceglio: 1774.
Nicolaus a Villafranca Piem.: 1777, 1783.
Emericus a Canelli: 1780.
Angelus Hyacinthus a Biella: 1786.
Camillus a Torino: 1789.
Philippus a Caramagna: 1792.
Franciscus a Costigliole: 1795.
Robertus a Castiglione: 1798.
Carolus Philippus a Poirino: 1801.
Franciscus a Carmagnola: 1818, 1824.
Petrus a Nizza Mare: 1821.
Antonius M. a Cuorgné: 1827, 1836.
Ioan. Ios. a Carmagnola: 1830.
Pacificus a Villafranca Piem.: 1833.
Fulgentius a Carmagnola: 1838, 1844.
Venantius a Torino: 1841.
Petrus Ant. a S. Paolo d'Asti: 1847.
Casimirus ab Ormea: 1850, 1856.
Seraphinus a Carmagnola: 1853, 1859, 1875.
Carolus Philippus a Poirino: 1862.
Henricus a Carignano: 1865.
Severinus a Poirino: 1872, 1877, 1880, 1886, 1892.
Paulinus a Fossano: 1883.
Ioannes a Moncalieri: 1889, 1899.
Octavius a Saliceto: 1893, 1896, 1902.
Camillus a Torino: 1905.
Angelicus a None: 1908.
Raphaël a Valfenera: 1911.
Iosephus M. a Racconigi: 1914, 1917.
Phalsbourg (*Phalsburgum*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus a Prov. Lotharingiae conditus a. 1626 et a. 1688 Prov. Campaniae adgregatus denique a. 1791, tempestatis civilis causa, deseritur. Ecclesia S. Cruci dicata erat.

BULLAR. CAP., V, 404.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 459.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 119.
SCHEMASTISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 105 s
ARMEL, *Les Cap. de Metz*, p. 22, 100-10.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 294.
ETUDES FRANC. 43 (1931) p. 79-80.

Pharmaceutica, vide *Medicina*.

Philatelia Capuccina. — In commemorationem nonnullorum Patrum Ordinis nostri divulgata sunt *pittacia cursoria* (vulgo: *francobolli, postage-stamps, timbres-poste*, etc.) cum illorum effigie. Sic. v. gr. in Austria a. 1933 occasione 250. anniversarii liberationis Viennae ab incursu Turcarum (1683) editum est pittacium *24+24 Gr.* cum effigie *Ven P. Marci ab Aviano*, qui de illa liberatione optime meruit. Eadem occasione etiam in Polonia editum est pittacium 1.20 Zl. cum effigiebus eiusdem P. Marci ab Aviano et Ioannis Sobieski regis.

Similiter in Hibernia figura *P. Theobaldi Mathew* (1790-1856) apparuit in duobus pittaciis *2* et *3* p. editis anno 1938 occasione I centenarii « Societatis Temperantiae » an. 1838 a dicto patre institutae.

Insuper in parva republica San Marino (intra fines Italiae) anno 1927 vulgata sunt duo pittacia L. 0,50 et L. 1,25 cum imagine *conventus FF. Capuccinorum*. Pittacium autem L. 1,25 iterum paruit an. 1936 cum valore mutato in L. 2,05.

Circa praefata pittacia, praeter *Catal. Yvert* etc., cfr. ANHEUSER CLEMENS, o. f. m., *Die christliche Welt im Markenbild* (Göttingen 1950) p. 33 tab. 48 n. 145-146: *Marcus ab Aviano*; p. 42 tab. 57 n. 22: *Theobaldus Mathew*; p. 75 tab. 117 n. 6: *Conventus Capuccinorum*.

Philibertus a Bonneville, Prov. Sabaudiae per sexdecim circiter annos Moderator. — Ordinem nostrum ingressus est a. 1599, et a. 1655 vel 1656 vita cessit. In disceptationibus cum haereticis praesertim se exercuit et bonae notae theologus et orator fuit. Sedulo quoque labore missiones in Sabaudia, quibus erat Praefectus, fovit earumque res historicas describendas curavit. A confessionibus fuit S. Francisci de Sales, cuius in obitu *funebrem orationem* dixit (a. 1623) eiusque *biographiam* postea descripsit.

ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 257; II, 243, 256, 312.
EUGÈNE, *Nécrologe de Savoie*, p. 311.
JEAN, *Les Cap. en Savoie*, p. 65-69.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 215.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 373.
IOANN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 478.

Philippinae Insulae in Oceania. — Haec Missio sumpsit initium anno 1886 cum Capuccini Hispaniae (tunc unicam efformantes Provinciam) pro bono Insularum Carolinarum *Manilae* residentiam instituerunt. Deinde Matritensi Districtu suppresso, cui haec Missio concredita fuerat post Hispaniae in Provincias divisionem, anno 1907 commissa est Prov. Catalauniae, anno vero 1914 Prov. Navarro-Aragoniae. Vi decreti generalis diei 30 apr. 1937 Missio ista erecta est in *Custodiam Provincialem*.

Domus religiosae exsistunt in locis: Aguilar. Bugallon, Manila, Salasa, San Miguel et alibi.

Bibliographia

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 436-39.
ESTADISTICA *Prov. Navarra* (1928), p. 147-56.
ANALECTA CAP. 23 (1907) p. 266, *Missio committ. Prov. Catal.* — 44 (1928) p. 230, *Missio committ. Prov. Navarrae.* — Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 126.
ANUARIO MISIONAL *de la Prov. Navarra*, a. 1934, p. 77-89. Cfr. etiam a. 1935 ss.
ESPAÑA MISIONERA. *Revista* (Madrid), III, 1946, p. 83-88: *Misión de Filipinas* (Buenav. de Carrocera).

(*) Quoad *Ephemerides* ab hac Missione editas vide sub v. Periodica.

Philippopolis, seu *Plovdiv* in Bulgaria. — Locus princeps est Vicariatus Apostolici *Sophia-Philippopolis*. — Nostri missionarii in hac urbe ab a. 1841 moram ducunt. Antiquum Sacellum a Clericis SS. Redemptoris a. 1836-39 exstructum, illi in ampliorem formam a. 1851 deduxerunt et a. 1861 novam ecclesiam cathedralem S. Ludovici regis condiderunt. Postea Scholam, Nosocomium et Seminarium Seraphicum addiderunt, quod quidem Seminarium a. 1894 translatum est. Denique a. 1934, Sacra Congr. de Propag. Fide domus religiosa formata ut ibi aperiretur concessit.

MANDALARI MARIO, *L'Italia e le Scuole armeno-cattoliche d'Oriente, con Appendice sul « Seminario de' Cappucc. di Filippopoli »*. Roma 1892.
ANALECTA CAP. 51 (1935) p. 13 (Domus religiosa).

Philippsburg (*Philippopolis*) in prov. Rhenano-Westfalica. — Residentiam missionariam ibi fratres habuerunt an. 1677-1734.

BULLAR. CAP. IV, 386.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 33 (cf. Ind.)
KILIAN, *Aufhebung d. Nothgottes*, p. 91.

Philippus ab Angoumois (Engolismensis) Prov. Parisiensis. — Medio saeculo XVII florebat. Vir vitae spiritualis expertus, fuit a confessionibus Mariae de Medicis reginae. Cum P. Suffren, S. I., fundandae « Compagnie du Saint-Sacrement » collaboravit (1627). Multa scripsit de Theologia ascetica et mystica, inter quae opus: « *Le Triomphe de l'amour de Dieu en la conversion d'Hermogène* » (Paris 1625).

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 216.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, II, 378.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 484.
PASTOR, *Storia dei Papi*, XIII, 566-68 (de: *Compagnie du St. Sacrement*).
DICTIONN. THÉOL. CATH., XII, 1403.
ETUDES FRANC. 11 (1904) p. 440 (Confrat. SS. Sacram.). — 39 (1927) p. 459 (de oper. P. Philippi).

Philippus ab Appenzell (*Tanner*), alumnus prov. Helveticae, ex haeresi ad fidem conversus concionator insignis factus est et cultus

B. M. Virginis enixe promovit. Sancte obiit a. 1656.

BULLAR. CAP., IV, 28.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 474-476.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 52, 306-10.
DIONYS BÜRGISSER, O. CAP., *P. Philipp Tanner*. Freiburg, 1949. 30 pp.
LEXIKON THEOL. UND KIRCHE, IX, 989.
COLLECT. HELVET. FRANC., 1 B (1942) p. 169-174.

Philippus a Bruxelles, Prov Flandriae alumnus. — Gente *Arendondo* in Hispania ortus an. circ. 1582-84, apud Belgas habitum Capuccinorum suscepit a. 1604-1605, ibique saepius Definitor electus est. Ex a. 1623 Isabellae Archiducissae inserviens, suae partis diplomaticae in re civili et religiosa multa dedit exempla apud regiam Domum Belgicam et Hispanicam. Matriti obiit a. 1637.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 482, 493, 705.
BIOGRAPHIE NATIONALE BELGIQUE, XVII, 327-31.
REVUE D'HIST. ECCLÉS. (Louvain) t. 35 (1939) p. 479, 496-508: *Capucins Diplomates au service de l'Archiduchesse Isabelle, Gouvernante des Pays-Bas* (P. Hildebrand).
UNI TRINOQUE, V (1936-39) p. 416-425: ***Onuitgegeven teksten over de P. Phil. v. Brussel*** (P. Hildebrand).

Philippus a Camerino (*Bitti*), antea iurisperitus, deinde in nostra prov. Picena concionator, lector ac definitor († 1664). Praelo commisit opus, Iudicibus praesertim Regularibus dicatum, cui titulus est: *Epitome seu Compendium theoricae et praxis Causarum Iudicialium*. Venetiis 1652.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 216.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 289.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* II, 479.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, 40.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 1289.
VECCHIETTI F., *Bibliot. Picena* (1790), II, 265.

Philippus a Civitanova (lat. Novana) prov. Picenae. — Nobili gente *Gigli* natus, cum iam esset advocatus, in Ordinem nostrum venit a. 1727. Inter sui temporis oratores in Italia optimum sibi acquisivit nomen. In Capitulo Gener. a. 1761 habito Definitor electus est. Domi obiit mense decembri a. 1781. Ex eius operibus notanda haec sunt: *Lettera istruttiva* (intorno alla sacra eloquenza) Fermo 1756. *Quaresimale* Piacenza 1788.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 216.
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 35 .
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 226.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 40.
ANALECTA CAP. 3 (1887) p. 47.

Philippus a Firenze (domo *Bernardi*) Prov. Tusciae. — An. 1649 saeculo nascebatur; nostrae religioni vero a. 1668. Tabularii suae Provinciae custos et Chronista impiger fuit, a secretis etiam Bernardini ab Aretio Ministri Generalis, quem per totam fere Europam comitatus est. Florentiae obiit a. 1721. — Viginti magnis voluminibus notitias historicas non solum suae Provinciae sed toti Ordini nostro perutiles ab eo relicta sunt, quae in Archivo Prov. Tusciae asservantur. Inter haec enumerare licet: 1. *Relazione del viaggio fatto dal P. Bernardino da Arezzo e suoi compagni in occasione di visitare la religione de' Cappuccini* (Spagna - Francia - Fiandra-Germania - Italia). 4 voll. — 2. *Sommaria cronologia dei Generali e dei Capitoli Gener. con altre notizie*. 1 vol. — 3. *Relazione dello stato di tutti i Conventi dei PP. Cappuccini d'Italia*, 2 vol.

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 518 s.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, 305-06, 672 s.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, (cf. Ind. p. 637); II, (cf. Ind. p. 554).
DICTIONN. HIST. ECCL., VIII, 778 (ubi fuse opera P. Philippi describuntur).
NEERLANDIA FRANC., II, (1919) p. 112 n. 33 (*Bibliogr. Congolaise*).

Philippus (S.) Neri (1515 † 1595) — Gratitudinis ac memoriae causa, huius Sancti hic refertur nomen ob plurimas ac praeclaras consuetudines quas cum fratribus Ordinis nostri, et praesertim cum *S. Felice de Cantalice* ille habuit.

ECO DI S. FRANC., a. 1887, p. 262, 369: *S. Filippo N. e S. Felice da Cantalice.*
ETUDES FRANC. 47 (1935) p. 333-45: *Saint Philippe Neri et les Capucins.* (Jean de Dieu).
L'ITALIA FRANC. 6 (1931) p. 513-18: *S. Filippo N. e i Cappuccini* (Ant. Bellucci dell'Oratorio).

Philippus a Pancalieri (*Ribotto*), alumnus prov. Genuensis; missionarius egregius et Comm. miss. Apost. in Vallibus Subalpinis. — Edidit: *Discorso in modo di dialogo sull'Eucarestia e sulla Messa* (Torino 1598. — *Esposizione dell'Orazione domenicale* (Ib. 1614).

FERRERI, *Rationar. Miss. Cap.* I, 222-27.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 211-13, 220-27, 230, 246, 247, 496-99.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, I, 527 (Ind.).
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 217.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 63.
DEROSSI O., *Scrittori Piemontesi*, p. 36.
DICTIONN. THÉOL. CATH. XII, 1411.

Philippus a Recanati, v. *Presutti P.*, episc.

Philippus a Szumowo, prov. Varsaviae pluries moderator. — Per Breve Leonis XII « In supremae » d. 9 mart. 1824, *Procurator Gener.* designatus est; at anno sequenti mense aprilis hoc officium dimisit et ad suam provinciam reversus est. Obiit an. 1851.

BULLAR. CAP., IX, 383, 384 nota 3.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 259.
ANALECTA CAP., 12 (1896) p. 155 n. 54.

Philippus a Tussio (*De Rubeis*), prov. Aprutinae lector, definitor atque bis moderator († 1896). — Varia opuscula ab eo edita sunt,

inter quae: *Memorie intorno al volto Santo di Manoppello* (Aquila 1875); *I Frati Cappuccini della monastica provincia degli Abruzzi. Memorie cronologico-biografiche.* S. Agnello di Sorrento, 1880.

FILIPPO, *Capp. degli Abruzzi*, p. 145.
ANALECTA CAP. 13 (1897) p. 31-32.

Philocastrum, vide *Motta Filocastro*

Philologia, vide *Linguarum studium.*

Philomenus a Coronata (*Sommariva*), prov. Genuensis lector, concionator egregius et moderator. — In civitate Savona, pium institutum, vulgo « *Ricovero delle Pericolate* » promovit ac enixe sustinuit. Edidit insuper aliquot opuscula. Natus a. 1822, vitam finivit a.n. 1900.

MOLFINO, *Capp. Genovesi*, I, 34, 346, 505-507; VI, 289-293.
ANALECTA CAP. 17 (1901) p. 31.

Philosophia, vide *Studia* et *Theologia.* —

Physica. — Huius scientiae cultores atque instrumentorum inventores et constructores, ex sodalibus Capuccinis adnumerantur inter alios:

ANTONIUS A FUENTELAPEÑA († circ. 1700), qui disseruit circa *machinam ad volandum.*
CHERUBINUS AB ORLÉANS († 1697), constructor *telescopii geminati* seu *binocoli, microscopii* ac *telephoni* filis expers.
FRANCISCUS M. (Jablier) PARISIENSIS († 1714), constructor *photometri* (lucimètre seu métrophote).
IULIANUS A MAMERS prov. Parisiensis (†1929), specialis *Apiarii* et *Gasiogeni* constructor.
PETRUS (Gruber) A BRUNECK, alumnus prov. Tirolensis († 1856), qui methodum specialem invenit pro caesione et laevigatione *conspicilli.*
VALERIANUS (Magni) A MILANO, prov. Bohemiae alumnus († 1661), qui principia scientifica *barometri* (aliorum experimenti ignarus) exposuit.
— *De praefatis religiosis vide peculiares notitias sub eorum nominibus.*
— Alia vide apud:
MELCHIOR, *Historia Ord. Cap.*, vol. III, p. 381-384, 386 (Physica).

Piacenza (*Placentia*) in prov. Parmensi. — Fratres Capuccini primum illic advenerunt a. 1548 officia sacra peragentes ad ecclesiam S. Margaritae V. et M. — Anno vero 1568, antiquum coenobium S. Bernardini, quod olim fuit FF. Amadeitarum, illi susceperunt.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 29 tab. VI
BULLAR. CAP. II, 441.
CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 21-25.
MARCHETTI FRANC. — *La transformatione di Piacenza operata da Dio col mezzo delle Prediche quaresimali e Quarant'Ore fatte nel 1617 dal P. Giacinto da Casale capp.* Brescia, 1617.
ANALECTA CAP., 3 (1887) p. 171: *Epigrafi esistenti nel conv. de' Capp. di P.*
BOLLETT. FRANC. STORICO BIBL., 1 (1930) p. 199-201: *Un'epigrafe nella Chiesa dei Capp. di P. e il barone de Duminique* (E. Nasalli Rocca); 7 (1935) p. 27-32: *I Confrati Cappuccini di S. Maria della Torricella a Piacenza* (Vinc. Pancotti) cf. recens. ap. COLLECTANEA FRANC. a. 1939, p. 451 n. 454.

— *Monasterium* sanctimonialium *Capuccinarum*, S. Carolo dicatum, inde ab a. 1617 canonice constitutum, supprimitur a. 1810. In eo floruerat Maria Elisabetha Gigli, de qua agitur suo loco.

BULLAR. CAP., II, 260, 262, 442.
BOLL. FRANC. STOR. BIBL. 1 (1930) p. 94-98: *Le Cappuccine a Piac.* (Vinc. Pancotti); 4 (1933) p. 245-56, 268-70.
LEGGENDARIO CAP., I, 57 s., Suor Franca Preve del monastero di Piacenza († 1663).

Piae Uniones, vide *Confraternitates*

Piaggine (*Plaginae, Piaginium*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Conventus cum ecclesia S. Mariae de Monte Carmelo a. 1610-15 constructus, a. 1866 clausus est ob legem civilis suppressionis.

BULLAR. CAP., III, 310.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 253 (status Conv. a. 1650).

Piana dei Greci (*Plana Graecorum*) in Prov. Panormitana. — Hospitium a. 1673 conditum prope sacellum Annuntiationis B. M. Virginis Conventus regularis declaratur a. 1708. Sortem civilis suppressionis subiit a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 161, 321.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, III, 177, 318.

Piancastelli Ioannes, III Ord. saec., pictor egregius, natus in oppido Castelbolognese an. 1845, obiit Romae a. 1926. Eius ars et vita franciscalem spiritum redolent. Adulescens, a Patre Capuccino *Friderico a S. Ioanne in Persiceto* (Prov. Bononiensis alumno) rudimenta artis didicit, postea in romana Academia a S. Luca suae vacavit arti, indeque praefuit « Galleria Borghese » sita in Urbe. Ex eius plurimis operibus multa sunt ex subiecto franciscano deprompta. Artifex excellens in delineamentis *pluma* et *atramento* actis, ea quae hoc modo expressit a. 1921, *Dantem* scilicet *et S. Franciscum* (circ. 40) fratribus Capuccinis Conventus Castri Bononiensis (*Castel Bolognese*) dono dedit, ibique adservantur omnibusque patent.

ARCHIV. FRANC. HIST. 5 (1912) p. 606 (de Collectione operum FF. Capuccinis donata)
L'ITALIA FRANC. 9 (1934) p. 209 ss. *Giov. Piancastelli e il suo maestro P. Federico da S. Giov.* (Ottavio da Alatri).
L'OSSERVATORE ROMANO, 20 ottobre 1933, p. 4: *Giov. Piancastelli e il suo maestro P. Federico da S. Giov.* (Ottavio da Alatri).
ZELATORE FRANCESCANO (Bologna) a. 1921, p.

118-130 (notitiae biogr. et impressio nonnullorum operum quae ad Dantem et S. Franc. attinent).

Piane Crati (*Plana*) in Prov. Consentina in Calabria. — Conventus S. Francisci a nostratibus aedificatus a. 1609-14, relinquitur a. 1783.

BULLAR. CAP., III, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 416.

Piantanida I., vide *Iosephus a Ferno*

Piatus a Mons, prov. Belgicae alumnus, insignis Canonista. — Ortus die 5 aug. 1815 e familia *Loiseaux;* sacerdotio auctus an. 1838; iuris licentia decoratus in Universitate Lovaniensi an. 1843; ecclesiae cathedralis Tornaci Vicarius promotus eodem anno 1843. Mox vero Romam se contulit ut iuris canonici in Romanis Congregationibus initiaretur praxi. In patriam reversus, an. 1847, in maiori seminario Tornaci (*Tournai*), iuris ac historiae professor institutus fuit dein, an. 1854 parochus et an. 1865 canonicus ecclesiae cathedralis renuntiatus est. Deinceps an. 1871 habitum seraphicum in Ordine Capuccinorum suscepit atque successive promotus fuit lector theologiae et iuris canonici, definitor et ex-Provincialis titularis. Obiit fere nonagenarius in conventu Brugensi die 21 aprilis 1904.

Eius eximiae scientiae in re morali et canonica plura exstant monumenta ab eo typis data et primo tria Commentaria periodica ab ipso fundata et directa nempe:

Mélanges théologiques ou Série d'articles sur les questions le plus intéressantes de la Théologie morale et du Droit canonique (Liège 1847-1853).

Revue théologique ou examen approfondi des questions les plus intéressantes de la Théologie morale, Droit canonique et Liturgie (Paris, 1856-61; Louvain 1861-63).

Nouvelle Revue théologique ou Série d'articles et des consultations sur le Droit canonique, la Liturgie, la Théologie morale, etc. (Tournai 1869-1895). — Huius ephemeridis directio an. 1895 assumpta fuit a PP. Congr. SS. Redemptoris, qui an. 1907 substituti sunt a PP. Societatis Jesu.

Inter opera autem et dissertationes a P. Piato evulgata sequentia adnotamus: *Commentarius in Constitutionem « Apostolicae Sedis » Pii* IX. Tornaci 1881. — *Praelectiones Juris Regularis*, voll. 3, Tornaci 1888; II ed. ib. 1896; III ed. (voll. 2), ib. 1906. *Compendium « Praelectionum J. R. »* redactum a P. Victorio ab Appeltern, Tornaci 1903; II ed., ib. 1913.

HURTER, *Nomenclator*, V, 2053.
CATHOLIC ENCYCLOPEDIA, XVI, 67.
PROSPER DE ENGHIEN, *Travaux et Publications de Mgr. l'Abbé Loiseaux P. Piat de Mons.* Mons-Gembloux, 1926. (Extrait des « *Etudes Francisc.* » 1912-26).
SYMPHORIEN DE MONS, *Au P. Piat de M. In memoriam.* Bruges, 1904.
ANALECTA CAP. 20 (1904) p. 222-24, necrol.; 52 (1936) p. 256 (Nouv. Revue théol.).
ETUDES FRANC., t. 27 (1912) p. 399; t. 28 (1912) p. 14, 202; t. 29 (1913) p. 260; t. 36 (1924) p. 399, 519; t. 37 (1925) p. 182, 292; t. 38 (1926) p. 159-74: *Une réparation. Le Chanoine J. J. Loiseaux R. P. Piat de Mons capucin,* (Prosper d'Enghien.).
ETENDARD DE ST. FRANÇOIS (Anvers), X (1903-04), p. 174-180 (nécrologie).
NOUVELLE REVUE THÉOL. 56 (1929) p. 785 ss.

Piazza Armerina (*Platia*) in prov. Syracusana. — Prior locus assumptus a. 1538 in regione « Torre di Renda » nuncupata, postea relinquitur. Alter Conventus exstructus a. 1606 in plano « S. Hippolyti » cum ecclesia S. Mariae Gratiarum dicata, supprimitur a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Mem. Prov. Siracusa*, p. 43-46.
L'ARALDO DEL GRAN RE, a. 1935, p. 237, 261.

Piazza C., vide *Cosmas a Castelfranco*

Piazzini, vide *Maria Anna Piazzini*

Picart B., vide *Benedictus a Toul*

Piccone T., vide *Theodorus a S. Remo*

Piceleo, vide *Pizzighettone*

Picena Provincia in Italia centrali, olim vel Marchiae Prov. nuncupata. — Haec regulariter constituta est a. 1535, et principem inter omnes alias Provincias tenet locum, quia ex ea nostra Congregatio originem ducit (1525-1528). Inter praecipuos eius Conventus seu eremos sunt notandi illi vulgo: *Albacina, Camerino, Fossombrone, Pietrarubbia.* Prov. Picena an. 1754 habebat 52 conventus et 780 viros religiosos. Eversione napoleonica transacta, brevi resurrexit et habuit 54 domus cum 880 circ. sodalibus. Huic provinciae debetur fundatio antiquae missionis *Tibetanae;* eidem an. 1892 missio de *Bahia* in Brasiliis concredita est, quae ab an. 1937 est *Custodia* provincialis.

Index Conventuum et Hospit. qui in territorio hodiernae Prov. Picenae a) *nunc exstant*: Amandola, Ancona, Ascoli Piceno, Cagli, Camerino, Cingoli, Civitanova Marche, Corinaldo, Fano, Fermo, Fossombrone, Iesi, Loreto, Macerata, Montefiore Conca (olim Montefiorito), Montegiorgio, Offida, Ostra, Pesaro, Pietrarubbia, Potenza Picena, Recanati, Ripatransone, San Marino (Respubl.), S. Severino Marche, S. Vittoria in Matenano, Urbania.

b) *sunt derelicti*: Albacina, Apiro, Arcevia, Cantiano, Crocicchio, Esanatoglia, Fabriano-Fano-Mogliano, Filottrano, Gradara, Loro-Piceno, Matelica, Mondavio, Montegranaro, Montevecchio, Morrovalle, Osimo, Pausula, Pergola, Pollenza, San Ginesio, S. Angelo in Vado, Sant'Elpidio, Sarnano, Sassoferrato, Scapezzano, Senigallia, Tolentino, Treia, Urbino.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (cfr. Giuseppe da Fermo, *I Franc. nelle Marche*, p. 15-29; *Analecta Ord.* a. 1886, p. 22, 269; a. 1887, p. 46, 108, 239 (Series ab a. 1608 ad a. 1808).

Antonius a Monteciccardo (minime Eusebius ab Ancona): 1535, 1539.
Ioannes a Fano: 1537.
Eusebius ab Ancona: 1540.
Bernardinus a Montolmo (Pausula): 1544, 1550.
Ubaldus a Cagli: 1547, 1553.
Marius a Mercato Saraceno: 1556.
Bonavent. a Reggio C.: 1559, 1562, 1566, 1570.
Paulus a Norcia: 1565.
Hieronymus a Montefiorito: 1567.
Cherubinus a Peschiera: 1572, 1576, 1585.
Marinus a S. Vittoria in Matenano: 1574.
Bartholomaeus a Cesena: 1581.
Iacobus a Pietrarubbia: 1583.
Petrus a Morro d'Alba: 1587.
Gabriel ab Ostra Vetere: 1589, 1595.
Hieronymus a Castelferretti: 1592.
Paulus a Cesena: 1597, 1608.
Nicolaus a Monterubbiano: 1600.
Iustus a Monsangiusto: 1601, 1611.
Philippus a Rapagnano: 1604, 1613, 1623 1635.
Christophorus a Montegrimano: 1617, 1626.
Iustus a Montolmo (Pausula): 1620, 1629.
Antonius a Cingoli: 1632.
Andreas ab Ascoli Pic.: 1636 Vic., 1638.
Franciscus ab Ascoli Pic.: 1641.
Bartholomaeus a Camerino: 1644.
Paulus ab Offida: 1647, 1655.
Franc. a Montesampietrangeli: 1650, 1665.
Iosephus a Fossombrone: 1652, 1663.
Franciscus a Matelica: 1657.
Bonaventura a Recanati: 1660.
Romualdus a Parma: 1661.
Ioannes ab Ascoli Pic.: 1668.
Guidobaldus a Fermo: 1671, 1677.
Michaelangelus a Montegranaro: 1674.
Franc. Ant. a Iesi: 1679.
Carolus ab Ascoli Pic.: 1683.
Felix Ant. a Monsampietrangeli: 1684, 1691
Antonius a Monsano: 1686.
Vincentius a Mercatello: 1688.
Franciscus ab Ortezzano: 1692.
Iosephus ab Esanatoglia: 1695.
Ioan. Bapt. a Macerata: 1698.
Ioannes a Mirandola: 1699.
Michaelangelus a Ragusa: 1702, 1709.
Franciscus M. a Iesi: 1703.
Bernardinus a S. Angelo in Vado: 1706.
Paulus ab Offida: 1711.
Petrus Bened. a Pennabilli: 1714.
Petrus a Morro d'Alba: 1717.
Dominicus a Montelabbate: 1720, 1725.
Felix a Filottrano: 1722.
Felix ab Amandola: 1728.
Franciscus ab Esanatoglia: 1731.
Ubaldus a S. Ippolito: 1734.
Petrus ab Amandola: 1737.
Nicolaus ab Osimo: 1740.
Iacobus a S. Giov. a Marignano: 1743.
Nicolaus ab Offida: 1746.
Iosephus M. a Iesi: 1749.
Ioann. Bapt. a Gabicce: 1752.
Philippus a Civitanova M.: 1755.
Anacletus a Montalboddo (Ostra): 1758.
Stanislaus a Senigallia: 1761.
Seraphinus a Campofilone: 1764, 1773.
Franciscus ab Osimo: 1767.
Venantius a Saltara: 1770.
Modestus a Filottrano: 1776.
Petrus Bened. ab Urbino: 1779.
Carolus M. a Montegranaro: 1782.
Hyacinthus a Belvedere: 1785.
Vincentius a Pesaro: 1788, 1797.
Angelicus a Porto S. Giorgio: 1791.
Vincentius ab Ancona: 1794.
Maro a Civitanova M.: 1800.
Petrus a Camerino: 1803.
Alexander ab Urbino: 1806.
Salvator a Porto S. Giorgio: 1816.
Iacobus ab Ancona: 1819.
Ioachimus a Barchi: 1822.
Bernardinus a S. Elpidio a Mare: 1825.
Franciscus ab Urbino: 1826 Vic., 1830, 1847.
Hyacinthus ab Ostra: 1827.
Seraphinus a Civitanova M.: 1833. 1841.
Stephanus a Crispiero: 1836.
Cherubinus a S. Giov. in Marignano: 1838.
Ioachimus a Mergo: 1844.
Donatus ab Amandola: 1850.
Salvator a Montemarciano: 1853.
Nicolaus a S. Giov. in Marignano: 1856.
Iosephus ab Amandola: 1859.
Franciscus a Macerata: 1862-72.
Basilius a Frontale: 1872, 1875, 1884, 1893.
Marianus a Civitanova M.: 1878, 1887.
Iesualdus a Polverigi: 1881.
Hippolytus a Corinaldo: 1890.
Seraphinus a Civitanova M.: 1896, 1902.
Eugenius a Senigallia: 1899, 1905.
Bernardinus a Montecolombo: 1908.
Paternianus a Grottammare: 1911, 1928.
Cherubinus a Castelnuovo: 1914, 1922.
Pacificus a Monteboaggine: 1919, 1937, 1946.
Marianus a Fermo: 1925, 1934.
Emygdius ab Ascoli: 1931, 1943.
Iosephus a Civitanova M.: 1940.
Stanislaus a S. Severino: 1949.

Religiosi huius Provinciae
de quibus tractatur sub eorum nomine

SANCTI - BEATI:
S. Seraphinus a Montegranaro († 1604)
B. Benedictus ab Urbino († 1625)
B. Bernardus ab Offida († 1694)

CARDINALES:
Recanati Iustus a Camerino († 1861)

EPISCOPI:
Cenci Franciscus a Loreto († 1910)
Gavasci Marianus a Civitanova († 1899)
Magner Eusebius a Monte Santo († 1884)
Presutti Philippus a Recanati († 1914)
Torregiani Elzear. a Porto Recan. († 1904)

MINISTRI (Vic.) GENERALES:
Carolus Maria a Macerata († 1697)
Eusebius ab Ancona († 1569)

Hieronymus a Castelferretti († 1626)
Hieronymus a Montefiore († 1584)
Ludovicus a Fossombrone († 1570 c.)
Marius a Mercato Saraceno († 1581)
Matthaeus a Bascio († 1552)
Michaelangelus a Ragusa († 1729)
Nicolaus a S. Giov. in Marignano († 1877)
Paulus a Cesena († 1638)
Vincentius a Montolmo († 1574)

SCRIPTORES, MISSIONARII etc.
Adeodatus a Fano, miss. († 1837)
Alphonsus a Medina Sidonia, conc. († 1593)
Angelicus a Porto di Fermo, Proc. († 1816).
Anselmus a Pietramelara, miss. († 1584)
Antoninus a Castignano, miss. († 1811)
Antonius a Monteciccardo, def. gen. († 1550)
Anton. M. a Monte Prandone miss. († 1687)
Archangelus *Lesley* ab Aberdeen in Scotia miss. († 1637)
Basilius a Frontale, script. († 1902)
Bernardinus a Macerata, conc. ap. († 1653)
Bernardinus a Montolmo, def. gen. († 1565)
Bernardin. a S. Angelo in Vado, Proc. † 1752
Bernardus a Fossombrone, laic. († 1539)
Bernardus ab Osimo, script. († 1591)
Bernardus a Pesaro, conc. († 1706)
Bonavent. a Recanati, conc. ap. († 1691)
Bonavent. a Reggio Cal., Proc. († 1572)
Carolus Andr. a Loreto, miss. († 1845)
Cassianus *Beligatti* a Macerata, miss. († 1791)
Clemens a Gradara, artifex († 1909)
Constantinus a Loro P. miss. († 1770)
Constantinus a Poggioberni († 1835)
Cornelius a Recanati, Com. Gen. († 1632)
Cornelius ab Urbino, script. († 1603)
Didacus a Civitanova M., def. gen. († 1638)
Dominicus a Fano, miss. a. 1728
Felix a Lapedona, Ord. propag. († 1615)
Felix a Montecchio, miss. († 1732)
Franciscus a Cartoceto († 1526)
Franc. Horatius a Pennabilli, miss. († 1745)
Ignatius ab Apiro, miss. († 1569)
Ioann. Bapt. a Camerino, Postl. G. († 1676)
Ioannes a Fano, def. gen. († 1539)
Ioannes M. a Terni, conc. († 1792)
Iosephus a Collamato, mag. nov. († 1567)
Iosephus ab Esanatoglia, bini fratres laici (I, + 1642 ;II, + 1699)
Iosephus a Fermo, script. († 1939)
Iosephus a Macerata, miss. († 1846)
Iustus a Monte S. Giusto, min. prov. († 1631)
Iustus a Montolmo, Comm. et def. gen. († 1656)
Iustus ab Urbino, miss. († 1856)
Laurentius a Montemarciano, miss. († 1922)
Marcellinus a Capradosso, laic. S.D. († 1909)
Marcus a Tomba, miss. († 1803)
Modestus a Filottrano, script. (1792)
Paulus ab Offida, script. († 1665)
Petrus M. a Malaga, Dom. Lauret. († 1905)
Petrus Bened. ab Urbino, script. († 1709)
Philippus a Camerino, script. († 1664)
Philippus a Civitanova, script. († 1781)
Raphaël a Fossombrone, I laic. Ord. († 1539)
Savinus a Rimini, miss. († 1918)
Stephan. *Bernardi* a Cesena, conc. († 1771)

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., II, 169-220; VIII, 251; X, 730.
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO O. CAP. (ed. 1649) Tab. VII, (ed. 1712) Tab. XXXI.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 30, tab. VII.
MONUM. HIST. O. CAP., I (cf. Ind. p. 543)
LIBER MEMORIALIS O. CAP. (1928) p. 53-74: *I primi Conventi dei Min. Cappuccini* 1528-1548 (Emidio d'Ascoli).
EDOUARD D'ALENÇON, *Les premiers Couvents des FF. Min. Capucins. Documents et Souvenirs.* Paris 1912.
GIUSEPPE DA FERMO, *Necrologio dei FF. Min. Cappuccini della Prov. Picena.* Ancona, 1914. — *Appendice*, Loreto 1942.
IDEM, *Gli Scrittori Cappuccini delle Marche e le loro opere edite ed inedite.* Iesi 1928.
IDEM, *Iscrizioni riguardanti Chiese, Conventi e Cappuccini della Provincia Marchigiana* Castelplanio 1922.
IDEM, *I Francescani nelle Marche.* Ancona 1914.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 318, *Status Prov.* — 2 (1886) p. 22, 269. — 3 (1887) p. 46, 108, 239 *Capitula Prov. ab a.* 1608 *ad a.* 1808, p. 342: *Epigrapha virorum illustrium* — 28 (1912) p. 319. — 29 (1913) p. 30, Docum. Prov. Pic. quae asservantur in Arch. Status Mediolani. — 52 (1936) p. 102, 129 ss.: de *Periodicis* a Prov. Picena editis. —Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50, p. 190.
ATTI UFFICIALI *dei FF. Min. Cappuccini Piceni.* (Periodicum). Ancona, 1934 ss.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 7, 15 (de ortu Prov.)
L'ITALIA FRANC. 4 (1929) p. 540-51: *I Cappuccini Marchigiani e le Missioni* (Fulgenzo da Lapedona); 24 (1949) 265-79, 318-33: *S. Lorenzo da Brind. e i Cappuccini Marchigiani.* (Bernardino da Lapedona).
IL MESSAGGIO FRANCESCANO, *Organo dei Cenacoli giovanili francescani delle Marche.* Ascoli Piceno 1945 ss.
PICENUM SERAPHICUM, 1 (1915) p. 743-51: *I Conventi dei PP. Cappuccini nelle Marche* (1525-1898).
ROUND TABLE, IX (reimpr. 1949), p. 10-20: *Reform movement in the Prov. of the Marches.*
VITA FRANCESCANA — *Organo ufficiale del T. O. F. dei Min. Cappuccini delle Marche* Pesaro-Loreto, 1911 ss. (Notitiae hist. Prov. Picenae habentur in vol. a. 1929, pp. 33-164, 257 ss).

* Quoad *Ephemerides* ab hac Provincia editas vide sub v. P e r i o d i c a.

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

— *Nuovo Ordinamento* degli Studi dei Min. Capp. della Prov. Picena. Ancona, 1905.
— *Programma* degli Studi dei Min. Cappuccini della Prov. Picena. Ancona, 1907.

— *Direttorio* ad uso del Noviziato dei Min. Cappuccini della Prov. Picena. Pesaro 1902
— *Direttorio spirituale* per i Seminari Serafici dei Cappuccini della Prov. Picena. Cingoli, 1931.
— *Piccolo Galateo* del Fratino (Prov. dei Capp, Piceni). Ascoli Piceno, 1942.

Picenardi C., v. *Christophorus a Cremona*

Picerno (*Picernum*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — An. 1590 Conventus a S. Francisco Ass. nuncupato exstructus est, quem relinquere a. 1867 fratres coacti sunt.
BULLAR. CAP., III, 310.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 593-603.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 299, status Conv. a. 1650.

Picquigny, vide *Bernardinus a Picquigny*

Pictavium, vide *Poitiers*

Pictores Cap., vide *Ars*.

Piedicorte (*Pedicuria*) in insula Corsicae. Conventus ibi exstitit ab a. 1622-30 ad gallicam subversionem a. 1790. Ecclesia S. P. Francisco dicata est.
BULLAR. CAP., II, 456; VIII, 323, 324.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 582.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 266.

Piedimonte d'Alife (*Pedemontium Aliphanum*) in Prov. Neapolitana. — Conventus a. 1577 conditus cum ecclesia S. P. Francisco dicata, supprimitur a. 1866.
BULLAR. CAP., III, 308.
BONAV. DA SORR., *I Capp. di Napoli*, p. 7.

Piedimonte Etneo (*Pedemons*) in Prov. Messanensi. — An. 1731-1735 Conventus exstruitur, ibique nostri sodales manserunt usque ad civilem suppressionem a. 1867. Eius ecclesia S. Mariae Immaculatae dicata est.
BULLAR. CAP., III, 191-92, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. LXI.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 316.

Piemonte in Italia, vide *Pedemontana Prov*

Pietradefusi in Prov. Neapolitana. — Ab a. 1885 Conventus aedificatus est cum ecclesia S. Mariae Gratiarum dicata.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 27 tab. VIII.

— Quod attinet ad Sorores Tertiarias vulgo « *Immacolatiste Dottrinarie* » nuncupatas, vide nomen fundatoris: *Ludovicus a Pietradefusi* († 1916).

Pietrarubbia (*Petra rubea*) in Prov. Picena. Hic Conventus, vel potius eremus, inter antiquissimos tenet locum, quod exstructus est a. 1531. Eius ecclesia, quae dicata est S. Lazaro episc. et mart., paucis annis ante Paroeciali munere fungitur.
BULLAR. CAP. II, 218, 437.
MONUM. HIST. O. CAP., V, 182.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
LIBER MEMORIALIS O. CAP. (1928) p. 71.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov.*, p. 376.
IDEM, *Iscrizioni d. Prov.*, p. 22, 44, 167.
IDEM, *I Franc. nelle Marche*, p. 43.
I CAPPUCCINI *di P. nel IV centen. del loro convento*. Pesaro, 1931.
ANALECTA CAP. 36 (1920) p. 202.
VITA FRANC. (Loreto), 1929 p. 88; 1931 p. 140-143.

Pietrelcina in provincia Fodiensi. — Anno 1947 constructa est in hoc loco domus nostra religiosa.
L'AMICO DEL TERZIARIO (Foggia), 1947 p. 134, *Apertura del nuovo conv. in Pietrelcina.*
ANALECTA O. CAP., 66 (1950) p. 19.

Pieve di Teco (*Plebs Theuci*) in Prov. Genuensi. — Conventus ibi exstat ab a. 1606, eiusque ecclesia Seraphico P. Francisco dicata est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
BULLAR. CAP. II. 388, 450.
FRANC. SAV., *I Capp. Genovesi*, II, 321-30; IV, 110-38; V, cf. Ind. p. 635.
FRANC. SAVERIO DA S. LORENZO DELLA COSTA, *I PP. Cappuccini in Pieve di T.* (Genova 1917).

Pieve Santo Stefano (*Plebs S. Stephani*) in Prov. Tusciae — Conventus ibi fabricatus a. 1616, etiam ad Sanctuaria Montis Alvernae peregrinantibus hospitium praebebat. Eodem tempore nostrates custodiam sanctuarii B. M. Virginis (vulgo: *Madonna de' Lumi*), a. circ. 1589 prope castrum erectum, susceperunt. Saeculo XVIII Conventus iste ab ipsa Provincia relictus est.
BULLAR. CAP., II, 415, 454.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, (cfr. Ind. p. 639); II, 489, 544.

Pignatelli (card.), vide *Granito Pignatelli.*

Pignola di Basilicata, olim Vignola (*Vineola*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Prior Conventus conditus est a. 1535 prope ecclesiam S. Michaëlis Archang., qui relictus alter construitur a. 1595, una cum ecclesia Iesu Salvatori dicata. Derelictus est lata lege suppressionis a. 1867.
BULLAR. CAP., III, 49-50, 310.
MARIANO, *I Capp. nella Lucania*, p. 55, 178.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 307, Status Conv. a. 1650.

Pignono vide *Panix*

Pinasca vide *Dubbione*.

Pinerolo (*Pinarolium*) in Prov. Pedemontana. — Conventus fundatus a. 1576 cum ecclesia SS. Mauritii et Laurentii mart., relictus est ob suppressionis legem a. 1866.
BULLAR. CAP., II, 390, 452; IX, 213 n. 164.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 317.

— Quoad residentias missionarias in hac regione, vide *Dubbione* et *Porte.*

Pingliang in Sinis (Kansu Orient.), *Praefectura Apost.* — Anno 1929 S. Congr. de Prop. Fide Provinciam civilem Kin-yuaen-tau a Vicariatu Apostolico de Tsinchow separavit eamque in novam Praefecturam Apostolicam de Pingliang dictam erexit. Haec nova Praefectura fratribus Capuccinis Provinciae Navarro-Cantabro-Aragonensis commissa est, primusque Praefectus nominatus est P. Gregorius ab Aldaba (1930). Anno demum 1950, die 24 iunii, Praefectura erecta est in *dioecesim* et praefatus P. Gregorius LARRAÑAGA ab Aldaba nominatus est primus episcopus eiusdem dioecesis.

Bibliographia

ANUARIO *de las Misiones Capuchinas de Navarra* (1934), p. 155-240. (Nicolás de Laguardia).
MISSIONI *dipendenti da Prop. Fide* 1950, 336
FERDINANDO SOLOETA DE DIMA, *Mi cautiverio bajo el Dragón rojo*, Buenos Aires, 1934. pp. 122 ill.
ANALECTA CAP. 46 (1930) p. 78, 168, Praed. Ap. — 50 (1934) p. 113-15, de captivitate missionariorum. cfr. etiam Index Gen. voll. 1-50, p. 127.
BOLETÍN OFICIAL PROV. NAVARRA, 1949, p. 184-88; 1950, p. 26-28 (*Ocupación de la Pref. por los comunistas*).
BOLETÍN *de la Misión Capuchina de Pingliang.* Octubre 1947 ss. — Cfr. inter alia: a. 1948, p. 51-57, *Veinticinco años de actividad Cap. en Sud-Kansu.*
KUNG TSIN KI KAN - (Periodicum trimestre *Juventutis catholicae*, editum a PP. Capuccinis), Pingliang, Decem. 1945 ss.
VERDAD Y CARIDAD (Pamplona) 1941, p. 116-18, *Diez años de la Pref. Apost. de P.*

Pinhal in Brasilia,
vide *Maximiliano de Almeida*

Pinnae, vide *Penne*

Pinto in Hispania, dioec. Toletana, intra fines nostrae Prov. Castellae. — Monasterium monialium *Capuccinarum* Ord. S. Clarae, exstructum est iam ex a. 1639; titulus ecclesiae est Assumptio B. M. Virginis.

BULLAR. CAP., V, 418.
CONSPECTUS TRIUM ORD. (1929) p. 223.
TORRADEFLOT, *Cronicas de las Capuch.*, II, p. VI

Piotrowski V., vide *Viator a Bessowia*

Piperno (*Privernum*) in Prov. Romana. — Vetustum ac derelictum S. Clarae monasterium Capuccini an. 1551 incoluerunt; at corrupti aëris causa, hoc loco deserto, novus Conventus a. 1588 eis exstructus est cum ecclesia S. Bonaventurae Doct. dicata. Eadem de causa, Superiorum iussu derelictus est a. 1856.

BULLAR. CAP., II, 433.

Pippre (Le) B., v. *Bonaventura a La Bassée*

Piracicaba, in Brasilia, Commissariatus Provincialis Sancti Pauli. — Annis 1896-1898 Conventus excitatus est apud ecclesiam paulo ante aedificatam et SS. Cordi Iesu dicatam. Anno vero 1926 nova domus religiosa canonice erecta est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. XVI tab. 37.
CLEM. A. TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 339.
MARCO, *I Capp. di Trento*, p. 311 ss.
MODESTO, *Missionar. no Brasil*, p. 502-08, 547
VASCO DA GAMA PAIVA, Dr., *Seminario Seráfico «S. Fidelis» Piracicaba*, S. Paulo, 194...
ANALECTA CAP. 13 (1897) p. 234. — 14 (1898) p. 211 (Relationes). — 40 (1924) p. 148: Novitiatus; 43 (1927) p. 47: nova domus; 48 (1932) p. 45: Novitiatus.
ANNAES FRANC. (S. Paulo), 1946, Junho-Julho p. 81-144, *Numero commemorativo dos 50.os da V. O. T. e Seminario seráfico S. Fidelis de Piracicaba.*

Piromalli I., vide *Joannes a Siderno.*

Pironi Ferretti (card.), vide *Milesi Pironi F.*

Pisa (*Pisae*) in Prov. Tusciae. — In loco vetustae ac dirutae Abbatiae Cistercensium (in meridionali suburbio positae), fratres nostri a. 1568 novum aedificarunt Conventum, cuius ecclesia S. Domnino dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 454.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 48-52, 363, 436, 445, 515.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, (cf. Ind. pag. 639); II (cf. Ind. p. 556).

— *Monasterium* sanctimonialium *Capuccinarum* Pisis exstat ab a. 1818.

ANALECTA CAP. 50, 1934, p. 198.
ECO DI S. FRANC. a. 1880, p. 543.

Pisaurensis dioecesis, vide *Pesaro* (dioec.)

Pisaurum, vide *Pésaro*

Piscaria, vide *Peschiera*

Piscenae, vide *Pézenas*

Pisitana *sedes titularis episcopalis.* — Hunc titulum habuit a. 1936 noster confrater Ioannes Chrysostomus MARINONI a Clusone.

Pisogne, in Prov. Mediolanensi. — Hospitium et sacellum S. Antonii Patavini, a. circ. 1600 fundata, Napoleone imperante, abrogata sunt et hodie ad usus civiles inserviunt.

VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 81.

Pissiacum, vide *Poissy*

Pistoia (*Pistorium*) in Prov. Tusciae. — Civitas ostium pandit FF. Capuccinis quatuor repetitis vicibus. Primitus (1541) in colle qui civitati eminet, apud ecclesiam SS. Crucifixo dicatam. — Secundo (1583) proximiore urbi in loco vulgo «Spedalino» iuxta ecclesiam Assumptionis B .M. V. — Post suppressionem napoleonicam (1810), monasterium S. Laurentii, in urbe situm, olim PP. Augustinianorum

fratribus nostris ab episcopo locatum est. — Inde exsturbati legibus civilibus (1866), fratres venerunt in praesens monasterium (1870), a FF. S. Francisci de Paula olim incolatum, cuius ecclesia titulo Immaculata Conceptione illustratur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII
BULLAR. CAP., II, 454.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 364, 436, 445, 514.
SISTO, *Storia Capp. Toscani* (cf. Ind. t. I-II).

Pistorium, vide *Pistoia*

Pittsburgh, Pa., in Prov. Pennsylvanica (Stat. Foeder. Amer.). — A nostris sodalibus Prov. Bavaricae in Germania, ibi Conventus constitutus est a. 1874 iuxta ecclesiam S. Augustini Doct., quae ecclesia, noviter aedificata a. 1901, munere paroeciali fungitur. In ea floret « Archisodalitas Matrum christianarum » a. 1881 canonice erecta.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 30 tab. 20-21.
BULLAR. CAP. X, 681, 753.
CATALOGUS PROV. PENNSYLV. a. 1950, p. 11, 19.
DEDICATION SOUVENIR *St. Augustin Church Pittsb.* (*May* 1901) — Pittsburgh, 1901.
SOUVENIR *commemorating the Diamond jubilee of St. Aug. Church*, 1863-1938. Ibid. 1938. Cfr. Collectan. Franc. — *Bibliographia Franc. an.* 1938-39, num. 3129.
CYPRIAN GEHRLING, *History of the Young Ladies Sodality of St. Aug. Church* 1875-1925. Ibid. 1925.
IDEM, *Kurze Geschichte des Deutschen III Ord. Zweiges i. d. St. Aug. Kirche Pittsburgh.* 1875-1925. — S. l. 1925.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 245; 2 (1886) p. 54-59, Documenta Apost. ad « *Archisod. Matrum christ.* » pertinentia; 41 (1925) p. 208-11.
ARCHCONFRATERNITY *of Christian Mothers.* Pittsburgh, Pa., 1936, pp. 14.
ANNALS PROV. ST. AUGUSTINE, 1946 N. 1, p. 11 ss; 1947 N. 2, p. 15 ss; 1950 N. 1, p. 8-31.
THE CHRISTIAN MOTHER; a quarterly bulletin published by the National Office of the Archconfraternity of Christian Mothers. Pittsburgh, 1943 ?).
THE RECORD, postea « THE TIPPLE » (nuntius pro paroecia S. Timoth. in Indianola). — Pittsburgh, 1933 ss.
SAINT AUGUSTINUS — (publicatio menstrua paroecialis) — Pittsburgh, 1899 ss.

Pius IV (*Ioan. Angelus Medici*), electus d. 25 decem. 1559 — obiit d. 9 decem. 1565. Omissis rebus quas egit in bonum FF. Minorum et Min. Conventualium, quod ad Ordinem nostrum spectat memoramus Breve « *Pastoralis officii cura* » d. 2 apr. 1560, quo Ordinem Capuccinorum noviter approbat, privilegia a Clemente VII et Paulo III concessa confirmat et ne ullus Capuccinorum habitum usurpet stricte prohibet.

MONUMENTA HIST. O. CAP., vol. VI, cf. Ind.
BOVERIO, *Annales*, I, 567-574.
BULLAR. CAP., I, 25; VI, 248.
BULLARII CAP. REGESTUM, p. 25.
VIVES, *Instituta Franciscana*, p. 439.
MONUM. HIST. O. CAP., V, cfr. Index.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 26, *Bullarii Cap. Regestum* (Pius IV).

Pius V (*Michael Ghislieri*, Ord. Praed.) — electus d. 7 ian. 1566 obiit d. 1 maii 1572. — Ordini nostro multa praebuit paterni amoris indicia, nec unquam de unione nostrorum cum aliis Familiis Franciscanis, ut nonnulli rerum scriptores innuere volebant, ipse cogitavit. Praeter gratiosas exemptiones et privilegia Ordini conlata sive recognita; praeter « *Constitutiones* » cum laude probatas, P. Hieronymum a Pistoia sibi theologum accivit, classi pontificiae adversus Turcas, cum sociis suis destinavit, ei tandem et sacram purpuram obtulit, quam ipse tamen effugit. Quosdam missionarios ad insulam Cretae, in Helvetiam et in Gallias misit ac commendavit.

BOVERIO, *Annales*, I, cf. Index rerum in fine
BULLAR. CAP., I, 30; VI, 254 ss.
BULLAR. CAP. REGESTUM, p. 25-27.
VIVES, *Instituta franciscana*, p. 440-45.
MONUM. HIST. O. CAP. tom. I et V, cf. Ind.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 44, *Bullarii Cap. Regestum* (Pius V); 48 (1932) p. 19.

Pius VI (*Ioann. Angelus Braschi*); electus d. 15 febr. 1775 — obiit d. 29 aug. 1799 — Huius sancti pontificis nonnulla remanent monumenta in bonum nostri Instituti: plures enim missiones ipse fovit, praesertim in Indiis orientalibus et in Tibet, atque missionariis nostris nonnulla privilegia concessit (« *Aequitatis* » d. 11 apr. 1792); — Ven. Bernardum ab Offida inter beatos adnumeravit (1795); plerique tandem episcopi e nostratibus delecti sunt (vide eorum nomina sub v. *Episcopi*).

BULLAR. CAP., IX, cf. p. IX, XXV, 93-270.
BULLARII CAP. REGESTUM, p. 161-175.
VIVES, *Instituta franciscana*, p. 695-704.
ANALECTA CAP., 11 (1895) p. 141, 174, 207, 229 *Bullarii Cap. Regestum* (Pius VI).

Pius VII (*Gregorius Barnabas Braschi*, O. S. B.), elect. d. 14 mart. 1800 , obiit d. 20 aug. 1823. — Desideriis Hispaniarum regis acquiescens, Bullam edidit « *Inter graviores* » (15 maii 1804) qua quisquis Ordo religiosus *alternis vicibus* suos Superiores generales ex Hispanis sodalibus vel ex aliis nationibus eligere debent; qui tamen eligendi modus postea sublatus est. — De *invento corpore* S. Francisci Assisien. (1819) nuntium toto orbi dedit die 5 sept. 1820. — Ven. Veronica Giuliani et Crispinus a Viterbo O. Cap. in *beatorum* numerum relati sunt. — Plures tandem nostrates ad infulas episcopales vocavit (vide eorum nomina sub v. *Episcopi*).

BULLAR. CAP., IX, cf. p. XVII, XXVI; 271-379.

BULLARII CAP. REGESTUM, p. 176-184.
VIVES, *Instituta Franciscana*, p. 705-16.
BASILIO DE RUBÍ, O. Cap., *Reforma de Regulares en España. Estudio histórico-critico de la Bula* « Inter graviores » (15 *mayo* 1804). Barcelona 1943. 164 pp.
HOLZAPFEL, *Manuale hist. FF. Min.* p. 327 (de Bulla « Inter graviores »).
ANALECTA CAP., 11 (1895) p. 231, 265, *Bullarii Cap. Regestum* (Pius VII).

Pius VIII (*Franciscus Xaverius Castiglioni*) electus d. 31 mart. 1829 — obiit d. 30 nov. 1830. — Brevi agens in pontificatu, quoad nos hoc tantum dicendum P. Zachariam Boccardi a Sicignano episcopum nominasse a. 1829.

BULLAR. CAP., X, cf. p. XIII, 1-6.
BULLARII CAP. REGESTUM, p. 187.
ANALECTA CAP., 11 (1895) p. 295, *Bullarii Cap. Regestum* (Pius VIII).

Pius IX (*Ioannes M. Mastai-Ferretti*), electus d. 16 iun. 1846 — obiit d. 7 febr. 1878. — Tertiam seraphicam Regulam professus est Romae a. 1821, in recessu S. Bonav. ad Palatinum. — De instauranda regulari disciplina sollicitus, peculiarem Epistolam Encyclicam « *Ubi primum* » d. 17 iun. 1847 ad omnes supremos Moderatores, Provinciales aliosque Superiores regularium Ordinum direxit. — An. 1854, die 8 decem. *Immaculatam Conceptionem* B. M. Virginis dogmatis vinculo edixit, quam doctrinam iam antea franciscalis schola, duce Ioan. Duns Scoto, strenue docuerat. — Ex iis vero quae pro nostra Capuccinorum sobole fecit, sequentia tantum exponere sufficiat. — Ad *cardinalatum* promovit Iustum Recanati a. 1852. — Ad *episcopalem* dignitatem fere 40 sodales evexit (vide eorum nomina sub v. *Episcopi*). — Inter *Beatos* adscripsit ven. Benedictum ab Urbino (1867). — *Basilicam et paroeciam S. Laurentii* ad agrum Veranum in Urbe nostro Ordini custodiendam tradidit (1855). — *Archihospitalis S. Spiritus in Sassia* Romae, curam spiritualem sodalibus Prov. Romanae commisit (1856).

BULLAR. CAP., X, cf. p. XXI ss. 163-721.
BULLARII CAP. REGESTUM, p. 202-245.
VIVES, *Instituta Franciscana*, p. 728-58.
PERUFFO AMBROGIO, O. F. M., *Il III Ord. Franc. nel pensiero dei Papi* (Roma 1944), p. 1-44.
ANTONINO, *Manuale sul T.O.F.*, p. 26, 63.
ANALECTA CAP. 11 (1895) p. 358; 1896, p. 10, 35, 68, 103, 136, 265, 302, 335, *Bullarii Cap. Regestum* (Pius IX). — 23 (1907) p. 353: *Documenta de Pii IX receptione ad habitum III Ord. Franc.*
ANNALES FRANC. (Paris) a. 60 (1921) p. 202, 233: *Les Papes Tertiaires de St. François: Pie IX.*

Pius X (*Iosephus Sarto*) electus d. 4 aug. 1903 — obiit d. 20 aug. 1914. — Tertium franciscalem Ordinem Tarvisii (Treviso) an. 1870 ingreditur et eundem Ordinem ceterum episcopus, cardinalis et Pontifex iugiter praedicavit et provexit. Litteras apostolicas « *Septimo iam pleno saeculo* » d. 4 oct. 1909 edidit quibus de primo Ordine Franc. nonnulla in perpetuum statuuntur. — Litteris apostolicis « *Vicarium Pastoris* » d. 8 sept. 1909 approbavit et confirmavit « Constitutiones Ord. Capuccinorum » apte recognitas ac emendatas. — Inter *Beatos* relati sunt Ven. Agathangelus et Cassianus d. 23 oct. 1904. — Denique quoad sodales nostros ad *episcopalem* dignitatem electos, vide eorum nomina sub v. *Episcopi*.

ANTONINO, *Manuale sul T.O.F.*, cfr. Ind.
DAL GAL GIROLAMO, O.M. CONV., *Pio X il Papa santo*. Firenze 1940, pp. 392.
FRANCINI BRUNI ALESSANDRO, *Il S. Papa Pio X terziario francescano*. Firenze, 1936.
PERUFFO AMBROGIO, O. F. M., *Il III Ord. Franc. nel pensiero dei Papi*. (Roma 1944) p. XXX, 235-290.
FRATE FRANCESCO (Period. di Milano) a. 1935, pp. 100-104: *Pio X e i Francescani* (Vitt. Facchinetti).
ITALIA FRANC. 10 (1935) p. 434-44: *L'anima francescana di Pio X* (Imerio da Castellanza).
ANALECTA CAP. 19 (1903) p. 309-12: *Pius X et Tertius Ordo Fr.* — 24 (1908) p. 11, 345, *de Iubilaeo sacerd. Pii X.* — Circa *Acta, Allocutiones* etc. relate ad Ordinem nostrum cfr. eiusdem « Analecti. » *Index Gener.* voll. 1-50, pag. 166 et 214.

Pius XI (*Achille Ratti*), electus d. 6 febr. 1922 — obiit d. 10 febr. 1939 — Tertiarius franciscanus effectus est durante suo clericatu a. 1874 in loco Sormano (Como). — Septimo centenario ab obitu S. P. Francisci eveniente, Litteras Encyclicas « *Rite expiatis* » (30 apr. 1926) ad Ministros Generales I Ordinis misit. — Quod ad nostrum Capuccinorum Ordinem spectat, haec praecipue adnotanda sunt: Recurrente IV centenario ab approbatione Reformationis nostrae (1528) Epistolam « *Merito quidem* » ad Ministrum Generalem direxit sub die 23 iunii 1928. — In *Beatorum Album* adscripsit: Ven. Apollinarem a Posat (1926), Franciscum a Camporosso (1929) et Conradum a Parzham (1930), quem postea (1934) aureola *Sanctorum* insignivit. — *Collegium Aethiopicum* in civitate Vaticana et sub directione sodalium nostrorum positum, in pontificium Collegium erexit a. 1930. — Suo chirographo diei 24 sept. 1934, Basilica Almae Domus Lauretanae curis Ordinis nostri committitur. — Plures tandem Archiepiscopos et Episcopos ex Ordine nostro assumpsit (vide eorum nomina sub v. *Episcopi*.

ANTONINO, *Manuale sul T.O.F.*, cfr. Ind.
PERUFFO AMBROGIO, O. F. M., *Il III Ord. Franc. nel pensiero dei Papi*. (Roma 1944) p. XXXI, 365-476.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 33-36: *Litterae Circulares Ministri Gener.* post obitum Pii XI. — Quoad *Acta, Allocutiones* etc.

eiusdem Pontif. relate ad Ord. Cap., cf. *Index Gener.* voll. 1-50, p. 167. 214.

ANNALI FRANCESCANI (Milano), 53 (1922) p. 90-92: *Pio XI, Terziario Franc.*

FRATE FRANCESCO (Milano) 2 (1929) p. 421-25: *Le benemerenze francescane di Pio XI* (P. Valugani).

L'ITALIA FRANC. (Periodico) 14 (1939) p. 377-96: *Pio XI Terziario Franc.* (Imerio da Castellanza).

REVUE SACERD. DU T. O. (Paris), an. 1939, p. 124-129: *Pie XI et le franciscanisme.*

VITA MINORUM (Lonigo), XI, 1939, p. 4-7: *Il francescanesimo di Pio XI.*

Pius XII (*Eugenius Pacelli*), electus Pont. Max. die 2 martii 1939. — Iam ex anno 1902 *Tertio Ordini* S. Francisci se adscripsit in pia Societate romana vulgo nuncupata *Fratellanza dei Sacerdoti Terziari.* Dum adhuc esset Cardinalis *orationem panegyricam* de S. Conrado a Parzham habuit die 16 dec. 1934 in nostra ecclesia S. Laurentii Brundusini in Urbe.

Eius acta praecipua relate ad Ordinem Franciscanum, praesertim ad Familiam Capulatorum, breviter recensentur.

1939: *Audienta privata,* concessa nostro Ministro Generali (12 apr.); *Canonizatio* B. Salvatoris ab Horta, O. F. Min. (17 apr.); *Allocutio* habita in Basilica S. Mariae supra Minervam in honorem S. Francisci Assisiensis et S. Catharinae Senensis (5 maii); *Litterae Encyclicae* (18 iun.) quibus S. Franciscus Assisienss et S. Catharina Senensis declarantur *Primarii Italiae Patroni.*

1940: *a*) Eriguntur et nostro Ordini committuntur *novae Praefecturae Apost.* de Berberati, Endeber, Hosanna, Jhansi, Kiamusze, et *nova Dioecesis* de Lucknow; *b*) *Beatificatio* ven. Ignatii a Lăconi, O. Cap. (16 iun.).

1943: *a*) *Audientia privata* concessa nostro Ministro Generali (29 ian.); *b*) Erigitur et concreditur Ordini nostro *novus Vicariatus Ap.* de Machiques (26 maii).

1946: *a*) *Litterae Encyclicae* quibus S. Antonius Patavinus renuntiatur *Doctor Ecclesiae Universalis* (16 ian.); *b*) Ordini nostro committitur, *nova Praefectura Apost.* de Gorakhpur (11 iul.); *c*) *Beatificatio* ven. Gregorii Grassi, Francisci Fogolla et Socior. (24 nov.).

1947: *Litterae Apost.* de quinto vergente saeculo ab obitu *S. Coletae,* Ord. S. Clarae (5 dec.).

1948: *a*) *Allocutio* in Audientia concessa fratribus Capuccinis adstantibus *Congressui Interprovinciali,* cuius argumentum « De hodiernis Apostolatus necessitatibus » (25 nov.); *b*) *Epistola* ad Ministrum Generalem nostri Ordinis circa hodiernas *apostolatus* formas fratrum Capuccinorum (4 decem.).

Bibliographia

ISIDORO DA ALATRI, *Vita e Apostolato Cappuccino nel pensiero di Pio XII.* Roma 1949.

SENAN (FATHER), O. Cap., hibernus, *Angelic Shepherd* [Pius XII]. *Dublin,* Capuchin Annual Office, 1950. 94 pp. cum 72 figuris (*Minister Gen. O. Cap.* in fig. 49)

PERUFFO AMBROGIO, O.F.M., *Il Terz'Ordine francescano nel pensiero dei Papi da Pio IX a Pio XII.* Roma 1944 cfr. p. XXXI 477-520 .

ACTA APOSTOL. SEDIS, an. 1949, p. 64-66, *Epistula* Pii XII ad Min. Gener. O. Cap.: *De apostolatu ab Ordine provehendo.*

ANALECTA CAP. 58 (1942) p. 74-77: *Obsequium Ord. Min. Cap. Summo Pont. Pio* XII recurrente XXV anniv. consecrationis episcopalis; 65 (1949) p. 18: *Litt. Circulares Min. Gen. ob quinquages. anniv. Ordinationis sacerd. Pii* XII. — Cfr. etiam Indices Gen. voll. « Anal. » an. 1939 ss. sub v. *Pius* XII.

THE CAPUCHIN ANNUAL (Dublin) 1950, vide supra SENAN (FATHER).

Pius a Benevento, prov. S. Angeli seu Fodensis lector, Commissarius gener. et bis Minister prov. — Ortus in vico *Fragneto* e familia *Nardone* an. 1842, seraphicum induit habitum a. 1858. Magister novitiorum in Anglia missus an. 1869, post duodecim annos missionem Agrae in Indiis Orient. petiit ibique per sexdecim annos operarius exstitit valde laboriosus. In patriam reversus, an. 1899 Praeses constitutus est Collegii S. Fidelis in Urbe. Obiit Beneventi die 6 aug. 1908. Vir fuit vere apostolicus necnon suae provinciae instaurator et pater. Typis mandavit *Catechismo della Regola di S. Francesco.* Benevento, 1906.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni,* IX, 552, 555.

EDUARDUS, *Collegium S. Fidelis,* p. 144.

AGOSTINO DA S. MARCO IN LAMIS ed Egidio da Fragneto, *Elogi funebri.* Campobasso 1908.

L'AMICO DEL TERZIARIO (Foggia), an. 1932, p. 9, 42, 71, 145 .

ANALECTA CAP., 24 (1908) p. 350 necrol.

Pius a Langogne, vide *Sabadel P.,* archiep.

Pius a Lorient, vide *Le Ruyet P.,* episc.

Pius a Luzern, vide *Pius a Willisau*

Pius a Mazzarino (*La Scala*), prov. Syracusanae lector atque definitor (1864 † 1943). — Plurima opera typis vulgavit, inter quae: *L'Estatica Cappuccina*: *Suor Veronica Barone* Catania 1906 (*versio germanica,* cura L. Schlegel, O. Cist., Saarlouis 1913). — *Cursus philosophicus* 2 voll. Parisiis 1910-11. — *Il Dolore, cause - grandezze - conforti* (plures editiones). — *I trionfi dell'Immacolata nei problemi della Società. Discorsi.* Modica 1911. — *Le grandi verità del Catechismo. Breve commento.* Ragusa 1922. — *Il S. di Dio Lodovico da Mazzarino.* Ragusa 1921. — *Suor Maria Schinina* Ib. 1925. — *Il S. di Dio Innocenzo da Caltagirone, Min. Gen. O. Cap.* Catania 1931.

EDUARDUS, *Bibl. Mariana,* p. 63.

ANALECTA CAP. 59 (1943) p. 56.

Pius a Milano (*La Croce*), prov. Mediolanensis concionator et lector (1677 † 1756). — Typis vulgavit: *Memorie de' grandi Principi, Signori e Guerrieri estinti in quest'ultime guerre... del principe Eugenio Franc. di Savoia* (1700-1707) Milano 1716. — *Memorie delle cose successe in Milano intorno al mal contagioso l'anno* 1630. Ib. 1730.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 217.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 268.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 450.
ARGELATI, *Biblioth. Script. Mediolan.*, p. 525.
MELZI, *Dizion. Opere Anon.* II, 345 (Pio La Croce, *Memorie...*).

Pius Rodulphus, v. *Leonelli* (Card. Prot.)

Pius a Salzburg, in sua prov. Viennensi praedicator egregius et lector theologiae moralis († 1701). Sub hoc titulo: *Pius Concionator*, typis mandavit suas Conciones dominicales etc. et Sermones mariales 4 voll. (Viennae 1697-1700).

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 87 ss.
TOTENBUCH Wiener Kapuzinerprov., 18 aug.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 217.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 63.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* II, 489.

Pius a Willisau seu Lucernensis (*Meyer*), prov. Helveticae definitor, archivista et annalista. Natus a. 1828, vita excessit die 11 iulii 1891. — Multa scripsit de rebus historicis suae provinciae et artem etiam pictoriam et linearem exercuit. Eius est: *Chronica provinciae Helveticae Ord. Capuccinorum* (1562-1884). Solodori, 1884.

ANALECTA CAP. 7 (1891) p. 352.

Pivi Angelica v. *Spilamberto* (Capuccinae).

Pizzighettone (*Piceleo*) in Prov. Mediolanensi. — Ibi fratres nostri commorati sunt ad ecclesiam S. Ambrosii Doct. dicatam, ab a. 1584 ad a. 1805.

BULLAR. CAP., II, 445.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 292-97.

Pizzo, in prov. Rheginensi Calabriae. — Hospitium pro commodo Religiosorum itinerantium a. 1692 conceditur.

BULLAR. CAP., III, 68, 313.

Placentia, vide *Piacenza*

Placidus a Belicena, alumnus prov. Baeticae seu Andalusiae; missionarius in Venezuela (*Orinoco*), ab Indiis in odium fidei occiditur a. 1666.

BULLAR. CAP. V, 373.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* III, 731.
AMBROSIO, *Reseña Prov. Andalucia*, v. 199.
SERAPHIC CHRONICLE (Yonkers), a. 1933 pag. 98 ss. *Fr. Placidus, missionary and martyr in Venezuela* (P. John Lenhart).

Placidus a Calella, vide *Crous Salichs*, episc.

Placidus a Giaveno (domo *Bacco*) Prov. Pedemontanae Concionator egregius. — Habitum seraphicum sumpsit a. 1827 et vita cessit an. 1879. — Per quadraginta annos vacavit investigationibus archaeologicis in regione *Avigliana* et in *Valle Susa*, quae priora ei collata sunt ab Academia Taurinensi archaeologicis et pulchris artibus provehendis. Plerique fructus eius laborum in Museo numismatum et in illo civitatis Augustae Taurinorum servantur. Multa nec edita scripsit, quorum quattuor volumina in Bibl. Civica Susae asservantur; at nonnulla in opere « *Cenni Storici su Avigliana e Susa* » (voll. 2, 1881-83) paruerunt.

RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 8 (ad praeparandam huius operis novam editionem, non parum contulit ipse P. Placidus).
CENNI STORICI SU AVIGLIANA E SUSA (1881-1883) vol. I, p. V-XXIV; vol. II, p. 83-86 (Bio-bibliogr.).
ANNALI FRANC., 10 (1879) p. 377 (de studiis archaeologicis P. Plac.).

Plaginae, vide *Piaggine*
Plana, vide *Piane Crati*
Plana Graecorum, vide *Piana dei Greci*

Plasencia in Prov. Andalusiae (*Placentina* dioecesis). — Ab anno circ. 1635, moniales Clarissae, vulgo *Capuccinae*, suum habent monasterium. In eo floruit Maria Anna Castro a Iesu (*vide* sub eius nomine).

BULLAR. CAP., V, 418.
ANNALES MINORUM, t. 28, p. 194.
CONSPECTUS TRIUM ORD. (1929) p. 223.
TORRADEFLOT, *Crónicas de las Capuch.*, II, p. VI.
SAENZ DE LEZCANO JUAN JOSÉ — *Crónica de las Capuchinas de Plasencia*. Madrid 1718.

Platel (l'Abbé), v. *Norbertus a Bar-le-Duc*
Platia, vide *Piazza Armerina*
Platina, vide *Santo Antonio de Platina*
Plebs S. Stephani, vide *Pieve S. Stefano*
Plebs Theuci, vide *Pieve di Teco*

Ploaghe (*Plovaca*) in Sardinia. — Quem fratres prov. Turritanae (Sassari) Conventum olim excitarunt cum ecclesia S. Antonio Patavino dicata, temporum eventus suppresserunt circa a. 1870.

BULLAR. CAP. III, 328.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 409.

Plombières-les-Bains (*Aquae plumbariae*) in Prov. Strasburgensi. — Antiqua Prov. Lotharingiae illic Conventum exstruebat a. 1651, cum ecclesia nomine S. Barbarae V. et M. — Fratres eum incoluerunt usque ad gallicam eversionem (1790).

BULLAR. CAP., V, 403.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 19, 29, 123.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 296.
ETUDES FRANC. 43 (1931) p. 304 s.

Plovdiv in Bulgaria, vide *Philippopolis*

Plungé in Lithuania, dioecesis Telsensis. — Domus religiosa ibi canonice erecta est a. 1931 sub ditione fratrum nostrae prov. Rhenano-Westfalicae.

ANALECTA CAP. 48 (1932) p. 44.

Pöckl M., vide *Maximilianus a München*

Podaverinum, vide *Poirino*

Podioregalis in Sicilia, vide *Poggioreale*

Podium, vide *Puy*

Podivarinum, vide *Poirino*

Podlachia seu Janów (*dioecesis*). Huic *Podlachiensi* D. (hodie *Siedlcensis* nuncupata), praefuit noster antistes Beniaminus SZYMANSKI Varsaviensis, ab a. 1856 usque ad a. 1868, quo vita cessit.

Poetae ex Ord. Cap., vide *Litteratura*

Poggi C., vide *Cyprianus a Piacenza.*

Poggio Mirteto (Dioecesis), vide *Sabina-Poggio M.*

Poggioreale prope Neapolim, vide *Napoli*

Poggioreale (*Podioregalis, Puteus regalis*) in Prov. Panormitana. — Conventus fundamenta iacta sunt a. 1723, at ad finem deductus est anno tantum 1755: vi legis suppressionis relinquitur a. 1866. Ecclesia dicata erat Immaculatae Conceptioni B. M. V.

BULLAR. CAP., III, 162; X, 108.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, III, 444.

Pointe-aux-Trembles (Sanctuarium Reparationis), vide *Montréal* in Canada

Poirino (*Podivarinum, Podaverinum*) in Prov. Pedemontana. — Domus religiosa an. 1622 aedificata cum ecclesia titulo S. Francisco Assisiensi, supprimitur a. 1802.

BULLAR. CAP., II, 397, 452.
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino), 1925, p. 7 n. 42.

Poissy (*Pissiacum*) in Prov. Parisiensi. — Nostri Conventus primus lapis ponebatur an. 1621, eiusque ecclesia dicabatur S. Ludovico regi Galliae. Ibi perstiterunt fratres usque ad Religiosorum dispersionem (1791).

BULLAR. CAP., V, 390.
ETUDES FRANC. 41 (1929) p. 589-604: *Les Capucins à Poissy* (H. Parguez).

Poitiers (*Pictavium*) in Prov. Tolosana. — Conventus a Prov. Parisiensi prope ecclesiam S. Gregorii fundatus a. 1609, penitus destruitur postquam ex eo fratres eiecti erant a. 1790.

DE-PISE, *Annales*, p. 232-41 (Missio a. 1613).
BULLAR. CAP., V, 66, 391.
IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, p. 101.
ANALECTA CAP. 4 (1888) p. 125, 140: *Relatio missionis Pictavien. PP. Capucc. a.* 1617 (ex antiquo ms.).
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 342.

Poli Angelus a Casola Valsenio, *episc.*, alumnus prov. Bononiensis. — Natus die 13 sept. 1878, Ordinem Capuccinorum ingressus d. 26 oct. 1893; sacerdotio auctus die 20 ian. 1901. Eodem anno adivit missionem de *Allahabad* in Indiis Orient. et an. 1913 electus est Superior Regularis. A Benedicto XV, d. 13 mart. 1915, electus est Episcopus titul. *Curiensis* et Coadiutor D. Gramigna episcopi *Allahabadensis* cum iure successionis; die autem 3 iun. 1917, episcopo Gramigna defuncto, eidem in munere successit. Post multos labores apostolicos, an. 1946 sedi Allahabadensi sponte renunciavit et sub die 11 iulii eiusdem anni ad Ecclesiam titul. *Pertensem* translatus est.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 173 s.
IDEM, *Le Missioni* IX, 452, 547-49.
DONATO, *Bibl. Prov. Bologna*, p. 25-34.
NELLA CONSACRAZIONE EPISC. *di Mons. Poli, i confratelli della Prov. Bolognese . Omaggio* - Bologna, 1915.
SOUVENIR *of the episcopal Consecration of A. Poli.* Allahabad, 1916.
PEREIRA J. B. - *Historical Sketch of the Allahabad Diocese* (1940), p. 191-203.
ANALECTA CAP., 31 (1915) p. 138, el. Episc. — 63 (1947) p. 17 el. Episc. tit. et Administr.
« CATHOLICUS » (Allahabad), October 1946. *Special Number* [dicatus A. Poli].
FRANC. ANNALS OF INDIA (Agra), a. 1915, p. 229-30.

Poligny (*Polignium*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus S. Francisco sacer a. 1615 conditus et ab a. 1618 novae Prov. Burgundiae adgregatus, perstitit usque ad gallicam subversionem a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 400.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 138.
MOREY, *Les Cap. en Fr.-Comté*, p. 31.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 360.

Polístena, in Prov. Rheginensi Calabriae. — Conventus, qui sua viderat initia a. 1540, terrae motu a. 1783 solo aequatur: eius ecclesia dicata erat B. M. Virgini Gratiarum.

BULLAR. CAP., III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. di Reggio*, p. 33.
ITALIA FRANC., 23 (1948) p. 227.

Polizzi (*Politium*) in Prov. Panormitana. — Tria coenobia hic exstiterunt: primum a. 1538 constructum est in loco solitario prope sacellum B. M. Virginis (vulgo *Pietatella*). Hoc derelicto, aliud conditum est a. 1542, in loco *Brucará* nuncupato ubi fere per saeculum fratres commorati sunt. Anno tandem 1630 tertium coenobium inchoatum est prope urbem, eiusque Ecclesia Annuntiationi B. M. V. dicata est. Religiosorum Ordinum suppressione adveniente, locus derelictus est a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 154, 321.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, I, 92; II, 588.

Polla, in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — An. 1577 Conventus et ecclesia S. P. Francisco et S. Eligio dicata, fabricati sunt. Conventus titulum etiam a S. Maria Constantinopolitana nomen sumpsit. An. 1857 terrae motu Conv. eruitur, at dum denuo erigitur, Ordinum relig osorum suppressio supervenit.

BULLAR. CAP., III, 310.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 604-13.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 299 (status Conv. a. 1650).

Pollenza, olim Montemelone (*Milodunum, Mons Melonis*) in Prov. Picena. — Inter primas eremos nostrae incipientis Reformationis haec notanda, quam sitam prope castrum vulgo « *della Rancia* » habuimus a. 1528 et reliquimus post decem annos (1538). — Ecclesia, titulo S. Lucia V. et M., ad praesens est paroecia.

MONUM. HIST. O. CAP., V, 105.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Piceno*, p. 376.
ANALECTA CAP. 24 (1908) p. 21: *De antiquissimo loco Capuccinorum in terra M. Melonis*

Polonia. — Iteratis precibus Regis Joannis III (*Sobieski*) anno 1679 venit P. Jacobus a Ravenna in Poloniam, ut locum pro fundatione Conventus eligeret et anno 1681 fixit sedem Varsaviae. Usque ad annum 1687 Fratres steterunt sub dependentia prov. *Bononiensis*, deinde immediato Superiorum Generalium gubernio sunt subiecti ac tandem successive a Commissariis ex provinciis *Tusciae* (1692-1726 et 1728-1731), *Marchiae* (1726-1728), *Bohemiae* (1738-39) regebantur, usquedum an. 1739 quinque Conventus Capuccinorum in Polonia (Varsavia, Cracovia, Leopolis, Lublin, Lubartòw) in *Custodiam prov. Bohemiae* sub titulo Ss. Stanislai et Adalberti constituti sunt. Tandem anno 1754 erecta est *Provincia Poloniae*, quae constabat illo anno circiter ex 20 domibus et 220 religiosis et ita constituta permansit in vigore usque ad politicam Regni divisionem.

Anno 1772 primam divisionem Regni secuta est etiam divisio Provinciae: in ditionem *Borussicam* venit Conventus unus Rywałd; in ditionem vero *Austriacam* octo venerunt Conventus, qui anno 1781 in Provinciam Galiciae sunt erecti.

Anno 1793 secuta est secunda divisio Regni, post quam divisionem octo Conventus (Zbrzyże, Stary Konstantynów, Dunajowce, Ostróg, Chodorków, Krosno, Brusiłów, Winnica in ditionem Russicam venerunt.

Anno denique 1795 secuta est direptio totius regni: disparuit Polonia. Loco antiquae Provinciae Poloniae tres invenimus Commissariatus: *Russicus, Varsaviensis* seu Poloniae, et *Cracoviensis* seu Galiciae Occidentalis.

Pars Russica comprehendebat 11 conventus in interioribus regionibus Russiae et anno 1796 in propriam Provinciam se constituit. Reliquae partes, scilicet *Varsaviensis* et *Cracoviensis* unaquaque anno 1797 in Commissariatum erectae sunt. Tres conventus Galiciae (Kraków, Lublin, Lubartów) an. 1802 in Custodiam autonomam *Sancti Adalberti* nomine sunt erecti.

Ulteriores notitias circa statum Ordinis nostri in Polonia cfr. sub vocibus: *Cracoviensis* Prov., *Russiae* Prov., *Sancti Adalberti* Custodia, *Varsaviensis* Prov.

INDEX CONVENTUUM et hospitiorum antiquae Provinciae Poloniae. Blizne, Brusiłów, Chodorków, Dunajowce, Jurewicze, Kraków, Krosno, Krupa, Kuna, Kutkorz (Marianów), Ląd, Łomża, Lubartów, Lubieszów, Lublin, Lwów, Mariampol, Niżyn, Nowe Miasto, Olesko, Ostróg, Rozwadów, Rywałd, Sędziszów, Stary Konstantynów, Szarogród, Szmila, Uściług, Warszawa, Winnica, Włodzimierz, Zakroczym et Zbrzyże.

Nota - Circa plures *fundationes derelictas* vel ad finem non perductas in Polonia durante saeculo XVIII, vide peculiares notitias in *Collectan. Franc.*, VIII, 1938, p. 362-65.

SERIES SUPERIORUM PROV., addito eorum electionis tempore (Cfr. *Analecta Cap.* 1929 p. 104, 128; *Schematismus* Prov. Cracoviensis an. 1937, p. 7.

a) *Commissarii Generales*

Iacobus a Ravenna (Bonon.): 1680.
Michael a Bologna (Bonon.): 1684.
Gabriel a Modena (Bonon.): 1685.
Ioan. Franc. ab Arezzo (Tusciae): 1692.
Franciscus a Pescia (Tusciae): 1706.
Benedictus a Vetriano (Tusciae): 1720, 1728.
Franciscus a Carpegna (Picen.): 1726.
Franciscus a Warszawa: 1731.
Liborius a Graslice (Bohem.): 1738.

b) *Custodes Provinciales*

Liborius a Graslice: 1740.
Hugolinus Zattecensis: 1743.
Mansuetus Pragensis: 1746.
Felicianus Steorodensis: 1749.
Ioan. Petrus a Putlice: 1752.

c) *Ministri Provinciales*

Ioan. Petrus a Putlice: 1754.
Primus Rajdnicensis: 1756.
Raymundus Gaiensis: 1759.
Antoninus a Zadrzarzec: 1762.
Lucas ab Ujscie: 1765.
Isaias a Piotrowice: 1769.
Procopius a Stanisławów: 1772, 1778, 1793.
Ludovicus a Kitnów: 1775.
Pacificus Gaiensis: 1781.
Crispinus a Zadrzarzec: 1784.
Caietanus a Łuck: 1787.
Stanislaus a Markuszów: 1790.

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., IV, 215, 346-63, 387; X, 742 s. *Index docum.*, qui continentur in t. VIII-X.
BULLARII REGESTUM, n. 1607: Innocentius XII « *Diploma regium* » 8 aug. 1691.
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO ORD. 1712, tab. 63
MELCHIOR, *Historia Ord. Cap.*, vol. II, 60-61; vol. III, 474-476.

PELLEGRINO, *Annali*, III, 408; IV, 200.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.*, p. 26.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 203-220.
OBERTYŃSKI X. Z., *Les commencements de la Prov. polanaise des Capucins* [in lingua polonica]. Warszawa 1936. 34 pp. et tab. topogr. — Cfr. *Collectan. Franc.*, an. 1942, p. 308 n. 721.
ANALECTA CAP., 29 (1913) p. 93, *Docum. prov. Polon.* in Archivo prov. Bononiae; 45 (1929) p. 102-5 125-29: *Conspectus historicus prov. Poloniae* (P. Zeno a Maniowy).
COLLECTAN. FRANC., 6 (1936) p. 206-08; (1938) p. 194, 355, 534: *Das Werden und Wirken der polnischen Kapuzinerprovinz vor der Teilung des Reiches*, 1680-1795. (Z. Obertyński). — Cfr. Collect. Franc.: *Bibliogr. Franc.* an. 1933-39, n. 3494.
FRANC. LEVEN, 15 (1932) p. 137, 210, 282: *Polen en een paar Amsterdamsche Kapucijnen uit de* XVII *eeuw: Ludovicus et Angelus Pauwens.* (P. Hildebrand).
RODZINA SERAFICKA (Warszawa), an. 1937, p. 82-85 (Historia O. Cap. in Polonia usque ad a. 1731).

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Rituale Romano-Capuccinorum ad usum Provinciae Poloniae. Voll. 2. Varsaviae, 1771-1772.
Manuale ecclesiasticum pro usu FF. Capuccinorum Prov. Poloniae. Lublini, 1783.
Zbiór ustaw... kapituł... na Prowincję polską OO. Kapucynów... Kraków, 1849. (Collectio legum praecipuarum Capitulorum Provinciae Poloniae PP. Capuccinorum.).
Simon a Lipnica, Quaestiones supra Regulam seraphicam... ad usum iuventutis Capuccinicæ Prov. Poloniae. Varsaviae, 1788.

Pommersfelden, in prov. Bavarica. — Hospitium seu Statio missionaria ibi exstitit ab a. 1746, probabilius usque ad suppressionem Religiosorum saec. XIX ineunte.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 266.

Pompeiopolitana *sedes titularis archiepiscopalis in Paphlagonia.* — Ex Ordine nostro ad hanc sedem tit. promotus est an. 1938 Gerardus MENEGAZZI a Bevilacqua († 1945).

« Pompiers » in Gallia, vide *Siphonarii*

Ponapé (Insula), vide *Carolinae Insulae*

Pondichèry in Indiis Orientalibus. — Iam an. 1632 ibi pervenerunt ex Gallia sex Capuccini, missi a P. Iosepho Parisiensi, sed paulo post abire coguntur. Anno autem 1677 nostri missionarii ex civitate *Madras* iterum illuc se contulerunt; similiter e nostra provincia Turonensi continuo missi sunt missionarii usque ad an. 1788, quo missiones exterae ab eadem provincia dismembratae sunt. Exinde alii missionarii pervenerunt *Pondichéry* praesertim ex Italia. Missio denique cessit anno circiter 1820.

Circa agitatam quaestionem Rituum malabaricum vide sub v. *Malabar.*
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 324 ss.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 148-50.
IDEM, *Le Missioni*, VIII, cf. Ind. p. 427.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 363-65,
STREIT, *Bibl. Missionum*, V, 193.
GIANGRISOSTOMO DA LUGO, *Elenco dei missionari Cappuccini... di Pondichéry...*, Cawnpore (India) 1927.
ANALECTA CAP. 46 (1930) p. 275-281.

Pons..., vide *Ponte...*

Pons Arliciorum, vide *Pontarlier*

Pons S. Spiritus, vide *Pont-Saint-Esprit*

Pont-à-Mousson (*Mussipons*) in Prov. Strasburgensi. — Conventus ab antiqua Prov. Lotharingiae excitatus a. 1607, vi derelictus est a. 1790. Ecclesia nomine S. Anna nuncupata est.
BULLAR. CAP., V, 403.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 14, 29, 204.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 251.

Ponta Grossa in Brasilia, Custodia de *Paraná* provinciae Venetae concredita. — Anno 1947 canonice erecta est domus nostra religiosa et fratribus commissa est paroecia Immaculatae Conceptionis in vico *Uvaranas.*
INÁCIO, *Custodia do Paraná*, p. 125-27.
ANALECTA O. CAP., 64 (1948) p. 9.

Pontanum, vide *Drogheda*

Pontarlier (*Pons Arliciorum*) in Prov. Lugdunensi. - Conventus a. 1617 fundatus et sequenti anno Prov. Burgundiae adnexus, supprimitur a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 400.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 138.
MOREY, *Les Cap. en Franche-Comté*, p. 33.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 361.

Pontecorvo (*Pons Curvus*) in Prov. Neapolitana. — Conventus S. Vincentii mart., quem habuimus a. 1579, medio XIX aevo derelictus est.
BULLAR. CAP., III, 308; X, 108.
BONAV. DA SORR., *Capp. Prov. Napoli*, p. 8.

Pontecorvo (Dioecesis), vide *Aquino-Sora-P.*

Pontedécimo (*Pons decimus*) in Prov. Genuensi. — Domus nostra religiosa ibi manet ab a. 1640, eiusque ecclesia ad honorem S. P. Francisci et S. Antonii Patavini consecrata est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
BULLAR. CAP. II, 450.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, I, 324; II, 507 ss.
FRANC. SAVERIO DA S. LORENZO DELLA COSTA — *Il Convento ed i Cappuccini in P.* — Genova 1902.

Pontedera (*Pons Herae*) in Prov. Tusciae. — Huius Conventus fundamenta iacta sunt an.

1640; hic fratres commorati sunt ad a. 1866. Ecclesia consecrata est Visitationi B. M. Virginis. Novum hospitium habuerunt nostrates in hoc oppido anno circiter 1930.

BULLAR. CAP., II, 454.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 408.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI p. 437, 446, 518.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 382, 537; II, 541.

Pontelagoscuro (*Pons Lacus obscuri*) prope Ferrara, in Prov. Bononiensi. — Hospitium pro nostris hic a. 1649 conditum, perstitit usque ad a. 1831.

BULLAR. CAP., II, 439.

Ponti W., vide *Wenceslaus a Spoleto*

Pontia (Insula), vide *Ponza*

Pontianak in Borneo insula. — Anno 1905 *Borneo Hollandica* seiuncta est a Vicariatu Apost. Bataviae et in Praefecturam erecta curisque Capuccinorum prov. Hollandiae commissa. An. 1918 evecta fuit ad Vicariatus dignitatem. An. 1938 a Vicariatu isto Pius XI provinciam meridionalem-occidentalem seiunxit et territorium ita distractum in Praefecturam Apost. constituit de *Bandjermasin* dictam, Vicariatum vero Apost. Borneae Holl. ita imminutum posthac de *Pontianak* denominari voluit.

Vicarii Apostolici

1918 - Bos Pacificus ab Uden.
1934 - Van Valenberg Tharsicius ab Asten.

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 67, tab. 28.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 444-49
GEDENKBOEK *van den 12 jahrigen Missiearbeid der Capucijnen in Nederlandsche Ost-Indie* (1905-1917). Amsterdam 1917,
GUIDA DELLE MISSIONI CATTOLICHE (Roma, 1934), p. 336.
MISSIONI *dipendenti da Prop. Fide*, 1950, 433
GREGORIUS VAN BREDA, *Het Missiewerk van de Capuc. op Borneo en Sumatra*. Sumatra 1940.
ANALECTA CAP. 21 (1905) p. 140 s., 358 (Praefectura Apost.). — 34 (1918) p. 97 (Vicariatus Ap.). — 46 (1930) p. 242-46, *Das 25 jährige Jubiläum der Kapuzinermiss. auf Borneo*. — 55 (1939) p. 12, Constit. Apost. qua Vicar. dividitur. — 65 (1949) p. 14, Vicar. dismembratur. — Cfr. etiam *Index Gen.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 117.
BORNEO-ALMANAK (Editum semel in anno a PP. Capuccinis Prov. Hollandicae). Tilburg... 1911 ss.
FRANC. LEVEN, 14 (1931) p. 62, 112, 147, *De missie Borneo op het einde der* XVII *eeuw*. (Gregorius van Breda). — Cfr. *Collectan. Franc.* 1934, p. 630.
IL MASSAIA, an. 1949, p. 176-82: *La Missione sotto il tallone Nipponico* (1941-45).
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 2 (1926) p. 242-245.
UNI TRINOQUE, a. 1946, p. 30, 46, 60 ss., *Uit onze Missie van Borneo*.

Pontifeser, vide *Gabriel a Chiusa*.

Pontifices Romani. — De rebus gestis et signis benevolentiae Romanorum Pontificum relate ad Ordinem nostrum Capuccinorum breves notitiae in hoc Lexico sub respectivis nominibus perhibentur.

Acta autem et monumenta eorundem Pontificum recensentur praesertim in BULLARIO (vide sub v. *Bullarium Ord. Cap.*).

De SS. Pontificibus ab Urbano VIII ad Benedictum XIV agitur etiam apud: MELCHIOR, *Historia Ord. Cap.*, vol. III, 413-21.

SERIES CHRONOLOGICA SS. PONTIFICUM *inde ab ortu nostri Ordinis*:

CLEMENS VII, *Medici*, 19 nov. 1523.
PAULUS III, *Farnese*, 13 oct. 1534.
IULIUS III, *Ciocchi del Monte* 7 febr. 1550.
MARCELLUS II, *Cervini*, 9 apr. 1555 († 1 maii).
PAULUS IV, *Carafa*, 23 maii 1555.
PIUS IV, *Medici*, 25 dec. 1559.
PIUS V, *Ghislieri*, 7 ian. 1566.
GREGORIUS XIII, *Boncompagni*, 13 maii 1572.
SIXTUS V, *Peretti*, 24 apr. 1585.
URBANUS VII, *Castagna*, 15 sept. 1590.
GREGORIUS XIV, *Sfondrati*, 5 dec. 1590.
INNOCENTIUS IX, *Facchinetti*, 29 oct. 1591.
CLEMENS VIII, *Aldobrandini*, 30 ian. 1592.
LEO XI, *Medici*, 1 apr. 1605 († 27 apr.).
PAULUS V, *Borghese*, 16 maii 1605.
GREGORIUS XV, *Ludovisi*, 9 febr. 1621.
URBANUS VIII, *Barberini*, 6 aug. 1623.
INNOCENTIUS X, *Pamphilj*, 15 sept. 1644.
ALEXANDER VII, *Chigi*, 7 apr. 1655.
CLEMENS IX, *Rospigliosi*, 20 iunii 1667.
CLEMENS X, *Altieri*, 29 apr. 1670.
INNOCENTIUS XI, *Odescalchi*, 21 sept. 1676.
ALEXANDER VIII, *Ottoboni*, 6 oct. 1689.
INNOCENTIUS XII, *Pignatelli*, 12 iul 1691.
CLEMENS XI, *Albani*, 23 nov. 1700.
INNOCENTIUS XIII, *Conti*, 8 maii 1721.
BENEDICTUS XIII, *Orsini*, 29 maii 1724.
CLEMENS XII, *Corsini*, 12 iul. 1730.
BENEDICTUS XIV, *Lambertini*, 17 aug. 1740.
CLEMENS XIII, *Rezzonico*, 6 iul. 1758.
CLEMENS XIV, *Ganganelli*, 19 maii 1769.
PIUS VI, *Braschi*, 15 febr. 1775.
PIUS VII, *Chiaramonti*, 14 mart. 1800.
LEO XII, *della Genga*, 28 sept. 1823.
PIUS VIII, *Castiglioni*, 31 mart. 1829.
GREGORIUS XVI, *Cappellari*, 2 febr. 1831.
PIUS IX, *Mastai Ferretti*, 16 iun. 1846.
LEO XIII, *Pecci*, 20 febr. 1878.
PIUS X, *Sarto*, 4 aug. 1903.
BENEDICTUS XV, *della Chiesa*, 3 sept. 1914.
PIUS XI, *Ratti*, 6 febr. 1922.
PIUS XII, *Pacelli*, 2 mart. 1939.

Pontoise (*Pontresium*) in Prov. Parisiensi. Coenobium a nostris a. 1603 conditum, illud relinquere coacti sunt tempore gallicae sub-

versionis a. 1790. Ecclesia fuit dicata S. Mariae Magdal.
BULLAR. CAP., V, 389.

Pontrémoli (*Apua*) in Prov. Parmensi. — Fratres prov. Genuensis duos conventus in hoc loco exstruxerunt: priorem a. 1584 iuxta ecclesiam S. Laurentii mart., qui relictus est ob aëris insalubritatem; alterum a. 1641-58 sub eodem titulo S. Laurentii. Traditus est prov. Parmensi an. 1853.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 29 tab. VI.
BULLAR. CAP., II, 379-81, 450.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 436.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, II, 491, 499.
LORENZO DA SALTINO, *Pontremoli e i Cappuccini. Memorie storiche* (Pontremoli 1938).

Pontremoli (*dioecesis*). Ad regendam hanc *Apuanam* D. a. 1899 electus est noster sodalis Angelus FIORINI a Sassalbo († 1929).

Pontresium, vide *Pontoise*

Pont-Saint-Esprit (*Pons S. Spiritus*) in Prov. Lugdunensi. — Qui ab antiqua Prov. S. Ludovici conventus anno 1616 exstruebatur, et Prov. Avenionensi a. 1750 concreditus erat, gallica perturbatione adveniente (1790) penitus supprimitur.
BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 91.

Pontum in Bohemia, vide *Brüx*

Pontypool, in prov. Angliae. Statio missionaria praecipua in Cambria meridionali, ubi vel etiam in vicinioribus, fratres nostri ab a. 1860 ad a. 1890 zelati sunt ministerio apostolico. Conventus regularis ibi exstitit cum ecclesia S. Albano mart. dicata.
BULLAR. CAP., X, 261 (nota), 521.
WILLIAM, *The Capuch. in England*, p. 45.

Ponza, insula *Pontia* prope Neapolim. — Hospitium regium curam animarum habens, nostri fratres Prov. Neapolitanae per aliquot annos ex a. 1772 habuerunt.
BONAV. DA SORR., *Capp. Prov. Napoli*, p. 9.

Poppi (*Puppium*) in Prov. Tusciae. In veteri coenobio, cuius ecclesia Dominicae Ascensionis mysterio dicata erat, fratres commorati sunt ab a. 1586 ad a. 1866. Novum coenobium excitatum est a. 1894 cum ecclesia SS. Cordi Iesu dicata.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 420, 454.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, 437, 446, 530, 558.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, Ind. II, 544.

Populonia (Dioecesis),
vide *Massa Marittima-Populonia*

Pordenone (*Portus Naonis*) in Prov. Veneta. Conventus fundatus est anno 1565-66 opera Nuntii Apostolici et supprimitur a. 1810. Titulus ecclesiae: S. Gothardus.
BULLAR. CAP., II, 443; VII, 384.

Porlezza (*Porletia*) in Prov. Mediolanensi. — An. 1581. Conventus aedificari coeptus est cum ecclesia Assumptioni B. M. Virginis dicata. Suppressus a. 1799, hodie est archiepiscopale S. Ambrosii Collegium.
BULLAR. CAP., II, 341, 445.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 165-72.

Porrentruy, germanice Pruntrut (*Bruntrutum*) in Helvetica Prov. — Iam ab a. 1587-88 de adventu fratrum nostrorum in hunc locum agitari coeptum est, sed variis de causis conventus tantum a. 1660-63 aedificatus est. Ex quo Gallici milites nostros sodales eiecerunt a. 1793, et ecclesia, quae S. Bonaventurae dicata erat, in pessum ivit.
BULLAR. CAP., IV, 364.
CHRONICA PROV. HELVET. p. 36, 140, 270, 530.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*. p. 87-89.
SCHWEIZER. KAPUZ. FESTSCHRIFT, p. 53, 59, 61, 63.
COLLECTAN. HELVET. FRANC. a. 1934, p. 138-47; a. 1935, p. 178-84: *Zur Gesch. unserer ersten Niederlassung in Pruntrut* (P. Siegfried).

Porretta Terme, olim Bagni della Porretta, in Prov. Bononiensi. — Huius Conventus fabrica coepta est a. 1858 eiusque sat ampla ecclesia dicata est Immaculatae Conceptioni B. M. V.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. VI.
BULLAR. CAP., X, 368.
BOLLETT. DIOCESI DI BOLOGNA, a. 1913, p. 339.
PROV. DI BOLOGNA, *Atti uffic.*, 1942, p. 138

Port-Royal-des-Champs, in Gallia. — Circa relationes quae fuerunt inter Capuccinos et illud celebre monasterium sedes *Jansenistarum*, cf. EDOUARD D'ALENÇON, *Petites notes et Bouts de papier d'un chercheur*. Rome 1894.
ETUDES FRANC. 24 (1910) p. 46 ss. *Les Frères Mineurs Capucins et les débuts de la Réforme à Port-Royal-des-Champs*. (Ubald d'Alençon).
— Alia vide sub v. *Jansenismus*

Port-Sainte-Marie (*Portus S. Mariae*) in Prov. Tolosana. — Ex hoc Conventu, a. 1623 ab antiqua Prov. Aquitaniae fundato, nostri religiosi viri a. 1791 expulsi sunt.
BULLAR. CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, I, 130.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 67.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquitaine*, p. 219.

Port Victoria (Dioecesis), *Seychelles Insulae* in Oceano Indiano. Primus missionarius Capuccinus ad Insulas Seychelles missus est a G. Massaia an. 1852 P. Leo ab Avanchers. Hoc anno Ins. Seych, a dioecesi Portus-Ludovici separatae sunt et in *Praefecturam Apostolicam* constitutae sub regimine P. Hieremiae a Paglietta, alumni prov. Aprutinae. Anno 1863 Missio commissa est nostrae Prov. Sabaudiae; an. 1881 Praefectura in *Vicariatum Apostoli-*

cum erecta est; anno demum 1892 Vicariatus ad gradum *Dioecesis* evectus est sub titulo *Portus Victoriae* seu Seychellarum. Defuncto episcopo Lachavane (1921) Prov. Sabaudiae declaravit se ob penuriam religiosorum amplius non posse consulere Missioni et ideo Superiores generales an. 1922 eam commiserunt Prov. Helveticae, cum iam plures ibi adessent missionarii ex ista Provincia.

Vicarii Apostolici (Ins. Seychelles)

1881 Galfione Ignatius a Villafranca.
1882 Mouard Symphorianus a Sombernon.
1889 Dardel Edmundus ab Aix-les-Bains, qui obiit ante consecr. episcop.
1890 Hudrisier Marcus a Faverges.

Episcopi (Port Victoria)

1892 Hudrisier M. (q. s.).
1910 Clark Bernardinus a London.
1916 Lachavane Jo Damasc. a Vovray.
1921 Gumy Iustinus a Matran.
1934 Joye Ernestus a Montagny.
1937 Maradan Oliverius a Cerniat.

Missionarii in Ins. Seychellarum (praeter praefatos Episcopos) de quibus agitur suo proprio loco:

Cyprianus a Sampont, laic. († 1935).
Ioannes Chrys. a Saint-Etienne († 1931).
Leo ab Avanchers († 1879).
Zelger Gabriel a Stans (1934).

BIBLIOGRAPHIA

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 62 tab. 32.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 283-94.
IDEM, *Le Missioni*, x, 253-277.
GUIDA DELLE MISSIONI CATTOLICHE (Roma 1934), p. 279.
MISSIONI *dipendenti da Prop. Fide* 1950, 204.
STEIDL, *Miss. d. Kapuz.*, p. 71-74.
MOUARD SYMPHORIEN, Vic. Apost., *Rapport à la Congr. de Propag. sur le Vicariat Ap. des Iles Seychelles*. Chambéry 1883.
L'ACTION CATHOLIQUE — Organe du Diocèse de Port Victoria 1935 ss.
ANALECTA CAP., 8 (1892) p. 257, Dioecesis erigitur. — 12 (1896) p. 123 s. Chronica decennalis. — Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 128 s.
IDEM, 56 (1940) p. 336-38 Relatio Miss.
IDEM, 66 (1950) p. 100-01, Relatio Miss.
LE COURRIER D'AFRIQUE — Iles Seychelles.... *Bulletin missionnaire des Capucins Suisses. Fribourg* 1934 ss.
MISSIONSBOTE *der Schweizer Kapuziner in Africa.* Olten, 1921 ss.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 1 1925) p. 203-210. — 7 1931) p. 257-268.

Porta Ioannes Angelus a Cuneo, episc., Prov. Romanae alumnus. Natus d. 28 decem. 1767, Ordinem Capuccinorum amplexavit a. 1786. Ferdinandus I, utriusque Siciliae rex, eum sibi a confessionibus delegit. Episcopus titularis *Thermophylarum* a Pio VII nominatus est an. 1821. Obiit Neapoli d. 25 augusti 1835.

BULLAR. CAP., IX, 368, 378.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, II, 32 ss.

Portaria, in Umbriae Prov. Conventus fabricatus est a. 1535 in declivi montis « Scoppio » inter terras Portariae et Aquaespartae (*Acquasparta*): ob civilem suppressionis legem locus derelinquitur post a. 1860. Ecclesiae titulus est S. Petrus Apost.

BULLAR. CAP., II, 147, 435.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAFICA (1930) p. 14, 153-56.

Porte, prope Pinerolo, in Prov. Pedemontana. Domus seu residentia missionaria ibi exstitit ab a. 1666 ad a. 1693.

FERRERI, *Rationar. Chronogr. Miss.* II, 626-28
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino), a. 1928 p. 65.

Porte (La), v. *La Porte Godefridus,* episc.

Portiunculae Indulgentia. —I. *Origo.* Ex antiquioribus relationibus de hac indulgentia, quae saeculo XIII exaratae sunt, colligitur Honorium III, rogante S. Francisco, de mandato Domini, vivae vocis oraculo concessisse, iuxta probabiliorem sententiam anno 1216, ut christifideles qui contriti et confessi cappellam S. Mariae Angelorum de Portiuncula nuncupatam, prope Assisium, per diem naturalem devote visitarent, omnium peccatorum plenam poenae remissionem obtinerent.

His ultimis temporibus valde disceptatur de origine historica huius indulgentiae; nonnulli siquidem auctores, etiam catholici, attento silentio Thomae a Celano et S. Bonaventurae atque perpensa diversa Romanae Curiae praxi in impertiendis indulgentiis, absolute negant vel non satis comprobatum censent factum historicum obtentae indulgentiae per S. Franciscum ab Honorio III; alii e contra graves scriptores censent factum substantiale historice ac morali cum certitudine esse demonstratum.

Quidquid in hac controversia pro vel contra sentiatur, de actuali huius indulgentiae exsistentia dubitare hodie nemini licet, praesertim post Litteras Pii X *Omnipotens ac misericors Deus* diei 11 apr. 1909 et Brevem Benedicti XV *Constat apprime* diei 16 apr. 1921, quibus eadem indulgentia expresse confirmatur et ad omnes anni dies extenditur pro sacello Portiunculae.

II. *Extensio ad alias ecclesias.* Primo tali gratia ditatae sunt singulae ecclesiae Fratrum Minorum et Clarissarum ab antipapa Clemente VII (1378-1394). Pius autem IV omnibus Fratribus Minoribus, Clarissis et Tertiariis concessisse videtur, vivae vocis oraculo, ut recitatis quinquies *Pater, Ave et Gloria,* indulgentiam S. Mariae Angelorum proprio die, in suis ecclesiis, lucrari possent.

Die 15 nov. 1577 Gregorius XIII concessit ut in ecclesiis Fratrum Excalceatorum apud Indias, Sinas et Insulas Philippinas commorantium non tantum Fratres, sed etiam omnes Christi fideles indulgentiam Portiunculae lu-

crari possent. Idem privilegium die 10 iun. 1580 pro tota Hispania concessum est et Paulus V eandem gratiam pro Gallia tribuit. Gregorius tandem XV Brevi *Splendor paternae gloriae*, die 4 iulii 1622, huiusmodi indulgentiam extendit ad omnes ecclesias FF. Minorum, singulis annis in altera die mensis augusti, a primis vesperis usque ad occasum solis ipsius diei lucrandam. Eodem anno 1622, die 12 oct., indulgentia concessa quoque est ecclesiis Capuccinorum; ab Urbano VIII, die 13 ian. 1643, ecclesiis Tertii Ord. Regularis; a Clemente X, die 3 oct. 1670, ecclesiis FF. Conventualium; a Pio IX, die 16 oct. 1865, omnibus ecclesiis religiosorum Institutorum Seraphico Ordini aggregatorum (cf. *Analecta Juris Pontificii*, ser. XXVII col. 384: Moccheggiani, *Collectio Indulgentiarum* (1897), n. 1614 ss.

Post suppressiones Regularium ineuntis saeculi XIX, ecclesiae olim Ordinis Franciscalis et postmodum clero saeculari commissae, privilegium indulgentiae servaverunt; saeculo autem XIX ad ecclesias etiam non franciscales gratia coepit extendi.

Ex concessionibus Gregorii XV non clare patebat utrum indulgentia posset *toties quoties* lucrari et defunctis etiam applicari. Hoc expresse concessit Innocentius XI die 22 ian. 1687 pro ecclesiis FF. Minorum; die 10 maii 1689 pro ecclesiis FF. Capuccinorum et die 20 ian. 1690, ab Alexandro VIII, ecclesiis FF. Conventualium.

III. *Disciplina vigens*. Normae hodie servandae pro eadem indulgentia lucranda continentur Decreto *Ut septimi pleni* S. Paenitentiariae Apost. die 10 iulii 1924 edito. In huiusmodi Decreto praecedentes concessiones *perpetuae* confirmantur; *temporariae* abrogantur. Ecclesiae vel oratoria publica, ut privilegio ditari possint, distent oportet tria kilometra ab ecclesiis vel oratoriis franciscalibus vel quae eodem privilegio fruantur.

Commissio Pontificia ad Codicis Canones authentice interpretandos, sub die 19 ian. 1940, declaravit singulos confessarios vi can. 935 commutare posse ecclesiae determinatae visitationem ad lucrandas indulgentias toties quoties et Portiunculae nuncupatas pro fidelibus qui impedimento *personali* detinentur ab eadem visitatione peragenda.

Bibliographia

a) *Opera recentiora*

BARTOLI FRANC. DE ASSISI (saec. XIV), *Tractatus de Indulgentia S. Mariae de Portiuncula*, nunc primum edidit Paulus Sabatier. Paris, 1900, pp. CLXXXIV+204. Cfr. *Miscell. Franc.*, an. 1901, p. 80; *Revue d'Histoire Ecclés.*, I, 1900, p. 324.

CAMPELO JOS, O.F.M., *De Indulgentiis Seraphici Ordinis*. Compostellae 1943. cf. p. 246-60.

FIERENS ALPHONSUS, O.F.M., *De geschied Kundige oorsprong van den aflaat van Portiunkula*. Gand 1910. Cfr. *Archiv. Franc. Hist.*, a. 1911, p. 601-603; *Revue d'Hist. Ecclés.*, XII, 1911, p. 102.

IDEM, *Les origines de la Portiuncule. Revue bibliographique*. Iseghem 1919.

GIUSTO EGIDIO - POLTICCHIA RAIMONDO, O.F.M., *Storia documentata della Porziuncola*. S. Maria degli Angeli, 1926. Cfr. *Miscell. Franc.*, a. 1927, p. 143.

HUBER RAPHAEL, O.M. CONV., *The Portiuncula Indulgence, from Honorius III to Pius XI*. (FRANCISCAN STUDIES, Num. 19). New York, 1938. — Cfr. *Collectan Franc.*, an. 1941, p. 499-501.

OLIVI PETRUS JOAN., *Quaestio inedita de Portiunculae Indulgentia*. Quaracchi 1895. Cfr. *Miscell. Franc.*, a. 1897, p. 196.

TEETAERT AMEDÉE O. M. CAP., article: *Portioncule*, in DICTIONN. DE THÉOL. CATHOL., XII, 2603-11.

b) *Periodica*

ANALECTA O. CAP., cfr. *Index Generalis* voluminum 1-50 (1884-1934), p. 169.

ANALECTA BOLLANDIANA, XXI, 1902, p. 372-80: *Note sur l'Indulgence de la Portioncule* (Fr. Van Ortroy, S. J.) Cfr. *Miscell. Franc.*, an. 1902, p. 106.

ARCHIV. FRANC. HISTOR., I, 1908, p. 31-44: *Entstehung des Portiuncula-Ablasses* (H. Holzapfel); IX, 1916, p. 237-93: *Documenta Perusina ad Indulg. Portiunc. spectantia* (A. Fantozzi).

COLLECTAN. FRANC., VI, 1936, p. 165-69 (*Relationes operum de Indulg. Portiunc. ed. an.* 1932-33).

ESTUDIOS FRANC., XVII, 1916, p. 126-33: *Las Fuentes históricas de la Indulg. de la Porciúncola*, 1216-1916 (Ant. M. de Barcelona, O. Cap.).

ETUDES FRANC., XX, 1908, p. 337-76: *L'Indulgence de la Portioncule et la critique moderne* (René de Nantes, O. Cap.).

FRANZISK. STUDIEN, III, 1916, p. 205-13: *Zur Geschichte des Portiunkula-Ablasses* (B. Kleinschmidt); p. 290-93: *Der heutige Stand der Portiunkula-Ablass-Frage* (L. Lemmens), XII, 1925, p. 364-66: *Zur Portiunkula-Ablass-Frage* (Idem).

MISCEL. FRANC., X, 1906, p. 65, 97, 129, 161: *Gli storici dell'Indulg. della Porziuncola*; XXIV, 1924, p. 34-64: *L'Indulg. d. Porziuncola resa quotidiana da Benedetto XV. Studio storico-critico* (M. Faloci-Pulignani); XXXIII, 1933, p. 301-12: *La quotidianità dell'Indulg. d. Porziuncola* (Gius. Abate, M. Conv.); XXXVII, 1937, p. 183-97: *Della data della consacrazione della Porziuncola e dei racconti sulla celebre Indulgenza* (Idem).

REVUE D'HIST. FRANC., I, 1924, p. 125-43: *L'Indulgence de la Portioncule* (Maurice Beaufreton).

Porto seu Oporto in Portugallia. — Fratres hispani Prov. Castellae, domum religiosam ut ibi erigerent obtinuerunt a. 1937.

ANALECTA CAP. 54 (1938) p. 11.

Pôrto Alegre in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sud* in Brasilia) — In hac civitate episcopali fratres Capuccini Sabaudi per decem annos (1903-1913) Seminarii dioecesani directionem habuerunt; duae paroeciae eisdem concreditae sunt, nempe: S. Antonii Patavini in vico *Partenon* (1911) et S. Iudae Thaddaei (a. 1943); curam insuper spiritualem exercent ab a. 1940 in Leprosario de *Itapoá* longe ab urbe km. 66.

TEODORO DE ALFREDO CHAVES, 50 *anos de atividades no Rio Grande do Sul* (1946), 118-131 Paroeciae et Leprosarium), p. 217-227 (Seminar. dioeces.).

Porto Rico, vide *Puerto Rico*

Portogruaro (*Portusgruarius, Portus Romantinus*) in Prov. Veneta. — An. 1570 Conventus exstructus est apud ecclesiam S. Lazari, et perstitit ad subversionem napoleonicam an. 1810. — Parva domus a nostratibus exstructa est an. 1947; fundamenta vero novi conventus iacta sunt an. 1949.

BULLAR. CAP., II. 443

ATTI PROV. VENETA, 1947, p. 135, Nova domus. a. 1950, p. 27, fund. novus conv.

Portomaurizio (*Portus Mauritii*) in Prov. Genuensi. — An. 1619 primus ponitur lapis huius Conventus; multis vero supervenientibus difficultatibus, anno tantum 1643 perficitur, eiusque ecclesia consecrata est ad honorem S. Mariae Magdal. — An. 1866 hic Conv. supprimitur; sed a. 1897 novus exstruitur cum ecclesia Deiparae Immaculatae dedicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
BULLAR. CAP., II, 371, 376, 450.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 467.
FRANC. SAV., *I Capp. Genovesi*, II, 533-552; V (cfr. Ind. p. 635).
IL PADRE SANTO (Genova), 1940, p. 39-41, *Cappuccini nobili di Portomaurizio*.

Portoricensis dioecesis, vide *Puerto Rico*

Portugallia, vide *Lusitania*

Portus Gratiae, vide *Hâvre* (*Le*)

Portus Naonis, vide *Pordenone*

Portus Romantinus, vide *Portogruaro*

Portus S. Mariae, vide *Port-Sainte-Marie*

Posonium, vide *Bratislava*

Postulator generalis in Causis Sanctorum. — Apud PP. Capuccinos, usque ad pontificatum Urbani VIII, causae Ordinis actae sunt ad instantiam communitatum seu locorum, quibus Servi Dei pertinebant. Editis vero decretis Urbanianis (ann. 1625-1634) et nova methodo in Sanctorum causis inducta, ipse Procurator Gener. Ordinis uti Officialis natus pro hoc negotio habitus est. Procuratores tamen non saepius officium Postulatoris per seipsos exercuerunt; sed ad hoc alios viros religiosos delegarunt: primum quidem unam alteramve causam, dein (ab anno 1667) universum negotium ipsis committentes. Anno vero 1828, P. Ludovico Card. Micara Ordinem moderante, nova Postulatores instituendi ratio auspicata est: eorum nempe officium, a Procuratore generali subtractum, distinctum atque independens fuit constitutum, et quidem eo ferme modo quo serius in Ordinis Constitutionibus declaratum est.

Eligitur porro Postulator gener. a Ministro generali de consensu sui Definitorii; attamen Postulatoris mandatum a S. Rituum Congregatione admitti oportet et in eiusdem acta referri. Postulator generalis ad sexennium instituitur; sed in munere confirmari potest. Ipse officium exercet sub Ministri generalis dependentia; Postulatori tamen exclusive ius competit substituendi sibi pro singulis Causis per legitimum mandatum alios sodales qui vice-postulatores dicuntur.

SERIES POSTULATORUM GENERALIUM

a) *Electi a Procuratoribus Gener. tamquam eorum Substituti.*

1667 Ioannes Bapt. a Camerino, prov. Picenae.
1676 Angelus a Borgomanero, prov. Romanae.
1692 Michaëlangelus a Prato, prov. Romanae.
1699 Angelus a Voltaggio, prov. Romanae.
1710 Leonardus a Viterbo, prov. Romanae.
1716-1718 *Officium vacat.*
1719 Ioannes Franc. a Castel S. Pietro prov. Bononien.
1726-1728 *Officium vacat.*
1729 Petrus M. a Lucca, prov. Tusciae.
1734 Gregorius a Roma, prov. Romanae.
1757 Emmanuel a Domodossola, prov. Romanae
1761 Nicolaus (Molinari) a Lagonegro, prov. Lucaniae.
1779 Caietanus a Caltanissetta, prov. Panormitanae.
1780 Bernardinus a Prato, prov. Tusciae.
1786 Bonifacius a Nizza, prov. Romanae.
1809-1818 *Officium vacat.*
1819 Ludovicus (Micara) a Frascati, prov. Romanae.

b) *Electi a Ministro generali, absque ulla a Procuratore dependentia*:

1828 Vincentius a Frascati, prov. Romanae.
1848 Carolus Felix a Milano, prov. Romanae.
1861 Amadeus ab Orvieto, prov. Romanae.
1886 Maurus (Nardi) a Leonessa, prov. Umbriae.
1911 Iosephus Ant. (Bussolari) a San Giovanni in Persiceto, prov. Bononiensis.
1914 Raphaël a Valfenera, prov. Pedemontanae
1948 Bernardinus a Siena, prov. Tusciae.

Bibliographia

BULLAR. CAP., X, cf. Index p. 797.
VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, p. 466.
ANALECTA CAP. 54 (1938) p. 217-222, *De Postulatoribus Gener. O. Cap.* cfr. etiam Index Gener. voll. 1-50 (1884-1934) p. 169.

Potenza (*Potentia*) in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Prior Conventus a S. Antonio nuncupatus conditus est in loco ex urbe longinquo an. circ. 1533 (minime 1570) et derelinquitur tempestatis politicae causa a. 1866. —

Alter, iuxta castrum prope urbem a. 1621 aedificatus cum ecclesia S. Carolo dicata, perstitit ad a. 1811.

BULLAR. CAP. III, 310.
EMANUELE, *Cronaca di Puglia* (cf. Ind.)
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 18, 171.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 300 (status Conv. a. 1650).

Potenza Picena (*Potentia P.*) olim « Monte Santo » (*Sanctodunum*), in Prov. Picena. — Prior Conventus a. 1568 conditus est; quo diruto, alter a. 1663 exstruitur cum ecclesia titulo S. Laurentio mart.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BULLAR. CAP. II, 203, 437 (Monte Santo)
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov. Picena*, p. 376.
IDEM, *I Franc. nelle Marche*, p. 43.
VITA FRANC. (Loreto), a. 1929 p. 88.

Potton I. C., vide *Joannes Chrysost. a Lyon.*

Poysdorf (*Poystorffium*) in Prov. Viennensi in Austria. — Conventus excitatus a. 1677, supprimitur a. 1781 imperante Iosepho II. Ecclesia a S. Antonio Patavino fuit nuncupata.

BULLAR. CAP., IV, 246, 379.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.

Pozsony in Slovachia, vide *Bratislava*

Pozzo di Gotto (*Puteus Goti*) in Prov. Messanensi. — Coenobium ibi exstitit ab a. 1623 ad suppressionem Ordinum religios. a. 1867. Titulus esslesiae: Immaculata Conceptio B. M. V.

BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. LVII.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 316.

Pozzuoli (*Puteolus*), in Prov. Neapolitana. Ad ecclesiam S. Ianuarii erectam a. 1574 in eodem loco in quo ipse martyr evasit, Conventus a. 1582 conditus est. In ecclesia, quae post combustionem a. 1877 refecta est, mirus *lapis* sanguine martyris maculatus colitur. Ex an. 1944, curam paroecialem nostrates absolvunt.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 27 tab. VIII.
BULLAR. CAP. III, 35-36, 308.
BONAV. DA SORR. *Capp. di Napoli*, p. 7, 9, 66.
BENI RUBERTO, *Apologia per li miracoli di S. Gennaro venerato nella Chiesa de' Cappuccini di Pozzuoli*. Napoli, 1714.
DIEGO DA SORRENTO, *Cenni storici sul Monumento e Convento di S. Gennaro in P.* — Pozzuoli, 1896, 1907.
ANALECTA CAP. 4 (1888) p. 239-40: *Iscrizioni di vari Cappuccini nel conv. di Pozzuoli;* 61 (1945) p. 36 (Paroecia).
ECO S. FRANC. a. 1875. p. 227-34: *La festa di S. Gennaro in Napoli e il conv. di S. Gennaro in Pozzuoli;* a. 1880 p. 746-53. *Il conv. dei Capp. di P.* (Diego da Sorrento).
L'OSSERVATORE ROMANO, 19 settem. 1936, p. 3: *La Chiesa di S. Gennaro alla Solfatara di Pozzuoli.*
S. GENNARO ALLA SOLFATARA. *Bollettino parrocchiale*. Pozzuoli. Conv. Capp., 1949 ss.

Pradal, v. *Joannes Bapt. a Castelsarrasin.*

Prades (*Prada*) in Prov. Tolosana. — Nostris sodalibus Prov. Catalauniae, qui a. 1587 pestifera lue laborantibus inservierant, Conventus postea factus est cum ecclesia SS. Nomini Iesu dicata. Anno 1663, Conv. concreditus est Prov. Tolosanae et a. 1791 abrogatus est.

BULLAR. CAP., V, 405.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, III, 329.
IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, p. 83.
TOLRA DE BORDAS, IOS. — *L'Ordre de St. François en Roussillon.* (1884), p. 278-84, 530-541.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 358.

Praecedentia — In Ordine nostro *praecedentia* desumitur 1) ex munere vel officio quo quis fungitur aut functus est; 2) ex legitima concessione facta ad norman iuris; 3) ex antianitate religionis, quae olim a die vestitionis, nunc vero a die primae professionis religiosae computatur.

Praecedentia insuper alicui competit vel in universo Ordine, vel in tota Provincia aut Commissariatu, vel in Conventu seu domo.

ORDO PRAECEDENTIAE EX MUNERE

a) *in universo Ordine*:

Minister Generalis
Procurator Generalis
Definitores Generales
Ex-ministri generales
Ex-procuratores generales
Ex-definitores generales
Concionator Apostolicus
Secretarius generalis Ordinis
Postulator generalis
Secretarius gener. Missionum
Secretarius gener. T. O. F.
Secretarius gener. Procuratoris Gen.
Vice-secretarii generales Ordinis, inter quos Archivista Generalis.

b) *in tota Provincia*

Visitator generalis
Minister provincialis
Vicarius prov., qui loco Ministri provinciam gubernat.
Commissarius provincialis
Definitores provinciales
Assistentes Commissarii prov.
Ex-ministri prov.
Ex-commissarii prov.
Custodes generales
Secretarius provincialis

c) *in Conventu seu domo*:

Guardianus seu Praeses
Custodes gener. propriae prov.
Vicarius conventus
Secretarius provincialis

Bibliographia

ORDINATIONES *Capitulorum Gener.* (ed. an. 1928), nn. 317-327.
VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, p. 618-33.
ANALECTA O. CAP., 1 (1885) p. 360, Laici non praecedunt clericos; 47 (1931) p. 87, Nulla praeced. competit Ex-definitoribus prov.

Praedicatio. — I. MENS S. FRANCISCI. — Primis quidem temporibus a sua conversione S. Franciscus ad opera caritatis tantum se devoverat; sed die 24 febr. 1208, audita lectione de praedicatione evangelica in ecclesia S. Mariae Angelorum vitam perfecte apostolicam agere coepit et paulo post una cum 12 discipulis Romam petit ad consilium suum aperiendum Pontifici Innocentio III, qui novam vitae rationem approbavit eisque facultatem dedit ubique praedicandi. Post Capitulum autem Pentecostes an. 1217 primos missionarios ad exteras gentes Franciscus misit et dicere solebat nihil esse pretiosius salute animarum.

De modo praedicandi a S. Francisco observato ab eoque praescripto in Regula (c. IX) disseritur sub voce ELOQUENTIA; prima vero forma praedicationis franciscanae duplicis generis fuit: a) *exhortationis*, b) *sermonis poenitentialis* plerumque extra ecclesiam. Sermo vero proprie dictus non omnibus permittebatur, sed solummodo doctioribus. Decursu temporis Franciscus magis severus factus est in diiudicanda idoneitate ad sacram praedicationem requisita. Per aliquod tempus electionem concionatorum Ministris provincialibus commissam reliquit; sed in Regula definitiva an. 1223 (*c. IX*), *approbationem ad officium praedicationis reservavit Ministro generali.*

II. PRAEDICATIO FF. CAPPUCCINORUM

Iam inde ab exordiis Capuccini apostolatum sibi proposuerunt primo quidem optimi exempli atque, caritatis exercitii erga egenos et aegrotos, dein etiam divini verbi. Primae Ordinis *Constitutiones* vulgo de Albacina (1529) de praedicatione fratrum tractant his verbis: « Statuimus praeterea, ut verbi Dei concionatores, cum ad Dei verbum praedicandum iter faciunt, non amplius quam duos aut tres libros, quos sibi magis necessarios iudicaverint, secumferant. Superiores vero eos praedicatores, quos ampliori praedicationis gratia a Deo praeditos noverint, otiosos esse non sinant; sed in vineam Domini mittant, ut in ea non modo quadragesimali tempore, sed aliis quoque anni temporibus laborent ». *Constitutiones* autem an. 1535-36 alias sapientes normas et canones circa praedicationem exercendam statuunt. Quae omnia statuta et monita ad fructuosam praedicationem reddendam, tamquam principia firma et immutata in subsequentibus Constitutionum recognitionibus servata sunt (Cfr. *Analecta*, 1889, p. 16 n. 22; *Liber Memorialis*, 1928, p. 400-406; *Constitutiones*, cap. IX).

Post an. 1536 in Capitulis generalibus saepissime agitur de sacra praedicatione. Constitutiones editae an. 1577, Regulae praeceptum renovantes, praescribunt ut praedicato es a Ministro generali examinentur et approbentur; verum Ordinationes generales an. 1596 examen praedicatorum committunt Ministris provincialibus cum suo Definitorio, qui suffragia mittere tenentur Ministro generali ad approbationem.

Munus praedicationis committendum esse tantum post curriculum studiorum expletum, Constitutionis primum additum invenitur an. 1609. Capitulum demum generale an. 1884 iussit ut in singulis Provinciis a Definitorio provinciali statueretur *Ordo seu Regula missiones et exercitia* peragendi (*Analecta*, 1889, p. 249-51). Iuxta huius Capituli Gen. monitum pluribus in Provinciis redacta sunt peculiaria praedicationis vel concionatorum *Directoria*.

Historiographi, fuse et libenter uberes fructus evangelicae praedicationis fratrum Capuccinorum enarrant, necnon magnam venerationem qua apud populos nostri concionatores gavisi sunt. Constat insuper haud raro reges, principes magistratus civitatum aliique rerum publicarum duces, verbum Dei audiendi desiderio tacti, concionatores Capuccinos sibi delegisse. Item ad instantiam episcoporum, cardinalium et SS. Pontificum Capuccini variis in locis se contulerunt ad verbum Dei nuntiandum.

Quod spectat concionatores *S. Palatii Apostolici*, usque ad an. 1743 desumebantur a variis Ordinibus et Congregationibus religiosis, quos inter nonnulli etiam ex Ordine nostro, sed an. 1743 Benedictus XIV decrevit posthac huiusmodi officium, praedicandi scilicet apud Aulam Apostolicam, concionatoribus ex Ordine Capuccinorum semper esse committendum. (Cfr. peculiares notitias sub voce *Concionator Apostolicus*).

Denique pro coronide argumenti de praedicatione in mentem revocamus praxim a Capuccinis concionatoribus introducta deferendi *Crucifixum* in actu praedicationis obeundo; ex qua consuetudine alia etiam originem habuit, exponendi scilicet Crucifixum etiam in *suggestibus* seu *pulpitis*. De hac re sic legitur apud P. Zachar. Boverio (*Annales Ord. Cap.*, vol. I, p. 109 n. 47): « Capuccini ligneam Crucifixi Imaginem in manibus gestantes... mirabiles in iis (populis) poenitentiae fructus pepererunt. Atque hi primi (uti ferunt) fuere, qui Crucifixi Imaginem (quod prius insolitum erat) in suggestu collocarunt: quem morem ab eo tempore Ecclesia, vel legitimum approbavit ». Paucis autem verbis ita se expressit P. Matthias Bellintani a Salò († 1611) in Historia Capuccina: « Et per dar forza alle parole di Dio, introdussero di tener sul pergamo il santo crucifisso » (cfr. *Monum. Hist. O. Cap.*, vol. V, p. 416 n. 404).

— Quaedam de *praedicatione radiophonica* a FF. Capuccinis in variis nationibus exercita vide sub voce *Radiophonia*.

III. Index chronologicus et topographicus Praedicatorum Ord. Cap.
de quibus agitur sub eorum nomine

Saeculo XVI

in *Gallia*: Petrus ab Amiens († 1589).

in *Italia*: Alphonsus (*Lobo*) a Medina Sidonia († 1593), Angelus a Savona († 1556), Antonius a Pinerolo († 1550), Bernardinus ab Asti († 1557), Bernardinus a Balvano († 1568), Franciscus a Iesi († 1549), Franciscus a Soriano († 1567), Hieronymus a Pistoia († 1570), Iacobus a Molfetta († 1561), Iosephus a Ferno († 1556).

Saeculo XVII

in *Austria*: Amandus a Graz († 1700), Conradus a Salzburg († 1681), Donatus a Passau († 1693), Emericus (*Sennel*) a Komorn († 1681), Heribertus a Salurn († 1700), Philippus a Neumarkt († 1668), Procopius a Templin († 1680).

in *Bohemia*: Samuel a Pilsen († 1664), Valerianus (*Magni*) a Milano († 1661).

in *Gallia*: Athanasius (*Molé*) a Paris († 1631), Basilius a Soissons († 1698), Bernardinus a Paris († 1685), Cherubinus a Maurienne († 1610), Franciscus a Toulouse († 1678), Honoratus a Cannes († 1694), Honoratus a Paris († 1624), Iosephus a Dreux († 1671), Iosephus a Morlaix († 1661) Iosephus (*du Tremblay*) a Paris († 1638), Ivo a Paris († 1678), Leander a Dijon († 1667), Leonardus a Paris († 1641), Nicolaus a Dijon († 1694).

in *Germania*: Franciscus Ios. (*Roth*) a Busmanshausen († 1697), Georgius a Düsseldorf († 1693), Maximilianus a Deggendorf († 1670).

in *Helvetia*: Andreas (*Meier*) a Sursee († 1633), S. Fidelis a Sigmaringen († 1622) Ludovicus de Saxonia († 1608), Philippus (*Tanner*) ab Appenzell († 1656).

in *Hispania*: Franciscus a Jerez († 1684), Iosephus a Carabantes († 1694).

in *Italia*: Anselmus (*Marzati*) a Monopoli († 1607), Bonaventura a Recanati († 1691), Emmanuel (*Orchi*) a Como († 1649), Hieronymus Paolucci a Forlì († 1620), Hieronymus a Narni († 1632). Hyacinthus a Casale († 1627), S. Iosephus a Leonessa († 1612), S. Laurentius a Brindisi († 1619), Marcus ab Aviano († 1699), Matthias (*Bellintani*) a Salò († 1611).

Saeculo XVIII

in *Austria*: Athanasius a Dillingen († 1714), Emericus ab Hall († 1760), Lucianus (*Marent*) a Montafon († 1716), Mauritius a Natternhausen († 1715).

in *Belgio*: Ludovicus a Bouvignés († 1701). Ongnies d'Estrées Angelus a Bruxelles († 1722).

in *Gallia*: Albertus a Paris († 1727), Augustinus a Narbonne († 1706), Daniel a Paris († 1746), Gervasius a Paris († 1705), Ioannes Bapt. (*Pradal*) a Castel Sarrasin († 1787), Seraphinus a Paris († 1713).

in *Germania*: Benignus a Lohr († 1719), Clemens a Burghausen († 1732), Iordanus a Wasserburg († 1739), Martinus a Kochem († 1712), Tiberius a Kaisersstuhl († 1729).

in *Helvetia*: Michaelangelus a Schwyz († 1712), Rodulphus a Schwyz († 1709).

in *Hispania*: B. Didacus Ios. a Cádiz (†1801). Emmanuel a Jaén († 1739).

in *Italia*: Andreas a Faenza († 1733), B. Angelus ab Acri († 1739), Barnabas a Caprile († 1797), Bernardus M. (*Giacco*) a Napoli († 1744), Bonaventura (*Barberini*) a Ferrara († 1743), Caietanus M. a Bergamo († 1753), Felix M. a Napoli († 1778), Franciscus M. card. *Casini* ab Arezzo († 1719), Iosephus M. *Luvini* a Lugano († 1790), Michaelangelus a Reggio Emilia (†1766), Petrus a Como (†1792), Petrus a Sassuolo († 1782), Philippus a Civitanova († 1781), Stephanus (*Bernardi*) a Cesena († 1771).

in *Jugoslavia* (Illyria): Stephanus a Zagreb († 1738).

Saeculo XIX

in *Austria*: Albertus (*Knoll*) a Bolzano († 1863), Albertus (*Comployer*) a St. Sigmund († 1810), Bernardinus ab Eppan († 1893), Iosue a Bolzano († 1885), Vincentius ab Eppan († 1878).

in *Brasilia*: Vitalis M. *Gonçalves* de Oliveira († 1878).

in *Gallia*: Laurentius ab Aosta († 1880).

in *Germania*: Augustinus M. (*Ilg*) a Friedberg († 1881), Cassiodorus (*Zenger*) a Schwandorf († 1830).

in *Helvetia*: Theodosius (*Florentini*) a Münster († 1865).

in *Hibernia*: *Arthurus O'Leary* († 1802), Theobaldus *Mathew* († 1856).

in *Hispania*: B. Didacus Ios. a Cádiz († 1801), Firminus a Centelhas († 1893), Hyacinthus *Martinez Saez* a Peñacerrada († 1873), Michael *Suarez* a Santander († 1831), Raphael *Velez* a Velez-Mālaga († 1850), Ven. Stephanus ab Adoain († 1880).

in *Italia*: Adeodatus *Turchi* a Parma († 1803), Aloisius *Puecher Passavalli* a Trento († 1897), Angelicus a Porto S. Giorgio († 1816), Hieronymus a Caltanissetta († 1876), Hyacinthus a Belmonte († 1899), Iesualdus (*De Luca*) a Bronte († 1892), Isaias *Volpi* a Genova († 1830), Laurentius *Signani* a Brisighella († 1863), Ludovicus *Micara* a Frascati († 1847).

in *Polonia*: Viator (*Piotrowski*) a Bessowia († 1835), Wenceslaus a Sulgostów († 1903).

Saeculo XX

in *Austria*: Norbertus (*Stock*) a Tux († 1907), Petrus Bapt. (*Zierler*) a Salzburg († 1930). Amadeus (*Hintner*) a Sankt Veit († 1900).

in *Gallia*: Exuperius a Prats-de-Mollo († 1917), Antonius Maria a Lavaur († 1907).

in *Germania*: Matthias a Bremscheid († 1911).

in *Hollandia*: Jesualdus ab Houten († 1914).

in *Italia*: Anselmus a Fontana († 1904), Antoninus a Castellammare († 1939), Felix a Porretta († 1945), Pacificus *Carletti* a Seggiano († 1914), Paulus *Tei* a Pieve di Controne († 1916), Robertus a Nove († 1939), Robertus *Menini* a Trento († 1916).

in *Jugoslavia*: Bernardinus ab Omiš († 1932)

in *Polonia*: Honoratus a Biala († 1916).

BIBLIOGRAPHIA

a) *Opera generalia*

BULLAR. CAP., VI, cf. Index (*Concionatores*).

MONUM. HIST. O. CAP., I, 470; IV, cf. Index p. 243; V, 201, 416.

VENANTIUS, *Monum. ad Constit. Cap.* cfr. Index, p. 677.

BOVERIO, *Annales*, I, cfr. Index rerum in fine vol. (*Concionatores*).

LIBER MEMORIALIS ORD. (1928), p. 2 ss., 47-49.

CUTHBERT, *The Capuchins*, cf. Index.

MELCHIOR, *Historia*, vol. I, 247-76; vol. III, 2-101.

MELCHIORRE, *La bella Riforma*, p. 254-74.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, cf. Index materiarum, p. 284 ss. (*Conciones* et *Panegyrici*), p. 261 (*Catechesis*).

APPENDIX AD BIBL. SCRIP., cfr. Index materiarum, p. 44, 47.

b) *Opera specialia*

INDIRIZZI *pratici per i Predicatori cappuccini della Provincia veneta*. Venezia 1941. p. 84.

ANSCAR ZAWART, O. Cap., *The history of Franciscan preaching. Bio-bibliographical study*. New York, 1928. (ex: *Franciscan Educational Conference*, vol. IX, p. 241-596). cfr. *Collectan. Franc.*, 1941, p. 393.

BONAVENTURA DE CARPENTRAS, *Le programme de vie profonde du Prédicateur capucin*. Saint-Etienne, 1933, pp. 64. Cfr. *Collec. Franc.*, 1934, p. 269.

BONAVENTURA VON MEHR, *Das Predigtwesen in der Kölnishen und Rheinischen Kapuzinerprovinz im 17 und 18 Jahrhundert*. Roma, Instit. Hist. O. Cap. 1945. pp. XXXII-484. (de praedicatione FF. Capucc. in genere agitur in cap. I, p. 11-74). Cfr. recens. in *Collectan. Franc.* a. 1945, ag. 246 s. et in *Franz. Studien*, 1949, p. 153-63.

BUENAVENTURA, *La Provinvia de Castilla*, I, 328-39, Apostolado de la predicación.

CLEMENTE DA S. MARIA IN PUNTA, *La predicazione serafica*. Venezia-Mestre 1945 (Ex periodico « Atti uffic. Prov. Veneta » 1945 p. 11-47).

P. HILDEBRANDUS, *Kapucynerpredicatie in België vóór de Fransche Omwenteling*. Antwerpen, 1942. pp. 62. (Ex periodico: *Ons Geestetjik Erf*, XVI, 1942).

GIOV. CRISOSTOMO DA CITTADELLA, *Il ven. Marco d'Aviano nella sua predicazione*. Padova, 1943, pp. 50.

JOSEPH ROMAIN (*Joly*) DE SAINT-ETIENNE, *Histoire de la Prédication, ou la manière dont la parole de Dieu, a été prêchée dans tous les siècles*. Paris, 1767.

JUAN BAPT. DE MURCIA, *Instrucción de predicadores a los principiantes de este ministerio*. Valencia, 1710.

MAXIMILIAN NEUMAYR O. Cap., *Die Schriftpredigt im Barock*. Paderborn 1938. cf. Index, p. 190, *Kapuzinerorden*.

P. OPTATUS, *De Spiritualiteit van de Capuc. in de Nederlanden* (1948), p. 39-51.

ROBERTO DA NOVE, *Il Predicatore cappuccino*. Vicenza, 1933, pp. 143. cfr. *Collectan. Franc.* 1934, p. 267.

c) *Periodica*

ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 225, 249, *Commentaria in Ordinationes Capituli Gen. a.* 1884 *de Praedicatoribus*. — 6 (1890) p. 31, *Concionatores Cap. in ecclesia S. Petronii Boniae*. — 9 (1893) p. 221, *Series praedicat. a Min. Gen. deputat. pro adv. et quadrag. a.* 1632-33. — 11 (1895) p. 10-30, *Litt. Min. Gen. circa praedicationem*. — 30 (1914) p. 334, *Praedicatores capucc. in Senatu Reipubl. Lucensi* a. 1650-1718. — pag. 336, 371. — 31 (1915) p. 110, 143, 186, 219, 261, 345, 374, *Praedicatores cap. in Italia saec. XVIII*. — cfr. etiam Index Gen. voll. 1-50, p. 170.

THE CAPUCHIN EDUCATIONAL CONFERENCE (Detroil), IV (1946) p. 1-19, *The Capuchin Preacher of yesterday... of today*; p. 70-95, *The use of Theology in Preaching* (Frs. Cuthbert, Alphonse, Mark).

COLLECTAN. FRANC. 10 (1940) p. 534-60, *Recentes collationes ad historiam Praedicationis*. — 11 (1941) p. 373-422. — 12 (1942) p. 5-40, *De historiae Praedicationis praesertim in Ord. FF. Capuccinorum, scientifica pervestigatione*. (Bonaventura a Mehr).

ESTUDIOS FRANC. an. 1910 (Numero extraordinario) p. 76-84: *La Oratoria franciscana en la historia*. (Vicente de Peralta).

NEERLANDIA FRANC. 7 (1924) p. 274-314, *Le ministère de la prédication chez les anciens Capucins flamands* (P. Hildebrand).

ROUND TABLE, IX (reimpr. a. 1949), p. 51-61, *Some early Capuchin Preachers*.

SANKT FIDELIS (Luzern), 33 (1946) p. 133-38; 34 (1947) p. 17-24: *Das Predigtamt in Satzung und Brauch des Kapuzinerordens*. (German von Stans).

Praedicator Apostolicus apud Aulam Pontificiam. vide *Concionator Apostolicus*

Praefectus Apostolicus. — Praefectorum institutio non semper nec ubique iisdem principiis et normis olim facta est.

Saeculis XVII et XVIII binae iurisdictiones, *ecclesiastica* scilicet et *regularis*, in locis Missionum saepissime unitae erant in persona *Ministri provincialis*, cui Missio erat concredita. S. Congr. de Prop. Fide no-

minabat Ministrum provincialem ceu Praefectum Missionis, Minister autem provincialis in Missione constituebat *Vice-praefectum*, cui omnes speciales facultates a S. Congr. obtentas delegabat. (Cfr. MELCHIOR, *Historia Ord. Cap.*, vol. III, p. 177-79, 271-75).

Leo XIII, die 8 maii 1881, Constitutione « Romanos Pontifices » duas iurisdictiones (ecclesiasticam et regularem) omnino separavit et consequenter duas distinctas auctoritates instituit in locis Missionum, nempe *Superiorem ecclesiasticum* et *Superiorem regularem*, illum pro cura animarum, hunc pro observantia regulari missionariorum.

Praefecti Apostolici constituti sunt in territoriis in quibus Episcopi aut non erant aut longe distabant et erant independentes aut quasi-independentes a iurisdictione Episcopali; sed aliquando etiam Episcopis subiecti erant. Post novum Codicem Juris Can. promulgatum an. 1917 Praefecti Apostolici habentur ut veri Superiores ecclesiastici seu *Ordinarii loci*, idem ac Vicarii Apostolici.

Circa iura et officia Praefecti Apostolici cfr. *Codex Juris Canon.*, can. 293-311.

Praelati, vide *Superiores*.

Praeneste, vide *Palestrina*

Praesepe Pueri Iesu. — Repraesentatio mysterii Nativitatis Domini nostri iam ante S. Franciscum nota erat. Verum huiusmodi *repraesentationes* haudquaquam cum praesepio, quod seraphicus patriarcha excogitavit ac voluit comparari possunt. Ex illa autem nocte festivitatis Nativitatis Christi anni 1223, qua B. Franciscus in *Greccio* prope Rieti praesepe singulari modo celebraverat, Ordo Seraphicus magno cum ardore propagationi praesepium studuit atque mysterium Infantis Iesu ad hodiernam usque diem miris variisque repraesentationibus populo christiano proponit.

Praesepe insuper franciscanum omnes ad se traxit *artes*, quas *liberales* vocant, ut poësim, picturam, sculpturam et musicem, quae ab ipso vim et incrementum acceperunt.

De nonnullis *Praesepibus* arte compositis in ecclesiis fratrum Capuccinorum agitur in opere: STEFANUCCI ANGELO, *Storia del Presepio* (Roma 1944) et quidem de praesepibus:

in CECHOSLOVACHIA: pag. 435.

in POLONIA: *Kraków*, p. 449

in ITALIA: *Albano Laziale*, pag. 153 (cum figura); *Assisi* 309; *Avola* (Siracusa) 55; *Barga* (Lucca) 320, fig. 319; *Catanzaro*, 246; *Napoli*, 214; *Osimo* (Cappuccine), 306; *Pontedecimo*, 369; *Roma* (V. Veneto) 166; *S. Giovanni Rotondo* (Foggia), 235; *Sestri Levante* (Genova), 370; *Torino* (Monte), 378; *Voltaggio*, 378.

BIBLIOGRAPHIA FRANCISCANA

a) *Opera FF. Minorum*

« IL PRESEPIO » — *Numero unico per il VII centen. della istituzione francescana del Presepio*. Bologna 1923.

BRACALONI LEONE, *Rinascenza d'Arte cristiana nel Natale di Greccio*. In: « Arte Cristiana » (Milano), XI, 1923 p. 353-65.

CANTINI GUSTAVO, *L'Infanzia divina nella pietà francescana. VII Centen. del Presepio francescano*. In: « Studi Franc. » IX, 1923, p. 283-313.

DI STOLFI LIBERATO, *Il Presepio di Greccio nella poesia italiana*. In: « Frate Francesco » (Roma), 1937, p. 330-42.

NERI DAMIANO, *I Francescani ed il Natale (Note d'arte)*. In: « Studi Franc. », IX, 1923, p. 437-63.

b) *Opera FF. Capuccinorum*

ANDREU DE PALMA DE MALLORCA, *Manual del Pessebrista*. Barcelona 1927, pp. 87. Continet: *a*) Historia del Pessebre; *b*) Fonament bíblic de l'art Pessebrista; *c*) Técnica del Pessebre.

BASIL DE RUBÍ, *Art Pessebrístic. Paisatge-Estil-Símbol*. Barcelona 1947, pp. 228.

IDEM, *Manual del Pessebrista Olotí*. Olot 1932

CUTHBERT [OF BRIGHTON], *The Shepherds. A Nativity Representation* [7 scenae]. London 1919, pp 68.

DUNSTAN OF LONDON (Dobbins), *With St. Francis at the Crib*. S.n.t. (19..), pp. 8.

OLEGUER DE BARCELONA, *Glories franciscanes. Jesuset en el « Pessebre »*. Manresa 1914, pp. 33.

TITO DA OTTONE, *Il Natale a Savona*. Savona 1937, pp. 29 cum figuris.

Praeses Hospitii, vide *Hospitium*.

Praga vide *Praha*

Pragelato (*Prati-Iallatus*) in Prov. Pedemontana. — Missionem stabilem ibi fratres nostri tenuerunt ab a. 1622 ad a. 1630, contra haereticos dimicantes.

FERRERI, *Rationar. Missionum*, II, 575-92, 662.

NUOVA CROCIATA FRANC., an. 1928, p. 65.

Praha (*Praga*) in Prov. Bohemo-Morava. — Duo sunt in hac urbe Conventus: alter a. 1600 fundatus, dum ibi S. Laurentius a Brundusio moratur, et ecclesiam habet S. Mariae Angelorum dicatam; alter situs in Neo-Praga (*Neustadt*) exstructus a. 1633, eiusque ecclesia a S. Ioseph nuncupatur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. XVIII.

BULLAR. CAP. IV, 177-81 (de Confraternitate Passionis I. C. a. 1604 instituta), 225-28, 377, VIII, 7.

GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 386.

PELLEGRINO, *Annali*, I, 61; IV, 355.

GREIDERER, *Germania franc.*, I, 796 s.

IOSEPHUS A BILIN, *Hortus florum Lauretanus* et *Confraternitas Lauretana Pragensis* (in lingua bohema et germanica), Pragae 1700 (saepe reimpressum).

LAURENTIUS (RABAS) A ZATEC — *Führer durch die Kirche, den Kreuzgang u. d. Loretokapelle der PP. Kapuziner in Prag a. Hradschin* (Prag, s. a.).

IDEM, *Průvodce po Loretě v Praze na Hradčanech.* (Praze, s. a.).
ANALECTA CAP., 25 (1909) p. 81 ss.; 64 (1948) p. 10, Novitiatus translatio.

Pramollo, in prov. Pedemontana. — Domum seu residentiam missionariam fratres nostri ibi tenuerunt annis tantum 1648-87.

NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino), a. 1928 p. 65

Präsanz, in Helvetia (Missio *Raetiae*). — Munus cappellani ibi exercuerunt fratres nostri ab a. 1638 ad a. 1727.

CLEM. DA BRESCIA, *Storia Miss. Rezia,* (v. Ind.)
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni,* I, 63, 93.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz,* p. 122.

Prat A., vide *Angela Margarita Seraphina*

Prato (*Pratum*) in Prov. Tusciae. — Sacellum vulgo « S. Maria de Erta » a. 1566 nostratibus colendum conceditur et aliquantulo post apud illud parvus Conventus exstruitur eiusque ecclesia titulo Visitatione B. M. Virginis decoratur. Sequentibus annis Conventus in ampliorem formam redactus est et ab an. 1900 « Collegium Missionariorum » hospitio recipit. An. 1928 nova ecclesia, S. Barnabae Apost. dicata, erecta est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 454.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 437, 512.
SISTO, *Storia Capp. Toscani,* I-II, cf. Ind.
RISVEGLIO FRANC. (Firenze), 1928 p. 250-53.

Precht C., vide *Columbanus a Rottenburg*

Pressburg in Slovachia, vide *Bratislava.*

Presutti Philippus a Recanati, *episc.,* Prov. Picenae alumnus. — Natus d. 9 ianuarii 1845, ad Ordinem Capuccinorum convolavit a. 1861. Ad missionem Arabiae a. 1869 primum se contulit, deinde in missionibus Lahorensi et Agraensi in Indiis Orient. per 40 annos operam navavit quam actuosam. Demum a. 1910, die 13 septem. a Pio X creatus est Episcopus titularis *Anchialitanus* et Vicarius Apost. *Arabiae.* Quatuor post annos in Erythream se contulit et paulo post e vita decessit in loco Keren die 3 augusti 1914. Nonnulla opuscula typis mandavit.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.,* p. 138 s.
IDEM, *Le Missioni,* X, 687 Ind.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana,* p. 63.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori,* p. 41.
ON THE SOLEMN *funeral of Fr. Philip Presutti* Aden 1914.
SCALZI FRANC., *Collezione di medicinali dell'Indostan,* Roma 1887; ex « *Bullettino della R. Accademia medica di Roma* » a. XIII fasc. V (Huius collectionis auctor est P. Phil. Presutti).
ANALECTA CAP. 26 (1910) p. 298; 28 (1912) p. 19; 30 (1914) p. 345 necrol.
VITA FRANC. (Loreto), a. 1929, p. 94, 100.

Primiero (*Primerium*) in Prov. Tridentina. — Parvum coenobium in loco « Fiera di Primiero » a. 1924 aedificatum est cum ecclesia S. Antonio de Padua dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 36 tab. V.
ANALECTA CAP. 39 (1923) p. 77.

Princeton in Canada, Custodia provinciae Belgicae. — Statio seu residentia missionaria in hoc loco erecta est a fratribus nostris an. 1941 Sacellum dicatum est SS. Cordi Jesu.

VOX MIN. CAP. PROV. BELG., a. 1949, p. 285.

Privernum, vide *Piperno*

Privilegia — I. Licet in suo Testamento S. Franciscus privilegiis adversari videatur, tamen et ipse non omnium privilegiorum fuit inimicus; etenim non renuit acceptare privilegia quocunque modo apta ad fovendum spiritum seraphicum e. g. protectionem locorum Ordinis et exemptionem a iurisdictione episcopali. Temporis decursu privilegia huiusmodi plurima a Pontificibus Ordini Minorum concessa fuere et die 26 iulii 1479 *privilegiorum communicationem* Fratres Minores obtinuerunt cum omnibus Ordinibus, quae dein confirmata est a Paulo IV tempore Concilii Tridentini, a Clemente VIII die 20 dec. 1597 et a Benedicto XIII die 3 mart. 1727. Pius autem X declaravit omnia privilegia concessa vel concedenda uni ex tribus familiis Franciscalium ea ipsa concessa censenda esse ceteris familiis (*Septimo iam pleno saeculo* diei 4 oct. 1909). Perinde Ordo quoque Capuccinorum gaudet communicatione privilegiorum non tantum FF. Minorum, sed et aliorum Ordinum. Animadvertere tamen oportet communicationem minime extendi ad privilegia et indulta quibus mitigatio in Regulae Seraphicae observantia concedatur (cf. *Constitutiones Capuccinorum,* n. 3).

II. *Privilegia Capuccinorum praecipua ex communicatione cum ceteris Franciscalium familiis acquisita:*

1) Licet conventum de uno ad alium locum civitatis transferre sine beneplacito apostolico et absque Ordinarii loci licentia;

2) Superiores Ordinis possunt quemcumque Episcopum rogare pro Ordinis ecclesiarum consecratione quo casu Episcopus diocesanus, rogatus, eam ultra quatuor menses distulerit;

3) Licet in ecclesiis Ordinis tempore generalis interdicti divina officia celebrare;

4) Ecclesiae Ordinis omnibus privilegiis ditantur ecclesiarum collegiatarum, necnon iure sepulturae;

5) Minister Generalis, Ministri Provinciales et Guardiani privilegio fruuntur ecclesias, coemeteria, oratoria et cetera solemniter benedicendi et ad divinum cultum deputandi, dummodo ad Ordinem pertineant, cum Ordinarii loci licentia;

6) Praelati Ordinis percussores clericorum absolvere possunt etiam si percussio gravis fuerit;

7) Franciscalibus omnibus licet officium divinum mentaliter recitare;

8) Omnes ex Ordine sacerdotes missam votivam privatam SS. Cordis prima cuiusque mensis feria sexta celebrare possunt, exceptis excipiendis.

9) Sacerdotes *confessarii* commutare possunt, pro foro conscientiae tantum, vota privata confratrum;

10) In festo Corporis Christi et per octavam inter missarum solemnia et ad Vesperas SS. Sacramentum publicae adorationi, nulla Ordinarii dioecesani licentia, exponere licet.

11) Concionatores Ordinis possunt in ecclesiis etiam alienis, vi consuetudinis, conciones ad populum habere solo habitu religioso induti, absque superpelliceo et stola.

12) Omnes clerici etsi tantum votis temporariis professi fruuntur omnibus privilegiis ac ceteri Fratres.

13) Novitii in articulo mortis ad professionem religiosam admitti possunt, modo canonicam aetatem habeant: si vero convalescent, professio nullam habet vim.

III. *Privilegia praecipua directe Ordini Capuccinorum concessa*:

1) Potestas ordinaria in spirituali directione T.O.F. saecularis.

2) Missam votivam Immaculatae Conceptionis B. M. V. in diebus sabbatinis, exceptis excipiendis.

3) Scapulare S. Ioseph benedicendi et imponendi.

4) Erigendi, praevio Ordinariorum consensu, in nostris ecclesiis. Confraternitates Chordigerorum, in illis locis in quibus non exsistunt conventus aut ecclesiae PP. Conventualium.

5) Superioribus legitime impeditis subdelegandi alium religiosum, pro confessionibus approbatum, ad benedicendas Chordas S. Francisci, et impertiendis Chordigeris, semel in anno, benedictionem papalem, scilicet in festo Immaculatae Conceptionis.

6) Religiosis missiones tradentibus, erigendi cruces, semper de Ordinariorum consensu, ipso missionum tempore.

7) Religiosis impertiendi benedictionem papalem cum adnexa indulgentia plenaria, in fine missionum et spiritualium exercitiorum, omnibus fidelibus, dummodo saltem medietati concionum intervenerint.

8) Benedicendi tempore missionum et spiritualium exercitiorum e suggestu Scapularia, adhibendo formulam in numero plurali, et quin imponantur et quidem sine obligatione in catalogo nomina fidelium qui Scapularia recipiunt inscribendi, modo facultatem Scapularia benedicendi et imponendi, iuxta ritum praescriptum aliunde iam obtinuerint.

Praeter privilegia proprie dicte *canonica*, habentur etiam privilegia peculiaria, similiter ac in ceteris Ordinibus, a *Constitutionibus* vel ab *Ordinationibus* concessa pro munere vel meritis acquisitis. De his privilegiis cfr. *Ordinationes Capitul. Gener.*, nn. 306-316.

Nota. Quoad privilegia et indulta indulgentias spectantia cf. *Indulgentiae.*

Bibliographia

BULLAR. CAP., cfr. *Indices generales* t. I, p. 242; VI, 571; VII, 493; X, 798.

VENANTIUS, *Monum ad Constit.*, p. 607-618.

ORDINATIONES CAPIT. GEN. (1928). nn. 306-316.

SUMMARIUM *Indulgentiarum, Privilegiorum et Indultorum a Sede Apostolica Ordini FF. Min. Capuccinorum in perpetuum concessorum, Roma,* 1905.

MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Ind.

ALPHONSUS DE CASARUBIOS, O.F.M., vide infra *Hieronymus a Sorbo.*

BERNARDUS A VASTO - *De communicatione Privilegiorum, praesertim inter Religiones.* Aquilae 1936.

BIANCHINI ERMENEGILDO, O.F.M. - *Praecipua Privilegia O. Min.* - 2. ed. Quaracchi 1924.

BURKHARD MATHIS, O. M. Cap. - *Privilegien des Franziskanerordens bis zum Konzil von Vienne* (1311). Paderborn, 1928. — Cfr. iudicia de hoc pere in REVUE D'HIST. ECCLÉS. 26 (1930) p. 387; REVUE D'HIST. FRANC. an. 1929, p. 211; COMMENTARIUM O. MIN. CONV., an. 1928, p. 146.

CAPOBIANCO PACIFICUS, O.F.M., *Privilegia et Facultates Ord. FF. Minorum.* Nuceriae Sup. 1946; edito altera 1948.

GABRIEL ANGELUS A VICENZA, O.F.M. - *De Privilegiis Regularium pro administrando.... Poenitentiae sacramentum.* Ed. II, Venetiis 1778.

HIERONYMUS A SORBO, O. CAP., *Compendium Privilegiorum FF. Minorum.... auctore Alphonso de Casarubios O. Min., reformatum secundum decreta Concilii Trid. ac aliorum SS. Pontificum. Cum annotationibus P. Antonii de Corduba O. Min.* — Brixiae 1590... Coloniae Agr. 1619.

LYSCZARCZYK VENANTIUS, *Compendium Privilegiorum Regularium, praesertim Ord. FF. Minorum.* Leopoli 1906.

PEUROIS LUDOV., O.F.M. - *Privilegia Confessariorum et Missionariorum et variae Facultates Superiorum Ord. FF. Minorum.* Rennes, 1923.

ANALECTA CAP. 47 (1931) p. 86, *quaenam Privil. servari possunt in Provinciis.* — p. 87, *qua ratione concedi possunt missionariis.*

COLLECTAN. FRANC., 4 (1934) p. 337-362: *Das franziskanische Privilegienrecht* (Burkhard Mathis v. Wolfenschiessen, O. Cap.).

ETUDES FRANC. t. II, 1899, p. 372 ss., t. III, 1900, p. 281 ss. *De la communication des Privilèges: son principe, son histoire, son extension* (Flavien de Blois).

THEOLOGISCH - PRAKTISCHE QUARTALSCHRIFT (Linz), 57 (1904) 810-21: Die heute noch

bestehenden Privilegien der Mendikanten Beichtväter (Agapit Hohenegger von Graun, O. Cap.).

Proceno (*Procenum*) in Prov. Romana. — Conventus, secundo dimidio saec. XVI erectus est. At vero insalubritate loci et aliis de causis, fratres a. 1632 ex loco decedere compulsi sunt. (*Mss. Prov.*).

Procopius a Brailów, Prov Varsaviae moderator. — Originem duxit ex nobili progenie *Leszczyński* a. 1812, atque aetate 33 annorum seraphicum habitum induit a. 1845. Sacerdotio auctus a. 1847, mox egregius concionator inclaruit, B. Mariae Virginis magnus fuit cultor et devotum exercitium *mensis mariani* in Poloniam primus ipse invexit. Oblatam sibi archiepiscopalem dignitatem semel atque iterum recusavit. Obiit Nowe Miasto die 26 febr. 1895. Opera eius de re *ascetica* et *hagiographica* typis edita nonaginta circiter adnumerantur, quarum circa quadraginta sunt versiones e variis operibus, praesertim S. Alphonsi M. de Liguori.

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 63.
HONORATUS DE BIALA, *Żywot O. Prokopa Kapucyna* [Vita P. Procopii]. Kraków 1895.
ANALECTA CAP. 11 (1895) p. 159, *necrologia;* p. 189, 349-51, *de operibus P. Procopii.*
RODZINA SERAFICKA (Warszawa), 1912, p. 494-500, 556-61; 1913, p. 119-24, 256-59, 303-07.

Procopius a Kozaczówka
vide *Procopius a Brailów*

Procopius a Templin, provinciae Viennensis illustris alumnus. — Ortum duxit anno 1607 vel 1608 parentibus lutheranis. Vitae militari iam addictus et ad fidem catholicam conversus, professionem religiosam apud nos emisit a. 1628. Ad sacerdotium evectus mox in Bohemia aliisque regionibus ardenti zelo fidem catholicam promovit ac defendit. Haereticos quoque verbo et scriptis plurimis insectavit. Obiit in urbe Linz a. 1680. Plurima opera edidit peculiaribus titulis, ex. gr.: *Eucharistiale* (1661) — *Poenitentiale* (1662) — *Mariale* (1665) — *Funerale* (1670) — *Sanctorale* (1666) etc. — Quibus sermonibus adiungendum est inter alia opus theologicum « *Praedestinationale* » inscriptum (Salzburg 1663).

Bibliographia

PELLEGRINO, *Annali*, III, 304 ss.
ILG, *Geist des Hl. Franz.*, II, 360-81.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 217-219.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 64.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, II, 490.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 316.
LEXIKON FÜR THEOL. UND KIRCHE, VIII, 492.
FRANC. EDUCAT. CONFERENCE, IX, 1927 p. 510-12
ISIDORUS SCHWAMM von Klingenmünster, O. Cap. — *Die Heilige Schrift in den Predigten Prokops v. Templin* (Dissertation). Passau 1941, pp. 228. — Cfr. *Collectan. Franc.*, 1949, p. 330-33.
KOBER AUGUST H., *Procopius von Templin;* in « *Die Kultur* » Vierteljahrschrift f. Wissenschaft (Wien), Bd. 12 (1911) p. 492; Bd. 14 (1913) p. 129, 288, 428.
IDEM, (Opera P. Procopii critice examinantur) in « *Euphorion* » Zeitschrift für Literaturgesch. (Leipzig u. Wien), XXII, 1917, p. 520-46, 702-36; a. 1918, p. 25-53; a. 1919, p. 268-87 (cf. *Archiv. Franc. Hist.*, a. 1923 p. 264).
VEIT GADIENT, O. Cap. — *Prokop von Templin Sein Leben und seine Werke.* Regensburg 1912. — (cfr. *Etudes Franc.* t. 25, 1911, p. 318-22; *Franziskan. Studien*, 1915, p. 122).
WESTERMAYER GEORG, *P. Procopius v. Templin, Prediger und Dichter.* München 1877 « *Histor.-pol. Blätter* » Bd. 79 , Heft 3-4.
WIESER SEBASTIAN, *P. Prokopius v. Templin ein deutscher Paulus im 17. Jahrhundert.* München-Gladbach 1916.

Procura Missionum in Gallia. — Cum administrationes praecipuorum *Operum* seu *Associationum* ad Missiones adiuvandas sitae essent in Gallia, Superiores Ordinis officium *Procuratoris temporalis* nostrarum Missionum Lugduni (Lyon) constituerunt. Ab an. 1865 per quindecim annos munere Vice-Procuratoris functus est P. Bruno a Vinay, postea ad idem officium an. 1880 electus est ab ipsa S. Congr. de Prop. Fide P. Moyses ab Orléans. Peculiare *Statutum* pro Procura edidit Definitorium Generale die 30 maii 1888.

Cum autem pium *Opus Propagationis Fidei*, in novam formam redactum, e Gallia Romam fuit translatum apud S. Congr. de Prop. Fide (1922), Minister Gen. die 2 dec. 1925 Procuram temporalem Missionum abolevit.

Bibliographia

THÉOTIME, *Les Capucins de Lyon*, p. 132-151: La Procure des Missions.
ANALECTA CAP. 4 (1888) 210-13, *Statutum* pro Miss. Procura in Gallia; 9 (1893) 344, *Monitum* ad Superiores Missionum circa annuam relationem pro subsidiis obtinendis; 20 (1904) 106, *Normae* pro subsidiis; 42 (1926), 19, *Decretum* abolitionis.
ANNALES FRANC. (Paris), t. 18 (1892-94), p. 692-95: *Bénédiction de la Procure des Missions à Lyon.*

Procurator Generalis. — Est veluti delegatus Ordinis apud Curiam Romanam. Ideoque eius officium est Ordinis negotia, generalia et particularia, apud Sanctam Sedem pertractare et expedire, cum consensu tamen Ministri Generalis et Definitorii in iis quae Ordinem universum vel totam Provinciam respiciunt. Quoties Minister Generalis quacumque de causa ab Urbe discedat, Procurator *Commissarii Generalis* munere fungitur, et una cum Definitorio negotia Ordinis agit et expedit. Vacante quacumque de causa officio Ministri Generalis, Procurator Generalis eidem succedit tamquam *Vicarius Generalis* (cfr. Const. nn. 164-171).

Usque ad an. 1558 munere Procuratoris fungebatur Guardianus conventus romani; ab an. 1558 Procurator assumi potuit a Ministro Generali ex qualibet Provincia; ab an. 1567 eligi coepit non tantum a Ministro Generali sed a Ministro Generali et Definitorio Generali per scrutinium secretum; ab an. 1625 eligitur ab universo Capitulo Generali. Anno 1909 statutum est Procuratorem semper esse eligendum de gremio Definitorii. Iuxta hodiernas Constitutiones Ordinis, an. 1925 denuo approbatas, Procurator vi muneris est primus Definitor Generalis. Quoad officii durationem, ante an. 1608, Procurator eligebatur tertio quoque anno; ab a. 1608 in munere permanet idem tempus ac Minister Generalis.

Ex anno 1725 Procurator Generalis iure gaudet participandi Cappellae Pontificiae.

SERIES CHRONOLOGICA PROCURATORUM

additis illorum nominibus qui ob mortem Procuratoris vel aliis de causis, in eodem officio ad tempus suffecti sunt.

1538. Bernardinus ab Asti.
1541. Idem (2 vice)
1543. Idem (3 vice)
1346. Laurentius a Rieti.
1549. Petrus a Cittaducale.
1552. Bernardinus ab Asti (4 v.)
1555. Thomas a Città di Castello.
1558. Evangelista a Cannobio.
1561. Idem (2 vice)
eodem anno, *Eusebius ab Ancona.*
1564. Eusebius ab Ancona.
1567. Bonaventura a Reggio Calabria.
1570. Hieronymus a Pistoia.
eodem anno, *Franc. a Spoleto.*
1573. Thomas a Città di Castello (2 v.)
1575. Ioannes Maria a Tusa.
1578. Idem (2 vice)
1581. Franciscus a Milano,
1583. Silvester a Rossano.
1584. Hieronymus a Polizzi.
1587. Christophorus ab Assisi.
1590. Bonaventura a Montereale.
1593. Christophorus ab Assisi (2 v.).
1596. Hieronymus a Castelferretti.
1599. Anselmus a Monopoli.
1602. Idem (2 vice).
1605. Hieronymus a Castelferretti (2 v.)
1608. Michaëlangelus a Rimini.
1613. Clemens a Noto.
1618. Hieronymus a Castelferretti (3 v.)
1625. Franciscus a Genova.
1633. Idem (2 vice)
1637. Felicianus a Piacenza.
1643. Simplicianus a Milano.
1650. Marcus Ant. a Carpenedolo.
1656. Idem (2 vice)
1662. Fortunatus a Cadore.
1667. Bonaventura a Recanati.
1671. Idem (2 vice).
1678. Ioannes Bapt. a Sabbio.
1685. Bonaventura a Recanati.
1688. Franciscus a Perugia.
1691. Franciscus a Perugia.
1696. Ioann. Bapt. a Sabbio.
1698. Franciscus M. Casini ab Arezzo.
1699. Bernardinus a Saluzzo.
1702. Bernardinus a Saluzzo.
1709. Ioannes Ant., a Firenze.
1712. Idem (2 vice).
1719. Bernardinus a S. Angeló in Vado.
1721. Petrus M. a Lucca.
1726. Bernardinus a S. Ang. in V. (2 v.).
1733. Petrus Maria a Lucca.
1740. Sigismundus a Ferrara.
1747. Ludovicus a Torino.
1754. Amatus a Lamballe.
1761. Hieronymus M. a Caltanissetta.
1768. Erhardus a Radkersburg.
1775. Ioannes Ant. a Firenze.
1780. Hugo a Paris.
1782. Angelus Ios. a La Batîe.
1789. Tiburtius a Jussey.
1796. Angelicus a Porto di Fermo.
1806. Marianus ab Alatri.
1814. Isaias a Genova.
1819. Aloisius a Caltanissetta.
1824. Philippus a Szumowo.
1825. Zacharias a Sicignano.
1830. *Matriti*: Cyprianus a Palencia.
1830. *Romae*: Clemens a Civitella.
1833. Cherubinus a Mormanno.
1836. Eugenius a Rumilly.
1838. Aloisius a Bagnaia.
1843. Andreas ab Arezzo.
1844. Andreas ab Arezzo .
1845. Venantius a Torino.
1847. Felix a Lipari.
1853. Laurentius a Brisighella.
1855. Alphonsus a Rumilly.
1859. Aloisius a Ploaghe.
1868. Iosephus M. a Salemi.
1872. Laurentius ab Aosta.
eod. an., *Andreas a Venezia.*
1878. Exuperius a Prats-de-Mollo.
eod. an., *Bruno a Vinay.*
1884. Bruno a Vinay.
1896. Iucundus a Montone.
1907. Angelus M. a Villava.
1908. Venantius a Lisle-en-Rigault.
1914. Ios. Ant. a S. Giov. in Persiceto.
1920. Melchior a Benisa.
1926. Gregorius a Breno.
1932. Lazarus a Narbonne.
1938. Leonardus a Mercato Saraceno.
1942. Agathangelus a Langasco.
1946. Agathangelus a Langasco.

Bibliographia

BULLAR. CAP., cfr. Indices vol. I, p. 242; VII, p. 493; X, p. 798.

VENANTIUS, *Monum. ad Constit. O. Cap.*, p. 453, 458 ss.

BOVERIO, *Annales*, I, 653 s. (a. 1567).

BASILIO DE RUBÍ, *Estudio hist.-jurid. de la Bula « Inter graviores » 1804.* (Barcelona 1943), p. 107-111, *El Procurador gen. de capuchinos.*

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, I, 135 149-150; II, 125-128.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 56E, 77 B-1. — 6 (1890) p. 69 n. 3, de officio Proc. Gen. — 12 (1896) p. 150-156, Series Proc. et notae variae.

Procurator Missionum Ordinis. — Anno 1858 die 24 maii, D. Anastasius Hartmann, Vicarius Apost., libellum S. Congr. Prop. Fidei protulit ut *Procuratio Missionum* seiungeretur a Procura Generali Ordinis. Hac instantia praeventa S. Congregatio, die 12 aug. 1858, decretum edit quo Procuratio Missionum *peculiari Procuratori* committebatur eiusque residentia erat in Collegio S. Fidelis in Urbe.

Series Procuratorum Missionum

1858 Anastasius Hartmann, Vic. Apost.
1859 Fabianus a Scandiano.
1869 Petrus a Settingiano.
1870 Rochus a Cesinale, *ad interim.*
1872 Innocentius ab Apiro.

Decreto S. Congr. Prop. Fidei sub die 20 dec. 1884 Procurator Missionum suppressus fuit eiusque officium commissum peculiari *Secretario Missionum* sub immediata dependentia a Ministro Gen. Ordinis.

Bibliographia

BULLAR CAP., X, 366 ,480, 541, 631-33.
BULLARII CAP. REGESTUM, num. 3889 nota 1.
EDUARDUS, *Collegium S. Fidelis*, p. XIV (Series Proc.), p. 41 ss. (Notitiae).
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 271, 275 s.
ANALECTA CAP. I, (1885) p. 41 s. de abolitione Procuratoris Missionum.

Professio religiosa — In Ordine nostro Professio religiosa regitur iure communi et quae Constitutiones gener. praescribunt (nn. 24-33) de liceitate et validitate professionis tum simplicis cum sollemnis omnino concordant cum Codice J. C. — Ordini nostro propriae sunt tantummodo monitiones quaedam de *renovatione professionis* praesertim in sextis feriis necnon in solemnitatibus Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschatis, S. P. N. Francisci et B. M. V. Immaculatae.

BULLAR. CAP., cf. Ind. t. II, 473; t. VI, 571; t. X, 798.
VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, cf. Ind.
ANALECTA CAP., cfr. *Index gener.* voll. 1-50 (1885-1934), p. 171.

Professorium, v. *Seminarium neoprofessorum.*

Propagandae Fidei *Congregatio* et *Collegium Urbanum.*

I. CONGR. DE PROP. FIDE. — Primus, inter Capuccinos, qui cogitavit de instituenda Congregatione pro fidei dilatatione inter infideles fuisse videtur insignis missionarius *Cherubinus a Maurienne*, qui suum consilium aperuit Clementi VIII an. 1599. Quod tunc fieri non potuit, possibile fuit sedente Gregorio XV, qui, motus praesertim efficaci consilio nostri sodalis *Hieronymi a Narni*, Concionatoris Apostolici, erexit Congregationem de Prop. Fide an. 1622.

Eodem item anno, die 24 aprilis, *S. Fidelis a Sigmaringa*, ex Ord. Cap., praefatae Congregationis *protomartyr* occubuit in Helvetia. Anno vero 1638 sanguinis purpura novam Congregationem iterum decorarunt in Aethiopia martyres capuccini *BB. Agathangelus a Vendôme et Cassianus a Nantes.*

Eiusdem Congregationis *Praefectus* exstitit ab an. 1632 ad an. 1643 card. *Antonius Barberini*, ex Ordine Capuccinorum, qui eandem Congregationem haeredem constituit omnium bonorum suorum.

II. COLLEGIUM URBANUM DE PROP. FIDE in Urbe (olim in *Piazza di Spagna*, hodie in *Gianicolo*). Vetus Collegium fundavit Urbanus VIII an. 1627. Collegii insignis benefactor et protector fuit praefatus card. *Ant. Barberini*, qui etiam propriis sumptibus aedificari iussit adnexam ecclesiam an. 1634. Temporis decursu ecclesia innovationes subiit, et in ea fundatoris *effigies* collocata est cum hac inscriptione: *Fr. Antonio Barberino Tit. S. Honuphrii Presb. Cardinali / Urbani* VIII *P. M. Germano Fratri / Maiori Poenitentiario S.R.E. Bibliothecario / Ne Aedis ab eo hoc ipso in loco / A fundamentis extructae / Et liberaliter ornatae / Aliam ob novam Collegii formam superinducta / Memoria periret / S. Congregatio haeres ex asse / Grati animi monumentum P. / A. D. MDCLXIX.*

Alius illustris Capuccinus, Barberini aemulator, fuit Card. *Franciscus Casini* († 1719), qui eidem Congregationi munimina praestitit.

Bibliographia

BULLAR. CAP., VII, 97 ss.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 63-67 (a. 1634).
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 39-45.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 266-69.
ANALECTA CAP., cfr. Index Gener. voll. 1-50 (1884-1934), p. 110 s.
ITALIA FRANCESC. 2 (1927) p. 255-261, *Collegio Urbaniano di « Propaganda Fide »*. (Felice da Porretta).

Prosper a Martigné, familia *Meslin*, Prov. Parisiensis Lector, Magister Novitiorum ac plurics Definitor et Moderator. — Natus a. 1843, habitum seraphicum sumpsit a. 1863 et vita cessit d. 30 decem. 1901. Spiritum sibi aliisque omnino franciscalem zelavit. Tertium Ordinem diffundendum dedit operam eiusque socialem utilitatem vel in publicis Congressibus illustravit. Pro iuvenibus etiam edocendis quibuscumque in artibus *Scholas* peculiares promovit. — Praeter opuscula de T. O. F. et de re ascetica, opus edidit egregium quod inscribitur: *La Scolastique et les Traditions franciscaines* (Paris 1888), in italicum idioma versum a P. Aloisio a Piedilama, O. F. M. et Assisii editum an. 1887 et 1889.

CÉSAIRE DE TOURS, *Notice biographique sur le P. Prosper de M.*, Paris 1902.
ANALECTA CAP. 18 (1902) p. 157, necrol.
ANNALES FRANC. t. 26 (1902) p. 112, 160, 217.

Prossnitz vide *Prostějow*

Prost T., vide *Tiburtius a Jussey*

Prostejov, Prossnitz (*Prostana*) in Moravia. — Fratres veteris prov. Bohemiae, ibi Hospitium obtinuerunt a. 1756, a quo expulsi sunt a. 1781 imperante Iosepho II.

BULLAR. CAP., IV, 378.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 798.

Protasius a Besançon (in saeculo: *Claudius Rately*), alumnus prov. Lugdunensis. — Antequam habitum nostrum induerat bonum nomen in arte pictorica sibi acquisierat, et a coaevis cognomen habuit « *Apellem* ». Natus est a. circiter 1600 et obiit in civitate *Salins* a. 1653. Inter eius opera ex argumentis religiosis desumpta notatur « *Vierge aux Saints* » (1636), quod servatur in ecclesia S. Magdalenae in eius civitate natali (Besançon).

BÉNÉZIT E., *Dictionnaire des Peintres* etc., III, 573, ad v. *Rately*.
CANSTAN AUGUSTE, *Le Peintre Claude Rately, en religion fr. Prothase de Besançon, de l'Ordre des Capucins et sa « Vierge aux Saints » datée de* 1636. Besançon, 1889. cfr. « Miscell. Franc. » 1889 p. 160.

Protasius et Carolus Franc. ab Orléans, germani fratres, alumni prov. Parisiensis; missionarii in Mesopotamia et in Aegypto superiori (saec. XVII). — *Relationem* itineris eorum ipse Protasius conscripsit.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 272, 391, 393..
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 4.
STREIT, *Bibl. Missionum*, I, nn. 643, 715, 732.
STUDI FRANC. (Firenze), a. 1927, p. 349-387: Caraci Gius.: *Un francescano* [*Capuccino*] *francese nell'Alto Egitto nella seconda metà del sec.* XVII.

Protector Ordinis, v. *Cardinales Protectores*

Provence in Gallia,
vide *Sancti Ludovici Prov. antiqua*.

Providence, Rhode Island, in Stat. Foeder. Amer. Sept. — Fratres *prov. Anglicae*, qui in hac urbe apostolatum exercent, inter annos 1926-1938 privatas domus tenuerunt, at hoc postremo anno novum monasterium ingressi sunt.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 12 tab. XXI.
ANALECTA CAP., 43 (1927) p. 47; 64 (1948) p. 10, Novitiatus ad tempus a. 1943-45.
FRANCISC. ANNALS (London) a. 1938, p. 301.

Provinciae Provincia (*Provence* in Gallia) vide *Sancti Ludovici* provincia antiqua.

Provinciae Ord. Cap. — Provincia religiosa appellatur illa *circumscriptio geographica* seu *regio*, in qua aliqua coenobia sub moderamine unius superioris sita sunt. Ut plurimum provincia ab urbe capite regionis nomen sumit v. g. Romana, Neapolitana, Parisiensis; quandoque ab ipsa civili denominatione regionis v. g. Sabaudiae, Picena, Umbriae.

Primis temporibus omnia et singula fratrum habitacula sub arbitrio erant P. Ludovici a Fossombrone, qui pro lubitu suo ad illa moderanda *Commissarios* seligebat. Ex antiquioribus provinciis sunt Picena, Romana, S. Francisci seu Umbra, Neapolitana et Tusciensis, quae erectae sunt in comitiis generalibus anni 1535-36. Eodem fere tempore constitutae sunt provinciae Calabriae, Siciliae et Bononiensis.

Tam provinciarum *erectio* quam earum subsequentes *divisiones, delimitationes* etc. primum eveniebant decreto Capituli generalis; anno autem 1567 in medium prolata est bulla Nicolai IV, qua statutum fuerat omnes illos actus absque specialis licentia Sedis Apostolicae fieri non posse; quocirca exinde facultas etiam Apostolica impetrari coepit per Card. Protectorem. Gregorius vero XIII an. 1574 Fratribus Capuccinis facultatem tribuit *custodias* et *provincias* fundandi etiam extra Italiam. Attamen ad abusus quosdam praecavendos Capitulum gen. an. 1613 statuit ut provinciae novae non reciperentur nisi prius propositae essent et acceptatae secretis suffragiis a vocalibus Capituli Generalis.

Ad aliquam provinciam constituendam in Ordinis primordiis non requirebatur certus numerus fratrum et coenobiorum; at temporibus originis transactis, cum fundamenta Ordinis in aliqua nova regione iacebantur, non illico nova provincia iam constituebatur, sed *Custodia* a provincia aliquomodo dependens aut perfecte sui iuris, vel *Commissariatus generalis*. Magis aucto religiosorum numero et coenobiorum, commissariatus in *provinciam* erigebatur. Ut aliquis commissariatus in *provinciam* erigeretur Capit. gen. an. 1637 requiri decrevit ut saltem constaret viginti conventibus.

Ordinis vitalitas in tantum fratrum ac coenobiorum excrevit numerum usque ad saec. XVIII ut provincias admodum multiplicare opus fuerit. Anno 1761 Ordo numerabat 64 provincias cum 1730 domibus et 34000 relig. (cfr. STATISTICA). Exinde vero, suppressionum et eversionum civilium causa, numerus religiosorum, coenobiorum et provinciarum valde imminutus fuit.

Cum sine sufficienti fratrum numero difficile esset seligere pro omnibus officiis provinciae religiosos idoneos, an. 1909 statutum est ut nullum territorium declararetur *provincia* nisi triginta saltem ibi essent sacerdotes, qui concionandi facultatem a Min. Gen. obtinuissent. Immo vi art. 130 Constitutionum an. 1925 numerus 50 sacerdotum, qui studiorum curriculum expleverint, adesse debent in prov.

constituenda. Circumscriptiones, quae ob minorem fratrum et locorum numerum vel alias circumstantias provinciae nomine ac dignitate non gaudent, *Custodiae* vel *Commissariatus* nomen habent (vide sub respectivis vocibus).

Raheny (Dublin) in Prov. Hiberniae. — Hospitium fratres nostri in hoc loco habuerunt an. 1946. Sacellum dicatum est Immaculato Cordi B. M. Virginis. (*Miss. Archivi Gener.*)

Rajaburi in regno *Siam* (Asia meridion.) — Anno 1936 sex moniales Capuccinae monasterii Florentini in loco vulgo *Montughi* se contulerunt in *Praefecturam Apost.* (nunc Vicariatum) de *Rajaburi*, concreditam PP. Societatis Salesianae, ut ibi Capuccinarum monasterium fundarent.

SQUILLA SERAFICO-MARIANA (Lucca), an. 1936, p. 149-50: *Le Cappuccine toscane nel Siam*
Cf. COLLECTAN. FRANC. 1941, p. 659 n. 333.

Raiano (*Radianum*) in Prov. Aprutina. — Ab a. 1642 usque ad suppressionem civilem a. 1866, ibi exstitit Conventus cum ecclesia S. Andreae Apost. dicata.

BULLAR. CAP., III, 209, 326.
FILIPPO, *I Capp. degli Abruzzi*, p. 26.

Rainerius, vide *Raynerius*

Rajpootana in Indiis Or., vide *Ajmer*

Rallier, Jablier, vide *Franciscus M. a Paris*

Ramacca, in Prov. Syracusana. — Conventus ibi perstitit ab a. 1746 ad a. 1866 in quo supprimitur a Gubernio civili. Ecclesia dicata erat B. M. Virgini Perdolenti.

SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa* p. 299.

Rambervillers (*Ragneberti Villa*) in Prov. Strasburgensi. — Ab a. 1621 usque ad civilem eversionem an. 1790. fratres antiquae Prov. Lotharingiae hic morati sunt apud ecclesiam S. Mariae Angelorum.

BULLAR. CAP., V, 403.
SILV. MEDIOL., *Annales*, I, 245.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 294.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 17, 29, 169.
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 293.
ÉTUDES FRANC. 43 (1931) p. 78.

Rametta, vide *Rometta*

Randazzo (*Randatium*) in Prov. Messanensi. — Conventus ibi exstat ab a. 1544, cum ecclesia Transfigurationi D. N. I. Christi dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 26 tab. XI.
BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. LIV.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 316.

Raphael ab Aire-sur-la-Lys (*Jomin*), alumnus prov. Belgicae, concionator clarus. Ortus a. 1823, iam sacerdotio insignitus habitum nostrum sumpsit a. 1856, et vita excessit die 23 apr. 1896.

[SERAPHIN DE HAVELANGE], *Le P. Raphaël d'Aire, capucin de la Prov. Belge.* Tamines 1913, pp. 159.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 288.
THE MESSENGER (Calvary Prov.) '949 p. 211 ss. 1950, p. 165-168.

Raphael a Bologna (domo *Cataldi*) Prov. Genuensis alumnus. — Ortus est a. 1813 et habitum seraphicum suscepit a. 1833. Ante professionem religiosam suo sumptu per varias civitates Liguriae, in quibus maxime pueri plebis rudimentis scientiae et virtutis indigebant, peculiares *scholas* aperuit, quae eius nomine « *Cataldi* » cohonestatae exstant grati animi in eum memores. — Sacerdotio auctus (1836) et studiorum curriculo expleto, in Lugdunensem Provinciam aliis comitatus fratribus missus est Ordinem nostrum in Gallia instaurandum. Tribus post annis valetudinis causa in suam rediit Provinciam et consilio medicorum Placentiam ivit, ubi post duos annos, die 15 sept. 1843 sancte obiit. — Eius Epistularum liber a P. Franc. Xav. Molfino in lucem vulgatus est (Lavagna, 1908).

MOLFINO, *Capp. Genovesi*, I, 252-65, 325.
THÉOTIME, *Les Cap. de Lyon*, p. 18 ss.
FRANCESCO SAV. DA S. LORENZO DELLA COSTA — *Il P. Raffaele Cataldi cappuccino*, Lavagna, 1908.

Raphael a Dieppe, antiquae Prov. Normandiae alumnus. — Anno circ. 1588 natus est. In haereticos prius strenue apud Gallos pugnavit, postea a. 1636 in *insulam S. Christophori* (Antillae minores in America centr.) ut Superior et missionarius mittitur. Sunt qui censeant ibi eum anno sequenti (1637) obiisse; quidam autem putant eum a civili gubernio a. 1646 expulsum, in regionem Canadensem se secessisse ibique a. 1648 mortuum esse. — Antequam profectus est in missiones, opus magni pretii et ad impellendam haeresim perutile scripserat, quod sic inscribitur: « *Méthode très facile pour convaincre toutes sortes d'hérétiques, mais particulièrement les modernes* » prius an. 1640 (Rouen) impressum, iterum atque iterum paruit. In germanicum idioma versum, prodiit Lincii a. 1738.

PELLEGRINO, *Annali*, I, 230-232.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 678, 684.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 220.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 2.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, III, 32.
HURTER, *Nomenclator*, III, 991.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL. XIII. 1659-61.
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 216; 28 (1912) p. 29 s.

Raphael a Figline Valdarno vide *Bernacchioni R.*, episc.

Raphael a Fossombrone, Prov. Picenae, primus frater laicus Ordinis nostri Capuccinorum. — Gente *Tenaglia* ortus, prius germanum fratrem *P. Ludovicum* inter FF. Minores Observantes sequutus est, inde cum eo inter nostros venit, eumque valde iuvit in firmando novo reformationis nostrae instituto. P. Ludovicus nostram deseruit Congregationem a. 1535 at Fr. Raphael in Provincia romana cum secessisset, sancte obiit ut vixerat in urbe *Tivoli* a. 1539.

BOVERIO, *Annales*, I, 57 n. 18.
MONUM. HIST. O. CAP., t. I-II, cf. Ind.
EDUARDUS, *De primordiis Cap.* (v. Ind.)
LONDEI G., *Rivolta Serafica* (Fossombrone 1930), p. 91-124.
MELCHIOR, *Historia Cap.*, vol. I, cf. Ind.
ANALECTA CAP. 25 (1909) p. 249-52: *De commoratione Ludov. et Raph. a Foro Sempronii apud Camaldulenses.*

Raphael a Le Mans, Prov. Parisiensis. An. 1629 missionarius ivit in Persiam dein in alias regiones orientales, ut Syriam, Mesopotamiam, etc. — Ab Arabis magni existimatus quod artibus medicinae, scientia matheseos et illarum regionum linguis polleret et per triginta annos a secretis interpres et docens in regia aula Persarum fuit. Quo obierit anno nescitur, sed floruisse adhuc a. 1674 videtur.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 244-46, 301.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, VI, 504 Ind.
IDEM, *Manuale hist.*, p. 76, 144.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 290.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* III, 32.
COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 324, 328 s., 339 s., 347 (de studiis P. Raph.).

Raphael a Roma, pictor, eiusdem Romanae Prov. alumnus. — Domo *Minossi* natus a. 1732 Ordinem Capuccinorum amplexatus est an. 1759, obiitque in Urbe a. 1805. — Plures picturas duxit alicuius notae aestimata. Opus eius princeps est « *Maria Virgo Annuntiata* » in ecclesia S. Nicolai a Tolentino Romae. Alia opera sunt in Urbe in ecclesia S. Mariae de Victoria (*S. Maria Magdal.* et *S. Andreas*) et in nostro coenobio. Nonnulla quoque lineamenta et incisiones virorum illustrium Ord. Capucc. habentur in nostro *Museo francescano.*

ITALIA FRANC. 1 (1926) p. 147-60 (Notitiae biogr. ab Amadore Porcella conscriptae).

Raphael a S. Elia a Pianisi, prov. Fodiensis alumnus. — Ortus e familia *Petruccelli* die 14 dec. 1816; habitu seraphico indutus an. 1834. Vitae sanctimonia maxime enituit, qua moderator spiritus plurimarum animarum et magister novitiorum. Cum sanctitatis fama decessit in patrio coenobio die 6 ianuarii 1901. Processus ordinarius dioecesanus pro eius beatificatione coeptus est an. 1950.

ANACLETO DA CORTONA, *Elogio funebre*, Firenze 1901.
AURELIO DA S. ELIA A PIANISI, *Ignorato. Vita del P. Raffaele da S. Elia.* Firenze 1942.
EMILIO DA MATRICE, *Piccola vita del P. Raffaele da S. Elia.* Firenze 1942, pp. 84.
L'AMICO DEL TERZIARIO, a. 1936, p. 105, traslazione delle ossa. — a. 1942, p. 73 ss. — a. 1943, p. 24 ss. biografia.

Raphael a Valfenera, prov. Pedemontanae alumnus, natus an. 1881, habitu seraphico indutus an. 1898. Minister provincialis eligitur an. 1911, dein per annos 34, nempe ab a. 1914 ad a. 1948, officium *Postulatoris Generalis* sustinuit. Insuper die 1 iulii 1921, loco P. Eugenii a Pontremoli defuncti, in Definitorem Gener. delectus est usque ad proximum Capitulum an. 1926.

FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 324.
ANALECTA CAP. 37 (1921) p. 200, Def. Gen. 54 (1938) p. 222, Postul. Gen. — 64 (1948) p. 84 (Munus Post. G. remittit).

Raphael a Warszawa, domo *Mazurkiewicz*, alumnus prov. Varsaviensis. — Natus an. 1846, Ordinem ingressus a. 1861 et sacerdotio auctus a. 1869. Vir fuit strictae observantiae et per annos 55 indefessus operarius apostolicus, praesertim in excipiendis fidelium confessionibus. Plurimos insuper edidit *libros asceticos* longe lateque per totam Poloniam diffusos; hos inter adnumerantur vitae sanctorum Francisci, Clarae, Rosae a Viterbo etc. tractatus de SS. Corde Iesu, de Rosario B. Virginis etc. — Obiit in conv. *Nowe Miasto* die 25 apr. 1925.

ANALECTA CAP. 41 (1925) 213-14, necrol.
RODZINA SERAFICKA (Warszawa), an. 1911, p. 557-59; an. 1921, p. 60; an. 1925, p. 172-74

Raphael de Vélez, vide *Vélez R.* archiep.

Raphiensis *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo decoratus est a. 1936 noster missionarius Ernestus JOYE a Montagny-la-Ville.

Rapperswil (*Rapperswila*) in Prov. Helvetica. — Fratres nostri a. 1602 vocati sunt huc qui Conventum intra muros in ripa lacus exstruxerunt cum ecclesia B. M. Virgini Elisabeth visitanti dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP., IV, 364.
CHRONICA PROV. HELVET. (v. Index p. 789).
SCHWEIZER. KAPUZ. FESTSCHRIFT (1928) cfr. Ind.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 59-61

Rappoltsweiler, vide *Dusenbach*

Rately (Claudius), v. *Protasius a Besançon*

Ratiarensis *sedes titularis archiepiscopalis.* Ad hanc sedem titul. translatus est an. 1936 Anselmus *Kenealy* ab Abersychan, O. Cap., olim archiep. Simlensis († 1943).

Ratisbona, vide *Regensburg*

Raudnitz, vide *Roudnice*

Ravello (Dioecesis), vide *Scala-Ravello*

Ravengiersburg i. Hunsrück, in prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus a. 1760 aedificatus fuit et abrogatus a civili potestate primis annis saec. XIX.
KILIAN, *Aufhebung d. Nothgottes*, p. 93.

Ravenna, in Prov. Bononiensi. — An. 1567 fratres nostri hospitio recepti sunt in nosocomio S. Ioan. Bapt.; anno vero 1570 Conventus exstructus est apud Cathedralem, cum ecclesia S. Mariae Angelorum dicata. — Post suppressionem a. 1866, fratres moram duxerunt apud varias domos; at a. 1891 novus Conv. construi coeptus est cum ecclesia eodem titulo decorata, scilicet S. Maria Angelorum.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. VI.
BULLAR. CAP., II, 249, 439; X, 308.
FABRI G., *Le sagre memorie di Ravenna antica* (1664) p. 234.
ANALECTA CAP. 2 (1886) p. 286 (de nonnullis Capucc. illustr. Ravennatibus).
ANNALI FRANC. (Milano) a. 1891, p. 729; an. 1895, p. 86 (notitiae de novo Conv.).

— Monasterium *monialium Capuccinarum* ibi exstat ab a. 1675, fuitque conditum a Matre Clara Pascoli.
BULLAR. CAP., II, 243, 441.
COSTANTE DA GRANAGLIONE, *Suora Chiara Pascoli*, Bagnocavallo, 1935.
BOLLETTINO STOR. BIBL. FRANC., VI, 1934, pp. 109-113.

Ravensburg, in prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus, quem fratres prov. Helveticae habuerunt a. 1626, stetit usque ad suppressionem Religiosorum factam primis annis saec. XIX.
BULLAR. CAP. IV, 366.
SILVEST. MEDIOL. *Annales*, p. 492.
CHRONICA PROV. HELVET. p. 789 (Ind.)
ROMUALDUS, *Prov. Anter. Austr.*, p. 159 ss.
PETRUS FRANC. *Suevia eccles.*, p. 700 s.
PETER BAPT. ZIERLER, O. Cap., *Das Kapuzinerkloster in Ravensburg*. Ib. 1910.
COLLECTAN. FRANC., 1942 p. 143 n. 395 (Not. bibl.).

Rayhalbutum, vide *Regalbuto*

Raymundos Timotheus a Tinos in Graecia, *episc.*, alumnus prov. Parisiensis. — Natus die 29 ianuarii 1890; Ordinem amplexus in prov. Parisiensi die 15 aug. 1908. Romae studiis in Instituto Orientali incubuit ac postea Constantinopoli per multos annos munere professoris in nostro Seminario pro clero orientali functus est, donec die 12 ian. 1932 ad sedem cathedralem *Sanctoriensem* in insula graeca de « Santorino » promotus est. Die vero 5 maii 1945, cum se munere abdicasset, ad sedem titularem *Chariopolitanam* translatus est.
ANALECTA CAP. 48 (1932) p. 54, el. episc.

Raymundus a Figuerola, frater laicus prov. Catalauniae. — Missionarius in Venezuela et in insula Trinitatis, ubi ab Indis sylvicolis occiditur a. 1699.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 27, 30.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 735 s.
MATEO DE ANGUJANO, *Misión apostólica en la isla de la Trinidad.., y relación de el martirio de los PP... Raymundo de Figuerola.* (Madrid 1702).
APOSTOLADO FRANC. (Barcelona), 1943 p. 174 s.

Raymundus ab Huesca, antiquae Prov. Aragoniae Lector, Concionator ac Definitor. — Natus est a. 1739 e familia *Perez*, habitum religiosum induit a. 1755 et vita cessit saec. XIX iam incoepto. — Opus P. Lamberti a Zaragoza cui titulus: « *Teatro historico de las Iglesias de Aragón* » cuius tantum 4 volumina ediderat ipse prosequutus est sequentibus voll. V-IX; volumina vero X-XI (Iglesias de *Tarazona, Teruel y Albarracin*) inedita manserunt.
ILDEFONSO, *La Orden Cap. en Aragón*, p. 386-89.
HURTER, *Nomenclator*, V, 432.
LATASSA, *Bibliot. de Escritores Aragoneses*, II (1884) p. 32.
ENCICLOPEDIA UNIV. (Espasa) t. 28, p. 580.

Raynerius (Ven.) a Sansepolcro, seu a Borgo S. Sepolcro (Biturgia) Prov. Umbriae alumnus. — *Sfaldelli* familia natus a. 1511, habitum seraphicum inter laicos in Ordine FF. Capuccinorum sumpsit aetate viginti annorum. Vitam vere seraphicam duxit, et in Iesum Infantem magno aestuavit cordis affectu. Miris signis a Deo ornatus, cum sanctitatis fama decessit Tuderti (Todi) die 25 augusti 1589. — Causa eius beatificationis introducta est ab Urbano VIII a. 1644 eiusque ossa, variis vicissitudinibus iam subiecta, tandem a. 1919 in nostram novam ecclesiam S. Cordis translata sunt.
MONUM. HIST. O. CAP., III, V, VI, cf. Ind.
BOVERIO, *Annales*, II, 395-426.
FLORES SERAPHICI, II, 640-667, cum figura.
BULLAR. CAP., I, 97; VII, 351; X 348, 358.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 262-75.
LEGGENDARIO FRANCESCANO, VIII, 345.
CONSTANT, *Légende dorée*, p. 1-16.
ANTONINO, *Mem. Prov. Serafica* p. 225.
COMPENDIO *d. vita del ven. Raniero da Borgo S. Sep.*, Roma, 1655.
FRANCESCO DA VICENZA, *Cenni biografici d. ven. Ran. da S. Sep.* — Foligno 1933.
ANALECTA CAP. 29 (1913) p. 59. — 35 (1919) p. 148. — 36 (1920) p. 123 (transl. exuv.). — 61 (1945) p. 63 (Status Causae beatif.).
COLLECT. FRANC. 11 (1941) p. 74.

Ré (Ile de), vide *Saint-Martin-de-Ré*

Re Bernardinus a Favara, *episc.*, alumnus prov. Panormitanae; natus die 25 oct. 1883; habitu seraphico inter Capuccinos indutus a. 1901; sacerdos consecratus a. 1907 atque lauream philosophiae in Universitate Gregoriana in Urbe consecutus a. 1912. Ministri

munere suae provinciae functus est an. 1925-1928; dein a Pio XI, die 21 apr. 1928, creatus est Episcopus ecclesiae *Liparensis* quae est Insula prope Siciliam.

ANALECTA CAP. 44 (1928) p. 138, episc..
FIAMMA SERAFICA (Palermo), 1928, Supplemento al fasc. di giugno, *Omaggio a Monsignor Bernardino Re.*

Realp, in Prov. Helvetica. — Fratres nostri ab an. 1735 hic tenent locum. Novam ecclesiam aedificarunt a. 1881, titulo S. Crucis, quae anno sequenti ad gradum paroeciae elata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP., IV, 55-59.
CHRONICA PROV. HELVETICAE, p. 372, 476, 655.
SCHWEIZER. KAP. FESTSCHRIFT (1928) cf. Ind.
LEOPOLD DURGIAI, O. CAP., *Die Kapuziner im Ursental* (1929) p. 67-86.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 105.

Reams in Helvetia (Missio *Raetiae*). — Apostolatum et curam paroecialem ibi exercuerunt fratres nostri ab a. 1638 ad a. 1727.

CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia* (v. Ind.)
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 445 (Ind.)
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 122.

Reate, vide *Rieti*

Recanati (*Recinetum*) in Prov. Picena. — Prioris Conventus tantum locus scitur ubi constructus erat a. 1557 cum ecclesia S. Bonav. et S. Mauro Ab. dicata. — Alter Conv., in urbe positus (Montemorello), a nobis ceptus est a. 1616, eiusque ecclesia dicata est B. M. Virgini Lauretanae.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 187-88, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Prov.* p. 376.
IDEM, *Iscrizioni d. Prov.* p. 23, 45.
BENEDETTUCCI CLEMENTE, *I Cappuccini in Recanati.* — Recanati, 1929 (Estratto dalla « *Strenna Recanatese* » a. 78 n. 64.
VITA FRANC. (Loreto), an. 1929, p. 88, 95, 103.

— Monasterium *monialium Capuccinarum*, titulo S. Michaël Arch. et S. Clara, conditum est a. 1587 et derelictum est a. 1810.

BULLAR. CAP., II, 438.
LEGGENDARIO CAPP., III, 376-383, Suor Maria Battista Massari † 1672.
GIUS. DA FERMO, *Iscriz. d. Prov.* p. 148.

Recanati Iustus a Camerino, *cardin.*, Prov. Picenae alumnus. — Natus die 9 sept. 1789, seraphicae Capuccinorum familiae adscribitur a. 1803. Nostratibus, vel etiam clero saeculari et in publico Lyceo philosophiam docuit. An. 1843 a Ministro Generali Romam vocatus, Collegio Missionum S. Fidelis praeficitur; anno sequenti (1844) eligitur Definitor Gener. et in Curia romana Consultor plurium SS. Congregat. exstitit. Pius IX, die 13 iulii 1848 episcop. titul. *Tripolitanum* in Lydia et Administr. Apost. dioecesis *Senogalliensis* (Senigallia) eum nominavit; denique d. 7 martii 1853 Cardinalis tituli SS. XII Apostolorum creavit. Suavitate morum et integritate vitae conspicuus, e vita migravit in Urbe die 17 nov. 1861.

BULLAR. CAP., X, 159, 281, 720.
BULLARII CAP. REGESTUM, num. 3729.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, II, 129.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.* p. 269.
EDUARDUS, *Collegium S. Fidelis* (v. Ind.).
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 117.
PER LA ESALTAZIONE *alla S. Porpora del P. Giusto da Recan., festeggiata in Bologna nel* 1853. — Bol. 1853.
FIORGENTILI FRANC. — *Cenni biografici del card. G. Recanati* (sine l.n.a.) 11 pp.

Recife (Pernambuco) in Brasilia - Custodia de *Pernambuco* (Prov. Lucensis). — In ista civitate Capuccini ex Provincia Britanniae (Gallia) ministerium apostolicum inchoarunt an. 1642. Anno 1656 aedificarunt Hospitium prope antiquam Cappellam S. Spiritus, quae Cappella postea B. V. Mariae vulgo *Nossa Senhora da Penha* dedicata est.

Propter dissidias inter Galliam et Lusitaniam (1699) Missionarii ex Gallia coacti sunt Missionem derelinquere et in eorum locum an. 1710 Patres Itali vocati sunt. An. 1725 Recife facta est sedes novae Praefecturae de Pernambuco. Demum loco antiquae Cappellae annis 1870-1892 exstructa est, architecto nostro Fr. Francisco M. a Vicenza, magna ac pulchra ecclesia sub eodem titulo *N. S. da Penha*, quaeque an. 1949 titulo Basilicae minoris insignita est.

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 243 (Ospizio, 1709).
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 316, 335 s.
NOTAS HISTORICAS *da Igreja de Nossa Senhora da Penha.* Recife 1906.
REGULAMENTO *do Collegio Bom Conselho* (Pernambuco), 1886-.. 1897.
CASSIANO DA COMACCHIO, *Relatorio da Colonia Orphanologica S. Izabel.* Recife 1894 ss.
FIDEL M. DE FOGNANO, *Relatorio da Colonia Orphanologica Izabel.* Recife 1876 ss.
MODESTO DE TAUBATÉ, *Os missionarios Capuchinos no Brasil*, p. 45-47 104-107.
ANALECTA ORD. 59 (1943) 12, Novitiatus; 65 (1949) 27, Novitiatus; 66 (1950) p. 40 de titulo Basilicae minoris.
BOLLETT. UFFICIALE PROV. LUCCA, an. 1948, Num. 1, p. 18.
DOM VITAL - *Revista mensal, orgão dos Capuchinos da Penha.* Recife 1937 ss.
STELLA MARIS - *A Nossa S. da Penha* (Annuarium). Recife, 1925-1936.

Recinetum, vide *Recanati*

Redin F., vide *Franciscus a Pamplona*

Regalbuto (*Rayalbutum*) in Prov. Syracusana — Prius coenobium exstructum a. 1585, relictum fuit iussu Ministri Gener. a. 1614. — Alter vero conditum a. 1616 cum ecclesia S. Vito dicata, supprimitur a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa*, p. 119.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 381.

Regensburg (*Ratisbona*) in prov. Bavarica. — Primus Conventus fundatus est an. 1613, ecclesia vero consacrata est an. 1615 in honorem S. Matthiae Apostoli. Anno 1811 Fratres nostri a gubernio Bavariae coacti sunt locum istum derelinquere. — Secundus Conventus pro Seminario Seraphico destinatus fieri coepit an. 1917. Ecclesia anno 1921 consecrata est in honorem S. Fidelis.

BULLAR. CAP., IV, 374.
DE-PISE, *Annales*, p. 2 n. 5 (1613).
CHRONICA BAVARICAE PROV., p. 14.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kapuz.*, cf. Ind.
EMMERAM GLASSCHRÖDER, O. CAP., *Im Dienste des Christkönigs* (Altötting 1930) p. 74 ss. 147.
PROVINZBOTE (Bayern), 1920, p. 25-29; 1923, p. 58-60, *Ungebetene Gäste im alten Regensburger Kapuz. Kloster.*

Reges, Principes, etc. — De habitudine Ordinis nostri Capuccinorum ad Reges, Principes aliosque Nobiles in variis nationibus, nempe: Austria, Gallia, Hispania, Italia, etc., plures notitiae referuntur in opere: MELCHIOR A POBLADURA, *Historia Ord. Min. Capuccinorum*, vol. I, 364-68; vol. II, 13; vol. III, 460-82.

— Alia vide in Lexico sub voce *Diplomatica actio, Praedicatio* (circa concionatores aulicos).

Regeum, vide *Riez*

Reggio Calabria (Provincia Ordinis) vide *Rheginensis Calabriae Provincia.*

Reggio Calabria (*Rhegium Julii*) Prov. Rheginensis locus princeps.

I. Conventus B. M. Virginis a Consolatione longinquior ab urbe et in loco excelso situs construi coepit an. 1532 ubi antea erant cellae a fratribuse eremitis, Recollectis dictis, habitatae. In ecclesia, in ampliorem formam deducta an. 1547, pie et intense colitur simulacrum *B. V. Consolatricis* patronae urbis Post conventuum suppressionem (1866) nostri sodales parvam domum apud castrum incoluerunt cum sacello S. P. Francisco dicato. Anno tandem 1921 nostrates pristinum locum iterum habuerunt.

II. Ab anno 1634 usque ad suppressionem napoleonicam (1810) Capuccini habuerunt in urbe domum et *valetudinarium* cum ecclesia Immaculatae Conceptioni dicata. Nunc est civile nosocomium.

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP. (1929) p. 42 tab. X.
BULLAR. CAP., III, 65, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. di Reggio*, p. 19-22, 24-28, 42, 47-50.
ARCANGELO DA TAORMINA - *Il Santuario di N. S. della Consolazione sopra Reggio. Memorie storiche.* Messina, 1878.
DE LORENZO A. - *Nostra Signora della Consolazione.* Roma, 1902.
IDEM - *L'eremo della Consolazione ed i Cappuccini.* Reggio, 1908.
GIAMBATTISTA DA S. LORENZO *Cenni storici del Sant. della Consolazione.* Roma, 1916.
REMIGIO DA CRÒPANI - *Sprazzi di luce sul Santuario della Consolazione di Reggio Calabria* (1547-1947). Messina, 1947.
TOMMASO DA MONTENERO - *I Cappuccini al Santuario della Consolazione.* Lettera Pastorale. Catanzaro, 1911.
VITRIOLO T. - *Cenni storici di N. Donna della Consolazione.* Napoli, 1840.
BOLLETTINO FRANC. (Reggio Cal.) a. 1922 (Ottobre) usque ad a. 1924 (*Notizie del Conv. della Consolazione e di alcuni religiosi ivi morti*).
ECO S. FRANC., a. 1877, p. 468, 579, 601: *Chiesa e Conv. della SS. Consolazione.*
ITALIA FRANC., 1 (1926) p. 238-59: *Una spina della Corona di N.S.G.C. contesa tra i Cappuccini di Reggio Cal. ed i Teatini di Messina* (Edoardo d'Alençon).

Reggio Emilia (*Regium Lepidi*) in Prov. Parmensi. — Hospitium fratribus nostris locatum est a. 1571 apud ecclesiam S. Salvatoris; anno vero 1574 Conventus eis aedificabatur iuxta moenia urbis, qui postea magis ac magis in ampliorem formam redactus est. Eius ecclesia titulo S. Cruce honoratur.

In hac civitate nostrates munere Capellani funguntur in Nosocomio civili, in Nosocomio dementium et in « Sanatorio ».

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 29 tab. VI.
BULLAR. CAP., II, 255, 441; IX, 200; X, 110.
CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 40-44.
I FRANCESCANI A REGGIO EM., *Numero unico, per il VII Centen. Franc.* a cura di « Frate Francesco » (Parma 1927).
CONVIVIUM VERITATIS (Reggio), dicem. 1942, p. 3-16: *La nuova sistemazione della Chiesa dei Cappuccini.*
FRATE FRANC. (Parma) a. 1925, p. 52, 77; an. 1930, p. 26.
PICCOLO MISSIONARIO FRANC. — *Organo del Collegio di S. Giuseppe da Leonessa.* Reggio, 1929 ss.

— Monasterium Sororum Capuccinarum III Ordinis, in hac urbe a Lucia Ferrari fundatum anno circiter 1638, perstitit usque ad a. 1798, quo fuit abrogatum.

BULLAR. CAP., II, 442.
SACCANI C. G., *I Francescani a Reggio Emilia.* (1921), p. 32.
BOLLETT. FRANC. STOR. BIBLIOGR. 4 (1933) pp. 242-245, 271. — 6 (1934) p. 115-134: *Congregazione delle Stimmate di S. Franc. detta « Le Cappuccine » di Reggio.*

Regiatum, vide *Rezzato*

« Regina Ordinis Minorum ». — Hanc invocationem in *Litaniis B. M .V.*, quae *Lauretanae* dicuntur addi permisit Pius X die 8 sept. 1910. *Officium* autem et *Missa propria*, de B. M. Virgine « Regina Ordinis Mino-

rum », celebrandum die Octava Conceptionis Immaculatae, conceditur triplici Familiae Minoriticae a S. Rit. Congr. die 14 iulii 1949. ANALECTA O. CAP. 26 (1910) 314; 65 (1949) 147-54, *Officium et Missa propria.*

Reginensis Prov. in Calabria, vide *Rheginensis Prov.*

Regiscuria, vide *Königshofen*

Regium Iulii, vide *Reggio Calabria*

Regium Lepidi, vide *Reggio Emilia*

Regula II et III Ordinis, vide *Clarissae, Tertius Ordo*

Regula FF. Minorum. — I. *Protoregula*: Sancti Francisci institutum initium cepit anno 1210 cum primum Seraphicus Pater discipulis suis quandam *vitae formam* brevibus verbis, praesertim evangelicis, conscriptam dedit (Cel. I, 32). Quae vitae forma ab Innocentio III, mense maio vel iunio an. 1210, oretenus approbata est.

II. *Regula Prima*: an. 1219-1220, commorante Seraphico Patre in Oriente, aliqui ministri nonnullas innovationes introduxerunt; ideo Seraphicus Pater in Italiam reversus (mense iunio an. 1220) a Pontifice Cardinalem Hugolinum Protectorem obtinuit, res in pristinum statum restituit et Fr. Caesario a Spira, viro litterato, munus commisit priscam vitae formam simplicibus verbis exaratam novis temporum exigentiis aptandi eamque textibus evangelicis exornandi. Regula sic an. 1221 elaborata 23 capitibus constabat eaque est quae *Regula Prima* nuncupatur pluriesque impressa reperitur (cfr. eam inter « Opuscula S. Francisci » edita an. 1904 Quaracchi). Utile et gratum fore duximus singulorum capitum titulos hic referre:

Regula Iª FF. MM. quam fecit beatus Franciscus, et Dominus Papa Innocentius confirmavit eam sine bulla.

1) *Quod fratres vivant sine proprio et in castitate.*
2) *De receptione et vestimentis fratrum.*
3) *De divino officio et ieiunio.*
4) *De ministris et aliis fratribus, qualiter ordinentur.*
5) *De correctione fratrum in offensione.*
6) *De recursu fratrum ad ministros, et quod aliquis fratrum non vocetur prior.*
7) *De modo serviendi et laborandi.*
8) *Quod fratres non recipiant pecuniam.*
9) *De petenda eleemosyna.*
10) *De infirmis fratribus.*
11) *Quod fratres non blasphement nec detrahant, sed diligant se ad invicem.*
12) *De malo visu et frequentia mulierum vitanda.*
13) *De punitione fornicatorum.*
14) *Quomodo fratres debeant ire per mundum.*
15) *Quod fratres non teneant bestiam, nec equitent.*
16) *De euntibus inter saracenos et alios infideles.*
17) *De praedicatoribus.*
18) *Qualiter ministri conveniant ad invicem.* (de Capitulo Pentecostes).
19) *Quod fratres vivant catholice.*
20) *De confessione fratrum et de receptione corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi.*
21) *De laude et exhortatione, quam possunt facere fratres.*
22) *De admonitione fratrum.*
23) *Oratio, laus et gratiarum actio.*

III. *Regula Secunda* seu Bullata (1223): Cum Regula an. 1221 longior evasisset, nimis textibus redundans, parum iuridica et minus consona futuris Ordinis exigentiis, alia Regula magis contracta, normativa et canonica visa est necessaria. De hoc optime edoctus ipse Seraphicus Pater etiam, uti videtur, per aliquam visionem, cum FF. Leone et Bonitio, in eremum, vulgo *Fonte Colombo* in valle Reatina, secessit et iisdem FF. adiuvantibus novum Regulae textum pressiorem 12 tantum capitibus constantem exaravit. Regulam sic in compendium redactam Fr. Eliae supervenienti tradidit, qui tamen paucos post dies illam amisit et sic Seraphicum Patrem coëgit iterum in eremum Fonte Colombo redire ad Regulam rescribendam instar prioris amissae. Quo peracto, Franciscus Romam se contulit Bullam Pontificiae confirmationis impetraturus. Attamen, priusquam Pontifici, Regulam exhibuit Card. Hugolino Ordinis Protectori, qui eandem certissime retractavit et in aliquibus emendavit. Hoc enim ipse Hugolinus ut Papa Gregorius IX declarare videtur in Bulla « *Quo elongati* » diei 28 sept. 1230.

Regula taliter accommodata ab Honorio III approbata est Bulla *Solet annuere* diei 29 nov. 1223 (unde *Regula Bullata* nuncupatur). Textus originalis servatur in sacristia sacri conventus assisiensis necnon in tabulariis vaticanis inter Regesta Innocentii IV. Huiusmodi Regula quae hucusque viget in Ordine Minoritico in 12 capita distribuitur, scilicet:

1) *Prologus de S. Evangelio observando.*
2) *De his qui volunt vitam istam accipere, et qualiter recipi debeant.*
3) *De divino officio et ieiunio, et quomodo fratres debeant ire per mundum.*
4) *Quod fratres non recipiant pecuniam.*
5) *De modo laborandi.*
6) *Quod nihil approprient sibi fratres et de eleemosyna petenda et de fratribus infirmis.*
7) *De poenitentia fratribus peccantibus imponenda.*
8) *De electione generalis ministri huius fraternitatis et de capitulo Pentecostes.*
9) *De praedicatoribus.*
10) *De admonitione et correctione fratrum.*
11) *Quod fratres non ingrediantur monasteria monacharum.*
12) *De euntibus inter saracenos et alios infideles.*

IV. *Originalitas*: Regulae originalitatem omnes auctores admittunt eamque communiter in sequentibus notis reponunt: 1) observatio integralis Evangelii; 2) specialis oboedientia et reverentia S. Rom. Ecclesiae cum novo vinculo Card. Protectoris; 3) unitaria organisatio Ordinis: Minister Generalis, Min. Provincialis, Custos, Guardianus; 4) Capitula Generalia et Provincialia; 5) Paupertas individualis et collectiva; 6) viae latiores patefactae actioni apostolicae inter fideles et infideles; 7) fusio vitae contemplativae et activae. Haec omnia optime explicant cur S. Franciscus propriam Regulam tam originalem retineret ut eamdem a Domino revelatam diceret. (*Testam.*).

V. *Declarationes Pontificiae*. Iuridice loquendo Regula non omnia continet quae pro regimine Ordinis tam activi et numerosi necessaria sunt. Qua de causa diversae declarationes Summorum Pontificum necessariae fuerunt. Primus Regulam declaravit Gregorius IX Bulla *Quo elongati*; post eum Innocentius IV Declaratione *Ordinem vestrum* diei 14 nov. 1245; Nicolaus III Decretali *Exiit qui seminat* diei 14 aug. 1279; Martinus IV litteris *Exsultantes* diei 18 ian. 1283; Clemens V Const. *Exivi de paradiso* diei 6 maii 1312; Ioannes XXII Bulla *Ad conditorem canonum* diei 8 dec. 1322; Martinus V litteris *Amabiles fructus* diei 1. nov. 1428 (cfr. *Bullar Franc.*). Praetermittimus alias minoris momenti declarationes.

VI. *Expositiones privatae*. Decursu temporum multae privatae expositiones exaratae sunt. Dividi possunt in positive doctrinales et polemicas, prout scilicet vel simpliciter Regulam declarant vel alicuius auctoris vel factionis (v. g. spiritualium) mentem contra alios defendunt. Res principales quae propter lacunas ipsius Regulae diversis expositionibus ansam praebuerunt respiciunt imprimis paupertatem cfr. *Paupertas*), rerum dominium, usum et usum fructum, pecuniae contrectationem, quaestionem de vestimentis et calceamentis, equitationem, gubernium Ordinis, officium divinum et studia. Notandum insuper tum temporum circumstantias tum mutationem iuris ecclesiastici communis tot fuisse rationes interpretandi S. Regulam.

Bibliographia

a) *Textus et studia circa Regulam*

OPUSCULA S. *Franc. Assisiensis*. Editio PP. Collegii S. Bonav.. Quaracchi, 1904.

SERAPHICAE *Legislationis textus originales*, iussu Min. Gen. O. F. M. in lucem editi. Quaracchi 1897.

MANDIĆ DOMIN., *De legistatione antiqua Ord. FF. Minorum*. Vol. I, De Protoregula et de Regula prima (1210-1221). Mostar, 1921. Cf. *Arch. Franc. Hist.*, 1925, p. 272.

ACTA ORD. MINORUM, 17 (1898) p. 56, 75, 131, *Regulae minoriticae redactiones variae*.

FELDER, *Die Ideale*, cfr. Ind.

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, p. 101-105 (cfr. Ind.); vol. II, p. 70-73.

OLIGER LIVARIUS, O.F.M. *Expositio Quatuor Magistrorum super Regulam FF. Minorum (1241-42)*. — Accedit eiusdem Regulae textus cum fontibus et locis parallelis. Roma, 1950. — Continet: *Introductio* (p. 1-120); Regulae S. Franc. *Expositores* usque a. 1517 (p. 77-100); *Textus* (p. 123-68); *Appendix*. Regula S. Francisci anni 1223 fontibus locisque parallelis illustrata.

IDEM, *Rule of St. Francis*, in « The Catholic Encyclopedia » VI, 208-213.

QUAGLIA ARMANDO, O. F.M., *L'Originalità della Regola francescana*. Sassoferrato, 1943. — Cfr. recens. apud: *Antonianum*, 1946, p. 168; *Archiv. Franc. Hist.*, 1946, p. 287-293; *Collec an. Franc.*, 1946-47, p. 343-347; *Franz. Studien*, 1949, p. 212-14.

IDEM, *Origine e sviluppo della Regola francescana*. Napoli, 1948. — Cfr. recens. apud *Archiv. Franc. Hist.*, 1946 (ed. 1948), p. 287-305 (Mich. Bihl); *Studi Franc.*, 1948, p. 180-82 (D. Cresi); *Franz. Studien*, 1950, p. 304-310.

ESTUDIOS FRANC. a. 1910, Num. extraordinario, p. 10-18: *Apuntes sobre el valor jurídico-moral de la Regla franciscana* (Fermin de La-Cot).

ETUDES FRANC. 29 (1913) p. 140-53: *La Règle primitive des FF. Min.* (P. Cuthbert).,

FRANZISK. STUDIEN, 1 (1914) p. 245-48: *Neue Studien über die beiden ersten Regeln des Hl. Franz* (Klem. Minarik, O. F. M.). 21 (1934) p. 34-79: *Kardinal Hugolinos Anteil an der Regel des I Ord.* (Benedikt Zöllig, O. Cap.).

STUDI FRANC. a. 1933, p. 61-70: *Dove San Francesco ha composto la Regola del 1223* (Teof. Carminara, O. F.M.).

b) *Expositiones Regulae editae a FF. Capuccinis*

AGATHO VON RIED, *Kurze Auslegung der Regel der Minderen Brüder*. II ed., Innsbruck, 1889.

ALBERTUS A BOLZANO, *Expositio Regulae FF. Minorum*. Innsbruck 1850, (pluries reimpressa). — Iussu P. Bern. ab Andermatt, Min. Gen. edita est Mediolani a. 1889. Novissime vero, accurate correcta iussu P. Melchioris a Benisa Min. Gen., edita est Romae a. 1932. — (cfr. « *Analecta Cap* » a. 1932, p. 81 et « *Collectan. Franc.* » a. 1933, p. 416; *Bote d. Tirol. Prov.*, 1950, p. 100 ss.

BERNARDINO DA SIENA, *Esposizione della Regola francescana* con riferimento al Diritto comune e al Diritto particolare dei FF. Min. Cappuccini. Firenze 1950.

BERNARDINUS A GAND, *Uytlegginghe op den Reghel der Minderbroeders*. Ghendt, 1705. — ed. *germanica*, Collen 1720; ed. *gallica*, Douay 1725.

BERNARDO DA BOLOGNA, *Lezioni sopra la Regoia dei FF. Minori*, Modena 1749, Bologna 1764, et alibi.

CYPRIANUS CROUSERS ANTWERPIENSIS, *Lectiones paraeneticae ad Regulam S. Franc.*, Coloniae Agr. 1625.

GAUDENZIO DA BRESCIA, *Lo spirito della serafica Regola esposto in meditazioni e conferenze.* Brescia 1761.

GEORGES DE VILLEFRANCHE, *Exposition de la Règle des FF. Mineurs.* Toulouse 1893.

HIERONYMUS A POLIZZI, *Expositio cum dubiis excussis in Regulam S. Franc.* — Neapoli 1606... — In Gallia primum typis datur Parisiis a. 1615 (pluries edita).

HILARIUS PARISIENSIS, *Regula FF. Minor. explanata.* Lugduni 1870. — *Exposition de la Règle de St. François, avec l'histoire de la Pauvreté.* Fribourg 1872. (In « Indicem libr. prohib. » relatae sunt a. 1895.

IOANNES A FANO, [Primo] *Dialogo de la salute... circa la Regula de li frati Minori...*, Ancona, 1527. — Edizione II a cura del P. Bernardino da Lapedona, in: « *L'Italia Francescana* » VII (1932) fasc. III e ss.

IDEM, [Secondo] *Dialogo de la salute... circa la Regola...*, in: « *L'Italia Franc.* » X (1935) fasc. III et ss. (Opus conscriptum a. 1535-36, prima vice editum est cura P. Bernardini a Lapedona, praefatione et notis auctum. — Duo « Dialogi » separatim editi sunt (Isola del Liri 1933-35).

LADISLAS DE PARIS, *Méditations sur la Règle des FF. Mineurs.* Paris 1898.

LEANDRO DE MURCIA, *Exposición de la Regla de los FF. Menores, con Cuestiones selectas.* Madrid 1645.

LUDOVICUS PARISIENSIS, *Expositio litteralis in Regulam FF. Min. ab omnibus Galliae Provincialibus approbata et commendata.* Parisiis 1622. Editio gallica, ibid. 1625. (Opus reprobatum a Capit. Gen. a. 1643).

RICARDO DE LIZASO, *Exposición de la Regla de los FF. Menores.* Pamplona 1939.

SAMUELE MAIOCCHI DA LODI, *Esposizione ascetico-morale della Regola minoritana.* Piacenza 1856.

SANCTES THESAURUS A ROMA, *Dichiarazione sopra la Regola dei FF. Minori.* Roma 1614. Versio latina P. Iodoci, Lucernae 1675; versio germanica cura P. Amandi a Graz (Graz 1698).

THOMAS VILLANOVA GERSTER V. ZEIL, *Regel des I Ord. v. Hl. Franz.* — *Kurze Einführung...*, 5. Aufl. Bressanone 1940. — Versio *italica*, cura P. Matthaei a Coronata (Genova 1919); alia versio *ital.* cura P. Alexii a Gries (Ala 1931). — Versio *anglica* cura P. Severini a München (Pittsburgh, 1930). — Versio *gallica* cura P. Modesti a Fribourg (Paris 1933). — Versio *lusitana* cura P. Modesti a Taubaté (S. Paulo 1944).

VIATORE DA COCCAGLIO, *Tracce di tradizione sopra la Regola dei FF. Minori.* Venezia 1780.

ZENO VON UFERING, *Erklärung der Regel des hl. Franz.* Altötting 1929.

Reichart, vide *Lambertus a Moosburg*

Reichenberg vide *Liberec*

Reichstadt vide *Zákupy*

Reij, vide *Riez*

Reims (*Rhemi*) in Prov. Parisiensi. — Hanc urbem fratres nostri ingressi sunt an. 1593; post tres annos expulsi, a. 1613 huc rediere: denique gallicae eversionis tempore, Conventus penitus eruitur a. 1790: ecclesia dicata erat S. Renato ep. — Alter Conv. a. 1891 exstructus est; eius ecclesia dicata est S. Mariae Angelorum.

BULLAR. CAP., V, 57, 390.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 28 tab. XIII.

GODEFROY, *Les Cap. en France*, I, fasc. II.

UBALD D'ALENÇON, *Les Frères Min. Capucins de Reims* (1593-1903), in: « Travaux de l'Académie Nation. de Reims » t. 137 (1924) p. 75-234 (cf. *Etudes Franc.* t. 37, 1925, p. 218 n. 63).

JUBILÉ DU P. ÉTIENNE *et pose de la I. pierre de la chapelle de la Portioncule.* Reims 1925.

Reinaudi, vide *Reynaudi Franc.*

Reinhard Paula, Capuccina, v. *Pfaffendorf*

Reinhardus a Linz (Lincensis), prov. Austriae Anterioris concionator et lector († 1707). Multos libros vulgavit *de re ascetica* a. 1686-1702, lingua germanica conscriptos.

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 192.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 222.

DICTIONN. THÉOL. CATHOL. XIII, 2132.

Remaricus Mons, vide *Remiremont*

Remigius a Bozzolo (Cremona), Prov. Tirolensis alumnus. — Natus a. 1559. professionem religiosam emisit an. 1578. Scientias sacras docuit, et in suggestu etiam extra Italiam clarus evasit. Commissarius Gener. in variis Italiae Provinciis exstitit. Monachii obiit 4 apr. 1627. — Opus composuit italice, figuris ornatum, de sacris Stigmatibus S. Francisci; latine quidem (« *Rosetum Seraphicum...* ») et germanice (« *Seraphischer Rosengart...* ») translatum atque editum Monachii a. 1622.

BULLAR. CAP., II, 254; IV, 153.

SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 485 ss.

GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 148.

LEGGENDARIO CAPP., IV, 51-53.

SALVATORE, *La Prov. di Bologna*, I, 56 (1)

CHRONICA BAVAR. PROV., p. 273-75, 410.

EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 8, 293.

HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, I, 52.

VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 184, 672.

ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, II, 682.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 222.

SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 43.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* III, 56.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 123.
GIOV. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 230 s.
ANALECTA CAP. 3 (1887) p. 349-351.

Remigius a Papiol, alumnus prov. Catalauniae, magister novit. et missionarius in Philippinis insulis et in America centrali (Nicaragua, Costarica). In Hispaniam reversus, saeviente bello civili a marxistis occiditur mense ianuario a. 1937. Plurima opera scripserat atque ediderat, inter quae sequentia tantum adnotantur: *El Protestantismo ante la Biblia.* IV ed. Barcelona 1923. — *La fisonomia franciscana de S. Teresita del Niño Jesús.* Ib. 1930. — *La Joven cristiana en la escuela de S. Teresita del N. J.* Ib. 1931 et 1934. — *El P. Ludovic de Besse, restaurador de la Mistica* Ib. 1936 (antea in « Estudios Franc. » vol. 48 editum).

BASILI DE RUBÌ, *Necrologi*, p. 24.
GOVINO G. L. — *Eroi di Cristo nella Spagna di Franco* (1940) p. 278-284.
ADALID SERÁFICO (Sevilla), an. 1939, p. 209-11.
PETIT MESSAGER S. FR. (St. Etienne), 1939, p. 296-99.

Remigius a Sontheim (*Schwarz*) alumnus prov. Tirolensis, ortus a. 1873, habitu seraphico indutus a. 1890. Multum adlaboravit in Missione *Bettiah* (Indiae Orient.), ubi an. 1910 Praefectus Apost. constitutus est. Belli causa missionem relinquere coactus (1915) *Mesopotamiam* profectus est qua Cappellanus militum. In odium fidei necatus est in civitate *Diarbekir* die 23 febr. 1918. — Plura studia vulgavit de vita et moribus Hindustanorum; insuper librum *de Imitatione Christi* hindustanice vertit ac edidit Bettiah, 1913.

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, IX, 566, 570.
CASSIAN, *Literar. Tätigkeit*, p. 125.
ANALECTA ORD. 26 (1910) p. 102, Praef. Apost.; 65 (1949) p. 121 s. Quomodo necatus est.
PROVINZBOTE (Nordtir.) 1918 p. 76; 1948 p. 12.
ST. FIDELISBLATT, 12 (1919) p. 16 ss.

Remiremont (*Remaricus seu Romaricus Mons*) in Prov. Strasburgensi. — Coenobium antiquae Prov. Lotharingiae, a. 1610 conditum cum ecclesia S. Mariae Perdolenti dicata, suppressum est. a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 403.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 16, 29, 173.
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 252.
ETUDES FRANC. 43 (1931) p. 75.

Renacavata (Eremus), vide *Camerino*

Renatus a Köln (Coloniensis), prov. Rhenanae alumnus et concionator egregius († 1730). Scripsit et typis vulgavit libros spirituales, opus contra Lutheranorum dogmata (1717) etc.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 222.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 66, 88 a.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 1048.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 116, 121.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL. XIII, 2383.

Renatus a Modena, familia *Corradini*, prov. Bononiensis alumnus. — Pridem israelita, magni habitus inter suos (at illum Rabbinum exstitisse controvertitur); postea ad christianam fidem conversus, librum dictavit « contra Judaeos » et a. 1612 nostrum Institutum Ravennae professus est. Obiit a. 1628. — Linguam hebraicam docuit et ab Inquisitionis Tribunali Mutinensi hebraicorum librorum fit Censor. *Bibliam hebraicam* correxit, quae Florentiae in Bibl. Laurentiana asservatur et de eo in illa Vaticana (Cod. Barberin. orient. 53) exstat « *Index varietatum multarum expurgandarum a libris Hebraeorum...* »

MASSIMO DA VAL., *Annali*, p. 39-40.
CIRILLO, *Mem. Capp. Emiliani*, I, 145-52.
TIRABOSCHI, *Biblioteca Modenese*, III, 222.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XIII, 2383-85.
BOLLETT. FRANC. STOR. BIBL. 1 (1930) p. 193-194. (cf. *Collectan. Franc.* a. 1932, p. 583 n. 209).
ETUDES FRANC. 29 (1913) p. 131-39: *de la Synagogue au Couvent; notes bio-bibliogr. sur le P. René de Modène.* (Edouard d'Alençon).
FRANC. EDUC. CONFER. VII (1925) p. 131.

Rennes (*Rhedonae*) in Prov. Parisiensi. — Super ruderibus antiqui nostri Conventus, qui excitatus fuerat a. 1602-04 et suppressus est a. 1790, praesens Collegium S. Martini fabricatum est.

BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 18.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 345.

Renteria, in Prov. Navarro-Cant.-Aragonensi. — De veteri Conventu, an. 1612 exstructo et a. 1835 everso, vix locus ubi erat designatur.

BULLAR. CAP., V, 417.
ESTADISTICA PROV. DE NAVARRA (1928) p. 94.

Réparation (La) Sanctuarium vide *Montréal*

Reserva in Brasilia, Custodia Prov. de *Paraná* (dioec. de Ponta Grossa). — Anno 1947 fratribus nostris concredita est ecclesia paroecialis huius loci.

INÁCIO, *Custodia do Paraná*, 126.
ANALECTA ORD., 64 (1948) p. 11.

Resina, in Prov. Neapolitana. — In hac urbe, quae super antiquam *Herculanum* excitata est Conventum habemus ab a. 1886 cum ecclesia B. M. Virgini in caelum Assumptae dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 27 tab. VIII.
BONAV. DA SORRENTO, *I Francescani nella Custodia di Napoli*, p. 175.

Rethel (*Rethelium, Regitestum*), in prov. Parisiensi. — In conventu fundato a. 1642,

fratres nostri morati sunt usque ad gallicam eversionem (1791).

BULLAR. CAP. V, 390.

Reutberg in Prov. Rhenano - Westfalica (dioec. Rottenburgensis). — Fundatrix monasterii *Capuccinarum III Ordinis* est Anna de Pienzenau. Ecclesia ad B. M. Lauretanam iam anno 1606 exstructa est, monasterium vero inhabitari coepit anno 1618 a Sororibus ex *Wattwil* in Helvetia. Anno 1651 Minores Reformati residentiam ibi fundarunt et tunc etiam monasterium in suam iurisdictionem receperunt.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 165.
GREIDERER, *Germania Franciscana*, II, 332.
SCHLUND, *Das franziskan. Deutschland*, p. 200.
ALTOETTINGER FRANZISKUSBLATT, 8 (1907) 8-10.

Revello, in Prov. Pedemontana. — Conventus ibi fundatus est a. 1872, cum ecclesia sub invocatione Inventionis S. Crucis. An. 1905, sedes factus est Seminarii Seraphici.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 29 tab. III.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 317.

Revue théologique (Paris 1856-61; Louvain 1861-63), vide *Piatus a Mons*

Reynaudi Franc. Domin. a Villafranca Piemonte, *archiep.*, alumnus prov. Pedemontanae. — Ortus die 3 sept. 1808; habitu Capuccino indutus an. 1825; sacerdotio auctus an. 1831. Cappellanum egit familiae Regiae in Arce *Moncalieri* et praeceptorem Principum Victorii Emmanuelis ac Ferdinandi Sabaudiae ab an. 1834. Missionarius in Bulgariam profectus an. 1841, ibi operam impendit infaticabili zelo omniumque admirationem in se concitavit. Vicarius Generalis D. Canova, Vicarii Apost. *Sophiae et Philippopolis* promotus fuit, et post huius obitum in successorem electus die 12 dec. 1867, titulo episcopali *Aegearum*.

Tot merita sibi acquisivit apud auctoritates quoque civiles ut a plurium statuum Praefectis insignibus honorificis decoraretur. Praeterea, post bellum an. 1876-78 pro tertia vice *Praeses* conventionis Bulgariae nationis electus est. Laboribus attritus, anno 1885 sedi valedixit et archiepiscopus titularis Stauropolitanus promotus est. Obiit in oppido Kalaclia (hodie Gheneral-Nicolaevo) die 24 iulii 1893.

BULLAR. CAP., X, 720.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale*, p. 29, 32 ss.
IDEM, *Le Missioni*, I, cf. Index p. 438 (Franc. Domen.), p. 441 (Reynaudi).
FELICE, *Tavole Capitoli Gen.* p. 304 s.
GRANDE STEFANO, *Mons. Reynaudo l'apostolo della Bulgaria*. Torino 1934 pp. 47. (cfr. *Collectan. Franc.* 1937 p. 695).
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 149, 280 (transl. ad sedem archiep.). — 9 (1893) p. 373-76, necrol. — 11 (1895) p. 274 (posthumae honorificentiae in patria).
KALENDAR Sv. Kiril i Metodi (Sofia), a. 1939, p. 68.
IL MASSAIA, 20 (1933) p. 210-214.
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino), a. 1934, p. 184-86, *Un Cappuccino, primo Presidente del Parlamento bulgaro.*
L'OSSERVATORE ROMANO, 18 genn. 1928, p. 2, *Reynaudi Fr., Presidente del primo Parlamento bulgaro.*

Rezzato (*Regiatum*, *Rezatum*) in Prov. Mediolanensi. — An. 1571 cum vetustissimam paroecialem S. Petri Apost. ecclesiam, olim PP. Benedictinorum, dono accepissent, Fratres Capuccini aedificationem Conventus curarunt et postea ecclesia iterum exstructa est. Conventus supprimitur a. 1799 et ab a. 1837 eum tenent FF. Minores.

BULLAR. CAP. II, 448.
MONUM. HIST. O. CAP., V, 303.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 30, 633.
LE VENEZIE FRANC. 5 (1936) p. 165-78; 6 (1937) p. 19-35. *S. Pietro in Colle di Rezzato* (Paolo M. Sevesi).

Rhaetia, vide *Raetia*

Rhaudum, vide *Rho*

Rhedonae, vide *Rennes*

Rhegiensis Prov., vide *Rheginensis Prov.*

Rheginensis Calabriae Provincia in Italia. — Iam a. 1520 circiter, nonnulli fratres Minores de Observantia, inter quos Ludovicus Comi et Bernardinus Molizzi a Reggio, coeperant reformationem sui Ordinis in Calabria. At cum scivissent eandem reformationem fratres Capuccini iam coepisse in Piceno, nostrae Congregationi libenter adhaeserunt anno circ. 1529. Paulo post igitur nova *Rheginensis*, seu *Calabriae* provincia instituta est et a. 1532 primum Capitulum celebratum est. Ob Conventuum autem incrementum, a. 1584 haec provincia dismembrata est in Prov. *Rheginensem* et *Consentinam* (Cosenza). Anno 1754, Prov. Rheginen. enumerabat Conventus 35 cum Religiosis 540. — Post civilem suppressionem a. 1866, ob parvitatem Conventuum Prov. Rheginen. et Consentina denuo in unum uniuntur (3 iul. 1909) sub antiquo nomine *Prov. Calabriae*. Denique d. 13 iul. 1914 iterum dividitur et duo Commissariatus provinciales efformati sunt *Rheginensis* scilicet et *Consentinus*.

Index Conventuum et Hospit. qui in territorio hodiernae Prov. Rheginen. a) *nunc exstant*: Catanzaro, Chiaravalle Centrale, Cropani, Fiumara, Gerace, Nicastro, Reggio Cal., Rombiolo, Taurianova (olim Radicena), Vibo Valentia (olim Monteleone).

b) *sunt derelicti*: Bagnara, Caulonia (Castelvetere), Cosoleto, Crotone (Cotrone), Cutro, Gálatro, Grottería, Maida, Melicoccà, Mesoraca, Mileto, Motta Filocastro, Oppido Mamertino, Polistena, S. Caterina del Ionio, S. Elia di Gàlatro, S. Lucia di S. Martino,

Scilla, Seminàra, Simeri, Spilina, Squillace, Stilo, Taverna, Tiriolo, Tropea.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (cfr. FORTUNATO, *Memorie stor. Prov. Reggio*, p. 125-128).

Ludovicus a Reggio Cal.: 1532.
Bernardinus a Reggio: 1533.
Ioannes a Seminara: 1536.
Hieronymus a Dipignano: 1539.
Benedictus a Siena: 1541.
Franciscus a Dipignano: 1543.
Franciscus a S. Martino: 1545.
Amadeus a Cremona: 1547.
Angelus a S. Martino: 1548.
Silvester a Peroleto: 1550.
Hieronymus a Reggio: 1552.
Bernardinus a Balvano: 1554.
Bernardus a Reggio: 1556.
Stephanus a Francia: 1560, 1564, 1572.
Iacobus a Soverato: 1562, 1568, 1580.
Hieronymus ab Acquaro: 1566.
Silvester a Monteleone: 1570, 1576.
Petrus a Moladi: 1574.
Silvester a Rossano: 1578.
Silvester a Soverato: 1582.
Franciscus a Filandari: 1584.
Bernardinus Giunta: 1586.
Cosmas a Castelvetere: 1588.
Ioann. a S. Nicola Filocastro: 1590, 1601.
Dominicus a Castelvetere: 1593, 1604.
Anselmus a Reggio: 1596.
Bonaventura a Catanzaro: 1598.
Benedictus a Seminara: 1606, 1615, 1621.
Bernardinus a Polistena: 1607.
Ioan. Maria a Noto: 1612.
Benedictus a Mileto: 1618, 1624, 1629.
Athanasius a Reggio: 1626, 1632, 1644, 1650.
Leo a Mileto: 1636.
Michaël a Genova: 1638.
Ioannes a Siderno: 1641, 1643.
Raphaël a Casale: 1642.
Bernardus a Reggio: 1647, 1659.
Cornelius a Bagnara: 1654.
Leo a Reggio: 1656.
Bonaventura a Taverna: 1662.
Ioannes a Crópani: 1665.
Franciscus a Panaia: 1669.
Dionysius a Cotrone: 1671.
Athanasius a Catanzaro: 1673.
Vincentius a Catanzaro: 1676.
Petrus a Pizzicone: 1680.
Ioan. Bapt. a Polistena: 1683, 1689, 1695.
Ludovicus a Reggio: 1686.
Seraphinus a Seminara: 1692.
Felix a Fiumara: 1699.
Gregorius ab Olivadi: 1702.
Franciscus a Castelvetere: 1705.
Io. Bapt. a Serra Stretta: 1708.
Ludovicus a S. Agata: 1711, 1718.
Franciscus a Gimigliano: 1714.
Ioan. Bapt. a Monteleone: 1717.
II. *Conventus Prov. Pedemontanae.*
III. *Conventus Prov. Bononiensis.*
IV. *Nosocomia* (Cappellani).
V. *Collegium S. Fidelis pro Missionibus.*
VI. *Collegium Internation. S.Laurentii Brund*
VII. *Monasteria monialium Capuccinarum.*
VIII. *Centrum Nationale III Ord. Franc.*

I. Conventus Prov. Romanae

Fratres Capuccini prov. Romanae quinque in Urbe habuerunt coenobia:

Primum fuit ad Portam Flaminiam *Sanctae Mariae de miraculis* dictum, quod dono a Ioanne Baptista et Laurentio Cibo, Catharinae Ducissae Camerini neptisque Clementis VII fratribus consecuti sunt. Quae possessio erat nosocomii S. Iacobi Incurabilium, ubi grato animo Fratres nostri curae infirmorum incumbentes caritatis et pietatis operibus se tradiderunt. Haec prima Capuccinorum habitatio paene diruta immani aquarum irruptione die 7 oct. 1530 deserta est.

Secundum coenobium fratres dono habuerunt a Card. Andrea Della Valle: erat antiquum *S. Euphemiae Virg. et Mart.* monasterium, quod a monialibus desertum in proprietatem dicti Cardinalis venit. Situm erat apud S. Mariae Maioris Basilicam et S. Pudentianae Ecclesiam ubi nunc exstat aedes monialium Divini Infantis Iesu. Cum impar esset ad auctam fratrum multitudinem anno 1536 derelictum est.

Tertium coenobium fuit *S. Bonaventurae* dicatum. Derelicto conventu S. Euphemiae fratres se contulerunt in locum vulgo *Monte Cavallo* dictum, in declivio Montis Quirinalis, ubi parva erat ecclesia paroecialis S. Nicolai de Portiis, quam Dominus Ludovicus De Torres Capuccinis concessit. Ibi opibus Principum Colonna coenobium S. Bonaventurae, ex novae ecclesiae titulo ita dictum, aedificatum est. Ut melius aucto fratrum numero necnon dignitati Provinciae immo totius Ordinis consulerent, hanc quoque habitationem die 15 april 1631 deseruerunt. Hic an. 1587 obiit S. Felix a Cantalice.

Quartum est coenobium sub titulo *Immaculatae Conceptionis* in Foro Barberini constitutum et aedificatum munificentia Antonii Card. Barberini Ordinis nostri alumno et fratre germano Papae Urbani VIII, qui benedixit locum et primum lapidem posuit die 16 martii 1626. Brevi amplum coenobium ut quamplurimi religiosi in eo habitare possent absolutum est et die 15 apr. 1631 Fratres a conventu S. Bonaventurae discedentes illuc se contulerunt. Ibi Fratres deguerunt usque ad occupationem Napoleonis anni 1810, quo tempore, venditis hortis Principi Plumbini, coenobium incoluerunt milites galli. Tandem mense Augusto an. 1814 cura S. Sedis coenobium fratribus restituitur. Ast iterum confiscatum fuit an. 1873 lege suppressionis et licet multis annis permissum fuerit Religiosis illud retinere ut proprium valetudinarium, tamen alienatis primum a Municipio areis aedificandis perventum est ad plenam propemodum vetusti coenobii destructionem. Demum cum Municipium exiguam aream Ecclesiae contiguam Capuccinis dedisset, ipsi anno 1925 parvum aedificaverunt conventum cum Curia Provinciali.

Ecclesia B. Virgini sine labe Conceptae dicata monumentum ditissimum artis est. Habet altare maius decemque capellas, ubi picturae mirantur Guidi Reni, Domenichino, Petri a Cortona, Marii Balassi, Andreae Sacchi, Ioannis Lanfranco aliorumque excellentium pictorum. Insuper in ecclesia venerantur corpora S. Felicis a Cantalice, B. Crispini a Viterbo et Ven. Francisci a Bergamo. Denique Pius IX an. 1863 eandem ecclesiam statuit principem sedem esse *Archiconfraternitatis Mariae Virginis a Sancta Spe*, quae iam suo Brevi d. 8 aug. 1848 in *Briec* Galliae civitate constituerat.

Sub quinque capellis lateris dextri ecclesiae invenitur celebre Capuccinorum *coemeterium*.

Novissimum coenobium-valetudinarium fundatum est an. 1931 in vico *Centocelle*. Eius ecclesia-paroecialis inaugurata est an. 1935 et est dicata S. Felici a Cantalice.

BULLAR. CAP., II, 29, 56, 433 (cfr. etiam Index); IX, 274 (Conv. vicissitudines tempore Napoleon. I); X, cfr. Ind. p. 800.

BULLARII REGESTUM, n. 343 (an. 1580).

MONUM. HIST. O. CAP., cfr. Indices t. I, p. 549; t. II p. 527; t. III, p. 527; V, 180 s., 193.

OLGIATI, *Annali*, II, 475 s. (1626).

PELLEGRINO, *Annali*, I, 11-20.

MELCHIOR, *Hist. Ord.*, vol. I, cf. Ind.

GIUS. DA MONTE ROTONDO, *Gl'inizi dell'Ord. Cappuccino*, p. 153-165, 266-284.

DOMENICO DA ISNELLO — *Il Convento della SS. Concezione dei Cappuccini in Piazza Barberini*. Roma, 1923.

EDOARDO D'ALENÇON — *Il primo Convento dei Cappuccini in Roma. S. Maria dei Miracoli. — Memorie.* — Alençon 1907.

IDEM, *Il terzo Convento de' Cappuccini in Roma. La Chiesa di S. Nicola de Portiis, S. Bonaventura, S. Croce dei Lucchesi. — Memorie.* Roma 1908.

FORCELLA VINCENZO, *Iscrizioni delle Chiese... di Roma*, IV 205-240; XIII, Appendice, 234-243: *SS.ma Concezione* (Roma 1874-79).

IGINO DA ALATRI, *Guida della chiesa della SS. Concezione dei Capp. di Roma.* Tivoli 1930

MARCHESI GIUS. — *Cenni sulla Chiesa del SS. Crocifisso e di S. Bonaventura de' Lucchesi...* — Roma 1863. (cf. p. 9-11).

THEODORUS A RIED-BRIG, *Archiconfraternitas B. V. Mariae de Bona Spe in Ecclesia Capucc. in Urbe erecta.* Romae 1902.

ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 100-102 (Ordinis vicissitudines in Urbe). — 10 (1894) p. 117, de imaginibus depictis S. Fidelis a Sigmar, et S. Ios. a Leonissa in Basilica Lateranensi. — 18 (1902) p. 10-27: Archiconfrat. B. V. de Bona Spe in ecclesia Imm. Conc. erecta. — 20 (1904) p. 210-14, 337 s., de ecclesia et Conv. Imm. Conc. (memoriae ineditae). — 21 (1905) p. 206-10: Solemnis incoronatio Imaginis B. M. V. in ecclesia Cap. — 24 (1908) p. 56, 86. Epitaphia Cardinalium et Fratrum Ord. nostri in ecclesia et Coemeterio Conv. Urbis. — 41 (1925) p. 184-86, de Conv, Immac. Conc, postremae vicissitudines, p. 241, plurium Missionariorum Ord. Cap. imponuntur nomina *Viis* in Urbe sternendis in vico « La Garbatella » — 47 (1931) p. 44, de conv. *Centocelle.*

BOLLETTINO DEL CLERO ROMANO, a. 1935, p. 250 (Inauguraz. della parrocchia di S. Felice).

IL CRACAS — Biblioteca di cose romane N. 10 (Sett.-Dic. 1893) p. 148 ss. *Il Sotterraneo dei Cappuccini.*

ECO S. FRANC. a. 1875, p. 427-30, *Il Convento dei Capp.*

ITALIA FRANCESC. 1 (1926) p. 343-47: *Il Cimitero dei Capp. in Roma* (B. Bruni).

L'OSSERVATORE ROMANO, 8 ottobre 1941, p. 2: La Chiesa di Centocelle consacrata.

RESOCONTO PROV. ROMANA, a. 1940-1941, p. 5-8 (Convento), p. 171 (Consacraz. d. Chiesa di Centocelle).

SAN FRANCESCO D'ASS. (Period. VII Centen.) 3 (1923) p. 88-92: *I primi cappuccini in Roma* (Ugo Boncompagni).

VOCE SERAFICA (Roma), an. 1929, p. 53-56, *Arciconfraternita di Maria SS. della Santa Speranza.*

II. Conventus Prov. Pedemontanae

1. *Conventus S. Laurentii mart.* extra moenia *ad Veranum*, una cum basilica eiusdem Sancti, circa an. 1860 Capuccinis provinciae Lucaniae seu Salernitanae concreditus est cum onere paroeciam et adnexum coemeterium custodiendi. Anno vero 1923 ex maiorum Superiorum ordinatione fratribus Lucaniae successerunt confratres provinciae Pedemontanae.

2. *Paroecia S. Hippolyti* an. 1935 separata est a praefata paroecia S. Laurentii et demandata fratribus eiusdem provinciae Pedemontanae.

BULLAR. CAP., X, 324 ss. Basilica S. Laur. FF. Capuccinis concreditur., p. 495, Conventus S. Laur. declaratur Generalitius, p. 681 (Basilica).

BIANCHI PIERINO — *I Cappuccini in S. Lorenzo fuori le Mura di Roma* (1856?).

GIUSEPPE DA BRA, O. Cap. — *Guida storico-artistica della Basilica di S. Lor. e delle Catacombe di S. Ciriaca*, 2. ed Roma 1929.

IDEM — *Le Iscrizioni greche del Chiostro di S. Lor. fuori le Mura.* Roma 1930.

IDEM — *Le Iscrizioni la.ine della Basilica di S. Lor. del Chiostro e Catacombe di S. Ciriaca.* Roma 1931.

IDEM — *La Basilica maior di S. Lorenzo fuori le Mura.* Roma 1939.

SALVATORE FORESI DA MORROVALLE, O. Cap. — *La Basilica di S. Lor. fuori le Mura illustrata, con Appendice di Tito Bollici.* Bologna 1861.

ANALECTA CAP. 42 (1926) p. 297-300: *De Coemeterio S. Cyriacae ad aedem S. Laur... a FF. Capuccinis redintegrato.* — Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 202.

BOLLETTINO PARROCCHIALE *di S. Lorenzo al Verano.* Roma 1923 ss.

ITALIA FRANC. 21 (1946) p. 370-75: *I Cappuccini sulla Tiburtina, S. Lorenzo e S. Ippolito* (Gius. da Bra).

NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino), a. 1943, p. 2-4 (Parrocchia di S. Lorenzo).

L'OSSERVATORE ROMANO, 25 sett. 1941, p. 2, *Il primo quinquennio della Chiesa di S. Ippolito.*

III. Conventus Prov. Bononiensis

In vico « *Parrocchietta* » extra urbem a Pio VI an. 1781 canonice erecta est paroecia dicata S. Mariae de Carmine et S. Ioseph. Anno 1933 cura huius paroeciae assumpta est a fratribus Capuccinis provinciae Bononiensis; anno post conventus et nova ecclesia inaugurati sunt.

LA PROVINCIA DI BOLOGNA - Bollett. ufficiale a 1934 p. 35 s.; a. 1935, p. 59.

L'OSSERVATORE ROMANO, 7 febbr. 1942, p. 2, *La Parrocchietta* (notitiae histor.).

VITA NOVA - Numero unico - *Ricordo dell'inaugurazione della Chiesa e Convento Cappuccino alla Parrocchietta* (7-8 dicembre 1934). Roma 1934.

VITA NOVA - Bollettino parrocchiale di Santa Maria del Carmine e S. Giuseppe (*Parrocchietta*). Roma 1935 ss.

IV. Nosocomia

Fratres Capuccini ex variis provinciis iam ab initio Ordinis curam spiritualem et corporalem praestiterunt in nosocomiis Urbis, praesertim in nosocomio *S. Iacobi* olim *Incurabilium* nuncupato. Anno 1778 vocati sunt in archihospitale *S. Spiritus in Saxia* ubi, post varias vicissitudines in perpetuum addicti sunt a Pio IX die 3 iunii 1856 (Bullar. Ord., x, 341).

Fratres Capuccini provinciae Romanae operam praestiterunt vel adhuc praestant qua Cappellani in nosocomiis:

S. Spiritus in Saxia, ex an. circ. 1870.
S. Gallae, an. 1890-1912.
S. Iacobi (Incurabilium), ex an. 1892.
S. Antonii Abb. in Esquilino, 1892-1911
S. Mariae a Consolatione, 1897-1938.
SS. Trinitatis Peregrinorum, c. 1900-'13.

S. Gallicani, ex anno 1902.
Polyclinici (« Umberto I »), ex an. 1904.
Sanatorii « *Cesare Battisti* », a. 1922-'46.
Instituti « *Regina Elena* », ex an. 1933.
S. Mariae a Pietate (M. Mario), ex. an. 1938.

BULLAR. CAP., X, 341, Conventio cum Hospitali S. Spiritus de novo Capuccinis tradito.
LIBER MEMORIALIS O. CAP. (1929) p. 171.
REGOLAMENTO *del servizio spirituale dei PP. Cappuccini nell'Archiosped. di S. Spirito.* Roma 1857.
BENEDETTO DA ALATRI, O. M. CAP., *Gli Ospedali di Roma e le Bolle pontificie* (*Aspetti giuridici*). Viterbo, 1950. — Cfr. cap. IV, *I Cappellani* (p. 98-131); Appendice III, *La cura spirituale dell'Ospedale di S. Spirito affidata ai Cappuccini* (p. 160-63).
CANEZZA A. — Gli Arcispedali di Roma. Parte I. *S. Spirito in Sassia* (Roma 1933). cf. p. 125 (figura), p. 126, 154 (de Capuccinis). Cf. *Italia Franc.* 1935, p. 110.
CASSIANO DA LANGASCO — *Gli Ospedali degli Incurabili* (Genova 1938). cf. p. 180-82 de Capuccinis in archihospit. S. Iacobi).
PADRE STANISLAO DA FIUGGI *ed il suo apostolato in terra civile* [i. e. in « Polyclinico »] Roma 1937. Est fasciculus memorialis occasione XXV anniversarii P. Stanislai in magno Nosocomio Urbis.
STANISLAO DA FIUGGI, *I trionfi della Grazia nel « Policlinico » di Roma.* Campobasso 1937.
COLLECTAN. FRANC. 12 (1942) p. 299 n. 667, 668 (Notae bibliographicae).
ITALIA FRANCESC. 10 (1935) p. 109 s. (notitiae de Cappellanis Ord. Cap. in Hospit. S. Spiritus); 12 (1937) p. 122-27: *I Cappuccini negli Ospedali di Roma* (Ottavio da Alatri).
OSSERVATORE ROMANO, 19 nov. 1936, p. 5.
RESOCONTO PROVINCIA ROMANA, I (1940-41) p. 24.

V. COLLEGIUM S. FIDELIS PRO MISSIONIBUS

Clemens XI iam an. 1717 Superioribus Ordinis praeceperat aliquem Conventum pro Seminario Missionum deputare. Post varia ac vana tentamina denique an. 1841 P. Eugenius a Rumilly, Minister Generalis, desideriis S. Pontificis obsecundans aperuit die 24 aprilis Collegium S. Fidelis a Sigmaringa pro missionibus in Conventu Immaculatae Conceptionis ubi missionarii linguas addiscere aliaque necessaria praeparare possent pro eorum futuro apostolatu. At iam anno 1848 Collegium istud a praesidio Gallico pro militibus occupatum est. Sedata tempestate Collegium an. 1857 ad proprias aedes in vico sic dicto *Via dei Quattro Cantoni* translatum est sed an. 1864 Collegiales in aliam aedem, non procul ab ea in qua morabantur, translati sunt nempe in vico *Via delle Sette Sale*, antea *Villa d'Aste* nuncupato. Suppressum autem Collegium a potestate civili an. 1876, tunc Ordo aliam construxit sedem in *Via dei Santi Quattro* (1878).

Cum anno 1908 iussu Pii X sine mora aperiendum esset Collegium Internationale ad superiorem institutionem studiosorum Ordinis, Definitorium Generale decrevit, deficiente alio loco, aedibus S. Fidelis utendum esse. Aedificato vero interim novo Collegio S. Laurentii Brundusini hoc Collegium deputatum est etiam pro efformandis missionariis et Collegium S. Fidelis Superiores alienare decreverunt.

Praefecti Collegii

1841-43 Clarissimus a Ravenna.
1843-48 Iustus a Camerino.
1848-53 Salvator ab Ozieri.
1853-55 Alphonsus a Rumilly.
1857-58 Eusebius a Montesanto.
1859-71 Nicolaus Maria a Perugia
1871 Basilius a Morrovalle.
1874-76 Ieremias a Tuenne.
1885-87 Iacobus a Gavi.
1887-90 Gabriel a Borgo S. Lorenzo.
1890-92 Euthymius a Séttime.
1892-99 Aloisius a Cimitile.
1899 Pius a Benevento.

BULLAR. CAP., X, 100-106. S. Congr. de Prop. Fide Decretum et Statuta, pro Coll. Miss. p. 631-36, Regulae pro Collegio Missionum.
REGOLAMENTO *de' Collegi per le Missioni affidate dalla S. Congr. all'Ordine dei Capp. di Roma e Chambéry.* Roma 1841.
REGOLAMENTO *per il Collegio delle Missioni dei Cappuccini di Roma approvato dalla S. Congr. nel 1871.* — Roma 1871.
COLLEGIO DI S. FEDELE *per le Missioni... contra la Giunta liquidatrice dell'Asse ecclesiastico di Roma.* Roma 1876.
ADELHELMUS, *Monumenta Anastasiana*, Pars. I vol. I, cfr. Index p. 1185.
EDUARDUS ALENCONIENSIS — *Collegii S. Fidelis pro Missionibus Ord. FF. Min. Capuccinorum Conspectus historicus.* Romae 1926. — Cfr. « Revue Hist. des Missions » a. 1926, p. 622. — « Zeitschr. für Missionswissen. » a. 1927, p. 172.
TRIVELLI F. — *Osservazioni sulla Sentenza* (16 iul. 1875) *circa il Collegio S. Fedele in Roma.* Roma 1875.
ANALECTA CAP. 4 (1888) p. 12-18 (de fine et regimine Collegii S. Fidelis). — Cf. etiam Index Gener. voll. 1-50, p. 106.
SANKT FIDELIS (Stimmen..) 6 (1917-18) p. 176-201: *Ansprachen Anast. Hartmann an die Alumnen des Missionskollegium S. Fidelis in Rom.* 1858-59 (edidit P. Adelhelm Jann).

VI. COLLEGIUM INTERNATIONALE S. LAURENTII BRUNDUSINI

In Capitulo Generali an. 1908 Cardinalis Protector Agliardi, de mandato Summi Pontificis Pii X, inter alias normas hanc communicavit: « Novi Moderatores Generales absque mora *Collegium Seraphicum Internationale* in Urbe erigant, ad superiorem institutionem selectorum studiosorum Ordinis, op-

portune edito Statuto disciplinae religiosae et scientificae, quo ipsum Collegium regatur » (*Analecta Ord.*, a. 1908, p. 171).

Novus itaque Minister Gen. P. Pacificus a Seggiano una cum Definitorio Gen. in sessione diei 16 iulii decrevit ad hunc finem, alio meliori deficiente loco, utendum esse aedibus ad vetus Collegium S. Fidelis in *Via SS. Quattuor Coronatorum*; eius inauguratio facta est die 26 octobris eiusdem anni 1908.

Haec autem Studentium collocatio, variis de causis, minime conveniens erat religiosorum habitationi, quare anno sequenti, die 3 iulii, Superiores Generales decreverunt novum Collegium quamprimum construendum esse in *Via Sicilia* Curiae Generalitiae contiguum.

Collegii lapis primarius benedictus est die 13 martii 1910 atque anno iam subsequenti in festo Omnium Sanctorum (1. nov.) benedictae sunt aedes novi Collegii. Ecclesia solemniter dedicata est S. Laurentio Brundusino die 28 maii 1912. Anno autem 1939 Collegium amplificatum est nova ala versus *Via Romagna.*

Maxima pars alumnorum Collegii adit *Universitatem Gregorianam* a Patribus S. I. directam; inter alia Instituta Pontificia Urbis a nostris alumnis frequentantur praesertim *Institutum Biblicum*, *Institutum Orientale* necnon *Institutum missiologicum* apud Athenaeum Urbanum de Propaganda Fide.

Ad perficiendam et complendam formationem academicam nostrorum alumnorum institutae sunt in ipso Collegio *Scholae* internae et habentur *Cursus speciales* Theologiae et philosophiae franciscanae, Iuris Regularis seu legislationis Ordinis nostri, Historiae et Missiologiae Ordinis, Spiritualitatis franciscanae.

Numerus alumnorum decursu temporis semper crevit et ultimis annis centum superavit.

Rectores Collegii

1908 Linus a Sterzing, prov. Tirolis.
1909 Eugenius a Pontremoli, prov. Tusciae.
1911 Carolus a Castel del Piano, prov. Tusciae.
1914 Eugenius a Pontremoli, 2ª vice.
1918 Melchior a Benisa, prov. Valentinae.
1920 Eugenius a Pontremoli, 3ª vice († 1921).
1921 David a Savignano, prov. Parmensis.
1922 Antoninus a Brooklyn, p. Calvariensis.
1932 Sigisbertus ab Andermatt, prov. Helveticae.
1938 Vitus a Bussum, prov. Hollandiae.

DECRETI *di fondazione, approvazione e Statuti del Collegio di S. Lorenzo da Br. in Roma.* Firenze 1909.

STATUTA *pro Collegio Seraphico Internationali « S. Laurentii a Brundusio » in Urbe.* Romae, 1911, 1920, 1944.

EDUARDUS, *Collegium S. Fidelis*, p. 145 s.

ANALECTA CAP., 24 (1908) p. 168, de Collegio internation. fundando; p. 346, Decret. P. Min. Gener. — p. 363-69, Inauguratio Collegii. — 27 (1911) p. 225, Relatio anni scholastici Collegii (Circa has annuales Relationes, vide singula volumina « Analectorum »). — p. 356-71: Statuta peculiaria pro Collegio. — p. 372, Benedictio domus Collegii; 28 (1912) 44 Consecratio novae Ecclesiae S. Laur. Brund. — 55 (1939) p. 81, Benedictio I lapidis pro amplificatione Collegii. — 56 (1940) p. 142-51, sectio missionaria in Collegio constituitur. — Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934) p. 28.

VII. Monasteria Capuccinarum

1. *Monasterium Corporis Christi* (immediate dependens a Ministro Generali)

Primae Capuccinae Romam venerunt ex monasterio Neapolitano an. 1576 et inhabitarunt coenobium eis exstructum in Monte Quirinali (*Montecavallo*). Ecclesia erat SS.mo Corpori Christi dicata. Anno 1810 suppressione Napoleonica Capuccinae e monasterio sunt eiectae, at Ducissa Anna Maria Torlonia aedem aere proprio redemit et moniales restituit pristinae securitati. Anno vero 1888 moniales coactae sunt a monasterio discedere, angusta domus eas excepit, dum antiquae aedes solo adaequatae sunt. Tunc P. Bernardus ab Andermatt, Min. Gen., monialibus exstrui curavit novum asceterium in *Via Sardegna* similiter Corpori Christi dicatum, quod sunt ingressae anno 1907. Demum an. 1950, relicto hoc monasterio pro nostra Curia Generali, in novam se contulerunt domum, in vico *Garbatella* sitam.

BULLAR. CAP., II, 16 s., 434 (cf. Index p. 475).

GIUSEPPE DA MONTEROTONDO, *Le Cappuccine in Roma.* — Roma 1907. (cfr. « *Miscellan. Franc.* » a. 1909, p. 160).

ANALECTA CAP. 23 (1907) p. 244-48.

BOLLETTINO FRANC. STOR. BIBL., 4 (1933) p. 121.

2. *Monasterium S. Urbani*

In primo monasterio Capuccinarum in Urbe tam numerosae erant vocationes, ut an. 1602 alterum monasterium dictum *S. Urbani* aedificaretur. Inde a suppressione napoleonica (1810) moniales saepius habitationem mutare coactae sunt et postremo (1918-'20) se receperunt apud moniales S. Franciscae Romanae (Tor de' Specchi). Interea fuit eversum vetus monasterium, quod situm erat in hodierna Via Agostino Depretis (Ministero dell'Interno). Anno tandem 1921 in *Via Aurelia Antica* Capuccinae emerunt domum, quam meliori modo in conventum mutarunt sub eodem titulo S. Urbani. Ibi an. 1933 sancte obiit *Maria Clara Kuefstein* de qua vide suo proprio loco.

BULLAR. CAP., II, 82-83 (Docum. Alexandri VII, a. 1666), p. 434. Cf. Ind. p. 475.

CONSUETUDINI *ed Uffici del monastero di S. Urbano in Roma.* Roma, 1930. (In Prooemio *notitiae de monasterio*).

GIUSEPPE M. DA MONTEROTONDO, *Le Cappuccine in Roma* (1907), p. 10-11.

LUIGI DA GATTEO, O. CAP., *Suor Maria Chiara Kuefstein, cappuccina.* (Bologna 1938), cfr. p. 125 ss., 156 s.

VIII. CENTRUM NATIONALE T.O.F.

Erectum est et inauguratum a Superioribus Ordinis die 28 aprilis 1948. Eius domus, antea pertinens ad nostram provinciam Romanam et benigne usui Tertii Ordinis Italici tradita, sita est prope Capitolium iuxta ecclesiam *S. Mariae a Consolatione* ubi olim magnum erat valetudinarium.

Mense decembri eiusdem anni habitus est in Urbe primus *Congressus Discretorii Nationalis*. Insuper an. 1950 approbatum est « ad experimentum » *Statuto Nazionale del T. O. F.*

Apud Centrum Nationale eduntur periodica:
L'Araldo del Gran Re, pro moderatoribus et sacerdotibus T.O.F.
Vita Francescana, pro Tertiariis.
Gioventù Francescana, pro Iuvenibus.
Cordiglio Bianco, pro Chordigeris.
L'Italia Francescana. Rivista di cultura.
Il Massaio. Rivista missionaria.

SANTA MARIA *della Consolazione*. Roma, Istituto di Studi Romani, 1949 (*Chiese di Roma*, n. 26).
BOLLETTINO UFFIC. PROV. ROMANA, an. 1947, p. 27-28, *S. Maria della Consolazione*.
TERTIUS ORDO, IX (1948) 65; X (1949) 52.
IDEM, XI (1950) 41-47, *Statuto Nazionale del T. O. F. dipendenti dai Cappuccini*.
OSSERVATORE ROMANO, 18 giugno 1948, p. 2 *La Madonna della Consolazione*.

Romagnano Sésia (*Romanianum*) in Prov. Alexandrina. — Conventus S. Michaëli Arch. sacer, a Prov. Mediolanensi excitatus a. 1641 et Provinciae Novariensi a. 1786 concreditus, derelictus est tempore dominationis Napoleonicae (1810).

BULLAR. CAP., II, 327, 446; IX, 190.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 41.

Romana (La) in Insula Dominicana (America centralis), Custodia de *Santo Domingo*. — Capuccini hispani provinciae Baeticae hospitium habuerunt in hoc loco an. 1923 et curam paroecialem exercent.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. XVI tab. 34.
ANALECTA ORD., 42 (1926) p. 221 s.

Romana Provincia, in Italia. — Inter primas provincias haec adnumeratur, eiusque primum Capitulum videtur a. 1535 celebratum esse. Iam ex an. 1526 fratres Capuccini Romam advenerunt, et a. 1529 primam sedem ibi fixerunt ad S. Mariae Miraculorum prope Portam Flaminiam. — An. 1684, fratres Prov. romanae in ministerio Triremium pontificiarum adlecti sunt Cappellani, et ipsis peculiare hospitium Centumcellis (Civitavecchia) aedificatum fuit. — Medio saeculo XVIII, haec Provincia enumerabat Conventus 43 cum 800 et ultra Religiosis. Plerique missionarii ex hac Provincia per varias mundi partes olim iverunt. An. 1892 antiqua *Raetiae* Missio eidem Prov. concredita fuit, quae Missio a. 1937 in Custodiam erecta cessavit a. 1950. Ab an. 1894 ad a 1911 commissa fuit Prov. Romanae Praefectura Apostol. *Erythreae* in Africa. Denique, a. 1930 omnes Conventus *Commissariatus Sardiniae* incorporantur Prov. Romanae, a qua an. 1946 denuo seiuncti sunt.

Index Conventuum et Hospit. qui in territorio hodiernae Prov. Romanae a) *nunc exstant*. Acquapendente, Alatri, Albano, Bagnoregio, Bassano di Sutri, Bracciano, Cittaducale, Civitavecchia, Collevecchio, Fiuggi, Frosinone, Genazzano, Genzano, Guarcino, Montefiascone, Monterotondo, Monte S. Giovanni, Orvieto, Palanzana (apud Bagnaia), Palestrina, Paliano, Riano, Rieti, Roma, Ronciglione, Segni, Subiaco, Terracina, Tivoli, Tolfa, Velletri, Veroli, Vetralla, Viterbo.

b) *sunt derelicti*: Anagni, Anticoli, Anzio, Aspra, Bolsena, Campagnano, Castel Gandolfo, Castel Porziano, Castel Rinaldi, Castelvecchio, Cisterna, Civita Castellana, Farnese, Ficulle, Frascati (nunc Domus Generalitia), Gallese, Grotte S. Lorenzo, Leprignano, Mentana, Nemi, Nepi, Nettuno, Orte, Piperno, Proceno, Scandriglia, Sermoneta, Sezze, Torri in Sabina.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (ex *Mss.* Prov.) — Ab a. 1535 ad a. 1587, haec series plena certitudine caret.

Simon a Sant'Angelo: 1535.
Franciscus *Titelmans* (Belgicus): 1537.
Ioannes a Ventimiglia: 1538.
Bernardinus ab Asti: 1539.
Hieronymus a Montepulciano: 1541.
Laurentius a Rieti: 1543.
Raphaël a Volterra: 1544, 1546.
Marianus a Nebbio: 1545.
Franciscus a Soletri [?]: 1547.
Franciscus a Soriano: 1549.
Petrus a Cittaducale: 1552.
Franciscus a Napoli: 1555, 1560.
Ioannes a Viterbo: 1558, 1567.
Bernardinus a Montolmo: 1561.
Hieronymus a Pistoia: 1564.
Anselmus a Pietramolara: 1570.
Rufinus Corsicus: 1573.
Bernardus a Bagnaia: 1574.
Michaël Hispanus: 1577.
Ludovicus a Perugia: 1579.
Sanctes a Roma: 1582, 1588, 1597.
Ludovicus a Montefalco: 1584, 1591.
Silvester a Rossano: 1587.
Anselmus a Monopoli: 1594.
Daniel a Castiglione: 1600, 1610.
Sanctes a Piperno: 1603, 1607, 1613.
Tranquillus a Montalboddo: 1604.
Silverius a Scandriglia: 1615, 1621.
Salvator a Todi: 1618, 1628.
Paulus a Roma: 1624.
Franciscus a Novara: 1625.
Gregorius Polonus: 1625.

Bernardinus a Macerata: 1631.
Paulus M. ab Asti: 1634.
Michaelangelus a Genova: 1635.
Laurentius a Ficulle: 1638.
Valerianus a Canemorto [?]: 1639.
Nicolaus a Namur (Flandricus): 1641.
Ioan. Bapt. a Nettuno: 1644.
Bonaventura a Pescia: 1647.
Laurentius a Trivignano: 1650.
Bernardinus a Scheggia: 1653, 1659.
Bernardus a Roma: 1656.
Iosephus a Milano: 1660.
Urbanus a Banco: 1662.
Angelus a Borgomanero: 1665.
Bonifacius a Frosinone: 1668.
Dominicus a Prata: 1671, 1677, 1685.
Claudius a Monte S. Giov.: 1674.
Franciscus M. a Torri: 1680.
Michaelangelus a Prato: 1683, 1689.
Georgius a Vico: 1686.
Angelus a Rieti: 1692.
Seraphinus a Todi: 1695.
Bonifacius a Roma: 1698.
Angelus M. a Voltaggio: 1701.
Leonardus a Viterbo: 1704, 1712.
Philippus a Milano: 1708.
Ios. Anton. a Micigliano: 1711, 1717.
Vincentius a Bergamo: 1714.
Ioannes a Cascia: 1720, 1727, 1733.
Leo a Castel S. Pietro (Bologna): 1723.
Antonius a Cave: 1724.
Angelus Gabriel a Canepina: 1730, 1742.
Carolus Philip. a Civitavecchia: 1736.
Iacobus a Varallo: 1741.
Philippus ab Amelia: 1745.
Generosus a Tivoli: 1748.
Iosephus M. a Nizza: 1751, 1757.
Ioannes a Collepardo: 1754.
Bonaventura a Vitorchiano: 1760.
Carolus Alois. a Calvenzano: 1762.
Felix Anton. a Roma: 1765.
Ioannes M. a S. Remo: 1768.
Iosephus M. a Riano: 1771.
Bonaventura a Ferrara: 1774.
Franciscus a Collevecchio: 1777.
Petrus Paulus a Cadoro [?]: 1780.
Andreas a Tolfa: 1783.
Benedictus a Taggia: 1786.
Vincentius a Frascati: 1789.
Bonifacius a Nizza: 1792.
Angelus Anton. a Tolfa: 1795.
Michaelangelus a Venezia: 1798.
Marianus ab Alatri: 1801.
Felix Maria a Brignano: 1804.
Augustinus a Forano: 1807.
Ludovicus a Frascati: 1818.
Caelestinus a Ceriana: 1821.
Aloisius a Bagnaia: 1824.
Ambrosius a Tirano: 1827.
Archangelus a Forano: 1830.
Benedictus a Bene: 1833.
Dominicus Ant. a Frascati: 1836, 1842, 1848.
Laurentius a Vallebona: 1839.
Aloisius a Taggia: 1845.
Raphaël a Pompeiana: 1851.
Angelus Anton. a Tolfa: 1854.
Dominicus a Castelnuovo: 1857.
Petrus a Lisciano: 1860.
Paulus a Colla: 1863.
Nicolaus a Pendenza: 1866, 1872.
Franciscus Xaver. a Bene: 1869.
Bartholomaeus a Viguzzolo: 1875.
Gabriel a Guarcino: 1878, 1890.
Iacobus a Gavi: 1881, 1887.
Aloisius a Leprignano: 1884.
Paulus a Pieve di Controne: 1893.
Benedictus ab Alatri: 1896, 1902.
Paulinus a Palma: 1899.
Aloisius a Taggia: 1903 Vic. Prov., 1905.
Seraphinus a Collepardo: 1908.
Vincentius a Guarcino: 1911.
Domin. Arsenius ab Alatri: 1914.
Michaël a Muro Lucano: 1919.
Hyginus ab Alatri: 1922.
Bernardinus a Frasso: 1925, 1931.
Octavius ab Alatri: 1928, 1940.
Dominicus ab Isnello: 1934.
Stanislaus a Fiuggi: 1937.
Angelus a Farnese: 1943.
Hippolytus a Vetralla: 1946, 1949.

Religiosi huius Provinciae
de quibus fit sermo sub eorum nomine

SANCTI - BEATI - VENERABILES:
S. Felix a Cantalice, laic. († 1587)
B. Crispinus a Viterbo, laic. († 1750)
V. Carolus a Motrone († 1763)
V. Dominicus Anton. a Roma († 1813)
V. Franciscus a Bergamo († 1626)
V. Georgius ab Augsburg, laic. († 1762)

CARDINALES:
Marzati Anselmus a Monopoli († 1607)
Micara Ludovicus a Frascati († 1847)

EPISCOPI:
Baccini Aloisius a Taggia († 1935)
Porta Ioan. Angelus a Cuneo († 1835)
Santini Ioannes a Rieti († 1940)
Serafini Lauren. a Camerata († 1846)
Tei Paulus a Pieve di Controne: († 1916)

MINISTRI ET VIC. GENER.:
Aloisius a Bagnaia († 1845)
Bernardinus ab Asti († 1557)
Marianus ab Alatri, Vic. Gen. († 1821)

SCRIPTORES, MISSIONARII etc.
Aloisius a Crema, laic. pictor († 1816)
Amadeus ab Orvieto, Postul. Gen. († 1835)
Angelus a Borgomanero, Post. Gen. († 1693)
Angelus a Ronciglione, miss. († 1944)
Angelus M. a Voltaggio, Post. Gen. († 1713)
Benedictus a Scandriglia, scrip. († 1659)
Bernardinus Hungarus, miss. († 1664)
Bonifacius a Nizza, script. († 1812)
Carolus Felix a Milano, Post. Gen. († 1861)
Emmanuel a Domodossola, Post. G. († 1802)
Fidelis a Roma, miss. († 1918)
Franciscus a Bassano, miss. († 1934)
Franc. Longo a Corigliano, script. († 1625)
Franciscus a Sorjano, concion. († 1567)
Franc. Titelmans (belga), script. († 1537)
Gabriel a Guarcino, script. († 1893)
Gregorius a Roma, Postul. Gen. († 1757)

Hyacinthus a Vetralla, miss. († 1659)
Ioan. Franciscus a Roma, miss. († 1656)
Iosephus M. a Monterotondo, script. († 1942)
Iosephus Ant. a Trivigliano († 1728)
Isidorus a Guarcino, script. († 1899)
Laurentius a Rieti, Proc. Gen. 1546-49
Leonardus a Viterbo, Postul. Gen. († 1715)
Michaël a Carbonara, miss. († 1910)
Octavius ab Alatri, conc. ap., script. († 1943)
Pacificus a Perugia, conc. († 1730)
Petrus a Cittaducale, Proc. Gen. († 1566)
Petrus a Piacenza, miss. († 1585)
Raphaël Minossi a Roma, pict. († 1805)
Rufinus a Siena, chronol. († 1626)
Sanctes Tesauro a Roma, script. († 1621)
Seraphinus a Collepardo, miss. († 1916)
Victorius ab Alatri, script. († 1886)
Vincentius a Frascati, Post. Gen. († 1848)

Bibliographia

CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO O. CAP. (a. 1649) Tab. 10; (a. 1712) Tab. 33.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32, tab. VIII.
BULLAR. CAP., II, 14-99; X, 731.
MONUM. HIST. O. CAP., I, 17, 258, 366,
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. I, 75, cf. Ind.
CRONACA *dei PP. Cappuccini della Prov. Romana*. Roma, 1851 (2 tabulae in folio cum serie Min. Prov.).
STATISTICA *dei Cappuccini della Prov. Romana*, an. 1889....
ALOISIUS A FORANO, *Necrologium FF. Capuccin. Almae Urbis Provinciae*. Velitris 18..0.
GIUSEPPE DA MONTEROTONDO, *Gli inizi dell'Ordine Capuccino e della Prov. Romana*. Roma, 1910.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 58 (Status Prov.) 52 (1936) p. 102, 129 ss. (de Periodicis a Prov. Romana editis). — cf. et *Index Gener.* voll. 1-50, p. 192.
BOLLETTINO UFFICIALE DELLA PROV. ROMANA, 1947 ss. (antea: *Resoconto...*).
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 8, 15.
ITALIA FRANC. 14 (1939) p. 211, 268, 352: *Bibliotheca Capucc. Prov. Urbis* (Teodoro da Torre d. Greco). — 18 (1943) p. 124-26 (Adnotationes circa *Biblioth.*). Cf. COLLECTAN. FRANC., Bibliogr. Franc. an. 1938-39, n. 163.
RESOCONTO *per i FF. Min. Cappuccini della Prov. Romana*, 1940-1946 (postea: *Bollettino ufficiale*).
VOCE SERAFICA — *Rivista mensile di cultura francescana e del T. O.* Roma, 1910 ss.

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

PRONTUARIO *di Norme e Formule per i Min. Capp. della Prov. Romana*. Roma 1939.
REGOLAMENTO *disciplinare e scolastico per i Seminari e Studi dei PP. Cappuccini della Prov. Romana*. Roma, 1943.
STATUTO *degli Studi dei FF. Min. Cappuccini della Prov. Romana*. Roma 1946.

Romandiola Provincia, vulgo *Romagna* in Italia. — Olim hoc nomine interdum Prov. *Bononiensis* nuncupata est.

Romani Pontifices, vide *Pontifices Romani*

Romania. — Prima vice anno 1642 Capuccini ex Italia in Romaniam venerunt. Anno vero 1656 Missio ob bellum inter Turcas et Venetos confratribus Galliae tradita est. Anno 1673 variis difficultatibus superatis in *Nauplia* Hospitium erexerunt, e quo iam anno sequenti eiecti sunt. Ad instantiam Gubernii Gallici novam quidem domum obtinuerunt, at post decem annos (1685) novis exortis vexationibus abierunt.

Hodie in finibus Romaniae adest conventus de *Nagyvárad* (vulgo Oradea Mare) pertinens ad nostram Hungariae provinciam.

BULLAR. CAP., IX, 218.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni Capp.*, IV, 395-402, cf. et Index p. 450.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., XIV, 72-74 passim.

Romanianum, vide *Romagnano*

Romano Lombardo, in Prov. Mediolanensi. — Huius Conventus primus lapis positus est a. 1577 eiusque ecclesia S. Petro Apost. dicabatur. Exstitit usque ad suppressionem Ordinum religiosorum (1810).

BULLAR. CAP., II, 448.
VALDEMIRO, *Capp. Bergamaschi*, p. 35-38, 338.

Romans (*Romanum in Delphinatu*) in provincia Lugdunensi. — An. 1790 vi eiecti sunt fratres nostri e Conventu ibi a. 1609 excitato.

BULLAR. CAP., V, 398.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 48.

Romanum, vide *Romans*

Romanus a Dinan (*Tournois*), alumnus prov. Parisiensis; a militibus in odium fidei mactatus d. 23 ian. 1796.

BESCHIN, *Martyrol. Franc.* (23 ian.).
EDOUARD, *Essai de Martyrologe*, p. 2.
ANALECTA CAP. 43 (1927) p. 232-34.
ANNALES FRANCISCAINES, 18 (1892-94) p. 224, 322.

Romanus a St.-Claude,
vide *Iosephus Rom. a Saint-Claude*

Romaricus Mons, vide *Remiremont*

Rombiolo, in Prov. Rheginensi Calabriae. — Noster Conventus, olim vulgo dictus de « Li Quartieri » (*Quarterorum*), exstitit ab an. 1588 usque ad civilem suppressionem a. 1866. Anno autem 1896 denuo traditus est fratribus nostris. Ecclesia prius B. Mariae Consolatrici, postea S. Mariae Angelorum dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 42 tab. X.
BULLAR. CAP., III, 312 (*Li Quartieri*).
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 38.
BROSIO FRANC. — *Monografia del Conv. dei Capp. di Rombiolo*. S. Gregorio d'Ippona 1919.
ANALECTA CAP. 61 (1945) p. 36 novitiatus; 66 (1950) p. 21, translatio novitiatus.
ITALIA FRANC., 24 (1949) p. 112 s.

Romei I., vide *Ioannes a Terranova*

Rometta (*Rametta*) in Prov. Messanensi. — Conventus et ecclesia S. Georgii fundantur a. 1585. Post terrae motum a. 1908 exstitit tantum Hospitium, quod vi decreti S. Congr. de Relig. (13 iun. 1927) supprimitur.

BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, pag. L.
ANALECTA CAP. 43 (1927) p. 184.
BOLLETT. UFF. PROV. MESSINA, a. 1936, p. 29.

Romont (*Romontum, Rotondimons*) in Prov. Helvetica. — Hoc in oppido, in ditione friburgensi, Capuccini recepti sunt a. 1726. Hospitium, a. 1903 ampliatum, ad gradum Conventus promotum est a. 1905. Ecclesia est dicata Transfigurationi Domini Nostri.

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 21 tab. 16.
BULLAR. CAP., IV, 365; IX, 67.
CHRONICA PROV. HELVET. p. 358-61, cf. Ind..
SCHWEIZER. KAPUZ. FESTSCHRIFT (1928) p. 58, 64, 176.
BÜRGLER, *Franz-Orden i. d. Schweiz*, p. 103.
COLLECTAN. HELVET. FRANC., V, 1949, p. 30-35: *Ein Kostbarer Kodex im Kloster Romont* (P. Beda Mayer).

Romorantin (*Romorantinum*) in Prov. Parisiensi. — Quod antiqua Prov. Turoniae exstruxerat Coenobium a. 1614-1615, Gallica revolutio abrogavit a. 1790. Ecclesia fuit dicata Assumptioni B. M. V.

BULLAR. CAP., V, 391.
SILV. MEDIOL., *Annales*, I, 48.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 55.
PLAT E., *Fondation du couvent des Capucins à Romorantin*. Saint-Mandé 1890.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 346.

Romualdus a Parma, antiquae Bononiensis provinciae lector, definitor et bis moderator. *Ugolini-Castellina* gente ortus anno 1590, Capuccinorum habitum induit a. 1611. Gliscente pestifera lue a. 1630-31, miris modis aegrotantibus inservit, praesertim domi suae Parmae, in qua plenum ei commissum est civile et ecclesiasticum imperium, unde inter aequales eo tempore principem locum obtinuit. Apud regem Hispaniarum a. 1651 legatus extraordinarius a Ranutio II Parmae Duce mittitur. Fuit insuper Visitator et Commissarius per varias Ordinis Provincias et Definitor Gener. ab a. 1656 ad a. 1662. Parmae obiit die 24 ian. 1677.

BULLAR. CAP., II, 253.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 243-46.
IDEM, *Leggenda Capitoli Prov.* p. 22, 24.
FELICE, *Tavole Capitoli Gen.*, p. 148.
IDEM, *Missionari Parmensi*, p. 29.
LUIGI DA GATTEO, *La Peste a Bologna nel* 1630 (Forlì 1930), passim de P. Romualdo.
CIRILLO, *I Capp. Emiliani*, II, 7, 206.
SALVATORE, *Prov. di Bologna* I, 185, 192-99.
PROVINCIA DI BOLOGNA, *Atti uffic.* a. 1935, p. 78.

Romualdus a Stockach, in sua prov. Austriae Anterioris lector et Annalista († 1745). — Non pauca opera historica typis edidit, inter quae eminet: *Historia provinciae Anterioris Austriae FF. Min. Capuccinorum*. Campidonae 1747.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 225.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 66.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 1546.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Anterioris-Austriae* p. 328 s.

Romualdus a Torino, alumnus prov. Genuensis; theologus eruditus ac in Vallibus sub. alpinis strenuus missionarius apostolicus († 1616). Scripsit: *Disputationes theologicae*; *Adnotationes in S. Scripturam*; *Manuale Controversiarum ad usum Missionariorum*. Vercellis, 1616.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 234, 245.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 224.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 75.
IOAN. A S. ANT. *Bibl. Franc.* III, 73.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, I, 80.
SIGISMONDO, *Biografia Serafica*, p. 534.
HURTER, *Nomenclator*, III, 463.

Romulus (S.), geogr. vide *San Remo*

Ronciglione (*Roncilio, Runcilionum*) in Prov. Romana. — Priorem Conventum, cuius fundationis annus nescitur, omnino a nostratibus desertum fuisse a. 1628, constat. — Alter Conv. propius civitati aedificatus est a. 1627 cum ecclesia S. Francisco Assisiensi dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 33 tab. VIII.
BULLAR. CAP., II, 38, 433; X, 134, 246.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 58.

Roncon prope Patavium, vide *Padova*

Rorschach, in Helvetia. — Ab a. 1616 usque ad a. 1903, Sorores *Capuccinae* III Ord. Regul. S. Franc. ibi moratae sunt in monasterio titulo S. Ioseph.

BULLAR. CAP. IV, 365.
GREIDERER, *Germania Franc.*, II, 662.
SCHWEIZER. FRANZ.-KALENDER (1943) p. 51.

Rosaliensis *sedes titularis episcopalis*. — Ab an. 1843 usque ad an. 1881 hoc titulo fruitus est noster missionarius Fidelis SUTTER a Ferrara.

Rosario de Santa Fé, in republ. Argentina. — Hanc civitatem fratres Capuccini Prov. Genuensis e Missione de Montevideo ingressi sunt a. 1914, et illis a S. Sede cura Collegii in vico « *Villa S. Diego* » siti, pro eruditione puerorum colonorum concredita est. Postea eisdem fratribus commissa est cura paroecialis in vico *Villa Gálvez*.

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) tab. XXXVIII.
ANTONIO M. DE MONTEVIDEO, *Los Capuchinos Genoveses en el Rio de la Plata* (Montevideo 1933) p. 179-90.
ACTA, *Bollett. Prov. Genova*, 1942, p. 99.

Rösch C., vide *Constantinus ab Eisenharz*

Roscianum, vide *Rossano*

Roscoff (*Roscovium*) in Prov. Parisiensi. — Fratres antiquae Prov. Turoniae, a. 1621 Conventum excitarunt, quem saeviente civili eversione a. 1792 reliquerunt. Ibi nostrates redierunt anno tantum 1936.

BULLAR. CAP., V, 395.
FRANÇOIS DE PAULE DE MAUMUSSEN, *Les Capucins à Roscoff* (1621-1792). Roscoff 1937. (cf. « Collect. Franc. » a. 1942, p. 128).
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 24, 72.
ANALECTA CAP. 66 (1950) 20, vetus conv. reassumitur.
ANNALES FRANC. (Paris), an. 1938, p. 282; an. 1939, p. 82-83.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 346.

Roscovium, vide *Roscoff*

Roseburg (Oregon), Custodia provincialis *Status Foeder. Americae*. — Fratres Prov. Hiberniae domum religiosam ibi tenent ex an. 1911, cum ecclesia S. Ioseph dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22 tab. XX.

Rosenheim (*Rosenhemium*) in Prov. Bavarica. — Ex antiquo Conventu tit. S. Elisabeth condito an. 1606, nostrates coacti sunt discedere a. 1803. — Novus Conv. aedificatus est a. 1854-56, apud antiquam ecclesiam S. Sebastiani mart.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14 tab. XV.
BULLAR. CAP., IV, 374.
CHRONICA BAVAR. PROV. p. 14, 184-90.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* (Index p. 790).
JUBELFEIER *des 200 jähr. Bestehens der zwei Kirchen Mariä Loretto u. St. Sebastian in Rosenheim*, Ib. 1836, pp. 36.

Rosillio, vide *Roussillon*

Rosmini-Serbati Antonius, philosophus (1797-1855). — Amicus et benemeritus Ordinis nostri, a P. Eugenio a Rumilly Ministro Generali, Litteras, quas dicunt *Affiliationis* Ordinis Capuccinorum obtinuit die 27 oct. 1838. (cf. « ANNALI FRANCESCANI » Milano, a. 1942, p. 67; a. 1943, p. 10. Insuper praestat adnotari, in nonnullis scriptoribus Ordinis nostri quaedam elementa systematis Rosminiani invenire fas esse. De hac re, P. Romualdus Bizzarri articulum scripsit in: RASSEGNA NAZIONALE (Firenze) vol. 46, 1924, p. 85-105, titulo: « *Tre Cappuccini precursori del Rosmini* » (scilicet: Valerianus Magni a Mediolano † 1661; Iuvenalis Annaniensis seu a Nonsberg † 1714; Udalricus a Gablinga † 1800).

Rospigliosi Iacobus, *Cardinalis*, titulo S. Sixto, a Clemente IX creatus an. 1667, Ordini Capuccinorum concessus est ceu *Protector* an. 1673, donec ob infirmam valetudinem munus resignare cogitur a. 1677. Natus a. 1628, Romae obiit a. 1684.

BULLAR. CAP., I, 124.

ANALECTA CAP. 7 (1891) p. 111 E; 12 (1896) p. 366.

Rossa, in Helvetia (Ticinum). — Fratres missionis *Mesaucinae*, (Mesocco) apostolatum et curam paroecialem ibi exercuerunt ab an. 1666 ad a. 1921.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 129.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 445 (Ind.)
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 44.

Rossano (*Roscianum*) in Comm. Consentino Calabriae. — Prior Conventus, cum ecclesia B. M. V. Gratiarum dicata a. 1546 exstructus est, at aëris aegritudinis causa, postea relinquitur. — Alter Conv., cuius ecclesia dicata est B. M. V. Constantinopolitanae, aedificatur intra moenia urbis a. 1631, in eoque fratres steterunt usque ad suppressionem a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 88-89, 97-98.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 416.

Rota M., vide *Maria Domitilla Rota*

Rota P., vide *Petrus a Martinengo*

Rotari (Rovero) Bernardinus ab Asti, archiepisc., Prov. Pedemontanae alumnus. Nobili domo marchionum *Cortanseri* natus est a. 1686. Militiam primum sequutus est, deinde Capuccinus fieri voluit in Bononiensi Provincia a. 1714, ibique Lectoris philosophiae constituitur. Postea Ministri Generalis a Secretis fuit, et Prov. Pedemontanae, cui se iam aggregaverat, Minister electus est. Clemens XII die 7 oct. 1730 archiepiscopum *Turritanum* (Sassari in Sardinia) eum nominavit et a. 1741 ad sedem episcopalem *Novariensem* (Novara) translatus est. In oppido Trecate mortem invenit d. 26 oct. 1747, eiusque corpus in cathedrali Novariae conditum est.

BULLAR. CAP., I, 186-87, ubi erronee legitur factus archiep. an. 1736 (cfr. *Bullarii Cap. Regestum*, num. 2052).
RITRATTI CAPPUCCINI ILLUSTRI, I, 77-80.
PELLEGRINO, *Leggenda Capitoli Prov.*, p. 47.
CAPPELLETTI, *Chiese d'Italia*, XIII, 130; XIV 523.

Rothomagum, vide *Rouen*

Rottenburg, in prov. Rhenano-Westfalica. — Fratres prov. Helveticae conventum excitarunt a. circ. 1622, qui abrogatus est primis annis saec. XIX.

BULLAR. CAP. IV, 366.
SILVEST. MEDIOL. *Annales*, p. 94, 359.
GIUSEPPE DA CANNOBIO, *Annali*, I, 113; II, 20.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 180-86.
PETRUS FRANC., *Suevia eccles.*, p. 729 s.

Rottensteiner A., vide *Antonius ab Obereifnach*

Rotterdam, in Prov. Hollandiae. — Inde iam ineunte saec. XVII plerique Capuccini in illa civitate sacrum ministerium exercuerant: verumtamen nonnisi a. 1921 ibi domicilium

statuerunt. Et quidem duobus in locis, scilicet: in vico « *Katendrecht* » ad ecclesiam S. Margaritae M. Alacoque, curam quasi paroecialem habentem: at a. 1934 domus et ecclesia tradebatur Congregationi Sacerdotum S. Cordis. Item in vico « *Charlois* » cuius domus a. 1928 Conventus efficitur, eiusque ecclesia, S. Michaëli Arch. et S. Clementi P. M. dicata, officia paroecialia gerit.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22 tab. XIV.
SCHOENGEN, *Monasticon Batavum*, I, 172; *Supplementum* (David De Kok), p. 137.
ANALECTA CAP. 35 (1919) p. 144; 38 (1922) p. 76; 51 (1935) p. 14.
FRANC. LEVEN, 17 (1934) p. 195-264:: *Rotterdam en de Orde v. St. Franc. etc.* (P. Gerlachus et P. Cleophas); v. recens. apud COLLECTAN. FRANC. a. 1939, p. 437 n. 383, p. 438 n. 386-87.

Rottweil (*Rottwila*) in prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus fundatus a. 1623 a fratribus prov. Helveticae stetit usque ad suppressionem Religiosorum facta primis annis saec. XIX.

BULLAR. CAP., IV, 366.
SILVEST. MEDIOL. *Annales*, p. 376, 542.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 20, 215.
CHRONICA PROV. HELVET. p. 102, 157, 275.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 186-91.
PETRUS FRANC., *Suevia eccles.*, p. 734 s.

Roudnice, Raudnitz (*Raudnicium*) in Prov. Bohemo-Morava. Conventus exstructus est a. 1615, cum ecclesia sub patrocinio S. Wenceslai Ducis et Mart.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 377.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 58.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 438.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 796.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 158.

Rouen (*Rothomagum*) in Prov. Parisiensi. — In ditione vulgo *Jerico* a. 1582 exstructus erat Conventus, qui rei militaris causa post paucos annos eruitur. — An. 1592 alter erigitur Conv. in loco ubi erat antiquum Castrum, at sex annis post nostrates eum relinquere coacti sunt. — Tertius Conv. a. 1612 intra moenia urbis construi coeptus est, cuius ecclesia dicata erat Inventioni S. Crucis. An. 1790 supprimitur et postea penitus eruitur. — Anno denique 1921 nostratibus nova domus canonice erecta est eisque paroecia SS. Cordis concredita est.

BULLAR. CAP., V, 393, (cf. *Index* p. 435)
GODEFROY, *Les Capucins en France*, t. I, fasc. I et II (cfr. *indices*); t. II 126-29.
RENÉ DE NANTES, *Documents*... p. 82-86.
GODEFROY DE PARIS, *La Madone miraculeuse des Capucins à Rouen - Notre Dame de Santé*. Rouen 1938. Cfr. Collectan. Franc., *Bibliogr. Franc. an. 1938-39* n. 3190 p. 622.
ANALECTA CAP. 38 (1922) p. 40, 41.
ANNALES FRANC. t. 16 (188-90) p. 454, 506, 547, 599, 638, 691: *Les Capucins de Rouen pendant les pestes au XVII siècle* (Edouard d'Alençon); seorsim editum Parisiis 1890.

Rousseau vide *Henricus a Montbazon*

Roussillon (*Ruscellonum*). — In hoc regione, olim hispanica, fratres nostri Prov. Catalauniae sex erexerunt Conventus, idest: *Perpignan, Elne, Thuir Vinça, Prades* et *Céret*. — At, cum Ludovicus XIV universam Ruscelloni regionem regno Gallico adnectendam statuisset, supra nominati Conventus a. 1658 *Custodiam Ruscelloni* constituerunt immediate Ministro Generali subiectam; sed hic a. 1661 die 21 mart. decretum emisit quo haec Custodia *Provinciae Tolosanae* adnexa dicebatur. Ortis postea nonnullis difficultatibus anno sequenti decreto d. 16 iun., sex Conventus *Ruscellonenses* eidem Prov. Tolosanae omnino incorporati sunt, quod decretum mense ianuario an. 1663 executioni mandatum est.

APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, I, 164-68.
TOLRA DE BORDAS IOS., *L'Ordre de St. François de Roussillon*. Paris 1884.
ESTUDIS FRANC. 26 (1921) p. 287.
ETUDES FRANC. 6 (1901) p. 279-95: *Les Capucins et l'Armée espagnole en Roussillon en 1793-95*.

Rovena in Helvetia, vide *Roffna*

Róvere (Iulius de la), Cardinalis Urbinatensis. — Pius IV die 20 apr. 1564 eum vices Card. Leonelli Carpensis nostri Ordinis Capuccinorum protectoris agentem nominavit, eoque mortuo (d. 2 maii eiusdem anni) ipse *Protector* evasit. Quod autem ille saepe ab Urbe migraret, ut vices Protectoris gerentes prius Marcus Ant. Amulio, postea (1570) Iulius Ant. Santori electi sunt. Obiit de la Rovere mense sept. a. 1578.

MONUM. HIST. O. CAP., IV, p. XL s., 145; V, 300 s.
BULLAR. CAP., I, 28, 29.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 79; 12 (1896) p. 365.

Roveredo, in Helvetia (Ticinum). — Fratres missionis *Mesaucinae* (Mesocco), apostolatum ibi exercuerunt ab a. 1635 ad a. 1890.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 129.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 445 (Ind.)
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 44.

Rovereto (*Roboretum*) in Prov. Tridentina. — An. 1575 sodalibus Capuccinis tradita est ecclesia S. Catharinae V. et M. cum adnexa domo monialium Ord. S. Benedicti. Coenobium postea ampliatum est, et nova ecclesia ab imis aedificatur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 36 tab. V.
BULLAR. CAP., III, 294, 330.
MARCO, *Capp. di Trento*, p. 16-42, 221.

Rovero B., vide *Rotari B.*

Rovigo (*Rhodigium*) in Prov. Veneta. — Primus Conventus erectus est a. 1568 in vico S. Bernardi; quo vero, ob aëris inclementiam deserto, a. 1617 secundus exstruitur cum ecclesia S. Michaëli dicata. Hoc secundo a. 1867 suppresso, tertius a. 1890, ad Portam « Arquá » et titulo S. Laurentio Brundusino, aedificatus est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 38 tab. v.
BULLAR. CAP., II, 443.
CENNI *sulla chiesa e convento dei PP. Cappuccini in Rovigo*. Rovigo, 1851.
BROGLIO A., *Il Convento e i FF. Minori Cappuccini di Rovigo*. Rovigo 1936.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 410.

Roxolaniae Prov., vide *Russiae Prov.*

Rozwadów (*Rozwadowia*) in Prov. Cracoviensi. — Ab a. 1749 ibi morantur fratres nostri ad ecclesiam Annuntiationis B. M. Virginis, in qua ab a. 1797 ad a. 1908 etiam munus paroeciale exercuerunt.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 42 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 387; VIII, 232.
SCHEMATISMUS PROV. CRACOVIEN. (1937) p. 22.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) cf. Ind. p. 628.

Rubadi S., vide *Stanislaus a Genova*

Rubatto Francisca Maria, T. O. R. vide *Capuccinae Tertiariae de Loano*

Rubens Petrus Paulus, pictor flandricus celeberrimus (1577-1640). — Plurimas ipse pro diversis sodalium Capuccinorum ecclesiis tabulas confecit, in quibus prae primis repraesentantur *S. Franciscus* sub diversis rationibus, nempe S. Franc. sacra stigmata accipiens; S. Franc. et Eucharistia; S. Franc. et devotio erga Jesum Infantem vel Christum patientem, etc. Inter eius pictoriae artis imagines habentur: Adoratio Magorum et Pastorum; SS. Petrus et Paulus; S. Bonaventura aliique Sancti. Demum inter fratres Capuccinos ab eo depictos adnumeratur P. Innocentius a Caltagirone, Minister Generalis, qui an. 1646 in Belgio morabatur.

Ecclesiae autem et conventus nostri Ordinis, in quibus exstant eximiae tanti pictoris tabulae, recensentur: *Aix-la-Chapelle, Anvers, Bruges, Bruxelles, Cambrai, Edingen, Köln, Lille, Lier, Tournai.*

COFFIN ARNOLD, *St. François d'Assise dans la peinture flamande primitive et dans l'œuvre de Rubens*. In : « Revue d'Histoire Franc. » 5 (1928) p. 241-69.
HILDEBRAND (P.), O. M. CAP., *Rubens chez les Capucins*. In: « Etudes Franc. » 47 (1935) p. 726-29.
REMY D'ALOST, O. M. CAP., *L'œuvre franciscaine de Rubens*. In: « Etudes Franc. », t. 50 (1938) p. 637-59; t. 51 (1939) p. 23-54. — Cfr. « Collectan. Franc » Bibliogr. Franc. an. 1938-39, num. 3169.
MICHEL ÉMILE, *Rubens. Sa vie, son œuvre et son temps* (contenant 354 réproductions). Paris, Hachette, 1900.

Rubeus, vide *Ruvo*

Rublanum, vide *Rogliano*

Rudiae, vide *Rugge*

Rudolfswerth, vide *Novomesto*

Rudolphus, vide *Rodulphus*

Rueda (*Rota*), in prov. Castellae in Hispania. — Conventus tituli S. Sebastiani ibi exstitit ab an. 1740, probabilius usque ad civilem eversionem a. 1835.

BULLAR. CAP. V, 418.
STATISTICA PROV. CASTELLAE (1909) p. 22.
MELCHOR, *Capuch. en Castilla*, p. 40, 153, 197.

Rufectum, vide *Ruffec*

Ruffano (*Ruffanum*) in Prov. Apuliae. — Ibi Conventus exstitit ab a. 1621 usque ad Religiosorum Ordinum suppressionem a. 1861. Eius ecclesia dicata est S. Antonio Patavino.

BULLAR. CAP., III, 127, 319.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 147.

Ruffec (*Rufectum*) in Prov. Tolosana. — Nostratibus antiquae Prov. Turoniae, Coenobium patuit ab a. 1636 ad a. 1790, quo suppressum est.

BULLAR. CAP., V, 391.
IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, p. 109.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 346.

Ruffini I., vide *Iuvenalis a Nonsberg*

Ruffo Thomas, Cardinalis titulo S. Laurentio in Panisperna, Ordini nostro Capuccinorum *Protector* dabatur a Benedicto XIV mense iulio a. 1741, talisque exstitit usque ad mortem, quae ei accidit, aetate nonagenario, die 16 febr. 1753.

BULLAR. CAP., VII, 353; VIII, 25.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 367.

Rufinus a Siena, Prov. Romanae alumnus. († a. 1626). — Chronicon Ordinis Capuccinorum, italico sermone conscripsit (1589) titulo: *Croniche, origine e principio della Riforma detta dei Cappuccini*, cuius Codex (quem saepe profert Boverio in « Apparatu » suorum « Annalium ») asservatur in Archivo Prov. Tusciae. Haec *Chronica* sub titulo: « *I Frati Minori Cappuccini nel primo secolo d'origine* » integre vulgavit P. Sixtus a Pisis, notis adiectis, in periodico « L'Italia Francescana » t. I-X (1926-1935). Ex eodem periodico anglice reddidit (at non integre) monialis Benedictina abbatiae de Stanbrook in Anglia, eamque edidit Londini a. 1931, titulo: *A Capuchin Chronicle*, quod volumen tertium est collectionis « Capuchin Classics » a P. Cuthberto a Brighton fundatae.

MONUM. HIST. O. CAP. (cf. Ind. t. I et II)
COLLECTAN. FRANC. 4 (1934) p. 451 (de anglica vers. Chron.).
ITALIA FRANC. 1 (1926) p. 31 s.

Rugge (*Rudiae*) prope Lecce, in Prov. Apuliae. — Super dirutam urbem Rudiarum (quae saec. XII circ. eversa est) ecclesia in honorem B. M. V., vulgo dictae *Madonna di Rugge*, erecta erat. An. 1530-33, apud eam fratres nostri Conventum exstruxerunt ibique manserunt usque ad civilem suppressionem a. 1809.

BULLAR. CAP., III, 129, 319 (Lecce).
EMANUELE, *Cronaca di Puglia* (v. Ind.).
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 19, 66.
SALVAT. DA VAL., *Capp. nelle Puglie*, p. 26, 96.

Ruggianum, vide *Rogiano Gravina*

Ruis in Helvetia. — Fratres missionis *Raetiae*, apostolatum ibi exercuerunt an. 1628-1643.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 122.

Rumburg, Rumburk (*Rumburgum*) in Prov. Bohemo-Morava. — Fratres Capuccini conventum habent cum ecclesia S. Laurentii mart. a. 1683 aedificatum.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 377.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 361.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 797.
ANALECTA CAP. 4 (1888) p. 70.
SERAFINSKÉ KVĚTY, a. 1937, p. 45-47

Rumenia, vide *Romania*

Rumilly (*Rumilliacum*) in Prov. Sabaudiae. — Domus religiosa fratribus nostris a. 1612 condita, derelicta est subversionis politicae causa a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 399.
EUGÈNE, *Nécrol. de Savoie*, p. XIX, XXXI, 390.
JEAN DE COGNIN, *Les Cap. en Savoie*, p. 81.
ANALECTA CAP. 60 (1944) p. 91 Not. a. 1661.

Runcilionum, vide *Ronciglione*
Rupefortium, vide *Rochefort*
Rupella, vide *Rochelle* (*La*)
Rupertus a Laufen, v. *Lambergh R.* episc.

Rupertus M. a Manresa, Prov. Catalauniae Definitor et Custos Gener. — Gente *Badia y Mullet* a. 1869 ortus est et habitum religiosum sumpsit a. 1884. Vives y Tuto Card. Ord. Cap. eum Romam inter a. 1899-1904 a secretis vocavit. In provinciam suam a. 1906 rediit et fabricam nostri Conventus Barcinonensis de Pompeya curavit. An. 1936, hispanico bello civili gliscente, Genuam in Italia se recepit, ibique d. 19 ian. 1939 animam Deo reddidit. Nonnulla studia de re biblica et ascetica praesertim in periodico « *Estudios Franciscanos* » scripsit. In hispanicum idioma vertit *Psalmos* et *Ecclesiastes* (Barcelona 1935). — De B. M. Virgine haec in lucem edidit: *La Virgen Maria en la literatura Hispana*. 2 voll. (1903-1904). Opus vulgavit de eius divina maternitate (1922) et commentarium in « Magnificat » (1924). De variis aliis argumentis edidit opera.

EDUARDUS, *Bibl. mariana*, p. 67.
BASILI DE RUBÌ, *Necrologi*, p. 18.
ENCICLOP. UNIV. (Espasa), t. 52 p. 853.
ESTUDIS FRANC., a. 1936, p. 266 ss.

Rupex, vide *Roche-sur-Foron* (*La*)
Rupis contracta, vide *Arcevia*
Ruremundensis dioecesis, vide *Roermond*
Ruscellonum, vide *Roussillon*

Ruspensis *sedes titularis episcopalis*. — Hoc titulo decoratus est an. 1884 Antonius M. BUHADGIAR a Cephalonia, O. Cap. († 1891).

Rúspoli Bartholomaeus, Cardinalis, titulo SS. Cosma et Damiano. — Capuccinorum sodalium *Protector* instituitur d. 26 augusti 1738, ac morte ablatus est d. 21 maii 1741.

BULLAR. CAP., I, 213.
ANALECTA CAP. 8 (1892) p. 84, 149; 12 (1896) p. 366.

Russi (*Russum*), in Prov. Bononiensi. — Per paucos annos, scilicet ab a. 1858 ad a. 1866 nostrates ibi hospitium prope ecclesiam B. Virgini Perdolenti dicatam tenuerunt.

ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 189.

Russia. — *Missio* et *Provincia*.

I. RUSSIAE MISSIO erecta est anno 1719 et commissa provinciae Helveticae.

Anno sequenti primi nostri missionarii ex Helvetia venerunt Petropolim (Petrograd). In hac tamen urbe plures difficultates ex parte Fratrum Minorum Reformatorum superari debuerunt, donec anno 1725 Petropolim dereliquerunt et Moscam profecti sunt. Eodem anno (1725) obiit Petrus I et sub eius successoribus Missio valde vexata est. Nihilominus Ordo misit missionarios, etiam ex aliis provinciis, v. g. Styriaca, Tusciensi et praesertim Bohemica, quae missioni magnum incrementum dedit.

Sub Catharina II (1762) Missio multa passa est. Patres heroice restiterunt iniquis iussis Imperatricis, quare ex Russia sunt expulsi. Anno 1800 etiam *Georgia* (v.) fuit Russiae adnexa, ideo condiciones huius regionis semper peiores evaserunt. Hoc anno (1800) domus quidem aperta est Odessae, ubi Capuccini uti parochi ecclesiam administraverunt usque ad annum 1849. Postea gubernium Russicum omnibus missionariis accessum negavit et ita Missio periit.

Missionarii in Russia de quibus tractatur suo proprio loco:

Antonius M. ab Amelia († 1741)
Apollinaris a Schwyz († 1761)
Eliseus ab Usćilug († 1798)
Hieronymus M. a Norcia († 1777)
Ioannes Bapt. a S. Lorenzo († 1927)
Patritius a Milano († 1753)

Bibliographia

BULLAR. CAP., VII, 272-279, cfr. etiam Index gener. p. 486 (*Moscua*); VIII, 188 (a. 1752); X, cfr. Ind. p. 801.

MELCHIOR, *Historia Ord. Cap.*, vol. III, 302-305, cfr. et Index sub. v. *Moscovia.*
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 282 (a. 1705).
CHRONICA PROV. HELVET. p. 369-372, *Missio Ruthenica in R.* (1705-1759).
FRANC. DA VICENZA, *Missionari della prov. Serafica*, p. 130-138.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908), p. 49 s.
GIAMBATTISTA DA S. LORENZO, *La mia missione in Russia* (1910-'13). Gerace 1925, pp. 208.
MAURO DA LEONESSA, *Apostolato dei Cappuccini in Russia* (Conferenza). Tivoli 1928.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 205-214. Diploma Petri I imper. circa Conv. Cap. etc. in Russia. — 21 (1905) p. 317 s. Elenchus missionar. in Caucasia et Moscovia decurrente s. XVIII. — Cfr. etiam Index gen. voll. 1-50 (1884-1934) p. 203.
COLLECTAN. FRANC. 11 (1941) p. 223-255, *Les premières tentatives d'une Mission des Capucins en Russie.* (Zacharie d'Haarlem). 12 (1942) p. 41-65, *L'expédition des Capucins en Russie, 1719.* (Id.) — p. 210-245, 351-376, *Les Capucins à St. Pétersbourg*, 1720-25. (Id.). — p. 532-551, *Les Capucins à Astrakhan* (1710-25) *et à Moscou* 1720-25. (Idem); 20 (1950) p. 93-114, *Una Relazione inedita del cappuccino P. Nicola M. da Borgo S. Sepolcro sulla missione in Russia, 1739.* (Franc. da Vicenza).
FRANC. LEVEN, 29 (1946) p. 201-09, 241-47; 30 (1947) p. 23-27, 180-84; 31 (1948) p. 52-57: *Romeinse nasporingen over het werk der Capucijnen in Rusland.* (Zachar. van Haarlem).
ITALIA FRANC. 13 (1938) p. 269-281, *I Cappuccini in Russia: P. Eliseo in Siberia* (Gius. da Bra). — 20 (1945) p. 109-116, 200-206, *Cappuccini italiani in Russia.* (Zaccaria da Haarlem).
SERAFINSKÉ KVĚTY (Olomouc), an. 1908, p. 182-83 (de apostolatu P. Elisaei in Siberia † 1798).
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 4 (1928) p. 356-365, *Die Kapuziner in Russland.* (P. Hieron. Graf).

II. RUSSIAE PROVINCIA originem duxit ex dissolutione Regni et Prov. *Poloniae.* Post secundam scilicet divisionem Poloniae anno 1793 octo Conventus Poloni venerunt in ditionem Russiacam et post tertiam et ultimam divisionem anno 1795 tres alii adhuc Conventus eandem sortem subierunt, ita ut undecim Conventus in ditione Russiae extiterint. Cum vero gubernium Russiae omnem communicationem cum religiosis et Superioribus extra regnum stricte prohibuerit, dicti conventus coacti fuere se constituendi in propriam Provinciam, quod factum est anno 1796 approbante Ministro Generali. Nova Provincia dicta est *Russiae* vel etiam *Roxolaniae* i. e. Rutheniae (nunc Ukraina) vel *Volhyniensis.* Anno 1800 ab Imperatore Paulo I erectum est « Collegium Iustitiae » a quo Ordines omnes graves concussiones in Regulis et Constitutionibus passi sunt. Capuccini acceperunt quidem decretum exemptionis, sed post infelicem exitum seditionis an. 1830-31 incoepit persecutio atque septem Conventus suppressi sunt. Dein ab anno 1864 receptio novitiorum interdicta est, annis subsequentibus etiam reliqui Conventus sunt suppressi et sic anno 1888 nostra Provincia penitus extincta est.

INDEX CONVENTUUM et Hospit. qui ad antiquam Prov. Russiae seu Roxolanam pertinuerunt: Brusilow, Chodorków, Dunajowce, Kuna, Lubieszów, Ostròg. Stary, Konstantynów, Uscilug, Winnica, Wlodzimierz, Zbrzyża.

SERIES SUPERIORUM PROV., addito eorum electionis tempore (cfr. *Analecta Cap.* 1929, p. 272).

Wenceslaus a Brzežany: 1796-1816
Ladislaus 1817
Carolus . . . . (1821).
Melchior ab Olesko: 1828, 1834.
Iosephus a Targowica: 1831.
Maximus Zaleski: 1837, 1853, 1859.
Matthias a Mirikowce: 1840, 1850, 1863-75.
Beniaminus.....: 1852 Comm. gen., 1853.
Casimirus Nowicki a Konotopy: Vic. Prov. 1875-1888.

ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 270-72, 291-95, FF. Capuccinorum historia in prov. Russiae (Roxoloniae) vel Volhyniensi 1796-1888.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 207, de ortu Provinciarum Ordinis.
Cfr. alia sub voce *Polonia.*

Rüthen (*Ruthena*) in prov. Rhenano-Westfalica. — Fratres nostri ibi morati sunt ab an. 1651 ad an. 1804, quo expulsi fuerunt.

BULLAR. CAP., IV, 383.
KILIAN, *Rheinberg u. Kapuz.*, p. 107.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.*, p. 161 (Ind.)
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 480 Ind.
ANALECTA CAP., 16 (1900) p. 317.

Ruthenae in Gallia, vide *Rodez.*

Rutheniae Provincia, vide *Russiae provincia*

Rutigliano (*Rutilianum*) in Apuliae Prov. — Ab a. 1612 ibi exstat coenobium in eiusque ecclesia, quae est dicata S. Michaëli Arch., simulacrum Christi Crucifixi magna veneratione colitur. Conventus quidem est abrogatus a 1861 et in Nosocomium civile conversus, attamen nonnulli nostri sodales ibi permanserunt ut ecclesiae et sanctuarii rectores.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 13, tab. IX.
BULLAR. CAP., III, 317.
ANTONIO DA STIGLIANO, *Con Gesù Crocifisso...* (Bari 1941), p. 5-17 notitiae hist.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 208.

Ruvo (*Rubens*) in Apuliae Prov. — Huius monasterii fundamenta iacta sunt a. 1607, et ecclesia S. Maria Magdalena titulo decoratur. Penitus supprimitur ob legem civilem a. 1861.

BULLAR. CAP., III, 317.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 207.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 101.

Ruyet (Le), vide *Le Ruyet Pius*, episc.

Ryukyu Insulae in Japonia. — Ordo noster Capuccinorum hucusque propriam in regno Japoniae non habuit Missionem. Tandem a S. Congregatione de Prop. Fide die 21 decem. 1946 nobis oblata est Missio de *Ryukyu*. Mense februario anni sequentis, evangelizatio huius regionis suscepta est a nostra Provincia Calvariensi, atque primus Superior Regularis nominatus est P. Felix *Ley* ab Hewitt.


Missio primo erat sub iurisdictione nostri Vicarii Apost. de *Guam*, at ob nimiam huius sedis distantiam, S. Congreg. praefatum P. Felicem Administratorem Apostolicum eiusdem Missionis constituit die 21 ianuarii 1949 ad nutum S. Sedis.

ANALECTA ORD.. 65 (1949) p. 28.
IL MASSAIA, an. 1949, aprile p. 8-9.
THE MESSENGER, XI (1948) p. 167-69.
MISSION ANNUAL of the Ser. Mass Assoc. (Yonkers, N. Y.) 1950, *Special Ryukyu Islands Issue.*

Rywald, (*Ryvalda*) in Provincia Varsaviensi. — A fratribus antiquae Prov. Poloniae a. 1747-48 ibi Conventus excitatus est; anno vero 1823 a Gubernio Borussico ex eo expulsi sunt. In ecclesia, S. Sebastiano dicata, mira Imago B. M. V. colitur.

Anno 1947 nova domus religiosa ibi canonice erecta est eodemque anno cura paroecialis nostratibus commissa est.

ANALECTA CAP., 64 (1948) p. 8, 11.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938), cf. Index p. 628.



ROMA
Collegium Internationale S. Laurentii Brundusini.

S

Saarburg, vide *Sarrebourg*

Saargemünd, vide *Sarreguemines*

Saarlautern, gallice *Sarrelouis, lat. Sarlodium* seu *Sara Ludovisiana* in prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus excitatus a. 1628 a fratribus prov. Lotharingiae, finem habuit a. 1791, tempore gallicae eversionis.

BULLAR. CAP. v, 404.

SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 106.

ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 205 (Ind.)

ETUDES FRANC. 43 (1931) p. 82.

Saaz, vide *Žatec*

Saba Salvator ab Ozieri, archiep., alumnus Prov. Turritanae in Sardinia. — Habitum seraphicum sumpsit 17 annos natus, die 7 sept. 1812. Fuit magister novitiorum, lector theologiae, a secretis Ministri Generalis (1831), Consultor S. Officii et S. Congr. de Prop. Fide, Definitor Gener. (1838), Praefectus Collegii S. Fidelis in Urbe pro missionibus (1848-53) et tandem Minister Generalis (1853-59). In disciplinis ecclesiasticis exstitit valde versatus; pro conficiendo « *Syllabum* » adlaboravit inter optimos theologos. Pluribus vicibus, suffectus P. Aloisio a Bagnaia, conciones habuit in Aula apostolica magna cum laude. Pius IX die 25 sept. 1862 P. Salvatorem Archiepiscopum titularem *Carthaginensem* creavit. Paulo post legatus a Pontifice missus in Indias Orientales ad grave negotium componendum, in morbum incidit prope Coimbatore (Madras) et animam efflavit die 29 maii 1863.

BULLAR. CAP., x (cfr. *Index* sub v. *Saba et Salvator*).

FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 267, 276-78.

EDUARDUS, *Collegium S. Fidelis*, cfr. Ind.

MAURO, *Il Predicatore Apost.*, p. 162 (1)

ADELHELMUS, *Monumenta Anastasiana*, III, p. XXII (biogr.) cf. Ind. p. 1222; IV, cf. Ind. p. 1105.

RAFFAELE, *Missionari sardi*, pag. 101-05.

STREIT, *Bibl. Mission.* cfr. Ind. t. VIII, p. 966 (Acta P. Salvat. Commiss. Apost. apud Indos Lusitanos an. circ. 1862).

MARROCU G. B. — *Elogio funebre di Mons. S. Saba*. Roma 1863.

TOMMASO DA CALANGIANO — *Elogio funebre di Mons. S. Saba*. Roma 1864.

DEMELAS GIOV. BATT., *L'uomo della burrasca, Mons. Salv. Saba da Ozieri*. Frascati 1943

VOCE SERAF. DELLA SARDEGNA, a. 1928, p. 190. — a. 1935, p. 167 (not. biogr.).

Sabadel Pius a Langogne, *archiep. titul.*, Prov. Lugdunensis alumnus. — Die 14 nov. 1850 ortum habuit et a. 1873 Ordinem FF. Capuccinorum ingreditur. Dum Lectoris philosophiae munere fungeretur, Roman vocatus est 1880 ut Secretarius Procuratoris Gener., ibique in Universitate Gregoriana Philosophiae Doctor renuntiatus est. Commentarii officialis, cui titulus: « *Analecta Ord. FF. Min. Capuccinorum* » cum P. Ios. Calas. Vives y Tuto directionem et redactionem per annos 1884-1896 condivisit. Disciplinarum ecclesiasticarum, praesertim Iuris Canonici apprime eruditus, plures Sacrae Congregationes eum sibi adsciverunt Consultorem, pro quibus plurimum ac egregie adlaboravit. Pius X, qui magni eum faciebat, die 27 nov. 1911 ad sedem archiepiscopal. titul. *Corinthiensem* promovit et d. 17 dec. proxime sequenti suis manibus consecravit. Obiit in Urbe die 4 maii 1914.

Plurimos edidit Commentarios et Dissertationes in varia Decreta S. Sedis, praesertim in ephemeride: « *Analecta Juris Pontificii* ». Ex eius autem operibus seorsum editis praecipue adnumeranda sunt: *L'Ouverture de conscience dans les Communautés. Commentaire du Décret de la S. Congr.* « *Quemadmodum* » 17 *dec.* 1890. (Paris 1891). — *De Bulla Innocentiana (quoad Ordinationes) Disquisitio historico-theologica* (Romae 1902). — *Jeanne d'Arc devant la S. Congr. des Rites* (Paris 1894). — *Le Diurnal de Marie*, 2 voll. (Tournay 1889).

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 63.

THÉOTIME, *Les Cap. de Lyon*, p. 221-25.

UNE NOBLE FIGURE FRANCISCAINE (*Mons. Sabadel...*) Marseille 1914.

MICHELE DA MURO LUCANO — *Nel trigesimo della morte. Orazione funebre*. Bracciano 1914.

ANALECTA CAP. 30 (1914) p. 212-220 (Necrol.); cfr. et *Index Gener.* voll. 1-50, p. 203.

ANNALES FRANC. 16 (1888-90) p. 380. *Une réception à l'Académie de l'Immaculée Conception.*

ESTUDIOS FRANC. 13 (1914) p. 216, 307: *Pius Sabadel, archiep.* (Eduardus Alenconien.).

ETUDES FRANC. 35 (1923) p. 116 (83).
PETIT MESSAGER ST. FRANC. a. 1914, p. 207, 261, 342.

Sabadell (*Sabadellum*) in Prov. Catalauniae. — Conventus, S. P. Francisco sacer, et a. 1646 fundatus tempore politicae subversionis a. 1835 igne comburitur.

BULLAR. CAP., V, 413.
STATUS PROV. CATALAUNIAE (1910) p. 65.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 353.
APOSTOLADO FRANC. (Barcelona) 1944 p. 161, 182-184.

Sabata, vide *Savona*

Sabaudiae Provincia. — Sabaudia, Prov. Lugdunensis filia, cum ea indistinctam Provinciam constituit ab a. 1578 usque ad a. 1611. Primum conventum iam a. 1576, favente Duce Philiberto-Emmanuele, erigebat prope Chambéry P. Matthias a Salò, Commissarius Gen. in Gallia. Anno autem 1602, pluribus domibus constructis, constituta fuit *Custodia* et decreto Congr. S. Inquisitionis diei 1 iulii 1610 in Provinciam sub nomine « *Missionis Thononis* ». Huius provinciae confratres magnam sibi laudem comparaverunt praesertim contra protestanticam haeresim insudantes ad hoc deputati ab ipso S. Francisco Salesio. Provincia anno 1754 iam complectebatur 21 domus et 320 religiosos. Fere usque ad saeculi XVIII exitum indisturbata permansit; anno vero 1792 a potestate saeculari prolatum est infaustum edictum quo omnes conventus Sabaudiae totalem iacturam subierunt. Resurgere coeperunt circa an. 1818 praesertim ope P. Eugenii a Rumilly, qui an. 1818 primum conventum obtinuit in civitate Chambéry cui adnectebat novitiatum. Post nonnullos annos novae domus in primaevam custodiam pertransierunt; et tandem decreto Min. Gen. diei 30 ianuarii 1841 in provinciam denuo constitutae sunt. Duas provincia Sabaudiae fundavit missiones: 1) missionem *Insularum Seychelles* an. 1852 quae postea an. 1922 translata fuit ad provinciam Helveticam; 2) missionem vulgo *Rio Grande do Sul* in Brasilia an. 1895, quae an. 1937 erecta est in custodiam provincialem ac demum die 18 iulii 1942 in provinciam sui iuris nomine *Caxiensem*.

Index Conventuum et Hospit. qui in territorio hodiernae Prov. Sabaudiae a) *nunc exstant*: Annecy, Chambéry, Châtillon-les-Dombes, Le Roche-sur-Foron, Meylan, Thonon.

b) *sunt derelicti*: Aosta, Belley, Bourg-en-Bresse, Bourg St. Maurice, Conflans (Albertville), Gex, La Mure, Montmélian, Morgex, Moûtiers, Parménie, Rumilly, St.-Jean-de-Maurienne, St.-Julien-en-Genevois, Sallanches Seyssel, Sion (Sitten), Yenne.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (cfr. « Tableau des Chapitres Prov. de Savoie » 1898, p. 21 ss.).

Cornelius a Recanati: 1611, Com. Gen.
Franciscus a Chambéry: 1614, Com. Gen.
Dominicus a Chambéry: 1618, 1628.
Philibertus a Bonneville: 1621, 1629, 1636, 1643, 1649.
Didacus a Cité-Neuve: 1625, 1634.
Gregorius a Chambéry: 1632.
Desiderius a Lons-le-Saulnier: 1633.
Primus a Thonon: 1640.
Onuphrius a Val-de-Crenaz: 1646.
Bonifacius ab Habères: 1652, 1658.
Honoratus a Chambéry: 1655, 1664.
Bernardus ab Annecy: 1661, 1670.
Theotimus ab Annecy: 1667, 1673.
Vitalis a Montmélian: 1676.
Marcellus a Chambéry: 1679, 1685.
Iacobus a Nancy: 1682.
Romualdus a Moûtiers: 1688, 1694.
Bonifacius a Viuz: 1691.
Ioan. Franc. a Bonvillard: 1697.
Melchior a Chambéry: 1700, 1706, 1716, 1722.
Ios. Maria a Thonon: 1703, 1710.
Angelus a Saint-Romain: 1713, 1719, 1725.
Archangelus a Rumilly: 1728.
Sebastianus a Thonon: 1731, 1737, 1743.
Romualdus a Moûtiers: 1734, 1740, 1746.
Franc. Melchior a Chambéry: 1749, 1770.
Victor a Chambéry: 1752.
Carolus Franc. a Chambéry: 1755.
Candidus a Montmélian: 1758.
Matthias a Cité d'Aoste: 1761.
Angelus ab Annecy: 1764.
Angelus Ios. a la Bâthie: 1767, 1773.
Paulus M. a la Roche: 1776.
Antonius ab Evian: 1778, 1787.
Marcus a Nouvecelle: 1781.
Ludovicus M. a Cité d'Aoste: 1784, 1791.
— Post gallicam subversionem:
Eugenius a Rumilly: 1824-33, Cust.
Victorinus a Chambéry, Cust. 1833-41; Prov. 1841-45.
Ambrosius ab Ugine: 1845, 1854, 1863, 1866, 1881.
Victor ab Houches: 1848.
Alphonsus a Rumilly: 1851, 1860.
Matthaeus a La Roche: 1857, 1869, 1872, 1878, 1887.
Laurentius ab Aoste: 1875.
Basilius a Lahoche: 1890, 1899.
Raphaël a La Roche: 1893, 1896, 1902, 1906.
Alphonsus a La Murette: 1909.
Ioannes a Cognin: 1912.
Alfridus a St. Jean d'Arves: 1919, 1922, 1928.
Eugenius a Bellevaux: 1925.
Robertus ab Apprieu: 1931, 1934.
Anthelmus a Cruseilles: 1937.
Antonius M. a St. Julien-de-Ratz: 1942, 1945.
Basilius a Bellevaux: 1948.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
de quibus tractatur sub eorum nomine

Episcopi:
Bampi Candidus a Caxias, el. 1936.
Dardel Edmundus (non consecr.) † 1890.
Galfione Ignat. a Villafranca († 1881)
Hudrisier Marcus a Faverges († 1910)
Lachavanne Io. Dam. a Vovray († 1920)

Minister Gener.:
Eugenius a Rumilly († 1843)

Scriptores, Missionarii etc.
Alphonsus a Rumilly, Visit, Ap. († 1868)
Angelus Ios. a La-Bâthie, Proc. († 1799)
Bernardinus a Thônes, script. († 1881)
Bruno a Gillonnay, miss. († 1938)
Candidus a Magland, laic. mechan. († 1931)
Carolus a Genève, script. († ante 1659)
Eugenius a Bellevaux, script. († 1925)
Franciscus a Chambéry script. († 1634)
Ioannes a Maurienne, miss. († 1614)
Ioannes Bapt. a Le Petit Bornand († 1925)
Laurentius ab Aosta, conc. († 1880)
Leo ab Avanchers, miss. († 1879)
Philibertus a Bonneville, conc. († 1655 c.)
Thomas a Peysey, miss. († 1933)

— Religiosi ex aliis provinciis, *missionarii in Sabaudia* vide:
Mauritius a La Morra († 1613)
Spiritus a Baume († 1602)

Bibliographia

BULLAR. CAP., V, 117, 126-143, 399; X, 749.
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO O. CAP. (ed. 1649) tab. 37; (ed. 1712) tav. 21.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 33 tab. XIII
BOVERIO, *Annales*, II, cfr. Index rerum in fine vol.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 247-305; II, 295-316.
MELCHIOR, *Historia Cap.*, vol. I, 62, 87, 311-13; vol. III, 177, 186-91 (Missiones), p. 477 (Capuccini et Sab. Duces).
DE-GUBERNATIS, *Orbis seraph.*, *de Missionibus* t. II, p. 399.
CUTHBERT, *The Capuchins*, p. 274-283.
IRÉNÉE, *Hist. Cap. de France*, I, 30-40.
ILG, *Geist. d. hl. Franz.*, II, 62-94.
UBALD, *Catalogue des Mss.*, p. 231.
TABLEAU CHRONOLOGIQUE *des Chapitres de la prov. des Capucins de la Mission de Thonon, dite province de Savoie*. Chambéry 1898, pp. 100.
ARMINJON E., *Mémoire en fait et en droit des FF. Min. Capucins en Savoie*, II éd. Abbeville, 1885, pp. 167.
P. BASILE, Min. Prov., *Les droits acquis*. Chambéry 1903.
CHARLES DE GENÈVE, *Histoire des Missions des Capucins de Savoie* (1657). Trad. par le P. Fidèle de Talissieu (1680). Chambéry, 1867, pp. 249.
EUGÈNE DE BELLEVAUX, *Nécrologe et Annales biographiques des FF. Min. Capucins de la Prov. de Savoie*, 1611-1902, Chambéry, 1902, pp. XXXXV-406.
FLEURY F., *St. François de Sales, le Père Cherubine capucin et les Ministres de Genève*. Paris 1864, pp. 116. — *Appendice...*, Genève 1865, pp. 44.
JEAN DE COGNIN, *Les Capucins en Savoie*. Chambéry, 1934. pp. 346. — Cfr. *Collectan. Franc.* 1934, p. 597.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 352 Status prov. — 28 (1912) p. 375, Docum. Prov. quae asservantur in Archivo Status Mediolani. — 58 (1942) p. 94 s. Custodia Prov. Rio Grande do Sul, a prov. Sabaudiae separatur. — 60 (1944) p. 87-97, Docum. de statu Miss. Sabaudiae a. 1642-1661. — Cfr. etiam *Index Gen.* voll. 1-50, p. 193.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 18, 19, 20, de ortu Prov. O. Cap.
ECHO ST. FRANÇOIS (Toulouse), a. 1903, pag. 54-56 (de Conv. suppress. a. 1901).
ETUDES FRANC., an. 1950, p. 35, 183, 279, *Controverses religieuses en Savoie au XVIIe siècle*. (Robert d'Apprieu, O. Cap.).
ITALIA FRANC. 9 (1934) p. 158 ss. (continuatur a. 1935-1938), *Spigolature cappuccine all'Archivio Vaticano*, pubblicate da Pietro Savio. (Docum. et Epistolae relate ad PP. Cherubinum a Maurienne et Fulgentium a Carmagnola).
LE ROSIER DE ST.-FRANÇOIS — *Revue mensuelle par les FF. Capucins*. Chambéry 1900 ss.
IDEM, a. 1929, p. 58, 128, 203, 237. 271. — a. 1930, p. 57, 201, 315, *Introduction des Capucins en Savoie*. (P. Victorin).
IDEM, a. 1945, p. 48, 80, 101, 184, 200, 220; a. 1946, p. 7, 37, *Les Capucins de Savoie*. (P. Clement).

* — Quoad *Ephemerides* a nostratibus in hac Provincia editas vide sub v. *Periodica*.

Appendix bibliographica

Circa consuetudines inter Capuccinos et Domum regiam Sabaudiae vide etiam opera quae sequuntur:

BULLAR. CAP., V, 127-130 (Carolus Emmanuel I, † 1630).
PELLEGRINO, *Annali*, I, 70, 96-97 (Victorius Amadeus I, † 1637, et P. Franciscus a Chambéry) — II, 102 (Cristina borbonica, † 1663).
FERRERI *Rationarium chronogr.*, t. I, pag. 250-310 (Duces Sabaudiae, Missiones Cap. fovent).
ANNALI FRANC. (Milano) a. 1887, p. 220 (Carolus Albertus † 1849).
ECO S. FRANC., a. 1887, p. 176 (Carolus Albertus, † 1849).
MISCELLAN. FRANC., I, 1886, p. 97-113, *Lettere di Maria Clotilde, regina di Sardegna († 1802) alle monache Cappuccine di Santa Lucia in Foligno*.

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Rituale Romano-Franciscanum ad usum FF. Capuccinorum Prov. Sabaudiae. Seduni, 1713; Camberii, 1866.
Cérémonial des FF. Min. Capucins de la Prov. de Savoie, Chambéry 1846, 1865, 1882.
Manuel du Scolastique en usage de l'Ecole Séraphique des FF. Min. Capucins de la Prov. de Savoie. Currière, 1890.

Sabbioneta (*Sabloneta*) in Prov. Mediolanensi. — Quod paucis annis ante excitatum erat parvum Sanctuarium B. M. Virginis in loco vulgo « *Vigoreto* » a. 1565 nostris fratribus Mantuanis concreditum est; at a. 1574 sub ditione Prov. Bononiensis transiit. Conventus qui a. 1565 fabricatus erat prope Sanctuarium a. 1805 supprimitur.

BULLAR. CAP., II, 441.
CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 49.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 403-15.
ANNALI FRANC. (Milano) a. 1937, p. 744-48.

Sabbioni (Ombriano), vide *Crema*

Sabina-Poggiomirteto (*dioecesis*). — Huius *Sabinensis et Mandelensis* D., exstitit episcopus « Auxiliaris » ab a. 1940 ad a. 1943, noster sodalis Aegidius LANZO a Caraglio.

Sabinus, vide *Savinus*

Sables-d'Olonne (Les), (*Sabulae*) in Prov. Tolosana. — Conventum quem a. 1616 fratres Prov. Turoniae excitarunt, et a. 1648 illi Prov. Britanniae susceperunt demum Gallica revolutio a. 1790 abrogavit.

BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 30.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 106.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 346.

Sabloneta, vide *Sabbioneta*
Sabuca, vide *Sávoca*
Sabulae, vide *Sables-d'Olonne*
Sacca, vide *Sciacca*
Sacceris, vide *Sássari*
Sacchini G., vide *Gabriel a Modigliana*

Sacerdotes. — I. *Condiciones requisitae ad sacram ordinationem.* Tum ante cum post concilium Tridentinum ut quis ad presbyteratum promoveretur satis erat ut vigesimum quartum aetatis annum explevisset et aliqualem cognitionem grammaticae atque linguae latinae haberet.

Ad hanc consuetudinem se accommodarunt etiam Capuccini; attamen iam anno 1535 Capit. Gen. statuit ut nullus clericus ad sacerdotium promoveretur nisi, praeter bonum spiritum, haberet saltem mediocrem intelligentiam, ut in celebratione posset recte proferre et intelligere verba. Primitus, uti videtur, mox post professionem clerici ad sacros ordines destinabantur; verum *Constitutones* an. 1575 editae statuunt (cap. III, p. 50) ut nemo ad presbyteratum promoveatur ante 25 annum expletum ad normam decreti concilii Tridentini; anno autem 1608 statutum est ut nemo sacerdotio augeretur nisi incoepto octavo anno a professione religiosa; ac anno 1613 interdicta fuit promotio ad ordines etiam minores ante tertium annum expletum ab emissa professione. Haec praxis viguit fere usque ad institutionem seminariorum seraphicorum (vide sub voce *Seminaria seraphica*).

II. *Sacerdotes simplices.* Olim omnes clerici, post aliquod tempus ab emissa professione (vide sub v. *Seminaria neoprofessorum*), diligenter examinabantur circa sufficientiam intellectualem, vitam et mores; qui minus idonei inveniebantur, vel a studiis omnino excludebantur vel ad studium tantum theologiae moralis admittebantur et, cum ad requisitam aetatem pervenissent, sacerdotio aucti, *sacerdotes simplices* appellabantur, nec ad munus praedicationis promoveri poterant; bene vero, interdum. ad *munus confessarii*, si theologiae morali studuissent.

Sacerdotes remoti a quolibet studio rariores admodum facti sunt cum, an. 1698. decretum est neminem arcendum esse a studio theologiae moralis nisi ob gravem culpam. In provinciis, ubi munus excipiendi confessiones exercebatur, studium theologiae moralis ad triennium protrahebatur; in ceteris saltem ad annum (*Capit. Gen. an. 1761*).

III. *Sacerdotes studentes et concionatores.* — Dum minus idonei clerici, rite per examen probati, a studiis excludebantur, ceteri sufficientes inventi ad studia promovebantur et, tempore statuto, sacerdotio aucti, *sacerdotes studentes appellabantur;* curriculo autem studiorum expleto (vide sub v. *Studia*), regulari examine praevio, ad normam *Constitutionum*, a Ministro Generali promoveri poterant ad munus concionatoris, vel etiam, per regularem concursum, ad officium lectoris. Non omnes tamen eo ipso delegata potestate gaudebant confessiones excipiendi; hoc etiam tamen obtinuisse videntur concionatores, approbati post generalem facultatem Ordini nostro concessam saecularium confessiones excipiendi (iuxta placitum vocalium capitulorum generalium an. 1726 et 1733).

Quid hodiernae *Constitutiones* statuant de munere concionatoris committendo vide sub voce *Praedicatio*.

VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, p. 474 s.
MELCHIOR, *Historia Ord. Cap.*, vol I, 129 s.; vol. II, 103 s..
GERALD [OF DETROIT], *The making of solidly Capuchin Priests*, in THE CAPUCHIN EDUC. CONFER., III (1942) p. 75-156.

Sachsenhausen (*Saxenhausium*) in prov. Rhenano-Westfalica. — Statio seu residentia missionaria ibi exstitit an. 1626-1628.

BULLAR. CAP. IV, 386.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 47, 257.

Sacile (*Sacilium*) in Prov. Veneta. — An. 1612 Conventus fundatus est cum ecclesia S. Francisco Assisiensi dicata. Supprimitur an. 1810.

BULLAR. CAP., II, 443.

Säckingen, in prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus excitatus est a. 1919, cum ecclesia S. Antonio Patavino dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. O. CAP., (1929) p. 32 tab. XV
ANALECTA CAP. 35 (1919) p. 19.

= Secovium

— Sorores Tertiariae *Capuccinae* ibi olim monasterium habuerunt.
BULLAR. CAP. IV, 367.

Sagagno in Helvetia, vide *Sagens*

Sagens, ital. *Sagagno,* in Helvetia (Missio *Raetiae*). — Ab a. 1633 ad a. 1923, ibi perstiterunt fratres nostri, curam paroecialem etiam exercentes.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz,* p. 123.
CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia* (v. Ind.)
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni,* I, 445 (Ind.).
IDEM, *Manuale histor. Miss.,* p. 44.

Saint-Aignan-des-Noyers, in Prov. Tolosana. — Quem a. 1616 fratres Prov. Turoniae Conventum coeperunt ad finem perducunt a. 1621. Anno vero 1790, adveniente gallica revolutione, eum reliquerunt.
BULLAR. CAP., V, 83, 88 s., 391.
SILVEST. MEDIOL., *Annales,* I, 39.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali,* I, 112.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse,* p. 108.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 346.

Saint-Amand-Mont-Rond, in Prov. Tolosana. — Conventum a. 1622 exstructum cum ecclesia S. Carolo et S. Genovefae dicata, fratres Prov. Lugdunensis habitaverunt usque ad an. 1790, quo expulsi sunt.
BULLAR. CAP., V, 397.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 46.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse,* p. 107.

Saint-Amour, in Prov. Lugdunensi. — Ab a. 1623 ad a. 1790, Coenobium a fratribus Prov. Burgundiae incolatum est: eius ecclesia in honorem S. Iacobi Apost. fuit dicata.
BULLAR. CAP., V, 400.
PELLEGRINO, *Annali,* I, 214.
MOREY, *Les Cap. en Franche-Comté,* p. 41.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 363.

Saint-Ange (J. de), v. *Forton Iac. a Mans*

Saint-Antonin in Prov. Tolosana. — Huc fratres ant. Prov. Aquitaniae a. 1622 ad reprimendam haereticorum audaciam vocati sunt. An. 1665 primus lapis Conventus iactus est et eius ecclesia S. Ioanni Bapt. dicata est. Eversio gallica Conv. suppressit a. 1791.
BULLAR. CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne,* I, 199.
IRÉNÉE *Nécrologe de Toulouse,* p. 66.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquitaine,* p. 265.

Saint-Avold, vide *Cité Jeanne d'Arc*

Saint Benedict Labre Mission, vide *Cheyenne*

Saint-Boniface, Manitoba, in Canada. — An. 1929, fratribus Prov. Belgicae ibi commorantibus, domus religiosa canonice erecta est. Ecclesia paroecialis est dicata SS. Cordi Iesu.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 15 tab. XX.
BELGISCHE PAROCHIE *van het heilig Hart.* Saint-Boniface, 1947 ss.
ANALECTA CAP. 46 (1930) p. 39; 58 (1942) p. 19

Saint-Bonnet-le-Château, Prov. Lugdunensi. — Ab a. 1601 (v. 1621) nostrates Conventum incoluerunt usque ad gallicam perturbationem a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 397.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 46.

Saint-Brieuc (*S. Briocum*) in Prov. Parisiensi. — Conventus a Prov. Turoniae conditus an. 1615 et ab a. 1629 ad Prov. Britanniae aggregatus, derelictus est vi gallicae subversionis a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons,* p. 21.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 347.

Saint-Chamond, in Prov. Lugdunensi. — Conventum, in loco alto situm, fratres nostri habuerunt ab a. 1601 usque ad Gallicam eversionem a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 397.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 45.

Saint-Claude, in Prov. Lugdunensi. — Fratres antiquae Prov. Burgundiae ibi coenobium S. Francisco sacrum, tenuerunt ab a. 1636 usque ad civilem suppressionem a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 147, 400.
PELLEGRINO, *Annali,* I, 381.
MOREY, *Les Cap. en Fr.-Comté,* p. 44-47.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 366.

Saint-Dié (*Sandeodati Castrum*) in Prov. Strasburgensi. — Fratres antiquae Prov. Lotharingiae a. 1790 eiecti sunt e conventu, quem ipsi exstruxerant a. 1624.
BULLAR. CAP., V, 403.
SILVEST. MEDIOL., *Annales,* p. 401.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali,* II, 49.
ARMEL, *Capucins de Metz* (cf. Ind. p. 205).
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 294.
ETUDES FRANC, 43 (1931) p. 78.

Saint-Dizier (*S. Desiderii Fanum*) in Prov. Strasburgensi. — Coenobium a. 1612 conditum et a. 1661 Prov. Campaniae aggregatum, mansit usque ad eversionem a. 1790.
BULL. CAP., V, 404.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 105.
ARMEL, *Capucins de Metz* (cfr. Ind. p. 205).
PETIT C., *Les établissements religieux de St.-Dizier sous l'Ancien Régime* (S. Dizier 1938) p. 105-131. Cfr. Collectan. Franc.: *Bibliogr. Franc. an. 1938-39* n. 3191 p. 623; *Etudes Franc.* 51 (1939) p. 110-12.

Saint-Esprit vide *Pont-Saint-Esprit*

Saint-Etienne-en-Forez (*S. Stephanus Foretis*) in Prov. Lugdunensi. — Prior Conventus fundatus a. 1619 in campo « *Clos Thibaud* » exstitit usque ad suppressionem gallicam a. 1791. — Alterius Conv. lapis iactus

est a. 1847 in colle « *Sainte-Barbe* » eiusque ecclesia B. M. Virgini Auxilio Christianorum (vulgo: N.-D. de Bon Secours) dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 25 tab. XIII.
BULLAR. CAP., V, 397; X, 152, 602.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. 1895 p. 46, 150.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. de France*, I, 241 ss.
LE FOURVIÈRE STEPHANOIS *sur la Colline Sainte-Barbe à St.-Etienne. Notre-Dame de Bon-Secours* (St. Etienne, 1938).
ANALECTA CAP. 19 (1903) p. 83, 89, 239.
ECHO S. FRANÇOIS (*Toulouse*) 1903, p. 72-75.
MEMENTO DES FRATERNITÉS — *Bulletin régional du Tiers-Ordre Franc.* — St. Etienne 1924 ss.

Saint-Florentin, in Prov. Parisiensi. — Conventus ibi exstructus a. 1621 probabilius derelictus est tempore gallicae subversionis (1791). Ecclesiae titulus: Visitatio B. M. Virginis.

BULLAR. CAP., V, 389.

Saint-Girons (*S. Gerontius*) in Prov. Tolosana. — Ibi nostrates ab a. 1613 usque ad gallicam eversionem a. 1791 moram duxerunt apud ecclesiam B. M. Virginis Annuntiatae.

BULLAR. CAP., V, 405.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.*, I, 108; III, 305.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. de Toulouse*, p. 57.

Saint-Jean-d'Angély (*Angeriacum*) in Prov. Tolosana. — Prior Conventus a Prov. Turoniae a. 1619 excitatus ad proximum vicum de *Taillebourg*, ab haereticis a. 1622 eruitur. — Alter ad moenia civitatis a. 1626 erectus, usque ad eversionem civilem a. 1790 in nostra dicione stetit.

BULLAR. CAP., V, 391.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. de Toulouse*, p. 106.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 347.

Saint-Jean-de-Garguier, prope Géménos, in Prov. Lugdunensi. — In antiquo et solitario coenobio Ord. S. Benedicti, ope P. Eugenii a Potriès per aliquod tempus ex a. 1824, fratres Capuccini morati sunt et nonnulli novitii recepti sunt.

ANALECTA CAP. 18 (1902) p. 153 s., 213.

Saint-Jean-de-Maurienne (*S. Ioan. in Mauriana*) in Prov. Sabaudiae. — An. 1790 nostrates e Conventu exstructo a. 1680, titulo Sancto Ioanne Bapt., expulsi sunt. — Episcopus ut missionarios dioecesanos eos iterum vocavit a. 1879, et a. 1890 hospitium fit Conventus; at in posterum et hic relinquitur.

BULLAR. CAP., V, 399.
EUGÈNE, *Nécrol. de Savoie*, p. XV, XXVII, XXXII.
JEAN, *Les Cap. en Savoie*, p. 13, 77.
ANNALES FRANC. (Paris) 3 (1865-67) p. 724: *Translation des restes mortels des anciens Capucins.*

Saint-Jean-les-Marville (*S. Ioannes prope Martisvillam*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus a. 1682 fundatus a fratribus antiquae Prov. Campaniae, supprimitur a. 1790. — Conv. ab a. 1697 ad a. 1784 concreditus fuerat fratribus Prov. Vallonicae.

SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 106.
ARMEL, *Capucins de Metz* (cfr. Ind. p. 205).
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, II, 28-35.
ANALECTA CAP. 58 (1942) p. 101-04 (Necrol.).

Saint John in Canada (*dioecesis*). Haec *S. Ioannis Canadensis* D., quae olim *S. Ioannis Novae Brunopolis* (St. John in New Brunswick) vocabatur, gubernata est a Ludovico CONNOLLY a Cork, ex Ord. Cap., ab a. 1852 usque ad a. 1859.

Saint-Julien-en-Genevois, in Prov. Sabaudiae. — An. 1602 Hospitium, anno vero 1615 Conventus exstruitur, qui demum supprimitur a. 1789.

BULLAR. CAP., V, 399.
EUGÈNE, *Nécrologe*, p. XVIII, XXXIII, 389.
JEAN, *Les Cap. en Savoie*, p. 78.
ANALECTA CAP. 60 (1944) p. 90 (Relatio an. 1661).

Saint Louis, Missouri, in Prov. Pennsylvanica. — Paroecia S. Caroli Borromeo pro Italis nobis canonice tradita est an. 1943; anno sequenti hospitium erectum est.

CATALOGUS PROV. PENNSYLVAN. a. 1950, p. 20.

Saint-Maixent (*S. Maxentius*) in Prov. Tolosana. — Fratres antiquae Prov. Turoniae ibi moram statuerunt inter an. 1614-16; at an. 1638 in vicum *Chartong* apud ecclesiam, quam iam Ministri Protestantes habuerunt, translati sunt. Conventus a. 1790 supprimitur.

BULLAR. CAP., V, 391.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 48.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 55.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 104.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 347.

Saint-Malo (*Maclovium*) in Prov. Parisiensi, Conventum cum ecclesia Immaculatae Conceptioni dicata, fratres Turonenses excitarunt a. 1612, et a. 1629 fratres Prov. Britanniae susceperunt. Exstitit Conv. usque ad civilem suppressionem a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 19.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 348.

Saint-Mansuet, vide *Toul*

Saint-Martin-de-Ré, Ile de Ré (*S. Martinus in Insula regia*) in Prov. Tolosana. — Fratres antiquae Prov. Turoniae ibi morati sunt ab a. 1626 ad a. 1790, quo expulsi fuere.

BULLAR. CAP., V, 391.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 436.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 91.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 108.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 348.

Saint-Maurice in Sabaudia,
vide *Bourg-Saint-Maurice*

Saint-Maurice en Valais (*Agaunum seu S. Mauritius in Vallesia*) in Prov. Helvetica. — Iam a. 1602 FF. Capuccini ad Calvinistas compellendos vocati sunt, et a. 1610 hospitium extra urbem ad S. Laurentii datum est; at a. 1637, aegritudinis aëris causa, intra moenia Conventum statuerunt ecclesiamque S. Antonio de Padua dicarunt. An. 1767, Conv. e Prov. Sabaudiae dismembratur et in ditionem Prov. Helveticae transiit. An. 1880 Seminarium Seraphicum Conventui annexum est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP., V, 399; VIII, 366.
EUGÈNE, *Nécrol. de Savoie*, p. XVIII, 391.
JEAN, *Les Cap. en Savoie*, p. 21, 81.
SULPICE, *Les Cap. en Valais*, p. 107-15.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 65 ss.
SCHWEIZER. KAP. FESTSCHRIFT (1928) cf. Ind.
ANALECTA CAP. 60 (1944) p. 92 (status missionis an. 1661).
SANKT FIDELIS, 18 (1931) p. 37, 84: *Pour le Cinquantenaire du Scolasticat — St. Maurice*, (P. Gabriel-Marie).

Saint-Maximin, in Prov. Lugdunensi. — An. 1629, fratribus Prov. S. Ludovici domus religiosa excitata est eamque reliquerunt vi civilis suppressionis a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 86.

Saint-Mihiel (*S. Michaël*) in Prov. Lugdunensi. — An. 1586 nostri fratres moram statuerunt apud ecclesiam S. Blasii, quam olim monaci Ord. S. Benedicti tenuerant, Conventus a. 1602 Prov. Lotharingiae adgregatus est, et a gallica eversione a. 1790 supprimitur.

BULLAR. CAP., V, 403.
ARMEL, *Capucins de Metz* (v. Index).
GODEFROY, *Les Cap. en France*, t. I fasc. II.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 250.
ETUDES FRANC. 43 (1931) p. 69; 50 (1938) p. 27.

Saint-Nicolas-du-Port, Varangéville, in Prov. Lugdunensi. — An. 1611, fratres nostri de Lotharingia Coenobium exstruxerunt cum ecclesia Purificationi B. M. Virgini dicata; anno vero 1790 vi civilis eversionis abrogatum est.

BULLAR. CAP., V, 403.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 16, 29.
BADEL E., *Erric de Lorraine et les Capucins de Varangéville* (in: *Bulletin de la Soc. phil. vosgienne*, XXX, 1904-05, p. 408-414).
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 252.
ETUDES FRANC. 43 (1931) p. 76.

Saint-Omer, Sint-Omaars (*S. Audomarus*) in prov. Parisiensi. — Fratres nostri ibi morati sunt ab a. 1594 usque ad gallicam subversionem (1790). Ecclesia fuit dicata Omnibus Sanctis.

BULLAR. CAP. V, 410; IX, 78.
HISTOIRE *des Capucins de Flandre*, I, 534-38.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, cfr. Index: *Sint-Omaars*; II, 117-119.

— Monasterium monialium *Capuccinarum* conditum a. 1622, mansit usque ad gallicam eversionem (1790).

BULLAR. CAP. IV, 91; V, 411.
HISTOIRE *des Capucines de Flandre*, I, 164-188, 315-321.
CONSTITUTIONS *des Soeurs du Tiers-Ordre reformé, dictes Capucines*. Saint-Omer 1627, pp. 103.

Saint-Quentin (*S. Quinctini Fanum*) in prov. Parisiensi. — An. 1613-15 conventus exstruitur cum ecclesia in honorem S. Ludovici regis. Probabilius derelictus iacet e tempore gallicae revolutionis (1791).

BULLAR. CAP. V, 390.

Saint-Sever, in Prov. Tolosana. — An. 1620 fratres Prov. Aquitaniae apud antiquum sacellum S. Gerontio dicatum moraverunt; at a. 1624 in novum Conventum se transtulerunt, cuius ecclesia S. Mariae Angelorum dicata est. Ex eo fratres expulsi sunt a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, I, 122.
IDEM, *Bibl. Prov. Aquitan.* p. 14.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 63.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquitaine*, p. 309.

Saint-Symphorien, vide *Tours*
Saint-Trond, vide *Sint Truiden*

Saint-Tropez, Var (*S. Torpetis Fanum*) in Prov. Lugdunensi. — Quem antiqua Prov. S. Ludovici Conventum excitavit a. 1616, Gallica revolutio abrogavit a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 401.
HENRI DE GRÈZES — *Archives Capucines. Le Couvent de St.-Tropez* (Bar-le-Duc, 1893).

Saint-Urbain, Angers, in Prov. Parisiensi. — Domus religiosa nostratibus canonice erigitur a. 1932.

ANALECTA CAP. 49 (1933) p. 43.

Saint-Winock, vide *Bergues-Saint-Winock*

Sainte-Menehould (*S. Menechildis Castrum*) in Prov. Parisiensi. — Conventus a. 1618 a Prov. Lotharingiae fundatus, postea Prov. Campaniae aggregatus, suppressus est tempestatis politicae causa a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 203, 404.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 162.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 201.
ARMEL, *Capucins de Metz* (cfr. Index).

Sala Consilina, in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Conventus ex praecipuis huius Prov. exordium sumpsit a. 1573 et ex eo fratres coacti sunt discedere a. 1866. Ecclesia quae venustate minime caret, dicata est S. Mariae Angelorum.

BULLAR. CAP., III, 310.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 459-69.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 301 (*Status Conv.* a. 1650).

Sala Paruta (*Sala Parutarum*) in Prov. Panormitana. — Huius nostri coenobii constructio inchoata est a. 1727, eiusque ecclesia Immaculatae Conceptioni B. M. Virginis dicatur. Desertum est ob civilem suppressionem a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 165, 321.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, III, 489.

Salamanca (*Salmantica*) in Prov. Castellae in Hispania. — Prior Conventus, S. Francisco Assis. sacer, a. 1614 aedificatus est, in commodum praesertim nostratium qui in illa celebri *Universitate* auditores esse cupiebant: perstitit usque ad civilem subversionem a. 1835. Anno vero 1898 quaedam domuncula iuxta antiquam ecclesiam Exaltationis S. Crucis nobis oblata est. Demum a. 1950 novus conventus fundatus est in vico Santa Marta.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 18 tab. XII.
BULLAR. CAP., V, 371, 418.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 133.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 163.
STATISTICA PROV. CASTELLAE (1909) p. 22, 57.
BUENAVENT., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
FELIX, *Anales Cap. de Castilla*, p. 35-37.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
ANALECTA CAP., 66 (1950) p. 20.
BOLETÍN OFICIAL PROV. CASTILLA, a. 1950, p. 56, 60 (fundatio novi conventus).

Salanchia, vide *Sallanches*

Salemi (*Salemium*) in Prov. Panormitana. — Conventus iam a. 1589 excitatus et a. 1740 dirutus iterum paulo post construitur. Suppressus vero a. 1866, denuo a nostris fratribus incolitur ab a. 1894. Eius ecclesia titulo Transfiguratione D. N. J. Christi decoratur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 28 tab. XI.
BULLAR. CAP., III, 321.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, II, 119; III, 556; IV, 352.

Salernitana Provincia, vide *Lucaniae Prov.*

Salerno (*Salernum*) Prov. Lucaniae seu Salernitanae locus princeps. — Vetus Conventus cum ecclesia B. M. Virginis a Consolatione, nostratibus oblatus est a. 1554 et ex eo expulsi sunt a. 1866. — Novus Conv. exstructus est a. 1904, eiusque ecclesia titulo Immaculata Conceptione B. M. V. illustratur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 24 tab. IX.
BULLAR. CAP., III, 54 s., 310.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 246-81.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 302 (*Status Conv.* a. 1650).
LUCANIA FRANC. (period.) a. 1933, p. 127, 138.

Salerno Provincia Ordinis,
vide *Lucaniae prov.*

Sali in Tanganika (Africa orient.) Vicariatus Apost. de *Dar-es-Salaam*. — Domus nostra religiosa ibi canonice erecta est an. 1948.

ANALECTA ORD., 65 (1949) p. 26.
SANKT FIDELIS (Luzern), 35 (1948) p. 12.
IDEM, 37 (1950) p. 4-7.

Saliaschi Ioannes a Grignasco, archiep. tit., Prov. Mediolanensis alumnus. — Sacerdotio auctus in Palaestinam missionarius profectus est. Optime rerum gestarum causa, Gregorius XIII a. 1581 eum episcopum titularem *Cyrenensem* nominavit; dein Sixtus V a. 1588 ad *Antiochenam* archiepiscop. ecclesiam evexit. Obiit an. 1592. De eo rerum Ordinis scriptores perpaucas notitias reliquerunt et non desunt auctores ad Ordinem exstranei qui eum adiudicent Ordini FF. Praedicatorum et fuisse etiam episcopum auxiliarem *Pictaviensem* (Poitiers).

RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 29.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, II, 41 s.
BATTANDIER, *Annuaire Pontifical*, a. 1916, p. 358 (*Antioche*); p. 400 *Cyrre*.

Salins (*Salinae*) in Prov. Lugdunensi. — An. 1582-85 Conventus conditus est; a. 1618 Prov. Burgundiae aggregatur et a. 1790 ex eo fratres expulsi sunt.

BULLAR. CAP., V, 146, 400.
MOREY, *Les Cap. en Fr.-Comté*, p. 6-10.
ANALECTA CAP., 22 (1906) p. 357.

Salisburgensis Custodia in Austria orta est ex rationibus potius politicis. Instante Principe Archiepiscopo Conventus illius regionis a Provincia Tirolensi scissi sunt et in Custodiam sui iuris sub titulo Sancti Ruperti erecti die 25 Nov. 1782. Anno 1812 gubernium Bavaricum *Custodem* deposuit et omnes domos religiosas independentes declaravit. Clam vero Guardianus Salisburgensis qua Custos fungebatur usque ad annum 1818, quo anno Conventus Custodiae aggregati sunt Provinciae *Austro-Hungaricae*. Anno vero 1833 illi Conventus iterum Provinciae *Tirolensi* incorporati sunt, exceptis duabus domibus in Mühldorf ac Laufen, quae ad Provinciam Bavariae transierunt.

Series domorum: Laufen, Mühldorf, Radstadt, Salzburg, Werfen.

Series Superiorum Custodiae:
Isaias ab Hüttschlag, 1782.
Petrus a Gnigl-Salzburg, 1785, 1794.
Lucas a Teisendorf, 1788, 1797, 1803, 1806, 1809.
Petrus Baptista a Schellenberg, 1791.
Placidus a Teisendorf, 1800.
Ioannes Ev. a Teisendorf, 1812.
(Vincentius a Mauterndorf usque 1818).

Bibliographia

BULLAR. CAP., IX, 168-170.
ADOLF STEIDL, O. Cap., *Gesch. d. Kapuz. im Erzbisthume Salzburg* (1893), p. 80-89.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.*, II, 39-46.
ZAUNER THADDEUS, *Chronik von Salzburg* (1796), p. 820.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 198.

Salisburgum, vide *Salzburg*

Sallanches (*Salanchia*) in Prov. Sabaudiae. — An. 1619 Conventus exstruebatur fratribus nostris cum ecclesia titulo S. Nicolao. Suppressus a. 1793, omnino evertitur a. 1844.

BULLAR. CAP., V, 399.
EUGÈNE, *Nécrologe de Savoie*, p. XXI, 390.
JEAN DE COGNIN, *Les Cap. en Savoie*, p. 82.

Salmantica, vide *Salamanca*

Salò (*Salodium*) in Prov. Mediolanensi. — In vico « Barbarano » prope vetustissimam aediculam S. Ioanni Bapt. dicatam, quam Nostrates dono acceperant a. 1580, Conventus aedificatus est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 23 tab. IV.
BULLAR. CAP., II, 448.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 35-42, 636.
PERANCINI P. — *Barbarano e il Palazzo Martinengo. Memorie storiche*. Salò 1864 (passim de Conv. Cap.).
Festeggiandosi in Salò (1854) *la ristorazione del soppresso Convento de' Cappuccini. Fiori poetici*. Salò 1854, pp. 16.

Salodium, vide *Salò*

Salon (*Salona*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus fundatus a. 1587 et a. 1750 Prov. Massiliensi concreditus, denique supprimitur a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 86.

Salonicco (*Thessalonica*) in Macedonia. — In hac civitate, in qua iam exstabat quaedam Italorum colonia, a. 1676 *Residentia missionaria* a fratribus Capuccinis Missionis Smyrnensis instituta est. An. 1690 haec Residentia destitit et postea denuo erigitur; denique omnino relinquitur ob missionariorum expulsionem.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, IV, 402-08.

Salonitana *sedes titularis episcopalis*. — Hoc titulo potitus est, ab a. 1937 ad a. 1945, noster sodalis Leo OSSOLA a Caluso.

Salsomaggiore, in Prov. Parmensi. — Conventus ibi exstruitur a. 1914, cum ecclesia S. Antonio Patavino dicata, quae a. 1919 in paroeciam erecta est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 29 tab. VI.
ROBERTO DA ARZELATO — *S. Antonio in Salsomaggiore. Cenni storici intorno alla parrocchia omonima*. Salsomaggiore 1940, (pp. 157, cum figuris).
ANALECTA CAP. 36 (1920) p. 6.
FRATE FRANC. (Parma) a. 1927, p. 214; a. 1931 p. 235.
VOCE AMICA — *Bollettino parrocchiale di S. Ant. in Salsomaggiore*. 1931 ss.

Salucco in Helvetia, vide *Salux*

Salutatio Angelica ter repetita (Pia Societas), vide *Tres « Ave Maria »*

Salutationes franciscanae. — Salutatio proprie franciscana dicitur ea, quae a S. Francisco in eius Testamento fratribus uti ipsi a Domino revelata commendatur: *Dominus det vobis pacem*. De facto ista salutatio a pluribus Capitulis Generalibus commendatur. At praeter istam etiam aliae salutationes in usu sunt, quarum aliquae indulgentiis sunt ditatae v. g. *Laudetur Jesus Christus - Laudetur Jesus et Maria - Deo gratias - Pax et bonum*.

BULLAR., VIII, 296 (nota) « *Laudetur J. C.* ».
VENANTIUS, *Monumenta ad Const.*, p. 206.
ANALECTA, 40 (1924) 198 « *Pax et Bonum* ».

Salux, ital. Salucco, in Helvetia (Custodia provincialis *Raetiae*). — Residentiam habent fratres nostri ab a. 1750, qui et curam animarum exercent.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. XV tab. XVI.
BÜRGLER, *Franz. Orden i. d. Schweiz*, p. 123.
CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia* (v. Ind.)
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.* p. 44.
IDEM, *Le Missioni*, I, 445 (Ind.)

Saluzzo (*Salutiae*) in prov. Pedemontana. — Olim ibi exstitit conventus fundatus a. 1581, cum ecclesia sub titulo S. Franc. Assisien.

BULLAR. CAP. II, 400, 452.
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino), a. 1924 p. 58.

Saluzzo (*dioecesis*). Ad hanc *Salutianam* D. a. 1943 promotus est Aegidius LANZO a Caraglio, ex Ord. Cap.

Salvator ab Albino (*Fassi*), frater laicus prov. Mediolanensis ad missionem Brasiliensem ivit a. 1894, et a. 1901 ab Indis sylvicolis occiditur una cum aliis missionariis, quorum fit mentio sub verbo *Alto Alegre*.

Salvator a Modena, Prov. Parmensis alumnus. — Natus ex familia *Boselli*. Ordinem ingressus 20 annos natus anno 1732, inter bonarum artium cultores egregium nomen adeptus est, praesertim in rebus minio effingendis. Vindobonae magister fuit in pictura lineari Magno Duci Etruriae Mariae Theresiae Imperatricis filio ab Ill.mo Equite Antonio Montecuccoli arcessitus. Munus quoque concionatoris exercuit non absque plausu non tantum in Italiae urbibus sed et Vindobonae in Ecclesia Italorum. Obiit Romae die 9 ianuarii a. 1764.

NECROLOGIUM PROV. (1859), die 9 ian.
EVARISTO DA BORGOTARO, *Il Conv. dei Capp. di Modena* (Modena 1939) p. 11-12.
TIRABOSCHI, *Bibliot. Modenese*, VI, 339.

Salvator a Napoli, vide *Bressi S.*, episc.

Salvator ab Ozieri, vide *Saba S.*, episc.

Salvator a Pantelleria, Prov. Panormitanae. — Familia *Bonafede* ortus est a. 1656 et nostrum Ordinem ingreditur a. 1673. Sacro eloquio zelo et utilitate vacavit, eumque Clemens XI « Missionarii apostolici » titulo condecoravit. Vices regis gerentis eiusque uxoris,

quos Matritum in Hispaniam comitatus est, exstitit confessarius, et Carolo II regi acceptissimus fuit. Caelestibus donis ditatus Panormi obiit die 29 nov. 1711.

BULLAR. CAP., III, 142.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, III, 322 ss.
ILG, *Geist des Hl. Franz.*, III, 185-213.
ANTONINO DA CASTELLAMMARE — *Vita del P. Salv. da Pantelleria*. Palermo 1925.
[LODOVICO DA PALERMO] — *Vita del P. Salvat. da Pantelleria*. Palermo 1714. versio germanica (cura P. Heriberti a Feldthurns), Innsbruck 1718, pp. 376.

Salvator a Sambuca di Sicilia (*Montalbano*), prov. Panormitanae definitor et moderator; doctus concionator et lector; item Immaculatae Conceptionis privilegii B. M. Virginis assertor exstitit singularis († 1726). Nonnulla opera theologica typis donavit, inter quae illud quod inscribitur: *Opus theologicum quo ostenditur Immaculatam Dei Genitricem fuisse immunem ab originali peccato*. 3 voll. Panormi 1723.

ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, III, 467.
BERNARDUS, *Bibl. Script*. p. 226.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 67.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 292.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* III, 77.
HURTER, *Nomenclator*, IV, 998.
EGIDIO, *Scrittori Prov. Palermo*, p. 133-35.
MIRA G. M., *Bibliografia Siciliana*, II, 321.
MONGITORE A., *Biblioteca Sicula*, II, 206.
DICTIONN. THÉOL. CATHOL. XIV, 1051.

Salvator Joachimus a Sevilla, vulgo nomine « *P. Verita* » notus, alumnus Prov. Baeticae seu Andalusiae. — E familia *Caravalle y Vera* ortum habuit in oppido Guadalquivir an. 1766. Doctoris lauream in philosophia consequutus a. 1784, eandem docuit disciplinam in Hispalensi Universitate inde ab a. 1788; brevi tamen, quia a. 1790 seraphicum habitum inter Capuccinos assumpsit. Sacerdotio auctus a. 1792, vitam suam ministerio apostolico mirabili cum ardore ac fructu dicavit. Anno 1805 a S. Congr. de Prop. Fide facultatem obtinuit petendi Missionem Tibetanam (*Nepal*); ast eius Superiores huic proposito obstiterunt, ne suum apostolatum in patria intermitteret. Devotionem erga B. V. sub titulo « Mater Divini Pastoris » indesinenter propagavit eique munus promovendi causam beatificationis Ven. Didaci Jos. a Cádiz conlatum est. Vita vere exemplari perducta, obiit in patria non sine sanctitatis fama, die 13 sept. 1830, quamplurima relinquens opera mss. versibus et soluta oratione exarata.

JUAN B. DE ARDALES, *La Divina Pastora*, t. I, p. 447-87 (Sevilla 1949).
JUAN EVANG. DE UTRERA, *El Capuchino santificado... Vida del P. Salvador Joaquin de Sevilla, misionero apost.* — Sevilla 1832.
ADALID SERAFICO (Sevilla), 1901, p. 121, 137, 157.

Salvator a Wieden, v. *Waleser S.*, episc.

Salve, in Prov. Apuliae. — An. 1579 Conventus coeptus est aedificari cum ecclesia S. Mariae Misericordiae dicata. Suppressus an. 1861, in eius horto coemeterium publicum postea positum est.

BULLAR. CAP., III, 319.
EMANUELE, *Cronaca di Puglia*, p. 137, 173.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 127.

Salvia, vide *Sauve*

Salzburg (*Salisburgum*) in Prov. Tirolensi. — Huius nostri Conventus constructio perfecta est a. 1599, eiusque ecclesia S. Francisco Assis. et S. Bonaventurae est dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 33 tab. XVII.
BULLAR. CAP., IV, 141-43, 372; X, cf. Index.
SILVEST. MEDIOL. *Annales*, p. 2 n. 1.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 363-67.
MELCHIOR, *Hist. Cap.* vol. I, 94, 314 s.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 18, 20; 160.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.* II, (cf. Ind.)
ADOLF STEIDL, O. Cap., *Kurze Geschichte der Kapuziner im Erzbisthume Salzburg*. Salzburg 1893, pp. 114.
ANALECTA CAP. 35 (1919) p. 54. Novitiatus.
« FRANZISKUS » (Linz) 4 (1929-30) p. 15.

— Monasterium Sororum Capuccinarum III Ordinis claustralis ibi exstat apud ecclesiam B. Mariae Virginis Lauretanae.

BULLAR. CAP., IV, 373; VIII, 277.
LAURETANISCHER *Gnadenschatz der... Frauenkloster Maria Loreto in Salzburg*. 3 Aufl. Salzburg 1773, pp. 156.
DAS GNADENREICHE *Loretto- Kindlein von Salzburg. Geschichte u. Verehrung des Jesukindes im Frauenkloster der regulierten Tertiar-Kapuzinerinnen von St. Maria Loreto*. 16. Aufl. Salzburg 1937.

Salzburg (Custodia) v. *Salisburgensis custodia*

Sambesi in Africa, vide *Zambesi*

Sambuca di Sicilia, in Prov. Panormitana. — Hic Conventus coeptus a. 1607, ad finem perductus est a. 1614 eiusque ecclesia titulum S. Francisci Assis. habet.

BULLAR. CAP., III, 321.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, II, 223; III, 176; IV, 348.

Samignone in Helvetia, vide *Samnaun*

Samnaun, ital. *Samignone*, in Helvetia (Missio *Raetiae*). — Ab a. 1622 ad an. circ. 1645, ibi apostolatum et curam animarum exercerunt fratres Capuccini.

CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia*, cf. Ind.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 445 (Ind.)
SCHWEIZER. FRANZ. KALENDER (1943) p. 51.

Samuel a Chiaramonte Gulfi, cognomento *Nicosia*, prov. Syracusanae alumnus. — Ortus a. 1842, habitum relig. sumpsit a. 1859, vitam duxit vere seraphicam obiitque a. 1910 die 8 aug. — Suae Provinciae, cui per plures annos

praefuit Minister (1894 ss.), post politicas tempestates verus instaurator conclamatur. Tertium franciscalem Ordinem plurimum promovit. Scriptor quoque fuit disertus atque elegans cuius praecipua opera haec sunt: *L'anima cristiana guidata nella divozione al SS. Cuore di Gesù* (Torino 1874). — *S. Giovanni Batt.*, 3 voll. (Ragusa 1892). — *Storia di Chiaramonte* (Ib. 1882). — *Memorie storiche dei FF. Min. Cappuccini della Prov. di Siracusa* (Modica 1895). — *Necrologio dei Cappuccini della Prov. di Siracusa* (Ib. 1897).

SAMUELE (CULTRERA) DA CHIARAMONTE — *Padre Samuele Nicosia da Chiaramonte*. Isola del Liri 1930, (cfr. *Collectan. Franc.* 1932 p. 269 s.).
ANALECTA CAP. 26 (1910) p. 371 (*necrol.*).
L'ARALDO DEL GRAN RE, a. 1929, p. 71, 129, 183, 231, 291; a. 1930, p. 33 (Samuele Cultrera).

Samuel a Pilsen (Comes de *Greiffenfels*), alumnus Prov. antiquae Austro-Bohemicae, quater fuit Min. Prov. et anno 1662 Definitor Generalis electus est. Perduxit multos haereticos ad veram fidem et composuit « *Atlas Provinciae Bohemiae* ». Obiit in Raudnitz an. 1664, aet. phys. 68, religiosae vero 48 annorum.
BULLAR. CAP., IV, 176.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 73 s..
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 652; III, 2.
FELICE. *Tavole Capit. Gen.*, p. 153.

Samuel a Prato, Prov. Tusciae. — E *Nutini* genere ortus a. 1838, Ordinem Capucc. ingreditur a. 1857. Philippopolim in Bulgaria missus est a. 1860 eumque Reynaudi episcopus Vicarium Gener. adscivit. Bello Turcico saeviente (1878) Bulgaros defendit multosque ab excidio servavit. Munia et opera multa in bonum Missionis egregie adimplevit. E vivis ereptus est d. 16 ian. 1894.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 442 (Ind.)
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 233-34, 238.
[CECCATELLI SILVIO], *Ricordo del P. Samuele da Prato*. Prato 1894, pp. 42.
ANALECTA CAP. 10 (1894) p. 94 (necrol.).
KALENDAR SV. KIRIL I METODI (Sofia), a. 1939, p. 75 n. 24.

San Andrés y Providencia. Insulae in mari Caribico, seu Antillarum intra fines civiles reipublicae Columbianae. — Haec Missio « *sui juris* », quae iam a. 1912 canonice erigitur et curis Collegii S. Iosephi de Mill Hill committitur, postea, decreto S. Congr. de Prop. Fide (21 maii 1926), missionariis Capuccinis hispanis Prov. Valentinae concredita est ac demum d. 14 nov. 1946, Praefectura Apost. erigitur primusque Praefectus nominatur P. Eugenius Soler a Carcagente.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 66, tab. 34.
GUIDA DELLE MISSIONI (Roma. 1934) p. 312.
MISSIONI *dipendenti dalla S. Congr. di Prop. Fide* (1950) p. 43.
AMEDEO DA VARAZZE, *Itinerario delle Missioni Capp.* (1935) p. 100-03.
LA OBRA *de las Misiones Católicas en Colombia* (Bogotá 1934) p. 153-57.
ANALECTA CAP. 42 (1926) p. 277 (cf. et *Index Gener.* voll. 1-50, p. 128). — 51 (1935) p. 260-62. — 55 (1939) p. 298 s. Relationes Miss. — 62 (1946) p. 109, Erectio Praef.
CATOLICISMO — *Organo de la Acción Católica*. San Andrés, 1934 ss.
FLORECILLAS DE S. FRANC., a. 1927, p. 256, 277: *História de los Misioneros de S. Andrés y Providencia*.

* — Quoad *Ephemerides* in hac nostra Missione editas vide sub v. *Periodica* (Columbia).

San Baudilio, vide *Sant-Boi de Llobregat*

San Casciano de' Bagni (*S. Cassianus de Balneis*) in Prov. Tusciae. — An. 1574 parvum ibi monasterium conditum est cum ecclesia S. Cruci dicata. Abrogatum vi Napoleonis decreti a. 1810, non amplius revixit.
BULLAR. CAP., II, 454.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 166, 190, 382.

San Casciano in Val di Pesa, in Prov. Tusciae. — Conventum ibi fratres nostri adepti sunt a. 1643 eiusque fundator ecclesiam S. Andreae Faesulano episc. dicatam voluit.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 454.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, p. 437, 446, 534.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 398; II, 432, 478.

San Cataldo, prope Caltanissetta, in Prov. Panormitana. — Primus lapis nostri Conventus positus est a. 1724, at fabrica ad finem perducitur tantum a. 1738; ecclesia dicata est Patriarchae S. Ioseph. Conv. derelictus est ob civilem suppressionem a. 1866.
BULLAR. CAP., III, 162, 165.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, III, 449.

San Celonio, vide *Sant Celoni*

San Cipriano Picentino, in Prov. Lucaniae seu Salernitana. — Conventus conditus est an. 1581 cum ecclesia in honorem S. Mariae de Concordia. Alienatus a. 1811, nunc tantum eius rudera remanent.
BULLAR. CAP., III, 310.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 507-14.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 303.

San Damiano Macra, Cuneo, in Prov. Pedemontana. — Residentia missionaria ibi exstitit ex a. 1598 usque ad a. 1614.
FERRERI, *Rationar. Miss. Cap.*, cf. Ind. 654.
NUOVA CROCIATA FRANC. a. 1925, p. 255; an. 1928, p. 65.

San Fernando, Cádiz, in Hispania. — Monasterium monialium Capuccinarum, intra fines nostrae Prov. Baeticae, ibi exstat ex a. 1886, cum ecclesia titulo B. M. V. de Rosario.

ELENCHUS MONAST. O. S. CLARAE (1942) p. 35.
TORRADEFLOT, *Crónicas de las Monjas Capuchinas en España*, t. II, p. VII.

San Filippo d'Agira, vide *Agira*

San Germano (Mons Cassinus) vide *Cassino*

San Germano Chisone, in Prov. Pedemontana. — Domus sive residentia missionaria ibi exstitit ab a. 1669 ad a. 1689.

NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino) a. 1928 p. 65.

San Gimignano (*S. Geminianus*) in Prov. Tusciae. — Hoc oppidum Capuccinos recepit a. 1591, quibus parvus, loco tamen amoeno, Conventus exstruitur itemque ecclesia Spiritui Sancto dicata. Conventus ob paucitatem sodalium, Europaeo bello saeviente, a. 1918 a nostris relictus est.

BULLAR. CAP., II, 454; X, 146.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 210, 304; II, 489.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 437, 446.

San Ginesio, (*S. Genesius*) Macerata, in prov. Picena. — Conventus aedificatus a. 1576 cum ecclesia titulo S. Anna, a. 1866 supprimitur; at Capuccini hoc oppidum reliquerunt tantum a. 1885.

BULLAR. CAP., II, 437; IX, 227.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov. Picena*, p. 377.

San Giovanni Bianco, (*S. Ioan. Albus*) Bergamo, in Prov. Mediolanensi. — An. 1640 exstructus est Conventus cum ecclesia S. Francisco Assisiensi dicata. Suppressus est a. 1797.

BULLAR. CAP., II, 350, 448.
VALDEMIRO, *Capp. Bergamaschi*, p. 47.

San Giovanni Gémini, vide *Cammarata*

San Giovanni in Fiore (*S. Ioan. in Floribus*) in Commiss. Prov. Consentino. — Exstructio nostri Conventus a. circ. 1639 coepta est et ecclesia S. Mariae Immaculatae dicata erat. Ex a. 1923 nostris sodalibus Paroecia S. Mariae Gratiarum commissa est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 41 tab. X.
BULLAR. CAP., III, 93, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 416.
ANALECTA CAP. 37 (1921) p. 255.

San Giovanni in Persiceto, in Prov. Bononiensi. — An. 1580 nostratibus vetus monasterium monialium, vulgo « S. Michele alla Braglia » nuncupatum, concessum est; at a. 1632 ob aegritudinis aëris alter Conv. exstruitur cum ecclesia S. Matthaeo dicata et ad finem perducitur a. 1637. Relinquitur ob suppressionem napoleonicam a. 1810.

BULLAR. CAP., II, 240, 252, 439; VIII, 9.
FORNI GIOV. — *Persiceto. Storia monografica delle Chiese, Conventi ecc.* (Bologna 1927).

San Giovanni Rotondo, in Prov. Fodiensi, seu S. Angeli. — Ab an. 1540 exstat Conventus cum ecclesia S. Mariae Gratiarum. Praeter civiles suppressiones, quas passus est a. 1811 et a. 1866, in Asylum mendicitatis convertitur a. 1888; at a. 1909 iterum in nostram possessionem venit.

Cura fratrum nostrorum, praesertim P. Pii a Pietrelcina, an. 1947 fundatum est prope conventum magnum nosocomium vulgo nuncupatum *Casa del sollievo della sofferenza.*

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 19 tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 316.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo*, p. 44.
« CASA SOLLIEVO DELLA SOFFERENZA » *S. Giovanni Rotondo*. Foggia, 1949 ss. (Periodicum menstruum sub directione Dr. G. Sanguinetti, plures continens notitias de *P. Pio a Pietrelcina*).

San Gottardo (*Mons S. Gotthardi*) in Comm. Ticinensi in Helvetia. — In culmine transitus alpini qui vulgo dicitur « *Passo del S. Gottardo* » ab antiquo constructum erat Hospitium cum sacello commodo eorum hominum qui per eum iter faciebant. An. 1683, huius hospitii cura concredita est fratribus Capuccinis Prov. Mediolanensis, qui ibi residentes ut missionarii sub ditione erant Praefecti Apostol. Missionis Mesaucinae. Hospitium saepe saepius incendio vel nivium tempestate dirutum, toties reaedificatum est. Urgente gallica eversione, fratres nostri mediolanenses eum reliquerunt; et an. 1804 confratres Ticinenses in locum eorum idem hospitium adierunt, ibique usque ad a. 1841 moram fecerunt.

BULLAR. CAP., II, 342, 446.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 115.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 342-45.
S. FRANCESCO NELLA SVIZZERA ITALIANA, pag. 161-260.

San Jorge (*S. Georgius*) in Prov. Valentina in Hispania. — Conventus, titulo SS. Corde Iesu, a. 1909 excitatus, cum postea visus esset parvae utilitatis, fratres illum dereliquerunt a. 1917. (*Mss. Arch. Prov. et Gen.*).

San Juan de Puerto Rico, *Custodia* provincialis de *Puerto Rico*, prov. Pennsylvanicae concredita. — An. 1905, fratres hispani prov. Castellae ibi hospitium receperunt, et a. 1923, illis concredita est paroecia S. Francisci Assisiensis. Insuper an. 1944 nova domus ibi canonice erecta est et nova paroecia S. Teresiae a Iesu Infante Ordini nostro committitur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. XV tab. 34.
STATISTICA PROV. CASTELLAE (1928), p. 87.
CAYETANO DE CARROCERA, *50 años de apostolado en Venezuela* (Caracas 1914), p. 116-33.
MELCHOR, *Los Capuch. en Castilla*, p. 279.
ANALECTA CAP. 40 (1924) p. 16 (Paroecia S. Franc.); 62 (1946) p. 30, 31 (Domus et Paroecia S. Teresiae)

San Juan de Puerto Rico (*dioecesis*). Huic *Sancti Ioannis Portoricensis* D. praefuit noster sodalis Paulus CARRIÓN a Málaga ab a. 1857 usque ad a. 1871, quo vitam finivit.

San Lorenzo Nuovo, olim Grotte S. Lorenzo (*Chryptae S. Laurentii*) prope Montefiascone in Prov. Romana. — Parvum Hospitium ibi exstitit ex a. 1701; anno vero 1780 aedificatus est conventus, qui a. 1816 cuidam loci Confraternitati ceditur.
BULLAR. CAP., II, 434.

San Lúcar, vide inferius *Sanlúcar*

San Luis Potosí, in Mexico (dioec. *S. Ludovici Potosien.*) — Monasterium ibi exstat monialium *Capuccinarum* Ord. S. Clarae.
ELENCHUS MONAST. O. S. CLARAE (1942) p. 39.
ANALECTA CAP. 50 (1934) p. 198.

San Mamiliano in Umbria, vide *Ferentillo*

San Manoel de Paraiso, in Brasilia Commissariatus Provincialis *Sancti Pauli.* — Domus religiosa nostratibus canonice erecta a. 1921, duobus post annis eadem canonice supprimitur.
ANALECTA CAP. 37 (1921) p. 74; 40 (1924) p. 15

San Marco d'Alunzio, in Prov. Messanensi. — Extra oppidum in loco amoeno, Conventus exstructus est iam a. 1582 cum ecclesia S. Mariae Angelorum dicata.
BULLAR. CAP. III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina,* I, p. XLVI.
ANALECTA CAP. 40 (1924) p. 148 (*Novitiatus*)
LE VIE D'ITALIA (Milano) a. 1929, p. 735.

San Marco la Cátola (*S. Marcus ad Catulam*) in Prov. Fodiensi, seu S. Angeli. — An. 1585 fratres nostri locum susceperunt prope ecclesiam S. Mariae de Iosaphat. Expulsi a. 1867, huc redierunt a. 1909.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 19 tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 316.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo,* p. 76.

San Marino, locus princeps *Reipublicae S. Marini* in Italia centrali. — Fratres Capuccini Prov. Picenae ibi Conventum exstruxerunt a. 1583, cum ecclesia S. Quirino ep. et mart. dicata, nec unquam eum dereliquerunt.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Piceno,* p. 377
IDEM, *Iscrizioni Prov. Marche,* p. 23, 46, 167.
VITA FRANC. (Loreto) a. 1929, p. 89; a. 1934, p. 177.

San Martín de Trevejo, in Prov. Castellae in Hispania. — Antiquum monasterium S. Pauli a FF. Minoribus iam a. 1452-1835 habitatum, fratribus Capuccinis dono datur a. 1900; at variis de causis a. 1915 Minister Gen. illud derelinquere praecepit.
STATISTICA CAP. PROV. CASTELLAE (1909) p. 74.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla,* p. 259.

San Martino di Lota in Corsica. — Conventus exstructus a. 1645, B. M. Virgini Angelorum reginae fuit dicatus. Ob adversas temporum vicissitudines postea derelictus (1790?), a. 1863 iterum restituitur ibique fratres usque ad novissimam expulsionem permanserunt.
BULLAR. CAP. II, 456.
ANALECTA CAP. I (1885) p. 189.

San Martino in Rio (*S. Martinus Estensis*) in Prov. Parmensi. — Conv. fundatus est a. 1614. In eius ecclesia, quae S. Carolo Borromeo dicata est, Tabernaculum admiratur miro ac raro artificio confectum a Fr. Leone a Carpi († 1723).
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 29 tab. VI.
BULLAR. CAP., II, 441.
SILVEST. MEDIOL., *Annales,* I, 47.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali,* I, 54.
CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani,* I, 107.
PAX ET BONUM, *Numero unico... del VII Centen. di S. Franc. e del III Centen. della fondazione del Conv. di S. Mart. in Rio.* Correggio 1926.

San Mateo, Castellón, in Prov. Valentina in Hisp. — Conventus, S. Francisco Assis. sacer, ibi exstitit ab a. 1610 usque ad civilem eversionem a. 1835. De eo nil hodie remanet.
BULLAR. CAP., V, 415.
ESTADISTICA PROV. DE VALENCIA (1901) p. 12.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 154.

San Maurizio in Engadina, v. *Sankt Moritz*

San Mauro Castelverde in Prov. Messanensi. — Conventus aedificatus a. 1756, cum ecclesia dicata B. Virgini Perdolenti, derelictus est ob decretum S. Congr. de Relig. die 13 iunii 1927 datum.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina,* I, p. LXII.
ANALECTA CAP. 43 (1927) p. 184.

San Menna, vide *Santomenna*

San Miniato (*S. Minias*) in Prov. Tusciae. — Huius Conventus fundamenta a. 1609 ponebantur, totaque exstructio intra sex annos absoluta est. Ecclesia S. Mariae Immaculatae et S. Miniato dicata est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII
BULLAR. CAP., II, 454.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI p. 437, 447, 519.
SISTO, *Storia Capp. Toscani,* I, (Ind. p. 639).

San Pedro de Macorís, in Republica Dominicana. Custodia provincialis de *Santo Domingo,* prov. Baeticae concredita. — Fratres hispani a. 1918 a S. Congr. de Relig. obtinuerunt huius loci paroeciam S. Petri Apost. ut curam animarum gererent.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. XVI tab. 34.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.,* p. 389.
CIPRIANO DE UTRERA — *La iglesia parroquial de S. Pedro de M.* — S. Domingo 1932.
ANALECTA CAP. 35 (1919) p. 12. — 42 (1926) p. 219-21.
BOLETÍN PARROQUIAL... *de S. Pedro Apost.* — S. Pedro de M., 1918 (cessavit a. 19...).

San Pietro di Tenda, seu Nebbio, in Corsica. — Domus et ecclesia S. Ioseph, iam ex a. 1552 fundati, ob aëris intemperies a nostris relinquebatur an. 1630 et nova domus ipsis aedificabatur iuxta veterem ecclesiam S. Ioan. Evang., quae olim paroecialis erat. et quae postea titulum S. Ioseph assumpsit. Conventus supprimitur tempore gallicae eversionis saec. XVIII.

BULLAR. CAP., II, 425, 456; VIII, 323, 324.
CASANOVA (ABBÉ), *Histoire de l'église de Corse* (1931), t. III, p. 367.

San Quirico d'Orcia (*S. Quiricus Vallis Urciae*) in Prov. Tusciae. — Ante a. 1608, probabiliter a. 1591, constituebatur ibidem Capuccinorum familia iuxta antiquam ecclesiam, quae intacta mansit, commutato in novum S. Quirici, veteri S. Sebastiani titulo. Abrogatus est Conv. a. 1866.

BULLAR. CAP., II, 419, 454.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 437, 447.
SISTO, *Stor. Capp. Toscani*, I, 228, 616; II, 544.

San Remo (*S. Romulus, S. Remus*) in Prov. Genuensi. — Conventus erectus a. 1578; ecclesia consecrata a. 1688 ad honorem S. Bernardi et S. Francisci. Post civilem suppressionem a. 1866 Conventus eruitur; at prope eandem ecclesiam a. 1876 novum monasterium exstructum est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
BULLAR. CAP., II, 374, 450.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 437.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, II, 125-140; V, (cf. *Indice* p. 635).
ANALECTA CAP. 8 (1892) p. 311-14: *Relatio apparitionis splendoris prodigiosi supra Conventum S. Romuli* a. 1627.

— Moniales *Capuccinae de SS.mo Sacramento* in hac urbe ingressae an. 1924 et an. 1944 positae sub iurisdictione Ordinis Capuccinorum demum an. 1947, vi decreti S. Congr. diei 12 augusti, omnes moniales translatae sunt in monasterium Capuccinarum Genuense (*Genova*).

ELENCHUS MONAST. O. S. CLARAE, (1942) p. 37.
ANALECTA CAP. 60 (1944) 55. — 63 (1947) 129.

San Salvatore Monferrato, in Prov. Alexandrina. — Fratres Prov. Genuensis hunc Conventum aedificarunt a. 1619. Clausus fuit tempore dominationis napoleonicae (1810).

BULLAR. CAP., III, 329.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 224.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 268.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, V, 140.

San Sebastián, in Prov. Navarro - Aragonensi. — An. 1909 ibi recepti sunt Nostrates quorum ecclesia Apparitioni B. M. Virginis de Lourdes dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 27 tab. XXVI.
ESTADISTICA PROV. DE NAVARRA (1928) p. 84.

San Secondo Parmense, in Prov. Parmensis. — Secus viam, quae ad « *Rocca Bianca* » pergit, parvum coenobium Capuccinis exstruebatur a. 1610, cum ecclesia S. Mariae ad Nives dicata: ibi manserunt usque ad suppressionem napoleonicam (1810).

BULLAR. CAP., II, 441.
CIRILLO, *Mem. Capp. Emiliani*, I, 103-06.

San Sepolcro (Borgo), vide *Sansepolcro*

San Severino, Céntola, in Prov. Neapolitana. — Ibi fratres nostri moram duxerunt ab a. 1568 usque napoleonicam dominationem (1810). Ecclesia fuit dicata S. Hieronymo Doct.

BULLAR. CAP., III, 308.
BONAV. DA SORR., *Capp. Prov. Napoli*, p. 5.
ECO S. FRANC., a. 1898, p. 583.

San Severino Marche (*S. Severinus Septempeda*) in Prov. Picena. — An. 1575 nostratibus pervetustum monasterium a SS. Salvatore (saec. XIII) concessum est. — Iuxta viam, quae ad monasterium ducitur, quindecim aediculae « *Viae Crucis* » ineunte saec. XIX erectae, admirandae sunt.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 210, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Piceno*, p. 377.
IDEM, *Iscrizioni Capp. d. Prov.* p. 26, 167.
MISCELLAN. FRANC. 33 (1933) p. 149-51.
VITA FRANC. (Loreto) a. 1929, p. 89.

— Moniales Clarissae, vulgo *Capuccinae*, ibi moratae sunt ab a. 1612 ad a. 1695 in monasterio a S. Maria Magdalena.

GENTILI G. C., *L'Ordine Serafico in S. Severino Marche* (Macerata, 1839) p. 110 s.

San Severo, in prov. Fodiensi, seu S. Angeli. — Conventus noster est ibi ab a. 1606 cum ecclesia titulo S. Maria Constantinopolitana. Expulsi fratres a. 1867, iterum illuc reversi sunt a. 1935; anno vero 1937 paroecia S. Mariae Gratiarum eisdem concredita est.

BULLAR. CAP., III, 316.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo*, p. 107
L'AMICO DEL TERZIARIO, a. 1934, p. 266-78.
ANALECTA CAP. 54 (1938) p. 11.

San Severo in Italia (*dioecesis*). Hanc *Sancti Severi* D. rexit noster episcopus Bonaventura GARGIULO a Sorrento ab a. 1895 usque ad an. 1904 quo obiit.

Sananduva in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul in Brasilia*). — Paroecia S. Ioannis huius loci administratur a fratribus Capuccinis iam ab an. 1907. Domus vero religiosa ibi canonice erecta est an. 1944.

TEODORO, *50 anos de atividades*, p. 154-60.
ANALECTA CAP., 64 (1948) p. 9.

Sanbenedetti B., vide *Benedictus a Milano*

Sanchez Artesero Firminus ab Alcaraz, *episc.* Prov. Castellae alumnus. — Natus die 18 nov.

1784, habitu fratrum Capuccinorum indutus an. 1802 et sacerdotio auctus an. 1809. A Gregorio XVI an. 1838 constitutus est Commissarius Apostolicus pro tota hispanica Capuccinorum familia. Demum die 26 iunii 1849 ab ipso Pontifice Pio IX episcopus *Conchensis* (Cuenca) consecratus. Aetate ac virtuibus plenus piissime obiit die 4 decembris an. 1855. Nonnulla edidit opuscula de re ascetica praesertim ad B. Mariam Virginem sub titulo « Divini Pastoris Mater » spectantia.

BULLAR. CAP., X, 720 n. 6.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, II, 133.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 268.
ANDRÉS *Vitalidad Seráfica*, I, 208-10.
BUENAV. DE CARROCERA, *Necrologio*, p. 300.
JUAN B. DE ARDALES, *La Divina Pastora*, t. I, (Sevilla 1949), p. 667-75 (not. biogr.).
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cfr. Index sub v. *Fermin*.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 24.
ENCICLOPEDIA UNIV. (Espasa) t. 4, p. 256.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 129-134: *Litterae memoriales P. Firmini ab Alcaraz, Commis. Apost.* (21 nov. 1848).

Sanctes ab Abelgas, Prov. Castellae alumnus — Natus die 10 augusti 1878, habitum seraphicum sumpsit a. 1895. Sacerdos consecratus (1907), post duos annos missus est ad missiones suae provinciae in America meridionali, atque in *Bayamo* (Cuba) adlaboravit usque ad a. 1924, quo ad Vicariatum Apost. de *Caroni* (Venezuela) translatus est, ibique primam stationem inter indigenas in loco *Araguaimujo* fundavit. Magnam in se admirationem excitavit, flamma caritatis et austeritate vitae. Pientissime in Domino quievit in urbe Caracas d. 28 dec. 1937.

MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, p. 266, 287.
CRISÓSTOMO M. DE BUSTAMANTE, *El Siervo de Dios P. Santos de Abelgas, misionero.* Caracas, 1946, pp. 272 ill. (cf. *Collectan. Franc.* 1948, p. 358).
ANALECTA CAP. 54 (1938) p. 187 necrol.
VENEZUELA MISIONERA (Caracas), 1 (1939) p. 10 ss.; 2 (1940) p. 314 ss., *Historia de un gran misionero;* 9 (1947 p. 188 ss., *El P. Santos, notable Indigenista.* (P. C. de Bustamante).

Sanctes a Roma, cognomento *Tesoro, Thesauro*, Prov. Romanae alumnus. — Ortus an. 1545, post suam professionem religiosam, Mediolani studiorum cursum confecit a. 1568-74. In sua Provincia romana muneribus Lectoris Philos. et Theol., Definitoris ac Ministri functus est; quod postremum officium vel in Prov. Tusciae exercuit. Fuit proinde Definitor Gener. ter electus (1599, 1602, 1613). Romae obiit a. 1621. — Regulas I et II Ordinis Seraphici declarationibus ditavit atque edidit, nempe: *Esposizione sopra la Regola dei FF. Minori* (Roma 1614) latine versa a P. Iodoco, Prov. Helveticae (Lucernae, 1675). — *Dichiarazione sopra la Regola di S. Chiara* (Venetia 1621).

SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 237.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 285-287.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 102, 111, 118.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 186-88.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 226.
WADDING, *Scriptores*, p. 209.
SBARAGLIA, *Script.*, III, 84.
IOANN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* III, 80.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 208 nota 1.
ITALIA FRANC. 14 (1939) p. 358 (Opera).

Sanctes a Venezia. — Hoc nomine Veneta Provincia binos habet religiosos fratres, ambo *pictores*.

Prior fuit sacerdos et ortus est a. 1571: habitum seraphicum sumpsit a. 1598 et Belluni (probabiliter) obiit a. 1609. — Opera reliquit *Venetiis* in nostra ecclesia SS. Redemptoris; *Belluni* in ecclesia S. Rochi atque *Madrani* in Tridentino, in ecclesia paroeciali.

Alter laicus frater erat: natus est an. circ. 1590; regulam professus est a. 1624 et obiit Vicetiae (Vicenza) a. 1660. — Pictor egregius plurimum elaboravit pro nostris ecclesiis in locis *Asolo, Ala, Palmanova, Valdobbiadene,* et *Rovigo*. Alia reliquit opera *Tridenti* in ecclesia S. Francisci et in cathedrali *Rovigo*.

DAVIDE M. DA PORTOGRUARO, *P. Cosmo Piazza da Castelfranco, pittore Cappuccino* (Venezia, 1936) p. 83, 87.
IDEM, *Il Tempio del Redentore...* (Venezia, 1930) p. 64.

Sancti, Beati et Venerabiles ex Ord. Cap. vide *Hagiographia;* SANCTI et BEATI trium Ordinum, vide *Calendarium liturgicum.*

Sancti Adalberti Custodia in Polonia. — Anno 1802, decreto generalitio sub die 25 augusti, tres Conventus videlicet: *Cracoviensis, Lublinensis* et *Lubartoviensis* in Galicia occidentali exsistentes, ob politicas rationes in formalem Custodiam sub titulo S. Adalberti ep. et mart. erecti sunt et Commissarius Gener. electus est P. Caietanus polonus. Anno vero 1809, tres supradicti conventus, denuo Prov. Poloniae coniuncti sunt.

BULLAR. CAP., IX, 282 s.
ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 128.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 207.

Sancti Andreae Missio, in Columbia, vide *San Andrés y Providencia*
Sancti Andreae Provincia, in Gallia, vide *Burgundiae Prov.*
Sancti Angeli Provincia, in Italia, vide *Fodiensis Prov.*
Sancti Augustini Provincia in America, vide *Pennsylvanica Prov.*
Sancti Benedicti Labre Missio, vide *Cheyenne*
Sancti Bernardini Provincia, vide *Aprutium* in Italia

Sancti Bonaventurae Provincia, in Gallia, vide *Lugdunensis Provincia*

Sancti Caroli Provincia, in Italia, vide *Mediolanensis Prov.*

Sancti Dominici Insula, vide *Santo Domingo*

Sancti Fidelis Provincia, in Helvetia, vide *Ticinensis Prov.*

Sancti Francisci Provincia, in Italia, vide *Umbriae Prov.*

Sancti Ioseph de Grajahû Missio, *Brasilia*, vide *Grajahú*

Sancti Ioseph Provincia in America, vide *Calvariensis Provincia*

Sancti Ioseph Provincia, in Italia, vide *Alexandrina Prov.*

Sancti Ludovici Provincia. — Antiqua provincia in Gallia, sita in regione *Provence* intra fines hodiernae Prov. Lugdunensis. Initium sumpsit an. 1576 cum quidam vir, de rigidiore capuccinae vitae disciplina bene affectus, in civitate Avenionensi domum Fratribus construi curavit. Eodem fere tempore Massiliae ac deinde in Arles, Aix et Salon civitatibus constructi sunt conventus sub iure provinciae Lugdunensis consistentes usque dum an. 1587 decreto Capituli Generalis in distinctam Provinciam Sancti *Ludovici* coadunarentur (cf. *Analecta Ord.*, t. V, 1899, p. 107). Numerus domorum crevit usque ad 40, quae die 17 februarii an. 1750, dissidiorum componendorum causa, dispertitae sunt in duas provincias, *Avenionensem* scilicet et *Massiliensem* (cfr. *Bullarium Ord.*, t. VII, p. 413).

Index Conventuum et Hospit. qui ad antiquam S. Ludov. Prov. pertinuerunt: Aigues-Mortes, Aix, Alais, Apt, Arles, Auriol, Avignon, Barjac, Beaucaire, Brignoles, Cannes, Carpentras, Cavaillon, Draguignan, Embrun, Gap, Grasse, Jonquières-Martigues, La Ciotat, La Seyne, L'Isle, Lorgues, Manosque, Martigues, Marseille, Montfavet, Nîmes, Orange, Pertuis, Pont-Saint-Esprit, Riez, Saint-Maximin Saint-Tropez, Salon, Sisteron, Solliers, Tarascon, Toulon, Uzès, Valréas.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore (cfr. « Schematismus Cap. Prov. Lugdunen. » a. 1895, p. 49-81).

Honorius a Milano: 1588, 1593.
Raphaël a Cremona: 1591.
Urbanus a Milano: 1596.
Emmanuel a Torino: 1597.
Abundus a Como: 1598.
Angelus ab Avignon: 1600.
Hieronymus ab Arles: 1603, 1610, 1615.
Raphaël ab Avignon: 1607, 1613.
Angelicus a Mégève: 1617.
Ioan. Bapt. ab Aix: 1620, 1633.
Innocentius a Bourg-en-Bresse: 1623, 1630, 1636.
Angelus ab Esparron: 1625.
Gregorius ab Avignon: 1628.
Angelicus a L'Isle: 1639.
Io. Chrysost. a Le Puy: 1642.
Illuminatus a St. Tropez: 1644.
Anselmus a Brignoles: 1647, 1659, 1665.
Marcus a Bauduen: 1650.
Balthazar a Riez: 1653
Raymundus ab Avignon: 1655.
Humilis ab Avignon: 1658.
Dionysius a Nîmes: 1662, 1669.
Benedictus a Brignoles: 1666.
Ambrosius a Toulon: 1671, 1684.
Theodosius ab Aix: 1674, 1681.
Laurentius a Pertuis: 1677.
Germanus ab Arles: 1685.
Iustinus ab Arles: 1689.
Salvator a Brignoles: 1690.
Iosephus a Valréas: 1694.
Carolus a Toulon: 1697.
Benedictus a Nîmes: 1700.
Ambrosius ab Arles: 1703, 1709.
Ignatius a Draguignan: 1706, 1714, 1720.
Io. Chrysost. a Noyers: 1711.
Franciscus a Martigues: 1717.
Vitalis a Draguignan: 1723.
Bonaventura a La Seyne: 1724.
Hyacinthus ab Avignon: 1727.
Seraphinus a Carpentras: 1730.
Michaël a St. Maximin: 1733.
Ioan. Franc. a Toulon: 1736, 1746.
Stephanus a Salon: 1739.
Honoratus a St. Maximin: 1742.
Hyacinthus a Toulon: 1745.

Religiosi huius Provinciae de quibus fit sermo sub eorum nomine

Episcopi:
Batailler Carolus a Toulon († 1701)
Boucicault Cherubinus ab Arles († 1624)

Scriptores etc.
Alexandrinus a La Ciotat († 1706)
Angelicus a Lisle-sur-Sorgue († 1650)
Balthassar a Draguignan († 1678)
Balthassar a Riez († 1678)
Bernardinus a Carpentras († 1714)
Bonaventura a Sisteron († 17.....)
Dionysius ab Avignon († 1665)
Gregorius ab Avignon († 1639)
Henricus a Seyne, concion. († p. a. 1683)
Hieronymus ab Arles, conc. († 1617)
Honoratus a Cannes, conc. († 1694)
Hyacinthus ab Avignon († p. a. 1740)
Irenaeus ab Avallon, conc. († p. a. 1628)
Marcellus a Riez († 1682)
Marcus a Bauduen († 1692)
Mauritius a Toulon († 1668)
Maximinus ab Aix († 1687)
Stephanus a Goudargues, laic. mart. († 1798)
Theodorus a Tarascon, script. (†1709)

Bibliographia

BULLAR. CAP., V, 152-193, 401, VII, 413.
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO ORD. CAP. (a. 1649) tab. 35; (ed. 1712) tab. 12.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Ind..
PELLEGRINO, *Annali*, II, 62-64 (Missioni contro gli Ugonotti, 1646); p. 221 (Peste 1650).
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895), p. 7, 49-81 (Not. hist., series Capitul.).

ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 107 (Ordinatio Capit. Gen. a. 1587); 28 (1912) p. 375 (Docum. quae asservantur in Arch. Status Mediolani).
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 18 (de Ortu Prov.).

Sancti Ludovici Provincia recentior, in Gallia, vide *Gallica Provincia*

Sancti Nicolai Provincia, vide *Apulia*

Sancti Pauli Commissar. Prov. in Brasilia. — Primi Capuccini in hac regione fuerunt ex provincia Sabaudiae a Pio IX missi (1854) ut magistri in seminario dioecesano S. Pauli et dein etiam ut rectores. Anno vero 1881 fratres prov. Sabaudiae officium remiserunt. Circa idem tempus cum migrassent in regionem S. Pauli plurimi tridentini et veneti, anno 1889 factum est ut S. Congr. de Propaganda Fide ibidem missionem erigeret et eam committeret fratribus provinciae Tridentinae, a quibus, brevi temporis spatio, constructae sunt domus Piracicaba, Taubaté aliaeque. Vi autem decreti Ministri Gener. diei 30 aprilis an. 1937 missio (latiore sensu) erecta est in Custodiam provincialem dependentem ab eadem prov. Tridentina. Demum die 8 sept. 1950 Custodia separatur a provincia Tridentina et erigitur in Commissariatum Provincialem. Primus Superior nominatus est P. Placidus a Descalvado.

Index Convent. et Hospit.: Biriguí, Botucatú, Mocóca, Pennapolis, Piracicaba, San Manoel de Paraiso (suppressus), Santos, São André, São Paulo, Taubaté.

RELIGIOSI HUIUS COMMISSARIATUS
de quibus agitur sub eorum nomine

Firminus a Centelles († 1893)
Colturato Alois. a S. Anna († 1946)
Mansuetus a Valforiana († 1921)
Silverius a Rabbi († 1918)

BIBLIOGRAPHIA

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. CAP. (1929) p. 75 et XVI, tab. 37.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.* p. 339 s.
MARCO, *Capp. di Trento*, p. 307-328.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 345, fundatio Novitiatus. — 12 (1896) p. 142 (notitiae variae). — 66 (1950) p. 165, Custodia erigitur in Commiss. Cfr. etiam *Index gener.* voll. 1-50, p. 128.
ANNAES FRANCISCANOS — (Periodicum a nostratibus editum, praesertim pro Tertiariis). Taubaté 1912 ss.
REGRA E VIDA. *Orgão oficial do Commissariato Prov. dos Capuchinhos do Estado do S. P.* — S. Paulo, 1950 ss.
LA SQUILLA — (Ephemeris a Capuccinis singulis hebdomadis edita ad fovendam vitam religiosam inter italos). S. Paulo, 1906 ss.

OPERA EDITA AD USUM CAP.

Livro de Orações em uso nas igresjas e comunidades dos Capuchinhos do Estado de São Paulo. S. Paulo, 1946.

Sancti Thomae insula (*São Thomé* in Guinea Lusitana, Africa occid.) — Missionem ibidem Fratres Capuccini susceperunt circa an. 1714 primusque Praefectus fuit, an. 1721, P. Bernardus Maria a Salemi. Huic Praefecturae adnexae erant missiones in insula Principis, Annobón, Sogno, Arda, Aiuda, Regnorum Benin et Overio. Capuccini in hac missione operam dederunt a primis annis saeculi XVIII usque ad finem circiter.

BULLAR. CAP., VII, 229 ss.
BULLARII REGESTUM, n. 1662 (a. 1695).
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, VIII, 428 (Ind.).
FRANC. DA VICENZA, *Missionari d. Prov. Serafica*, p. 263-276.
MELCHIOR, *Hist. Cap.* vol. III, 350, cf. Ind.
ANALECTA CAP. 21 (1905) p. 249-52, Elenchus missionar. decurrente saec. XVIII.

Sanctissimae Trinitatis Custodia, vide *Hollandia*

Sanctoriensis dioecesis, vide *Santorino*

Sanctuaria Franciscana saeculi XIII, fratribus Capuccinis tradita an. 1530-37, vide *Cortona* (Celle) et *Montecasale*, utrumque in territorio provinciae Tusciae.

Sanctuaria Mariana, vide *Maria Virgo* (Sanctuaria)

Sanctus vide *Sanctes*

Sandolini C., vide *Cherubinus ab Udine*

Sangosa, vide *Sangüesa*

Sangüesa (*Sangosa*) in Prov. Navarro-Aragonensi. — Pervetustum coenobium FF. Minorum, saeculo XIII excitatum et a. 1835 lege civili abrogatum, fratribus Capuccinis conceditur a. 1899. Ecclesiae titulus est S. Franciscus Assisias.

WADDING, *Annales*, ad a. 1300, n. XIV.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 27 tab. XXVI.
ESTADISTICA PROV. DE NAVARRA (1928) p. 72.

Sankt-Antoniusberg, vide *Mastrils*

Sankt-Gangolph, in prov. Rhenano-Westfalica (dioec. *Trevirensis*). — Conventus exstructus est a. 1900, eiusque ecclesia dicata est S. Gangulpho mart.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. XV.

Sankt-Goar, Koblenz, in prov. Rhenano-Westfalica. Statio seu residentia missionaria ibi exstitit ab a. 1652 ad a. 1657.

BULLAR. CAP. IV, 386.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 51, 189, 330.
KILIAN, *Aufhebung d. Nothgottes*, p. 90.

Sankt-Ingbert, in Prov. Bavarica. — Conventus ibi exstat ab a. 1906, cum ecclesia in honorem S. P. Francisci dicata. Anno 1925 in oppido S. Ingberti apertum est seminarium pro exteris, qui humanioribus incumbunt in gymnasio civili.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14 tab. XV,

EBERL, *Gesch. Bayrisch. Prov.*, p. 775.
ERINNERUNGSBLATT *an die Konsekration der Kapuzinerkirche in St. Ingbert.* St. Ingbert 1907.

Sankt-Moritz, in Helvetia. Fratres antiquae missionis *Raetiae*, hunc locum deseruerunt an. 1893.
BÜRGLER, *Franz-Orden i. d. Schweiz*, p. 123.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 168.

Sankt-Nikolausberg, vide *Würzburg*

Sanlúcar (E. de), v. *Diaz de Bedoya*, episc.

Sanlúcar de Barrameda (*Luciferi Fanum*) in Prov. Baetica seu Andalusiae. — Iuxta aediculam B. M. Virginis de Bono Itinere, vulgo « del Buen Viaje » Conventus iam ab a. 1634 nobis aedificatus, derelictus est an. 1940. Seminarium etiam missionarium ibi exstitit a. 1795 fundatum.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 13 tab. XII.
BULLAR. CAP., V, 419; VIII, 331; IX, 18-24.
AMBROSIO, *Reseña Prov. Andalucia*, II, 253.
NICOLAUS, *Notitia Prov. Baeticae*, p. 31, 164.
STREIT, *Bibl. Missionum*, I, n. 1074, 1077.
ANALECTA CAP. 48 (1932) p. 45.
MENSAJERO SERÁFICO, a. 1885, p. 20 ss.

Sanluri (*Selurum*) in Sardinia. — Ab antiqua Prov. Calaritana Conventus ibi excitabatur a. 1609 cum ecclesia tituli S. Francisci Assisiensis.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 42 tab. X.
BULLAR. CAP., III, 327.
ANALECTA, 64 (1948) p. 10 (Novitiatus).
VOCE SERAFICA DELLA SARDEGNA, a. 1928, p. 126.

Sansepolcro, olim Borgo S. Sepolcro (*Biturgium*) in Prov. Tusciae. — Prope civitatem in loco amoeno, quem *Paradiso* appellant, an. 1605 fratribus Prov. Umbriae Conventus excitatur cum ecclesia Archangelo Michaëli dicata. Fratribus Prov. Tusciae in usum venit a. 1784, vi decreti Leopoldi I Hetruriae Ducis.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 435.
MEMORIALE CAP. TOSCANI, p. 437, 447, 527.
SISTO, *Storia Prov. Toscana*, II, 491, 495.

— Monasterium S. Marthae, *monialibus Capuccinis* Ord. S. Clarae conditum est inde ab a. 1614.
BULLAR. CAP., II, 118-122, 435.
ELENCHUS MONAST. O. S. CLARAE (1942) p. 38.

Sanseverino Antonius, Cardinalis creatus est a. 1522. et mortem obivit a. 1543. Nostrae reformationi peramanter favit eamque totis viribus defendit praesertim apud Romanam Curiam. Omnes rerum scriptores, qui de nostra ineunte reformatione loquuntur, eius acta et laudes efferunt.
MONUM. HIST. O. CAP., cf. Ind. voll. II et VI.
BOVERIO, *Annales*, I, 216-220 (a. 1536).
EDUARDUS, *Tribulationes O. Cap.*, cf. Ind.

Sant'Agata Féltria, in Prov. Bononiensi. — Hic humilis Conventus a. 1575 exstructus est. Eius ecclesia S. Antonio Patavino est dicata, in eaque magna pietate quoddam B. M. Virginis simulacrum miris factis conspicuum colitur.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. VI.
BULLAR. CAP., II, 439.
ANTONIO DA SARSINA, *La SS. Vergine Immacolata nella Chiesa dei Capp. di S. Agata F.* (Faenza 1904).
BENIGNO DA S. AGATA. — *S. Agata Feltria e la Madonna dei Cappuccini.* S. Agata 1950.
SANTUARIO *della Madonna dei Cappuccini.* — *S. Agata Feltria* — « *Numero unico* » (Incoronazione della Madonna, 20 agosto 1950). Novafeltria 1950, 4 pp. in-folio.
PROV. DI BOLOGNA. Atti ufficiali, 1950 p. 67, *Restauri alla Chiesa e feste centenarie.*

Sant'Agnello di Sorrento, vide *Sorrento*

Sant'Alberto, Ravenna, in Prov. Bononiensi — Nostrates ibi duo habuerunt hospitia: alterum ab a. 1626 ad a. 1629; alterum ab a. 1666 usque ad suppressionem Ordinum relig. a Napoleone decretam.
BULLAR. CAP., II, 236, 439.

Sant'Anatolia, vide *Esanatoglia*

Sant'Angelo delle Fratte in Comm. Lucaniae — An. 1945 FF. Capuccinis commissa est cura paroecialis illius loci.
ANALECTA CAP. 62 (1946) p. 31.

Sant'Angelo Lodigiano (*S. Angelus Laudensis*) in Prov. Mediolanensi. — Fratres nostri qui huc advenerant a. 1607, expulsi sunt an. 1805. Ecclesia dicata erat S. Franc. Assisiati.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 297-301.

Sant'Angelo in Vado (*Tifernum Metaurense*) in Prov. Picena. — Prioris Conventus fundati a. 1538 pauca nunc rudera exstant; alter an. 1579 excitatus, supprimitur an. 1867. Eorum ecclesia dicata fuerat D. N. I. C. in caelum ascendenti.
BOVERIO, *Annales*, I, 271 n. 7 (1538)
BULLAR. CAP., II, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Prov.*, p. 377.
IDEM, *Iscrizioni della Prov.*, p. 25.

Sant'Angelo in Vado (Dioecesis), vide *Urbania-S. Ang. in Vado*

Sant'Arcángelo di Romagna (*S. Archang. de Romandiola*) in Prov. Bononiensi. — Anno 1576 fratribus nostris domus prope ecclesiam S. Mariae « del Luso » concessa est, at aëris aegritudinis causa relicta est, et a. 1654 hodierni Conventus, in altiori loco siti, primus lapis iactus est. Ecclesia prius Stigmatibus S. Francisci, postea a. 1856 cum refecta esset, Immaculatae Conceptioni B. M. V. dicata est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 16 tab. VI.
BULLAR. CAP., II, 236, 439.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.* p. 77.
ZELATORE FRANC. (Bologna), a. 1928, p. 133 s.

Sant-Boi de Llobregat, seu San Baudilio, in Prov. Catalauniae. — Conventus a Visitatione B. M. Virginis, fundatus a. 1580; postea ob aëris insalubritatem a. 1596 derelictus est.

STATUS PROV. CATALAUNIAE, (1910) p. 61.

Sant-Celoni, seu San Celonio, (*S. Cheledonius*) in Prov. Catalauniae. — Conventus institutus est a. 1582 prope Sacellum B. M. V. vulgo « del Puig de Bellever »; postea hoc derelicto novus Conv. exstruitur a. 1616 cum ecclesia Visitationi B. M. V. dicata. Ex eo eiecti sunt Religiosi a. 1835.

BULLAR. CAP., V, 413.
STATUS PROV. CATALAUNIAE (1910) p. 62.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 352.

Sant'Elia, inter Squinzano et Campi Salentino, in Prov. Apuliae. — Eodem in loco in quo monasterium monachorum S. Basilii exstabat, a. 1575 pro Capuccinis aedificatum est hospitium quod a. 1584 factum est Conventus cum ecclesia S. Eliae prophetae dicata. Conv. supprimitur a. 1809.

BULLAR. CAP., III, 319 (Prov. Hydruntina).
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 124.

Sant'Elia di Gálatro, in Prov. Rheginensi Calabriae. — Capuccini a. 1532-34 acceperunt antiquum et secessum coenobium olim monachorum S. Basilii, sed postea illud reliquerunt. An. 1614 Conventus propior urbi aedificatus est cum ecclesia titulo S. Elia; hoc relicto, quod in pessum erat iturus, a. 1730 alius longius exstruitur Conventus qui a. 1783, regnante Ferdinando IV, supprimitur.

BULLAR. CAP. III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 23.

Sant'Elia a Pianisi (*S. Elias ad Planitium*) in Prov. Fodiensi seu S. Angeli. — Noster Conventus aedificatus est a. 1604, et habet ecclesiam Seraphico Patriarchae dicatam.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 19 tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 316.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo*, p. 101

Sant'Elpidio a Mare, in Prov. Picena. — Prior Conventus S. Rocho sacer, fundatus est a. 1576: hoc relicto, a. 1749 alter exstruitur cum ecclesia in honorem S. Ioseph, ibique nostrates manserunt usque ad civilem suppressionem a. 1867.

BULLAR. CAP., II, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Prov.*, p. 377.

Santa Caterina del Jonio, in Prov. Rheginensi Calabriae. — An. 1580 erigitur Conventus in elatiori loco cum ecclesia S. Francisco Assis. dicata. Ex eo fratres expulsi sunt a. 1867

BOVERIO, *Annales*, p. 853 n. 4 (1580).
BULLAR. CAP., III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 36.
ITALIA FRANC., 23 (1948) p. 287.

Santa Caterina Villarmosa, in Prov. Panormitana. — Conventus a. 1843 fabricari coeptus est titulo S. Francisco Assis., at brevi vixit, quod a. 1866 suppressus est.

BULLAR. CAP., X, 304.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, IV, 221, 257.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 285.

Santa Clara in insula Cuba Custodia de *Venezuela-Cuba* (Prov. Castellae). — Domus nostra ibi fundata est circ. anno 1945.

BOLETÍN OFICIAL PROV. CASTILLA, 1948, p. 116.

Santa Croce di Aidússina, vide *Sveti Kriz*

Santa Cruz de Guanacaste in Costa Rica, Custodia *Americae Centralis* (Prov. Catalauniae). — Fratribus Capuccinis concredita est ecclesia paroecialis reaedificata an. 1890.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. XII, tab. 34.
ZENÓN DE ARENYS, *Los Capuchinos en Costa R.* (Cartago 1936) p. 33-35 cum fig.

Santa Domenica, in ditione Ticinensi (Helvetia). Fratres nostri missionis Mesaucinae (*Mesocco*), ibi apostolatum et curam animarum exercuerunt ab a. 1656 ad a. circ. 1850.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 130.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 446 (Ind.)

Santa Fiora (*S. Flora*) in Prov. Tusciae, dioec. Grossetana. — Sanctimoniales Clarissae Capuccinae moram faciunt ibi in monasterio S. Familiae a. 1610 fundato a ven. Matre Pasithea Crogi (*v.de*). — In eo floruerunt etiam Maria Francisca Orsi, Maria Gratia Pelli, Maria Margarita Nerucci, de quibus agitur suo proprio loco.

BULLAR. CAP., II, 412-14, 416, 455.
LEGGENDARIO CAP., I, 124, Suor Teresa Lambertini † 1737; p. 127 Suor Gerolama Vespasiani † 1730.
COSTANTINO DA FARNETELLA, *Le Cappuccine di S. Fiora e i loro preziosi tesori. Notizie storiche.* Siena, 1903.

Santa Ines (Ynez), California, vide *Solvang*

Santa Lucia del Mela, in Prov. Messanensi. — Conventus a. 1610 a nostris aedificatus derelictus est vi legis civilis a. 1867. Ecclesia dicata est S. Mariae « della Stella ».

BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. LIII.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 316.

Santa Lucia di S. Martino,
vide *Terranova* (Calabria)

Santa Margherita Ligure, in Prov. Genuensi. — Coepta constructione a. 1608, Conventus a. 1611 conficitur eiusque ecclesia consecratur ad honorem S. P. Francisci a. 1633. Ope *Centurione* principis, Religiosi non subiacerunt suppressioni a. 1866.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
BULLAR. CAP., II, 450.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, II, 331-354; V, (cfr. Indice p. 635).

Santa Maria in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul in Brasilia*). — Paroecia huius loci fratribus Capuccinis concrēdita est an. 1947.

ANALECTA ORD., 64 (1948) p. 11.

Santa Maria, Calanca in Helvetia (Ticinum). — Fratres missionis *Mesaucinae* (Mesocco), curam animarum ibi exercuerunt ab a. 1640 ad a. 1920.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 130.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 445 (Ind.).
VALDEMIRO, *Cappucc. Milanesi*, I, 44.

Santa Maria, Münstertal in Helvetia (Engadina). Missionarii ditionis *Raetiae* curam paroecialem ibi praestiterunt a. 1612-1647.

CLEM. DA BRESCIA, *Storia Miss. Rezia*, (Ind.).
SCHWEIZER. FRANZ. KALENDER (1943) p. 51.

Santa Marta in Columbia. — Circa antiquam Missionem S. Marthae, an. 1693 concreditam Capuccinis hispanis Prov. Valentinae, cfr. bibliographiam sub v. *Venezuela*, praesertim.

BALTASAR DE LODARES, *Los Capuchinos en Venezuela*, II, 374-89.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale*, 362, 363, 382.
MELCHIOR, *Hist. Ord.*, vol. III, 399 s..
STREIT, *Bibl. Mission.*, III, num. 545.

— *Dioecesis « S. Marthae »* ab an. 1904 usque ad an. 1912 gubernata est ab episcopo Capuccino SIMÒN RÓDENAS Franciscus ab Orihuela.

Santa Matrona, vide *Barcelona*

Santa Reparata, in Corsica. — An. 1606 hoc in loco nostrum surrexerat monasterium titulo S. Maria Angelorum; at cum derelictum esset vi gallicae eversionis (1790) in pessum ivit omnino.

BULLAR. CAP., II, 456; VIII, 323.

Santa Severina in Calabria (*dioecesis*). Haec *Sanctae Severinae* D. directa est a nostro episcopo Ludovico de GALLO a Lagonegro ab a. 1824 ad a. 1848, quo mortuus est.

Santa Severina (Card. de), v. *Santori J. A.*

Santa Teresa (Status de Spiritu Sancto in Brasilia), Custodia de *Rio de Janeiro* (Prov. Syracusana). — In hanc civitatem Capuccini ingressi sunt an. 1899. Eorum cura erecta sunt: nova ecclesia paroecialis S. Teresiae, Collegium Italo-Brasilianum et postremo Seminarium Seraphicum.

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) tab. XXXVII.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale*, p. 333.
GIUSEPPE DA CASTROGIOVANNI, *Missione di Rio de Janeiro* (Catania 1910), p. 74-76.
MODESTO, *Miss. Cap. no Brasil*, p. 488-90.
A VOZ DO SEMINARIO — Seminario Seraf. « *S. Franc. de Assis* ». S. Teresa, 1947 ss.

Santa Vittoria in Matenano, in Prov. Picena. — Ab a. 1576 ibi exstat parvus Conventus cum ecclesia S. Ioanni Bapt. dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Prov.* p. 378.
IDEM, *Iscrizioni Capp. d. Prov.* p. 25, 46.
PENNESI V., *Memorie Stor. sulla erezione del Conv. dei Capp.* Santa Vittoria 1902.
VITA FRANC. (Loreto) an. 1929, p. 89.

Santa Ynez, California, vide *Solvang*

Santamesa, vide *Manila*

Santander, in prov. Castellae (Hispania). — Conventus S. Antonii, fundatus a. 1921, et radicitus destructus a. 1936 durante bello civili, denuo restitutus est an. 1943.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 18 tab. XII.
BUENAV. DE CARROCERA, *Mártires Capuchinos de la Prov. de Castilla en 1936*, p. 234.259.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
ANALECTA CAP. 38 (1922) p. 80. — 54 (1938) p. 107.
EL SANTO. *Revista mensual Antoniana*. Santander, PP. Capuchinos, 1941 ss.

Santiago de los Caballeros in insula Santo Domingo (America centralis), Custodia de *Santo Domingo* (Prov. Baetica seu Andalusiae). — Hospitium S. Ioseph in hac urbe pro Capuccinis erectum est an. 1919.

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929), tab. XXXIV.
ANALECTA ORD., 42 (1926) p. 221.

Santiago de Chile (*S. Iacobus de Chile*), in Commissariatu Prov. Chilensi. — Conventus S. Antonii Patavini a. 1853 exstructus est a fratribus Prov. Genuensis. Anno vero 1929 nostratibus ex Prov. Navarro-Aragoniae committitur paroecia S. Francisci Assis.

ESTADISTICA PROV. DE NAVARRA (1928) p. 121.
RESEÑA *hist. de los Conv. Capuch. en Argentina y Chile* (1936) p. 137-152.
IGNACIO DE PAMPLONA, *Historia de los Capuch. en Chile...* (1911) p. 120-152.
ANALECTA CAP. 16 (1900) p. 293 (Relatio Conventus); 46 (1930) p. 39 (Paroecia).

— Monasterium *monialium Capuccinarum* Ord. S. Clarae, ibi exstat ab a. 1727, titulo SS. Trinitate.

CONSPECTUS TRIUM ORD. S. FRANC. (1929) p. 81

Santiago de Compostela (*archidioecesis*). — Huic *Compostellanae* Archid. praefuit noster sodalis Raphaël VÉLEZ a Vélez-Málaga ab an. 1824 ad a. 1850 quo obiit. Eius « Coadiutor » iam ab a. 1825 exstitit Emmanuel DIAZ DE BEDOYA a Sanlúcar, item ex Ordine nostro.

Santiago de Cuba (*archidioecesis*). - Huius *Sancti Iacobi de Cuba* archiepiscopi exstitit « Coadiutor » noster sodalis Cyrillus SIENI a Barcelona ab a. 1784 usque ad a. 1787.

Santini Ioannes a Rieti, *episc.*, Prov. Romanae alumnus. — Ortus est die 5 augusti 1867 et habitum FF. Capuccinorum sumpsit a. 1882. Sacerdotio auctus a. 1890, ivit mis-

sionarius in *Raetiam* (Helvetia) in qua mansit ex a. 1892 usque ad a. 1920, annis tamen exceptis quibus bellum europaeum saeviebat (1914-18). Missioni praefuit an. 1905-13 et an. 1919-20. In Provinciam suam cum rediiset (1920) Episcopus titul. *Zamensis maior* nominatus est a Pio XI die 30 iulii 1925 et cura pastoralis in nosocomiis Romanis ei concredita est. Obiit Romae die 20 iunii 1940.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 40, 41.
ANALECTA CAP. 56 (1940) p. 266 (vide et *Index Gener.* voll. 1-50, p. 204).
VOCE SERAFICA (Roma) a. 1925, p. 321-68.

Santo..., vide etiam *São...*

Santo Antonio da Platina in Brasilia, Custodia de *Paraná* (Prov. Veneta). — Paroecia huius loci canonice erecta an. 1928, concredita est fratribus Capuccinis an. 1929.

INÁCIO, *Custodia do Paraná* (1949), p. 60-81.
ANALECTA CAP. 46 (1930) 39 (Domus relig.); 64 (1948) 10 (Novitiatus).

Santo Domingo Insula in America centrali (Respublica Dominicana). — Primi missionarii Capuccini in hanc insulam missi sunt e provincia Normandiae an. 1659. Eorum actio apostolica, intermissa an. 1704, denuo inita fuit an. 1768 sicque perduravit usque ad an. 1804.

Ad suscitandam hanc veterem missionem illuc an. 1909 profecti sunt Capuccini hispani e Prov. Baetica seu Andalusiae. Praeter domos et paroecias in urbe *S. Domingo*, alias fundarunt in *Barahona*, *Romana (La)*, *S. Pedro de Macoris*, *Santiago de los Caballeros*, etc. — Demum, vi decreti generalitii diei 30 apr. 1937, etiam haec Missio, latiore sensu ita nuncupata, erecta est in *Custodiam provincialem*, eidem Prov. Baeticae concreditam.

In urbe S. Domingo (hodie *Ciudad Trujillo*) fratribus nostris concreditae sunt:

1. Domus cum magna ecclesia *S. Mariae de Mercede*, quae est Patrona totius reipublicae Dominicanae quaeque magna gaudet veneratione apud fideles. Fundata est an. 1910.

2. Paroecia *S. Barbarae V. et M.* fundata an. 1909 et canonice erecta an. 1918.

3. Paroecia *B. V. Mariae de Carmelo* erecta an. 1914.

BIBLIOGRAPHIA

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 75, XVI, tav. 34.
STATISTICA PROV. BAETICAE (1926), p. 10, 38.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 383.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 386-90.
CIPRIANO DE UTRERA, *Apuntes para la historia de los Capuchinos en la Isla de S. Domingo*. Santo Domingo. 1922, voll. 2.
IDEM, *Libro documental de los Apuntes para la historia de los Capuch. en la Isla de S. Domingo* (1907-1922). Santo Domingo 1922-23. Voll. 2.
IDEM, *N. S. de las Mercedes, Patrona de la república Dominicana. Historia del Santuario en la ciudad de S. Dom. y de su culto.* S. Domingo, 1932.
ANALECTA CAP., 35 (1919) p. 11, 12, Domus in S. Dom.; 42 (1926) p. 149, 198, 214; Relatio Missionis Insulae S. Dom.; 52 (1936) p. 103, Periodica edita a PP. Capucc.; p. 266-68, Relatio Missionis. — Cfr. etiam Index Gener. voll. 1-50, p. 128.
EL MISIONERO FRANCISCANO. *Organo de la V. O. Tercera. Publicación mensual de los PP. Capuch. de la Republica Dominicana.* Ciudad Trujillo, 1943 ss.

* Quoad *Ephemerides* a Capuccinis in hac regione editas vide sub v. *Periodica*.

Santo Stéfano di Camastra, in Prov. Messanensi. — Fratres nostri ibi morati sunt ab a. 1824 ad a. 1866, ad ecclesiam S. Mariae septem Dolorum.

ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 316.

Santocanale Maria a Iesu, Capuccina III Ord. Regularis († 1923), vide *Capuccinae Tertiariae de Cinisi.*

Santomenna (*S. Mennas*) in Comm. Lucaniae seu Salernitano. — Conventus exordium sumpsit a. 1582, cum ecclesia S. Francisco Assisiati dicata. Terraemotu dirutus, fere ex imo a. 1730 denuo aedificatus est; denique a. 1867 civili lege suppressus est.

BULLAR. CAP., III, 310.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 545-55.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 303 (de statu Conv. a. 1650).

Santori Iulius Antonius, e sua sede episcopali, Cardinalis « Sanctae Severinae » dictus. Ordinis nostri primum *Vice-Protectoris* (1570-1578), dein *Protectoris* munus magno studio explevit usque ad obitum quod ei accidit mense iunio a. 1602.

MONUM. HIST. O. CAP. (cfr. *Indices* tom. I, II, IV et V).
BOVERIO, *Annales*, I, 839 n. 35 (1578).
BULLAR. CAP. I, 35, 43-s.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, II, 193-96.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 365.

Santorino in Mare Aegeo (*dioecesis*) Huic *Sanctoriensi* D., ab a. 1932 ad a. 1945 praefuit noster episcopus Timotheus RAYMUNDOS a Tinos.

Santos in Brasilia, Commissariatus Provincialis Sancti Pauli. — Domus religiosa ibi canonice erecta est a. 1925 apud paroeciam S. Antonii erectam a. 1923.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. XVI tab. 37.
CLEM. A TERZORIO, *Manuole hist.* p. 340.
MODESTO, *Missionarios no Brasil*, p. 531.
ANALECTA CAP. 42 (1926) p. 59.

São André in Brasilia, Commissariatus Prov. S. Pauli. — Domus nostra religiosa, canonice erecta est in hoc loco an. 1947.

ANALECTA ORD., 64 (1948) p. 9.

São Fidelis, in Brasilia Rio de Janeiro. — Huius civitatis erectio debetur duobus missionariis Capuccinis Angelo a Lucca et Victorio a Cambiasca (an. c. 1690), qui etiam templum S. Fidelis a Sigmaringa in eodem loco exstruxerunt an. 1779-1809.

MODESTO, *Missionarios no Brasil*, p. 142-47.
TOLEDO PIZA (DE) M., *Itaocara antiga Aldeia de Indios.* Niteroi 1946 (Plura de Miss. Cap.).
ANALECTA CAP. 14 (1898) p. 208-211.
ANNAES FRANC. (S. Paulo), a. 1936, p. 31 ss. (cfr. singulos fascic.).

São Francisco de Assis in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia). — Antiqua paroecia S. Franc. Assisiensis an. 1944 concredita est fratribus Capuccinis.

TEODORO, *50 anos de atividades*, p. 201.

São Luíz do Maranhão in Brasilia, Custodia de *Maranhão* (Prov. Mediolanensis). — Domus nostra fundata est an. 1894; ecclesia dicata est B. M. V. de Carmelo.

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) tab. XXXVII.
STATISTICA *Prov. S. Carlo*, 1943, p. 11.
MODESTO. *Miss. Capuch. no Brasil*, p. 459.

São Paulo in Brasilia, Commissariatus Prov. S. Pauli. — a) *Seminarium*. An. 1854 Seminarium episcopale a Sede Apostolica fratribus Capuccinis prov. Sabaudiae commissum est, et a. 1876 P. Matthaeus a La Roche, eiusdem provinciae, Visitator Apost. illius Seminarii constitutus est.

b) *Conventus*. Fratres nostri prov. Tridentinae in hanc urbem a. 1897 recepti sunt, et a. 1900 Conventus exstructus est. Ecclesia, an. 1909 aedificata in honorem Virginis Immaculatae, a. 1940 ad gradum paroeciae evecta est.

BULLAR. CAP., X, 699 (Seminarium dioec.).
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 340.
MARCO, *Capp. Prov. Trento*, p. 320.
MODESTO, *Missionarios Cap. no Brasil*, p. 422-454, 501-572.

— Quoad Commissariatum Generalem vide sub v. *Sancti Pauli Commiss. Gener.*

São Thomé vide *Sancti Thomae insula*

São Vicente in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia). — Paroecia huius loci fratribus Capuccinis concredita est an. 1944.

ANALECTA ORD., 64 (1948) p. 11.

Saponara di Grumento, vide *Grumento Nova*

Saraceno, in Comm. Consentino in Calabria. — Domus nostratibus excitata a. 1588, nunc derelicta iacet post civilem suppressionem an. 1866.

BULLAR. CAP., III, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 415.

Saragozza in Hispania, vide *Zaragoza*

Sarburgum, vide *Sarrebourg*

Sardegna (Insula), vide *Sardinia*

Sardhana, seu Sirdhana, in Indiis Orient. (Archid. *Agrae*). — An. 1804, missionarii Capuccini huc vocati sunt, instante Ioanna Sumroo principe (vulgo *Begum*), quae postea et magnam ecclesiam construxit, B. M. Virgini dicatam. — Gregorius XVI a. 1834, desideriis eiusdem principis (Begum) obsecundans, regionem *Sardhanensem* in Vicariatum Apostolicum erexit. At hic parvus Vicariatus, cui praeerat Iulius Caesar Scotti episc. titul., mortua Sumroo an. 1836, paulo post cessit.

An. 1922, *Conventus* S. Fidelis a Sigmaringa cum *domo Novitiatus* ibi canonice erectus est. Notivitatus an. 1930 translatus est in *Monte Mariano* (Mangalore).

BULLAR. CAP., X, 35, 156.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, cfr. Ind.
IDEM, *Le Missioni*, IX, 616 Ind.
AFTER ST. FRANCIS. *Novitiate for Friars Capuchins S. Fidelis monastery - Sardhana.* (Cawnpore 1924).
KEEGAN, W., *Sardhana and its Begum* (Agra 1932).
LODOVICO DA LIVORNO, *Giovanna Sumroo Principessa di Sirdhana e le sue istituzioni.* (Milano 1892).
ANALECTA CAP. 38 (1922) p. 138. — 43 (1927) p. 65. — 48 (1932) p. 178 s.
IL MASSAIA, a. 1949 p. 10, *Vicariato di Sard.*
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 1 (1925) p. 268-74.

Sardinia, Insula in ditione Italiae. — Calaritanus Conventus cum fundatus esset, Capuccini fratres in Sardiniam prius iverunt anno circ. 1591. Sequentibus annis alii Conventus exstructi sunt, qui a Commissario Generali usque ad a. 1608 recti sunt, quo anno primum Capitulum novae *Prov. Sardiniae* celebratum est. An. 1695 Sardinia in duas Provincias dividitur, scilicet *Calaritanam* (Cagliari) et *Turritanam* (Sassari), quae simul 22 Conventus habebant cum 400 circ. Religiosis. — Decreto 5 decem. 1911, hae duae Provinciae denuo uniuntur et *Commissariatus Sardiniae* efformatur. Postea, vi decreti Ministri Gener. 4 apr. 1930, omnes Conventus Sardiniae, *Provinciae Romanae* incorporati sunt. Decreto tandem diei 5 dec. 1946 Sardinia denuo constituta est in *Commissariatum Gener.* a Romana Provincia independentem, demum decreto diei 14 iulii 1949 evehitur in *Commissariatum Provincialem.*

Index Conventuum et Hospit. qui in Sardinia a) *nunc exstant*: Cagliari, Iglesias, Mores, Oristano, Sanluri, Sassari, Sorso.

b) *sunt derelicti*: Alghero, Barumini, Bitti, Bolótana, Bosa, Calangianus, Cúglieri, Masullas, Nulvi, Nurri, Ozieri, Ploaghe, Quarta, Thiesi, Tortolì, Villasor.

SERIES SUPERIORUM PROVINCIALIUM addito eorum electionis tempore (ex *Mss. Prov.*, etc.

a) *Commissarii Generales*

Zephirinus a Bergamo: 1591.
Thomas e Prov. Tusciae: 1596.

Marcus Anton. a Brescia: 1598.
Paulus ab Argenta: 1600.
Gabriel a Bologna: 1602.
Gabriel ab Amandola: 1604.
Archangelus a Visso: 1605.
Antonius a Castel Sardo: 1605.
Stephanus a Camerota: 1608.

b) *Ministri Provinciales*

Stephanus a Camerota: 1608.
Seraphinus a Cagliari: 1611.
Antonius a Castel Sardo: 1614, 1623.
Petrus a Cagliari: 1617.
Illuminatus a Messina: 1620.
Andreas ab Ozieri: 1625, 1638.
Vincentius ab Ittiri: 1628.
Petrus ab Oristano: 1631, 1641.
Hieronymus ab Iglesias: 1634, 1643.
Felix a Sassari: 1637.
Illuminatus a Cagliari: 1646.
Dionysius ab Ozieri: 1649, 1651.
Nicolaus a Ploaghe: 1655, 1662.
Maximus a Cagliari: 1658.
Franciscus a Gúspini: 1659.
Iulianus a Cagliari: 1664.
Ioan. Franc. ab Ozieri: 1665.
Hyacinthus a Milano: 1669.
Michaël a Palermo: 1671.
Iosephus a Bitti: 1673.
Thomas a Gonnostramatza: 1676.
Franciscus a Barbastro: 1678.
Ioan. Bapt. a Cúglieri: 1682, 1694.
Ioan. Anton. a Nulvi: 1683.
Franciscus M. a Cagliari: 1686.
Franciscus a Gavoi: 1689.
Iosephus a Tonara: 1692.

c) *Commissarii Provinciales*

Martinus a Sampierdarena: 1911, 1915.
Angelus M. a Terrinca: 1920.

d) *Commissarii Generales*

Angelus M. a Terrinca: 1923, 1927, 1930.
(*An. 1930-46 Ministri Prov. Romanae*).
Fridericus a Baselga: 1946.

e) *Commissarii Provinciales*

Fridericus a Baselga: 1949.

BIBLIOGRAPHIA

CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO (1649), tab. 23.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 42, tab. X.
BULLAR. CAP., III, 218-24; X, cf. Index p. 801.
BOVERIO, *Annales*, II, cf. Ind. rerum.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. I, 81.
ATANASIO DA QUARTO, *Primo prospetto* cronologico biografico dei Religiosi fondatori e delle vicende occorse prima dell'erezione della Sarda Prov. Capp. — *Secondo prospetto*.., dei Religiosi prescelti alle primarie cariche, nonchè delle vicende occorse nella Sarda Prov. Capp. (*Duae Tabulae in-folio*, concinnatae a. 1904).
RAFFAELE DA S. GIUSTO, *Missionari Sardi dei FF. Min. Cappuccini*. Reggio Emilia 1931
ANALECTA CAP. 46 (1930) p. 137 (Commiss. Sard. incorpor. Prov. Rom.) — 62 (1946) p. 113 (Commiss. Gen.) — 65 (1949) p. 157 (Commiss. Prov.). — Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50, p. 193.
BOLLETT. FRANC. STOR. BIBL., 4 (1933) p. 23-104.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 10, 12, 14 (de orig. Prov.).
VOCE SERAFICA DELLA SARDEGNA, *Bollettino mensile illustrato*. Cagliari 1921 ss. (cf. an. 1928, p. 88, et fasc. seq., *Medaglioni serafici* di Cappucc. Sardi).

— Circa Monasteria *monialium Capuccinarum* in Sardinia excitata vide: *Càgliari, Oristano, Ozieri, Sàssari, Tempio Pausania.*

Sarguemina, vide *Sarreguemines*
Sarna, vide *Sarnen*

Sarnano (*Sarnanum*) in Prov. Picena. — Conventus Sancto Ioseph sacer, exstructus an. 1559, omnino relinquitur a. 1889 et postea eruitur.

BULLAR. CAP., II, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Prov.*, p. 378.
IDEM, *Iscrizioni della Prov.*, p. 25.

Sarnen (*Sarna*) in Prov. Helvetica. — Fratres Capuccini hunc locum ingressi sunt iam an. 1642. Ecclesia prius dicata fuerat S. Paulo Apost.; at post incendium a. 1895, quo una cum Conventu comburitur, denuo aedificatur in honorem S. Fidelis a Sigmaringa.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP., IV, 364.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 468, 584.
CHRONICA PROV. HELVET. (cf. *Index* p. 789).
SCHWEIZER. KAP. FESTSCHRIFT (1928) cf. Ind.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 77.
ENGELMAR EGLI, O. CAP. — *Die Kapuziner in Obwalden. Jubiläumsschrift* 1642-1942. Sarnen 1942 pp. 132 (cfr. recen. ap. *Collectan. Franc.* a. 1943 p. 223).
SANKT FIDELIS, 29 (1942) p. 132-33.

Sarrebourg (*Sarburgum*) in Prov. Strasburgensi. — Conventus antiquae Prov. Lotharingiae perstitit ab a. 1629 usque ad gallicam perturbationem a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 403.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 542.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 215.
ARMEL, *Capucins de Metz* (Ind. p. 205).
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 295.
ETUDES FRANC. 43 (1931) p. 82.

Sarreguemines, germ. Saargemünd (*Sarguemina*) in Prov. Strasburgensi. — Fratres antiquae Prov. Lotharingiae hic moram fecerunt apud ecclesiam S. Ioseph ab a. 1721 usque ad gallicam eversionem a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 403.
ARMEL, *Capucins de Metz* (Ind. p. 205).
ETUDES FRANC. 43 (1931) p. 307.

Sarrelouis, vide *Saarlautern*
Sarriá, vide *Barcelona*
Sársina (Dioecesis), vide *Bertinoro-Sarsina*

Sarteano (*Sarthianum*) in Prov. Tusciae. Fuit hic domus nostratibus excitata a. 1540, cum ecclesia S. Bartholomaeo Apost. dicata. Fratres eam deserere coacti sunt a. 1810.
BULLAR. CAP., II, 454.
SISTO, *Storia Capp. Toscani* (v. Ind. t. I-II).

Sarzana (*Sarginia*) in Prov. Genuensi. — Conventus noster ibi exstat ab a. 1575, cum ecclesia ad honorem S. Ioan. Bapt. consecrata. Post suppressionem a. 1866, fratres nostri redeunt ad Conventum an. 1893.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
BULLAR. CAP., II, 450.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, II, 87 ss. v (Ind.)
IL DEVOTO *di N. S. della Pietà venerata nella Chiesa dei Cappuccini di S.* (Sarzana, 1931 et 1933).

Sássari (*Sacceris, Turris Libyssanis*) in Sardinia. — Prius monasterium titulo S. Antonio Abbate an. 1591 conditum erat; at urbi proximum cum esset, nostrates illud tradiderunt PP. Servitis, qui nostratibus proprium monasterium obtulerunt extra moenia situm, cuius ecclesia dicata est S. Mariae vulgo « de Valleverde », quae anno 1937 in paroeciam erecta est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 42 tab. X.
BULLAR. CAP., III, 231-33, 328.
ANALECTA CAP. 54 (1938) p. 11 (Paroecia).
VOCE SERAF. DELLA SARDEGNA, a. 1928, p. 10; a. 1931, p. 108.

— Monasterium *monialium Capuccinarum* Ord. S. Clarae, ibi exstat ab a. 1673, S. Familiae dicatum.
BULLAR. CAP., III, 328.
GIORGIO DA RIANO, *Le monache Cappuccine a Cagliari* (1938), p. 30-38, 261-65 (Cappuccini di S.).
ANALECTA CAP. 50 1934, p. 198.

Sássari (Provincia Ordinis), vide *Turritana prov.*

Sássari (*dioecesis*). — Hanc *Turritanam* D., moderatus est noster sodalis Bernardinus ROTARI ab Asti, ab a. 1730 usque ad a. 1741.

Sasso Marconi, olim Praduro e Sasso, in Prov. Bononiensi. — An. 1858 fratres nostri habuerunt hospitium apud Sanctuarium B. M. Virginis vulgo dictum *del Sasso*. Relictum est a. 1879 ob nonnullas difficultates cum ecclesia paroeciali.
BULLAR. CAP., X, 364, 368.
COMELLI G. B. — *La Rupe e il Santuario del Sasso.* (Bologna 1906) p. 62.
PROV. DI BOLOGNA, Atti ufficiali, 1942 p. 139.

Sassoferrato (*Saxum Ferratum*) in Prov. Picena. — Conventus a. 1577 aedificatus titulo S. Paulo Apost. a. 1884 relictus est. Nunc Conv. et ecclesia publici Coemeterii partes constituunt.
BULLAR. CAP., II, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Prov.*, p. 378.

Sassuolo (*Saxolum*) in Prov. Parmensi. — Parvus Conventus exstruebatur a. 1587 apud Sacellum B. M. Virginis « del Merlo ». Suppressus a. 1866, illuc fratres redeunt a. 1945.
BULLAR. CAP., II, 441.
CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 65.
ARCANGELO DA TAORMINA, *Il Santuario di N.S. del Merlo presso Sassuolo. Memorie Stor.* (Messina 1881).
BOLLETT. UFF. PROV. PARMENSE, a. 1946 p. 391.
FRATE FRANCESCO (Parma), an. 1946 p. 45, 67, *Illustri Cappuccini di Sassuolo.*

Sauatrensis *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo insignitus est a. 1900 noster egregius missionarius Andreas JAROSSEAU a St.-Marc-des-Près († 1941).

Saulieu (*Sedelocus*) in Prov. Lugdunensi. — Ibi morati sunt fratres nostri ab a. 1626 usque ad a. 1790, quo supervenerat civilis subversio.
BULLAR. CAP., V, 398.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 47.

Saumur (*Salmurium*) in prov. Parisiensi. — Conventus a. 1608 exstructus, supprimitur a. 1790. Ecclesia fuit dicata S. Carolo Borromeo.
BULLAR. CAP., V, 391.
UBALD D'ALENÇON, *Notice historique sur les FF. Capucins de S.* — (Angers 1904).
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 349. bibliogr.

Sauve (*Salvia*) in Prov. Tolosana. — An. 1634 fratres Capuccini hospitio recepti sunt in coenobio monachorum S. Benedicti; anno vero 1668 illis Conventus exstructus est cum ecclesia S. Paulo Apost. dicata ibique manserunt usque ad eversionem gallicam a. 1791.
BULLAR. CAP., V, 405.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 181.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.*, I, 234; III, 316.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 71.

Savannah Georgia, in Stat. Foeder. Amer. — Huius *Savannesis* dioecesis praesul exstitit an. 1870-1873 noster sodalis Ignatius PERSICO a Napoli.

Savienno in Helvetia, vide *Seewis-Oberl*

Savigliano (*Savilianum*) in Prov. Pedemontana. — An. 1590 Conventus exstruitur cum ecclesia S. Catharinae V. et M. dicata. Derelictus est a. 1802 ob gallicam perturbationem.
BULLAR. CAP., II, 452.
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino) a. 1924, p. 58.

Savinus a Rimini, alumnus prov. Picenae, missionarius fervens ac doctus in Brasilia per annos pene triginta. († 1918). Sui apostolatus memoriae, quas scripserat, in compendium sunt redactae atque evulgatae hac inscriptione: *Tra i selvaggi dell'Araguaya. Memorie illustrate dei miei 29 anni di missione.* Ancona, 1925. — Versio germanica edita est in

periodico « *Seraphisches Weltapostolat* » (München, a. 1930-31) sub titulo: *Im Herzen von Brasilien.*

MODESTO, *Missionarios no Brasil*, p. 236-46.
SAVINO, *Memorie...* (1925), p. 287, necrol.
ANALECTA CAP. 35 (1919) p. 97.

Sávoca (*Sabuca*) in Prov. Messanensi. — P. Hieronymi a Polizzi opera a. 1603, vel aliquot annis ante, Conventus cum ecclesia B. M. Virgini Lauretanae dicata fundatus est.

BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. XLII.

Savognin, germ. Schweiningen, in Helvetia (Grigioni), Custodia provincialis *Raetiae*. Fratres Capuccini ibi adlaborarunt et curam animarum sustinuerunt ab a. 1660 ad a. 1942.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. XV tab. XVI.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 124.
CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia* (Ind.).
CLEM. A TERZORIO, *Man. hist. Miss.* p. 45.
IDEM, *Le Missioni*, I, 446 (Ind.).

Savoie in Gallia, vide *Sabaudiae Prov.*

Savona, (*Savo, Sabata*) in Prov. Genuensi — An. 1530 facta est constructio nostrae domus, cuius ecclesia S. Ioseph dicata, ex novo est aedificata a. 1610.

BULLAR. CAP., II, 450.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
FRANC. SAV. *Capp. Genovesi* II, 39-62; V (cf. « Indice » p. 635).

— Quod attinet ad Hospitium vulgo « *Ricovero delle Pericolate* » a P. Philomeno a Coronata a. 1881 fundatum cfr. Franc. Sav., *op. cit.*, I, 346-48.

Saxolum, vide *Sassuolo*
Saxoregium, vide *Königstein*
Saxum Ferratum, vide *Sassoferrato*
Scala F., vide *Ferdinandus a Bolzano*

Scala-Ravello (*dioecesis*). Haec *Scalensis et Ravallensis* D., ab a. 1778 usque ad a. 1783, gubernata est a nostro episcopo Ven. Nicolao MOLINARI a Lagonegro.

Scandiano (*Scandianum*) in Prov. Parmensi. — Ab a. 1622 ibi exstat Conventus cum ecclesia in honorem SS. Francisci et Antonii dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 29 tab. VI.
BULLAR. CAP., II, 269, 441.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 376.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 20.
CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 127-36.
FRATE FRANC. (Parma) a. 1931, p. 233; a. 1938 p. 66.

Scandriglia (*Scaptinea*) in Prov. Romana. — De pristinis Conventibus Provinciae, circa an. 1530 aedificatus est et Novitiatus domus fuit. Lege italica suppressus a. 1866, fratres nihilominus ut Ecclesiae S. Nicolai cultui consulerent usque ad an. 1888 in eo manserunt.

BULLAR. CAP., II, 433; X, 500-502.
MONUM. HIST. O. CAP., V, 182, 213.
GIUS. DA M. ROT., *Inizi dell'Ordine*, p. 128
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 58.

Scapezzano (*Scapetianum*) in Prov. Picena — Nostri Conventus fundati a. 1560 et a. 1866 abrogati, tantum exstat ecclesia S. Ioanni Baptistae dicata.

BULLAR. CAP., II, 437.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Piceno*, p. 378.
IDEM, *Iscrizioni della Prov.*, p. 29.

— Monasterium sanctimonialium *Capuccinarum*, a. 1723 excitatum, derelinquitur a. 1810.

BULLAR. CAP., II, 438.

Scaptinea, vide *Scandriglia*

Scapuccini — Haec vox olim adhibebatur in Italia pro voce « Capuccini ». (Cfr. *Monumenta Hist. O. Cap.*, I, 168. Fontanini, *Biblioteca dell'Eloquenza italiana*, Venezia 1753, t. II, 458).

Scapulare S. Ioseph, vide *Ioseph* (*S.*)

Scardona in Dalmatia (*dioecesis*). Huic *Scardonensi* D. praefuit ab a. 1733 ad a. 1753 antistes Vincentius BRAGADINO venetus, O. Cap.

Schärding, in Prov. Viennensi. — Conventus a prov. Tirolensi conditus a. 1635, nunc derelictus iacet. Ecclesia consecrata fuit in honorem Annuntiationis B. M. V.

BULLAR. CAP. IV, 374.
CHRONICA BAVAR. PROV. p. 43.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kapuz.* (cfr. Ind.)
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Kapuz.* (cf. Ind.)

Scheibbs (*Scheibsium*) in Prov. Viennensi in Austria. — Ab a. 1677 ibi exstat noster Conventus, cuius ecclesia titulo S. Barbara V. et M. decoratur.

BULLAR. CAP., IV, 379.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 39 tab. XVIII.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.
ANALECTA CAP. 64 (1948) p. 10 (Novitiatus). 66 (1950) p. 21 (Translatio novitiatus).

Schenk de Castell,
vide *Ioannes Chrysost. ab Oberbüren*
Schiers in Helvetia, vide *Pardisla*
Schiller Fridericus, vide *Litteratura* (II.).

Schio (*Seledum*) in Prov. Veneta. — Fundatus est Conventus a. 1536 et a. 1769 a Senatu Veneto expunctus est. Anno tantum 1942 ibi nostrates denuo ingrediuntur. Titulus ecclesiae: S. Nicolaus.

BULLAR. CAP., II, 443.
MONUM. HIST. O. CAP., V, 306 s.
DAVIDE, *Storia Capp. Veneti*, I, (cfr. Ind.).
DALLA CÀ ALESSANDRO, *Il P. Matteo da Schio ed il Conv. dei Capp. di Schio*, Verona

1936 (Ex period. « Le Venezie francescane » v, 1936) cfr. recen. ap. *Collectan.. franc.* a. 1937, p. 449.
ATTI PROV. VENETA, an. 1942, p. 87; an. 1945, p. 96; an. 1946, p. 35-36.
ITALIA FRANC. 25 (1950) 213-15 (P. Matteo da Schio e il vetusto conv. di Schio).
LE VENEZIE FRANC. 5 (1936) p. 70, 127, 179: *Il Conv. di S. Nicolò di Schio antica sede dei Cappuccini* (Dalla Cà Alessandro).

Schlanders, vide *Silandro*

Schleissheim, in prov. Bavarica. — Curae animarum se addixerunt fratres nostri hoc in oppido inter annos 1642-1702.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 232.

Schlesien, vide *Silesiae Custodia*

Schleuis, in Helvetia (Missio *Raetiae*). Curam paroecialem ibi sustinuerunt fratres nostri ab a. 1847 ad a. 1886.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz,* p. 123.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni,* I, 139.

Schmitten, Grigioni in Helvetia (Missio *Raetiae*). — Apostolatum et curam animarum ibi exercuerunt fratres nostri ab a. 1696 ad a. 1880 circ.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz,* p. 123.

Schola franciscana, vide *Studia* et *Theologia-Philosophia*
Schola Seraphica, vide *Seminarium Seraph.*
Schorno M. vide *Michaelangelus a Schwyz*

Schuls (*Scuol*) in Helvetia districtus prov. Tirolensis. — Ibi paroeciali munere nostrates antiquae Prov. Brixiensis ab a. 1622 ad a. 1639 functi sunt, at postea ab haereticis viris expulsi. Anno tantum 1895 hospitium excitatum est cum ecclesia SS. Cordi Iesu dicata, quae ab a. 1908 est paroecia.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz,* p. 132.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.,* II (Ind.).
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni,* I, 75.

Schulte, v. *Ioannes Chrysost. ab Herdringen*

Schüpfheim (*Schuphemium*) in Prov. Helvetica. — Nostri Conventus primus lapis a. 1655 positus est. In eius ecclesia S. Carolo Borromeo dicata pie colitur *Crucifixus* ab haereticis olim fractus, idcirco vulgo dictus « Eldenkreuz ». Super montem per quaedam millia passuum e Conventu longinquum, in loco vulgo *Sörenberg* vel *Marienthal,* fratres nostri munere religioso ab a. 1675 funguntur et saltem unus ab a. 1892 illic semper praesto est. Insuper ab a. 1753, vetusti Sanctuarii a Sancta Cruce (Heilig Kreuz) e Conventu per horam itineris longinqui, nostratibus cura concredita est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP., IV, 364.
CHRONICA PROV. HELVETICAE, v. Ind. p. 789.
SCHWEIZER. KAP. FESTSCHRIFT (1928) cf. Ind.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz,* p. 85.
TIMOTH. STEIMER O. CAP. — *Das Kapuzinerkloster Schüpfheim,* Einsiedeln 1905.
SANKT FIDELIS, 7 (1918-19) p. 321-25: *Ueber das Verhältnis v. Wallfahrtsort Hl. Kreuz zum Kloster Schüp.* — 8 (1919-20) p. 338-345: *Baugeschichtliches über das Kl. in Schüp.* — p. 346-50: *Sörenberg und Kapuziner* (Dionys Bürgisser).

Schüttenhofen, vide *Sušice*
Schwaben, vide *Suevo-Imperialis* et *Suevo-Palatina Provincia*

Schwäbisch-Gmünd (*Gamundia* seu *Suevigamundia*), in Prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus, a. 1652 excitatus cum ecclesia S. Udalrici suppressus est a. 1803.
BULLAR. CAP. IV, 162, 374; IX, 43.
PELLEGRINO, *Annali,* II, 321.
CHRONICA PROV. BAVAR. p. 44.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kapuz.* p. 148, 257, 488.
GREIDERER, *Germania franc.* II, 475.
PETRUS FRANC., *Suevia eccles.,* p. 345.

Schwäbisch-Pfälzische Prov., vide *Suevo-Palatina Prov.*

Schwanberg (*Schwamberga*) in Prov. Viennensi in Austria. — Villa comitis de Falkenhaupt, ubi prius erat sedes Lutheranorum, an. 1706 fratres Capuccinos hospitio recepit; anno vero 1712, domus in Conventum mutata est. Ecclesia ad honorem SS. Angelorum Custodum est consecrata.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 39 tab. XVIII
BULLAR. CAP., IV, 381.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 30, 96
GREIDERER, *Germania franc.,* I, 546.
ANALECTA CAP. 64 (1948) p. 10 (Novitiatus).
« FRANZISKUS » (Linz) 5 (1930-31) p. 20-22.

Schwandorf, in prov. Bavarica. — Conventus, an. circ. 1685 aedificatus, probabilius abrogatus est saec. XIX ineunte. Ecclesia fuit dicata in honorem S. Mariae Magdalenae.
BULLAR. CAP. IV, 374; IX, 43.
PELLEGRINO, *Annali Capp.* III, 312.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 55.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* (cfr. Index).

Schwechat (*Schwechetium*) in Prov. Viennensi in Austria. — Illuc introducti sunt nostrates a. 1693 vel 1695; ast a. 1810, ob Gallorum vexationes in eos excitatas, recesserunt. Ecclesia S. Floriani mart., postea in paroeciam est conversa.
BULLAR. CAP., IV, 379.
GREIDERER, *Germania franc.,* I, 543.

Schweidnitz (*Svidnicium*) in Silesia. — Fratres nostri hic morati sunt ab a. 1680 ad a. 1810, quo antiqua Custodia Silesiae exstincta est. Ecclesia dicata fuit S. Mariae Immaculatae.

BULLAR. CAP., IV, 222, 377.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 312.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 872.

Schweiningen in Raetia, vide *Savognin*

Schwyz (*Suitium*) in Prov. Helvetica. — Iam a. 1584 cives fratres Capulatos habere voluerunt eisque Conventum excitarunt in eminenti loco, cum ecclesia S. Francisco Assis. dicata. At nova postea habitatio in vico ipso constructa est, cuius ecclesia a. 1621 ad honorem B. M. Virg. Assumptae et SS. Apostolorum est consecrata.

BULLAR. CAP., IV, 364.
CHRONICA PROV. HELVET. (v. *Suitium* p. 790).
SCHWEIZER KAP. FESTSCHRIFT (1928) cf. Ind.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 46s.
ADRIAN IMHOF, O. CAP., *Biographische Skizzen sämtlicher VV. Kapuziner aus dem Kanton Schwyz.* Schwyz, 1904.
EZECHIEL BRITSCHLI, O. M. CAP., *Der Seelensonntag im Klosterkreis Schwyz.* Ib. 1947 (ex « *Bote der Urschweiz* »). 15 pp.
FLUELER NORBERT O.S.B., *Vor 300 Jahren. Erinnerungen an den Klosterbau der Kapuziner in Schwyz in den Jahren 1618 bis 1620.* (Separat-Abdruck aus der « *Schwyzer Zeitung* »). Schwyz, 1920, pp. 40.
COLLECTAN. HELVET. FRANC. 1 (1932-38) p. 21-42: *Das Kapuz. Kloster Schwyz als Studien-Ort.* (P. Burkhard).
SANKT FIDELIS, a. 1949, p. 46, 129, 169; a. 1950, p. 52. *Lebensunterhalt des Kapuzinerklosters Schwyz.*

Schyrl A. vide *Antonius M. a Reutte*

Sciacca (*Sacca*) in Prov. Panormitana. — Humile ac angustum coenobium a. 1556 conditum post fere saeculum ad meliorem formam redigitur; fuit per annos plurimos domus Novitiatus; demum supprimitur a. 1866. Ecclesiae titulus erat B. M. Virgo a Consolatione. Anno 1948 vetus conventus reassumptus est et ecclesia dicata est B. M. Virgini de Fátima.

BULLAR. CAP., III, 321.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, I, 145.

Scicli (*Sciclis*) in Prov. Syracusana. — Conventus aedificatus est an. 1572 apud parvam ecclesiam S. Agrippinae, quae post terrae motum a. 1693 ex novo constructa est et Conceptioni B. M. Virgini dicatur. Conv. derelictus est ob legem suppressionis Ordinum relig. a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa*, p. 80-84.

Scientiae. — De fratribus Capuccinis variarum scientiarum cultoribus breviter agitur praesertim sub vocibus: *Agricultura*, *Astronomia*, *Botanica*, *Mathematica*, *Medicina-Pharmaceutica*, *Physica*.

Quoad Capuccinos, qui opera ediderunt circa praefatas scientias cfr. etiam:

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 271-73.
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 45.
MELCHIOR, *Historia Ord. Cap.*, vol. I, 231 s.; II, 379-92; III, 401-09.
JOHN MARY LENHART, O. CAP., *Science in the Franciscan Order. A historical Sketch*, New York 1924 (FRANCISCAN STUDIES, N. 1).
FRANCISCAN EDUC. CONFER. 5 (1923) p. 67-74.

Scigliano (*Scilianum*) in Prov. Consentina. in Calabria. — Fratres nostri ibi moram faciunt in Conventu a. 1588 condito, cuius ecclesia titulo S. Maria Gratiarum decoratur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 41 tab. X.
BULLAR. CAP., III, 97, 314; X, 107.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 415.

Scilla (*Scylla*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — Quod erat nostrum monasterium an. 1641 conditum, post suppressionem Ord. relig. a. 1866 in Carcerem conversum est. Ecclesia fuit dicata Praesentationi B. M. V. in Templo.

BULLAR. CAP., III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 44.

Scoppio (Monte) in Umbria, vide *Portaria*

Scorrano (*Scorranum*) in Prov. Apuliae. — In summo colli a. 1600 aedificatus est Conventus qui variis temporibus fuit sedes Studiorum, Novitiatus et Seminarii Seraphici. Ecclesiae titulus est: S. Maria Angelorum.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 13 tab. IX.
BULLAR. CAP., III, 120, 319; X, 108.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 142, 407, 451.

Scotia, olim *Caledonia* dicta. — In hac etiam regione fratres Capuccini apostolico munere functi sunt ut haereses Protestantium repellerent saeculo XVII. Inter eos enumerantur:

Angelus (Pamel) a London († 1633)
Archangelus (Lesley) ab Aberdeen († 1637)
Archangelus (Forbes) Scotus († 1606)
Epiphanius (Lindsay) Scotus († 1650)
Ioannes Chrys. (Campbell) Scotus (flor. 1627)

De singulis tractatur suo proprio loco.

— Anno 1949 a fratribus provinciae Anglicae prima nostra domus religiosa erecta est in Scotia (vide *Clydeside*).

ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* I, 381-406; II, 397-468 (Inghilterra-*Scozia*-Irlanda).
CUTHBERT, *The Capuchins*, p. 331 s.
MELCHIOR, *Hist. Ord.*, vol. III, 170, 197 ss.
PASTOR, *Storia dei Papi*, III, 857 (de Mission. Capucc. in Scotia sub Urbano VIII).
FRANC. ANNALS (London), 1947, p. 279-85, *The Capuchins in Scotland*; 1950, p. 266-68, *Return to Scotland.*

Scotti D. vide *Dionysius a Piacenza*

Scotti Julius Caesar a Caravaggio, *episc.*, alumnus Prov. Mediolani. — Natus 1775 adolescens Capuccinus factus est et in Indias Orientales ivit missionarius ubi per triginta circiter annos laboravit. Gregorius XVI die 12 sept. 1834 eum Episcopum titul. *Amathusii* in

Cypro et Vicarium Apost. *Sardhanae* renuntiavit. Post duos annos, magnis difficultatibus supervenientibus ob mortem Ioannae Sumroo (*Begum*) illius regionis principis, rediit in patriam. Episcopum *Novariensem* maxime iuvit Novariae enim moram statuerat, ibique d. 8 aug. 1863 obiit.

BULLAR. CAP., X, 156.

RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, II, 70.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, IX, 603 Ind.

VALDEMIRO, *I Capp. Milanesi*, II, 553-55.

IL MASSAIA, 1949 p. 9 s. *Vicende di un miss.*

Scotus (Joannes Duns), *Doctor subtilis* (1266-1308), Immaculatae Conceptionis strenuus assertor et defensor, magister et dux scholae ab eius nomine nuncupatae, quae discipulos habet non tantum Fratres Minores, sed etiam plurimos doctores et magistros extra scholam seraphicam.

De doctrina Joannis Duns Scoti doctas dissertationes ediderunt inter recentiores: Bernard Landry, *Duns Scot.* Paris 1922 (Coll. « Les grands Prilosophes »); Ephrem Longpré, O. F. M. *La philosophie du Bx. Duns Scot.* Paris 1924; P. Raymond, in: Dictionnaire de Théol. Cathol. (Paris) IV, 1865-1947.

Iam ab aliquibus annis Fratres Minores, Praeside Carolo Balić, sollerter incumbunt editioni criticae *Operum omnium* huius eximii Doctoris, quorum duo priora volumina apud Claras Aquas (Quaracchi) an. 1950 prodierunt.

Quoad Fratres Minores Capuccinos, ad scholam scotisticam quod attinet, vide sub verbis: *Studia* et *Theologia-Philosophia.*

Scriptores Ord. Cap., vide *Bibliographia*

Scriptura Sacra. — Lectio et studium privatum *S. Scripturae* iam commendatum invenitur a primis nostris Constitutionibus, quae tamen vetant quamlibet studiorum erectionem. Anno vero 1564 Capitulum Generale statuit quod in singulis Provinciis erigerentur devota studia S. Scripturae et theologiae, iuxta decreta Conc. Tridentini, et Capitulum Gen. an. 1567 statuit erectionem insuper *Studiorum Generalium* quibus doctos praefecit magistros. Post an. 1575 omnes Constitutionum editiones, dum ceterarum scientiarum studium commendant, primo loco semper urgent Sacrae Scripturae studium. Vi horum statutorum eius studium postmodum maxime floruit in omnibus Provinciis et tamquam optimos fructus Ordini et Ecclesiae protulit insignes concionatores, apologetas et *sacrorum librorum interpretes.*

E Provinciis in quibus studium S. Scripturae maximo in honore fuit adnumeranda venit provincia Parisiensis in qua an. 1744, opera P. Ludovici a Poix, apud conventum S. Honorati in urbe Parisiensi erecta est *Societas Studiorum Orientalium* ad sacros libros recte interpretandos; quam quidem societatem Clemens XIII magno favore prosecutus est. De his vide peculiares notitias sub v. *Academia Clementina.*

Ex recentioribus Ordinis nostri documentis circa studium S. Scripturae praeteriri nequeunt *Litterae* a Ministro Gen. Iosepho Ant. a S. Io. in Persiceto datae die 30 sept. 1924. Iuxta praefati Ministri Gen. monitum postmodum plures etiam ex Ordine nostro alumni *Pontificium Institutum Biblicum* in Urbe frequentare coeperunt, qui vel *licentia* vel etiam laurea in disciplinis biblicis decorati sunt.

Opera Biblica
a FF. Capuccinis edita

a) TEXTUS CRITICUS

Michael Hetzenauer a Zell († 1928):
Biblia Vulgatae editionis.
Novum Testam. graece.

Constantinus Rösch ab Eisenharz († 1944):
Evangelium S. Lucae, graece.

b) COMMENTARIA IN S. SCRIPT.

Benedictus Laugeois Parisiensis († 1689):
in *S. Bibliam.*

Bernardinus a Picquigny († 1709):
in *Epistolas S. Pauli.*

Bonaventura a Montereale († 1604):
in *Psalmos.*

Dionysius Rives ab Avignon († 1665):
in *S. Bibliam.*

Franciscus Titelmans, belgicus, olim ex Ordine FF. Minorum († 1537):
in *Ecclesiasten*, in *Salomonem*,
in *Cantica Canticorum*, in *Psalmos*,
in *Job*, in *Evangelia*, in *Epistolas apostolicas.*

Franciscus a Vietri di Potenza († 1666):
in *Jonam prophetam.*

Georgius Godier ab Amiens († 1661):
in *Epistolas S. Pauli.*

Iacobus Bordes a Coutances († 1669):
in *Apocalypsim S. Ioan.*

Iacobus Bolduc Parisiensis († 1646):
in *Genesim*, in *Job*, in *Apocalypsim.*

S. Laurentius a Brindisi († 1619):
in *Genesim*, in *Ezechielem proph.*

Leander a Murcia († 1660):
in *librum Esther.*

Marcellinus De Pise a Mâcon († 1656):
in *Evangelia*

Michael Hetzenauer a Zell († 1928):
in *Genesim.*

Natalis Taillepied a Pontoise († 1589):
in *Jeremiam prophetam.*

Petrus Morant ab Oberbüren (n. 1901):
in *Psalmos.*

Thomas Calona a Palermo († 1644):
in *Samuelem*, in *libr. Judicum.*

c) VERSIONES V. ET N. TESTAMENTI

a e t h i o p i c e (*ghe'ez*):

Angelus a Ronciglione († 1944):

Franciscus a Bassano di Sutri († 1934):

amarice:
Ioachimus a Boceguillas († 1912):
arabice:
Brictius a Rouen († c. 1670):
catalaunice:
Antonius M. a Barcelona (n. 1889):
Marcus a Castellvì († 1942):
Rupertus M. a Manresa († 1939):
gallice:
Cfr. sub v. *Academia Clementina*
latine:
Cfr. *Academia Clementina*
germanice:
Constantinus Rösch ab Eisenharz († 1944):
Osmundus M. Gräff a Koblenz (n. 1910)
Eugenius Henne ab Hofen (n. 1892)
Petrus Morant ab Oberbüren (n. 1901)
hindustanice:
Anastasius Hartmann a Luzern († 1866):
Marcianus Parisiensis († 1919):
Vitalis a Westkapelle (n. 1874)
hispanice:
Rupertus M. a Manresa († 1939)
Cornelius a San Felices (n. 1908)
italice:
Vincentius a Sant'Eraclio († 1698):
Matthaeus a Lodi (flor. a. 1794)
Modestus a Filottrano († 1792)
sanskrita:
Antoninus Pezzoni a Lodi († 1844):
oromonica:
Taurinus Cahagne ab Heubécourt († 1899)

d) Studia varia de re biblica

Bernardus a Bologna († 1768):
Phrasarium S. Script.
Caelestinus a Mont-de-Marsan († 1650):
Clavis David sive Arca S. Script.
Constantinus Rösch († 1944)
de libris histor. Vet. Test.
de libris Novi Test.
Ferdinandus Beltrami a Varese († 1805):
in *Ecclesiastem* et in *Job.*
Hieronymus Bocchi a Firenze († 1660)
(in sacram historiam)
Hilarius a Barenton († 1946):
Etudes orientales et bibliques.
Ildefonsus Ayer a Vuippens (n. 1886)
Introd. in S. Script.
Le Paradis terrestre.
Iosephus Romanus Joly a Saint-Claude († 1805):
Géographie sacrée.
Laurentius ab Aosta († 1880):
Cosmogonia mosaica.
Lucianus Marent a Montafon († 1716)
Dissert. de Historia sacra.
Maximinus Gigot ab Aix († 1687):
Reflexions contre les Traducteurs de Mons.
Michael Hetzenauer († 1928):
Theologia biblica, etc.
Petrus Morant ab Oberbüren (n. 1901)
Introductio in libros Novi Testam.

Robertus a Cambrai († 16...)
Aurifodina universalis ex fontibus utriusque Testamenti.

Bibliographia

BERNARDUS, *Bibl. Script. Cap.*, cfr. Index materiarum, p. 253 s.: S. Scriptura.
APPENDIX *ad Biblioth. Script. Cap.*, cfr. Index materiarum. p. 43.
IOSEPHUS ANT. A S. IO. IN PERSICETO, Min. Gen., *Acta quaedam de studiis Scripturae Sacrae.* Romae 1925.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, cf. Index; vol. II, 331-344.
BONAV. VON MEHR, *Predigtwesen*, cfr. Ind. p. 464 *Bibel*, p. 470 *Heilige Schrift*, p. 481 *Schriftstudium, Schriftdeutung.*
UBALD D'ALENÇON, *Notice historique sur les travaux d'Ecriture Sainte des Capucins.* Paris, 1903.
ANALECTA O. CAP. 41 (1925) 177-78, *De studiis S. S.* (Litt. Min. Gen. 30 sept. 1924).
FRANC. EDUCAT. CONFERENCE, VII, 1925, p. 30-138: *Biblical Scholars in the Franciscan Order. A historical sketch.* (Bernard Cuneo. O. F. M.).
VIGOUROUX, *Dictionn. de la Bible*, II, 2377 ss.

Sculptores ex Ord. Cap., vide *Ars*

Scuol in Helvetia, vide *Schuls*

Scúrcola Marsicana (*Scurcula Marsorum*) in Prov. Aprutina. — Iuxta antiquam ecclesiam B. M. V. Annuntiatae (vulgo: *S. Maria del Colle*) parvus aedificatus fuit Conventus an. 1590. Sed quia in loco erat valde praerupto, illo everso, alter Conv. construitur in summitate collis cum ecclesia eodem titulo nuncupata. Quamquam suppressus lege civili a. 1866, tamen fratres ibi morati sunt usque ad a. 1888.
BULLAR. CAP., III, 326.
FILIPPO, *Capp. degli Abruzzi*, p. 26.
ARCHIV. FRANC. HIST. 7 (1914) p. 789 (de Legato pro Conv.).

Scylla, vide *Scilla*

Scyllacaeum, vide *Squillace*

Scythopolitana *sedes titularis archiepiscopalis.* — Inter nostros sodales hoc titulo potitus est Marianus GAVASCI a Civitanova Marche ab a. 1895 ad a. 1899, quo vitam finivit.

Sebastianus Maria de Assisi, Prov. Umbriae alumnus. — In Gallia natus est, et quidem Massiliae a. 1755 e comitibus de Castellane. Sacerdos consecratus, curam animarum suscepit Aquis Sextiis (*Aix*) usque ad a. 1791. Galliae rebus subversis, Romam aufugit, deinde in Umbriae Provincia nostrum induit habitum a. 1796. Smyrnas proficiscitur missionarius a. 1802-03 et a. 1816 Constantinopolim se contulit totiusque Graeciae missionibus praefuit singulari zelo et linguarum peritia praeditus. Obiit a. 1818.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni Capp.*, II (Indice, p. 365); III (Ind. p. 432).

FRANCESCO, *Missionari Prov. Seraf.* p. 97-104
APOLLINAIRE DE VALENCE, *P. Sébastien-Marie d'Assise. L'Abbé de Castellane.* Nîmes, 1896, pp. 36.

Sebastianus a Gratteri, Prov. Messanensis. — An. 1504, nobili genere *Maio* ortus, prius inter FF. Minores de Observantia, postea in nostram exordientem Congregationem venit. Virtute et labore bene de Sicula Provincia, cui etiam Minister praefuit (1563), meritus est. Illi aedificatio celebris Sanctuarii mariani de *Gibilmanna* supra Cefalù (1535) debetur, ubi et Magister Novitiorum fuit. In Conventu apud Castelbuono, qui ab eo a. 1577 erectus erat, sancte obiit a. 1580.

MONUMENTA HIST. O. CAP., VI, num. 605.
BOVERIO, *Annales*, I, 731.
FLORES SERAPHICI, I, 169-172 cum figura.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, IV, 182-186.
PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 154 s.
ECO DI GIBILMANNA — *Ricordo del IV Centenario del Santuario* (1934).

Sebastianus a Senlis (*Sylvanectensis*), alumnus prov. Parisiensis. — An. 1621-1645 typis mandavit nonnulla opera biographica et ascetico-mystica, inter quae eminent: *Philosophie des contemplatifs contenant toutes les leçons fondamentales de la vie active, contemplative et suréminent.* Paris 1621. — *Entretiens du Sage.* Ib. 1639 (pluries impressum).

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 227.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, III, 94.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* III, 84.
ETUDES FRANC. 39 (1939) p. 460 (de Oper. P. Seb.); N. S. an. 1950, p. 211-14 (doctrina spiritualis).

Sebastopolitana *sedes titularis episcopalis in Abasgia.* — Hoc titulo ornatus est a. 1936 noster missionarius Caelestinus CATTANEO a Desio.

Sebusium, vide *Wissembourg*

Secretarii Generales et Provinciales. —

1. SECRETARIUS GENERALIS ORDINIS eligitur ab ipso Ministro Generali de sui Definitorii consensu. Est consiliarius personalis et coadiutor Ministri Gen. et vocem habet in capitulo generali, dummodo per sexennium officium compleverit. Insuper competit ei praecedentia in universo Ordine necnon titulus Admodum Reverendi Patris.

Ei consociari solent aliqui *Vicesecretarii* ex variis linguis et nationibus, qui item gaudent titulo A. R. Patris; quoad praecedentiam veniunt immediate post Custodes Generales et habent vocem in Capitulo provinciarum suarum, dummodo in eis versentur.

2. SECRETARIUS GENERALIS MISSIONUM, selectus a Min. Gen. et confirmatus a S. Congr. de Prop. Fide, expedit quaelibet negotia Missiones et missionarios spectantia, sub immediata dependentia Min. Gen., cui relationem de omnibus gestis subiicere debet. Antiquitus negotia Missionum pertractabantur a Procuratore Generali Ordinis; anno vero 1858 constitutus est independens *Procurator Missionum.* Suppresso Procuratore Miss. decr. S. Congr. diei 20 dec. 1884 institutus est Secretarius Miss. Relate ad titulum, praecedentiam et iura Capitularia idem valet ac de nominatis Vicesecretariis.

3. SECRETARIUS PROCURAE GENERALIS. Non aliter ac Minister Generalis, Procurator etiam Generalis Ordinis in proprio munere obeundo iam a primordiis peculiarem habet coadiutorem, qui Secretarius Procurae dicitur. Eligitur ab ipso Procuratore Generali de Ministri Generalis et Definitorii consensu. Quoad privilegia ac iura aequiparatur dictis vicesecretariis.

4. SECRETARIUS GENERALIS TERTII ORDINIS. Dum antea Minister Generalis directionem Tertii Ordinis directe per semetipsum exercebat die 27 dec. 1939 institutum est *Consilium Generale* Tertii Ordinis constans Secretario Generali et Consiliariis ex variis linguis Romae residentibus.

Secretarii Generalis T. O. munus est coadiuvare Ministrum Gen. in omnibus quae T.O. spectant, quaestiones practicas proponere a Consilio Generali discutiendas, Congressus convocare, periodicum officiale « *Tertius Ordo* » dirigere, documenta de T. O. asservare in proprio archivo, demum relationem annualem conficere et Definitorio Generali praesentare.

5. SECRETARIUS PROVINCIALIS a Ministro provinciali de consensu Definitorii est eligendus. Ipse non subditur Guardiano Conventus, sed soli Ministro provinciali. Vocem habet in electione *Discreti familiae*, in qua Minister Prov. residet et in Capitulo quoque provinciali, si munere suo saltem per triennium functus fuerit.

Minister Prov. potest etiam nominare *vicesecretarium* praesertim pro missionibus, ipse tamen non pertinet ad familiam Ministri Prov., sed subditur Guardiano Conventus.

Bibliographia

BULLAR CAP., I, 176 (S. Gen. et Proc.)
CONSTITUTIONES O. CAP. (ed. 1926). Cfr. Index.
VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, p. 391 (S. Prov.), p. 445 (S. Gen.).
ORDINATIONES CAPITULORUM GENER. (ed. 1928). Cf. Index.
STATUTUM PRO MISSION. (n. 10-13); *Dilucidationes in Statutum* (n. 10-13).
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. I 153; vol. II, 138 (n. 128 S. Gen.).
ANTONINO, *Manuale sul T. O. F.*, p. 292 s.
ANALECTA CAP., 2 (1886) p. 16; 5 (1889) p. 134 B (S. Gen.), p. 132 (S. Proc.). — Cf. *Index Gener.* voll. 1-50. p. 205 (S. Prov.).

Sedan (*Sedanum*) in Prov. Parisiensi. — Conventus fundatus est a. 1641, et quidem pro *Capuccinis hibernicis;* illis vero ad Wasseium (Vassy) transmigrare coactis a. 1684, Conv.

occupatus est a fratribus Prov. Campaniae (Champagne) usque ad eversionem gallicam a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 282-83. 404.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 347-351.
NOTITIA *Hist. Prov. Hibern.* (1859) p. 30-33
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 106.
ARMEL, *Capucins de Metz* (v. Ind. p. 205).

Sedelocus, vide *Saulieu*

Sedobriga, vide *Segorbe*

Sedunum, vide *Sion* (Sitten)

Sedziszów (*Sendiszovia*) in Prov. Cracoviensi. — Conventus ibi exstat ab a. 1739, cuius ecclesia a. 1766 ad honorem S. Antonii Patavini est consecrata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 42 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 365, 387; X, 371.
SCHEMATISMUS PROV. CRACOVIEN. (1937) p. 20.
COLLECT. FRANC. 8 (1938), v. *Index* p. 628.
WIADOMOŚCI PROV. KRAKOW. 1939, p. 39-48.

Seewis (Prätigau), vide *Pardisla-Seewis*

Seewis-Oberl., ital. *Savienno*, in Helvetia (Missio *Raetiae*). — Ab a. 1647 ad an. circ. 1930, ibi adlaborarunt fratres nostri etiam curam animarum exercentes.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 124.
CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia* (v. Ind.)
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.* p. 45.
IDEM, *Le Missioni*, I, 187-89, Ind. 446.
SCHWEIZER. FRANZ. KALENDER (1943) p. 52.

Segála A., vide *Alexius a Salò*

Segni (*Signia*) in Prov. Romana. — An. 1594 iacta sunt fundamenta Conventus, qui a. 1603 iam absolutus erat. Fuit aliquando domus Novitiatus, eiusque ecclesia S. P. Francisco est dicata.

BULLAR. CAP., II, 433.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 33 tab. VIII.

Segobia, vide *Segovia*

Segobricensis dioecesis, vide *Segorbe*

Segorbe (*Segorbium, Segobriga*) in Prov. Valentina in Hispania. — Primus lapis huius Conventus a. 1601 positus est et ecclesia dicata est Seraphico S. Francisco. Ob civilem eversionem a. 1835, fratres hunc locum deseruerunt.

BULLAR. CAP., V, 415 .
ESTADISTICA PROV. DE VALENCIA (1901) p. 11.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 153.

Segorbe seu Castellón de la Plana (*dioecesis*). Haec *Segobricensis* seu *Castellionensis* D. gubernata est a nostro episcopo Aloisio AMIGÓ FERRER a Masamagrell ex a. 1913 ad a. 1934, quo vita cessit.

Segovia (*Segobia*), in prov. Castellae in Hispania. — Conventus fundatus a. 1628, cum ecclesia sub titulo S. Bonaventura, derelictus est tempore eversionis a. 1836.

BULLAR. CAP. V, 370, 418.
SILVEST. MEDIOL. *Annales*, p. 513.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 181.
STATISTICA PROV. CASTELLAE (1909) p. 22.
BUENAVENT., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.

Segredo in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul in Brasilia*). — Paroecia S. Petri huius loci erecta an. 1928, fratribus Capuccinis concredita est an. 1938.

TEODORO *50 anos de atividades*, p. 116 s.

Segusiae, vide *Susa*

Seina, vide *Seyne* (*La*)

Seissellum, vide *Seyssel*

Seitz I., vide *Iustinianus a Rheineck*

Seledum, vide *Schio*

Sélestat, Schlettstadt (*Selestadium*) in Prov. Strasburgensi in Alsatia. — Fratres Prov. Helveticae priorem Conventum excitarunt an. 1655, cum ecclesia S. Nicolai; at ob constructiones civiles prope illum postea exstructas, ineptus evasit. — Anno 1715 alter Conv. ad alteram rivi *Fischerbach* partem aedificatus est et a. 1729 a fratribus Prov. Alsatiae occupatur. Relictus a. 1791, tempestatis politicae causa, de eo nihil superest.

BULLAR. CAP., V, 409.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 200.
CHRONICA PROV. HELVETICAE, p. 269 s.
ARMEL, *Les Cap. d'Alsace*, p. 8, 71, 166.

Sellano (*Sellanum*) in Prov. Umbriae. — In vico quem vocant *Acquepremola* Conventus exstitit, S. Nicolao sacer, ab a. 1560 usque ad suppressionem a. 1866.

BULLAR. CAP., II, 435.
QUARTO CENTENARIO PROV. SERAFICA (1930) p. 22.

Selurum, vide *Sanluri*

Seminara (*Seminaria*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — Conventus aedificatus a. 1560, illum nostrates tenuerunt usque ad suppressionem Ord. relig. a. 1866. Ecclesia dicata est Christo Iesu vulgo «*Ecce Homo*» cuius simulacrum magna pietate colitur.

BULLAR. CAP., III, 63, 312.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 93.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 112.
FORTUNATO, *Mem. Prov. di Reggio*, p. 34.
ITALIA FRANC.., 23 (1948) p. 285-86.

Seminara Franciscus a Gangi, episc., alumnus prov. Messanensis. — Natus d. 25 febr. a. 1863; habitu indutus an. 1887; sacerdos consecratus a. 1891; profectus missionarius in Candiam insulam a. 1896. Ibi fuit parochus et superior atque die 22 iunii 1910 ad illam sedem episcopalem *Candiensem* evectus est cuius iam ab a. 1908 erat Administrator Apost. —

Anno 1926, d. 21 iunii, translatus est ad sedem titularem *Echinensem;* demum in Brasiliam profectus, ibi vitam finivit a. 1939.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p, 21.
IDEM, *Le Missioni*, II, Ind. p. 363; III, 319.
ANALECTA CAP. 26 (1910) p. 237, episc. — 28 (1912) p. 19, curric. — 42 (1926) p. 266 transl.

Seminarium Neoprofessorum. — Ut iuvenes professi sive clerici (studentes vel non) sive laici spiritum in novitiatu acquisitum conservarent atque in exercitio virtutum solidiores radices agerent, iam a primordiis statutum erat ut in qualibet Provincia unum aut plura seminaria instituerentur in quibus per duos aut tres annos neoprofessi ea perficere tenerentur quae novitii observant sub disciplina speciali alicuius patris magistri qui illorum religiosae perfectioni invigilare debebat. Hoc expleto tirocinio, clerici qui, superato examine de moribus et ad addiscendum aptitudine, idonei reputabantur, ad studia promovebantur; caeteri vero ad aliquod officium destinabantur iuxta eorumdem aptitudinem. Saeculo XVIII in his seminariis tradebantur lectiones grammaticae aliarumque disciplinarum, sicque paulatim eorum natura mutabatur.

Primis temporibus denominatio officialis et ubique usitata erat *Seminarium;* ab anno autem 1762, praesertim in Italia, invaluit quoque denominatio *Professorium,* quae denominatio permansit ad eum locum significandum in quo disciplinarum inferiorum curriculum perficiebant clerici professi qui illud non explevissent ante novitiatum. Inductis novis iuris communis et particularis dispositionibus, praesertim circa tempus humaniora studia perficienda, institutio cessavit.

Bibliographia

BULLAR. CAP., VIII, 331 (nota), 337 (an. 1762); X, cf. Index p. 799.

ORDINATIONES ET DECISIONES *Capitulorum Generalium O. Cap.* — cf. eorum *Collectio authentica* edita in « *Analecta Ord. Cap.* » voll. V-VIII (1889-1892), hoc est: Ordin. Capit. a. *1602* (vol. V, p. 168 n. 20); Capit. a. *1608* (V, 249 n. 26-XV); Capit. a. *1618* (V, 301 n. 9); Capit. a. *1637* (VI, 169 n. 5); Capit. a. *1678* (VII, 134 n. 10); Capit. a. *1747* (VIII, 172 n. 1).

VENANTIUS, *Monumenta ad Const.*, p. 91.

SALVATORE DA OZIERI, min. gener., *Regolamenti per gli Studi dei Cappuccini* (Bari 1856), cfr. artic. 3: *Del Professorio.*

MELCHOR DE POBLADURA, *Los Colegios seráficos en la Orden de los Capuchinos.* (Madrid 1936), p. 39; cfr. et Index.

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, cf. Ind.; vol. II, p. 174-76, 290-92.

Seminarium seraphicum. — Domus intelligitur extraconventualis, ab Ordine dependens, in qua ad novitiatum candidati se praeparant ad religionem amplectendam humanioribus studiis insudantes quae studium philosophiae et theologiae necessario praesupponit, ibique civilem, moralem, religiosam et franciscanam institutionem recipiunt clerico capuccino propriam.

Prima consuetudo erat candidatos ad Ordinem directe a saeculo in novitiatum recipere; decursu vero temporis, condicionibus civilibus et domesticis mutatis ob eversiones bellicas et religiosorum suppressiones, opportuna immo necessaria facta est huiusmodi Seminariorum institutio.

Nomen magis vulgatum est *Schola Seraphica* sed appellatio originalis et magis propria videtur *Seminarium Seraphicum* (cf. « Analecta Ord. » 1943, p. 42). Usurpata iam fuerat in Ordine nostro ad indicandum locum seu conventum (Professorium) ubi coadunandi erant iuvenes neo-professi ut inibi eorumdem institutio religiosa et litteraria triennio compleri valeret (cf. *Ordinationes Capit. Gen.* aa. 1602, 1608, 1618, 1637, 1747, 1845 apud collect. authenticam in « Anal. Ord. » 1889 et ss. passim). Ad indicandum collegium puerorum seu adolescentium ad vitam religiosam adspirantium adhibita primis vicibus invenitur in « Anal. Ord. » 1886, p. 92 et 157 relate ad Seminarium Seraphicum Philippopolis in Bulgaria quod conditum fuerat anno 1882, necnon in *Ordinat. Cap. Gen.* LXV (1884), nota 37. Una cum praefatis denominationibus aliae quoque interdum ac passim admissae sunt ut: *Collegium Seraphicum, Parvum Collegium, Parvus Novitiatus, Schola Apostolica, Scholasticatus, Probandatus* et aliae huiusmodi.

Constitutio seu natura Seminariorum Seraphicorum in Ordine nostro iuridice non minus ac historice spectata aptissime ad triplicem periodum reducta est. In prima periodo (1870-1884) praevalet timor ne constitutio huiusmodi nocumenta afferret regulari disciplinae, immo et ne adversaretur ecclesiasticae legislationi; in altera periodo (1884-1908), superatis timoribus et contentionibus constitutio Seminariorum Seraphicorum adprobatur et commendatur; in tertia periodo (1908 ss.) eorum constitutio praecipitur.

Primum Seminarium Seraphicum institutum est a. 1870 in loco « Modigliana » (Forlì) a Fratribus Provinciae Tusciae et vocari coepit « *Piccolo Collegio* » vel « *Scuola Convitto maschile* ». Hoc vero exemplum solummodo post aliquot annos a caeteris Provinciis imitari coepit scilicet sub Generalatu *P. Aegidii a Cortona,* qui primus Seminarii Seraphici institutionem fovit et commendavit. Attamen iam in prima periodo Seminarium Seraphicum institutum est in Provinciis: Sabaudiae (1874), Pennsylvaniae (1874), Tolosana (1875), Lugdunensi (1876), Venetiarum, Januensi, Helvetiae, (1879), Bononiensi et Umbriae (1880), Mediolanensi et Bavarica (1881); Pedemontana (1882); Romana, Castellae, Hibernica et Lucensi (1883); Calvariensi (1884).

Postquam vero a Cap. Gen. LXV (1884) huiusmodi institutionis prima statuta edita sunt (cfr. « Anal. Ord. », 1886, p. 228), paucis annis late sese extendit ita ut anno 1886 iam disseminata fuerit fere in omnibus Provinciis.

Pro singulis vero statutis Provinciarum norma directiva extitit statutum Seminarii Philippopolis adprobatum a P. Bernardo ab Andermatt atque editum in « Anal. Ord. » (a. 1886, pp. 157-159). Die 10 martii 1893 idem P. Bernardus ab Andermatt utilissimas edidit instructiones circa eadem Seminaria (cf. «Anal. Ord.» a. 1893, pp. 107-119). In Capit. tandem Generali a. 1908 insertus est Constitutionibus articulus (n. 182) praescribens erectionem Seminariorum Seraphicorum in qualibet Provincia.

BIBLIOGRAPHIA

ORDINATIONES *Capit. Gener. O. Cap. in codicem redactae a.* 1928 *promulgatae*, cf. nn. 247-251, de Seminariis Seraphicis.

BULLAR. CAP., X, 666 (Facultas erigendi parva Collegia, a. 1873).

VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, p. 57.

MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 551-568.

AGATANGELO DA LANGASCO, *L'insegnamento professionale nei... nostri Seminari*, Genova 1941, pp. 29.

ATTI *del I° Congresso bibliologico francescano internazionale* (Roma, Pontif. Athen. Antonianum, 1950), Parte I, p. 311-24, *L'organizzazione delle biblioteche nei Collegi Serafici* (G. Iovine, O.F.M.).

MELCHOR DE POBLADURA, *Los Colegios Seráficos en la Orden de Menores Capuchinos*. Madrid, 1936, pp. 280. (cfr. *Collect. Franc.* 1936, p. 422-24).

ANGELO TANCREDI DI RIETI, *Cortesia serafica nella vita del Seminarista Cappuccino*. Genova, 1945, pp. 351. Appendice: *Vademecum di Cortesia serafica*, pp. 28*.

ATTI del II Convegno dei Direttori della Prov. Capp. Ligure (Genova 1940), cfr. p. 8-31: *L'educazione dei giovani nei nostri Seminari*; p. 32-38: *Confessione e comunione nei Seminari*, p. 39-48: *Osservazioni sulla « Ratio studiorum » nei nostri Seminari.*

CRÓNICA del III Congr. franc. español de Lectores (Madrid 1945), cfr. p. 238-61: *El estudio de la religión en los Colegios seraficos*; p. 287-301: *Educación estética* [en los Colegios seráficos].

MANUALE *di pietà serafica per Seminaristi Cappuccini*. II ediz. Genova 1943.

THE CAPUCHIN EDUC. CONFER., II (1940) p. 17-47: *Student discipline in the Seraphic Seminary*; III (1942) p. 41-58: *Norms for judging the worthiness of Candidates in our Minor Seminaries.*

FRANC. EDUC. CONFERENCE, XIII, 1931, p. 158-166, *Our Seraphic Seminaries*. (Theodosius Foley, O. Cap.).

ANALECTA CAP. 2 (1886) p. 228 (Ordinationes Capit. Gen. a. 1884) — 9 (1893) p. 107-119 (Instructio Min. Gen.) — 34 (1918) p. 113-134 (Litterae Circul. Min. Gen.) — 53 (1937) p. 53-56 (de iure *Ordinarii visitandi* Scholas seraph.) — 59 (1943) p. 42-52, 77-84 (De ratione instituendi tyrones in Ord. Cap.; Art. 3: Seminaria Seraphica). — 66 (1950) p. 139-40, *Congressus praeceptorum in Semin. ser. Italiae docentium.*

GIOVENTÙ NOSTRA (Rivista), III (1948) p. 103-128: *Il Direttore del Sem. Ser.*; *La psicologia del seminarista*; IV (1949) p. 11-13: *Relazioni tra Direttore e Insegnanti nei Sem. Ser.*, p. 19-24: *Disciplina, sorveglianza, punizioni nei Sem. Ser.*

Semlin, Zemlin, Zimony, in Serbia. — Ab an. 1716 usque ad a. 1743, fratres Capuccini prov. Austro-Hungaricae conventum B. M. V. Auxiliatricis incolati sunt.

GREIDERER, *Germania franc.*, I, 545.

Semtensis *sedes titularis episcopalis*. Hoc titulo a. 1946 decoratus est Hector Catry a Ledegem, missionarius ex Ordine Cap.

Semur-en-Auxois (*Senemurium*), in Prov. Lugdunensi. — Ab a. 1624 usque ad civilem subversionem saec. XVIII exeunte, fratres nostri ibi moram fecerunt.

BULLAR. CAP., V, 397.

SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 47.

Senae, vide *Siena*

Sendiszovia, vide *Sedziszów*

Senegal (Nigritia), vide *Guinea*

Senemurium, vide *Semur-en-Auxois*

Senigallia (*Senogallia*) in Prov. Picena. — Eodem loco, in quo a. 1570 erectus fuerat prior Conventus cum ecclesia S. Christinae V. et M. dicata, nunc rustica casa manet. — Alter Conv. aedificatus a. 1652 et a. 1867 suppressus, nunc eversus est ad civile nosocomium exstruendum; at ecclesia, titulo S. Antonio Patavino, in meliorem formam est redacta. — Post suppressionem Conv., fratres nostri varias incoluerunt domus, et an. 1890 hospitium S. Francisci tenuerunt; at a. 1908 hanc civitatem omnino relinquerunt.

BULLAR. CAP., II, 183-84, 437.

PELLEGRINO, *Annali*, II, 325 (de 2° Conv.).

GIUS. DA FERMO, *Necrologio Piceno*, p. 378.

IDEM, *Iscrizioni della Prov.*, p. 27, 47, 122.

Senigallia (*dioecesis*). Huius *Senogalliensis* D., praesul exstitit card. Antonius BARBERINI, ex Ord. Cap., ab a. 1626 ad a. 1628; Administrator vero Apostolicus, an. 1848-1851 Iustus RECANATI a Camerino, item ex O. Cap.

Senise (*Senisium*) in Comm. Lucaniae seu Salernitano. — Conventus exordium sumpsit an. 1548 cum ecclesia S. Luciae dicata. Vi Bullae Innocentii X (1652) derelictus est, anno vero

1716 iterum recipitur ut itinerantium hospitium; demum a. 1811 alienatus est.

BULLAR. CAP., III, 55, 310.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 115, 199 ss.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 305 (Status Conv. a. 1650).

Senlis (*Sylvanectum*) in prov. Parisiensi. — Conventus quem ibi a. 1610 nostrates excitarunt, vi gallicae subversionis derelictus est a. c. 1791.

BULLAR. CAP. V, 389.

Sennel Emericus a Komárom, episcopus, alumnus provinciae Viennensis. — In lucem venit d. 29 iunii 1622, et Ordini Capuccinorum nomen dedit a. 1643. Sacerdotio insignitus, conversioni haereticorum magno cum successu et non sine vitae periculo se mancipavit. An. 1670 Clemens X Missionum apostolicarum per totam ditionem Nuntiaturae Vindobonae eum *Praefectum* vocavit. Leopoldus I imper. eum sibi theologum et consiliarium adlegit. Denique Innocentius XI, anno 1680 episcopum *Viennensem* eum nominavit quam sedem sancte ac naviter administravit. Defunctus est d. 25 febr. 1685.

BULLAR. CAP., I, 129; IV, 234, 247-50; VII, 348.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 393-396.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 48 ss.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, II, 412-418.
MELCHIOR, *Historia Ord.* vol. III, 421, (Bibl.) cf. Ind. sub v. *Emmericus*.
ROCCO DA CESINALE, *Storia d. Miss.*, I, 46; II, 694-96; III, 2, 5, 6, 27.
ETUDES FRANC. 17 (1907) p. 641-58: *Le P. Emerick... d'après des Docum. inédits.* (G. Guillot).
FRANZISKUS-JUBILÄUMS-KALENDER, Linz 1927, p. 73-88, *Der erste Bischof Deutschlands aus dem Kapuzinerorden.* (P. Cherun).

Senogallia, vide *Senigallia*

Sens (*Senonum*) in prov. Parisiensi. — Conventus ibi exstit ab a. 1620 usque ad gallicam subversionem (1790): eius ecclesia fuit dicata S. Nicolao episc.

BULLAR. CAP, V, 389.

Septensis dioecesis, vide *Ceuta*

Sepultura Fratrum et saecularium in Ecclesiis nostris. Iam a primis temporibus Fratres sepeliebantur in peculiari sacello prope eorum ecclesiam. Iuxta hanc consuetudinem Constitutionibus an. 1609 insertus est articulus: « proinde, ubi commode fieri potest, sacellum ecclesiae contiguum vel propinquum aedificetur cum altari pro celebratione Missae et sepulcro pro Fratribus eo in Conventu morituris ». In Constitutionibus vero an. 1909 dicitur: « Ubi vero leges civiles sepulturas in Locis nostris non permittunt, Superiores locum distinctum pro Fratribus in coemeteriis publicis obtinere satagant ». Mos autem saeculares tumulandi in ecclesiis Ordinis Minorum sub Ordinis principio invaluit causaque exstitit plurium abusuum contra quos ipse Sanctus Bonaventura clamavit. Attamen postulantibus devotis, die 10 maii a. 1631 S. C. Concil. declaravit et Fratres Min. Capuccinos de iure communi posse iuxta suorum superiorum beneplacitum sepelire in propriis ecclesiis personas saeculares, quae sepulturam in eis eligerent. Die 27 sept. a. 1680 eadem S. C. licentiam revocavit ad omnia scandala evitanda oriri solita. Die 7 dec. 1703 denuo privilegium concessit pro benefactoribus id desiderantibus ob devotionem erga S. Franciscum. Die 27 iunii a. 1732 iterum decrevit licere PP. Capuccinis sepelire cadavera illorum qui in eorum ecclesia sepulturam eligunt, praevia tamen licentia in scriptis Min. Gen. Hoc decretum confirmatum est die 18 aug. 1769, non obstantibus Constitutionibus Ordinis.

Notandum est quod tale ius seu privilegium ad ecclesias monialium capuccinarum non fuerit extensum, et quod saeculares separatim a fratribus, distinctis locis, tumularentur. Praefatae consuetudines omnino cessarunt quando et ubi leges civiles contrarium statuerunt.

BULLAR. CAP., cfr. Indices Gener. T. VII, pag. 452 (*Cadavera*) et T. X, p. 802.
BULLARII REGESTUM, n. 1521 (a. 1680 prohibentur sepulturae in nostris ecclesiis).
VENANTIUS, *Monum. ad Constit. p.* 172, 175 s.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 488 s.

Serafini Laurentius a Camerata Nuova, *episcop. titul.*, alumnus Prov. Romanae. — Nascebatur a. 1773, d. 23 maii et Capuccinus fiebat a. 1789. In sua Provincia Lector philos. ac theolog. fuit atque Definitor. An. 1824 S. Rituum Congreg. Consultor nominatus est et 1827 incoepit conciones apud *Aulam Apostolicam* quas usque ad a. 1840 egregie perduxit. Eodem anno 1840 a Gregorio XVI episcopus titul. *Coryciensis* nominatus est. Vitam finivit in Urbe die 3 ian. 1846.

BULLAR. CAP., X, 157.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, II, 91 ss.
MAURO, *Il Predicatore Apost.*, p. 158-60.
BATTANDIER, *Annuaire Pontif.* 1916 p. 395.
RESOCONTO PROV. ROMANA, 1945, p. 419 s.

Serafitki (Sorores Seraphicae), vide *Honoratus a Biała*

Seraphica Provincia, vide *Umbriae Prov.*

Seraphicae Sorores (Filiae 7 Dolorum B. V.), vide *Honoratus a Biała*

Seraphinus a Bruges, cognomento *de Vos*, alumnus prov. Flandro-Belgicae; habitum religiosum sumpsit a. 1679 et obiit Bruxellis an. 1728. — Ipse auctor est multorum operum poëseos, quorum nonnulla typis vulgavit, proprio suppresso nomine.

P. HILDEBRAND, *Een onbekende nederlandsche dichter: P. Seraph. de Vos van Brugge* (in: « Leuv. Bijdragen. Tijdschr. v. Mod. Philol. » XXIV, 1932, p. 1-35). Cfr.

« *Collectan. Franc.* » a. 1936, p. 142 n. 599. — « *Etudes Franc.* » 45 (1933) p. 234.
FRANC. LEVEN, 20 (1937) p. 176-79, *De dichter Seraphim de Vos* (P. Hildebrand). cfr. « *Collectan. Franc.* » a. 1941, p. 586 n. 870.
IDEM, 21 (1938) p. 277-281, *Nog eens: Over P. Seraph. de Vos* (P. Edgar).
IDEM, 23 (1940) p. 63, P. Ser. v. Brugge.

Seraphinus a Bruneck, ital. Brunico (*Kofler*) praeclarus iste alumnus Prov. Tirolensis primus inter Germanos ad Provinciae clavum vocatus est, quod munus ter obtinuit. Cum prudentia singulari in agendis polleret, non modo Provinciae summae utilitati, sed etiam viris principibus in rebus difficilibus a consiliis erat. Obiit octogenarius Oeniponte a. 1655. P. Seraphino debemus primam traductionem *Constitutionum Ordinis* in linguam Germanicam (München 1619), *Collectionem Decretorum* SS. Rit. Congr. Missam et Officium divinum spectantium (Augustae 1630) et versionem operis P. Matthiae a Salò (« Corone Spirituali ») *Geistlicher Rosenkräntz* (Ingolstadt 1616...).
HOHENEGGER, *Gesch. tirol.Kapuz.*, I, 117 ss.
TOTENBUCH *der Tiroler Kapuziner*, II, 433.
CHRONICA *Bavaricae Prov.*, p. 383.
CASSIAN, *Liter. Tätigkeit*, p. 127.
HETZENAUER M., *Kapuzinerkloster zu Innsbruck*, (1893), p. 61 ss.

Seraphinus a Bruxelles, alumnus prov. Flandro-Belgicae, missionarius apostolicus (†1661).
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.* II, 479.
P. HILDEBRAND, *Capucins Diplomates au service de l'Arciduchesse Isabelle des Pays-Basses* in: « Revue d'Hist. Eccles. » XXXV, 1939, p. 479, 480-96.
UNI TRINOQUE, V (1936-39) p. 416-25, *Onuitgegeven teksten over de P. Seraph. v. Brussel* 1630-38 (P. Hildebrand). Cfr. Collectan. Franc.: *Bibliogr. Franc. an. 1938-39*, n. 3160, p. 617*.

Seraphinus a Càgliari (Calaritanus) cognomine *Esquiros*, illius provinciae concionator ac definitor. — Edidit: *Santuario de Caller y Historia de la invención de los cuerpos Santos hallados en la dicha Ciudad y su Arçobispado.* Caller 1624.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 228.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, III, 97.
IOANN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* III, 86.
MARTINI PIETRO, *Biografia Sarda*, II, 94-99 (Cagliari 1838).
TOLA PASQUALE, *Dizion. biogr. di Sardegna*, II, 66-68 (Torino 1838).

Seraphinus a Capricolle,
vide *Seraphinus a Ziegenhals*

Seraphinus a Collepardo, Prov. Romanae. Domo *Cristini* ortus a. 1858, Ordini nostro cooptatur a. 1878. Litteras docuit et philosophiam, dein *Assab* (1886) et *Erythream* (1894) petiit missionarius. Lexicon ibi exaravit duplex, pro lingua italica et abyssina, quod vir quidam reticito auctoris nomine, publici iuris fecit. In patriam a. 1898 reversus magisterio iterum incubuit et munus Ministri Provincialis exercuit (1908-11). Pleraque etiam in Romana Curia sustinuit officia, nempe: Consultoris Congr. Concilii et Propag. Fidei pro ritibus oriental., Visitatoris Apost. etc. Plurium insuper Academiarum socius exstitit. Defunctus est d. 27 maii 1916. — Typis dedit: *Ethica rationalis*, Propaedeutica ad S. Theologiam, *Vita B. Christophori de Romandiola*, et nonnullos *Sermones*.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, X, 281, 286, 288.
PAOLO DA COLLEPARDO, *P. Serafino da Collepardo* (*Cenni storici*). Roma 1946, pp. 83.
ANALECTA CAP. 20 (1904) p. 237, 344, 367. — 24 (1908) p. 186. — 32 (1916) p. 118.
COLLECTAN. FRANC. 11 (1941) p. 619.
ITALIA FRANC. 11 (1936) p. 214, 409. — 14 (1939) p. 359. — 15 (1940) p. 243 ss.
L'OSSERVATORE ROMANO, 23-24 sett. 1946: *Un pioniere della Missione Eritrea.*
RESOCONTO PROV. ROMANA, I, 1940-41, p. 137-140.

Seraphinus a Como, cognomento *Rescia* vel *Rezzia*, alumnus prov. Mediolanensis; per decem annos missionarius in Indiis Orient. An. 1784 a Superioribus in prov. Picenam missus, ibi, inter alia, theologiam docuit in Seminario dioecesano. Obiit Pisauri a. 1804. Edidit: *Lettere di riflessioni e risposta ad un Cavaliere sopra le sue Ultrajettine.* 2 voll. Macerata 1795.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, IX, Ind. p. 606.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 90.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 271.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 531-34.

Seraphinus a Cortona (domo *Vagnucci*) Prov. Tusciae. — Ad missiones regni Congi profectus, illic per multos annos demoratus est et Praefecti munus exercuit. Civilium et barbarorum amorem sibi conciliavit et Zingae reginae conversionem obtinuit. Ad suam Provinciam tandem restitutus, Florentiae mortem subiit a. 1660.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 564-573.
CAVAZZI, *Istoria d. Congo* (v. Ind. *Cortona*).
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 544-657 (passim).
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, X, Ind. p. 681.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, (cfr. Ind. p. 636, *Cortona*); II, 195.
LE MISSIONI CATTOLICHE (Milano) 6 (1877) p. 438-43, Epistula P. Seraphini (1648).
NEERLANDIA FRANC. I, 1914, p. 36 (Bio-bibl.).

Seraphinus a Cùglieri,
vide *Carchero S.*, episc.

Seraphinus a Gorizia, Prov. Syracusanae alumnus. — Gente *Madon* an. 1829 ortus est. Iam artifex et a Gubernio Austriaco publicis aedificiis restaurandis addictus erat cum ha-

bitum nostrum a. 1858 suscepit in Prov. Mediolanensi. An. 1869 missionarius ivit *Brasiliam* ibique per quinquaginta annos maximo zelo apostolatu functus est. Opus eius maximum fuit fundatio coloniae seu pagi de *Itambacury* (vide), cuius barbaros Indos evangelizavit et in civilem statum reduxit. Ibi obiit a. 1918 die 3 decembris.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale Miss.*, p. 332 s.
MODESTO, *Missionarios no Brasil*, p. 401-04.
JACINTO DE PALAZZOLO, *Nas selvas do Mucurí e do Rio Doce. Como surgiu a cidade de* Itambacuri *fundada por Frei Seraphim de Gorizia* (1873). Petrópolis 1945. pp. 339 ill.
SAMUELE CULTRERA DA CHIARAMONTE, *Itambacury. Una missione tra i Selvaggi.* Parma 1908, 4 ed. 1936.
SERAPHIC CHRONICLE (Yonkers), 18 (1935) pag. 273, 307, 339, 371: *Two inseparable Capuchin missionaries: Seraphin of Gorizia and Angel of Sassoferrato* (P. John Lenhart).

Seraphinus a Lendinara (*Petrobelli*), prov. Venetae concionator illustris († 1777). Inter ea quae scripsit atque edidit, eminent: *Prediche per il tempo di Quaresima* (1763). — *Panegirici sacri in cinque decadi* (1739-1750).

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 228.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 293.
GIOV. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 255-62.
CENNI *intorno alla Chiesa e Conv. dei Cappuccini in Rovigo* (1851) p. 37-38.
CAPPELLINI A., *Polesani illustri* (1938), p. 54.

Seraphinus a León, sodalis provinciae Castellae, in qua anno 1609 receptus est, postquam varia munera obivit, an. 1639 minister provincialis eligitur. Deinde autem ad missionem africanam regionis vulgo *Sierra Leona* nuncupatae profectus est (1647), in qua adeo laudabiliter ad obitum usque adlaboravit, ut eius Apostolus appellari meruerit. Cum sanctitatis fama migravit ad Dominum an. 1657.

ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 502 ss.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 251 ss.
IDEM, *Le Missioni*, X, 347 ss.
BUENAV. DE CARROCERA, *Necrologio*, p. 154.
IDEM, *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.

Seraphinus (S.) a Montegranaro, alumnus prov. Picenae. — Ortus est domo *De Nicola* anno 1540 et octavum supra decimum annum agens, inter fratres laicos Ordinis nostri se adscripsit. Animi puritate et franciscali laetitia enituit. Orationem et unionem cum Christo Iesu maxime fovit. Plurimis demum ad Deum revocatis et solatis animis, sancte decessit in conventu Asculano die 12 octobris a. 1604. Inter Beatos a. 1729, et inter Sanctos die 16 1767 relatus est.

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP. (cfr. *Indices* T. I, II, X).
BOVERIO, *Annales*, II, 718-749.
FLORES SERAPHICI, II, 722-755 cum figura.
LEGGENDARIO FRANCESCANO, X, 434-ss.
ACTA SS., Octobris t. VI, dies 12. — *Propylaeum* men. Decem. p. 450.
LECHNER, *Leben d. Hl. Kapuz.* I, 231-72.
BALDASSINI GIROLAMO, *Ristretto d. vita di S. Serafino da M. Gran.* Iesi 1770.
CONSTANT DE PELISSANNE et EUGÈNE DE ST.-CHAMOND. — *Vie de St. Séraphin de M. Gran.* — Paris 1923. *Versio italica*, cura P. Fulgentii a Lapedona (Loreto 1940).
EMIDIO D'ASCOLI, *Vita popolare di S. Seraf. da M. Gr.* Loreto 1940.
ERNEST M. DE BEAULIEU, *Deux émules de St. Felix de Cantalice: St. Séraphin de M. Gran. et B. Bern. d'Offide*, Toulouse 1919
FRANCISCO DE AJOFRIN, *Espejo de paciencia... Vida de S. Ser. de M. Gran.*, Madrid 1779.
FRANCESCO M. DA FIRENZE, *Ristretto della vita di S. Seraf.* Roma 1768.
GALLUZZI FRANC. M., S. J. — *Vita di S. Seraf. da M. G.* — Roma 1738.
[JEREMIAS VON KLAUSEN], *Seraphisches Leben. d. Fr. Seraph.* 3 Aufl. München 1768.
JOAQUIN DE LERÍN, *Resumen de la vida de S. Serafin de M. G.* Pamplona 1768.
LAMBERTO DE ZARAGOZA, *Vida de S. Serafin... Protector contra los dolores de cabeza.* Zaragoza 1768.
PIER BENEDETTO DA URBINO, *Vita del Ven. Serafino da M. Gran.* Urbino 1709.
SILVESTRO DA MILANO, *Vita d. B. Seraf. da M. G.* — Venezia 1730.
SVAMPA DOMENICO, card. — *Vita di S. Seraf. da M. Gran.* — Bologna 1904.
ANALECTA CAP. 16 (1900) p. 235-39. *De quodam Codice ms. ad usum S. Seraph. de M. G.* — 30 (1914) p. 45-48, *Auctores qui de S. Seraph. a M. G. scripserunt.* — 56 (1940) p. 253-56, *Recognitio Reliquiarum S. Seraph. a M. G.*
ATTI UFFIC. CAPP. PICENI, 1940 p. 258-63, *Ricognizione del corpo di S. Seraf. da M.*
L'ITALIA FRANC. vol. 17 (1942) p. 141-147 vol. 18 (1943) 49-53; vol. 24 (1949) 219, 280, *Bibliografia di S. Seraf. da M. G.* (Luca da Monterado); vol. 20 (1945) p. 117 ss. *Le dimore di S. Seraf. da M. G.* (Bernardino da Lapedona).
ROUND TABLE, 15 (1950) 1-24 *St. Seraphin of Montegranaro* (Hilary Zach).
VITA FRANCESC. (Loreto) a. 1940 (v. Indice) *Nel IV Centenario della nascita di S. Seraf. da M. G.*

Seraphinus a Nîmes (*Reboul*), prov. Lugdunensis, tempore gallicae perturbationis martyrio coronatus (1790).
vide *Benedictus a Beaucaire et socii.*

Seraphinus a Paris. — Fuit concionator aulicus magni nominis et haereticorum insectator († 1713). — Plurima volumina *Sermonum* pro omni anni tempore ab eo vulgata sunt. (*Homilies...*, 12 voll. Paris 1695).

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 344-346.

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 371.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 228.
DICTIONNAIRE *biogr. et bibl. des Prédicateurs français.* (Paris 1824) p. 230-31.

Seraphinus a Polizzi, concionator prov. Panormitanae. — Operam praecipuam dedit in Hispaniis, in quibus Ordinem nostrum ad firmandum praesertim in prov. Valentina sedulus evasit. Ibi munia Magistri Novit. et Ministri Prov. sustinuit. Sancte obiit in *Alicante* a. 1619.

DE-PISE, *Annales*, p. 295.
OLGIATI, *Annali*, I, 494 s.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, IV, 281-286.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, II, 327-42
VIVES, *Biogr. hisp.-capuchina*, p. 499-53
ANDREU, *Iconogr. de Catalunya*, p. 35.
BUENAVENT., *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.

Seraphinus ab Udine (*Di Lazzaro*), prov. Venetae lector et moderator; missionarius per aliquot annos in Raetia; definitor gener. (1908-1914). Obiit a. 1937.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 141, 164.
FELICE DA MARETO, *Tavole Capit. Gen.* p. 316.
GIOV. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 262 s.
PATRIARCA EMILIO, *Profili di missionari friulani: il P. Seraf. da Udine.* Verona 1942, pp. 104 (cf. *Collect. Franc.* 1943, p. 332).
ATTI PROV. VENETA, a. 1942, p. 120.

Seraphinus a Vicenza (*Marchi*) prov. Venetae concionator egregius. Obiit Bononiae an. 1749. Eius opera oratoria plures excusa fuere et nonnulla vel etiam germanice versa.

LEGGENDARIO CAPPUCCINO, IV, 72-84.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 229.
GIOV. CRISOST., *Bibliot. Veneta*, p. 246-55.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 294.
RUMOR SEB., *Scrittori Vicentini* (1905) vol. II, 282; III, 494.
VITA *del P. Serafino da Vicenza* (in eius opere: *Prediche Quaresimali* Venezia 1750; Napoli 1763).

Seraphinus a Ziegenhals (lat. a Capricolle), genere *Melcher* ortus, alumnus Prov. Bohemiae. — Cum iam fuisset in Polonia Generalis Visitator (1752) et ter in sua Provincia Moderator, supremum gubernandi munus obtinuit in Capitulo Gener. a. 1754 habito. Eo gubernante quaedam novae regulae ad Ordinem nostrum regendum emanatae sunt, maximeque studiis provehendis curatum est. Supremo munere functo (1761) in suam rediit Provinciam, dein Visitator atque Commiss. Gen. *Custodia Silesiae* nominatus est. Obiit in *Melnik* die 24 oct. 1763.

BULLAR. CAP. VIII, 188, 220, 235, 237, 269, 316.
FELICE, *Tavole Capit. Gener.*, p. 217.
ANALECTA CAP. 8 (1892) p. 218 (not. biogr.). 22 (1906) p. 15-22: *Oratio panegyrica* (italice) *in laudem P. Seraph. Min. Gen. Provinciam Consentinam visitantis* (1755) a P. Macario a Mangano recitata.

Seraphisches Liebeswerk für Kinder. vide « *Opus Seraphicum Caritatis* »

Serginia, vide *Sarzana*

Sermattei (card.), vide *Genga Sermattei*

Sérmide (*Sermetum*) in prov. Veneta. Conventus exstructus a. 1647, et a. 1734 Custodiae Mantuanae adnexus, nunc derelictus iacet.

BULLAR. CAP. II, 441.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 105.

Sermoneta, in Prov. Romana. — Circa an. 1595 Conventus instituitur cuius ecclesia Mariae SS. de Victoria dicata est. At vero locus, gravitate caeli infestissimus fratribus fuit; quamobrem a. 1821 obseratur. An. 1916, precibus populi reseratur, licet tantum per unum annum, dein omnino desertus est.

BULLAR. CAP., II, 433.

Serpa in Portugallia (dioec. Bejensis). — Fratribus hispanis Prov. Baeticae ibi commorantibus domus religiosa canonice erecta est a. 1936.

ANALECTA CAP. 53 (1937) p. 8.

Serpelice in Prov. Varsaviensi (dioec. *Siedlecen.*). — Anno 1948 fratribus Capuccinis commissa est administratio paroeciae huius loci. Insuper eisdem data est facultas erigendi domum religiosam.

ANALECTA ORD., 65 (1949) p. 27 (Paroecia); 66 (1950) p. 19 (Domus).

Serra, vide *Ioannes Angelus a Cesena*

Serracapriola, in Prov. Fodiensi seu S. Angeli. — Est ibi Conventus a. 1536 conditus, cuius ecclesia S. Mariae Gratiarum est dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 19 tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 316.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo*, p. 39.
ITALIA FRANC. 21 (1946) p. 312-314, *Il Conv. dei Cappuccini di Serracapriola.*
ILARIO DA TEANO, *Il Convento e la Chiesa di Maria SS. delle Grazie in Serracapriola.* Campobasso 1946, pp. 30.

Serravalle, Vittorio Veneto, in Prov. Veneta. — Conventus ibi exstructus a. 1703, supprimitur a Senatu Veneto a. 1769. Ecclesia dicata est S. Mariae Angelorum.

BULLAR. CAP., II, 443.

Serravalle Scrivia (*Serravallis Scripia, Libarna*) in Prov. Alexandrina. — Coenobium tit. S. Franc. Ass., a Prov. Genuensi excitatum a. 1619-27, post suppressionem napoleonicam a fratribus Prov. Alexandrinae habitatur, qui a. 1866 expulsi non amplius redierunt.

BULLAR. CAP., II, 445; IX, 372.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, I, 190.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 237.

FRANC. SAV., *Capp. Genovesi,* II, 233-46; V (cf. Ind. p. 635).

Servatius ab Enschedé, cognomento *Harperink,* alumnus prov. Hollandiae. — Ortus an. 1871, habitum religiosum sumpsit a. 1890 et vita cessit die 12 aug. 1930. — Auctor est 22 operum scenicorum (*Dramata*) socialis argumenti praesertim, contra alcoolismum. Pro hoc vitio profligando strenue decertavit tum scenicis operibus typis editis, tum plurimis allocutionibus ad populum habitis in Belgio et in Hollandia non absque ingenti plausu et fructu.

UNI TRINOQUE, I, 1924-27 p. 458 s. (Index operum); II, 1927-31 p. 588-91 (Biogr.).

Servian (*Servianum*) in Prov. Tolosana. — Conventus excitatus an. 1634 cum ecclesia S. Clementi papae et mart. dicata, supprimitur a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 405.
PELLEGRINO, *Annali,* I, 121.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.* I, 140; III, 318.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse,* p. 72.

Sessa Aurunca (*Suessa*) in Prov. Neapolitana. — Prior Conventus erectus a. 1537, postea relinquitur; alter excitatus a. 1593 cum ecclesia B. M. Virgini « Reginae Caeli » dicata, a. 1866 abrogatus est.

BULLAR. CAP., III, 26-27, 308.
BONAV. DA SORR., *Capp. di Napoli,* p. 4.

Sestri Levante (*Sigestrum Orientale*) in Prov. Genuensi. — Fratres nostri hospitio recepti sunt ab a. 1609; at Conventus nonnisi a. 1640 exstruitur. Eo relicto, alter conditus est an. 1683, cum ecclesia S. Francisco seraphico dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
BULLAR. CAP., II, 450.
PELLEGRINO, *Annali,* III, 361.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi,* II, 429-48; V, (cf. Ind. p. 635).
FRANC. SAVERIO (MOLFINO) DA S. LOR. DELLA COSTA, *I Cappuccini in Sestri Levante* (Genova 1910).

Sestri Ponente (*Sextum*) in Prov. Genuensi. Conventus ibi exstat ab anno 1587, iuxta ecclesiam S. Martini Turonensis. Suppressus an. 1866, nostrates ibi redeunt a. 1894.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
BULLAR. CAP., II, 450.
MONUM. HIST. O. CAP., V, 319.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi,* I, 414-18; II, 197-220; V, (cf. Ind. p. 635).

Setabis, vide *Játiva*

Seterrae, vide *Alcoy*

Setia, vide *Sezze*

Seurre, vide *Bellegarde* (olim Seurre)

Severoli C., v. *Carolus Hieron. a Faenza*

Sevilla (*Hispalis*) in Prov. Baetica, seu Andalusiae. — Antiquus Conventus initium habuit a. 1627 extra moenia ubi erat sacellum SS. Iustae et Rufinae virg. dicatum. In ecclesia, quae iisdem Sanctis est dicata, mira opera servantur pictorum: Van Dyck, Mora, Goya, Mattoni, Montañés. An. 1912 nova domus religiosa S. Iosepho sacra, nostratibus patefacta est. — In Conventu adest peculiare *Museum,* in quo opera artificiosa circa devotionem erga *Divini Pastoris Matrem* asservantur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 13 tab. XII.
BULLAR. CAP., V, 375.
PELLEGRINO, *Annali,* II, 191-93 (Peste 1649).
AMBROSIO, *Reseña hist. de la Prov.*, II, 44-74; IV, 107-141: *Cuadros que pintó Murillo para nuestro conv. de Sevilla.*
NICOLAUS, *Notitia Baeticae Prov.*, p. 27.
DIEGO DE VALENCINA, *El incendio de la Capilla de S. José, residencia de Capuchinos* (Sevilla, 1936).
ADALID SERÁFICO (Sevilla) a. 1937, p. 132-35, 158: *El Museo de la Divina Pastora;* p. 147: *El arte franc. en el Conv. de Capuch. de Sevilla* (Sebastian de Ubrique). — cfr. *Collectan. Franc.* a. 1942, p. 153 n. 442-43.
ANALECTA CAP. 48 (1932) p. 45.

— Monasterium S. Rosaliae, *monialium Capuccinarum* Ord. S. Clarae, a. circ. 1700 conditum est. In eo floruit Iosepha Emmanuela Palafox (*vide* sub eius nomine).

BULLAR. CAP. V, 419.
NICOLAUS CORD., *Notitia Baeticae Prov.* p. 39.
TORRADEFLOT, *Crónicas de las Capuch.* II, p. VI.

Sexi, vide *Motril*

Sextum, vide *Sestri Ponente*

Seychelles (Insulae), vide *Port-Victoria*

Seyne (La), (*Seina*), in Prov. Lugdunensi. — Fratres antiquae Prov. S. Ludovici (Provence) conventum excitarunt a. 1621; qui postea (1750) Prov. Massiliensi adnectitur et an. 1790 abrogatur.

BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 86.

Seyssel (*Seisselium*) in Prov. Sabaudiae. — Conventus erectus a. 1628, suppressus est ob gallicam eversionem a. 1791 et postea penitus eversus.

BULLAR. CAP., V, 399.
EUGÈNE, *Nécrologe de Savoie, p.* XXII.
JEAN, *Les Cap. en Savoie,* p. 83.
ANALECTA CAP. 60 (1944) p. 91 (Relatio an. 1661).

Sezze (*Setia*) in Prov. Romana. — Prior Conventus a. 1567 excitatus, post quattuor et quadraginta annos relinquitur. — Alter circa a. 1610 fabricatus cum ecclesia S. Francisco Assis. dicata, a. 1918 omnino relinquitur.

BULLAR. CAP., II, 24, 433.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 58.

Shahar, prope Bombay in Indiis Orient. — Domus religiosa canonice erecta est a. 1927,

curis fratrum *prov. Parisiensis* commissa; at post paucos annos derelicta est.
ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 35.

« Si quaeris miracula » — Hoc *Responsorium*, in honorem S. Antonii Patavini a Iuliano Spirensi O. F. M. saec. XIII compositum, Capitulum Gener. an. 1685 statuit recitandum esse post *Completorium* singulis diebus in toto Ordine. Praescriptum renovavit Capit. Gen. an. 1691 (Cfr. *Ordinationes Capit. Gen.* ed. an. 1851, p. 134 n. 3; ed. an. 1929, n. 58; *Analecta O. Cap.*, VII, 1891, p. 140 n. 1).

Circa Responsorium « *Si quaeris* » cfr. studia peculiaria apud:
ESTUDIOS FRANC. 14 (1915) p. 132, 219, 294: *El Responsorio milagroso* (Eusebio Clop.).
ETUDES FRANC. 31 (1914) p. 250-79: *Le Réponse miraculeux* (Eusèbe Clop, O. Min.). Cfr. *Archiv. Franc. Hist.*. VII (1914) p. 400.
FRANC. LEVEN 2 (1919) p. 152-57 (P. Quirinus).
FRANZ. STUDIEN, 19 (1932) p. 153-55: *Das Responsorium...* (Hugo Dausend).

Siam in Asia meridionali. — Circa monasterium monialium Capuccinarum in hoc regno vide *Rajaburi* (Vicariatus Apost.).

Siauliai in Lithuania (archidioec. *Kaunen.*) — Fratribus Capuccinis domus religiosa ibi canonice erecta est a. 1938.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 17.

Sicignano (*Sicinianum*) in Comm. Lucaniae seu Salernitano. — Conventus exstructus esse videtur a. 1576, cum ecclesia B. M. V. Angelorum dicata. — An. 1922, paroecia S. Ioan. Bapt. in vico *Terranova*, a Conventu parum distans, fratribus nostris concredita est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 24 tab. IX.
BOVERIO, *Annales*, I, 721 n. 2 (1572).
BULLAR. CAP., III, 310.
MARIANO, *I Capp. nella Lucania*, p. 414-38.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 304 (Status Conv. a. 1650).

Sicilia. — Siciliae provincia capuccina orta est ab Ordinis primordiis ex Fratribus Minoribus Observantibus Calabriae. qui, ducibus PP. Ludovico Cami et Bernardino Molizzi Rheginensibus, veniam a Papa Clemente VII, an. 1529, ut vitam agerent rigidiorem assecuti, triennio post, anno 1532, reformationi capuccinae adhaeserunt novamque congregationem constituendam et propagandam in Sicilia susceperunt. Anno etenim 1533 P. Bernardinus in Siciliam transfretatus quattuor coenobia fundavit: Messina, Castronovo, Palermo et Vizzini. Opus celerrime auctum est, cum ex omnibus Ordinis Minoritici familiis plurimi ad novum institutum accurrerent. Sicilia efformavit unicam provinciam usque ad annum 1574. Mense maio huius anni, nimis aucto numero religiosorum et domorum (50), provincia per decretum Min. Gen. dispertita fuit tripliciter: in provinciam *Messanensem* (17 domus), *Panormitanam* (18 domus) et *Syracusanam* (15 domus). Exinde orta est quaestio inter provincias Messanensem et Panormitanam quae earum prima fuerit origine. Quidquid sit de hac controversia licet observare provinciam Messanensem retinere sigillum antiquae provinciae Siciliae proprium exprimens B. V. Mariam sine labe conceptam.

INDEX CONVENTUUM veteris Prov. Siciliae qui facta divisione illius Provinciae (1574), attributi sunt tribus novis Provinciis, nempe:

a) *Prov. Messanensi*: Castroreale, Catania, Collesano, Francavilla, Gangi, Gibilmanna, Messina, Mistretta, Naso, Nicosia, Paternò, Patti, Randazzo, San Filippo, Taormina, Tortorici, Troina.

b) *Prov. Panormitanae*: Alcamo, Bivona, Caltanissetta, Cammarata, Castelvetrano, Castronovo, Chiusa, Corleone, Girgenti, Licata, Marsala, Monte San Giuliano, Naro, Palermo, Polizzi, Sciacca, Termini Imerese, Trapani.

c) *Prov. Syracusanae*: Caltagirone, Castrogiovanni, Chiaramonte, Francofonte, Lentini, Licodia, Mineo, Módica, Noto, Piazza Armerina, Ragusa, Scicli, Siracusa, Sortino, Vizzini.

SERIES SUPERIORUM PROV., addito eorum electionis tempore. (cfr. Antonino, Storia Prov. Palermo, I, 270).
Franciscus Flandricus: 1534, 1538, 1540.
Antonius a Ferla: 1537 († 1537).
Paulus a Cammarata: 1537.
Sebastianus a Gratteri: 1539.
Matthaeus a Piazza Armerina: 1543, 1545.
Archangelus a Catania: 1544, 1546, 1550.
Petrus a Mazzara: 1549 (de eo tractatur suo proprio loco).
Augustinus a Randazzo: 1553.
Ioannes a Giarratana: 1554.
Thomas a Castello: 1556.
Ludovicus a Noto: 1557, 1562.
Benedictus a Lentini: 1561.
Franciscus a Catania: 1563.
Ioan. Maria a Tusa: 1565.
Paulus a Naso: 1569.
Iosephus a Siracusa: 1571-74.

Bibliographia

MONUM. HIST. O. CAP., cf. Ind. voll. I et VI.
BOVERIO, *Annales*, I, 752 (a. 1574 n. 3).
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. I, 77, cf. Ind.
APOLOGIA *dei Frati Osservanti, Riformati e Cappuccini di Sicilia*. (...? 1775), pp. CXII.
ANDREA DA PATERNÒ, *Notizie d. prov. di Messina, con una Narrazione sull'ingresso e progresso dei Cappuccini nel regno di Sicilia*. Catania 1780, vol. I.
ANTONINO DA CASTELLAMMARE, *Della venuta dei Cappuccini in Sicilia*. Palermo 1937, p. 224 (cfr. *Collectan. Franc.* 1938 p. 255).
IDEM, *Storia d. Prov. di Palermo*, vol. I (1533-1574). Roma 1914, pp. 275,
DOMENICO DA TROINA, *Sul diritto della priorità d'origine tra le prov. dei Cappuccini di Messina e di Palermo*, Messina 1914.

LEANTI GIUS., *I Cappuccini di Sicilia nel IV centen. del loro apostolato 1533-1933*. Palermo 1933.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 10, 11.
FIAMMA SERAFICA (Palermo), a. 1933, p. 227-248, *I Capp. di Sicilia nel IV Centenario*.

Siedlce (Dioecesis), vide *Podlachia*

Siena (*Senae*) in Prov. Tusciae. — Primus Conventus in *Montecelso* sat longius ab urbe a. 1536 fratres nostri acquirebant. Nondum elapso saeculo, anno scilicet 1621, primarius lapis novi Conventus prope urbis Portam quae *Camollia* dicitur, positus est: ecclesia vero, sicuti altera, S. Mariae Immaculatae dicata est. Eo relicto ob civilem suppressionem an. 1866, tertium monasterium consurrexit extra eandem Camolliae Portam in loco vulgati nominis *Poggio al Vento* a. 1880.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 420, 422, 428, 454.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI 43-48, 438, 447, 521
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, (v. Ind. t. I-II)
MERLOTTI G., *Una antichissima chiesa quasi scomparsa* (Montecellesi) in: *Rassegna d'Arte Senese*, IX, 1913, p. 71-74.
ANALECTA CAP. 19 (1903) p. 91-94 (de I Conv.)

— Monasterium monialium Capuccinarum Ord. S. Clarae, ibi exstat ab anno circ. 1600. De matre *Pasithea Crogi*, huius monasterii auctore, agitur suo proprio loco.

BULLAR. CAP., II, 407-412, 455.
LEGGENDARIO CAPP., V, 354-363, Suor Maria Antonia ex Hungaria † 1740.
OMAGGIO E RICORDO *delle Cappuccine di Siena nel VII Centen. di S. Franc.* — Siena 1926.

Sieni Cyrillus a Barcelona, *episc.*, Prov. Catalauniae alumnus. — Nobili stirpe a. 1730 ortus est et inter Capuccinos venit a. 1748. In Louisianam hispanicam in Americam missionarius a. 1772 missus, fuit illi Missioni Praefectus et Vicarius Gener. episcopi *S. Iacobi de Cuba*. An. 1784 electus Episcopus titul. *Tricalensis*, Coadiutor eiusdem Episcopi *S. Iacobi de Cuba* factus est usque ad a. 1787, quo illa dioecesis dismembrata est, et ille novae dioeceseos *S. Christophori de Habana* Episcopi Coadiutor evasit. Adversis tempestatibus in re sive civili sive religiosa, eius apostolici labores fructus suscipere nequierunt. An. 1790, hispanicum Gubernium eum in patriam redire iussit. Meritorum et virtutum onustus obiit in nostro Conv. de Vilanova d. 18 febr. 1809.

BULLAR. CAP., IX, 267.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 128 ss.
ANDREU, *Iconogr. de Catalunya*, p. 58 n. 74.
BASILI DE RUBÍ, *Necrologi*, p. 49.
OTTO JERON, O. CAP. — *The Capuchins in America*, in « Historical Records and Studies » (New York) 5 (1909) p. 305-309.
FRANCISCALIA (Barcelona 1928) p. 214.
CATHOLIC ENCYCLOPEDIA (New York) XIII, 782.
ANALECTA, 33 (1917) p. 192; 41 (1925) p. 128.
FRANCISCAN EDUCAT. CONFER. 18 (1936) p. 218, 222.

Sierro C., vide *Candidus ab Hérémence*

Sigean, in Prov. Tolosana in Gallia. — Ab an. 1726, usque ad gallicam eversionem an. 1791, fratres nostri ibi moram fecerunt.

APOLLINAIRE, *Toulouse chrétienne*, I, 169.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 84.

Sigestrum, vide *Sestri Levante*

Siggiewi (*Sigevum*) in prov. Melitensi (Malta). — Hospitium conditum est a. 1738, iuxta ecclesiam dicatam S. Ioanni Bapt. Decollato.

BULLAR. CAP. III, 330.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 25 tab. XI.

Sigismundus a Bologna, (domo *Federici*) alumnus Prov. Bononiensis, obiit Tergeste (Trieste) a. 1652. — Nondum Capuccinus iam lauream doctoralem in utroque Jure erat consequutus. Opus edidit quod inscribitur: *Tractatus de electione et potestate Praelatorum ac aliorum Officialium Regularium*, prius Bononiae, sub nomine gentilicio Iacobo Federici, a. 1626, postea Mediolani, sub nomine religionis, a. 1628.

BULLAR. CAP., II, 230 (Circa opus P. Sigism.)
BULLARII REGESTUM, n. 821 (de opere P. Sig.).
DONATO, *Bibl. Prov. Bologna*, p. 376.
BERNARDUS, *Bibl. Script*. p. 230.
WADDING, *Scriptores*, p. 210.
SBARAGLIA, *Script.*, III, 99.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. franc.* III, 88.
FANTUZZI G., *Scrittori Bolognesi*, III, 315.
MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia*, II, 1477.

Sigismundus a Ferrara, domo *Guidotti*, Min. Gen., alumnus Prov. Bononiensis. — Ortus a. 1681, in Ordinem Capuccinorum ingressus est a. 1699. In sua Provincia fuit Lector, Definitor et bis Minister (1725, 1740). In Capitulo Gener. an. 1740 habito electus est Definitor et Procurator; denique in sequenti Capitulo a. 1747 supremum obtinuit gubernandi officium, quod retinuit usque ad mortem, quae evenit Romae d. 19 nov. 1753.

BULLAR. CAP. II, 222; V, 363; VIII, 58, 132.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 204, 210.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.*, p. 41.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna*, p. 377 s.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 333 ss. (de S. Visit. P. Sigism. in Bavaria 1752).
BIANCHI P. A., Min. Conv., *Orazione funebre* (Roma 1754).
ANALECTA CAP. 4 (1888) p. 371: *Litterae Mariae Teresiae imper. ad P. Sigism. prov. Austro-Hungar. visitantem a.* 1751. — 8 (1892) p. 170, not. hist. — 10 (1894) pag. 345, 369; — 11 (1895) p. 151, 222: *Iter S. Visitationis P. Sigism. Min. Gen. iuxta Diarium ab ipso conscriptum*. — 12 (1896) p. 154 n. 41 (Proc. Gen.).

COLLECTAN. FRANC. 13 (1943) p. 291 s. P. Sigismundus inter Hispaniae « Grandes » receptus a. 1749.
ITALIA FRANC. 13 (1938) p. 352 (Not. biogr.).
PROV. DI BOLOGNA *Atti uffic.* a. 1936, p. 39.

Sigismundus a Ferrara, domo *Ratta,* Vicar. Gen., alumnus Prov. Bononiensis. — Natus est a. 1773. Sacerdotio in clero saeculari auctus, Seminarium Bononiensem regebat cum in Ordinem Capuccinorum ingrediendi veniam petiit et obtinuit a. 1820. Fuit Magister Novitiorum, Definitor et Vicarius Prov. (1829). An. 1830, cum ad regimen Ordinis a S. Sede nominatus esset capuccinus *hispanus,* ad norman Constitutionis « Inter graviores » (1804), P. Sigismundus Vicarius Generalis constitutus fuit. Quo munere functo, a. 1838, in Provinciam suam rediit a. 1840 et Ferrariae vita cessit die 5 febr. 1856.

BULLAR. CAP., X, 2 (nota).
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 263.
BASILIO DE RUBÌ, *Estudio de la bula « Inter graviores »* (1804), p. 134.
ITALIA FRANC. 13 (1938) p. 353 (brev. biogr.).
PROVINCIA DI BOLOGNA, *Atti ufficiali,* a. 1939, pag. 54.

Sigismundus Valesianus, cognomine *Furrer,* prov. Helveticae lector atque moderator († 1865). — Praelo commisit brevem *Expositionem Regulae FF. Min.* (Seduni 1833), et *Geschichte des Kantons Wallis.* 3 voll. (Sitten 1850-52).

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. p. 37.
CHRONICA PROV. HELVET. p. 708.
HURTER, *Nomenclator,* V, 1305.

Signani Laurentius a Brisighella, *episc.* alumnus Prov. Bononiensis. — Ortus est d. 29 mart. 1804 et in Ordinem Capuccinorum venit a. 1819. Docuit philosophiam ac theologiam, et bonum Oratoris nomen obtinuit. Fuit Definitor Prov. et a. 1842 vi Brevis Gregorii XVI suae Provinciae Minister factus est. In Capitulo Gener. a. 1847 electus est primus Definitor et in sequenti Capitulo (1853) Procurator Ordinis evasit. Pius IX an. 1847 Oratorem in *Aula Apostolica* eum nominabat, quod munus tenuit usque ad a. 1855, quo idem Pontifex eum Episcopum dioecesis *Nepesinae et Sutrinae* (Nepi e Sutri) die 28 sept. 1855 nominavit. Obiit d. 2 sept. 1863. — Bononiae a. 1894 eius Orationes dictae in Aula Apostolica editae sunt titulo: *Prediche recitate al Palazzo Apostolico.*

BULLAR. CAP., X, 178, 285, 720.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 272, 278.
MAURO, *Il Predicatore Apost.*, p. 165-68.
PELLEGRINO, *Leggenda Capit. Prov.*, p. 72.
DONATO, *Bibliot. Prov. Bologna,* p. 323-25.
MARABINI E., *Cenni biografici di uomini illustri brisighellesi* (1914) p. 63-64.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 156 n. 63.
LA PROV. DI BOLOGNA, Atti uffic., a. 1940, p. 18.

Signia, vide *Segni*

Signorini vide *Ignatius a Rovereto*

Sigolsheim, in Prov. Strasburgensi in Alsatia. — An. 1888, pro fratribus Prov. Rhenano-Westfalicae, villa defuncti Episcopi Raess in Conventum convertitur et S. Antonio Patavino dicatur. An. 1919, Conv. concreditus est Prov. Alsatiae seu Strasburgensi, anno vero 1950 suppressus est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 40 tab. XIII.
50. JAHRE KAPUZINER IM ELSASS, (Strassburg Köln, 1938) p. 21-32.
CATALOGUS II COMMISS. ALSAT. (1933) p. 23.
GRATIAN VON LINDEN, *Die Kapuziner in Elsass.., zur Erinnerung a d. Consecration d. Kapuziner Kirche in Sigolsheim.* Freiburg i. Br. 1890.
ESTO FIDELIS (Strasbourg), 1948, p. 114-18. 130, *Le couv. de S. 1944-48;* 1950, p. 92-93 (de suppr. conv.).
SANKT FRANZ.-BLATT (Strasbourg), 1938, p. 133-37.

— *Monialibus Capuccinis* Massiliensibus (Marseille) a. 1950 facultas conceditur se transferendi in hunc locum de Sigolsheim.

ESTO FIDELIS (period. officiale), an. 1950, p. 92-93 (Acta S. Congr. et Episcopi Massiliensis).

Silandro, Schlanders (*Schlanderna*) in Prov. Brixinensi (Bressanone). — An. 1639, fratribus Prov. Tirolensis, multis difficultatibus devictis, erigitur Hospitium, quod paucis annis post fit Conventus. Ecclesia S. Ioanni Bapt. est dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 17 tab. XVII.
BULLAR. CAP., IV, 372.
EBERL, *Gesch. Tirol. Prov.* (cf. Ind.).
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.* (cfr. Ind. *Schlanders*).

Silesiae Custodia in Germania (1754-1810). — Fratres Capuccini, quo christifideles ab haeresi tuerentur, ineunte saec. XVII in hanc Silesiae regionem vocati sunt. Conventus ibi excitati (*Brieg, Breslau, Neisse, Neustadt, Schweidnitz*) antiquae Prov. Bohemiae in ditione erant; at, cum ex mandato Borussiae regis ab hac Provincia avulsi essent, Minister Generalis decreto suo d. 11 augusti 1754 dato, eos in *Custodiam* constituit, prius a Vicario Prov. usque ad a. 1761, postea a Commissario Gener. gubernatam. Inter illos recensentur: Gilbertus a Göding (1763-65), Gratianus a Ziegenhals (1766-68), Lazarus a Protzau (1768-71) et Basilides a Freiwaldau (1771-73), uti eruitur ex docum. Arch. Gener. — Custodia Silesiae, viris religiosis deficientibus, anno 1810 cessit.

BULLAR. CAP., VIII, 222, 316.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 872.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 204.

Silverius ab Egg (*Meusburger*), natus anno 1582, anno 1600 inter alumnos Prov. Tiro-

lensis cooptatus est. Multum laboravit ad salutem animarum, saepius etiam officio Superioris Provincialis fungens. Eius consilio Archiepiscopus Salisburgensis fundamenta Universitatis iecit. Monachii in Bavaria adorationem SS. Sacramenti per 40 horas cum 40 allocutionibus instituit et habuit. Merani et alibi in honorem 5 Christi Vulnerum docebat populum inter missarum solemnia expansis brachiis 5 Pater et Ave precari, quae precandi consuetudo ad praesens usque tempus aliquibus in locis perduravit. Maxima devotione B. V. Mariam amplexus duorum in Provincia celebrium imaginum auctor fuit, Oeniponte scilicet ac Lanae. Rosarii confraternitatem Merani resuscitavit et Corporis Christi confraternitatem processionemque in die Parasceves nonnullis in locis introduxit. Obiit in fama sanctitatis Brixinae 6 Oct. 1638.

PELLEGRINO, *Annali*, I, 329 ss.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 85 ss.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.*, II, cf. Ind.
ZIMMERMANN J. A., *P. Silverius Meusburger Kapuziner*. Lindau, 1875.
ANALECTA CAP. 4 (1888) p. 29-31.
BOTE D. TIROLER KAP., 1949 p. 74 ss. (probatur P. Silverium eundem esse ac *Silvestrum a Bamberg*, de quo Ioannes a Sestola aliique scripserunt).

Silverius a Rabbi (*Zanon*), alumnus prov. Tridentinae missionarius in Brasiliensi regione S. Pauli. — Singulari modo propagationi bonorum librorum se dicavit, et illi debetur fundatio periodici quotidiani cui titulus « *La Squilla* » (1906), quae magnam diffusionem apud Italos obtinuit. Sancte obiit in urbe S. Pauli d. 16 iulii 1918.

ANALECTA CAP. 34 (1918) p. 185 s.

Silvester ab Assisi, *Min. Gen.*, alumnus Prov. Umbriae. — Gente *Bini* ortus, inter Capuccinos venit a. 1567. Per multos annos varias docuit scientias et bis fuit Minister Prov. (1590, 1595). In Capitulis Gener. a. 1596 et 1602 Definitor et in Capit. a. 1605 Minister Gener. electus est. An. 1608 rediit in Provinciam suam et Perusiae sequenti an. 1609, virtutum exemplar, in pace quievit.

BOVERIO, *Annales*, II, 753 ss.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 100, 108, 110.
ANTONINO, *Memorie Prov. Serafica*, p. 159.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 224 A.
COLLECTAN. FRANC. 5 (1935) p. 254. — 11 (1941) p. 82.

Silvester ab Estella (*Bearin*) laicus prov. Navarrae. — Natus a. 1644, fit Capuccinus an. 1679. Per annos 52 ianitoris officium magna cum caritate exercuit in conventu Malacitano (Málaga), ibique cum sanctitatis fama obiit die 12 mart. 1730.

ILDEFONSO, *Capuch. de Navarra*, II, 130-63.
MANUEL DE MÁLAGA, *Vida de Fr. Silvestre de Estella*. Málaga, 1731.
VERDAD Y CARIDAD, a. 1943, p. 7-8.

Silvester a Laval, Prov. Parisiensis lector theologiae et philosophiae. — Vir fuit vere apostolicus et catholicae fidei zelator. Contra haereticos verbis et scriptis fortiter luctavit, donec ab eis veneno necatus est a. 1616. — Edidit, inter alia, opus inscriptum: *Les iustes Grandeurs de l'Eglise romaine, Contre l'impieté... singulierment contre le Ministre Vignier*. Poictiers, 1611.

SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 84.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 101-103.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, III, 5-8.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, I, 174.
EMMANUEL DE LANMODEZ, *Les Gardiens des Cap. à Paris* (1893), p. 8.
GODEFROY, *Hist. Prov. de Paris*, II, 665 Ind.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 231.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 100.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* III, 89.
HURTER, *Nomenclator*, III, 418.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XIV, 2084 s.

Silvester a Milano, alumnus Prov. Mediolanensis. — Nobili *Draghetta* gente natus an. 1676, habitum seraphicum sumpsit a. 1699 et vita cessit a. 1736. — Chronologi munus a Superioribus Generalibus illi demandatum, plurimas collegit notitias nostrum Ordinem respicientes. Typis mandavit: *Annales Ordinis Min. Capuccinorum. Appendicis ad tom. III pars I et II* (Mediolani, 1737), annos complectens 1613-1634. — Huius *Appendicis* versionem italicam fecit et edidit P. Ioseph a Cannobio (Milano 1744), versionem vero hispanicam typis vulgavit P. Matthias de Marquina (Madrid 1758). — Praeter *Annales* P. Silvester non paucas composuit et edidit *Biographias* virorum illustrium Ordinis nostri, inter quas illas S. Fidelis a Sigmaringa, B. Seraphini a Montegranaro et Iosephi a Carabantes, saepe saepius reimpressas et versas aliis idiomatibus.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 231.
ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 272-81.
VALDEMIRO, *I Capp. Milanesi*, II, 454.
ARGELATI F., *Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium* (1745), p. 561, 1456, 2036.
MELZI, *Dizion. Opere anonime*, II, 363 (v. Pozzi Giuseppe, *Vita*...).

Silvester a Monteleone di Calabria (hodie: Vibo Valentia) *Min. Gener.*, alumnus Prov. Neapolitanae. — An. 1520 e gente *Pappalo* ortum duxit et septem supra decem annos agens Ordinem Capuccinorum ingreditur. Philosophiam docuit et theologiam et Concionator bonae notae evasit. In Capitulo Gener. a. 1593 habito, supremus Ordinis Moderator electus est et hoc fungente munere Provincias Galliae et Hispaniarum invisit. Per tres annos officium tenuit et in Capitulis a. 1599 et 1608 Definitor Gener. est electus. Provinciis etiam Neapolitanae et Siculae praefuit Minister et Commissarius. Obiit Neapoli d. 13 apr. a. 1611, non autem a. 1620 ut nonnulli rerum Scriptores adfirmarunt.

MONUM. HIST. O. CAP. IV, cf. Ind.; V, 142 n. 1.

BULLAR. CAP., III, 60
MELCHIOR, *Hist. Ord.*, vol. III, 67, 346, 370.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 94, 102, 112.
BONAVENTURA, *I Capp. di Napoli*, p. 154.
GODEFROY, *Les Capucins en France*, t. I, fasc. II (cfr. Index, p. 228).
CAPIALBI VITO, *Biografie degli uomini illustri napoletani*, I (Monteleone 1898), cf. Ind.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 108. — 9 (1893) p. 347-52.

Silvester a Panicale (*Pepi*), suae prov. Umbriae magister novitiorum, definitor ac moderator; Ordinis vero a secretis († 1641). — Primo initium dedit operi cui titulus: *Chorographica descriptio Provinciarum et Conventuum FF. Min. Capucc.*, impressa Taurini an. 1649 et iterum a. 1654.

PELLEGRINO, *Annali*, I, 433 s.
FRANCESCO, *Scrittori Prov. Seraf.*, p. 107-10.
ANTONINO, *Memorie Prov. Serafica*, p. 311.
CHOROGRAPHICA *descriptio Prov. Cap.* (1649) cf. *Prologus*.

Silvester a Panicale (*Brancaleoni*), Prov. Umbriae. — *Tiflis* urbem in *Georgia* pervenit a. 1686 ac illius Missionis a. 1693 Praefectus Apost. constitutus, totis viribus incumbit ut collapsum illius statum reficeret. Morbo laborans in Provinciam redire coactus est a. 1707. Obiit cum fama sanctitatis a. 1716. — Eius manuscriptum cuius titulus: *Breve succinto di tutta l'istoria o racconto della Missione della Georgia* (1660-1707) asservatur in Archivo Vaticano (Miscell., Arm. XIII n. 149).

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 391, 396.
ROCCO DA CESINALE, *Stor. Miss.*, III, 361, 375.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, (cfr. Ind. p. 442); VII (cfr. Ind. p. 422).
FRANCESCO, *Missionari Prov. Seraf.* p. 152-67.
ANTONINO, *Memorie Prov. Seraf.* p. 212-14.
IL MASSAIA, 4 (1917) p. 301-05: *Figure storiche.*

Silvester a Rossano, Comm. Consentini Calabriae alumnus. — *Franco* gente ortus est an. 1538. Vir fuit omnimode religiosus; principes urbes Italiae concionando peragravit, et Provinciis Bononiensi (1570), Tusciae, Calabriae et Apuliae praefuit. In Capitulo Gener. a. 1581 Definitor eligitur, et Procuratore mortuo a. 1583, eius locum tenuit usque ad Capitulum sequenti anno habitum. Episcopatum *Miletensem* a Gregorio XIII sibi oblatum recusavit. Obiit a. 1596, nonnulla de re ascetica scripta relinquens.

BULLAR. CAP., III, 77.
BOVERIO, *Annales*, II, 581-584.
FLORES SERAPHICI, II, 42-45 cum figura.
LEGGENDARIO CAPPUCCINO, V, 41-46.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 80.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 86.
PALOCCI, *Frutti Serafici*, p. 320-22.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 87 s.
SALVATORE, *La Prov. di Bologna*, I, 114-16.
CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 26.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 231.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 100.
IOANN. A S. ANT., *Bibl. franc.* III, 90.
FRANC. DA VIC., *Scrittori Calabresi*, p. 102.
ACCATTATIS L., *Biografie degli uomini illustri delle Calabrie* (1869), vol. II, p. 400.
FERRARI, *Onomasticon*, p. 629.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 151 n. 13.
IL BEATO ANGELO, (Acri), a. 1929, Agosto.

Silvester a Saint-Aignan, antiquae prov. Turoniae alumnus. — Per quadraginta annos in *Syria* missionarius, multa bene facta egit et multos Episcopos dissidentes ad ecclesiam catholicam reduxit, propter quod ab omnibus magni habitus est. In missionem pervenit an. circ. 1629 et a. 1645 Custos seu Superior Missionis electus est. Octuagesimum annum agens obiit in urbe Aleppo a. 1670. — Nonnullas *arabice* opellas scripserat de controversiis quoad religionem, at nihil ad nos pervenit.

PELLEGRINO, *Annali*, III, 149-151.
ROCCO DA CESINALE, Storia Miss., III, 198-202, 208, 221, 255, 266, 267, 288, 410.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, V, cf. Ind. p. 493; VI, cf. Ind. p. 504.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 232.
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.* III, 90.
COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 399 n. 4, 343, 345. — 2 (1932) p. 55-62 (De Scriptis P. Silv.); 18 (1948) p. 118 Docum. inedita (cf. *Index* p. 379).

Silvester a Tasson, vide *Mulligan* S. episc.

Simeon a Senilhac, prov. Lugdunensis, victima gallicae revolutionis (1790). vide *Benedictus a Beaucaire et socii.*

Simeri (*Sybaris*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — Ab oppido non longius Conventus excitatus est a. 1590, titulo S. Maria Angelorum. Derelictus est ob legem eversionis an. 1866.

BULLAR. CAP. III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 39.
ITALIA FRANC. 24 (1949) p. 171.

Simla, vide *Delhi-Simla*

Simon a Bourg-en-Bresse (*Burgensis*) Prov. Lugdunensis; obiit in urbe St.-Etienne a. 1694. — Vir doctus et virtutum exemplar. Munus sacrae praedicationis exercuit et vitae spiritualis magister exstitit egregius. De re mystica opus scripsit, quod inscribitur: *Les saintes élévations de l'âme à Dieu par tous les degrés d'oraison*, prius Avenione editum a. 1657, pluries postea in lucem venit. An. 1863 Parisiis, idem opus in vulgus edidit (at non integre) L. Bessière, S. I.

BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 232.
IOAN. A S. ANT, *Bibl. Franc.* III, 91.
ETUDES FRANC. 39 (1927) p. 469-71 (de opere P. Sim.). — 41 (1929) p. 173-83: *Nos*

Maîtres de Spiritualité. Le P. Simon (Jacques de Blois).

Simon a Kraków cognomento *Czechowicz*, Prov. Poloniae. — Per triginta annos Romae moratus est, et fuit alumnus pictoris Maratti el Maratta. Poloniam reversus cum esset, scholam pictoricam excitavit; postea in Ordinem nostrum Capuccinorum ingressus est, artem suam non deserens. Cracoviae ortus an. 1689, obiit Varsaviae an. 1775, multa opera ex subiecto historico et religioso relinquens.

BÉNÉZIT, *Diction. des Peintres...*, II, 1056.
VANDALLE, *St. François dans l'Art*, p. 28, 151 (ex: *France Francisc.* t. X).
FRANCE FRANCISC., X, 1927, p. 28, 473.

Simón y Ródenas Franciscus ab Orihuela, *episc.*, Prov. Valentinae alumnus. — Natus an. 1849, sacerdos factus est a. 1875 et postea habitum Capuccinorum sumpsit Pampelonae an. 1880. In sua Provincia munere Magistri Novitiorum et Definitoris functus est, deinde an. 1891 ad missionem *Goagirae* in Columbia profectus, illic per annos fere viginti saluti animarum magno cum zelo incubuit. An. 1904 episcopus dioec. *S. Marthae* in Columbia creatus est, quam sedem postea, laboribus ac infirma valetudine oppressus, dimisit et die 2 dec. 1912 ad sedem titularem *Echinensem* translatus est. — In Provinciam reversus, sanctissime obiit in Masamagrell die 22 augusti 1914. Pius XI a. 1931, ut processus eius beatificationis aperiretur, indulsit.

EUGENIO, *Necrol. Prov. Valencia*, 22 aug.
EUGENIO DE VALENCIA, *Historia de la vida del S. de D. Francisco de Orihuela, Obispo*, Valencia 1932, (cf. « Collect. Franc. » a. 1935, p. 632); II ed. Ibid. 1947.
FEDERICO DE ALBOCÁCER, *Vida del S. de D. Franc. Simón y Ródenas*. Bogotá 1930.
ANALECTA CAP. 20 (1904) p. 367, episc.; 28 (1912) p. 19, curric.; 31 (1915) p. 32, necrol.; 47 (1931) p. 322; 48 (1932) p. 173; 61 (1945) p. 60, Causa beatif.
FLORECILLAS DE S. FRANC., a. 1914, p. 298, 313.
VENEZUELA MISIONERA, IV, 1942, p. 137, 164, 187, 241, 275 (artic. P. Caelestini M. a Pozuelo).

Simplex a Verona, laicus Prov. Venetae, *pictor*. — Anno circa 1589 natus est et a. 1613 fit Capuccinus. Boni artificis nomen cum esset consequutus, Ministro Generali permittente, a. 1617 apud Aulam Ducis Parmae se contulit ibique opera picta Duci, fratribus nostris et aliis institutis reliquit. Paucis annis exactis, postea per Provincias Bononiae, Venetiarum, Romae et Siciliae vagavit, undique opera picta non pauca relinquens. E Sicilia in Provinciam suam rediisse dubitatur et forsan obiit Romae a. 1654; at sunt qui eum Veronae obiisse eodem an. 1654 sentiant. Nonnulla eius opera deperdita vel in oblivionem reducta sunt; at non pauca aliqua admiranda sunt: *Veronae* in Museo Civico; *Avesa* (Verona) in Ecclesia paroeciali; *Domegliara* in sacello Da Prato comitis; *Desenzano* in ecclesia paroeciali; *Rovigo* in seminario; *Patavii*, *Parmae* et *Caltagirone* in nostris Ecclesiis vel Conventibus; *Mestre* in Sacrario Cathedrali; denique *Venetiis* in ecclesia SS. Redemptoris.

DAVIDE DA PORTOGRUARO, P. Cosmo Piazza da Castelfranco, pittore capp. (Venezia 1936) p. 84-87.
IDEM, *Il Tempio del Redentore ed il Conv. dei Capp.* (Venezia 1930) p. 64.
AVENA A., *Frate Semplice, O.M.Cap., pittore*; in: « Verona Fedele » VI, 1912, p. 109, 119 (cf. Archiv. Franc. Hist. V, 1912, p. 792).
BARTOLI FR., *Le Pitture... della città di Rovigo* (Venezia 1793) p. 51, 306.
LANZI L., *Storia pittorica dell'Italia*, (IV ed.) t. III, p. 242.
ZANNANDREIS D., *Vite dei Pittori... veronesi* (1891) p. 255-257.
COLLECTAN. FRANC. 12 (1942) p. 283 (3).
MISCELL. FRANC. 5 (1890) p. 109: *Artisti francescani veronesi.*

Simplicianus a Milano, *Min. Gen.*, e nobili *Visconti* gente ortus. — Fuit Lector, Definitor et Moderator suae prov. Mediolanensis. In Capitulo Gen. a. 1643 habito electus est Definitor et Procurator; in Capit. a. 1650 denuo Definitor, denique an. 1656-1662 toti Ordini praefuit. Ut Minister Gener. omnes Provincias Ordinis invisit et Missionibus exteris incrementum dedit. S. Officii Consultor in Romana Curia fuit et Mediolani obiit a. 1663.

BULLAR. CAP. II, 305; VII, 196.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 403-411.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 142, 146, 147.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, II, 377-80.
ANALECTA CAP. 6 (1890) p. 358. — 12 (1896) p. 153 n. 26.

Sinae Imperium (Missiones Capucc.) vide *Kiamusze*, *Pingliang*, *Tienshui*

Sinelli E., vide *Sennel Emericus*

Singakawang in Borneo insula. — Capuccinae clarissae de Amsterdam, a. 1937 in Borneo insulam se contulerunt monasterii fundationis causa.

PETIT MESSAGER DE ST. FRANÇOIS (Lyon), an. 1937, p. 118-120, *Les Clarisses en pays de mission.* — a. 1940, p. 38.

Singalong, vide *Manila*

Singidunum, vide *Beograd*

Sinibaldi Victor a Bologna, *episc.* — Natus est in pago Roffeno Musiolo (Castel d'Aiano) die 17 decem. 1844. Habitum FF. Capuccinorum sumpsit in Prov. Bononiensi a. 1861 et sacerdotio auctus est a. 1867. Romam in Collegium S. Fidelis venit a. 1870 et anno sequenti ad Vicariatum Apost. *Patnae* in Indiis Orient. profectus est, ubi apostolicum ministerium zelatus est. A Leone XIII d. 27 sept. 1899, Epi-

scopus *Allahabadensis* renuntiatus, ibi die 5 ianuarii 1902 mortem obivit.

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni Capp.*, IX, 535-38, 544, 546.
IDEM, *Manuale hist.*, p. 172 s.
FRANCESCO DA CASTELFRANCO, *Sulla riva del Gange* (Bol. 1940) p. 197-202.
PEREIRA, *Historical Sketch of the Allahabad Diocese* (1940) p. 185 s.
ANALECTA CAP. 15 (1899) p. 345 (el. Episc.) — 18 (1902) p. 158 (necrol.).
IL MASSAIA, 21 (1934) p. 357-60, not. biogr.

Sint-Omaars, vide *Saint-Omer*

Sint-Truiden, Saint-Trond (*Trudonopolis*) in Prov. Belgica. — Ibi morati sunt fratres nostri ab an. 1614 usque ad gallicam eversionem an. 1796. Ecclesia dicata fuit S. Antonio Patavino.

BULLAR. CAP., IV, 97, 368; IX, 166.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, cf. Ind. V, 385-391.

— Monasterium Sororum *Capuccinarum* III Ord. Regul. a. 1645 fundatum, derelictum est saec. XVIII.

BULLAR. CAP. IV, 97, 369.
HISTOIRE *des Capucines de Flandres*, I, 362-382.

Sint-Winoks-Bergen, vide *Bergues-Saint-Winock*

Sintas P. vide *Petrus Alcantara ab Habas*

Sion, Sitten (*Sedunum*) in Prov. Helvetica. — Fratres Prov. Sabaudiae ex a. 1602 pro fide catholica contra haereticos ibi certaverunt. Anno vero 1628 Hospitium, deinde an. 1631-1636 Conventus exstructus est cum ecclesia S. Francisco Assis. dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP. V, 136, 399; VIII, 366; IX, 143; X, 90.
SCHWEIZER. KAPUZ. FESTSCHRIFT (1928) cf. Ind.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 76s.
EUGÈNE, *Nécrol. de Savoie*, p. XXIII, 391.
JEAN, *Les Cap. en Sav.* p. 21, 27, 83.
SULPICE, *Les Cap. en Valais*, p. 116-22.
ANALECTA CAP., 60 (1944) p. 64 (Novitiatus); p. 92 (Relatio a. 1661).
SANKT FIDELIS, 32 (1945) p. 72-74, *Unser Refektorium* (cum figura).

Siphonarii seu incendii exstinctores (vulgo *pompiers*, etc.). — Inter varia caritatis opera, quibus Capuccini sodales in Gallia publicis in calamitatibus se dicaverunt, commemoranda quoque est eorum operositas in exstinguendis incendiis, quae exerceri coepta est Parisiis initio saeculi XVII cura Fratrum Capuccinorum conventus S. Honorati. Eorum inde exemplum imitati sunt plures confratres aliarum civitatum, ita ut Capuccini in Gallia vulgo vocitarentur « *les hommes de pest et de feu* ». Haec autem operositas, iam pridem ab ipsa civili auctoritate recognita et in publicis documentis laudibus commendata, cessavit tempore Galliae eversionis, labente saeculo XVIII.

MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, *vol.* III, p. 145-46, tab. X (De Capuccinis siphonariis).
EDOUARD D'ALENÇON, *Les premiers pompiers de Paris, ou dévouement des Capucins dans les Incendies.* Paris 1892 (Extr. ex periodico « Annales Franc. »).
LAROUSSE, *Dictionnaire...* (sub v. *Capucins*).
REVUE D'HISTOIRE FRANC. 4 (1927) p. 222-27, *Les Capucins pompiers à Beauvais 1747.* (J. Vinot).
LES VOIX FRANC. (Toulouse), a. 1933, p. 211-16, *Hommes de peste et de feu.* (Pierre d'Alcantara).

Sipontum, vide *Manfredonia*

Siqueira Campos (olim Colônia Mineira) in Brasilia; Custodia de *Paraná* (Prov. Veneta). — Fratribus Capuccinis concredita est paroecia huius loci erecta an. 1928, dicata Spiritui Sancto.

INÁCIO, *Custodia do Paraná* (1949) p. 37-43.

Siracensis *sedes titularis archiepiscopalis.* — Ab a. 1878 ad a. 1883, hoc titulo fruitus est noster egregius Rochus COCCHIA a Cesinale.

Siracusa (*Syracusae*), locus princeps Prov. Syracusanae. — Prior Conventus a. 1549 extra moenia excitatus est apud ecclesiam S. Mariae a Misericordia; at ob aëris gravitatem postea relinquitur. Alter a. 1582 ad mare et altiore loco vulgo « Latomie » fabricatur. An. 1866 supprimitur, sed a. 1928 denuo eo potiti sumus. Eius ecclesia titulo gaudet S. Maria a Miraculis.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 34 tab. XI.
BULLAR. CAP., III, 199, 325.
SAMUELE, *Mem. Prov. Siracusa*, p. 25-32.
SAMUELE CULTRERA, O. CAP., *I Cappuccini in Siracusa.* Siracusa, 1949. In 16°, pp. 120.
L'ARALDO DEL GRAN RE (Siracusa) a. 1928, fasc. febbr.-marzo (*Notizie stor.*) — a. 1932, fasc. Luglio (*Riapertura del Conv.*).
FIAMMA SERAFICA (Palermo) a. 1932, p. 310-314.

Siracusa (Provincia Ordinis), vide *Syracusana prov.*

Sirdhana, vide *Sardhana*

Sistaricum, vide *Sisteron*

Sisteron (*Sistaricum*) in Prov. Lugdunensi. — An. 1614 monasterium exstruitur ab antiqua Prov. S. Ludovici (*Provence*); an. 1750 Prov. Massiliensi incorporatur, anno denique 1790 tempestatis politicae causa abrogatur.

BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 86.

Sitten in Helvetia, vide *Sion*

Sixtus V (Felix Peretti) electus d. 24 apr. 1585, obiit d. 27 augusti 1590. — Natus est in civitate Montalto Marche a. 1521, et adule-

scens habitum seraphicum intra Minores Conventuales suscepit a. 1531. Cardinalis creatus est a. 1570 titulo S. Hieronymo Illyricorum. Ut pontifex tanta praesertim *Urbis* commodo et in *Curia Romana* operatus est, ut inter pontifices maxime bene merentes enumeretur. — Quoad Ordinem franciscalem eo regnante, adnotandum est B. Didacum de Alcalá inter sanctos relatum esse a. 1588, et S. Bonaventuram inter Ecclesiae Doctores a. 1587 cohonestatum. Dedit facultatem Ministro Generali FF. Minorum Conventualium ubicumque erigendi in Ecclesiis sui Ordinis vel Minorum Observantium vel etiam Capuccinorum, *Confraternitatem Chordigerorum* (« Ex supernae dispositionis » d. 19 nov. 1585). Denique an. 1588 *Collegium S. Bonaventurae* in Conv. SS. Apostolorum de Urbe instituit.

ANNALES MINORUM, tom. XXII (cfr. *Regestum Pontific.* in fine vol.).
BULLAR. CAP., I, 39-43; VI, 288-305.
BULLARII CAP. REGESTUM, p. 29-31 (ex period.: *Analecta Cap.* an. 1893, p. 48-49).
VIVES, *Institu:a Franciscana*, p. 451-79.
ITALIA FRANC. 18 (1943) p. 3-10, 89-95; *Annali del pontificato di Sisto V.* (Ottavio da Alatri).

Sixtus a Pisa, Prov. Tusciae. — Natus e familia *Pardi* a. 1867, habitum sumpsit a. 1882. Se ministerio verbi dedit ubique acceptus. Anno 1903 renuntiatus fuit archivista provinciae et per 40 annos hoc officio functus est historicis studiis adsidue incumbens. Multa scripsit atque edidit pro historia provinciae et Ordinis. Inter opera praecipua ab eo exarata exstant duo volumina inscripta *Storia dei Cappuccini Toscani* (Firenze, 1909-10). Plurima quoque reliquit mss. historica atque poëtica asservata in archivo prov. Obiit die 29 nov. 1943 in loco Borgo S. Sepolcro.

MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 686-688 (Elenchus operum et mss.).
ANALECTA CAP. 60 (1944) p. 106-108, necrol.
BOLLETT. UFF. PROV. TOSCANA, 1943, p. 192-94.

Skaistkalne, in Lettonia (dioec. *Rigensis*). — Nostra Prov. Bavarica, ut ibi domus religiosa canonice erigeretur facultatem obtinuit a. 1929.

ANALECTA CAP., 46 (1930) p. 38. — 60 (1944) p. 64 (Erectio novitiatus).
PROVINZBOTE (Bayern), 1948, p. 18-21: *Kriegs-Chronik 1939-1944.*

Skofja Loka, germ. Bischoflack (*Locopolis*) in Prov. Illyriae. — Conventum et ecclesiam S. Annae ibi exstruxerunt a. 1707 fratres antiquae Prov. Styriae.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 23 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 381.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 27-30, 95.
MAVRICIJ, *Zgodovina Kapucinov.* p. 83.
ANALECTA CAP. 46 (1930) p. 39. — 49 (1933) p. 43.

Skrivanic B., vide *Bernardinus ab Omis*

Slane (*Slanium*) in Prov. Hiberniae. — Anno circ. 1631 Conventus fundatus est in colli amoeno et secesso: nunc derelictus iacet.

BULLAR. CAP., V, 412.

Skrivanic B., vide *Bernardinus ab Omis*

Slovachia — Deleto Imperio Austro-Hungarico an. 1918 duo nostri conventus: *Bratislava* (hungarice Pozsony, germanice Pressburg) et *Pezinok* (hung. Bazin, germ. Pösing) modo Prov. Bohemiae modo Commiss. Hungariae sunt aggregati. De facto vero independenter gubernati sunt a Commissario ex Provincia Hollandiae usque ad an. 1942, quo, decreto Ministri Gen. diei 10 apr., duo praefati conventus in *Commissariatum Generalem* constituti sunt.

In territorio huius Commissariatus situs est etiam conv. de Holič, suppressus tempore Iosephi II (1780-90).

Series Superiorum

Albinus a Thüringerberg: 1942.
Robertus a Kortemark: 1946.

Bibliographia

ANALECTA ORD. CAP. 59 (1943) 11, Erectio Commiss.; 65 (1949) 146, B. V. Immaculatum Cor Patrona Commiss.

Sluiskil in Prov. Hollandiae (Zelandia). — Conventus et ecclesia S. Antonii Patavini exstructi sunt a. 1898, et fratres ibi curam quasi paroecialem exercent.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22 tab. XIV.
FRANC. LEVEN, 18 (1935) p. 16-21: *Kapucijnen te Sluis* 1703-24 (P. Hildebrand). — 33 (1950) p. 179 (Monumenta artis).

Smyrna (archidioecesis). Haec *Smyrnensis* archid., ab an. 1909 usque ad a. 1920 gubernata est a nostro antistite ZUCCHETTI Ioan. Antonio a Milano.

Smyrnensis Missio in Anatolia. — Smyrnam Capuccini ingressi sunt an. 1627, patrocinio atque auctoritate suffulti regis Galliae Ludovici XIII. Primi opus aggrediebantur P. Pacificus de Parisiis et P. Aloisius a Rhemis. A Smyrna missionarii nostri ad alia loca propinquiora se transtulerunt et alias residentias erexerunt: *Chios* (1627), *Naxos* (1628), *Andros* (1630), *Syra* (1633), *Athenae* (1658), *Milo* (1663), *Paros* (1676), *Patmos* (1684), *Argentiera* (1710), *Bayrakli* (1901), *Mons Pagus* prope Smyrnam (1905). Missio prius provinciae Parisiensi concredita fuit: anno 1802 ad Capuccinos Italos transivit, qui, iubente Min. Gener. Aegidio a Cortona, Collegium fundarunt a. 1881 pro adspirantibus ad Ordinem quod germen fuit amplioris Instituti Apostolici Orientis (1883). Anno 1881 Praefectura Apostolica a Constantinopoli seiuncta fuit cum stationibus Smyrna, S. Stephanus, Chios, Syra, Naxos. Anno 1889 Praefecto successit Su-

perior Regularis. Anno 1920 additae sunt stationes Cephalonia et Buggià quae anno 1926 Superiori Graeco pertransierunt. Anno 1922 in incendio civitatis Smyrnae nostra residentia destructa evasit, at incolumis mansit ecclesia. Anno 1924 missioni additae sunt residentiae Corcyrensis (Corfù) et Usciak. Decreto S. Congreg. de Prop. Fide missio Smyrnensis die 21 maii 1908 concredita est Panormitanae provinciae una cum missione Trapezuntina. Decreto Min. Gen. diei 13 nov. 1911 missio aggregata est Commissariatui Instituti Apost. Orientis. Die 7 ianuarii 1913, suppresso Commissariatu Orientis, missio Smyrnensis iterum committitur provinciae Panormitanae. Demum d. 3 maii 1926 stationes Buggià, Bayrakli et Usciak translata sunt ad missionem Trapezuntinam provinciae Parmensi concreditam. Ceterae omnes stationes derelictae in civilibus eversionibus, praesertim anni 1922, adhuc desertae manent.

Missionarii in Smyrna de quibus tractatur suo proprio loco:

Cannavò Aloisius a Castiglione († 1907)
Fortunatus a Manoppello († 1892)
Ioannes Bapt. a S. Lorenzo († 1927)
Isidorus a Smyrna († 1943)
Sebastianus M. ab Assisi, natione Gallus († 1818)

Bibliographia

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 115-25.
IDEM, *Le Missioni*, voll. III-IV (Smirne).
STEIDL, *Mission. d. Kapuz.*, p. 64-67.
P. MARTIN, O.F.M., *Réponse à un écrit ayant pour titre: « Precis historique de l'établissement des Capucins français à Smirne en 1628 »*. Marseille 1821, pp. 48.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 120, Not. hist. et chronica decennalis. — 29 (1913) p. 36, Missio committ. Prov. Panormitanae. — 44 (1928) p. 40, Paroecia S. Polycarpi. — Cfr. etiam *Index Gen.* voll. 1-50, p. 129.
COLLECTAN. FRANC. 18 (1948) p. 118 Docum. ined. s. XVII (cf. *Index* p. 370).
ECO S. FRANC. a. 1883 p. 675-77, *Il Conv. di Budja presso Smirne.*
ORIENTALIA CHRISTIANA (Romae), I, 251; XXII, 151-154, *Hierarchia latina Orientis.* (L. Lemmens).

Soazza, Ticinum in Helvetia. — Fratres missionis *Mesaucinae* (Mesocco) ibi morati sunt ab a. 1636 ad a. 1920, etiam curam paroecialem exercentes.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 130.
CLEM. A TERZORIO, *Le Missioni*, I, 446 (Ind.)
SCHWEIZER. FRANZ. KALENDER (1943) p. 52.

Sobieski familia. — Regia et gentilicia *Sobieski* Poloniae stirps in Ordinem Capuccinorum sui amoris et benevolentiae dedit exempla praeclara. *Ioannes III* rex, Turcarum victor (a. 1683), peculiarem consuetudinem habuit cum P. Marco ab Aviano et Conventus Varsaviae et Cracoviae fratribus nostris exstruere fecit. *Regina* vero, per plures annos Capuccinum quemdam Patrem a confessionibus, largitionum praefectum et cappellanum tenuit. Filius *Alexander* princeps, patre demortuo (1696) Romam cum venisset, cum fratribus nostris Conventus apud Plateam *Barberini* continuam habuit familiaritatem. Postremo morbo laborans duos Capuccinos, ut eius corporis et animae curae insisterent, ad se vocavit, et in nostra ecclesia Immaculatae Conceptionis inhumari, nostro habitu indutum, voluit. Sunt et qui dicant eum mortis periculo imminente vota iuxta regulam seraphicam edidisse, at alii rerum scriptores probabiliore causa negant. Obiit Alexander d. 19 nov. 1714.

BULLAR. CAP., IV, 348.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 369-371.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 234-39: *Mors et sepultura Alexandri principis Poloniae.*
ITALIA FRANC. 10 (1935) p. 597-610: *La fine di Alessandro Sobieski e il suo monumento in Roma.* (Sisto da Pisa). — 11 (1936) p. 23, 137. — 12 (1937) p. 22-37: *La famiglia Sobieski e i Minori Cappuccini* (Ottavio da Alatri). — cfr. recens apud. *Collectan. Franc.* a. 1939 p. 471 n. 551. — a. 1942, p. 300 n. 676.
L'OSSERVATORE ROMANO, 29 ottobre 1936 p. 6: *Alessandro Sobieski morì Cappuccino?* (Ottavio da Alatri).

Soccavo, in Prov. Neapolitana. — Fratres nostri huc venerunt a. 1900, et apud ecclesiam S. Mariae de « Monte Vergine » moram statuerunt.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 27 tab. VIII.

Societas Hebraica Clementina
vide *Academia Clementina*

Sociologia — Inter Scriptores Capuccinos qui de re sociologica sive politica sive oeconomica opera ediderunt adnumerantur:

ALEXIUS A BARBEZIEUX, *Conférences sur la condition des Ouvriers* (1892).
ALPHONSUS AB OBERVAZ, *Concetto di giustizia sociale negli scrittori moderni* (1939).
ANGELINUS A BODEGRAVEN, *Wijsgerige Gemeenschapsleer*. 5 ed. cura P. Pascasii (1949).
BERTHOLDUS (Missiaen) A WESTCAPELLE, *L'appauvrissement des Masses* (1911).
— *Volkshuishoudkunde* (1925).
— *Communisme en Familieleven* (1930).
BONAVENTURA A S. MARTINO, *Le due Democrazie* (1904).
CAIETANUS AB IGUALADA, *La pacificación social* (1886).
CAETANUS AB OSSENDRECHT, *De Sociale Kwestie*, (2. ed. 1928).
CAROLUS WARNER, *The rise and decline of Capitalism*, in FRANC. STUDIES, dec. 1941, p. 27-42.
CLODOALDUS HUBATKA, *Soziale Frage* (1948).
CUTHBERTUS A BRIGHTON, *Catholic ideals in social life* (1904).
— *Socialism or Democracy* (1926).

FABIANUS AB UDENHOUT, *Socialisme en Communisme* (1924).
GRATIANUS (De Schepper) A L'ECLUSE (Professor « Oeconomiae Socialis » per 30 annos in Pontificio Instituto Utriusque Iuris ad « Lateranum » in Urbe), *Conspectus generalis Oeconomiae Socialis* (3. ed. 1947).
— *Essai sur la juste répartition des Impôts* (1906).
GUGLIELMUS A SPELONCATO, *Un saggio di legislazione fiscale* (1912).
HILARIUS A PARIS, *L'International* (2. ed. 1872).
HYACINTHUS A BELMONTE, *I Poveri e i Ricchi* (1885).
IESUALDUS A BRONTE, *Il contratto sociale a mente de' sacri canoni* (1852).
— *Il diritto di proprietà* (1853).
ISIDORUS AB ALATRI, *Il pericolo del Comunismo* (1946).
LUDOVICUS A BESSE, strenuus defensor classis operariae († 1910). Plura edidit opuscula de *sociali quaestione* et de variis *institutionibus socialibus* a se constitutis.
PASCHALIS A CHOLET, *Collaboration avec les Communistes?* (4. ed. 1939).
PASCHALIS LARKIN, *Marxian Socialism* (1917).
— *Property in the* XVIII *Century* (1930).
VALERIUS A GHEEL, *Le contrat collectif de travail* (1910).

Söflingen in prov. Rhenana (Württemberg) — Huius monasterii sanctimoniales Clarissae per aliquod tempus fratres Capuccinos habuerunt tamquam animarum directores et concionatores. Earum tamen instantia producta an. 1610 pro erigendo nostro conventu infructuosa permansit.
BULLAR. CAP., IV, 66 s. (an. 1610).

Soignies, Zinnik (*Sonegiae*) in prov. Belgica. — Conventus fundatus anno 1616 derelictus est tempore gallicae eversionis (?).
BULLAR. CAP. IV, 370.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederland*, I, cfr. Index sub v. *Zinnik;* II, 180-183.

Soissons (*Augusta Suessonum*) in prov. Parisiensi. — Conventus exstructus an. 1613, vi gallicae subversionis (1790) derelictus est. Ecclesia fuit dicata Spiritui Sancto.
BULLAR. CAP. V, 390.

Solá Farell Matthias a S. Llorenç Savall, alumnus Prov. Catalauniae. — Natus die 11 augusti 1884, in Ordinem Capuccinorum ingressus est die 25 iulii a. 1901; sacerdotio auctus die 27 martii 1909. Tum in provincia in qua etiam ministri provincialis munus an. 1927-30 exercuit, tum in missione Mexici et Americae Centralis apostolicis laboribus incubuit. Die 24 febr. 1931 Pius XI eum titulo episcopali Ecclesiae *Colophoniensis* decoravit et Vicarium Apost. de *Bluefields* (Nicaragua) nominavit; quam Missionem reliquit an. 1943.
RECORD *de la Consagració episcopal de Mons. M. Solá Farell*, Barcelona 1931.
ANALECTA CAP. 47 (1931) p. 102, Vic. Apost.
CATALUNYA FRANC. a. 1931, p. 90, 114.

Soledade in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia). — Paroecia B. M. V., iam ante an. 1879 erecta, fratribus Capuccinis concredita est an. 1936.
TEODORO, *50 anos de atividades*. p. 177-83.

Soler y Royo Athanasius a Manises, *episc.*, alumnus Prov. Valentinae in Hispania. — An. 1870 ortum habuit et, iam sacerdotio auctus (1894), inter Capuccinos se adscripsit a. 1898. Ad *Goajirensem* missionem in Columbia circa a. 1901 pervenit. An. 1905 Vicarius Apost. eiusdem Missionis constituitur, et anno sequenti die 31 decem., a Pio X ad sedem titularem *Citharizensem* evectus est. Postquam multa patrasset pro re christiana et civili e vita migravit die 21 nov. 1930.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 393 s.
EUGENIO, *Necrol. Prov. Valencia*, 21 nov.
ANALECTA CAP. 23 (1907) p. 50, 140. — 28 (1912) p. 19. — 47 (1931) p. 52-55.
FLORECILLAS DE S. FRANC. a. 1930, p. 281-84.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 7 (1931) p. 129-31.

Solerium, vide *Solliers*

Soleto in Apulia (dioec. Lyciensis). — Monasterium monialium *Capuccinarum* conditum est a. 1655.
BULLAR. CAP., III, 320.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 309.

Soleure (ital. Soletta), vide *Solothurn*
Solieri S. vide *Stephanus a Carpi*

Solimões superior, in Brasiliis. — Huius missionis regio, quae prius sub dioecesi *Amazonensi* erat, a S. Congr. Consistor. die 23 maii 1910 in *Praefecturam Apostol.* erigitur et fratribus Prov. Umbriae concreditur. Anno vero 1950, die 3 septembris, ab eadem S. Congreg. Praefectura de Solimões elevata est ad *Praelaturam « Nullius Dioeceseos »*. Domus princeps Missionis est apud *S. Paulo de Olivença.*

PRAEFECTI APOSTOLICI

1910 — Evangelista a Cephalonia
1938 — Thomas a Marcellano
1946 — Wenceslaus a Spoleto
1950 — Idem, *Administrator* Praelaturae Nullius

BIBLIOGRAPHIA

DESCRIPTIO GEOGR. (1928) p. 67, tab. XXXV.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 349-52.
GUIDA DELLE MISS. CATTOL. (Roma 1934) p. 307.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAFICA (1930), 105-15.
ENCICLOPEDIA CATTOL. I, 944 (*Alto Solimões*).
FRANCESCO, *Missionari Prov. Seraf.* p. 368-87.
DALL'ALPE P., *Verso la terra dell'oro nero. Viaggio di sei missionari Capp. d. Prov. Seraf.* — Foligno 1921.
EUSEBIO DA CIVITELLA, *Missione di Alto So-*

limões affidata ai Capp. Umbri. (Fasc. 3) Roma 1913-15.
IDEM, *Salviamo la Missione di Alto Solimões* Spoleto 1920.
MICHELE DA PERUGIA, Min. Prov. — *Relazione alla Provincia sulla Missione dell'Alto Solimões dopo la Visita.* Assisi 1935.
MODESTO, *Missionarios no Brasil*, p. 490-96.
ANALECTA CAP. 25 (1909) p. 265 (Missio concred. Prov. Umbriae). — 26 (1910) p. 289 (Missio erig. in Praef. Ap.). — 52 (1936) p. 126, 150. — 55 (1939) p. 213-217, Relationes Miss. — 65 (1949) p. 94-99, Relatio Miss. — 66 (1950) p. 167, Praelatura « Nullius ». Cfr. et Index Gener. voll. 1-50, p. 129.
BOLLETT. UFFIC. PROV. SERAFICA, a. 1936, p. 53-64.
ILLUSTRAZIONE VATICANA, 3 (1932) p. 727-30: *Un ventennio di attività missionaria tra le Foreste Amazzonie* (G. Monticone). — 6 (1935) p. 904-07: *Le Missioni fra gli Indi dell'Alto Solimões* (F. Algardi).
POLIANTÉIA. *Comemorativa das Bôdas Sacerdotais do P. Domingo de Gualdo Tadino, fundador da Missão do Alto Solimões.* Manaus 1949. In-4°, 96 pp. cum figuris.

Solisbacum, vide *Sulzbach*

Solliers (*Solerium*) in Prov. Lugdunensi. — Coenobium a. 1650 exstructum a Prov. S. Ludovici (*Provence*) et a. 1750 Prov. Massiliensi incorporatum, an. 1790, tempestatis politicae causa abrogatum est.
BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 86.

Solodorum, vide *Solothurn*

Solofra (*Solophra*) in Prov. Neapolitana. — Huc fratres nostri venerunt a. 1582: ecclesia dicata est S. Mariae a Silvis, vulgo « S. M. delle Selve ».
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 27 tab. VIII.
BULLAR. CAP., III, 17, 308.
BONAV. DA SORR., *I Capp. di Napoli*, p. 7.
ARCHIVIO STOR. PROV. DI NAPOLI, a. 1940, p. 21.
ECO S. FRANC., a. 1898, p. 584.

Solothurn, gall. Soleure, ital. Soletta (*Solodorum*) in Prov. Helvetica. — Patres Capuccini hunc locum ingressi sunt a. 1588 et in novo Conventu a. 1592 moram fixerunt. Ecclesia dicata est B. V. Annuntiatae.

Anno 1931 in hoc loco, opera PP. Capuccinorum, erecta est *domus S. Francisci* pro exercitiis spiritualibus ad clerum et ad saeculares.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP., IV, 364.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 542.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 216.
CHRONICA PROV. HELVET. (cfr. *Ind.* p. 789).
SCHWEIZER. KAP. FESTSCHRIFT (1928) cf. Ind.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz.*, p. 50s.
SIEGFRIED WIND, O. Cap. — *Die Gründung d. Kapuz. Klost. Soloth. in neuem Lichte* (in: *Zeitschr. f. Schweiz. Kirchengesch.* t. 24, 1930, p. 142, 223). — cfr. *Collectan. Franc.* a. 1932, p. 561.
IDEM, *Zur Geschichte des Kapuzinerklosters Soloth.* — Solothurn 1938. cf. *Collectan. Franc.* a. 1939, p. 578.
COLLECTAN. HELVET. FRANC. I, (1932-38) p. 11, 57: *Die Ephemeriden u. d. latein. Briefe des Soloth. Stadtschreibers J. J. v. Staal* (P. Siegfried).
SANKT FIDELIS, 10 (1922) p. 7-32: *Unsere Annuntiata. Das Altarbild im innern Chore der Kapuz. Kirche in Soloth.* (Magnus Künzle); 18 (1931) p. 99-100; 31 (1944) p. 56-61, *St. Franziskushaus-Geist.* (Arnold v. Liesberg).

— *Sorores Capuccinae* III Ord. Regul. Monasterium tituli SS. Nominis Iesu incolunt ex a. 1609.
BULLAR. CAP., IV, 365.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 176.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 378, 466.
GREIDERER, *Germania franc.*, II, 655.
ALEXANDER MÜLLER O. Cap. — *Zur dritten Jahrhundertfeier d. Klosterkirche SS. Nominis Iesu in Solothurn.* 1622-1922. (Aus dem « *Solothurner Anzeiger* » 1923).
SANKT FIDELIS, VIII (1919-20) pag. 251-261. *Schw. Maria Davida de Tolozan, Kapuzinerin des III Ord. in Solothurn* † 1841. (Adel. Jann.).

Solsona (*Coelsona*) in Prov. Catalauniae. — Prior Conventus a. 1582 in monte excitatus, relinquitur cum alter (1624) ad moenia conditus est. Ambae ecclesiae eodem gaudebant titulo SS. Stigmatibus S. Franc. Anno 1838 fratres nostri hunc locum reliquerunt.
BULLAR. CAP., V, 413.
STATUS PROV. CATALAUNIAE (1910) p. 62.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 356.

Solsona (*dioecesis*). Ab a. 1907 usque ad a. 1913 hanc *Celsonensem* D. administravit Aloisius AMIGÓ FERRER a Masamagrell, ex-Ord. Cap.

Solvang (California), Custodia provincialis *Status Foeder. Americae.* — Fratribus Prov. Hiberniae a. 1924 domus religiosa canonice erecta est eisdemque paroecia S. Agnetis V. et M. (vulgo *Santa Inés*) concredita est.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22 tab. XX.
ESTANISLAO, *Misión de Venezuela*, p. 435 ss
ENGELHARDT, Z., *Mission Santa Inés.* Santa Barbara, 1932.
ANALECTA CAP. 41 (1925) p. 14, 15.
FATHER MATHEW RECORD, 22 (1929) p. 18, 43.

Somalia anglica in Africa. — Ante an. 1891 ministerium apostolicum in hac regione, non absque magna difficultate et mediocriter, exercebatur a capuccinis missionariis Vicariatus Apostolici *Galla*; an. 1891 idem munus con-

creditum fuit missionariis Vicariatus Apostolici *Arabiae* (Aden). Omnia prospere procedebant iamque florebant duae stationes *Berbera* et *Hodeida*, sed an. 1910, civilis gubernatoris iussu, missio derelinqui opus fuit. Tunc missionarii se transtulerunt *Gibuti*, in Somalia Gallica, ubi an. 1914 Praefectura Apostolica erecta fuit. Catholici Somaliae Anglicae identidem a vicinis missionariis visitantur.

CLEM. A TERZORIO, *Man. hist.*, p. 138, 279.
ANGELO MIZZI [da Valletta], *La Missione somala e i missionari maltesi*, Malta, 1931,
CLARK TH. BERN. episc. O. Cap. — *L'exode de la Croix dans l'intérieur du pays Somali. Relation.* Flers-de-l'Orne, 1904.
IL VICARIATO APOSTOLICO *dell'Arabia*, Aden, 1949, cfr. pag. 18-31 (illustr.).
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 11 (1935) p. 364-69: *Die Kapuzinermission in Englisch-Somaliland.* (Cf. « Collectan. Franc. » a. 1937 p. 654 n. 64).

Somalia gallica in Africa, vide *Gibuti*

Sommariva del Bosco (*Summa Ripa*) in Prov. Pedemontana. — Vi Rescripti S. Congreg. Religios. d. 7 nov. 1936, noster Conventus, a. 1613 aedificatus cum ecclesia Nativitati B. M. V. dicata, omnino abrogatus est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 29 tab. III.
BULLAR. CAP., II, 452.
ANALECTA CAP., 53 (1937) p. 8.
NUOVA CROCIATA FRANC., a. 1925, p. 7 n. 31 130. — a. 1935, p. 135, 160.

Sommovico, vide *Somvix*

Somvix, ital. *Sommovico*, in Helvetia (Missio *Raetiae*). — Ab a. 1687 ad a. 1748, fratres nostri paroeciam huius loci administrarunt.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 124.
CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia*, cf. Ind.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 446 (Ind.)

Soncino (*Soncinum*) in Prov. Mediolanensi. — Conventus excitatus a. 1573 cum ecclesia Seraphico Francisco dicata, abrogatus est an. 1805.

BULLAR. CAP., II, 448.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 72-76, 650.

Sòndrio (*Sundrium*) in Prov. Mediolanensi. — Primus lapis huius coenobii positus est a. 1628 eiusque ecclesia titulo S. Maria Immaculata decorata est. Fratres ex eo eiecti sunt a. 1810.

BULLAR. CAP., II, 445.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 513.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 180.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 368-72.

Sonegiae, vide *Soignies*

Sophia et Philippopolis in Bulgaria. — Missio huius regionis incoepit circa finem saeculi XVI, quo tempore, opera Fratrum Minorum, aliquot fideles ab haeresi Paulicianorum ad fidem catholicam conversi sunt. Post multas persecutiones et vicissitudines an. 1841 curis Capuccinorum commissa est. Primus Praefectus Apost. fuit P. Andreas Canova a Garessio, qui deinde nominatus fuit Vicarius Apostolicus (1847), cum residentia in urbe Sophia. An. 1877, cum numerus catholicorum nimis exiguus esset, Vicarius Apost. Dominicus Reynaudi sedem transtulit Philippopolim (vide sub hac voce). — Stationes fundatae an. 1841: *Sophia, Philippopolis, Duvanlia, Kalaclia, Iitnitza, Miromir, Sekirovo;* fundatae a. 1846: *Belosem;* fund. an. 1885: *Burgas.* — Anno 1885 missio canonice visitata fuit a Ministro Gen. Bernardo ab Andermatt; anno 1920 iterum visitata fuit a Min. Gen. Iosepho Antonio a S. Io. in Persiceto. Decreto S. C. Religiosorum die 7 ianuarii an. 1913 tradita fuit commissariatui Croatiae; demum decreto Min. Gen. diei 15 oct. 1926 commissa est provinciae Tirolis Septentrionalis et ab an. 1928 provinciae Brixinensi.

Vicarii Apostolici ex Ord. Cap.

1847. Canova Andreas a Garessio
1867. Reynaudi Fr. Dom. a Villafranca (eius « Coadiutor » ex a. 1880, Menini R.)
1885. Menini Robertus a Spalato (eius « Coadiutor » ex a. 1912, Pejov Cletus)
1916. Pejov Cletus a Baltaggia († 1941)

De his Vicariis Apost. ac de missionario *P. Samuele a Prato* († 1894) tractatur suo proprio loco.

BIBLIOGRAPHIA

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 52, tab. 23.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 26-36.
IDEM, *Le Missioni*, I, 301-407.
STEIDL, *Miss. d. Kapuz.*, p. 12-16.
Kalendar Sv. Kiril i Metodi (Sofia), an. 1939 p. 67-80; a. 1940 p. 114-128 (Breves not. biogr. omnium missionar. Cap. in Bulgaria).
PAULINUS A KALOJANOVO, *Necrologium Missionis bulgaricae FF. Min. Capuccinorum* (1842-1937). Bolzano 1937, pp. 23. — Cfr *Collectan. Franc.* 1941 p. 669 n. 430.
FRANC. DA VICENZA, *Missionari d. Prov. Serafica*, p. 75-85.
MENINI ROBERTO, episc., *Relazione sullo stato del suo apostolico Vicariato* (1890-91). Milano 1891 pp. 24.
ETUDES FRANC. 32 (1914) p. 67-97, *Odyssée du fr. Etienne de Goudargues, fusillé à Metz le 6 Juin* 1798 (P. Armel).

Stephanus ab Olot. Provinciae Catalauniae concionator et lector eximius. Natus an. 1774 e domo *Fabriga*, habitum sumpsit an. 1789; obiit anno 1828. Efficax consiliarius et director spiritus extitit B. Ioachimae de Vedruna († 1854), institutricis *Sororum Carmelitarum a Caritate*, quae usque ad an. 1826 nuncupabantur *Minores Sorores paenitentiae S. Francisci*. Praefati instituti Constitutiones conscripsit quae postea approbatae fuerunt ab Apostolica Sede. Quapropter Sorores Carmelitae a Caritate eum tamquam confundatorem propriae congregationis retinent et nostrates eamdem institutionem ut virgultum seraphicae arboris considerant.

FRANCISCALIA (Barcelona 1928), p. 231.
ANDREU, *Iconogr. de Catalunya*, I Serie, p. 65 n. 85, p. 67 n. 90.
BASILI DE RUBI, *Necrologi*, p. 195.
IGNACIO DE PAMPLONA, *Vita de la ven. J. Vedruna de Mas.* Vich 1926, pp. 224 (passim de P. Stephano) cfr. recens. apud *Archivo Ibero-Amer.*, a. 1926, p. 138.
NONELL J., *Vida y virtudes del P. Esteban de Olot.* Barcelona, 1892.
ADALID SERÁFICO (Sevilla), a. 1900, p. 280-82.
ANALECTA CAP. 51 (1935) p. 225 s. (Notitia de P. Stephano eiusque relatio cum B. Ioachima de Vedruna).
CATALUNYA FRANC., a. 1928, p. 164, 199, 246.

Stephanus a Zagreb, alumnus prov. Styriae, laboribus evangelicis strenue navavit († 1742). Conciones varias edidit, idiomate croatico, in quinque voluminibus sub titulo: *Pabulum spirituale* (1715-1738).

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 693.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 56.
BERNARDUS, *Bibl. Script.* p. 235.
MAVRICIJ, *Samostansko Zivljenje*, p. 117.
DUKAT VLADOJE, *Sladki naš kaj* (Zagreb, 1944), p. 160-162.
ŠKREBLIN IV., *Pastorizacija u Zagrebu kroz* 18-19 stol. (1944), p. 791-792.
ŠURMIN GJ., *Povijest književnosti hrvatske i srpske* (1898), p. 137.

Sterkrade, in prov. Rhenano-Westfalica. — Conventus ibi extat ab a. 1900: ecclesia dicata est Assumptioni B. M. V.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. XV.

Sterlicco, vide *Maria Magdal. Sterlicco.*

Sterzing, vide *Vipiteno*

Steyr (*Styra*) in Prov. Viennensi in Austria. Conventus S. Mariae Magdalenae a. 1617 vel 1627 conditus, abrogatus est Iosepho II imperante a. 1781.

BULLAR. CAP., IV, 379.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 89.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.

Stilo (*Stylum*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — Conventus a. 1550 fundatus cum ecclesia dicata S. Mariae de Burgo, derelictus est vi legis suppressionis Ord. religiosorum a. 1867.

BULLAR. CAP., III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. di Reggio*, p. 34.
ITALIA FRANC., 23 (1948) p. 227.

Stiria, vide *Styria*

Stock, vide *Norbertus a Tux*

Stockach, in prov. Rhenano-Westfalica. — Fratres prov. Austriae Anterioris, ibi conventum exstruxerunt a. 1719. Ab eo expulsi sunt fratres primis annis saec. XIX.

BULLAR. CAP. IV, 366.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 197-205.
COLLECTAN. FRANC. 12 (1942) p. 142 nn. 371, 394, 396 (not. bibliogr. *Pfeifer, Baier, Zierler*).

Stolberg, in prov. Rhenano-Westfalica. — Ibi morati sunt fratres nostri ex a. 1737 ad a. 1802, in quo expulsi sunt.

BULLAR. CAP. IV, 323-24, 383; VIII, 86 (n. 76).
KILIAN, *Rheinberg u. d. Kapuz.* p. 108.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, p. 183, 219, 434.

Strasbourg (*Argentoratum*) in Alsatia. — Dum gallica eversio a. 1791, viros religiosos expellit, Capuccini binos habebant Conventus: alter a Prov. Helvetica a. 1684 fundatus prope arcem cum ecclesia S. Ludovico dicata, et ante an. 1800 dirutus; alter minore forma erat in urbe prope ecclesiam S. Barbarae, quae nostratibus data erat a. 1738. Praesens Conventus, seu Collegium S. Fidelis a Sigmaringa, in suburbana regione situs (vulgo *Koenigshoffen*, lat. Regiscuria) anno tantum 1892 excitatus est a Prov. Rhenano-Westf., et a. 1919 ad Prov. Alsatiae transiit, quae nunc *Strasburgensis* vocatur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 40 tab. XIII.
BULLAR. CAP., V, 409.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 585.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 347-49.
50. JAHRE *Kapuz. i. Elsass* (1938) p. 33-48.
ARMEL, *Capuc. d'Alsace*, p. 5, 36-64, 139-48.

ARCHANGELUS V. ALTDORF, *Die Kapuziner in Strassb.* 1681-1791; in « *Archiv für Elsäss. Kirchengesch.* » 2. Jahr. 1927, p. 241-310
ANALECTA CAP. 19 (1903) p. 303, de Colleg. S. Fidel.
SERAPHISCHE *Kloster- und Missions-Schule Collegium S. Fidelis. Jahresbericht.* Strassburg 1899-1914.

Strasburgensis Provincia in Gallia, olim *Alsatiae Prov.* nuncupata. — Ex an. 1603, Prov. Helvetica, quae et Alsatiam comprehendebat, plures Conventus fundaverat in hac regione. Sed Alsatia interim ex Helvetia dismembrata est prius ut *Custodia* (Decr. gener. 25 iunii 1726), postea ut *Provincia* per Breve Bened. XIII d. 14 al. 16 dec. 1728, quae Provincia a. 1754 enumerabat Conventus 14 et Religiosos 347. Post gallicam subversionem (1789) haec Provincia a. 1888 revixit tamquam pars Prov. Rhenano-Westfalicae, et a. 1920 (Decr. d. 11 febr.) ut Commissariatus Prov., qui denique a. 1934 denuo fit Provincia et ab an. 1938 *Strasburgensis* nuncupata. Huic Provinciae concredita est Praefectura Apost. de *Ambanja* in Madagascar, cui adnexae sunt insulae Mayotta, Nossi-Bé, Comora.

Index Conventuum et Hospit. qui in territorio hodiernae Prov. Strasburgen. a) *nunc exstant*: Bitche, Chaumont, Cité Jeanne d'Arc (Saint Avold), Colmar, Dusenbach (Ribeauvillé), Hirsingue, Moulins-les-Metz, Strasbourg, Weiler (Wissembourg).

b) *sunt derelicti:* Bar-le-Duc, Belfort, Blâmont, Blancherupt, Blotzheim, Bruyères, Charmes, Châtel-sur-Moselle, Commercy, Dieuze, Ensisheim, Epinal, Etain, Fort-Louis, Haguenau, Joinville, Kientzheim, Landser, Langres, Ligny, Lunéville, Marsal, Metz, Mirecourt, Molsheim, Nancy, Neuf-Brisach, Neufchâteau, Obernai, Phalsbourg, Plombières, Pont-à-Mousson, Rambervillers, Remiremont, Saint-Dié, Saint-Dizier, Saint-Michel, Saint-Nicolas, Sarrebourg, Sarreguemines, Sélestat, Soultz, Surbourg, Thann, Thiaucourt, Thionville, Toul, Trois-Epis, Verdun, Vézelize, Vic-sur-Seille, Wasselonne, Weinbach, Wissembourg et nuperrime (1950) *Sigolsheim.*

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore (cf. « Catalogus I vel II Commissariatus Prov. Alsatiae, a. 1925, 1933. — P. Archangelus, Die Min. Prov. der Elsäss. Kapuzinerprov. 1716-1795, in *Archiv für Elsäss. Kirchengesch.* I, 1926, p. 295-326).

Columbanus ab Ensisheim: 1716 Com. Gen.
Patritius ab Hegenheim, Com. Gen. 1727; Prov. 1729, 1735, 1741.
Bonagratia ab Hochstatt: 1732, 1738.
Simeon ab Obernai: 1744.
Donatus a Soultz: 1747, 1753.
Fintanus a Dambach: 1750.
Casimirus a Bartenheim: 1756, 1762, 1768, 1777.
Ios. Ant. a Kaysersberg: 1759, 1765, 1771.
Marinus ab Ingersheim: 1774, 1780.
Hartmannus ab Hochfelden: 1783, 1789, 1795
Christianus a Kientzheim: 1786, 1792.

— Post gallicam subversionem:
Armandus a Minwersheim: 1920, 1923, 1929, 1932.
Anthimus a Niederhaslach: 1926.
Cyprianus a Boersch: 1935, 1938.
Bonaventura a Mulhouse: 1945, 1948.

Religiosi huius Provinciae de quibus tractatur suo proprio loco

Adolphus a Wingen, Praef. Ap. 1937.
Bernardinus a Siéviller, Praef. Ap. 1945.
Callistus a Geispolsheim, Praef. Ap. 1932.
Christianus a Kientzheim (flor. 1792)
Hartmannus ab Hochfelden († c. 1800)
Ios. Anton. a Kayserburg († 1777).

Bibliographia

BULLAR. CAP., V, 128, 227-233.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 40, tab. XIII.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 428-36.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. III, 205 ss. Missiones), cfr. etiam Index.
50. JAHRE *Kapuziner im Elsass* (1888-1938). Strasbourg. 1938. Cfr. Collectan. Franc.: *Bibliographia Franc. an. 1938-39*, n. 3124, p. 610*.
CATALOGUS I *Ord. Cap. Commissariatus Prov. Alsatiae.* Strasbourg 1925. — CATALOGUS II. Ibid. 1933. — CATALOGUS III, Ibid. 1947.
ARCHANGELUS VON ALTDORF, vide infra *Archiv.*.
ARMEL D'ETEL, *Les Capucins d'Alsace pendant la Révolution.* Strasbourg, 1923 pp. 352 (cfr. recens. ap. *Archiv. franc. Hist.* a. 1926, p. 111. — *Revue Hist. franc.* a. 1924, p. 390).
IDEM, *Les Capucins du Diocèse de Metz pendant la Révolution*, Strasbourg 1932.
GRATIAN VON LINDEN, *Die Kapuziner in Elsass einst u. jetzt*, Freiburg i. Br. 1890.
ANALECTA CAP. 38 (1922) p. 93 ss.: *de Commiss. Alsatiae hist.* — 50 (1934) p. 293: *Commiss. in Prov. erigitur.* — 52 (1936) p. 97, 129 ss. 327 (de *Periodicis* a Prov. editis). — 54 (1938) p. 200, decret. quo Prov. nomen mutatur (cf. etiam *Index Gener.* voll. 1-50, 1884-1934, p. 173: *Alsatia*, p. 186: *Lotharingia*).
ARCHIV FÜR ELSÄSS. KIRCHENGESCH., 1 (1926) p. 295 326, *Die Ministri Prov. der Elsäss. Kapuzinerprovinz* 1716-1795 (Archang. Altdorf) — 3 (1928) p. 384-85, *Elsäss. Kapuzinermissionare im 17 u. 18 Jahrhund.* (Idem) — 7 (1932) p. 301-338, 387-390, *Die Elsäss. Kapuzinerprov. während der französischen Revolution* (P. Archangel. et M. Barth).
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 19, 197, 202.
SANKT FIDELIS, VI (1917-18) p. 159-168: *Auswärtige Klöster d. schweizer. Kapuz. Prov.*, II. *Die Elsässische Prov.* (Anastasius Bürgler v. Illgau).
L'AMI DE NOS FAMILLES *Der Familienfreund* Revue mensuelle publiée par les PP. Ca-

pucins. 22 année ss. Strasbourg 1946. (vide infra: *Seraphischer Kinderfreund*).

ESTO FIDELIS (Bulletin) — *Trait d'union des FF. Capucins de la Prov. de Strasbourg*, 1946 ss.

RENCONTRES. *Bullettin trimestriel des Etudiants de la Prov. de Strasbourg*. Strasb. 1946 ss.

SAINT-FRANÇOIS CHEZ NOUS — Revue Tertiaire mensuelle, editée par les PP. Capucins. Strasbourg 1946 ss.

SANKT FRANZISKUS BLATT — (Periodicum pro Tertiariis et fautoribus Missionum). Strasbourg 1919-1939.

SERAPHISCHER KINDERFREUND — *L'Ami de nos enfants*. Strasbourg 1919-1939 (vide supra: *L'Ami de nos Familles*).

* — Quoad *Ephemerides* a Capuccinis huius Provinciae editas vide sub v. Periodica

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Caeremoniale ad usum FF. Capuccinorum Prov. Alsaticae. Argentorati, 1755.

CAMILLE DE WALDHOUSE, *Petit manuel de pieté à l'usage des Lorrains*, Bitche 1947.

Straubing, in prov. Bavarica. — Fratres nostri ibi morati sunt ab an. 1614 probabilius usque ad initium saec. XIX. Ecclesiae titulus: S. Ioseph.

BULLAR. CAP. IV, 374.
SILVEST. MEDIOL. *Annales*, p. 48.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 55.
CHRONICA BAVAR. PROV. p. 14.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 49-51.

Stróngoli, in Comm. Consentino Calabriae. — Conventus, qui aedificatus erat a. 1614-17 cum ecclesia S. Francisco Assis. dicata, an. 1783 relinquitur.

BULLAR. CAP., III, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 416.

Strozzi Bernardus, *pictor*, vulgo «*Il Cappuccino Genovese*» nuncupatus. — Genuae ortus a. 1581, adulescens artium pulchrarum studiis vacavit, in quibus, mirum in modum eluxit. Septimum supra decimum annum agens Fratrum Capuccinorum habitum in Conventu S. Barnabae Genuensi sumpsit. Sacerdotio auctus, a. 1610 S. Sedes ut habitum ecclesiasticum ad tempus indueret et domum reverteret parentibus subveniendi causa benigne ei indulsit. Post matris obitum (1630), venia obtenta, per aliquot menses reditum suum in Conventum distulit, verumtamen, ut quae ecclesiastici Superiores in eum decreturi forent effugeret, Venetiis se secessit. De quibus *casibus* quidam rerum scriptores *mendose* vel etiam *fabulose* dixerunt. Venetiis, B. Strozzi habitum presbyteri saecularis non deposuit et artem suam prosequutus est, immo et in melius duxit. Obiit die 2 augusti 1644, et in ecclesia S. Fuscae (*S. Fosca*) inhumatus est. In eius tumbali lapide legitur: «*Bernardus Strotius — Pictorum splendor — Liguriae decus — Hic iacet*». — Eius opera passim in Ecclesiis vel in publicis et privatis collectionibus per Italiam vel per exteras regiones inveniuntur. — De B. Strozzi eiusque operibus omnes scriptores artium disserunt, at hic, brevitatis causa, praesertim scriptores Ordinis nostri adnotantur.

LIBER MEMORIALIS O. CAP. (1928) p. 194 s.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, I, 288-97.
BÉNÉZIT E., *Dictionn. des Peintres*, III, 845.
DELOGU G., *Di alcuni dipinti inediti dello Strozzi*, in «L'Arte», 32 (1929) p. 27-32.
FIOCCO GIUS., *Bernardo Strozzi. 24 Riproduzioni con testo e Catalogo*. Roma 1921 (Bibliot. d'Arte illustr. Serie I, fasc. 9).
IDEM, *B. Strozzi a Venezia;* in: *Dedalo*, II, (1920-22) p. 646-665.
GOERING MAX, *Un capolavoro dello Strozzi* (Davide e Golia), in *L'Arte*, N. S. t. X, 1939, p. 26-28.
GROSSO O., *Note e appunti su B. Strozzi*, in «Rassegna d'Arte» IX, 1922, p. 155-163.
IDEM, *B. Strozzi a Genova*, in «Emporium» 57 (1933) p. 243-256.
LAZAREFF V., *Beiträge zu B. Strozzi*, in: «Münchner Jahrb. d. bild. Kunst» n. s. VI, 1929, p. 11-30.
TITO DA OTTONE, O. CAP., *Bernardo Strozzi (Il Cappuccino)*. II ediz. Genova 1940, 99 pag. cum fig. (de vita et arte B. Strozzi, eiusque operum Elenchus et Bibliographia) Cfr. *Collectan. Franc.* a. 1941, p. 532.
COLLECTAN. FRANC. 11 (1941) p. 532. — 12 (1942) p. 290 n. 612 (Recens. libr.).
FLORECILLAS DE S. FRANC. (Totana) a. 1927, p. 245-48: *Los «San Franciscos» de B. Strozzi* (P. Agustin de Albocacer).
S. FRANC. D'ASS. (period. VII Centen.) V, 1925, p. 244-48: *S. Francesco nell'arte di B. Strozzi*. (F. Giusta, Min. Conv.).
IL SANTO (Padova), II, 1929, p. 24-29: *San Antonio di Pad. nell'arte di B. Strozzi* (G. Fiocco).
VERDAD Y CARIDAD (Pamplona), 1943, p. 213-16, *Cómo vió Strozzi a S. Francisco*. (Fernando de Mendoza).

Stuart Henricus Benedictus, Dux Eboracensis, *Cardinalis* titulo S. Maria in Porticu, ortus a. 1725, obiit die 13 iulii 1807. — *Protector* Ordinis Capuccinorum a. 1793 nominatus, difficillimis tempestatibus vertentibus pro Ordinibus religiosis, de bono Fratrum mirabiliter fuit sollicitus.

BULLAR. CAP., IX, 170, 205, (nota), 237, 241, 273, 309.
ANALECTA CAP. 4 (1888) p. 277-79: *Allocutio Card. Protect. in actu possessionis* (1 aug. 1793). — 12 (1896) p. 367 (de Card. Prot.)

Studenci (Conv.), vide *Maribor*

Studia seu evolutio et ratio studiorum in Ordine nostro. — I. *Normae generales*. — II. *Curriculum studiorum*. — III. *Studentes*. — IV. *Examina*. — V. *Bibliographia*.

I. Normae generales

Initio nostrae reformationis cura non erat de studiis, quia omnes proselyti assumebantur ab aliis familiis franciscalibus, vel iam concionatores, vel sacerdotes non studentes, vel laici. Ceteroquin potius ad vitam solitariam et contemplativam quam ad vitam activam et scientificam erat primis Capuccinis propensio. In *Constitutionibus* Albacinae (n. 6) ordinatur ne quis audeat introducere studia litteraria, sed tantum legantur *S. Scripturae* aliique devoti auctores, qui doceant Christi crucem amare et amplecti. Permittitur tamen praedicatoribus ut studeant.

Paulatim vita mixta praevaluit ita ut iam *Constitutiones* anni 1535-36 provide ministeria apostolatus commendarent et ad haec fructuosius obeunda permitterent institutionem studiorum *grammaticae* et *theologiae;* quin etiam Bernardinus ab Asti cogitavit de erigendo studio generali Mediolani sub directione celebris P. Francisci Titelmans, qui tamen, ideis fratrum spiritualium imbutus, officium suscipere renuit.

Nihilominus vera studia non exstitisse videtur usque ad an. 1564. Hoc anno, iuxta Concilii Tridentini decreta, Capitulum Generale statuit quod in singulis provinciis instituerentur studia *S. Scripturae* et *theologiae*. Quandoquidem autem non omnes provinciae, ob exiguum studentium numerum vel ob lectorum defectum, propria studia habere non poterant, Capitulum Generale an. 1567 decrevit erectionem *studiorum generalium*: 1) Romae (1567) sub doctissimo theologo P. *Hieronymo a Pistoia* († 1570), 2) Aversae, 3) Neapoli, 4) Reate, 5) Genuae (1570), 6) Brixiae (1570), 7) Firmi, 8) Bononiae, ubi ab an. 1585 docuisse videtur clarissimus theologus hispanus *Petrus Trigosus*.

Novum incrementum studia habuerunt cum anno 1575 a Constitutionibus statutum est ut in singulis provinciis haberentur devota studia tum *positivae grammaticae*, cum *S. Scripturae et ceterarum* scientiarum, quae necessariae sunt ad meliorem cognitionem *scholasticae theologiae* et ipsarum *divinarum Scripturarum.* Inter scientias scitu necessarias imprimis considerabatur *philosophia*, quae tunc complectebatur *logicam, physicam, metaphysicam* et aliqua *elementa naturalium scientiarum*; theologia autem complectebatur *dogmaticam, S. Scripturam* et *moralem*. Huiusmodi disciplinis a Capitulo Gen. an. 1656 additum est studium *linguarum graecae et hebraicae* pro iis qui inter haereticos versantur vel actionem apostolicam inire cupiunt. Anno demum 1691 praescribitur in diebus dominicis solutio *casuum conscientiae* ad quam admittendi etiam sunt sacerdotes non studentes qui privilegio gaudeant confessiones excipiendi.

Subsequentes Capitulorum Generalium *Ordinationes* constanter premunt observantiam praecedentium statutorum quin aliquid novi circa studia urgeant. Post civiles etiam perturbationes labentis saeculi XVIII et ineuntis saeculi XIX studia restituta sunt simpliciter iuxta antiqua statuta. Capitulum vero Generale a. 1837 decrevit ne aliquis admitteretur ad studium philosophiae nisi prius humaniores litteras cum rhetorica didicisset et ut cursus theologicus complecteretur *S. Scripturam, dogmaticam, moralem, ius canonicum, historiam ecclesiasticam, patrologiam, pastoralem* et *eloquentiam* (per integrum annum).

Anno 1907 S. Congr. Episc. et Regul. seminariorum programmata conformavit programmatibus civilibus et ex eo introducta est triplex distinctio: *gymnasium, lyceum, theologia.* Minister autem Generalis Pacificus a Seggiano die 12 oct. 1908 humaniora studia omnino conformari iussit novis S. Congr. dispositionibus; gymnasium vero absolvi permisit etiam post novitiatum (*Analecta*, 1907, p. 229).

Summam praecedentium dispositionum exhibent *Constitutiones* an. 1909 editae (c. IX, nn. 168-82). In eisdem insuper praescribuntur lectiones *iuris regularis cum expositione S. Regulae, liturgiae* et *theologiae pastoralis.*

Constitutiones editae anno 1926 iuxta novum Codicem iuris (1917) addunt (n. 186) studium *theologiae ascetico-mysticae, historiae Ordinis* et *cantus ecclesiastici* cum exercitationibus practicis praesertim de ratione tradendi pueris aliisve catechismum, audiendi confessiones, visitandi infirmos atque assistendi moribundis. Examina eorumque methodum praescribunt (n. 188); doctrinam S. Bonavent. et S. Thomae commendant (n. 191); selectos iuvenes mittendos esse monent ad Collegium Internationale S. Laurentii in Urbe vel ad alias universitates cum licentia Ministri Generalis (n. 201); *seminaria seraphica* in qualibet provincia urgent pro humanioribus disciplinis quae praecedere debent studium philosophiae (n. 182); singulas domus praescribunt quatenus possibile est pro studiis philosophiae et theologiae (n. 183). Toto curriculo studiorum clerici committuntur curae speciali *Directoris*, qui dotibus in Magistro novitiorum requisitis praeditus sit oportet (n. 184).

Novas ordinationes studiorum luculentissime illustravit Rev.mus P. Min. Gen. Venantius a Lisle-en-Rigault litteris circularibus *De studiis philosophicis et theologicis* (*Analecta*, 1920, p. 12-32; 42-100) quae optimam rationem studiorum exhibent.

Circa alia documenta Superiorum generalium relate ad Studia vide infra sub num. V (*Bibliographia*, litt. a).

II. Curriculum Studiorum

Primis temporibus tempus curriculi studiorum non idem ubique statutum erat, sed relictum fuisse videtur ad arbitrium Superiorum Provinciae. Prima vice idem tempus determinatum fuisse videtur pro omnibus Provinciis a Capitulo Generali an. 1613, a quo

praescriptum fuit ut studium philosophiae tribus annis absolveretur, studium theologiae quatuor annis (*Monum. ad Const.*, p. 477). Capitulum vero Gen. an. 1733 eloquentiam seu rhetoricam docendam esse permisit vel per integrum annum post expletum septennium studiorum, vel per integrum annum post alterum annum philosophiae, theologiam autem moralem per integrum quartum theologiae annum (*Monum. ad Const.*, p. 480). Anno 1847 tempus sacrae eloquentiae impendendum Capitulum Gen. protraxit ad duos annos; ad unum tantum denuo perstrinxit Capitulum Gen. an. 1884 (*Monum. ad Const.*, p. 481). Capitulum demum an. 1887 decrevit ne aliquis admitteretur ad philosophiae studium nisi prius humaniores litteras cum rhetorica didicisset et post cursum theologicum sacram eloquentiam per annum integrum legendam esse iussit.

Anno 1908, triplici distinctione *gymnasii*, *lycei* et *theologiae* introducta, pro gymnasio tempus 5 annorum praescriptum fuit (programma pro gymnasio tunc statutum habetur in *Monum. ad Const.*, p. 51); pro lyceo 3 annorum; pro theologia vero 4 annorum, firmo permanente statuto eloquentiae per integrum annum studendi post cursum theologicum. Huiusmodi praescriptio *Constitutionibus* an. 1909 inserta fuit.

Hodiernae *Constitutiones Generales* praescribunt (art. 186) ut studium philosophiae cum scientiis affinibus tribus annis perficiatur; cursus vero theologicus integro quadriennio contineatur. Post autem quartum theologiae annum fere in omnibus Provinciis per integrum annum eloquentiae studetur et in aliquibus Provinciis introductus etiam est quartus philosophiae annus (ex. gr. in Provinciis Venetiarum et Apuliae). Minister praeterea Generalis Vigilius a Valstagna litteris datis die 1 sept. 1932 (*Analecta*, 1932, p. 203) iussit ut nostrates ad *Universitates* admitti possent tantum post ordinarium studiorum curriculum in Provincia expletum.

III. Studentes

Ante studiorum institutionem concionatoribus tantum studium permittebatur; post institutionem studiorum, an. 1575 statutum est ut, per scrutinium secretum, ii tantum clerici ad studia promoverentur, qui, novitiatu expleto, per duos saltem annos virtutum exercitio studiis se dignos exhibuissent (in peculiari domo, quae, ut proprio loco dicitur, ab an. 1602 *seminarium* noncupari coepit) optimoque ingenio praediti essent. Ceteri autem clerici ad studia non idonei *clerici et sacerdotes non studentes* dicebantur atque per varias domus destinabantur ad opera varia obeunda.

Studiorum domus simpliciter appellabatur *studium provinciale* vel *generale*. Ad aliquod studium erigendum requirebatur idoneus lector et non nimis exiguus numerus studentium. Capitulum Gen. an. 1747 monuit studium non esse erigendum quin constitui posset octo vel saltem sex studentibus (*Analecta*, 1892, paginae 172-73). Si in aliqua provincia lector idoneus non inveniretur vel nimis exiguus esset numerus studentium, hos mittere oportebat ad aliquod studium provinciale vel generale extra propriam provinciam. Novissimae quoque *Constitutiones* (art. 183) similiter exigunt quod si in aliqua provincia studia rite instaurata haberi nequeant, Minister Generalis huic defectui provideat, ad normam iuris, studentes potissimum mittendo ad recte ordinatam sedem studiorum alius provinciae.

Olim promotio ad studia rigorosa admodum erat eo etiam fine ne lectores et concionatores nimis multiplicarentur et ex eorumdem privilegiis damnum pateretur regularis observantia (*Bullar. Cap.* VIII, 270 ss.).

Post Ordinis restitutionem, prima medietate saeculi XIX, non iam admitti consueverunt clerici non studentes et proinde neque sacerdotes non studentes. Capitulum demum Generale anni 1884 statuit, absque distinctione, ut post novitiatum clerici statim ad studia promoverentur (*Analecta*, 1886, p. 230).

Ut aliquis *clericali* militiae adscriberetur olim solummodo requirebatur ut apposite legere noverit (*Capit. Gen* an. 1549; *Analecta*, 1889, p. 74); anno 1726 Capit. Gen. statuit ut nemo ad statum clericalem reciperetur nisi bene latine loqui noverit; Capitulum tandem Gen. an.1884 similiter statuit quod nemo admitteretur ad statum clericalem, nisi praemisso examine praesertim de litteratura patria et lingua latina coram Ministro Provinciali vel duobus Patribus per Ministrum Provincialem designandis. Haec regula viguit donec, an. 1931, statutum est a Definitorio Generali ut nemo ad novitiatum inter clericos admitteretur nisi expletis studiis gymnasialibus (*Analecta*, 1931, p. 86).

Ut aliquis ad *studium* admitteretur cum primum studia publica instituta sunt, anno scilicet 1564, nulla conditio determinata fuit a Capitulo Generali (*Monumenta ad Const.*, p. 470); a *Constitutionibus* vero an. 1575 promulgatis (cap. IX, p. 88) statutum invenitur ut ii tantum Fratres a Vicario Prov. et Definitoribus vel a Vicario Generali promoveri possint quos invenerint caritate ferventes, moribus optimos, humiles et sanctae conversationis atque aptos ad discendum. Promotio autem fieri debet scrutinio secreto et nemo ad studium logicae et philosophiae admitti debet, nisi, praeter optimos mores, fuerit professus a duobus annis. Clerici non tam moribus optimi vel grossioris ingenii minime possunt ad studia promoveri, quod si iam promoti inventi fuerint indigni vel inepti, statim a studio removendi sunt.

Capitulum Gen. an. 1726 ut aliquis posset promoveri ad studium exigendum quoque statuit ut candidatus bene loqui sciret. Huiusmodi praxis viguit donec, gymnasio introducto, anno 1908 admitti consueverunt inter

clericos iuvenes moribus probati post tertium saltem gymnasii annum. Anno vero 1931, ut iam supra dictum est. Definitorium Generale die 6 martii decisionem edidit (*Analecta*, 1931, p. 86) ut nemo ad novitiatum inter clericos admitteretur nisi expleto gymnasiali cursu.

Studentes ad omnes actus vitae communis tenentur; primitus autem disciplinae proprii lectoris immediate subiecti erant; aucto vero numero lectorum, curae peculiaris *directoris* commissi sunt, qui tum de eorum externa disciplina cum de spirituali eorum profectu solicitus esse debet.

Ad studia promoti ab iisdem iterum removeri possunt si notabiliter studium neglexerint vel defecerint a choro, vel ab oratione aliisque spiritualibus exercitiis aut deliquerint externa immortificatione vel irreverentia erga superiores et lectores (*Capit. Gen.* an. 1667). *Constitutiones* hodiernae (art. 190) ut quis removeri possit a studiis simpliciter exigunt ut studia aut exercitia spiritualia neglexerit neque admonitus se emendare studuerit.

Nota. De Lectoribus, modo speciali agitur sub verbo *Lectores*.

IV. Examina

Antiquior de examinibus lex, implicite saltem, exhibetur a *Constitutionibus* editis an. 1575 in quibus statuitur ut ad studia grammaticae, sacrarum litterarum aliarumque scientiarum necessariarum pro cognitione sacrae theologiae a P. Vicario Provinciali eiusque Definitoribus vel a Patre Generali promoverentur, scrutinio secreto, ii tantum Fratres *quos invenerint* moribus optimos et *ad discendum aptos;* ad studium tamen logicae et philosophiae solummodo post duos annos ab emissa professione candidati admitti possunt. Edicitur insuper ineptos vel indignos a studiis excludendos esse quandocumque tales cognoscantur (*Cap.* IX, p. 88).

Ante annum 1733 experimentum pro admissione ad studia fieri consuevit per concursum coram quinque examinatoribus; anno vero 1733 statutum fuit ut haberetur coram novem examinatoribus (*Analecta*, 1892, p. 124).

Praeter examen admissionis Capitulum Gen. an. 1596 urget *quotannis* examen circa vitam et mores studentium una cum exclusione eorum, qui plena grammaticae intelligentia carent, a studio. Anno 1608 Capit. Gen. praecepit intra biennium religionis examen de iuvenum sufficientia in litteris; de illorum vero moribus singulis annis (*Monum. ad Const.*, p. 474). Insuper Capit. Gen. an. 1643 iubet ut studentes antequam a logica ad philosophiam ascendant sedulo examinentur *circa logicam;* antequam a philosophia ascendant ad theologiam sedulo examinentur *circa philosophiam;* nec licentiam habeant ab una facultate ad aliam transeundi nisi satis in praecedenti sint instructi. Si quis minus idoneus reperiatur et hebetis ingenii, a studio amoveatur, vel admittatur tantum ad *studium theologiae moralis* (1698, 1733), quod anno absolvebatur, vel triennio ubi confessiones saecularium excipiebantur (1761). Facultas examina reparandi vel annum repetendi non dabatur. Remoti tamen ob indignitatem iterum, si emendati, admitti poterant cum licentia scripta P. Generalis (1618, 1625).

Praeter examina statuta pro transitu ab una ad aliam facultatem, Capitulum Generale an. 1633 iussit ut, curriculo studiorum expleto, examen praedicationis haberetur coram lectoribus aliisque Patribus ad id deputatis a Generali Ministro super quaestionibus ex libris Sententiarum depromptis et exitus examinum iuramento subscriptus Ministro Generali transmitteretur. Exitus examinum exprimebatur per verba *Optime, praeclare, sufficienter, insufficienter* (*Bullar. Cap.*, VIII, 273-74).

Praecedentia statuta circa examina confirmavit Cap. Gen. an. 1847 praecipiens ut ante studium philosophiae subeundum esset examen grammatices; ante studium theologiae examen philosophiae; ante studium sacrae eloquentiae examen theologiae universae; his autem praesideret Minister Prov. cum suo Definitorio collegialiter unito. Hoc praescriptum legitur etiam in Constitutionibus novissime editis (art. 188); praeter tamen examina descripta, praxis ubique inolevit examinum annualium, quibus pariter subiiciuntur alumni disciplinarum inferiorum seu quinquennalis cursus gymnasialis anno 1908 introducti (cf. huius cursus programma in *Monumenta ad Const.*, p. 51).

Integro studiorum curriculo expleto, iam ex statuto Capit. Gen. an. 1884 iuniores sacerdotes singulo quoque anno *per quinquennium* coram Provinciali Ministro aliisque doctis gravibusque Patribus examinari debent in diversis sacrarum scientiarum disciplinis antea designandis a Superiore Provinciali, necnon de Regula Primi ac Tertii Ordinis.

V. Bibliographia

a) *Acta Superiorum Generalium*

BULLAR CAP., VIII, 270... *Decretum Min. Gen.* (1757) *de studiis ordinate et fructuose peragendis;* X 159, *Schema reformationis studiorum in Ordine* componit P. Anastasius Hartmann; Cfr. etiam *Index Gener.* p. 803.

VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, cfr. Index p. 680 (*Studia, Studentes*).

IOS. ANTON. A S. IOAN. IN PERSICETO, *Acta quaedam S. Sedis et Min. Gen. de studiis S. Scripturae.* Romae, 1925.

SALVATORE DA OZIERI, *Regolamenti per gli studi dei Cappuccini.* Palermo, 1854, Bari, 1856.

ANALECTA CAP., 3 (1887) n. 102, 138: *Commentaria in Ordinationes Capituli Gen. an.* 1884 (quoad Studia); 17 (1901) p. 72-

81: *Litt. encyclicae P. Bernardi ab Andermatt* (de studio in Ordine fovendo); 36 (1920) p. 12, 42: *Litt. circulares P. Venantii a Liste-en-Rigault*, de Studiis; 38 (1922) p. 232-50: *Litt. encyclicae P. Ios. Ant. a S. Io.*, de Sacra Clericorum institutione et de studiis perficiendis; 41 (1925) p. 202-206: *Quaestionum series in visitandis Studiorum domibus servanda*; 46 (1930) p. 3-5: *Definitorii Generalis decisio* de quibusdam normis servandis in ratione Studiorum conficienda; 53 (1937) p. 117-34: *Litt. encyclicae P. Vigilii a Valstagna*, de religiosa iuvenum institutione; 55 (1939) p. 145-48: *Statutum pro iuvenibus scholas Universitatum adeuntibus* a Min. Gen. promulgatum.

— Cfr. etiam *Index Gen.* voll. 1-50 (1884-1934), p. 209.

b) *Opera generalia*

MONUM. HISTOR. O. CAP., cf. Ind. voll. II et VI.

BULLAR. CAP., t. X, cf. Ind. Gen. p. 803.

MELCHIOR, *Historia Ord. Cap.*, vol. I, 212-24, cfr. et Index gen. (*Studia, Studentes*); vol. II, 281, ss., cfr. etiam Ind. gen. (*Studia*, etc.).

IDEM, *La bella e santa Riforma*, p. 69-77.

CUTHBERT, *The Capuchins*, chap. XIV (vide etiam varias versiones ad capit. XIV).

HILARIN VON LUZERN (Felder), *Die Studien im ersten Jahrhundert des Kapuzinerordens*. Romae, 1929 (Ex « LIBER MEMORIALIS O. MIN. CAP. » Romae 1928). — *Versio gallica*, in ESTUDIOS FRANC., vol. 41-42 (1929-30) p. 202 ss. et in ETUDES FRANC., t. 42 (1930) p. 369 ss. — *Versio italica*, in ITALIA FRANC. 5 (1930) 59 ss.

AGATANGELO DA LANGASCO, *L'insegnamento professionale nei nostri Studi e nei nostri Seminari*. Genova, 1941.

EVARISTO CERIOLI DA OMBRIANO, *I Cappuccini e la Pedagogia*. Brescia, 1949.

GIOVENTU' NOSTRA. *Rivista pedagogica francescana*. Campobasso, Conv. dei Cappuccini, 1946 ss.

COLLECTAN. FRANC. 3 (1933) p. 161-81: *De spiritu studiorum franciscano*. (Hilarinus a Lucerna).

ETUDES FRANC. 13 (1905) p. 61-72: *Les Etudes dans l'Ordre de St. François*. (René de Nantes).

BRLEK MICHAEL, O.F.M., *De evolutione iuridica studiorum in Ordine Minorum* (usque ad an. 1517). Dubrovnik, 1942. 111 pp. — Cfr. ACTA ORD. MIN., 1942, p. 107; COLLECT. FRANC. 1946 p. 350-52.

FRANC. STUDIES, 24 (1943) p. 241-76: *Early Capuchin - Franciscan attitude towards studies*. (Marcello Manzo, O. Cap.)

THE MESSENGER (Calvary Prov.), XIII, 1950, p. 127-40 (ss.) *Clerical Training in early Capuchin history*. (Fr. Bertrand).

ROUND TABLE, 9 (reimpr. a. 1949), p. 72-84, *The Capuchins and Studies before Council of Trent*; 15 (1950) p. 118-31, *Capuchin Studies from Trent to 1619*. (Isidore Mausolf).

c) *Opera particularia*

MEMORIALE DEI CAPP. TOSCANI (1932), p. 569-94: *Studi di Liceo e Teologia nella Prov. Toscana*. (Cassiano da Castel del Piano).

ANDRÉS DE PALAZUELO, *Vitalidad seráfica*, II, 215-34 (Studia in Prov. Castellae).

BONAV. VON MEHR, *Predigtwesen*, cfr. Index p. 481, *Seminar*, p. 482, *Studien* (Prov. antiquae Coloniensis et Rhenana).

BUENAVENTURA, *La Prov. Cap. de Castilla*, t. I, cfr. Ind. sub v. *Estudios*.

GIOV. CRISOSTOMO, *Biblioteca Prov. di Venezia*, p. IX-XXXVI: Schema storico e indirizzi spirituali degli Studi della Prov. Ven.

JOHANN CHRYS. NIKLASCH VON MERAN, *Die Ordensstudien in der Tiroler Kapuzinerprovinz bis zur staatlichen Aufhebung 1783*. Innsbruck, 1939.

SALVATORE DA SASSO, *Il contributo della Prov. di Bologna per gli studi nell' Ordine Capp.*, in « L'ITALIA FRANCESCANA » IX, 1934, p. 299 ss.

VALDEMIRO, *Cappuccini Milanesi*, II, 187 nota 2 (Studio Generale a Milano, 1613).

ITALIA FRANC. 15 (1940) p. 204, 353; 16 (1941) p. 117, 170, 240: *Un secolo di studi dei Capp. toscani*. (Sisto da Pisa).

PROVINZBOTE TIROL. PROV., 1935, p. 64, 97, 139; *Kurze Gesch. unserer Hausstudien*.

Nota — Quod attinet ad *Statuta* et *Programmata* particularia Studiorum, cfr. *Bibliographiam* singularum Provinciarum sub speciali titulo: OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE.

Stühlingen (Stuelinga), in prov. Rhenano-Westfalica. Conventus a. 1732 conditus, et in primis annis saec. XIX abrogatus, denuo instauratus est a. 1928. Ecclesiae titulus: Translatio Domus Lauretanae.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. XV.

BULLAR. CAP. IV, 78, 366; VIII, 21; IX. 70.

ROMUAL. STOCKACEN. *Historia*, p. 205-12.

ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 36, Novitiat.

COLLECTAN. FRANC. 12 (1942) p. 143 nn. 387, 397 (not. bibliogr. *Brandeck* etc.).

Stürvis, in Helvetia (Missio *Raetiae*). Curam spiritualem ibi praestiterunt fratres nostri ab a. 1630 ad a. 1707.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 125.

CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia* (v. Ind.)

CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, I, 59. 61.

Stuttgart in prov. Rhenano-Westfalica. — Fratres Capuccini helvetici, in palatio Ducali hospitio recepti, apostolicum ministerium contra haereticos an. 1634-38 et iterum an. 1734-38, exercuerunt.

SCHWEIZER. KAPUZ. FESTSCHRIFT (1928) 52, 54.

ROMUALDUS, *Hist. Prov. Austriae*, p. 392.

Stylum, vide *Stilo*

Styra, vide *Steyr*

Styriae Provincia in Austria (1608-1921). E Provincia Austro-Bohemo-Styriaca a. 1600 constituta, a. 1608 regiones *Carinthiae, Croatiae, Carniolae* et *Istriae* avulsae sunt, ut novam Prov. Styriae formarent, quae prius recta est a Commissariis Gener., postea, ab a. 1619, a Ministris Provincialibus. Ita subcrevit haec Prov. ut a. 1754 conventibus 33 cum 770 viris religiosis constabat. At Iosepho II imperante (1780-90), plures Conv. supprimuntur, et quinque ex eis, inter quos: Zagabria, Fiume, a. 1783 *Custodiam* sui iuris, vulgo de *Croatia*, formarunt, ita ut a. 1816 Prov. Styriae tantum erant 13 Conv. — Denuo ex a. 1830 subcrevit, at post bellum europaeum (1914-18) Prov. Styriaca, politicis rebus suadentibus a Superioribus Gener. (decr. d. 30 dec. 1921) supprimitur, et eius conventus partim Prov. Viennensi, partim Prov. Venetae concrediti sunt, et qui in Croatia vel Slovenia exstabant, novam Prov. *Illyricam* constituerunt.

Index Conventuum, qui decursu temporis ad Prov. Styriae pertinuerunt: Bruck a. Mur, Celje, Cormons, Fiume, Gorizia, Gradisca, Gratz, Hartberg, Irdning, Kaniža, Karlobag Klagenfurt, Knittelfeld, Kranj, Krško, Leibnitz, Leoben, Ljubljana, Maribor, Murau, Mureck, Novo mesto, Ptuj, Radkersburg, Schwanberg, Skofia Loka, Sv. Križ, Tamsweg, Trieste, Zaraždin, Villach, Wolfsberg, Zagreb.

Series Superiorum Prov. addito eorum electionis tempore (cfr. « Schematismus Prov. Styriae » a. 1908, p. 77-80).

S. Laurentius a Brindisi: 1600, Commiss.
Fortunatus a Verona. 1608, Commiss.
Iustus a S. Giusto: 1613, Commiss.
Iosephus a Montecassiano: 1619, Min. Prov.
Basilius a Vicenza: 1621.
Silvester a Polcenigo: 1625, 1632, 1638, 1645. 1651.
Fulgentius a Trieste: 1627.
Basilius a Gorizia: 1629.
Ioachimus a Gratz: 1635, 1642.
Christophorus a Cividale: 1641, 1648, 1655, 1661.
Hyacinthus a Gratz: 1652, 1658, 1664.
Martinus a Radmannsdorf: 1666.
Ioachimus a Fiume: 1667, 1674, 1679.
Augustinus a Laibach: 1670, 1676, 1685, 1691.
Amandus a Gratz: 1682.
Angelicus a Trieste: 1688, 1696.
Hieronymus a Gradisca: 1693.
Lambertus a Niederdorf: 1696, 1704.
Antonius a Krainburg: 1701, 1707.
Martinus Bistricensis: 1710, 1716.
Christophorus a Gratz: 1713, 1719.
Marcellinus a Drauburg: 1718.
Aurelius a Gradisca: 1722.
Gotthardus a Gratz: 1725, 1731.
Benignus a Gratz: 1728, 1734, 1740, 1746.
Honorius a Nonsberg: 1737.
Weichardus a Gratz: 1743, 1749.
Iosephus a Gorizia: 1752, 1763.
Erhardus a Radkersburg: 1755, 1761.
Ionas a Murau: 1758, 1766.
Franc. Ant. a Gorizia: 1769.
Serapion a Murau: 1772.
Terentianus a Sv. Križ: 1775.
Severianus a Varaždin: 1779.
Gothardus a Gratz: 1781.
Chrysostomus a Wolfsberg: 1784-98.
Iulianus a Radkersburg: 1798.
Corbinianus ab Ehrenhausen: 1802-17.
Chilianus a Wolfsberg: 1817.
Cyprianus a Gorizia: 1823.
Franc. Anton. a Trieste: 1829.
Ioan. Bapt. a Gorizia: 1835.
Aloisius ab Idria: 1839, 1842.
Raphaël a Sv. Bartolomej: 1844, 1850, 1856.
Cherubinus a Sent Vid: 1847.
Angelus a Wolfsberg: 1853, 1859, 1865.
Norbertus a Thynhorsov: 1862, 1868, 1871, 1874.
Raphaël a Skofia Loka: 1876, 1885, 1894.
Ferdinandus a Längenfeld: 1879, 1882, 1888, 1891.
Fridericus ab Altlack: 1897.
Eduardus a Rudolfswert: 1900, 1903, 1912.
Donatus a Šent Vid: 1906, 1909, 1916-21.

Religiosi huius Provinciae
de quibus fit sermo sub eorum nomine

Minister Generalis
Erhardus a Radkersburg († 1798)

Scriptores, etc.
Amandus a Graz († 1700)
Antonius Zucchelli a Gradisca († 1716)
Antonius a Krainburg, concion. († 1727)
Franc. Ant. a Gorizia, script. († 1784)
Hippolytus a Novomesto, script. († 1722).
Rogerius a Ljubljana, conc. († 1728)
Stephanus a Zagreb († 1742)

Bibliographia

BOVERIO, *Annales*, II, 753 n. 3 (1605).
BULLAR. CAP., IV, 270-277, 381; X, 744.
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO O. CAP., ed. a. 1649 tab. 46; ed. a. 1712 tab. 62.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 545-47.
CATALOGUS *FF. Ord. Capuccin. Prov. Styriae* Goritiae 1864-1905.
SCHEMATISMUS *FF. Cap. Prov. Styriae*. Goritiae et Graecii, 1906-1920. — In fasc. a. 1908 cfr. p. 10-75: *Brevis historia Prov.* p. 77-80: *Elenchus Super. Prov.*
MAVRICIJ TERAŠ, O. C., *Samostansko življenje* [= De vita monastica], Ljubljani 1942. (cf. p. 111 ss. breves biographiae de FF. Cap. Prov. Styriae).
OTTO KOCJAN A LABACO, *Brevis historia Prov. Styriae*. Goritiae 1908.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 380, Status Prov. — 28 (1912) p. 375, Docum. quae servantur in Arch. Status Mediolani. — 38 (1922) p. 43-46: Suppr. Prov. (cf. et *Index Gener.* voll. 1-50, p. 194.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 204, 205 (de orig. Prov.).
« FRANZISKUS » (Linz) 4 (1929-30) p. 272.

307: *Werden und Wachsen d. ehem. Steirisch. Kapuz. Prov.*

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

IOANNES BAPT. MARBURGENSIS, *Rituale Seraphicum Capuccinum Provinciae Styriae*. Clagenfurti, 1778.

Suárez Michael a Santander, *episc.*, alumnus Prov. Castellae in Hispania. — An. 1744 natus, iuvenis ad Capuccinos venit. Qua scriptis qua exemplo sacrae eloquentiae arte excelluit. Fuit Qualificator S. Officii et regius consiliarius. A Pio VII a. 1803 Episcopus titularis *Amyzonensis* nominatus est et auxiliaris deputatus archiep. *Caesaraugustani* (Zaragoza). Obiit d. 2 maii 1831. — Plura edidit volumina, *Conciones, Sermones panegyricos* et alia de re ascetica pertractantia.

BULLAR. CAP., IX, 374.
RITRATTI CAPPUCC. ILLUSTRI, I, 152 ss.
ANDRÉS, *Vitalidad seráfica*, I, 269-75.
BUENAV. DE CARROCERA, *Necrologio*, p. 58.
JUAN B. DE ARDALES, *La Divina Pastora*, t. I (Sevilla 1949), p. 488-511 (not. biogr.).
MELCHOR, *Cap. en Castilla*, cf. Ind. (Michael a Santander).
ENCICLOPEDIA UNIV. (Espasa) t. 54, p. 218.
ARCHIVO IBERO-AMER. 3 (1915) p. 464 s. (Epist. B. Didaci Ios., 6 mart. 1801, ad P. Mich. Suárez).
ESTUDIOS FRANC. 22 (1919) p. 214-19.

Subiaco (*Sublacum*) in Prov. Romana. — Extra urbem nostri Conventus fundamenta iacta sunt a. 1575, qui paullatim postea absolutus est a. 1587. Ecclesia S. Barnabae Apost. sacra est.

BULLAR. CAP., II, 433.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 33 tab. VIII.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 58.

Substitutus Benefactorum. — Hoc nomine venit, in Ordine nostro, persona quae nomine et auctoritate piorum benefactorum nostrorum eleemosinas pecuniarias etc. ad subveniendum necessitatibus Fratrum destinatas recipit, conservat et expendit. Idem vir potest esse tum substitutus benefactorum, tum amicus spiritualis, tum syndicus apostolicus. Interdum, iuxta regiones, appellatur quoque Pater spiritualis Pater temporalis.

Vide etiam *Syndicus apostolicus.*

Sudeticus Commissariatus ortus est an. 1939, cum postestates germanicae irruerent in Bohemiam et territorium Sudeticum (linguae germanicae) a Cechoslovachia abscisserint. Anno 1942 Commissariatus numerabat 10 Domos et 51 Religiosos. Cum collapsu sic dicti tertii regni Germanici anno 1942 Cechoslovachia liberata est et sic desiit etiam Commissariatus ille provisorius Sudeticus. Confratribus expulsis, conventus an. 1945 aggregati sunt provinciae Bohemo-Moraviensi.

Series Conventuum: Bischofteinitz (Horšův Tyn), Brüx (Most), Falkenau (Falknof), Fulneck, Leitmeritz (Litoměřice), Maria Sorg, Reichenberg (Liberec), Reichstadt (Zákupy), Rumburg, Saaz (Zatec).

Commissarius primus et ultimus:
Thaddeus a Willersdorf (1939-1945).

ANALECTA CAP. 56 (1940) p. 38 (Commiss. erigitur); 57 (1941) p. 50-52 (statistica); 58 (1942) p. 38 (Statist.); 59 (1943) p. 40 (Statist.).

Suessa, vide *Sessa Aurunca*

Suevo-Imperialis Provincia orta est ex divisione Prov. Austriae Anterioris anno 1782. Iosephus II prohibuerat omnem relationem conventuum in ipsa Austria sitorum cum conventibus non-austriacis. Idcirco Minister Generalis quasi coactus processit ad erectionem provinciae Suevo-Imperialis, quam formavit ex 19 domibus dictae Prov. Austriae Anterioris. — Nova ista Provincia inde ab initio multas perpessa est vexationes per bella Gallo-Austriaca necnon sub sic dicto *Iosephinismo*. Iam ab a. 1801 plures conventus a Principibus territorialibus sunt compressi. Immo a. 1803 conventus in Principatu Fürstenberg siti a potestate civili utique incompetente tamquam propriam Provinciam constituentes considerabantur. Paulatim uno post alterum conventum suppresso Provincia fatis occubuit. Ultimus conventus Haslach a. 1844 venditus est et anno 1851 obiit ultimus alumnus istius Provinciae, in qua a. 1788 adhuc 256 Patres, 9 Clerici et 50 laici numerabantur.

Huius provinciae filius illustris fuit P. Nilus ab Uttenweiler, episc. † 1812 (vide sub v. *Münst Nilus*).

Index Conventuum, qui pertinebant ad veterem Prov. Suevo-Imperialis: Baden-Baden, Biberach, Engen, Haslach, Immenstadt, Mahlberg, Markdorf, Messkirch, Neustadt i. Schw., Oberkirch, Offenburg, Oppenau, Ravensburg, Rottweil, Stühlingen, Ueberlingen, Wangen, Weilerstadt, Wurmlingen.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore.

Gorgonius a Kieselegg, Comm. Gen. 1781; Prov. 1782, 1791.
Medardus a Marchthal: 1785.
Crispinianus a Dietlhofen: 1788.
[Electus ab Ueberlingen vel Salomon a Biberach: 1797?]
Georgius a Dillingen: 1804.

Bibliographia

SCHULTE, *Festschrift des Ordens* (1928) p. 18 s.
JOH. BAPT. BAUR, O. CAP., *Beiträge zur Chronik d. Vorderösterreich. Kapuz. Prov.*, in: « Freiburger Diöz.-Archiv » XVIII (1886) p. 191-218.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 197, 199, de ortu Prov.

Suevo-Palatina Provincia orta est ex rationibus politicis. Anno 1769 Princeps elector Bavariae edictum edidit, vi cuius Ordines religiosi saltem quatuor conventus in Bavaria habentes ab exteris Provinciis se separare et propriam Provinciam constituere deberent. Quamobrem conventus Prov. Bavaricae in Palatinatu et Suevia (vulgo Oberpfalz et Schwaben) praesertim siti in Capitulo a. 1770 habito in Custodiam sui juris sub titulo Immaculatae Conceptionis B. M. V. seu Suevo-Palatinam dictam connectebantur. Cum postea Patres Tirolenses de mandato caesareo Conventum Augustanum et Dillinganum (Augsburg et Dillingen) necnon hospitium in Höchstädt abiicere cogerentur (1782), Minister Generalis ista coenobia coniunxit cum dicta Custodia eamque anno 1791 in Provinciam propriam promovit. Ast vita brevis erat concessa novae Provinciae. Inde ab anno 1803 omnes conventus successive sunt suppressi et anno 1812 etiam potestas Ministri Provincialis a gubernio civili abrogata est et religiosi episcopis subiecti sunt.

Index Conventuum et Hospit. qui ad Prov. Suevo-Palatinam pertinuerunt: Augsburg, Berchingen, Burglengenfeld, Dillingen, Dinkelsbühl, Eichstädt, Ellwangen, Schwäbisch-Gmünd, Höchstadt, Hohenstadt, Kreuzberg, Neustadt, Parkstein, Schwandorf, Sulzbach, Vohenstrauss, Weiden.

Series Superiorum Prov. addito eorum electionis tempore (cfr. Eberl, Gesch. bayr. Prov., p. 376).

Pantaleon a Berching: 1771, 1777.
Philippus a Neresheim: 1774, 1780.
Ammon a Monheim: 1782, 1788, 1793.
Novatus ab insula Schütt: 1785, 1790.
Georgius a Kapfenburg: 1796.
Florinus ab Augsburg: 1799.

Bibliographia

BULLAR. CAP., X, 736 s. (Cust. Immac. Conc.)
CHRONICA *Bavaricae Prov.*, p. 74-80.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, p. 371-76, 487-95.
GREIDERER, *Germania franc.*, II, 475.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 198, 199.
HISTORISCH-POLITISCHE BLÄTTER für das kathol. Deutschland (München), vol. 106 (1890) p. 108-115, *Ehemalige pfälzische Kapuzinerprovinz*.
PROVINZBOTE (Bayern) a. 1937, p. 77 exhibet *tabulam geogr.* Prov. Suevo-Palatinae.

Suffragia defunctorum. — Ad normam Constitutionum Ordinis (cf. nn. 53, 63-64) fratres nostri in toto Ordine vel in singulis Provinciis persolvere debent suffragia quae sequuntur:

I. In toto Ordine

1) pro *Ministro* et *Ex-Ministro Generali*, item pro *Procuratore* vel *Ex-Procuratore Generali*: in omnibus conventibus Officium def. et Missa sollemnis; sacerdotes 3 Missae; clerici 3 Officia def. et 3 SS. Communiones; laici 3 SS. Commun. et 300 Pater noster.

2) pro *Definitoribus* et *Ex-Defin. Generalibus*: sacerdotes 1 Missa; clerici Officium def. et S. Communio; laici 100 Pater noster et S. Communio.

3) pro *omnibus nostris fratribus*: Officium et Missa quolibet anno post festum S. P. N. Francisci in omnibus ecclesiis Ordinis.

4) pro *Summo Pontifice*: in omnibus conventibus Officium def. et Missa sollemnis, sacerdotes 1 Missa; clerici Officium def. et S. Communio; laici 100 Pater noster et S. Communio.

5) pro *Cardinali Protectori*: in omnibus conv. Officium et Missa sollemnis; clerici S. Communio; laici 100 Pater noster et S. Communio.

6) pro *Benefactoribus* in genere: preces peculiares in Choro post completorium feria II, IV et VI; fratres laici 100 Pater noster circa festum S. Mariae Magdalenae, S. Michaelis et S. Francisci, item in Adventu et in Septuagesima.

II. In singulis Provinciis

1) pro *Ministro* et *Ex-Ministro Provinciali*: sacerdotes 3 Missae; clerici 3 Officia def. et 3 Communiones; laici 300 Pater noster et 3 SS. Communiones.

2) pro *singulis fratribus* etiam *novitiis*: sacerdotes 1 Missa; clerici Officium def. et S. Communio; laici 100 Pater noster et S. Communio.

Nota. — Circa veteres normas Ordinis in hac re et circa fratres nostros, qui devotionem erga Animas purgatorii foverunt et propagarunt cfr.:

VENANTIUS, *Monumenta ad Constitutiones*, p. 139, 159, 177, 179.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 225 (de suffragio fratrum def. post festum S. Franc. a Superioribus gener. ordinato an. 1637).
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. II, 226-29.
PROVINZBOTE NORDTIROL., an. 1932, p. 331-38: *Der seraph. Orden und die Armen Seelen* (Thomas Villan. von Zeil).

Suitium, vide *Schwyz*

Sulcis, vide *Iglesias*

Sulmona, (*Sulmo*) in Prov. Aprutina. Vetus Conventus exstructus a. 1550 (1580?) iuxta antiquam ecclesiam B. M. V. de Cruce seu Coronatae, ob nimiam illius ab urbe distantiam relictus est a. 1660. Tunc novus Conv. aedificatus est proprior civitati, cuius ecclesia dicata est S. Ioanni ante Portam latinam. An. 1866 Conv. abrogatur, ast ecclesiae curam nostrates tenuerunt usque ad an. 1885, quo anno vetus monasterium S. Francisci de Paula a Capuccinis acquisitum est.

BULLAR. CAP., III, 210 s., 326.
FILIPPO, *Capp. d'Abruzzi*, p. 26.
ABRUZZO FRANC. (Aquila), a. 1932, p. 128-30.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 95.
ANNALI CAPP. DEGLI ABRUZZI, 1941, p. 179.

Sulz in Alsatia, vide *Soultz*

Sulzbach (*Solisbacum*) in prov. Bavarica. — Hospitium cum ecclesia S. Ioannis Evang. ibi exstitit ab a. 1732, probabilius usque ad initium saeculi XIX.

BULLAR. CAP. IV, 375; IX, 43.
CHRONICA BAVAR. PROV. p. 69.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* (cfr. Ind.).

Sulzbürg, in prov. Bavarica. — Hospitium acceptum a. 1750, derelictum est probabilius saec. XIX ineunte.

EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.* p. 359, 407, 457.

Sulzium, vide *Soultz*
Sumatra (Insula), vide *Medan*
Summa Ripa, vide *Sommariva del Bosco*
Summit, vide *Herman, Pa.*
Sundrium, vide *Sóndrio*

Superiores. — Ex iure can. Superiores aut sunt *maiores* aut *minores*. Maiores sunt Minister Generalis et Provincialis eorundem Vicarii, id est illi, qui mortui aut impediti Generalis aut Provincialis vicem tenent, necnon Visitatores. Superiores minores sunt Superiores locales conventus vel domus religiosae, Guardiani igitur et Praesidentes.

Quoad institutionem Superiorum (sive fiat per *electionem* sive per *nominationem*) eorumque iura et obligationes in genere Constitutiones Ordinis adamussim conformatae sunt iuri communi. Quid vero pro singulis superioribus iure nostro particulari (sive Regula sive Constitutionibus) statutum sit, erui potest ex respectivis articulis sub verbis:

Minister Gener. et *Prov.*
Procurator Generalis
Definitores Gener. et *Prov.*
Visitatores Generales
Commissarii Gen. et *Prov.*
Guardianus
Praeses hospitii

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP. VI, cf. Index p. 560 (Praelati); X, cf. Index p. 803 (Superiores).
VENANTIUS, *Monum. ad Constit.* (cf. Ind.).
MELCHIORRE DA POBLADURA, *La bella e Santa riforma dei Cappuccini* (Roma, 1943) p. 185-207: *Ministri e servi.*
DIDACUS A MESSINA, *Lux Praelatorum.* Venetiis 1673.
DIONIGI DA GANGI, «*Se ti facessero Superiore*» (*Pensieri formativi*). Palermo, 1948. II edizione, Ibid. 1950.
FELICE DA PORRETTA, *La Superiorità. Riflessioni morali.* Palermo, 1932.
FRANZ REGIS V. KÖNIGSHOFEN, *Klosteroberer. Sein Amt und seine Persönlichkeit.* Wiesbaden 1931.
HENRICUS SEYNENSIS, *Praelatus Religiosus.* Parisiis 1672.
IOANNES A MONCALIERI, *Memoriale ai Prelati.* Torino 1654.
LÉOPOLD DE CHÉRANCÉ, *Le Directoire des Supérieurs.* III ed. Paris 1914.
SIGISMUNDUS A BONONIA, *De electione et potestate Praelatorum.* Mediolani 1628.
VIVES Y TUTO, CARD. J. C., O. CAP., *De dignitate et officiis Episcoporum et Praelatorum.* Romae 1905.
ALEXANDER A GRECHIO, O. F. M., *Manuale Praelati franciscani.* Romae 1862.
MANUEL DE MONTE OLIVETI, O. F. M., Practica *regular y modo de proceder en las visitaciones de los Religiosos de N. P. S. Francisco.* Lisbona 1635.
ANTONIANUM, 24 (1949) p. 65-102: *De officiorum terminologia, natura et distinctione in Ord. FF. Min.* (Elmar Wagner).

Superum, vide *Sóvere*
Suppressiones Conventuum, v. *Conventus.*

Sur (*Sora*), in Helvetia (Missio *Raetiae*). — Curam animarum ibi exercuerunt fratres nostri ab a. 1639 ad a. 1922.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 125.
CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia* (v. Ind.)
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.* p. 45.
IDEM, *Le Missioni*, I, 446 (Ind.)

Surat, in Indiis Orient. (archid. *Bombayensis*). — Capuccini, regionem Orientalem Indiae ingressi anno 1639 e veteri missione Aleppi concredita provinciae Turonensi, sedem fixerunt in civitate *Surat*, fidelibus iam infidelibusque referta. Primi missionarii fuerunt P. Ephrem a Nevers et Zeno a Baugé, qui brevi tempore ibidem catholicam religionem amplissime diffuderunt. Aliis missionariis supervenientibus, P. Ephrem postea *Madras* se contulit (1642) novam missionem erecturus. Missio *Surat* floruit sub Capuccinis usque ad an. 1818.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 143 ss., 154, 215.
IDEM, *Le Missioni*, VIII, 1-140.
ADELHELMUS, *Monum. Anastasiana*, cfr. Indices t. I, 1190; t. II, 1103; t. III, 1249; IV, 1122.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 361-62.
GIANGRISOSTOMO DA LUGO, *Elenco dei Missionari Cappuccini... di Surat...* 1639-1804. Cawnpore (India) 1927.
COLLECTAN. FRANC. 18 (1948) p. 118 Docum. ined. s. XVII (cf. *Index* p. 370).

Surava, (*Sorava*), in Helvetia (Missio *Raetiae*). Paroeciam huius oppidi fratres nostri administrarunt ab a. 1834 ad a. circ. 1930.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 125.
CLEM. DA BRESCIA, *Stor. Miss. Rezia* (v. Ind.)
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.* p. 45.
IDEM, *Le Missioni*, I, 446 (Ind.).
SCHWEIZER. FRANZ. KALENDER (1943) p. 52.

Surbourg, (*Surburgum*) in Prov. Strasburgensi in Alsatia. — Ex a. 1746 ad a. 1757 fratres

nostri ibi morati sunt ut paroeciam S. Arbogasti administrarent.

BULLAR. CAP., V, 409.

Surinam, vide *Guayana hollandica*

Surlacum, vide *Sursee*

Surrentum, vide *Sorrento*

Surrhein, in Helvetia (Missio *Raetiae*). — Ab an. 1687 ad an. 1748 ibi fratres nostri ministerium apostolicum exercuerunt.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 125.
SCHWEIZER. FRANZ. KALENDER (1943) p. 52.

Sursee (*Surlacum*) in Prov. Helvetica. — An. 1605 Conventus fundamenta iacta sunt et ecclesia in honorem S. Michaëlis Arch. consecrata est. An. 1705 conventus in ampliorem formam deducitur et nova ecclesia condita est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
BULLAR. CAP., IV, 364.
CHRONICA PROV. HELVET. (cf. Ind. p. 790).
SCHWEIZER. KAP. FESTSCHRIFT (1928) cf. Ind.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 61 s.
ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 36, Novitiatus erigitur; 60 (1944) p. 64, Novit. abrogatur.
COLLECTAN. HELVET. FRANC., V (1950) 5 Heft, p. 126-27, *Das Kloster S. als Sitz von Prov.-Kapiteln*.
SANKT FIDELIS, 28 (1941) p. 88, 131: *Zur Gesch. d. Ablösung u. des Umbaues unseres Klosters in Sursee* 1936-39.

Süs, Engadina in Helvetia (Missio *Raetiae*). Fratres prov. Tirolensis ibi curam paroecialem exercent ab a. 1894.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 132.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.*, II, cf. Ind.
PROVINZBOTE TIROL. KAP., an. 1931, p. 47, 111, 181: *Gründung d. Miss. Station Süs*; an. 1949, p. 128 (Novus titulus ecclesiae).

Susa (*Segusiae*) in Prov. Pedemontana. — Conventus a. 1610 excitatus cum ecclesia S. Sebastiano martyri et S. Rocho conf. dicata, post suppressionis legem penitus derelinquitur a. 1873.

BULLAR. CAP., II, 452.
FERRERI, *Rationarium Miss. Cap.*, II 283-290 (cfr. Index p. 655).
MOLFINO, *I Capp. Genovesi*, V, cfr. Ind.
KIEFFER PHILIPPE, *Le Couvent des Cap. de Suse* in: « Almanach Apostolique de St Ioseph » Grenoble XVI, 1906, p. 73-94.
NUOVA ASSOCIATA FRANC. (Torino) a. 1925, p. 7, n. 25, p. 130; a. 1928, p. 65.

Susice, Schüttenhofen (*Sutticium*) in Prov. Bohemo-Morava. — Conventus Capuccinorum fundatus a. 1651, derelictus est a. 1947. Ecclesia fuit dicata S. Felici a Cantalice.

BULLAR. CAP., IV, 377.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 289.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 797.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 158.

Sutera, in Prov. Panormitana. — In eodem loco in quo Conventus FF. Min. Conventualium exstabat, FF. Capuccini a. 1621 suam excitarunt domum cum ecclesia in honorem Visitationis B. M. Virginis. Conv. relinquitur ob suppressionem Ordinum relig. a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 321.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, II, 345.

Sutter Fidelis a Ferrara, *archiepisc.*, alumnus Prov. Bononiensis. — Die 16 mart. 1796 natus est, et fit Capuccinus a. 1816. Philosophiam et Theologiam docuit; saepius fuit Definitor e suam rexit Provinciam prius ut Vicarius (1831-34) postea ut Minister Prov. (1834-37). S. Congr. de Prop. Fide mense aprili 1843 in *Tunisiam* eum mittebat Visitatorem Apostolicum et anno veniente, die 23 iunii, Gregorius XVI eum renuntiabat Episcopum titul. *Rosaliensem* et Vicarium Apost. *Tunetanae* Missionis in Africa septen. — Vicariatum per octo et triginta annos rexit fecitque ut valde prosperaret. In Italiam redire coactus a. 1881, Leo XIII d. 2 aug. eiusdem anni ad sedem titul. archiepiscop. *Ancyranam* eum promovebat. Denique Ferrariae se recipit ibique moritur d. 30 aug. 1883.

BULLAR. CAP., X, 115, 117, 123, 161, 235, 720.
RITRATTI CAPPUCC. ILLUSTRI, II, 98 ss.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 233 ss.
IDEM, *Le Missioni*, X, 612, 614-626.
ANSELME DES ARCS, *Mémoires de la Mission des Cap. de Tunis* (Romae 1889) p. 116-34.
IN MORTE DI MONS. SUTTER. Ferrara 1883 (F. Benda Ricci: *Cenno necrologico*, dalla « Gazzetta Ferrarese » 1 sett. 1883. — *Funebri*, ecc.).
ONORANZE SOLENNI *a Mons. Sutter nel 30 dalla morte*. Ferrara 1883.
ANALECTA CAP. 2 (1886) p. 280: Monumentum erectum in urbe Tunisi.
ECO S. FRANC., 1881 p. 535-37; 1883 p. 606-09.
ITALIA FRANC., 13 (1938) p. 355.
L'OSSERVATORE ROMANO, 8 dic. 1940, p. 6: *Mons. Sutter Vic. Apostolico in Tunisia* (Bernardino da Cittadella).
PROV. DI BOLOGNA, Atti uffic. a. 1939, p. 52.

Sutticium, vide *Sušice*.

Sveti Kriz na Vipavskem (Heiligenkreuz, Santa Croce di Aidùssina) in Prov. Illyrica. Conventus fundatus est an. 1637 a fratribus prov. Styriae cum ecclesia dicata S. Francisco Assisiensi.

Ab an. 1923 usque ad bellum mundiale (1939-45) conventus aggregatus fuit Prov. Venetae.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 38 tab. V.
BULLAR. CAP., IV, 381 (erronee: a. 1743).
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 650.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 354.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 21, 88.
MAVRICIJ, *Iz zgodov. Kapuc*, p. 79.

ANALECTA CAP. 39 (1923) p. 158. — 48 (1932) p. 45. — 50 (1934) p. 8, Novitiatus.

Svidnicium, vide *Schweidnitz*

Swords (*Gladiopolis*) in Hibernia. — Conventus fratribus Capuccinis concessus an. 1659, postea a Calvinistis fuit funditus eversus.

BULLAR. CAP., V, 412.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 545.

Sybaris, vide *Simeri*

Sylva Ducis, vide *'s Hertogenbosch*

Sylvanectum, vide *Senlis*

Sylverius, Sylvester, Sylvius,
vide *Silverius, Silvester, Silvius*

Symphorianus a Mons, domo *Waver* ortus a. 1873, prov. Belgicae lector philosophiae ac moderator, Ordinis vero definitor gener. (1920). — Scripta edidit *de re philosophica* et *de spiritualitate franciscana* praesertim Bonaventuriana. Romae obiit d. 1 apr. 1924.

FELICE, *Tavole Capit. Gen.* p. 324.
DICTIONN. THÉOL. CATH., XIV, 2991.
ANALECTA CAP. 40 (1924) p. 166-68.
ETENDARD FRANCISC., a. 1924 p. 197-200.

Symphorianus a Sombernon
vide *Mouard*, episc.

Syndicus Apostolicus. — Nomine syndici apostolici, qui in documentis pontificiis etiam *procurator, oeconomus, administrator* nuncupatur est persona, quae a fratribus nominata, auctoritate S. Sedis instituitur, ut eius nomine ea fratrum negotia expediat, quae in apostolicis constitutionibus determinantur. Vi constitutionis « *Quo elongati* » (28-VII-1230) Gregorii IX Fratres Minores nihil poterant vendere neque alienare aut commutare bona mobilia sine licentia Cardinalis Protectoris; sed cum recursus frequentiores fierent, Innocentius IV constit. « *Ordinem vestrum* » (15-XI-1245) omnia mobilia et immobilia Fratrum Minorum in dominium Sedis Apostolicae suscepit et subsequenti constitutione « *Quanto studiosius* » (19-VIII-1247) licentiam omnibus provinciis concessit constituendi aliquos viros idoneos Deum timentes qui pro indigentia singulorum locorum possent res huiusmodi tam concessas quam concedendas auctoritate apostolica petere, vendere, commutare, alienare, tractare, expendere et in Fratrum usum convertere. Haec est prima institutio *syndici permanentis.*

Nicolaus III constitutione « *Exiit* » (15-VIII-1279) syndici apostolici facultates restrinxit et permisit tantum syndicum transitorium toties quoties a S. Sede deputandum. Martinus IV constitutione « *Exsultantes in Domino* » (18-I-1283) iterum syndicum ordinarium seu permanentem concessit qui esset verus Fratrum administrator, oeconomus, actor, nomine S. Sedis. Ioannes XXII constitutione « *Ad conditorem* » (8-XII-1322) abdicavit dominium rerum Fratrum Minorum et nominationem syndici prohibuit. Martinus V constitutione « *Amabiles fructus* » (1-XI-1428) abstulit constitutionem Ioannis XXII et Fratribus concessit ut litteris Martini IV « *Exsultantes in Domino* » ac omnibus eis contentis libere et licite uti valerent.

Ad Ordinem Capuccinorum quod attinet imprimis observare oportet quod ab anno 1528 ad annum 1536 Capuccinorum reformatio omnibus Regulae pontificiis declarationibus renuntiavit: res in eorum usum concessae in proprietate benefactorum permanebant, quin transirent in dominium S. Sedis. In *Constitutiones* vero anni 1536 et sqq. recipiuntur pontificiae declarationes Regulae, quae eiusdem puritati minime aestimantur contrariae scilicet declarationes pontificiae Nicolai III et Clementis V (Constitutio « *Exivi* », 6-V-1312) et hac ratione etiam syndicus apostolicus a Nicolao III concessus. Plura nostra Capitula Generalia (e. g. Capit. an. 1613, 1637, 1650), itemque Definitorium Generale (an. 1775, 1822) nonnullas normas practicas ediderunt circa officium syndici apostolici. Cum vero Pius X, die 21 maii 1908, per Cardin. Protectorem Ordinis omnibus Superioribus concessit peculiares facultates assumendi *directam administrationem* pro necessitatibus Ordinis (cfr. Analecta Ord. a. 1909 p. 114), tunc constitutio syndici apostolici relicta est prudenti arbitrio singulorum Ministrorum Provincialium (cfr. *Ordinationes Capit. Gen.* ed. an. 1929, nn. 99, 109).

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., t. VII, cf. Index gen. p. 493, 499; t. X, cf. Index gen. p. 803.
VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, p. 220-23
DE GUBERNATIS, *Orbis seraphicus*, I, 723; IV cfr. Index p. 108.
HOLZAPFEL, *Manuale hist.*, cfr. Index.
GRATIEN DE PARIS, *Histoire des FF. Min. au XIII s.*, p. 361, 366-74, 404, 506.
CONSTANTIUS AB ALDEASECA, *Natura iuridica Paupertatis O. Cap.*, p. 140-148.
FRANCESCO DA CAPRAROLA, O. F. M., *Il Frate Minore istruito circa l'uso del Sindaco apost., contro la Diatriba del P. Geremia da Padova, O. F. M.*, Roma 1767.
ANALECTA CAP. 2 (1886) p. 15. — 25 (1909) p. 114 (Acta S. Sedis de Synd. apost.).

Syracusae, vide *Siracusa*

Syracusana Provincia in Italia. — Prov. *Sicula* dismembrata a. 1574, iuxta decret. Capituli Gener. tres Provinciae ortae sunt scilicet: Panormitana, Messanensis et *Syracusana*. Huic postremae Prov. sexdecim Conventus attributi sunt, inter quos: Siracusa, Caltagirone, Modica, Noto, Vizzini, qui antiquissimus erat (1533). Per unum aevum (1740-1840) Prov. Syracusanae etiam Conventus *insulae Melitensis* adgregati sunt. Anno 1754 Provincia con-

stabat 32 Conventibus cum 500 circ. viris religiosis; anno vero 1866, gliscente suppressione Ordinum relig., conv. 35 cum 400 circ. fratribus numerabantur. Huic Provinciae an. 1896 Missio de *Rio de Janeiro*, in Brasilia concredita est, quae a. 1937 erecta est in Custodiam Provincialem .

Index Conventuum et Hospit. qui in territorio hodiernae Prov. Syracusanae: a) *nunc exstant*: Augusta, Calascibetta, Ferla, Gela, Leonforte, Licodia Eubea, Mazzarino, Melilli, Militello, Mineo, Modica, Palazzolo Acreide, Ragusa, Siracusa, Sortino, Villarosa, Vittoria, Vizzini

b) *sunt derelicti*: Agira, Aidone, Avola, Biscari, Buccheri, Buscemi, Caltagirone, Chiaramonte Gulfi, Comiso, Enna, Francofonte, Grammichele, Lentini, Noto, Piazza Armerina, Ramacca, Regalbuto, Scicli, Spaccaforno.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (cfr. Samuele, Memorie Stor. Prov. Siracusa, p. 525-549).

Antoninus a Piazza: 1574.
Paulus a Vizzini: 1577.
Modestus a Castrogiovanni. 1578, 1583.
Sebastianus ab Agira: 1580.
Felix a Ragusa: 1586.
Gabriel a Piazza: 1587.
Clemens a Noto: 1590, 1594, 1603.
Salvator a Piazza: 1593.
Ioan. Maria a Noto: 1597, 1606, 1609, 1615, 1622.
Raphaël a Malta: 1600.
Thomas a Castrogiovanni: 1612.
Ludovicus a Noto: 1619.
Iosephus a Caltagirone: 1620.
Archangelus a Castrogiovanni: 1626.
Gabriel a Siracusa: 1628, 1634.
Vincentius a Noto: 1631, 1638.
Innocentius a Caltagirone: 1635.
Angelus a Sortino: 1641, 1650.
Thomas a Caltagirone: 1644.
Clemens a Lentini: 1652.
Iosephus a Sortino: 1656.
Franciscus a Caltagirone: 1659, 1665,
Vitus a Ragusa: 1662.
Chrysostomus a Caltagirone: 1668.
Alphius a Lentini: 1671.
Angelus a Castrogiovanni: 1674.
Michaelangelus a Caltagirone: 1678.
Benedictus a Siracusa: 1681.
Franc. Maria a Monreale: 1684.
Pacificus a Noto: 1685, 1692.
Franc. Maria a Mazzarino: 1689, 1697.
Innocentius a Scicli: 1693.
Bernardinus a Comiso: 1700, 1705.
Iosephus a Militello: 1702, 1708.
Antoninus a Buccheri: 1711, 1713.
Bernardinus a Siracusa: 1720.
Felix a Terranova: 1723, 1725.
Sebastianus a Caltagirone: 1727.
Ioan. Maria a Piazza: 1730.
Marianus a Militello: 1733.
Bernardus ab Aidone: 1736, 1742.
Thomas a Mazzarino: 1739, 1751.
Innocentius ab Aidone: 1744.
Hyacinthus a Palazzolo: 1748, 1754.
Casimirus a Militello: 1757, 1763.
Felix a Piazza: 1760.
Aloisius a Siracusa: 1766, 1772.
Franciscus ab Avola: 1769.
Ioachimus a Siracusa: 1775, 1788, 1797.
Franciscus a Castrogiovanni: 1778.
Innocentius a Palazzolo: 1780, 1803.
Angelus a Caltagirone: 1783.
Aloisius a Castrogiovanni: 1786.
Bonaventura a Lentini: 1791.
Vincentius a Caltagirone: 1794, 1809.
Casimirus a Calascibetta: 1800.
Angelus a Comiso: 1806.
Ios. Anton. a Buccheri: 1812.
Bonaventura a Spaccaforno: 1815.
Aloisius a Vittoria: 1819.
Benvenutus a Terranova: 1823.
Angelus a Sortino: 1826, 1855, 1858.
Felix a Comiso: 1829, 1832.
Ioachimus a Sortino: 1837.
Benignus a Vittoria: 1839.
Franciscus ab Avola: 1842.
Fidelis a Bordonaro: 1845.
Aloisius a Vizzini: 1849.
Laurentius ab Aidone: 1852.
Felix a Villarosa: 1862-71.
Eugenius a Sortino: 1871-81, 1884.
Iosephus ab Alimena: 1881.
Aloisius a Melilli: 1888, 1891.
Samuel a Chiaramonte: 1894, 1897, 1903.
Benedictus a Palazzolo: 1900.
Bernardinus a Licodia: 1906.
Ios. Ant. a S. Giov. in Persiceto: 1909 Comm. Gen.
Fidelis ab Aidone: 1910, 1912.
Franciscus a Mineo: 1916, 1919.
Nicolaus a Cesena (Bononien.): 1922.
Seraphinus a Sortino: 1926.
Caietanus a Mazzarino: 1929.
Laurentius a Sortino: 1932, 1938.
Archangelus a Ferla: 1935.
Augustinus a Sortino: 1941, 1950.
Iosephus a Licodia: 1944.
Sebastianus ab Alcira: 1947.

Religiosi huius Provinciae de quibus tractatur suo proprio loco

Ministri Generales:
Clemens a Noto († 1631)
Innocentius a Caltagirone († 1655)
Ioannes Maria a Noto († 1631)

Scriptores, Missionarii etc.
Angelus M. a Mazzarino, sculpt. († 1809)
Angelus a Sassoferrato, miss. († 1926)
Daniel a Mineo, script. († 1917)
Eugenius a Sortino, Min. Prov. († 1911)
Fidelis ab Avola, miss. († 1896)
Franciscus a Licodìa, laic. († 1682)
Franc. Cavalli a Scicli, medic. († 1662)
Gaspar a Modica, miss. († 1932)
Iosephus M. (Ven.) a Palermo, cler. nov. († 1886).
Ludovicus a Mazzarino, conc. († 1764)

Pius La Scala a Mazzarino, script. († 1943)
Samuel Nicosia a Chiaramonte, script. († 1910).
Seraphinus a Gorizia, miss. († 1918).
Vitus a Ragusa, laicus († 1582).

Bibliographia

BULLAR. CAP., III, 193-203; X, 733.
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO O. CAP. (ed. 1649) Tab. 21. — (ed. 1712) Tab. 44.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 33, tab. XI.
SAMUELE DA CHIARAMONTE (Nicosia) — *Memorie Storiche dei FF. Min. Cappuccini d. Prov. monastica di Siracusa.* Modica 1895.
SAMUELE DA CHIARAMONTE (Cultrera) — *L'Archivio Prov. e gli Archivi Conv. dei Cappuccini d. Prov. di Siracusa.* Isola del Liri 1930.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 380, *Status Prov. Syrac.* — 28 (1912) p. 375, Docum. Prov. quae servantur in Arch. Status Mediolani — 43 (1927) p. 184, Domus aliquot supprim. a S. Congr. (cfr. et *Index Gener.* voll. 1-50, p. 194).
L'ARALDO DEL GRAN RE. *Periodico mensile. Organo del T. O. F. dei Capp. d. Prov. di Siracusa.* Modica 1926-1937. — Cfr. « *Giardino serafico Cappuccino della Prov. di Siracusa* » fere in omnibus fasciculis ab a. 1933, p. 87, usque ad a. 1936.
ATTI DELLA PROVINCIA dei Min. Cappuccini di Siracusa. — Siracusa, 1943 ss.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 11, 15 (de orig. Prov. ecc.).
LUCE FRANCESCANA — *Bollettino mensile del T. O. F. diretto dai Cappuccini d. Prov. Siracusana.* Siracusa 1937 ss.
SCINTILLA MISSION. (Periodico). Modica 1935.

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Regolamento e Preghiere del Noviziato dei Cappuccini della Prov. di Siracusa. Catania, 1935, pp. 104.

Syria. — Missiones in Syria constituendas curavit (1625) celeber P. Iosephus du Tremblay Parisiensis. Primi missionarii fuerunt ex provinciis Turoniae et Britanniae quos inter PP. Ioannes Franc. a Saumur et Aegidius a Loches. Anno 1728 missio Syriae cessit provinciae Britanniae; prima residentia et veluti centrum totius missionis fuit Saida (Sidon). Superior *Custos* nuncupabatur. Ob sociales perturbationes obortas an. 1789 missio sensim transiit ad Capuccinos Italos; an. 1817 S. Congr. de Prop. Fide missionem Syriae in *Praefecturam Apost.* erexit; anno vero 1830, post missionariorum eiectionem e Mesopotamia, hospitium Aleppii eidem aggregavit. Die tandem 7 martii 1902 missio Syriae, deficientibus missionariis Italis, ab eadem S. Congr. commissa fuit provinciae Lugdunensi.

Missionarii, inter alia, multa opera biblica, hagiographica, scientifica et litteraria in arabicam linguam transtulerunt atque ediderunt; missionem extenderunt in *Adaliam* (1633) et tres residentias in insula *Cypro* (1633) aperuerunt. Nunc de florentissimis antiquis residentiis: *Saida* (1625), *Aleppum* et *Cayrum* (1626), *Tripolis* (1629) manent tantum ruinae. Residentiae quae hodie supersunt sunt: in Syria proprie dicta: *Antiochia* (1846), *Koderbek* (1881); in Monte Libano: *Berytum* (1626), *Abey* (1645), *Ghazir* (1683) et *Baabdath* (1893); in Cilicia: *Tarsus* (1844-46) et *Mersina* (1854).

Missionarii in Syria de quibus tractatur suo proprio loco:

Accursius a Châteauneuf (1683)
Aegidius a Loches (flor. 1637)
Agathangelus (B.) a Vendôme († 1638)
Ambrosius a Rennes († c. 1648)
Basilius a Ponte dell'Olio (Novara) † 1851
Bernardus a Paris († 1669)
Bonaventura a Lude († 1645-47)
Brictius a Rennes († c. 1670)
Bruno a Gillonnay († 1938)
Carolus Andreas a Loreto († 1845)
Dorotheus (Vincent) a Saint-Trinit († 1732)
Franciscus a Romorantin († c. 1700)
Gabriel ab Aleppo († 1939)
Ignatius ab Orléans († 1638)
Ioannes Bapt. a Saint-Aignan († 1685)
Iustinianus a Neuvy (flor. 1690)
Iustus a Beauvais († 1638)
Ivo a Tréguer (flor. 1653)
Pacificus a Provins († 1648)
Robertus a Dreux (Paris) † 1659
Silvester a Saint-Aignan († 1670)
Thomas a Calangianus († 1840)

Bibliographia

BULLAR. CAP., VII, 313 (Mons Libanus).
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 57 tab. 23.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 406-409; III, 188-230.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.* p. 65-74.
IDEM, *Le Missioni dei Cappuccini*, vol. V, (*Syria e Palestina*), Roma 1919, pp. 505.
DE-GUBERNATIS, *Orbis seraph., De Missionibus* t. II pars II, p. 404.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 320 ss. cf. Ind.
ILG, *Geist d. hl. Franz.* II, 381-399.
STEIDL, *Mission. d. Kapuz.*, p. 49-54.
ANTIOCHE ET TARSE, *Massacres et Missionnaires. Souvenirs de Témoins.* Beyrouth 1910.
Missionnaires Capucins au Levant Syrien, Beyrouth 1931, pp. 29.
CONSTANT [de Pélissane], *Capucins missionnaires. Syrie-Liban.* Marseille 1931.
EVARISTE DE LYON, *Mission des Capucins en Syrie. Tarse de Cilicie.* Beyrouth 1913.
FRANCESCO DA SERINO, *O. F. M., Croniche o Annali di Terra Santa.* Quaracchi 1939 (Bibliot. Bio-bibl. di T. S., II Serie, t. XI-XII). cfr. t. II, Indice gener. p. 311, *Cappuccini.*
HILAIRE DE BARENTON, *Les Capucins français* (Couvin 1903), p. 80-108.
LOUIS DE GONZAGUE [a Birtouta], *Les an-*

ciens missionnaires Capucins de Syrie et leurs écrits apostoliques de langue arabe Assise, 1932, pp. 142 (excerpt. ex: *Collect. Franc.* voll. I-II, 1931-32).

ANALECTA CAP. 10 (1894) p. 27, 52, 83, *Une page de l'histoire de la Révolution française dans notre Mission de Syrie*. — 12 (1896) p. 117-19, Not. hist. et chronica decennalis. — 41 (1925) p. 242-46, *Mission des Cap. en Syrie confiée à la prov. de Lyon*. — 43 (1927) p. 254-56, *Relatio Missionis a.* 1644-47 (P. Ambros. a Rennes). — 52 (1936) p. 90 s. (Relatio miss.), p. 104 de Periodicis a PP. Mission. editis. — 56 (1940) p. 126, Mersina, Adana etc. seiunguntur a Miss. Syriae. — Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50, p. 130.

COLLECTAN. FRANC. 4 (1934) p. 618, de articulis editis in eodem commentario a. 1931-1932 (vide superius *Louis de Gonzague*). 18 (1948) p. 118 Docum. ined. s. XVII (cf. *Index* p. 370).

ETUDES FRANC. 6 (1901) p. 523 ss. *Travaux des miss. Capucins en Orient au XVIIe s.* (Hilaire de Barenton). - 26 (1911) p. 55ss. *Les massacres d'Antioche et Tarse et la Mission des Capucins en Syrie.*

MISSIONNAIRES CAPUCINS (Paris), a. 1949 N. 133 p. 1-14, *La Mission Cap. hier et aujourd'hui.* (P. Philibert).

ORIENTALIA CHRISTIANA (Roma) II (1924) 297.

* — Quoad *Ephemerides* a Capuccinis in Syria editas. vide sub v. P e r i o d i c a

Szarogród, Podolia in Russia. — Fratres veteris prov. Poloniae brevem residentiam ibi habuerunt, an. scilicet 1754-1760.

ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 294.

COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) p. 364 n. 31.

Székelyhid, in Hungaria. — Domus a. 1726 a nostratibus accepta, ortis difficultatibus inter haeredes fundatricis post paucos annos (1731) relicta est.

GREIDERER, *Germania franc.*, I, 545.

SZABÓ GY. P. — *Ferencrendiek a magyar történelemben* (Budapest 1921) p. 366-68.

Szentes, in Hungaria. — Hospitium FF. Capuccinorum ibi exstat ex a. 1936 cum ecclesia SS. Cordi Iesu dicata.

SCHEMATISMUS COMMISS. HUNGAR. (1940) p. 13

ANALECTA CAP. 53 (1937) p. 8.

Szmila, in Russia. — Fratres antiquae prov. Poloniae breviter ibi morati sunt: 1782-88.

ANALECTA CAP. 45 (1929) p. 294.

Szymański Beniaminus a Warszawa, *episc.*, alumnus Prov. Varsaviensis. — Natus a. 1793, Ordinem Capuccinorum ingressus est a. 1810. Per plures annos fuit cappellanus exercitus celebris principis Ios. Poniatowski. Orator egregius exstitit suamque Provinciam ut Commissarius Gener. et Minister optime gubernavit et instauravit (1836-1848). A Pio IX, Episcopus *Podlachiensis* in Polonia, die 18 sept. 1856 renuntiatus est. At regimini Russico libertatem Ecclesiae coarctanti non inserviens, a. 1867 e sua dioecesi expellitur, deinde in urbem *Lomża* deportatur ibique in nostro Conventu vitam finivit die 15 ian. 1868. Typis vulgavit tres tomos, lingua polonica conscriptos, in quibus describuntur omnes *Ordines religiosi*, opportunis tabulis adiectis. (Varsaviae 1848).

BULLAR. CAP., X, 720.

GAMS, *Series Episcoporum*, p. 367.

APPENDIX AD BIBL. SCRIPT. p. 15.



S t a n s in Helvetia — *Collegium S. Fidelis et Fratrum conventus.*

T

Tabarca (Insula), Tunisia. — Anno 1638 S. Congregatio Fidei Propagandae hac in insula stabilem missionem instituit eamque Capuccinis commisit Provinciae Genuensis. Praecipua missionariorum cura erat in christianis captivis opitulandis seu liberandis praesertim in civitatibus *Algeri, Tripoli* et *Tunisi*. Primus Praefectus fuit P. Alexander a Genua qui per 10 annos etiam munus Vicarii Generalis Archiepiscopi Carthaginensis obivit. In Provinciam demum reversus (1647) substitutus fuit a P. Iosepho M. a Genua, qui novum incrementum missioni dedit et migravit e vita in urbe Algeri an. 1648 in adiuvandis captivis peste infectis. In eius locum suffectus fuit P. Zaccarias a Finale Ligure, qui tamen obiit an. 1649 antequam ingrederetur missionem. Tunc Praefectus electus est P. Franciscus a Ventimiglia; at a. 1651, instantia Superiorum nostrorum, S. Congr. Fidei Prop. missionem suppressit Tabarcae eo quod insula iam tota catholica esset.

BULLAR. CAP., II, 385 s.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, III, 423 s.
CLEM. DA TERZORIO, *Le Missioni*, X, 574-581, 596, 598, 616.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, V, cf. Ind. 635.

Taberna, vide *Taverna*

Tabernae Montium, vide *Bergzabern*

Tabernarum Castellum, vide *Bernkastel*

Tabia, vide *Taggia*

Tafalla, in Prov. Navarro - Aragonensi. — Nostrates ibi hospitio recepti sunt a. 1658; aliquot post annos aedificatus est Conventus cum ecclesia S. Francisco Assisien. dicata, qui civili gliscente subversione abrogatus est an. 1836.

BULLAR. CAP., V, 417.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 522.
ESTADISTICA PROV. DE NAVARRA (1928) p. 103.
VERDAD Y CARIDAD (Pamplona) a. 1940, p. 19ss

Taffin Francisca de Saint-Omer, in Belgio, *III Ord. Regularis S. Franc.* (1572-1642). — P. Augustinum a Béthune, O. Cap., spiritus sui moderatorem habuit. Coniuge *Maës* mortuo, domum suam tamquam ad monasterium reduxit in eamque alias pias mulieres sub regula *Tertii Ord. Franc.* vitam degendam vocavit nonnullis aliis adiunctis *Statutis* ab ipsa compositis (1614). Novum monasterium an. 1617 *Bourbourg* fundavit et intra paucos annos alia per varias civitates erexit. Hae « Sorores Tertiariae inclusae » etiam *Capuccinae* nominabantur.

BULLAR. CAP., V, 239.
HISTOIRE *des Capucines de Flandre*, I (1878).
LEVEN *van eerw. Moeder Fr. Taffin instelster d. Capucinessen.* Ghendt, 1721.
MATHIAS DE ST. OMER, *Vie de la Mère Françoise de St. Omer, fondatrice de la réforme des Capucines aux Pays-Bas en 1614.* St. Omer 1666.
PARENTY, *Vie de Madame Maës, née Taffin du Hocquet* (Soeur Françoise) Lille 1842
ETENDARD FRANC. 44 (1942-43) 22-26, 215-20: *A propos d'un centenaire.*
ETUDES FRANC. 14 (1905) 427 n. 86 (bibliogr.).
NEERLANDIA FRANC. 4 (1921) p. 269-76: *Drie stukken betreffende Zuster Franc. Taffin van Sint-Omaars* (Fredegand v. Antwerpen) — 6 (1923) p. 135-39: *Litanies en l'honneur de M. Françoise Taffin de St. Omer.* (L. Taffin de Vezon).

Tagaytay, in Insulis Philippinis. (Custodia *Insularum Philippinarum* fratribus Prov. Navarro-Aragonensis commissa). — An. 1940, domus religiosa canonice erigitur et ecclesia paroecialis nostratibus concreditur.

ANALECTA CAP. 57 (1941) p. 33, 34.

Taggia (*Tabia*) in Prov. Genuensi. — Huius conventus aedificatio facta est a. 1610, eiusque ecclesia ad honorem B. V. Immaculatae et SS. Andreae et P. Francisci consecrata est. Post expulsionem a. 1867, fratres ibi rediere a. 1897. Animadvertendum est nostrates Prov. Lugdunensis e Gallia expulsos, hunc Conventum ab a. 1909 ad a. 1920 incoluisse.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
BULLAR. CAP., II 450; VIII, 156.
FRANC. SAV., *I Cappucc. Genovesi*, II, 355-72; V (cfr. Indice p. 635).

Tagiasco, vide *Ioannes Bapt. a Genova*

Tagliacozzo (*Talleacotium*) in Prov. Aprutina. — An. 1545 Conventus excitatus est iuxta ecclesiam SS. Trinitatis; quo diruto, alter exstruitur a. 1626 apud ecclesiam S. Mariae Gratiarum. Quamquam hic abrogatus est lege civili a. 1866, aliquot ex nostris ibi manserunt

ad Ecclesiae custodiam usque ad a. 1890, quo Superiores Provinciae hunc conv. reliquerunt. Eodem anno circiter, Superiores nostrates revocarunt e Sanctuario S. Mariae, vulgo « dell'Orient » ex a. 1870 ipsis concreditum.

BULLAR. CAP., III, 326.
FILIPPO, *I Capp. degli Abruzzi*, p. 27.

Taillebourg, vide *Saint-Jean-d'Angély*

Taillepied N., vide *Natalis a Pontoise*

Talleacotium, vide *Tagliacozzo*

Tamandaré in Brasilia, Custodia de *Paraná* concredita Prov. Venetae. — Paroecia huius loci commissa est fratribus Capuccinis an. 1927.

INÁCIO, *Custodia de Paraná* (1949), p. 54-58.

Tamarite, in prov. Navarro-Aragonensi. — Conventus, tituli S. Francisci Assisiensis, fundatus a. 1632, abhinc multos annos derelictus iacet.

BULLAR. CAP. V, 343, 416.
ILDEFONSO, *La Orden Cap. en Aragón*, p. 27.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 53.

Tamiathitana *sedes titularis archiepiscopalis* (Damiata). — Hoc titulo potitus est a. 1887-1893 noster sodalis Ignatius PERSICO a Napoli..

Tamsweg, Dämbsweeg (*Dambsovium*) in Prov. Tirolensi. — Conventus fundatus a. 1634 postea (1643) concreditus est Prov. Styriae; suppressus a. 1781 ab Imperatore Iosepho II, hodie inservit Praeturae iudiciariae. — Ecclesia prius B. Mariae Virg. Lauretanae deinde a. 1671 in honorem S. Bonaventurae dicata est.

BULLAR. CAP., IV, 148, 381.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 585.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 23, 66.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Prov.* II, cf. Ind.
ADOLF STEIDL, O. CAP., *Kurze Gesch. d. Kapuziner im Erzbisthume Salzburg* (1893) p. 45-53.
HATHEYER VALENTIN, *Die protestantische Bewegung im Lungau u. das Kapuzinerkloster in Tamsweg*. Salzburg 1902, pp. 38.

Tanagraea, *sedes titularis episcopalis* — Hoc titulo ornatus est a. 1912 noster missionarius Salvator WALLESER a Wieden usque ad a. 1946.

Tanganika, vide *Dar-es-Salaam*

Tanghe Basilius a Bruges, *episc.*, alumnus Prov. Belgicae. — Natus die 20 mart. 1879, Ordinem Capuccinorum ingreditur an. 1901. In novam Missionem de *Ubanghi Belgico* in Congo demigravit an. 1910 et Praefectus Apost. electus est die 16 oct. 1931. Cum autem, die 28 ian. 1935, Praefectura evecta fuit in Vicariatum Apostolicum, eadem die a Pio XI promotus fuit primus *Vicarius Apost.* atque Episcopus titularis *Tigavitanus*.

Multis exantlatis laboribus in patriam revertitur, aegritudinis causa, mense ianuario an. 1946 sancteque obiit Brugis anno sequenti die 6 decembris.

Suae missionis notitias historicas et ethnographicas collegit atque in vulgus edidit, v. g. *De slang bij de Ngbandi* (1914); *Le culte du serpent chez les Ngbandi* (1926); *De ziel van het Ngbandivolk* (1928). Plures insuper *dissertationes* vulgavit in variis periodicis.

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, X, 551, 555, 561.
AUGUSTE ROEYKENS, O. CAP., *Mgr. B. Tanghe*, in: Revue du Clergé Africain (Mayidi), III, 1948, p. 295-309.
IDEM, *L'œuvre scientifique de Mgr. Tanghe*, in: AEQUATORIA, a. 1948, n. 3 p. 87-97.
ANALECTA CAP., 47 (1931) p. 303 Praef. Apost. — 51 (1935) p. 95 Vic. Ap. — 64 (1948) p. 102-04 necrol.
COLLECTAN. FRANC. 19 (1949) 358, necrol.
FRANC. STANDAARD, an. 1948, p. 113-116.
VOX MINORUM CAP. PROV. BELG., II (1947-48) p. 81, 89, 106 (necrol.); III (1948-49) p. 65-97: *Les dernières années de Mgr. T.*

Taormina, (*Taurominium*) in Prov. Messanensi. — Prior Conventus, titulo S. Ioseph, a. 1551 exstruitur et a. 1867 civiliter est suppressus. — Alter ibi exstat ab a. 1915, cuius ecclesiae titulus est: B. M. Virgo de Pompei.

BULLAR. CAP., III, 323.
ANDREA, *Notizie Prov. Messina*, I, p. XXX.
ANTONIO DA PATTI, *Nella visita al Conv. di Taormina del P. Venanzio Min. Gen. — Discorso* — Palermo 1919.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 316.

Tarancón, in prov. Castellae in Hispania. — Conventus exstructus a. 1687, mansit usque ad an. 1835?

BULLAR. CAP. V, 418.
STATISTICA PROV. CASTELLAE (1909) p. 22.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
BUENAVENTURA, *Prov. de Castilla*, I, 244-48.

Táranto (*Tarentum*) in Prov. Apuliae. — Prior Conventus nunc deletus, aedificatus erat a. 1534 ad parvum flumen « Galeso » cum ecclesia S. Mariae Consolationis dicata. At propter aëris gravitatem nimiumque ab urbe spatium, alter constructus est a. 1556 cuius ecclesia veterem titul. retinuit. Eiecti fratres a. 1861 nunc Conventus valetudinarii locum tenet.

BULLAR. CAP., III, 132, 319.
EMANUELE, *Cronaca di Puglia* (v. Indice).
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, p. 49, 131.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 97.
ITALIA FRANC. 15 (1940) p. 292, 345: *I Capp. in Taranto* (Primaldo Coco, O.F.M.).

— Moniales *Capuccinae* ibi vitam duxerunt in monasterio S. Michaëlis Archangeli ab an. 1762 usque ad suppressionem Religiosorum an. circ. 1861-66.

BULLAR. CAP., III, 320.
SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 309.
BLANDAMURA GIUS., *Chiesa e monastero di*

S. Michele (*Cappuccinelle*). Taranto 1934, pp. 53.

Tarare (*Tarara*) in Prov. et dioec. Lugdunensi. — Hospitium missionarium ibi conditum c. a. 1660, usque ad gallicam subversionem saec. XVIII exstitisse videtur.

BULLAR. CAP., v, 398.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 46.

Tarascon (*Tarasco*) in Prov. Lugdunensi. — Monasterium a fratribus Prov. S. Ludovici fundatum a. 1612, mansit usque ad gallicam subversionem a. 1790.

BULLAR. CAP., v, 401, (cf. Index, p. 436). — VIII, 131, 138.
HENRI DE GRÈZES, Archives Capucines. *Le Couvent de Tarascon*. (Lérins 1891). — *Supplément* (Bar-le-Duc 1892).

Tarasio, vide *Tarazona*

Tarasp in Helvetia, districtus Prov. Tirolensis in *Raetia*. — Quam fratres Prov. Brixiensis curam paroecialem huius loci a. 1644 susceperunt, fratres Prov. Tirolensis ab a. 1717 tenent.

Inde ab an. 1891 iidem fratres curam animarum loci *Vulpera* demandatam habent.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 35 tab. XVII.
BULLAR. CAP., IV, 372.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 131.
CLEM. DA BRESCIA, *Storia Miss. Rezia*, cf. Ind.
HOHENEGGER, *Gesch. Tirol. Prov.* II, (Ind.).
ALBUIN THALER V. BRIXEN, *Tarasp, oder die Kapuz.-Mission im Unterengadin*. 2 Aufl. Innsbr. 1914.

Tarazona (*Tarasio*, *Turiaso*), in prov. Navarro-Aragonensi. — An. 1599 Conventus excitatus est, cum ecclesia S. Ioseph dedicata. A nostratibus non amplius incolitur (ex anno 1835?).

BULLAR. CAP. v, 416.
ILDEFONSO, *La Orden Cap. en Aragón*, p. 22.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 30.

Tarbes (*Tarbae*) in Prov. Tolosana. — E monasterio ab antiqua Prov. Aquitaniae condito a. 1662, fratres expulsi sunt a. 1791. Ecclesia S. Ludovico regi dicata fuit.

BULLAR. CAP., v, 407.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 96.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 74.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquitaine*, p. 299.

Tarentum, vide *Táranto*

Tarejwa M., vide *Maximilianus Tarejwa*

Tarragona (*Tarraco*) in prov. Catalauniae. — Prima residentia apud sacellum S. Fructuosi mart. habita a. 1589, postea fuit derelicta. Conventus ad mare exstructus a. 1640, cum ecclesia S. Antonio Patavino dicata, demolitus est a. circ. 1800. — Novus Conv. statim aedificatus et S. Ioan. Bapt. dicatus, derelictus est tempore civilis eversionis (1836). — An. 1906 nostratibus concredita est custodia et administratio ecclesiae S. Michaëlis Archang. — Denique a. 1932 hodiernus Conv. constructus est, eiusque ecclesia in honorem S. Antonii Patav. dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 19 tab. XII.
BULLAR. CAP., v, 413; IX, 330.
ESTADISTICA PROV. DE CATALUN. (1919) p. 26.
ANALECTA, 5 (1889) p. 354; 54 (1938) p. 107.
EL APOSTOLADO FRANCISCANO, a. 1942 p. 45 s.

Tárrega, in Prov. Catalauniae. — Antiquum monasterium *FF. Carmelitarum*, quod fratribus Capuccinis a. 1910 concessum erat, an. 1925 relictum est et in dicionem rediit eorum qui primitus id obtinuerant.

ESTADISTICA PROV. DE CATALUNYA (1919) p. 32.

Tarvisina dioecesis, vide *Treviso*

Tarvisium, vide *Treviso*

Tata-Tóváros, Tatten, in Hungaria (dioec. Iaurinensis). — Conventus S. Emerici ibi exstat ab an. 1744; anno autem 1932 cura paroecialis fratribus nostris concredita est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 39 tab. XVIII
BULLAR. CAP., IV, 379 (v. *Tatten*).
SCHEMATISMUS COMM. HUNGAR. (1940) p. 10.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.
P. VEREMUNDUS, *Tájékoztató a Tatatóvárosi Kapucinus Szerafikumról*. Budapest 1928.

Tatten in Hungaria, vide *Tata-Tóváros*

Taubaté in Brasilia Commissariatus Provincialis S a n c t i P a u l i. — Anno 1891, vetus monasterium S. Clarae (olim FF. Minorum) nostratibus cessum est, ibique an. 1924 Novitiatus canonice erectus est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. XVI tab. 37.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.* p. 340.
MODESTO, *Mission. no Brasil*, p. 508-23, 547.
MARCO, *I Capp. di Trento*, p. 314-16.
RICARDO M. DE DENNO, *A Reforma da Orden Terceira de S. Franc. em Taubaté*. S. Paulo 1933 (Conv. S. Clarae, p. 16-19).
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 374 (Relatio miss.). — 40 (1924) p. 148 (de Novitiatu).

Taurianova (olim: *Radicena*) in prov. Rheginensi Calabriae. — Conventus ibi exstat ex a. 1920, cum ecclesia Septem Doloribus B. M. V. dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 42 tab. X.
BOLLETTINO FRANC. (Reggio Cal.) an. 1923, Settem. p. 9. — a. 1924, Gennaio p. 7.

Taurinensis Provincia, vide *Pedemontana Prov.*

Taurinum, vide *Torino*

Taurinus ab Heubecourt, vide *Cahagne T.*, episc.

Taurominium, vide *Taormina*

Taurum, vide *Toro*

Taverna (*Taberna*) in Prov. Rheginensi Calabriae. — An. 1587 primum lapidem nostri Conventus fratres posuerunt, inde ecclesiam S. Michaëli Archangelo dicarunt. Vi legis exclaustrationis an. 1860-67 hic locus derelictus est.

BULLAR. CAP., III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 37.
ITALIA FRANC., 24 (1949) p. 111-12.

Taverna Ios., vide *Iosephus a Cammarata*

Teano (*Theanum*) in Prov. Neapolitana. — Hic perstiterunt fratres nostri, apud ecclesiam S. Reparatae, ab a. 1559 usque ad napoleonicam dominationem (c. 1810).

BULLAR. CAP., III, 37, 308.
BONAV. DA SORR., *I Capp. di Napoli*, p. 5.

Teetaert A., vide *Amadeus a Zedelgem*

Tei Paulus a Pieve di Controne (prope Bagni di Lucca), *episc.*, alumnus Prov. Romanae. — Ortus est d. 25 apr. 1840 et Ordini Capuccinorum a. 1865 se adscripsit. Scientias philosophicas et theologicas docuit; sed maxime praestitit sacrae praedicationis munere fungens. Suae Provinciae pluries fuit Definitor et a. 1893 etiam Moderator electus. At anno sequenti, die 20 iulii, Leo XIII eum Concionatorem ad *Aulam Vaticanam* nominavit; quod munus per undecim annos exsequutus est. An. 1895 Consultor SS. Rituum et a. 1896 Definitor Gener. erat electus. Postremo, d. 28 sept. 1904, episcopus dioecesis *Pisaurensis* (Pesaro, in Piceno) renuntiatur; quam sedem paterne et actuose rexit ad mortem usque, quae ei accidit d. 28 apr. 1916. — Praeter *Epistolas Pastorales* edidit *Vitam* B. Didaci Ios. a Cadice.

FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 308.
MAURO, *Il Predicatore Apost.* p. 175-78.
GIUS. DA FERMO, *Scrittori d. Marche*, p. 108.
OMAGGIO *al novello Pastore Mons. Tei* (Il Capitolo d. Cattedrale) Pesaro 1905.
L'IDEA CATTOLICA SOCIALE. Pesaro, 29 Aprile 1916, num. 18: *In morte di Mons. Tei.*
FORCHIELLI L., *Cenni biografici di Mons Tei, vesc.* — Pesaro 1905.
IGNUDI STEFANO, Min. Conv., *Elogio funebre di Mons. Tei*, Roma 1916.
RICCI GIAMBATT., arciv., *Necrologio letto sul feretro di Mons. Tei.* Pesaro 1916.
ANALECTA CAP. 32 (1916) p. 102 (Necrol.) — cf. et *Index Gener.* voll. 1-50, p. 210.
AZIONE FRANCESCANA (Iesi) a. 1916, p. 81-87.
ITALIA FRANC. 14 (1939) p. 357 (Opera).
RESOCONTO PROV. ROMANA, I, 1940-41, p. 91-93.

Teiensis *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo fruitus est a. 1890-92 noster missionarius Marcus HUDRISIER a Faverges.

Teinicium, Teinitz, vide *Horsuv Tyn*

Telo Martius, vide *Toulon*

Temperantiae Societas
vide *Theobaldus Mathew*

Tempio Pausania (Sássari in Sardinia). — Moniales *Capuccinae* Ord. S. Clarae, ibi olim monasterium habuerunt.

BULLAR. CAP. III, 328.

Tenaglia L., vide *Ludovicus a Fossombrone*

Tenda, in prov. Pedemontana. — Fratres nostri ibi morati sunt ab a. 1628 usque ad suppressionem Religiosorum (a. c. 1866). Ecclesia fuit dicata S. Michaëli Arch.

BULLAR. CAP., II, 452.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 317.
NUOVA CROCIATA FRANC. a. 1925, p. 7, 130.

Tenediensis *sedes titularis episcopalis.* — Ab a. 1916 usque ad a. 1937 hoc titulo potitus est missionarius Evangelista VANNI ab Usella, ex Ord. Cap.

Teneramunda, vide *Dendermonde*

Téramo, (*Theramum*) in Prov. Aprutina. — Monasterium S. Benedicti Abbatis, iam a Monacis derelictum, a. 1573 nostratibus oblatum est. Suppressum lege eversionis a. 1866, nunc ad publicum valetudinarium redactum est.

BULLAR. CAP., III, 326.
FILIPPO, *I Capp. d. Abruzzi*, p. 27.

Terciarios Capuchinos
vide *Capuccini Tertiarii*

Terentianum, vide *Trenzano*

Teresia Lambertini, monialis Capuccina, vide *Santa Fiora*

Teresina in Brasilia, Custodia de *Maranhão*, provinciae Mediolanensi commissa. — Anno 1938 domus religiosa erigitur et anno sequenti fratribus nostris concreditur paroecia S. Benedicti a S. Philadelpho.

ANALECTA, 55 (1939) p. 17; 56 (1940) p. 14.
ANNALI FRANC. (Milano) a. 1940, p. 400-406.
ATTI PROV. LOMBARDIA, an. 1939, p. 220, 259; an. 1946, p. 117.

Tergeste, vide *Trieste*

Terheyden (Paroecia de), vide *Langeweg*

Terlizzi (*Terlitium*) in Prov. Apuliae. — Conventus a fratribus nostris incolatus ab an. 1582 usque ad Regularium exclaustrationem a. 1861, reassumptus est an. 1932. Ecclesia dicata est S. Mariae a Gratiis.

BULLAR. CAP., III, 111, 317.
SALVATORE, *I Capp. nelle Puglie*, p. 191.
MARINELLI G., *Memorie storiche di Terlizzi* (1881) p. 274 s.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 102.

Términi Imerese (*Thermae Imerantes*) in Prov. Panormitana. — Circa a. 1547 coenobium, S. Hieronymo sacrum excitatum est; quo relicto, a. 1632 novum exstruitur cum ecclesia S. Hieronymo et S. Rosaliae dicata. Post suppressionem a. 1866, conventus reas-

sumptus est an. 1932 et ecclesia dicata est B. Mariae Vulgo « della Catena ».

BULLAR. CAP., III, 152-53, 321; IX, 348.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, I, 108; II, 605; IV, 357.
ANALECTA CAP. 49 (1933) p. 43.
FIAMMA SERAFICA (Palermo) a. 1939, p. 16, 75.

Térmoli (*Termulae*) in Prov. Fodiensi seu S. Angeli. — Conventus, qui a. 1545 nostratibus aedificatus erat, Turcis civitatem vastantibus, a. 1566 relictus est.

BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo*, pag. 49.

Termonde, vide *Dendermonde*

Terni (*Int ramna*) in Umbriae Prov. — Primus fratribus nostris locus fuit parvus eremus appellatus « *La Romita* » supra cacumen montis longe a civitate: donatus c. a. 1548, derelictus est a. 1802, ob exiguum numerum fratrum. — Aliud coenobium prope moenia fratres obtinuerant an. 1588 cum ecclesia dicata Divo Martino episc.: derelictum fuit tempore expulsionis a. 1866. — An. 1926. domum et ecclesiam S. Ioseph, atque munus Cappellani Nosocomii civilis nostrates obtinuerunt; denique a. 1938 etiam paroecia in « *Città Giardini* » sita, eisdem committitur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 112, 117, 435.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAFICA (1930) p. 12 28.
LUPATTELLI ANGELO, *La Chiesa di S. Franc. — Il dipinto ad olio del Piazza* [Cosmo da Castelfranco, O. Cap.] *nella parete della Sagrestia di S. Martino in Terni. Discorso* (Terni 1892) — cf. pag. 15-18.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 18, *Paroecia.*
BOLLETT. UFFIC. PROV. UMBRA, a. 1939, pag. 71-74 (*Parrocchia a Città Giardini*).
ITALIA FRANC. 14 (1939) p. 27, 106, 194: *Il Conv. Capp. della Romita* (Franc. da Vicenza).
MISCELLAN. FRANC. 5 (1890) p. 54: *Il Conv. di S. Martino e « Il Giudizio » di P. Piazza* [Cosmo da Castelfranco] *cappuccino* (L. Lanzi). — 12 (1910) p. 33-37: *Necrologio dei Capp. di Terni* (Idem).
VOCE SERAFICA (Foligno), marzo 1927, p. 3, *Ritorno dei Capp. a Terni.*

Terracina (*Auxur* seu *Terracina*) in Prov. Romana. — Hospitium pro fratribus itinerantibus olim ibi exstitit. An. 1910 concreditum est nostratibus bene notum Sanctuarium marianum cui titulus « *Madonna della Delibera* », novumque Conventum adnexum Fratres dono acceperunt.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 33 tab. VIII.
BULLAR. CAP., II, 434 (Hospitium).
ISIDORO DA ALATRI, *Il devoto della Madonna della Delibera.* Con illustrazioni e notizie storiche. Marino Laziale, 1948.
BOLLETTINO UFFIC. PROV. ROMANA, a. 1947, p. 50-53, *Il Santuario e il conv. dei Capp. a Terracina.* (Appunti storici).

Terrae Laboris Prov., vide *Neapolitana Prov.*

Terranova, (S. Lucia in S. Martino) in prov. Rheginensi Calabriae. — Ab a. 1533 ad a. 1650 fratres nostri morati sunt in veteri ac derelicto monasterio Ord. S. Basilii. Novus vero conventus ab ipsis exstructus a. 1650 erutus est a terrae motu a. 1783. Ecclesia erat dicata Spiritui Sancto.

BULLAR. CAP. III, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 30.
ITALIA FRANC. 22 (1947) p. 254.

Terranova in Lucania, vide *Sicignano*

Terranova di Sibari (*Turium Novum*) in Commiss. Prov. Consentino Calabriae. — An. 1783 Capuccini monasterium ipsis exstructum a. 1614, dereliquerunt. Ecclesia dicata est B. M. V. Immaculatae.

BULLAR. CAP., III, 314.
GIOV. FIORE, *Calabria illustrata*, II, 416.

Terranova di Sicilia, vide *Gela*

Tertiariae Capuccinae, vide *Capuccinae Tertiariae*

Tertiariae Franciscanae SS. Cordium Iesu et Mariae (vulgo: Hermanas Terciarias franc. de los SS. Corazones de Jesús y María) fundatae a. 1884.
vide *Barnabas ab Astorga*

Tertiarii Capuccini, v. *Capuccini Tertiarii*

Tertiarii perpetui. — Ita quandoque vocantur tertiarii, qui ut famuli in coenobia recipiuntur. De ipsis nihil in antiquis *Constitutionibus* invenitur, plura vero in Ordinationibus generalibus a quibus primum statuitur (1637 et 1643) neminem recipi posse absque licentia in scriptis data a superioribus generalibus.

Postquam autem recepti essent, cum fratribus convenire non poterant in dormitorio et refectorio (1756), nisi per tres annos continuos morum commendabilium, securae fidelitatis et boni exempli apud saeculares probationem praestiterint (1733). Nullo unquam modo eleemosynas pecuniarias pro conventu recipere poterant; quoad aetatem standum omnino erat decretis pontificiis, quae vigesimum annum expletum exigebant (1719). Domi habitu sine caputio induti erant.

Minister Gen. Bernardus ab Andermatt, litteris datis die 11 nov. 1898, praescripsit ne ullus tertiarius vel oblatus admitteretur sine litteris testimonialibus Ordinarii in quibus referatur de candidati moribus, vita et fama ad tuendum Ordinis bonum atque decus. S Congregatio Regularium die 21 febr. 1899 oblatis deferre caputium permisit et die 1

ian. 1911 permisit etiam eos recipere post 17 annum expletum. *Constitutiones* vero an. 1909 (n. 10) in casu necessitatis oblatos recipere permittunt tantum post expletum 18 annum, nec quemquam post 35 aetatis annum, nisi ex tali receptione optimum virtutis exemplum oriatur in populo.

Uden, in Prov. Hollandiae. — De necessitudinibus, quas fratres Capuccini habuerunt cum pago *Uden* et de serie eorundem ex eodem pago oriundorum, tractat et exhibet P. Gerlachus apud periodicum, quod inscribitur: « FRANCISCAANSCH LEVEN » a. 1935 p. 55-60; 1940 p. 158 (*Uden en de Capucijnen*).

Udenhout, in Prov. Hollandiae. — An. 1919 concessa erat facultas Conventum exstruendi in oppido *Helvoirt*; at non in hoc loco, sed in regione Udenhout Conv. excitatus est. Ecclesia in honorem S. Ioseph est dicata et Conventus sub tutela S. Bonaventurae positus est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22 tab. XIV.
ANALECTA CAP. 35 (1919) p. 144, 187.
FRANC. LEVEN, 33 (1950) 131 (Monum. artis)

Udine (*Utinum*) in Prov. Veneta. — Conventus fundatus est a. 1564 iuxta Portam S. Lazari; quo relicto a. 1572 alter in vico « *Longarone* » vel S. Iustinae construitur ibique fratres morati sunt usque ad suppressionem napoleonicam (1810). — Anno denique 1831, monialium Capuccinarum monasterium in vico « *Ronchi* », ampliatum quidem atque e fundamentis ferme reaedificatum, nostrates incolunt. Titulus ecclesiae est: S. Maria ad Nives. Cappellania coemeterii assumpta est a. 1901.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 39 tab. V.
BULLAR. CAP., II, 443; IX, 417; X, 655.
ARTE CRISTIANA (Milano), 25 (1937) p. 44: *Decorazione della Sala per adunanze francescane presso il Conv. d. Capp.*

— Moniales *Capuccinae* moratae sunt in vico *Ronchi* ex anno 1746 usque ad an. 1828, quo episcopus Utinensis earum monasterium emit pro nostris sodalibus.

BULLAR. CAP., II, 302 s. 444; IX, 417.

Ueberlingen, vide *Überlingen*

Ugento (*dioecesis*). Hanc *Uxentinam* D. direxit noster episcopus Angelicus DI MESTRIA a Ferrantina ab a. 1828 ad a. 1837, quo mortuus est.

Uj-Palánka, vide *Palanka* (Uj-)

Ukiah (California) Custodia provincialis hibernica in *Statibus Foeder. Americae*. — Fratres nostri domum religiosam ibi excitare facultatem obtinuerunt anno 1924.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22 tab. XX.
ANALECTA CAP., 41 (1925) p. 14.
FATHER MATHEW RECORD (Dublin), 22 (1929) p. 158 s.

Ukmerge, in Lithuania. — Domus religiosa, cura fratrum provinciae Bavaricae erecta a. 1922, paulo post derelicta est.

ANALECTA CAP. 40 (1924) p. 14.

Ulyssipo, vide *Lisboa*

Umbriae seu S. Francisci Provincia in Italia. — Postquam Capuccinorum familia iuridicam approbationem obtinuit (1528), quidam religiosi sodales e Picena regione profecti, in Umbriam se receperant, ibique a. 1530 apud Fulginium (Foligno) primum coenobium

S. Valentini condiderunt. Primus qui inibi religiosam vitam iniit, P. Ludovicus a Fossombrone fuisse perhibetur. Provincia erecta an. 1535, illico aucta et dilatata est ac brevi tempore coenobia quadraginta et unum habuit. Ex his, a. 1769 Prov. Aprutinae tria aggregata sunt (scil. Amatrice, Leonessa, Montereale); anno autem 1784 bina (scil. Montecasale, Sansepolcro) Prov. Tusciae adiudicata sunt. Fratribus prov. Umbriae a. 1910 concredita est Missio de *Solimões Superior* in Brasilia.

INDEX CONVENTUUM ET HOSPIT. qui in territorio hodiernae Prov. Umbriae a) *nunc exstant*: Acquasparta, Amelia, Assisi, Foligno, Gualdo Tadino, Montemalbe (Perugia), Montefalco, Norcia, Perugia, Spello, Spoleto, Terni, Todi, Visso.

b) *sunt derelicti*: Bettona, Bevagna, Cannara, Cascia, Citerna, Città della Pieve, Città di Castello, Collepepe, Ferentillo, Gubbio, Leonessa, Lugnano Teverina, Montereale, Montone, Narni, Nocera Umbra, Panicale, Passignano, Portaria, Sellano, Trevi.

SERIES SUPERIORUM PROV., addito eorum electionis tempore. cfr. Francesco da Vicenza, *Serie cronologica dei PP. Provinciali della Prov. Umbra.* Verona, 1950.

Ludovicus a Capranica (Viterbo), *Comm.* 1530.
Augustinus a Bassano di Sutri, *Comm.* 1532.
Iosephus a Rieti, *Commiss.* 1534.
Eusebius ab Ancona: 1535.
Franciscus a Iesi: 1538.
Liberius a Domodossola: 1542.
Thomas a Città di Castello: 1546.
Bernardinus a Colpetrazzo: 1549, 1558.
Evangelista a Cannobio: 1552.
Aegidius a Torri di Montefalco: 1554.
Vincentius a Montolmo: 1561, 1570.
Valentinus a Terni: 1569.
Dionysius a Spoleto: 1573.
Urbanus a Manfredonia: 1575.
Christophorus ab Assisi: 1578, 1585.
Ambrosius a Cittaducale: 1582, 1586.
Silvester ab Assisi: 1583, 1590, 1595.
Bonaventura a Montereale: 1587, 1593.
Hieronymus a Narni: 1602.
Paulus e Correggio: 1604, 1617, 1624.
Franciscus a Bevagna: 1608, 1611, 1614, 1621, 1629.
Bonaventura a Spoleto: 1618.
Marcus ab Amelia: 1626.
Cherubinus a Foligno. 1630.
Thomas a Leonessa: 1631.
Iosephus a Norcia: 1635.
Silvester a Panicale: 1640.
Ioannes a Portaria: 1642 Vic. Prov.
Bonaventura a Perugia: 1643.
Philippus a Foligno: 1645.
Bonaventura a Città di Castello: 1648, 1665.
Hieronymus a Montereale: 1650:
Petrus ab Oristano: 1654.
Hyacinthus a Foligno: 1657.
Benedictus a Casale di Foligno: 1659, 1685.
Bernardus Romanus: 1660.
Thomas ab Ancarano: 1662, 1668.
Augustinus a Norcia. 1670.
Antonius ab Assisi: 1673, 1679.
Franciscus a Perugia: 1676.
Iosephus a Gubbio: 1682.
Antonius a Cesi: 1688, 1694.
Iosephus a Norcia: 1691, 1703.
Ludovicus ab Umbertide: 1697.
Archangelus a Terni: 1700.
Ioan. Franc. a Gubbio: 1706, 1713.
Antonius a Città di Castello: 1709.
Bonaventura a Norcia: 1712.
Hieronymus a Gubbio: 1715.
Antonius a Sansepolcro: 1716, 1723.
Iosephus M. a Stroncone: 1719.
Iosephus M. a Terni. 1726, 1732, 1738.
Franciscus ab Ancarano: 1729.
Bernardus a Città di Castello: 1735.
Innocentius a Passignano: 1740.
Thomas a Terni: 1744.
Fidelis a Vallo di Nera: 1747, 1753.
Bonaventura a Castel S. Angelo: 1750.
Iosephus a Todi: 1756.
Anton. Felix ab Arrone: 1759, 1765.
Aloisius a Perugia: 1762, 1771.
Franciscus M. a Gubbio: 1768.
Franciscus M. a S. Sepolcro: 1774.
Angelus a Castel S. Angelo: 1777.
Iosephus M. a Stroncone: 1780.
Archangelus a Foligno. 1783.
Bernardus a Trevi: 1786, 1801.
Antonius M. a Sansepolcro: 1789.
Nicolaus M. a Baschi: 1792, 1815.
Nicolaus M. a Norcia: 1795.
Raphaël a Perugia: 1798, 1807.
Lactantius a Terni: 1804.
Fidelis a Leonessa: 1814 Vic. Prov.
Ioan. Bapt. a Monterchi: 1817 Vic. Prov.
Illuminatus a Città di Castello: 1818.
Pacificus a Visso: 1821.
Bonaventura a Perugia: 1824.
Clemens a Civitella de' Pazzi: 1827.
Franciscus M. a Montefalco: 1830.
Benignus a Leonessa: 1833.
Seraphinus a Spello: 1836.
Augustinus a Guardea: 1839, 1845, 1857.
Franc. Maria a Gualdo Tadino: 1842.
Raphaël a Giano: 1849, 1860.
Nicolaus a S. Giov. in Marignano: 1851.
Illuminatus a Città di Castello: 1854.
Daniel a S. Giustino: 1865, 1886.
Bernardus a Ceglie Messápico: 1874, 1889.
Clemens a Civitella: 1880, 1883.
Iucundus a Montone: 1892, 1895.
Paulus a Grutti: Vic. 1896, Min. 1898.
Thomas a Montenero di Bisaccia: 1901, 1904.
Iulius a Perugia: 1907, 1913.
Iacobus a Civitella: 1910.
Clemens a Massa Martana: 1919.
Augustinus a Fossato di Vico: 1922.
Constantinus a Civitella: 1924 (Vic.), 1925, 1928.
Daniel a Lerchi (Città di Castello): 1931.
Michaël a Perugia: 1934, 1940.
Albertus a Gubbio: 1937.
Ignatius a Soliera: 1943.

Hippolytus a Civitella de' Pazzi: 1946.
Leonardus a Bitonto: 1949.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
de quibus tractatur sub eorum nomine

Sancti ac Venerabiles:
S. Iosephus a Leonessa († 1612)
V. Franciscus a Precetto († 1645).
V. Raynerius a Sansepolcro, laic. († 1589)

Episcopi:
Boni Evangelista a Pistoia († 1897)
Nardi Maurus a Leonessa († 1911)

Ministri Generales:
Evangelista a Cannobio († 1595)
Franciscus a Iesi († 1549)
Iosephus Maria a Terni († 1762)
Silvester ab Assisi († 1609)
Thomas a Città di Castello († 1576)

Scriptores, missionarii etc.
Ambrosius ab Amelia, conc. († 1666)
Antonius a Reschio, miss. († 1907)
Antonius M. ab Amelia miss. († 1741).
Antonius Cyrnaeus (Corsicus) † 1548
Bartholomaeus a Spello († 1562)
Benedictus ab Assisi, miss. († 1894)
Bernardinus a Colpetrazzo († 1594)
Bernardus a Ceglie Messapico († 1918)
Bonaventura a Montereale, Proc. († 1604)
Christophorus ab Assisi, Proc. († 1599)
Clemens a Civitella, Proc. († 1832)
Evangelista a Cephalonia, miss. († 1936)
Felix M. a Sellano, miss. († 1720)
Florentius a Torgiano, miss. († 1863)
Franciscus Ant. a Milano, poëta († 1758)
Franciscus a Perugia, Proc. († 1697)
Hieronymus a Narni, Conc. ap. († 1632)
Hieronymus M. a Norcia, miss. († 1777)
Iacobus a Gubbio, conc. († 1580)
Iacobus a Spello, laic. († 1544)
Illuminatus a Sansepolcro, lect. († 1787)
Iucundus a Montone, Proc. Gen. († 1907)
Iustinus a Norcia, script. († 1594)
Lactantius a Terni, conc. († 1619)
Ludovicus a Norcia, poëta († 1616)
Paulus a Calanna, script. († c. 1615)
Paulus a Foligno, script. († 1638)
Paulus a Terni, miss. († 1620)
Sebastianus M. ab Assisi, miss. († 1818)
Silvester a Panicale, geogr. († 1641)
Silvester a Panicale, miss. († 1716)
Thomas a Città di Castello, miss. († 1828)
Thomas a Marcellano, miss. († 1945)
Thomas a Terni, script. († 1807)
Vincentius a S. Eraclio, miss. († 1698)
Vincentius a S. Eraclio, script. († 1765)
Wenceslaus a Spoleto, Praef. Ap. 1946.

Bibliographia

BULLAR. CAP., II, 100-168; X, 734.
BULLARII REGESTUM, n. 2477 (12-VI-1750).
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO ORD., ed. 1649 tab. VIII; ed. 1712 tab. XXXII.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 37 tab. VII.
ANTONINO DA RESCHIO, *Memorie... dei Min. Cappuccini della Prov. Serafica* dal 1543 al 1903. Foligno 1904.
FRANCESCO DA VICENZA, *Gli Scrittori Cappuccini della Prov. Serafica. Note biografiche.* Foligno 1922.
IDEM, *Necrologio dei FF. Min. Cappuccini della Prov. Serafica.* Ib. 1925.
IDEM, *I Missionari Cappuccini della Prov. Serafica.* Città di Castello 1931.
IDEM, *Serie cronologica dei PP. Provinciali della Prov. di S. Franc., ossia Umbra.* Verona, 1950.
IPPOLITO DA CIVITELLA DEI PAZZI, *Nel 50° anniversario del Collegio Serafico dei FF. Min. Cappucc. della Prov. Serafica* (1880-1930), Assisi 1930. (cf. *Collectanea Franc.* 1932, p. 576.
QUARTO CENTENARIO *della Prov. Serafica dei Min. Cappuccini,* 1530-1930. Assisi 1930. pp. 178+XXI. (cfr. *Collect. Franc.* 1932, p. 572).
Tavola delle Famiglie religiose dei Min. Cappuccini della Prov. Serafica, an. 1910.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 409, Status Prov. — 29 (1913) p. 26, Docum. Prov. quae servantur in Arch. Status Mediolani. — 58 (1942) p. 49 s. De Visitatione Min. Gen. in Prov. Umbriae a. 1718. — Quoad alia cf. *Index Gener.* voll. 50 (1884-1934) pag. 197.
Bollettino ufficiale dei FF. Min. Cappuccini della Prov. Serafica. Assisi 1934 ss.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 9, 15, Origo Prov. — 7 (1937) p. 609-626, *I Cappuccini e la Peste del* 1656-57 *nell'Umbria* (Franc. da Vicenza). — 20 (1950) p. 93-114, Missionari Capp. dell'Umbria in Russia (Fr. da Vic.).
GIARDINO SERAFICO — *Bollettino dell'Opera delle vocazioni religiose e missionarie dei PP. Cappuccini dell'Umbria Organo dei Seminari serafici.* Assisi 1941 s.
ITALIA FRANC. 2 (1927) p. 363-372, *Le benemerenze dei Cappuccini Umbri nell'esercizio della Medicina* (Franc. da Vicenza).
VOCE SERAFICA, *Organo delle Congregazioni Terziarie dei Min. Cappuccini dell'Umbria e della loro Missione nell'Alto Solimoes.* Foligno 1921 ss.

* — Quoad *Ephemerides* a FF. Prov. Umbriae editas vide sub. v. **Periodica**.

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Regolamento per giovani laici e terziari dei Cappuccini dell'Umbria. Foligno, 1902.

Regolamento disciplinare e scolastico, per gli studi dei FF. Minori Cappuccini della Provincia Serafica. Assisi, 1935.

Veni Mecum, dei FF. Min. Cappuccini della Provincia Serafica. Assisi, 1928.

Ungarisch-Altenburg, vide *Magyaróvár*

« Unica est... » (Antiphona) — Cum religio nostra a. 1712 in specialem Patronam sibi elegerit Immaculatam V. Mariam, propterea in Capitulo Gener. a. 1719 ordinatur, ut in fine

Completorii, ante antiphonam *Caelorum candor*, dicatur quoque *Unica est columba mea*

ORDINATIONES *et Decisiones Capitul. Gener. O. Cap.* (ed. an. 1851), p. 205, n. 1.
Ordinationes Capit. Gener. (ed. an. 1929), n. 58.
ANALECTA CAP. 8 (1892) p. 45, n. 19.

Unilia, vide *Oneglia*

Untervaz, in Prov. Helvetica, dioec. *Curiensis* (Coira). — Ex an. 1699, fratres Capuccini curam huius paroeciae habent, quae S. Laurentio mart. dicata est.

BULLARIUM CAP., IV, 365.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 21 tab. XVI.
SCHWEIZER. KAP. FESTSCHRIFT (1928), cf. Ind.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 101.
SANKT FIDELIS, 33 (1946) p. 314.

Urabá, (Missio de), vide *Columbia*

Urbania, olim Castel Durante (*Castrum Durantis*) in Prov. Picena. — Prior conventus exstructus est a. 1581. at, eo everso alter aedificatur a. 1767. Ecclesiae titulus est: Nativitas B. M. Virginis.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 31 tab. VII.
BULLAR. CAP., II, 172, 438; IX, 115.
GIUS. DA FERMO, *Necrologio Prov.*, p. 379.
IDEM, *Franc. nelle Marche*, p. 44.
IDEM, *Iscrizioni Prov. Marche*, p. 34.
VITA FRANCESCANA (Loreto) a. 1929, p. 90.

Urbania-Sant'Angelo in Vado (*dioecesis*). Antistes huius *Urbaniensis et S. Angeli in Vado* Dioec. fuit noster sodalis Aloisius BACCINI a Taggia, ab a. 1908 ad a. 1935, quo mortuus est.

Urbanus VIII (*Maphaeus Barberini*) electus d. 6 aug. 1623, obiit d. 29 iulii 1644. — Fratribus Capuccinis speciali necessitudine revinctus fuit ex *germano fratre* card. Antonio nostro Ordini iam pridem allecto (vide *Barberini Ant.* a Firenze).

Inter praecipua acta huius Pontificis relate ad Capuccinorum Familiam, necnon plurima signa amoris atque aestimationis erga nostros sodales sequentia sunt recensenda:

Constitutionem Pauli V (1608), qua Capuccinos genuinos S. Francisci filios esse declaravit, confirmat et innovat die 28 iunii 1627.

Constitutiones Ordinis in Capitulo Generali an. 1643 ampliatas et approbatas, confirmat die 19 iunii 1643.

Constitutiones monialium Capuccinarum iam recognitas, confirmat an. 1630.

Erectionem novi ac magni conventus Immaculatae Conceptionis in Urbe maxime favit atque fovit.

Inter Beatos enumerat venerabilem Felicem a Cantalice an. 1625.

Antonium Barberini ex Ordine nostro, eius germanum fratrem Collegio cardinalium adiunxit an. 1624.

P. Hyacinthum a Casale, ad negotia tractanda in Germaniam legatum constituit a. 1623-26.

P. Iosepho Le Clerc Parisiensi in eius negotiis pro Missionibus in Oriente maxime favit (1625 ss.) eumdemque ad negotia ecclesiastica pertractanda in Gallia deputavit.

Fr. Michaelem a Bergamo in officio superintendentiae aedificiorum Camerae Apostolicae et fabricae Domus de Urbe confirmat an. 1631.

P. Bernardinum a Macerata, Ministrum Prov., ablegat ad Ducem Mantuae an. 1633.

BULLAR. CAP. I, 70; VI, 388; X, 382.
BULLARII CAP. REGESTUM, p. 48-68.
VIVES, *Instituta Franc.*, p. 514-568.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 376, 531, 541-546.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 414, Ind.
PASTOR, *Storia dei Papi*, XIII, 957-59.
ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 180, 207, 228 338 (Bullarii Regestum).

Urbanus a Polizzi (*Trabona*), Prov. Panormitanae Definitor. Doctrina, virtutibus et prudentia clarus, arciebatur consiliarius ab omnibus fere Siciliae Episcopis in gravioribus negotiis. Supremae Inquisitionis Consultor exstitit et Vindobonae aulicus concionator apud Ferdinandum II per septem annos. Episcopatum sibi ab Imperatore oblatum humiliter recusavit. Mortuo Philiberto Sabaudiae, legatus missus fuit a S. Sede ad Card. Doria pro negotiis componendis. E vita cessit 74 annos natus in conventu Polizzi a. 1654. Conscripsit atque edidit nonnulla epigrammata sacra et orationes funebres.

BULLAR. CAP., III, 148.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 355-359.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 102.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, II, 655 s.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 247.
IO. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, III, 158.
EGIDIO, *Catalogo Scrittori*, p. 144.
MIRA G., *Bibliografia Siciliana*, II, 441.
MONGITORE A., *Bibliotheca Sicula*, II, 299.
ANTONINO, *Storia Prov. Paler.* III, 87 ss.
RESOCONTO PROV. ROMANA, 1942-43, p. 90 s.

Urbevetana dioecesis, vide *Orvieto*

Urbino (*Urbinum*) in Prov. Picena. — Tres conventus ibi FF. Capuccini inhabitarunt, et quidem: I. Conv. S. Antonio Abbati dicatus, ab a. 1585 usque ad an. 1600. — II. Conv. SS. Stigmatibus S. Francisci sacer, ab a. 1600 usque ad a. 1892, quo in domum mendicitatis fuit conversus. — III. demum Conv. a S. Augustino Doct. nuncupatus, ab a. 1798 usque ad a. 1810.

BULLAR. CAP., II, 202, 212, 438.
GIUS. DA FERMO, *Necrol. Prov.*, p. 379.
IDEM, *Iscrizioni della Prov.*, p. 35, 123.

Urbs-vetus, vide *Orvieto*
Urfahr, vide *Linz in Austria.*
Ursarin (Urselen), vide *Andermatt*

Urselen in Helvetia, vide *Andermatt*

Ursomartium, vide *Orsomarso*

Ursula Michaela Morata, Capuccina, vide *Alicante*

Uruguay in America meridionali. — Prima nostra domus in hac regione aedificata est in *Montevideo* an. circ. 1870. Missionarii qui in republica Uruguay adlaborabant subiecti erant Praefecturae Brasiliae usque ad an. 1878, quo ad regimen Praefecturae Chilensis transierunt. Demum an. 1891 Missio de Uruguay concredita est provinciae Genuensi, quae statim plurimos missionarios illuc destinavit et novas residentias fundavit in *Nuevo Paris* et *Maldonado*. Dein missionarii regionem quoque de *Argentina* tetigerunt atque primo in *Buenos Aires* sedem aperuerunt an. 1897.

Missio de Uruguay-Argentina an. 1937 erecta est in *Custodiam provincialem* ad Prov. Genuensem pertinentem; demum anno 1943 Custodia evecta est ad gradum Commissariatus provincialis sub nomine *Rio-Platensis* de quo vide suo proprio loco.

Missionarii in Uruguay de quibus tractatur suo proprio loco:
Angelicus a Sestri Ponente († 1920)
Barbieri Anton. a Montevideo
Caietanus a Messina († 1878)
Clemens a Terzorio († 1946)

Bibliographia

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 75 tab. 38.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale*, p. 401-405.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, I, 467-74.
STREIT, *Bibl. Missionum*, III, 627, 709.
ANTONIO M. DA MONTEVIDEO, *Los Capuch. Genoveses en el Rio de la Plata. Apuntes históricos.* Montevideo 1933. (cf. *Collectan. Franc.* 1934, p. 602).
ACTA (Prov. Genova), an. 1939, p. 172-80; an. 1942, p. 91-109.
ANALECTA ORD., 59 (1943) p. 136 (Commiss. Rio Platensis). — Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50 (1885-1934) p. 132.
EL TERCIARIO FRANCISCANO. *Publicación mensual.* Montevideo, 1913 ss. — Cfr. praesertim an. 1939, p. 16, 57: *Documentos inéditos sobre la venida de los primeros Capuchinos al Uruguay.*

Uscilug in Polonia — Conventus pro nostratibus antique prov. Poloniae incoeptus a. 1747, ad finem perductus est a. 1760. Aggregatus novae prov. Russiae an. 1796, demum supprimitur an. 1832.
BULLAR. CAP., IV, 387.
ANALECTA CAP., 45 (1929) p. 292.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) p. 357, 360.

Usès in Gallia, vide *Uzès*

Ustica, insula prope Panormum in Sicilia. — Ab a. 1773 usque ad a. 1815, FF. Capuccini ibi omnimodam curam spiritualem exercuerunt a regia potestate illis commissam. Ab anno vero 1941 fratribus nostris Prov. Panormitanae concredita est Paroecia S. Ferdinandi ibique Domus religiosa canonice erecta est a. 1943.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, IV, 52, 157.
ANALECTA CAP., 60 (1944) p. 64.

Utinum, vide *Udine*

Utuado in Custodia provinciali de *Puerto Rico*, concredita FF. Prov. Pennsylvanicae. — Fratres hispani Prov. Castellae ibi primam residentiam statuerunt a. 1905, illisque a. 1923 concredita est paroecia S. Michaëlis Archangeli. Ab a. 1930 Conventus dependet a Prov. Pennsylvaniae.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. XV tab. 34.
CATALOGUS PROV. PENNSYLV. a. 1950, p. 20.
STATISTICA PROV. CASTELLAE (1928) p. 92 s.
CAYETANO DE CARROCERA, *50 años de apostolado en Venezuela* (Caracas 1941), p. 134-46.
ESTANISLAO, *Misión de Venezuela*, p. 117-124, 246-253, 298 s., 366 ss.
ANALECTA CAP., 40 (1924) p. 16.
ARCHIVO IBERO-AMER., a. 1942, p. 521.


Uvada, vide *Ovada*

Uvaranas in Brasilia, vide *Ponta Grossa*

Uxentina dioecesis, vide *Ugento*

Uzès (*Ucetium*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus fundatus a. 1629 a FF. Prov. S. Ludovici, permansit usque ad gallicam eversionem (1791).
BULLAR. CAP., V, 181, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. a. 1892, p. 91.

UDENHOUT in Hollandia



Conventus fund. anno 1919

V

Vaals prope *Aachen* in Hollandia (dioec. Ruremondensis). — Moniales Capuccinae Ord. S. Clarae, ibi exstant ex an. 1903 in monasterio S. Mariae Angelorum. An. 1927 ipsae moniales novum monasterium fundarunt *Klotzsche* prope Dresden.

DAS NEUE KLOSTER *der Klarissen-Kapuzinerinnen in Holland zu Vaals.* Aachen 1905.
DEUTSCHE BLÜTEN *auf französischem Stamm. Ein Blick ins Leben der Kapuzinerinnen genannt « Die Töchter der Passion ». Neugründung Vaals.* Aachen 1905, pp. 90.
ALTÖTTINGER FRANZ. BLATT, 1905, p. 192 s.
STIMMEN AUS ST. KLARA, *Monatschrift der Kapuzinerinnen.* Vaals, 1907 ss.

Vaccaria in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia). — Domus nostra in hac urbe fundata est an. 1903. Ex anno autem 1934, quo *Vaccariensis* Praelatura erecta est, fratres Capuccini curam habent ecclesiae cathedralis.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 348.
TEODORO, *50 anos de atividades no Rio Grande do Sul* p. 133-36, 210-12.

Vaccariensis Praelatura in Brasilia (*Rio Grande do Sul*). — In hoc territorio fratres Capuccini prov. Sabaudiae per plures annos perutilem apostolatum exercuerunt (vide *Caxiensis Provincia*). Anno 1934 die 8 sept. ex archidioecesi Portalegrensi urbes Vaccaria, Bom Jesus et Lagoa Vermelha Pius XI disiicebat, novam erigens Praelaturam « nullius dioeceseos » *Vaccariensi* nomine dato atque Ordini FF. Capuccinorum concreditam. Huic regimini an. 1936 die 27 iunii praeficiebatur Bampi Candidus a Caxias, episc. tit. Tloënsis.

ANALECTA CAP. 52 (1936) p. 281, 288.
ROSIER ST. FRANÇOIS (Chambéry) 1936 p. 230.
TEODORO DE ALFREDO CHAVES, 50 *anos de atividades no Rio Grande do Sul* (1946), pag. 132-34, 210-12.

Vadipontum, vide *Drogheda*

Vaggi Petrus Iosephus a Genova, huius provinciae alumnus. — Ortus die 3 iulii 1798, habitum seraphicum inter Capuccinos sumpsit a. 1816. Ministerio sacerdotali totus incumbens magna eluxit caritate saeviente cholera morbo a. 1835. A Pio IX die 28 sept. 1849 nominatus est episcopus ecclesiae *Bobiensis* (Bobbio in Liguria), quam sedem per viginti annos, sancte atque fidelium satisfactione rexit. E vivis ereptus est die 22 nov. 1869.

BULLAR. CAP., X, 720.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, II, 136 ss.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, I, 353-362; VI, 48, 597-620.
FILOMENO DA CORONATA, *Elogio funebre.* Savona 1869.
DE CAVI (P. GAETANO) O. F. M. *Memoria intorno alla vita di Mons. Vaggi.* Bobbio 1894.

Vahrn in Prov. Brixinen., vide *Varna*

Val Brian in Prov. Lugdun., vide *Grâne*

Valais (Vallesia), vide *Helvetia, Sabaudia*

Valcava in Helvetia, sed sub ditione FF. provinciae Brixinensis. — Anno 1896 fratribus prov. Tirolensis datur hospitium et paroecia B. V. Mariae « de Lourdes »; anno vero 1948 uterque concreditur fratribus prov. Brixinensis.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. 17.
BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 132.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Kap.*, p. 556, 625.
ANALECTA CAP., 64 (1948) p. 141.

Valdagno in Prov. Veneta. — Monasterium Capuccinarum Ord. S. Clarae, a S. Ioseph nuncupatum, fundatum a. 1721, supprimitur a. 1810.

BULLAR. CAP., II, 300, 444.

Valdimirus a Bergamo (*Bonari*), prov. Mediolanensis lector ac definitor. — Natus an. 1833, fit Capuccinus a. 1855 et mortem obivit Cremonae die 1 apr. 1897. In ministerio sacerdotali strenuum se praebuit operarium et in colligendis et conscribendis rebus historicis suae Provinciae meritum singulare sibi acquisivit. Praecipua illius opera typis vulgata haec sunt: I *Conventi ed i Cappuccini Bergamaschi Memorie storiche.* Milano 1883. — *I Conventi ed i Cappuccini Bresciani. Memorie stor.* Ib. 1891. — *I Conventi ed i Cappuccini dell'antico Ducato di Milano.* Voll. 2. Crema 1893. 1899. — Plurimas insuper edidit biographias sanctorum etc. atque nonnullas elucubrationes de Tertio Ord. Franc. in periodico: Annali Francescani.

ILARINO, *Bibl. Capp. Lombardi*, p. 289.
VALDEMIRO, *Capp. Bergamaschi*, p. 254.

IDEM, *Capp. Milanesi*, II, Appendice III pag. LVII-LXII.
GIOVANNI DA MILANO, *Cenni sulla vita del P. Valdemiro da Bergamo*. Crema 1899.
DICTIONN. HIST. ECCLÉS., IX, 736.
ANALECTA CAP. 7 (1891) p. 62 (Litterae gratulatoriae P. Commissarii Gen. ad P. V.
ANNALI FRANC. (Milano) a. 1897, p. 254.

Valdivia in Chile (Missio Araucaniae). — Domus religiosa, in commodum fratrum missionariorum Prov. Bavaricae, ibi canonice erecta est a. 1930.
ANALECTA CAP. 47 (1931) p. 44.

Valdobbiádene (*Vallis Duplavenis*) in Prov. Veneta. — Conventus fundatus a. 1601, a Senatu Veneto supprimitur a. 1769.
BULLAR. CAP., II, 443.
BARBARANO FRANC. O. CAP., *Historia ecclesiastica di Vicenza*, V, 411.

Valenberg (Van), vide *Van Valenberg*

Valence (*Valentia Segalaunorum*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus ibi exstructus an. 1611, a gallica revolutione sublatus est a. 1791.
BULLAR. CAP., V, 398.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. 1895, p. 48.

Valence d'Agen in Prov. Tolosana. — FF. Capuccini antiquae Prov. Aquitaniae ibi moram fecerunt ex a. 1666 usque ad gallicam eversionem a. 1791.
BULLAR. CAP., V, 407.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. d'Aquit.*, p, 270.
IDEM, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 74.

Valencenae, vide *Valenciennes*

Valencia (Provincia Ordinis) vide *Valentina prov.*

Valencia (*Valentia Edetanorum*), locus princeps nostrae Prov. Valentinae. — Vetus Conventus, cuius titulus fuit « Sanguis Christi » fundabatur a. 1596 et permansit usque ad civilem eversionem a. 1835. — Hodiernus Conventus cum ecclesia S. Ioseph fundatus est a. 1912, at iam ex an. 1889, Fratres nostri in quadam domo vitam religiosam ducebant.
BULLAR. CAP., V, 415.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 38 tab. XII.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 97 (Pestis a. 1647).
ESTADISTICA PROV. VALENCIA (1901), p. 9.
ANALECTA, 9 (1893) p. 151. — 54 (1938) p. 108.
ESTUDIOS FRANC. 51 (1950) p. 381-88, *En torno a la Divina Pastora en el convento de Valencia*. (Emilio M. de Sollana).
FLORECILLAS DE S. FRANC., a. 1907, p. 268, 293, 331, 364 (not. hist.) — a. 1908, p. 4, 21 (*Peste en el a.* 1647-48); p. 37, 54, *Motín de los Labradores* (1663) *y los Capuchinos*. — a. 1915, p. 149, 180, *Martires de caridad* (1647). — a. 1920, p. 53-57 (de novo Conv.).
VINCULUM CARITATIS (Valencia), a. 1936) p. 26, 41, 56, *Fundación del Conv.*

— Monasterium monialium *Capuccinarum* in hac urbe exstat ex an. 1609 et est dicatum S. Clarae.
BULLAR. CAP., V, 335 s., 415.
CONSPECTUS TRIUM ORD. (1929), p. 236.
TORRADEFLOT, *Crónicas de las Capuchinas*, II, 51-65.

Valencia in Venezuela, Custodia *Venezuela-Cuba* provinciae Castellae concredita. — Residentia FF. Capuccinorum in hoc loco exstat ab an. 1912 apud ecclesiam S. Francisci Assisiensis.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) tab. XXXV.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 370.
CAYETANO DE CARROCERA, *50 años de apostolado en Venezuela* (Caracas 1941), p. 182-98.
ESTANISLAO, *Misión de Venezuela*, p. 157-67.

Valenciennes (*Valencenae*) in Prov. Parisiensi. — Vetus Conventus exstructus a. 1595, derelictus est a. 1633, quo anno Fratres in novo Conventu se locaverunt. ubi steterunt usque ad a. 1792.
In hac urbe an. 1794 necati sunt, inter alios, nostri sodales: *Iosephus a Douai*, *Martialis a Valenciennes* et *Paulus a Monchecourt*; de singulis tractatur suo proprio loco.
BULLAR. CAP., V, 410; IX, 78.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, I, 443 Index; II, 110-116.
ANNALES FRANC. (Paris) 29 (1905), p. 276 ss.

Valentia, vide *Valence*, *Valencia*, *Valenza*

Valentina Provincia in Hispania. — Originem habuit a Provincia Catalauniae quae Valentiae primi sui coenobii fundamenta iecit an. 1596. Per aliquot annos Provincia a *Commissario Generali* et a *Custodibus* Prov. Catalauniae recta est donec an. 1605 primum capitulum celebravit. Anno 1754 complectebatur 19 domus et 491 religiosos. Tempore eversionis an. 1835, pariter ac in ceteris Provinciis, omnes domus suppressae sunt et religiosi in carcerem missi vel in exsilium pulsi. Ab an. 1838 ad an. 1885 omnes religiosos hispanos dispersos moderatus est *Commissarius Apostolicus;* annis 1885-1889 Provincia Hispanica erecta est, quae an. 1898 in tres Provincias divisa fuit, quas inter *Toletana* cum domibus etiam veteris Provinciae Valentinae. Tandem, ex divisione Provinciae Toletanae decreta die 16 dec. 1898, restituta fuit Provincia Valentina. Huic autem Provinciae commissae sunt Custodia de *Bogotá* in Columbia et missiones *Goajira* et *San Andrés y Providencia*, item in Columbia.

INDEX CONVENTUUM ET HOSPIT. qui in territorio hodiernae Prov. Valentinae

a) *nunc exstant*: Alcira, Alicante, Castellón de la Plana, Guadasuar, Masamagrell, Monforte, Murcia, Ollería, Orihuela, Totana, Valencia,

b) *sunt derelicti*: Albaida, Alberique, Biar, Callosa de Ensarriá, Caudete, Játiva, Jérica,

Jijona, Monovar, Onteniente, Segorbe, San Jorge, San Mateo.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (cfr. « *Estadistica general de la Prov. de Valencia* », 1901, p. 17-20).

Hilarion a Medinaceli: 1596, Com. Gen.
Michaël a Valladolid: 1602, Com. Gen.
Eugenius ab Oliva: 1603 C. G., 1610 Prov.
Seraphinus a Polizzi: 1605, Prov.
Gregorius a Valls: 1613.
Didacus a Quiroga: 1615.
Michaël a Valencia: 1618, 1626.
Aloisius a Valencia: 1622, 1631, 1639.
Paulus a Valencia: 1628, 1635.
Benedictus a Moncada: 1642.
Leander a Valencia: 1645, 1652.
Basilius a Teruel: 1649.
Bonaventura a S. Mateo: 1655, 1661.
Franciscus a Monforte: 1659.
Cyrillus ab Alicante: 1664.
Florentinus a Valencia: 1668.
Matthaeus a Valencia: 1670.
Felicianus a Valencia: 1673.
Franciscus a Valencia: 1677.
Basilius ab Albalat: 1680.
Augustinus a Requena: 1683.
Augustinus a Carlet: 1686.
Iosephus a Zurista: 1689, 1704.
Franciscus a Murcia: 1692.
Augustinus ab Agullent: 1695.
Cyrillus ab Orihuela: 1699.
Augustinus ab Alicante: 1700
Salvator ab Elche: 1707 Com. Prov.
Basilius a Castellón de la Plana: 1714, 1720.
Franciscus ab Alfambra: 1717.
Leander ab Ijar: 1721.
Petrus ab Alcira: 1725.
Iosephus a Jérica: 1727.
Aloisius Flandricus: 1729.
Marcus a Tronchon: 1732.
Iosephus a Galbe: 1735.
Bonaventura ab Onteniente: 1739.
Franciscus a Vinaroz: 1742.
Augustinus a Vinaroz: 1745.
Athanasius a Murcia: 1748, 1758.
Io. Evangelista a Vinaroz: 1752.
Isidorus a Valencia: 1755.
Iosephus a Valdemoro: 1761.
Leander ab Alicante: 1764.
Dominicus ab Onteniente: 1767.
Marcus a Petrel: 1770.
Andreas a Valldigna: 1773.
Iosephus a Monóvar: 1776.
Marcus a Canet: 1780.
Franciscus ab Albalat: 1783.
Aloisius a Fuente la Higuera: 1786.
Antonius a Muro: 1789.
Iosephus a Rafelbuñol: 1792.
Isidorus ab Onteniente: 1795.
Antonius a Valldigna: 1798.
Antonius a Museros: 1801.
Raphaël ab Elche: 1804.
Ioachimus ab Agullent: 1807.
Michaël a Concentaina: 1809, 1818.
Franciscus a Puzol: 1810.
Thomas a Villajoyosa: 1815.
Antonius ab Albaida: 1824, 1833.
Gabriel a Borbotó: 1827.
Michaël a Cuevas: 1830.
Fidelis ab Alcahali: 1837 Vic. Prov.
Aloisius a Valencia: 1848.
Antonius a Foyos: 1852, 1867.
Antonius a S. Mateo: 1860.
Michaël a S. Mateo: 1864 Vic. Gen.
Felix a Valencia: 1876.

Annis 1885-89, *P. Ioachimus a Llevaneras, Minister provincialis totius Hispaniae.*

Annis 1889-98, *Fratres regionis Valentinae sub iurisdictione erant Prov. Toletanae.*

Aloisius a Masamagrell: 1898.
Melchior a Benisa: 1902.
Laureanus a Masamagrell: 1904, 1911, 1914, 1920, 1923, 1929.
Cherubinus a Carcagente: 1907.
Lucas a Benisa: 1908.
Stanislaus a Reus: 1917.
Hermenegildus ab Alcoi: Vic. 1918, Min. 1926, 1932.
Stanislaus a Guadasuar: 1939, 1945.
Ludovicus a Castellón: 1942, 1948.

Religiosi huius Provinciae
de quibus fit sermo sub eorum nomine

Episcopi:
Alcaide Bueso Benvenutus († 1943)
Amigó Ferrer Aloisius († 1934)
Roig Villalba Vincentius, el. 1944
Simón Ródenas Franciscus († 1914)
Soler Royo Athanasius († 1930)

Ministri Generales:
Ioannes a Valencia († 1856)
Melchior a Benisa (1926-32)

Scriptores, etc.
Angelus a Valencia, miss. († p. a. 1654)
Antonius a Teruel, miss. († 1665).
Basilius a Teruel, script. († p. a. 1679)
Eugenius a Carcagente, Praef. Ap. 1946
Eugenius ab Oliva († 1613)
Eugenius a Potriés († 1866)
Ignatius a Monzon, S. D. († 1613-14)
Ioann. Bapt. a Murcia, script. († 1746).
Ioannes a Valencia, theol. († 1562)
Iosephus ab Olleria, script. († 1716)
Ludovicus Flandrensis seu a Murcia († 1746)
Maurus a Valencia, concion. († 1637)
Vitalis ab Alcira, laic. script. († 1654)

Bibliographia

BULLAR. CAP., v, 331-341, 415.
CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO ORD. CAP. a. 1649, tab. 25. — a. 1712, tab. 5.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. XII.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 95 (Pestis a. 1647).
VIVES, *Biogr. hispano-capuch.*, p. 595-597, *Fundación de la prov. de Valencia.*
ESTADISTICA GENERAL *de la Prov. de Men. Capuchinos de Valencia.* Valencia 1901,
PRECIOSA *ofrenda de sangre y de vidas, que la Prov. de Valencia ha presentado a Dios por la salvación de España (1936-39).* Valencia 1940.

EUGENIO DE VALENCIA, *Necrologio histórico seráfico de los FF. Menores Capuchinos de la Provincia de Valencia*, 1596-1947. Valencia, 1947. — Cfr. *Collectan. Franc.* 1949, p. 325.

ANALECTA CAP. 9 (1893) p. 151-155, antiquae prov. Val. Conventuum fundationes. — 29 (1913) p. 27, 30, Docum. quae servantur in Arch. Status Mediolani; p. 93, Docum. in Arch. prov. Bononiensis. — 52 (1936) p. 100 Periodica edita a prov. Val. — 55 (1939) p. 232, de s. Visitatione Min. Gen. post bellum civile a. 1936-39 peracta. — Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50, 1884-1934, p. 197.

COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 22, 23, 25, de ortu Prov. et Statisticae.

ESTUDIOS FRANC. 50 (1949) 353-62 (Movimiento misional de la Prov. a. 1618-50).

FLORECILLAS DE S. FRANC. *Revista mensual* — Totana (Murcia) 1899 ss. — Circa not. hist. prov. Val. cfr. praesertim a. 1902 p. 193-95; a. 1907 p. 268, 293, 331, 364; a. 1914 p. 364-66; a. 1915 p. 21, 55, 81,

VINCULUM CARITATIS — *Boletín interior de la Prov. de Men. Capuchinos de Valencia y sus Misiones*. Totana (Murcia) 1936 ss.

* — Quoad *Ephemerides* a FF. Prov. Valentiae editas vide sub v. P e r i o d i c a.

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Collectanea sacra celebriorum Actuum ac Rituum, destinata usui FF. Min Capuccinorum Prov. Valentinae. Valentiae, 1651.

Ceremonial seráfico de los FF. Men. Capuchinos para la uniforme instrucción de los religiosos de la prov. de Valencia. Valencia, 1731.

Manual seráfico ajustado y conforme al nuevo Ceremonial seráfico, para el uso de los Men. Capuchinos de la Prov. de Valencia. Valencia, 1731.

Manuale seraphicum pro aliquibus sacris Functionibus... ad usum FF. Min. Capuccinorum in Prov. Valentina. Valentiae, 1819.

Santa Misión. Ideas, consejos, recuerdos... por los misioneros capuchinos de la provincia de Valencia. Valencia, 1943, pp. 30.

Valenza (*Valentia ultra Padum*) in prov. Alexandrina. — Capuccini prov. Mediolanensis duo coenobia ibi aedificarunt. Prius a. 1586 quod evertitur tempore belli a. 1635. Alterum paulo post, pace peracta, cuius ecclesia dicata est SS. Simoni et Iudae. Videtur esse abrogatum tempore dominationis napoleonicae.

BULLAR. CAP., II, 329, 446.

VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, I, 42.

MASSIMO DA VALENZA, *Vita di S. Massimo* (Milano 1716) p. 229, 233, 237.

MOLFINO, *Capp. Genovesi*, V, 301 n. 208, La peste del 1634 e i Cappuccini.

AURORA FRANC. (Alessandria), a. 1928, p. 30, 51, 74, 93 (Notizie del Conv., e della peste 1630-32).

Valera vide *Bernardus M. a Lanciano*

Valeri B., vide *Benedictus ab Assisi*

Valerianus a Milano, cognomento *Magni*, prov. Austro-Bohemiae alumnus, die 15 oct. 1586 ortus, Ordinem Capuccinorum ingressus in urbe Praga an. 1602. Sacerdotio auctus eximius concionator evasit et lector philosophiae in Viennensi et Pragensi coenobio. Fama eius doctrinae et eloquentiae Imperatoris benevolentiam et familiaritatem sibi conciliavit et paulatim etiam aliorum Europae Principum, qui omnes saepe eius opera et consilio usi sunt.

Anno 1617 a Rege Poloniae Sigismundo III Romam missus est ad varia negotia pertractanda pro fide contra Turcas tuenda; exorto tamen bello, expeditio contra Turcas impossibilis facta est. Anno 1621 ab Imperatore in Galliam missus fuit ad quaestionem transitus per Valtellinam negotiandam. Orta demum quaestione de successione Mantuana et possessione Ducatus Montisferrati, P. Valerianus ab Imperatore Pinerolum missus est, ubi cum Ministro Cardin. Richelieu et nostro Josepho du Tremblay de negotio componendo egit. — Anno 1631, cum Praga capta fuit a Protestantibus, P. Valerianus ibidem strenuam operam impendit pro catholicorum animis sublevandis et sequenti anno in Polonia causam successionis Ladislai IV defendit. Inter haec aliaque plurima negotia summo zelo incumbebat pro haereticorum conversione ita ut Sacra quoque Congregatio operam eius saepe postulaverit ut anno 1651 pro conversione Langravii Hassiae.

Studiis philosophicis necnon theologicis sedulo incubuit et imperituram famam sibi acquisivit tum philosophicis cum apologeticis operibus editis. Aliquando tamen peregrinas doctrinas proferre visus est et propter hoc inimicitias et persecutiones sibi concitavit et in carcerem etiam coniectus est Viennae; mox vero ob intercessionem confratrum in conventu de Salzburg secessit ibique sancte obiit die 29 iulii 1661.

Ex plurimis eius operibus haec recensentur:

a) OPERA PHILOSOPHICA: *De luce mentium et de eius imagine ex sanctis Patribus Augustino et Bonaventura* Romae, 1642; *Demonstratio ocularis loci sine locato, corporis successive moti in vacuo, luminis nulli corpori inhaerentis* Varsaviae, 1647; *Principia et specimen philosophiae*. Coloniae, 1652; *Opus philosophicum*, voll. 3, Lithomislii 1660; *De Aristotelis atheismo*, Viennae, 1643.

b) OPERA THEOLOGICO-APOLOGETICA: *Iudicium de catholicorum et acatholicorum regula credendi*, Pragae, 1628; *Organum theologicum seu ratio argumentandi ex humano testimonio seu ratione*, Pragae, 1643; *Methodus convincendi haereticos ad fidem catholicam*, 1643; *Lux in tenebris lucens quo opusculo ex factis ad oculum demonstratur ubi vera sit ecclesia*, Pragae, 1643; *De infallibilitate Romani Pontificis in rebus fidei definiendis*, 1643.

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., IV, cfr. Ind. p. 409.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 577-589.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, III, 58 s.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, cf. Ind.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, I, 46; II, 150-157, 338, 357, 574, 578, 592, 595, 608, 612, 630-679; III, 2, 3, 11.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, II, 193-218.
ILG, *Geist d. hl. Franz.*, I, 199-225.
CUTHBERT, *The Capuchins*, p. 312-20, 407-09.
IDEM, *I Cappuccini*, p. 345-54, 467 s.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 241-245.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, III, 144-148.
IO. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, III, 132.
HURTER, *Nomenclator*, III, 1000-1002.
CASATI, *L'Indice dei libri proibiti*, III, 238.
REUSCH, *Der Index*, II, 289.
ARGELATI, *Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium* (1745), p. 833, 2003.
ROMUALDO BIZZARRI, O. CAP., *Tre Cappuccini precursori del Rosmini* in: *Rassegna Nazionale* (Roma), vol. 46, a. 1924, p. 85-105.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf. Ind.
DICTIONN. THÉOL. CATH., IX, 1553-1563.
SOMMERVOGEL, *Bibl. de la Comp. de Jésus*, t. XI (1932) p. 78 n. 552, p. 102 n. 694, p. 103 n. 696 (de operibus P. Valeriani contra Iesuitas).
GERMAN ABGOTTSPON VON STALDENRIED, O. Cap., *P. Valerianus Magni Kapuziner. Sein leben im allgemeinen, seine apostolische Tätigkeit in Böhmen im besonderen. Ein Beitrag zur Geschichte der Katholischen Restauration im 17. Jahrhundert*. Olten, 1939. pp XVI-100. (cfr. *Collectan. Franc.* 1940, p. 281 s.).
GIUSTINO DA NOVARA, *La regola prossima della fede nell'Apologetica di Valeriano Magni cappuccino*, Casale Monferrato 1937. pp. 172. (cfr. *Collectan Franc.* 1939, p. 109).
ANNALES FRANC. (Paris), 22 (1897-98) p. 446-448, *Le P. Valérien Magni et l'invention du Baromètre*.
COLLECTAN. FRANC. 3 (1933) p. 67-80, 209-228, 347-383, 518-570, *Capuchinos precursores del P. Bartolomé Barberis en el estudio de S. Buenaventura: P. Valeriano Magni*. (Agustín de Corniero). — Brevis recensio huius studii, habetur in eadem *Collect. Franc.*, a. 1936 p. 133.
IDEM, 10 (1940) p. 282-84, recensio operis P. Zachariae ab Haarlem, O. Cap. (*Unio Ruthenorum.... 1632-33*, Tungal 1936), in qua passim loquitur etiam de P. Valeriano.
ETENDARD FRANC., V, 1898-99, p. 32, *L'invention du Baromètre*.
ETUDES FRANC. 47 (1935) p. 72 ss. *Les relations franciscaines de Blaise Pascal* (Ubald d'Alençon). cf. p. 73-79 ubi agitur de P. Valeriano Magni.

Valerianus a Pinerolo, alumnus Prov. Genuensis, quam per tres vices gubernavit. Obiit a. 1617. Eius praecipuum meritum est fundatio et directio nostrae Missionis in Vallibus subalpinis (1596), de qua etiam historiam conscripsit et nonnulla manu scripta reliquit.

SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 147-149.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 181-184.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Missioni*, I, 208, 218-31, 245, 246, 496-499.
FERRERI, *Rationarium Miss.*, I, 219-21, 225.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, I, Ind. p. 530.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 245.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 148.
IO. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, III, 133.
DICTIONN. HIST. ECCLÉS., VIII, 550.

Valerius a Venezia (*Ballardini*), prov. Venetae sacerdos quam pius, praesertim in fidei mysteriis contemplandis († 1618). — Plura edidit opera, quae magno favore excepta fuerunt atque multoties reimpressa, scilicet: *Brevi e divote meditazioni intorno ai principali misteri della vita di Gesù Cristo*. Venetia 1610. — *Prato fiorito di vari esempi*. Voll. 2 Ibid. 1605. — *Romitorio sacro di meditationi... colla pratica dell'Oratione mentale*. Ibid. 1610. — Nonnullas etiam biographias de S. Clara, S. Coleta, S. Elisabetha etc. typis vulgavit.

GIOV. GRISOST., *Bibl. Prov. Veneta*, p. 267-78.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 245.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, III, 149.
IO. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, III, 134.
MELZI, *Dizion. Op. anon.*, I, 110, *Ballardini*, Prato fiorito.
MISCELL. FRANC. 4 (1889) p. 22-23 (Del pregevole libro: *Brevi meditazioni.....*).

Valetudinaria, vide *Nosocomia*

Valframbert D, vide *Dorotheus ab Alençon*

Validum Tadinum, vide *Gualdo Tadino*

Valladolid (*Vallisoletum*) in prov. Castellae. — Vetus Conventus, tit. S. Ioseph, fundatur an. 1628 ac supprimitur an. 1835. Hodiernus Conv. canonice erectus est a. 1944.

BULLAR. CAP., V, 418.
STATISTICA PROV. CASTELLAE (1909), p. 22.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.
BUENAVENTURA, *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.
ANALECTA CAP. 61 (1945) p. 35.

Valle (Della) Andreas, Cardinalis Protector. — Ordini nostro exordienti sese benevolum ostendit et Conventum S. Euphemiae in Urbe ipse obtulit. Ab an. 1523 Ordinis Minorum et ab an. 1528 etiam Ordinis Capuccinorum Protector exstitit usque ad obitum, qui ei accidit die 4 augusti 1534. Cum aegra tamen valetudine laboraret, duos habuit Vice-Protectores, scilicet: Laurentium Campeggi et Franciscum Quiñones.

MONUM. HISTOR. O. CAP., IV, Ind. p. 233.
BOVERIO, *Annales*, I, 91 n. 35.
EDUARDUS, *De primordiis*, v. Ind. p. 129.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 320.
ROUND TABLE, 14 (1949) p. 114-117.

Valle di Novi vide *Novi Velia*
Valles Subalpinae (Missiones), v.de *Pedemontana Provincia*
Vallesia (Valdis), vide *Helvetia, Sabaudia*
Valletta (La) (Malta), vide *Floriana*
Vallis, vide *Vals*
Vallis Duplavenis, vide *Valdobbiadene*
Vallis Novi, vide *Novi Velia*
Vallis Soana, vide *Valprato Soana*
Vallis Tellina, vide *Valtellina*
Vallis Vari, vide *Villar di Nizza*
Vallisoletum, vide *Valladolid*
Vallonia (urbs), vide *Valognes*
Vallonica Provincia, vide *Gallo-Belgica* Prov.

Valls (*Vallis*) in Prov. Catalauniae. — Primo extra urbem, iuxta aediculam S. Hieronymi, a. 1579 FF. Capuccini se locaverunt; deinde a. 1585 se transtulerunt in novum conventum prope Sanctuarium B. M. V. vulgo « *del Llado* », ibique steterunt usque ad civilem eversionem a. 1835.

BULLAR. CAP., V, 413.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 487.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 354.
APOSTOLADO FRANC. (Barcel.), 1942, p. 57 s.

Valognes (*Vallonia*) in prov. Parisiensi. — Conventus a FF. prov. Normandiae fundatus a. 1630, videtur cessasse tempore civilis eversionis a. 1790. Ecclesia fuit dicata S. Ioseph.

BULLAR. CAP., V, 393.

Valprato Soana (*Vallis Soana*) in Prov. Pedemontana. — Ab a. 1636 usque ad a. 1802 ibi exstitit Domus missionis cum ecclesia sub titulo S. Antonii Abbatis.

BULLAR. CAP., II, 453.
FERRERI, *Rationarium Miss. Cap.*, II, 594-611. Ind. p. 662.
NUOVA CROCIATA FRANC. (Torino), an. 1925, p. 55; an. 1928, p. 65.

Valréas (*Valreacum*) in Prov. Lugdunensi. A Fratribus antiquae Prov. S. Ludovici ibi Conventus exstruitur a. 1611. Tempore gallicae revolutionis (1791) derelictus est.

BULLAR. CAP., V, 401.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 91.

Valtellina (*Vallis Tellina*) inter confinia Italiae (Sondrio) atque Helvetiae (Grigioni). — Hac in regione, opera praesertim S. Caroli Borromeo, anno circ. 1575 Missio specialis Capuccina instituta est duce P. Francisco a Bormio, qui una cum aliis confratribus prov. Mediolanensis multum adlaboravit ad impugnandam haeresim protestanticam atque praeservandam fidem catholicam.

Anno 1622 huius Missionis Commissarius Apost. nominatus est P. Ignatius a Casnigo. Ad conservandos autem et augendos fructus apostolicos in Valle Tellina fundatae sunt aliquae nostrae domus religiosae, scilicet: *Sondrio* (1628), *Morbegno* (1629), *Tirano* (1633) et *Chiavenna* (1640).

Missionarii in Valtellina de quibus tractatur suo proprio loco:
Antoninus a Castignano († 1811)
Benedictus a Seminara († 1627)
Franciscus a Bormio († 1583)
Ignatius a Casnigo († 1632)

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., III, 250.
ROCCO DA CESINALE, *Storia Miss.*, I, 95-101.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, I, Ind. 446.
MELCHIOR, *Historia Ord.* I, 307 s.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 362-85.

Valtierra (*Valterra*) in Prov. Navarro-Aragonensi. — Vetus Conventus, extra pagum exstructus a. 1632, derelictus est eo tempore quo novus Conv. excitatus est (1739). Saeviente civili eversione a. 1835, Fratres ab hoc loco discedere coacti sunt.

BULLAR. CAP., V, 417.
ESTADISTICA *Prov. Navarra* (1928), p. 107.

Van Den Bosch Emmanuel ab Antwerpen, archiep., alumnus Prov. Belgicae. — Natus die 18 iunii 1854, fit Capuccinus a. 1873 et sacerdotio auctus est a. 1879. Per aliquot annos vitam apostolicam duxit in Indiis Orientalibus et quidem ex a. 1884 in missione Allahabadensi; deinde a. 1890 in dioecesi *Lahorensi*, ubi eodem anno, die 21 nov., creatus est episcopus eiusdem dioecesis. Paulo post die 2 maii 1892, ad sedem archiepiscopalem *Agraensem* promotus est; sed laboribus et anxietatibus fractus, hanc sedem renuntiare coactus est a. 1897, quo anno Leo XIII, die 27 aprilis, eum ad sedem titularem *Pariensem* (Palos) transtulit. In suam provinciam demum reversus, vitam duxit sanctitate refertam, et in conventu Brugensi e vivis eripitur die 15 oct. 1921.

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, IX, 601, Ind.
ANALECTA CAP., 38 (1922) p. 222 s. (necrol.)
ETENDARD ST. FRANÇ. 23 (1921-22) p. 118-120.

Van der Goes Clara Francisca ab Antwerpen, Capuccina Tertii Ordinis. In monasterio civitatis Cortraci (Courtrai) omnium virtutum exemplar exstitit. Orta a. 1618, e vita migravit a. 1647.

MANSUET DE NEUF-CHÂTEAU, *La fidèle pénitente... Vie de la Soeur Claire-Françoise d'Anvers, capucine*. Mons, 1673.
CAROLUS [VAN ANTWERPEN], *Jónkvrouw Suzanna Van der Goes, in t'klooster Zuster Clara-Francisca, Capucines*. 2 ed. Antwerpen, 1935, pp. 190.
COLLECTAN. FRANC. 7 (1937) p. 640 s.
ETUDES FRANC. a. 1934, p. 748 n. 84.

Van Valenberg Tharsicius ab Asten, *episc.*, alumnus prov. Hollandiae. — Ortus die 19 martii 1890, habitu seraphico indutus an. 1914. In Missionem de *Borneo Hollandico*

profectus est an. 1925 ibique Superioris Regularis officium explevit. Demum a Pio XI, die 10 dec. 1934, nominatus est Episcopus titularis *Combensis* et Vicarius Apost. de *Borneo*, postea de *Pontianak* nuncupato.

ANALECTA CAP. 51 (1935) p. 95, Vic. Ap.
UNI TRINOQUE, 4 (1933-36) p. 214 s.

Vannes (*Venetiae, Doriorjgum*) in Prov. Parisiensi. — Conventus a Prov. Turoniae fundatus a. 1614-1615, ac a. 1629 ad Prov. Britanniam translatus, tempore gallicae subversionis (1791) supprimitur.

BULLAR. CAP., V, 395.
FULGENCE, *Capucins Bretons*, p. 20.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 352.

Vanni Evangelista ab Usella (Prato), *episc.*, alumnus prov. Tusciae. — Natus die 28 dec. 1878, inter Capuccinos assumitur an. 1894 et sacerdos ordinatur an. 1901. Missionem Agrae in Indiis Orient. petiit an. 1905 et an. 1916, die 13 febr., nominatur episcopus titularis *Tenediensis* necnon Vicarius Apost. *Arabiae* (Aden). Qua sede a se abdicata mense iulio an. 1928, a S. Congr. Prop. Fidei translatus est *Agram* velut Coadiutor illius archiepiscopi cum iure successionis, cui de facto successit an. 1937.

CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, IX, 591; X, 250.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 95, 613.
ANALECTA CAP. 32 (1916) p. 102, Vic., Ap.
— 44 (1928) p. 59, 193, abdic. et translatio.

Vantelet R.,
vide *Robertus a Dreux* et *Rob. a Paris*

Vapincum, vide *Gap*

Varallo in prov. Alexandrina. — Hospitium pro fratribus itinerantibus an. 1645 fundatum et an. 1675 cum alio permutatum, postea derelictum est.

BULLAR. CAP., II, 335 s., 446.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, I, 44.

Varangéville, vide *Saint-Nicolas-du-Port*

Varazdin, (*Varasdinum*) in Prov. Illyriae (Croatia). — Fratres Capuccini introducti sunt in hanc civitatem a. 1699; lapis primarius conventus positus est an. 1701 eiusque ecclesia consecrata est in honorem SS. Trinitatis Per multos annos fuit domus novitiatus.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 23 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 275, 381.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 27, 66
MAVRICIJ, *Zgodovina Kapucinov*, p. 82.
ANALECTA CAP. 41 (1925) p. 14 (Novit.); 49 (1933) p. 43 (transl. Novit.).
ZORA — Periodicum editum ab alumnis Seminarii seraphici. Varaždin, 1932 ss. (Cfr. *Analecta*, 1936, p. 327).

Varazze (*Vorago*) in Prov. Genuensi. — An. 1613 Conventus erigitur, eiusque ecclesia a. 1623 consecrata est in honorem S. P. Francisci et Deiparae Immaculatae. Suppressus an. 1866, benigne restituitur a. 1894.

BULLAR. CAP., II, 368, 372, 450.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 20 tab. IV.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 86.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, II, 373-392; V, Ind. p. 636.

Varcenum, vide *Guarcino*

Varese (*Varesium, Baretium*) in Prov. Mediolanensi. — Ab an. 1560 usque ad a. 1689 fratres Capuccini commorati sunt in conventu apud ecclesiam S. Mariae Virginis de Misericordia. — Anno 1689 novum et ampliorem situm prope Castrum Blenum (*Casbeno*) ingressi sunt ibique manserunt usque ad suppressionem an. 1797. Ecclesia dicata erat Sancto Bartholomaeo Apostolo.

Conventus hodiernus canonice erectus est an. 1938; ecclesia dicata est Sanctis Francisco Assisiensi et Felici a Cantalice.

Ad radices Sacri Montis Varesii olim exstitit hospitium pro fratribus Capuccinis confessariis et predicatoribus Sacrarum Virginum in summo monte positarum; suppressum est an. 1798. — Ibi habitavit P. Ioannes Bapt. Aguggiari a Monza († 1631), qui mente concepit atque propugnavit consilium exstruendi *viam*, cum Sacellis Mysteriorum SS.mi Rosarii, ad celebre Sanctuarium Marianum Sacri Montis. (De hoc vide ampliores notitias sub voce *Ioannes Bapt. a Monza*).

BULLAR. CAP., II, 446.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 231-37.
ANALECTA CAP., 55 (1939) p. 17.
ANNALI FRANC. (Milano) an. 1939, p. 44 s., 420-27 (Nuovo conv.); an. 1941, p. 29, 218.
ATTI PROV. LOMBARDIA, an. 1939, p. 215, 275; an. 1941, p. 120-123.

Varna, Vahrn in Prov. Brixinensi (Bressanone). — Seminarium seraphicum sub titulo S. Antonii a Padua erectum est an. 1918.

DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929), p. 17 tab. XVII.

Varsavia, vide *Warszawa*

Varsaviensis Provincia in Polonia. — Diviso regno Poloniae anno 1772 etiam nostra Provincia Poloniae dividi oportuit et de facto divisa est an. 1781 in duas Provincias, quarum una dicta est Provincia *Galiciae* altera vero Prov. *Poloniae*, quae denominatio retenta est usque ad annum 1921. Dicto anno (die 5 augusti) Definitorium Generale, obsecundans desiderio confratrum et ad evitandam omnem confusionem, novam introduxit denominationem: Provincia scilicet *Cracoviensis* pro Prov. Galiciae et Prov. *Varsaviensis* pro Prov. Poloniae.

Noscenda particularia huius Provinciae vide sub *v. Polonia;* quoad missionem vero « Ritus byzantini slavi » huic Provinciae commissam vide conv. de *Lubieszów*.

DOMUS HODIERNAE Prov. Varsaviensis: Lubartów, Lublin, Łomża, Nowe Miasto n. Pilicą, Serpelice, Warszawa, Zakroczym. — In *Statibus Foeder. Amer.* domum habet in Broken Arrow (Oklahoma).

Domus derelictae: Konopnica, Ląd, Lubieszów (Alias domos vide sub v. *Polonia*).

SERIES SUPERIORUM PROV., addito eorum electionis tempore. (Cfr. *Analecta Cap.*, 1929 p. 128 et Docum. Archivi Gen. Ordinis).

Pacificus Gajensis: 1781.
Crispinus e Zadrzarzec: 1784, 1795.
Caietanus a Łuck: 1787.
Stanislaus a Markuszów: 1790, 1801.
Cristinus a Kamienna: 1804.
Luca a Piątnica: 1806:1809.
Viator a Beszów: 1813?, 1816, 1825, 1828.
Philippus a Szumowo: 1819, 1822, 1832.
Georgius a Duchny: 1835.
Beniaminus a Warszawa: 1837-49, 1852.
Cyrillus a Duchny: 1849.
Anicetus a . . . . . .: 1855.
Procopius a Kozaczówka: 1858, 1863-95.
Eustachius a Zurawno: 1861.
Honoratus a Biała: 1895-1916.
Casimirus a Liputyski: 1917.
Fidelis a Stara Łomża: 1921.
Gandulphus a Terneuzen: 1922, 1925.
Honoratus a Jesionka: 1926.
Daniel a Vlissingen: 1929, 1932.
Archangelus a Żyrardów: 1935, 1938-47.
Innocentius a Kijów: 1947.

RELIGIOSI HUIUS PROVINCIAE
de quibus fit sermo suo proprio loco

EPISCOPI:
Przedwojewski Antoninus († 1793).
Szymański Beniaminus († 1868).

SCRIPTORES, etc.
Honoratus a Biała († 1916).
Ludovicus Zalewski a Kitnów († 1806).
Maximilianus a Tarejwa, mart. 1863.
Philippus a Szumowo, Proc. G. († 1851).
Procopius a Kozaczówka (Brahiłów) † 1895.
Raphael a Warszawa, scriptor († 1925).
Viator a Beszów, script. († 1835).

Bibliographia
(cfr. etiam bibl. sub v. *Polonia*)

BULLAR. CAP., X, 742 s. Notitiae hist. atque *Index document.* qui continentur in t. VIII-X Bullarii.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 43 tab. XVIII.
ANALECTA CAP. 38 (1922) 46, Commiss. Poloniae vocatur Comm. Varsavien.; 42 (1926) 138, Nova circumscriptio Prov.; 45 (1929) 125, Conspectus histor. Prov. - Cfr. etiam *Ind. gener.* voll. 1-50, p. 198.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) 207, Origo Prov.
DYREKTOR III ZAKONU (Periodicum pro directoribus III Ord.), Warszawa, 1925-1939.
KWARTALNIK *Prowincji Warszawskiej OO. Kapucynów.* (Periodicum officiale) Warszawa 1949.
RODZINA SERAFICKA (Period. pro Tertiariis), Warszawa, 1910, ss.

Varzi (*Vartium*) in Prov. Alexandrina. — Pro Capuccinis prov. Genuensis a. 1623 exstruebatur hic conventus. Derelictus tempore suppressionis napoleonicae (1810), tandem nobis restituitur a. 1903. Eius ecclesia est dicata S. Mariae ad Nives.

BULLAR. CAP., II, 446; VII, 394.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 11 tab. III.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 376.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 20.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, V, Ind. p. 636.
AURORA FRANC., a. 1929, p. 220, 242.

Vasatum vide *Bazas*

Vassy (*Vasseium*) in Prov. Parisiensi. — Conventus fundatus a. 1644, atque a. 1661 assignatus Prov. Campaniae, demum a. 1684 occupatus est a Capuccinis hibernicis. Derelictus est a. 1790 saeviente gallica perturbatione.

BULLAR. CAP., V, 412.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 398.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. 1895, p. 100.

Vastalla, vide *Guastalla*

Vasto (*Histonium*) in Prov. Aprutina. — Vetus conventus a Fratribus Prov. S. Angeli a. 1581 exstructus, supprimitur a. 1809. Ecclesia, quae adhuc exstat, S. Mariae Angelorum est dicata, sed vulgo ecclesia S. Annae appellatur. Novus conventus religiosis fratribus a. 1860 attribuitur. Antiqua vero ecclesia in praesentem formam ab a. 1781 iam redacta titulum S. Mariae corona redimitae, vulgo « Incoronata » obtinet.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 12 tab. VIII.
BULLAR. CAP. III, 316.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 250.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Angelo*, p. 72.
FILIPPO, *I Capp. d. Abruzzi*, p. 28.
ANNALI CAPP. DEGLI ABRUZZI, 1941, p. 177.
L'ABRUZZO FRANCESCANO, a. 1934, p. 255-58.

Vasto (*dioecesis*). Administrator Apost. huius *Vastensis* D. exstitit noster sodalis Rochus COCCHIA a Cesinale ab a. 1887 ad a. 1900, quo vita cessit.

Vastomarina (olim: Marina del Vasto) in Prov. Aprutina. — An. 1912 religiosis nostris parvus conventus prope mare situs committitur, cuius ecclesia, B. M. Virgine Stella maris titulo decorata, an. 1927 paroecia effecta est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 12 tab. VIII.
ANNALI CAPP. DEGLI ABRUZZI, a. 1941, p. 178.

Vaticana Civitas. — Circa fratres Ordinis nostri Capuccinorum, qui consuetudines habent vel officia praestant in Vaticano vide peculiares notitias sub v. *Cappella Pontificia* et *Concionator Apostolicus.*

1. BASILICA S. PETRI

Anno 1911 P. Pacificus a Seggiano, Minister Generalis, in manibus Oeconomi Rev.

Fabricae S. Petri deposuit quingenta super quattuordecim millia libellarum (L.14.500) ceu contributio Ordinis nostri pro impensis ad marmore decorandum parastaticam seu columnam in abside Basilicae S. Petri ubi, a cornu evangelii, conspicitur S. Patriarchae Francisci veneranda effigies. (Cfr. *Analecta O. Cap.*, 1912 p. 135).

Notandum insuper, quod ex *Confessionalibus* in Cappellis lateralibus Basilicae collocatis unum destinatum est Confessario *Ordinis Min. Capuccinorum*.

2. Collegium Aethiopicum

Vetus hospitium S. Stephani Maioris seu Abyssinorum, iuxta Basilicam S. Petri erectum in commodum Aethiopum Romam peregrinantium, Benedictus XV, votis annuens nostri C. Carrara, Vicarii Ap. Erythreae et C. Beccari e S. J., an. 1919 in *Collegium Aethiopicum* convertit pro iuvenibus illius regionis ad sacerdotium vocatis, qui Romam conveniunt studiorum causa. Collegium nostro Ordini Capuccinorum concreditum, an. 1928 translatum est in novam aedem erectam in loco em nenti inter vireta Vaticana. Demum Pius XI, Constitutione *Curis ac laboribus* diei 12 febr. 1930, Collegium Aethiopicum titulo *Pontificium* decoravit atque ad nutum posuit S. Congr. Ecclesiae Orientalis et sub iurisdictione Vicarii gener. Urbis Vaticanae.

Rectores Collegii

1919 Valdimirus a Grignano, prov. Mediolan.
1921 Camillus a Torino, prov. Pedemont.
1932 Donatus a Welle, prov. Belgicae.
1938 Angelus M. ab Anghiari, prov. Tusciae. (*Praeses:* Donatus a Welle, Min. Gen.).
1948 *Pro-Rector*: Ludovicus ab Aquila, prov. Umbriae.

Bibliographia

Mauro da Leonessa, *S. Stefano Maggiore degli Abissini e le relazioni romano-etiopiche.* Città del Vatic. 1929.
Placido da Pavullo, *Annuario francescano per l'Italia* (Reggio Em. 1935) p. 227-232.
Enciclopedia cattolica (C. d. Vat.), III, 1194
Statistica... *della Gerarchia di Rito Orientale* (Roma 1932) p. 268-270.
Analecta cap. 35 (1919) p. 229. *Inauguratio Coll. Aethiopici*; 44 (1928) 192, nova aedes; 46 (1930) 183, Constit. Pii XI; 49 (1933) 113, Rector Coll.; 64 (1948) 48, Novi Superiores.
Il Massaia, 6 (1919) p. 164-167.
Osservat. romano, 17 marzo 1939, p. 2; 26 agosto 1945, p. 3; 20 febbr. 1947, p. 3.

3. Bibliotheca Vaticana

Inter Cardinales Bibliothecarios S. Rom. Ecclesiae an. 1624 recensetur card. Antonius Barberini florentinus ex Ordine nostro Cap.

P. Franciscus a Soleto, alumnus prov. Apuliae († c. 1580), praeses exstitit Bibliothecae Pontificiae. (Cfr. *Bullar. Cap.*, III, 116).

4. Camera Apostolica

Fr. Michael a Bergamo, laicus prov. Brixiensis. an. 1631 ab Urbano VIII constitutus est *Superintendens generalis* aedificiorum Rev. Camerae Apostolicae. (cfr. *Bullar Cap.*, II, 26).

5. Expositiones

Circa varias Expositiones Vaticanas, quibus interfuit etiam noster Ordo Capuccinorum vide sub v. *Expositiones*.

Vaticanum Concilium, vide *Concilium Vaticanum*
Vauchoz, vide *Prudentius a Faucogney*
Vaudrevange, vide *Wallerfangen*
Vaurum, vide *Lavaur*
Vectonium, vide *Bettona*
Veja, vide *Andujar*
Veldkirchium, vide *Feldkirch*

Vélez (de) Raphael a Vélez-Málaga, archiep., alumnus provinciae Baeticae seu Andalusiae. — Natus die 15 oct. 1777 e familia *Anguita Tellez*, Ordinem Capuccinorum ingressus est a. 1792. Doctus lector philosophiae ac theol, necnon strenuus liberalismi impugnator. Electus episcopus *Septensis* (Ceuta) an. 1817, apostolica fortitudine publice et solemniter condemnavit ephemeridem « *El Liberal Africano* » qua de causa in exsilium pulsus est. Vixit errabundus usque ad triumphum Ferdinandi VII super liberales constitutionalistas (1824) quo tempore promotus fuit ad Archidioecesim *Burgensem* (Burgos) et an. 1825 translatus fuit ad Archidioec. *S. Iacobi de Compostella* (Santiago de C.). Eius pontificatus omnino exstitit gloriosus: Seminarium erexit, cultum promovit, ecclesiasticam disciplinam instauravit, nosocomia instituit, pauperibus uberes eleemosynas erogavit etc. Mortuo Ferdinando VII (1833) liberalium persecutione denuo saeviente (1835), secunda vice in exsilium abire coactus fuit, ex quo tamen reversus est anno 1842. Post tot labores et persecutiones pro fide passas, in maxima fidelium veneratione obiit die 3 augusti 1850. P. Raphaël Vélez merito adnumeratur inter praecipuos apologetas hispanicos saec. XIX.

Opera edidit magni momenti, scilicet: *Preservativo contra la irreligión* (1812), multoties reimpressum; *La Apologia d.l Altar y del Trono* (1818), cum *Apéndice* iterum a. 1825.

Bullar. cap., IX, 379.
Ritratti capp. illustri, II, 13 s.
Gams, *Series Episcop.*, p. 18, 25, 27.
Juan B. de Ardales, *La Divina Pastora*, t. I (Sevilla 1949), p. 638-54 (not. biogr.).
Appendix ad script. cap., p. 36.
Streit, *Bibl. Mission.*, IX, n. 39.
López A., O. F. M., *Obispos en el Africa septen.* (Tanger 1941), p. 248-250.
Enciclop. univ. (Espasa), t. 67, p. 702-04.
Consuelo Bouzas J., *Fr. Rafael Vélez y el Seminario de Santiago*, 1920.

PAZOS MANUEL, O.F.M., *El Episcopado gallego* t. I (Madrid, 1946) p. 381-89.
PRUEBAS *contra la conducta politica del Sr. Rafael de Vélez, obispo de Ceuta, alegadas.,. por la Comisión... sobre la Pastoral del Obispo* 5 *enero* 1822. Algeciras (1822?)
ADALID SERÁFICO (Sevilla), an. 1950, p. 12-14, *Examen de la « Apologia del Altar y del Trono »*. (Sebast. de Ubrique).
ARCHIVO IBERO-AMER. 21 (1924) pag. 220 s. (Opera P. Vélez).
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) p. 65-67.
MENSAJERO SERÁFICO, X, 1892-93, p. 44-48.

Vélez-Málaga (*Velis, Menoba*) in Prov. Andalusiae (Baetica). — Conventus exstruebatur a. 1632 eiusque ecclesia a. 1673 dicata est S. Antonio de Padua. Adveniente persecutione religiosa an. 1835, fratres ab hac civitate expulsi sunt.
BULLAR. CAP., V, 419.
AMBROSIO, *Res ña historica*, II, 166.
NICOLAUS, *Notitia Baeticae Prov.*, p. 31.
SCHEMATISMUS PROV. BAETICAE, a. 1909.

Velis, vide *Vélez-Málaga*

Velitrae, vide *Velletri*

Velletri, (*Velitrae*) in Prov. Romana. — Anno 1562-63 primum Capuccini conventum apud S. Stephani vetustam ecclesiam habuerunt, quae post pestem a. 1593 dicata est S. Rocho. Hoc coenobium Fratres a. 1612 deseruerunt, quia pro re publica disiicendum, et alterum, a. 1609 fundatum, ingrediuntur. Ecclesia Exaltationis S. Crucis titulo decoratur.
BULLAR. CAP., II, 39, 434.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 33 tab. VIII.
ECO S. FRANC. 6 (1878) p. 7, *La Madonna della Piaga nella Chiesa dei Capp.* — p. 328, 352, *I Capp. in Velletri.*

Velletri (Dioecesis), vide *Ostia-Velletri*

Velp in Hollandia. — Fratres Batavi in hoc loco hospitium cum sacello aperuerunt an. 1645; hospitium autem an. 1663 in conventum formalem conversum est et sacellum annis 1675-1680 redactum est in amplam ecclesiam in honorem Immaculatae Conceptionis B. M. V.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 22 tab. XIV.
BULLAR. CAP., IV, 368; IX, 166, 280; X, 124.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederl.*, V, 433-45.
SCHOENGEN, *Monasticon Batavum*, I, 188, *Supplementum* (David De Kok), p. 156.
BOSSCHE BIJDRAGEN, VII, 1924-1925, p. 299-303 (Docum. circa fundat. Conv. a. 1717 edita a L. Kruyff). cf. Etudes Franc. 1927, p. 205 n. 77.
FRANC. LEVEN, 17 (1934) p. 439-444. — 18 (1935) p. 98, 180, 322. — 19 (1936) p. 342-344 (Notitiae de ecclesia et de Conv. a P. Gerlacho conscriptae). cfr. Collect. Franc. 1939 p. 436; 1942 p. 168.
IDEM, 33 (1950) p. 87-92 (Monumenta artis in nostro conv. et ecclesia).

Venafro (*Venafrum*) in Prov. Fodiensi. — Conventus est erectus a. 1573 prope ecclesiam dicatam SS. Martyribus Nicandro, Dariae et Marciano, quorum corpora ibi asservantur.
BULLAR. CAP., III, 101, 316; X, 367.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 19 tab. VIII.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Ang.* p. 63.

Venantius M. a Ferrara (*Melchiorri*), prov. Bononiensis. — Natus a. 1822, Ordinem ingressus est an. 1840. Labente anno 1854 ad missiones Brasiliae appulsus (Rio de Janeiro) mox in cholera morbo infectis opitulandis caritate fulsit et per 15 annos auxilio fuit P. Caietano a Messina praesertim in aedificatione ecclesiae *Do Morro de Castello*. Anno 1869 missus fuit ad septentrionales plagas et per 19 annos in illarum gentium bonum insudavit tum spirituale cum materiale praecipue in regionibus paludosis exsiccandis, in puteis perforandis, in agris excolendis. Ipsi insuper debetur erectio sumptuosissimae ecclesiae *N. D. Penhae* (1870-1882). Electus an. 1872 Praefectus Apostolicus *Pernambuci*, anno 1889 translatus fuit *Bahiam*, ibique obiit die 26 nov. 1906.
MODESTO, *Mission. no Brasil*, p. 325-32.
IN MEMORIAM (Necrol. ecc. del P. Ven. da Ferrara). Ancona 1907 pp. 9.
TRIBUTO DE SAUDADE *a' memoria de fr. Venancio de Ferrara*. Bahia 1907 pp. 21.
ANALECTA CAP. 23 (1907) p. 61, necrol.
SERAPH. CHRONICLE (Yonkers), an. 1934, p. 197 s., 211-13. (cf. *Collectan. Franc.* an. 1937, p. 671).

Venantius a Lagosanto, prov. Bononiensis definitor, lector S. Theologiae et Eloquentiae. — Natus e familia *Fagliatti* a. 1846, habitum Capuccinorum induit a. 1862. Sacerdotio auctus munus praedicationis suscepit in eoque ministerio optimum nomen adeptus est. Obiit Faventiae die 5 nov. 1900.

Plura conscripsit atque edidit opera: *Apostolo e diplomatico il P. Giacinto dei Conti Natta da Casale* (Milano, 1886); *Vita di Suor Maria Maddalena Molari di Rimini, Fondatrice dell'Istituto delle Figlie dell'Immacolata Concezione* (Milano, 1890), *La giovane aspirante al T. O. F.* (Ib. 1895); *Norme pratiche di S. Eloquenza* (Ib. 1898); *Lo spirito del T. O. di S. Francesco* (Imola, 1884); *Il Direttore del T. O. di S. Francesco provveduto nelle feste del Signore e della Madonna* (Bologna, 1885); *Il Terziario alla Scuola del S rafico P. Francesco* (Padova, 1894); *La Terziaria modello* (Messina, 1889); *Dante e la Vergine* (Prato, 1899), *Prediche quaresimali* (Bologna, 1903). *Orazioni panegiriche* (Milano, 1900).
DONATO, *Bibliot, Prov. Bologna*, p. 400-12.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 71.
ANALECTA CAP. 16 (1900) p. 375, necrol. — 25 (1909) p. 219, bibliogr.
ANNALI FRANC. (Milano), a. 1900, p. 706.

Venantius a Lisle-en-Rigault, *Min. Gen.* Prov. Parisiensis alumnus. — Natus an. 1862

a familia *Dodo;* iam in saeculo laurea iuris insignitus et advocatus apud Curiam Appellationis in Foro promotus, 27 annos natus (1889) seraphicum habitum induit in Ordine Capuccinorum et an. 1895 sacerdos initiatus est. In officium Ministri provincialis electus an. 1903 in eoque confirmatus an. 1906 miram sollicitudinem ostendit erga fratres saeviente persecutione.

In Capitulo Gen. an. 1908 electus est in Procuratorem Ordinis; et in successivo Capitulo (1914) universo Ordini praepositus est et dein etiam Consultor S. Congr. Religiosorum nominatus. Licet in difficillimis temporibus belli plures provincias visitavit; studiorum incrementum fovit peculiaribus atque probatissimis litteris datis; seminariorum seraphicorum institutionem summopere commendavit. Expleto sexennio, ad propriam provinciam reversus est, ibique totum se ministerio verbi dedit. Obiit Angers die 15 oct. 1926. Cum esset Minister Generalis typis edidit opus utilissimum pro studio comparato nostrae legislationis, scilicet *Monumenta ad Constitutiones Ord. Fr. Min. Capuccinorum pertinentia* (Romae, 1916).

FELICE, *Tavole Capitoli Gen.*, p. 316, 320.
THÉOBALD DE COURTOMER, *Le P. Vénance de Lisle-en-Rigault*. Paris 1927.
ANALECTA CAP., 43 (1927) p. 54-58 (necrologia). cf. etiam *Index Gener.* voll. 1-50, p. 66.

Venantius a Torino, (*Burdesio*), prov. Pedemontanae, Min. Gen. — Decimoseptimo vitae suae anno Ordinem ingressus est an. 1820. In provincia fuit concionator, lector, definitor et minister provincialis. Anno 1844 electus fuit in definitorem generalem; an. 1845 Procurator (post mortem Min. Gen. Aloysii a Bagnaia) et tandem in Capitulo celebrato die 21 maii 1847 Minister Generalis evasit. Turbidissima hora qua in Italia populi agitatores omnia perturbant, ipse quas officii sunt partes fortiter exercet, provincias visitat, consolatur et ad meliora urget; studia fovet, missiones promovet. Primus edidit *Ordinationes Capitulorum Generalium* (Romae, 1851), quae secundo et integrius editae sunt in *Analecta Ordinis* voll. VIII-XIII, annis 1892-1897. Obiit Moncalieri die 6 martii 1864.

BULLAR. CAP., X, 125, 178-183.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 270, 272.
APPENDIX AD BIBL. CAP., p. 39.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 156 n. 61.

Venceslao, vide *Wenceslaus*

Venceslau Braz in Brasilia, Custodia de *Paraná* (Prov. Veneta). — Paroecia huius loci, canonice erecta an. 1943, concredita est fratribus Capuccinis.

INÁCIO, *Custodia do Paraná,* p. 95-96.

Vendôme (*Vindocinum*) in Prov. Parisiensi. Conventum exstructum an. 1606 fratres Prov. Turonensis habuerunt ad gallicam subversionem (1790).

BULLAR. CAP., V, 391.
RENAULT G., *Etablissement des Capucins à Vendôme en* 1606; in: « Bullet. de la Soc. arch. du Vendôme » a. 1889 p. 136 ss.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 352.

Venerabiles Servi Dei ex Ord. Min. Cap., vide *Hagiographia*

« Venerabilis barba Capuccinorum », vide *Folklore* (Cantus)

Veneta Provincia in Italia. — Fuit una e primis provinciis nostri Ordinis; etenim Capuccini an. 1527 urbem *Verona* et an. 1528 *Vicenza* ingressi sunt. Pluribus deinde domibus constitutis, Provincia iam an. 1535 canonice erigi potuit, praesertim opera P. Ioannis a Fano, qui in regionem Venetam a P. Ludovico a Fossombrone missus fuerat.

Provincia brevi diffunditur non modo per regionem Venetam, sed etiam per fines Longobardiae et per regiones Tridentinam et Tirolensem. Insuper iam sub finem saeculi XVI Alpes transgressa, Ordinem nostrum in Galliam ac praesertim in Bavariam, Austriam, Dalmatiam et Bohemiam provexit, ubi lutherana haeresi tum praedicatione, tum scriptis, tum exemplo vitae oppugnata, catholicam fidem strenue defendit.

Cum an. 1606 Respublica Veneta, ob violata Ecclesiae iura, a S. Sede *Interdicti* poena plecta fuisset, omnes Provinciae Fratres potius quam Pontificis iussa infringere, exsilii poenam elegerunt atque Reipublicae statum deseruerunt, quo tamen, rebus compositis, an. 1607 reversi sunt.

Ex quo tempore ita in dies Provincia floruit ut an. 1729 domos 63 cum 830 fratribus recenseret. Anno vero 1734 conventus in regione Tridentina a Capuccinis Venetis erecti ab hac Provincia disiuncti sunt et in peculiarem *Custodiam Tridentinam* constituti; postea (a. 1749) unacum domibus regionis Mantuanae *Provinciam Mantuanam* efformarunt. Posthac Prov. Venetae remanserunt 36 conventus.

Missio de *Paraná* in Brasilia, ex a. 1937 in Custodiam prov. erecta, concredita est Prov. Venetae; itidem eidem commissa est Missio de *Angola* in Congo Lusitano.

INDEX CONVENTUUM et Hospit., qui in territorio hodiernae Prov. Venetae

a) *nunc exstant:* Adria, Asolo, Bassano, Capodistria, Castelmonte, Chioggia, Gorizia, Lendinara, Mestre, Padova, Portogruaro, Rovigo, Thiene, Trieste, Udine, Venezia, Verona, Villafranca.

b) *sunt derelicti* : Acquanegra Arzignano, Badia, Belluno, Caprino, Castelfranco, Cividale, Conegliano, Cormons, Este, Goito, Gradisca, Lonigo, Montagnana, Monteforte, Oderzo, Ostiglia, Palmanova, Peschiera, Pordenone, Roana, Sacile, Schio, Sérmide, Serravalle, Treviso, Valdobbiàdene, Vicenza.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (cfr. Bernardino da Cittadella, *Quattro secoli di vita... della Prov. Veneta*, 1936, p. 179-186).

Ioannes a Fano: 1535.
Ioan. Bapt. a Venezia: 1537.
Matthaeus a Schio: 1540.
Ludovicus a Roma: 1541.
Raphael a Volterra: 1543.
Benedictus a Siena: 1546 (1542?).
Eusebius ab Ancona: 1549.
Leo a Verona: 1552.
Pacificus a S. Gervasio B.: 1555.
Simon a Verona: 1557.
Honorius a Montegranaro: 1560.
Andreas a Milano: 1563.
Laurentius a Fugnano: 1565.
Laurentius a Bergamo: 1568, 1574.
Gregorius *Albanese*: 1571.
Dominicus a Costa: 1577, 1583, 1588, 1597.
Anselmus a Reggio Cal.: 1580.
Stephanus a Milano: 1581.
Georgius a Venezia. 1586.
Ioannes a Venezia: 1591, 1601, 1607.
S. Laurentius a Brindisi: 1594.
Gaspar a Bergamo: 1598.
Amadeus a Verona: 1604.
Michaelangelus a Venezia: 1610.
Claudius a Sacile: 1611, 1615, 1626.
Hieronymus a Verona: 1612.
Ieremias a Venezia: 1617, 1624.
Victor [Vector?] ab Udine: 1620.
Zeno a Bergamo: 1623.
Basilius a Vicenza: 1628.
Ioan. Bapt. a Venezia: 1632.
Fortunatus a Cadore: 1637, 1650, 1662.
Marinus a Venezia: 1641.
Georgius a Venezia: 1644.
Alvisius a Verona: 1647, 1656.
Amantius a Flambro: 1650.
Seraphinus a Brescia: 1653, 1659, 1665.
Hyacinthus a Casale: 1662, 1670.
Hieronymus a Belluno: 1668.
Augustinus a Latisana: 1672, 1678, 1684.
Sanctes a Verona: 1675, 1683.
Ioan. Bapt. a Venezia: 1681.
Ioan. Ant. ab Udine: 1688.
Seraphinus a Vicenza: 1690, 1699, 1705, 1711.
Gulielmus a Belluno: 1693.
Ioan. Petrus a Padova: 1696.
Iosephus ab Udine: 1702, 1708.
Benedictus a Vicenza: 1714, 1720.
Sanctes a Verona: 1717, 1726, 1735.
Bernardinus a Montagnana: 1723.
Ioan. Maria a Venezia: 1729, 1737.
Angelus M. ab Udine: 1732.
Franc. Ant. ab Oderzo: 1740.
Iosephus a Savorgnano: 1743, 1749.
Marcus Ant. a Bassano: 1746, 1752, 1758.
Apollonius a Cadore: 1755.
Augustinus a Verona: 1761.
Vincentius M. ab Asolo: 1764, 1779, 1785.
Seraphinus a Venezia: 1767.
Bernardus a Piove di Sacco: 1770.
Franc. Ant. a Portogruaro: 1773.
Aloisius a Venezia: 1776, 1782, 1788.
Seraphinus a Castelfranco: 1791.
Iacobus M. a Venezia: 1794.
Marinus M. a Cadore: 1798, 1804....
Aloisius M. ab Oliero: 1801.
Gregorius a Treviso: 1825.
Iosephus a Pordenone: 1828.
Ioan. Bapt. a Venezia: 1831, 1837.
Philippus a Montecchio M.: 1834, 1840.
Paulus Ant. a Venezia: 1843.
Hippolytus a Mel: 1846.
Franc. Ant. e Tretto: 1850.
Andreas M. a Venezia: 1853, 1859, 1865.
Ioan. Franc. e Soave: 1856, 1862.
Athanasius ab Udine: 1872, 1878.
Eduardus M. a Verona: 1875, 1884.
Pacificus a Conegliano: 1881.
Alexander a Chioggia: 1887, 1893.
Ioachimus a Limena: 1890, 1899.
Albertus a Comeglians: 1896.
Andreas a Campodarsego: 1902.
Seraphinus ab Udine: 1905, 1914.
Paulus a Cadore: 1908.
Odoricus a Pordenone: 1911, 1919, 1922, 1928.
Vigilius a Valstagna: 1925, 1931.
Hyacinthus a Trieste: 1932.
Wenceslaus a S. Martino di Lùpari: 1935.
Hieronymus a Fellette: 1938, 1941.
Clemens a Santa Maria, Vic. Prov.: 1944.
Vincentius a Magredis: 1945.
Paulinus a Premariacco: 1948.

Religiosi huius Provinciae *de quibus tractatur sub eorum nomine*

Sanctus Laurentius a Brindisi († 1619)
Venerab. Marcus ab Aviano († 1699)

Episcopi:

Ambrosi Hyacinth. a Trieste, el. 1937
Bocchini Bernardus a Piove († 1785)
Bortignon Hieron. a Fellette, el. 1944
Bragadino Vincenz. a Venezia († 1762)
Correr Franc. Ant. a Venezia († 1741)
Cuccarollo Cornel. a Mussolente, el. 1923
Dalla Zuanna Vigilius a Valstagna, el. 1941
Dal Monte Ignatius a Ribeirão Preto, 1949
Giustiniani Paulus Fr. a Venezia († 1789)
Longhin Andr. a Campodarsego († 1936)
Pasetto Lucas a Padova, el. 1921

Ministri Generales:

Augustinus a Latisana († 1713)
Fortunatus a Cadore († 1669)
Ioannes Maria a Venezia († 1749)
Laurentius a Brindisi († 1619)
Vigilius a Valstagna, 1932-38

Scriptores, missionarii etc.:

Adamus a Rovigo, socius S. Laur. († 1645)
Adeodatus M. a Venezia, script. († 1768)
Aloisius M. a Verona, pictor († 1797)
Ambrosius a Mantova, scrip. († 1702)
Andreas a Venezia. Proc. Gen. († 1879)
Angelus a Vicenza, script. († 1690)
Antonius a Pordenone, archit. († 1628)
Antonius a Venezia, miss. († 1891)
Augustinus a Conegliano († 1756)
Barnabas a Caprile, conc. († 1797)

Barnabas a Gambellara, cappel. († 1660)
Cherubinus ab Udine, astron. († 15...)
Clemens a San Daniele, cl. († 1616)
Clemens a S. Maria in P., conc. ap. 1944
Cosmas a Castelfranco, pictor († 1620)
Fortunatus a Rovigo, laic. botan. († 1701)
Franciscus a Conegliano, archit. († 1623)
Franciscus a Valdobbiadene, pharm. (†1640)
Franciscus Ant. a Vicenza, conc. († 1786)
Francisc. Barbarano a Vicenza († 656)
Francisc. M. a Vicenza, archit. († 1830)
Hieronymus ab Udine, conc. († 1763)
Hyacinthus a Casale, diplom. († 1627)
Iacobus a Colza, miss. († 1765)
Ioannes Bapt. Pasinato a S. Martino di Lùpari, scientiatus († 1800)
Ioan. M. Zamoro ab Udine († 549)
Ioannes a Venezia, min. prov. (†1625)
Iosephus M. a Savorgnano, Vic. G. († 1773)
Iosephus a Vicenza, archit. († 1720)
Leopoldus a Castelnuovo, S. D. († 1942)
Marinus a Cadore, conc. († 1827)
Marius a Venezia, conc. († 1660)
Matthaeus a Schio, conc. († c. 1560)
Maximus a Verona, pictor († '679)
Michaelang. a Venezia, script. († 1612)
Pacificus a S. Gervasio, Com. G. († 1575)
Patritius a Milano, miss. († 1753)
Paulus a Chioggia, def. gen. († 1531)
Petronius a Verona, botan. († 1744)
Robertus a Nove, conc. († 1939)
Sanctes a Venezia, pictor. († 1609)
Sanctes a Venezia, laic. pictor. († 1660)
Seraphinus a Lendinara, script. († 1777)
Seraphinus ab Udine, miss. († 1937)
Seraphinus a Vicenza, conc. († 1749)
Simplex a Verona, laic. pict. († 1654)
Theophilus a Verona, astron. († 1638)
Valerius a Venezia († 1618)

Bibliographia

BULLAR. CAP. II, 280-304 (Docum.), 443 (Conv.), X, 734, (Not. hist. et Index doc.).
CHOROGRAPHICA *descriptio Ord. Cap.* a. '649 tab. 5; a. 1712 tab. 27.
DESCRIPTIO GEOGR. ORD. (1929) p. 38 tab. V.
UBALD, *Catalogue des Mss.*, p. 124.
MEMORIE *risguardanti l'Ordine e la Prov. Veneta de' Capuccini, ed Elenco dei Religiosi*, Venezia 1905, pp. 213.
NECROLOGIO *dei FF. Min. Cappuccini della Prov. Veneta.* Venezia 1910. Voll. 2.
STATO PERSONALE... *della Prov. Veneta (Con brevi memorie storiche).* Venezia 1947.
BERNARDINO DA CITTADELLA, *Quattro secoli di vita francescana dei F. Min. Cappuccini della Prov. Veneta* (1535-1935). Padova 1936, pp. 190 ill.
DAVIDE DA PORTOGRUARO, *Storia dei Cappuccini Veneti.* T. I. Gli inizi (1525-1560). Venezia-Mestre, 1941, pp. XXIV-394. (cfr. *Collectan. Franc.* 1942 p. 261-63; *Italia Franc.* 1942 p. 75-77; *Miscell. Franc.* 1946 p. 345-47).
GIO. CRISOSTOMO DA CITTADELLA, *Biblioteca dei FF. Min. Cappuccini della Prov. di Venezia*, 1535-1939). Padova 1945, pp. L-303. (In *Prologo* fuse exponitur evolutio et *ratio studiorum* in eadem Provincia). Cfr. *Collectan. Franc.* 1948, p. 350-52.
IDEM, *Una controversia di giurisdizione fra i Superiori Capp. Veneti e i Superiori generali dell'Ordine a.* 1756-59 [circa gli Studi]. Verona (1948).
ANALECTA CAP., I (1885) p. 410, Status Prov. 29 (1913) p. 28, 29, 30, *Index docum.* quae asservantur Mediolani in Arch. Status.; 52 (1936) p. 102, de *Periodicis* a Prov. Ven. editis.; Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50 eiusd. Anal. p. 198.
ATTI *della Provincia dei FF. Min. Capuccini Veneti.* (Bollettino ufficiale). Venezia, 1925 ss. — inter alias notitias histor. ibi vulgatas, cfr. praesertim a. 1928 p. 13, 26, 50, *Racconto di quanto è occorso ai Cappuccini della Prov. Ven., l'anno interdetto 1606.*
BOLLETTINO FRANCESCANO. Periodico mensile. (pro Tertiariis). Padova 1901 ss.
IDEM, *Numero straordinario* (luglio-agosto 1936) dedicato al IV Centenario della Prov. Veneta.
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936), p. 9, 15, de ortu Prov. et Statistica.

* — Quoad *Ephemerides* a FF. Prov. Venetae editas vide sub v. P e r i o d i c a.

OPERA EDITA AD USUM PROVINCIAE

Costumanze dei FF. Min. Cappuccini della Provincia Veneta. Padova, 1939.

Manuale di pietà serafica. Venezia 1939.

Indirizzi pratici per i Predicatori Cappuccini della Prov. Veneta. Venezia, 1941.

Indulgenze concesse ai FF. Min. Cappuccini della Prov. di Venezia dal S. P. Gregorio XVI. Venezia 1837.

Regolamento del Corso di S. Eloquenza per la Provincia Veneta dei FF. Min. Cappuccini. Venezia 1944.

Regolamento disciplinare degli Studenti dei Min. Capp. della Prov. Veneta. Padova 1936.

Regolamento-Programma dei Seminari serafici e degli Studi dei Min. Cappuccini della Prov. Veneta. Padova 1936.

Regolamento dei fratelli laici della Prov. Veneta. Venezia, 1943; Verona, 1948.

Per essere Apostoli. Preparazione della gioventù cappuccina Veneta per l'apostolato nelle nostre terre e nelle Missioni estere. Padova, 1942.

Proprium Officiorum ad usum FF. Capucinorum Prov. Venetae. Patavii 1941.

Variazioni agli usi della Provincia apportate dal nuovo Cerimoniale Romano-Serafico. Venezia-Mestre, 1945.

Venetiae, vide *Vannes*, *Venezia*

Venezia (*Venetiae*) Provinciae Venetae princeps conventus. — Prior locus, quem Capuccini iam ab an. 1538 incoluere, est eremus

S. Mariae Angelorum in Insula Iudaica, vulgo *Giudecca*, penes quem an. 1592 magnus conventus aedificatus est. In hoc conventu diu commoratus est S. Laurentius a Brundusio, et oratorium adhuc exstat in quo vir Dei sacrum saepe fecit.

Amplissimum templum SS. Redemptoris a civibus erectum an. 1578 ex voto ob liberationem a peste, Gregorii XIII decreto fratres nostri recipere coguntur. Templum, architecto celebri *Palladio*, pluribus decoratur picturis summorum artificum Tintoretto, Veronese, Tiziano, Bellini atque Capuccinorum Cosmae Piazza, Simplicis et Maximi a Verona. Anno 1947 haec ecclesia in *paroeciam* erecta est.

Nostri sodales in hac civitate Venetiarum spirituale ministerium exercent 1) in Nosocomio civili primario ad S. Lazarum, iam ab an. 1830. — 2) in Hospitio senum ad SS. Ioannem et Paulum, ab an. 1830 usque ad an. 1868 et ab an. 1910 hactenus. — 3) in Hospitio senum ad S. Laurentium ab an. 1896. — 4) in Nosocomio phthisicorum in insula Sacca Sessola ab an. 1904. — 5) in Nosocomio infectorum in insula Gratiarum ab an. 1924 usque ad an. 1946.

BULLAR. CAP., II, 443; X, 517, 692.
BOVERIO, *Annales*, I, 270-71 (a. 1538).
DAVIDE, *Storia Capp. Veneti*, I, cf. Ind.
DAVIDE DA PORTOGRUARO, *Il Tempio del Redentore e il Convento dei Cappuccini di Venezia*. Estratto dalla *Rivista di Venezia*, aprile-maggio 1930, pp. 84. — Cf. *Collectan. Franc.* 1932, p. 577. n. 184.
I CAPPUCCINI *all'Ospedale civile di Venezia* (1831-1931). Venezia 1931 pp. 52. — Cf. *Collectan. Franc.* 1934 p. 488 n. 220.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 105. — 64 (1948), p. 11 (Erectio paroeciae).
ATTI PROV. VENETA, 1925 p. 12, 30, 48, 58, *I Cappuccini e l'Ospedale di Venezia*; an. 1947, p. 125-29: *Decreti, ecc. circa l'erezione della parrocchia del SS. Redentore*; p. 136-38: *Notizie della prima chiesetta di S. Maria degli Angeli*.
ECO S. FRANC. 1876 p. 358-63, *Il Centenario del SS. Redentore in Venezia*.
UNIONE SERAFICA (Venezia), an. 1947 n. 2, p. 7-9: *S. Maria degli Angeli* (primum Sacellum FF. Cap.).

Monasteria Capuccinarum

1. Monasterium S. Mariae Gratiarum (in eiusdem nominis insula) fundatum a. 1669-71 a Maria Spinelli, suppressum fuit a. 1810.

2. Monasterium similiter S. Mariae Gratiarum in insula *Mazzorbo* fundatum a. 1689 ab Elisabetha et Francisca Coi, suppressum est a. 1810.

3. Monasterium S. Ioseph vel a S. Raphaël Archangelo his ultimis annis tantum constitutum est et immediate dependet a Ministro Generali.

Quoad moniales illustres, vide *Maria Felix Spinelli* († 1682); *Paula Maria Malatesta* († 1709).

BULLAR. CAP., II, 298 s., 301, 444.
ELENCHUS *Monast. O. S. Clarae* (1942) p. 38.
REGOLA *di S. Chiara... con le Costituzioni delle Cappuccine e le Costumanze del monastero di S. Giuseppe in Venezia*. Venezia 1944.

Venezia (Provincia Ordinis) vide *Veneta provincia*.

Venezia (*patriarchatus*). Inter *Venetiarum patriarchas* recensetur noster sodalis Franciscus Anton. CORRER venetus, qui electus an. 1734, vita cessit a. 1741.

Venezuela in America meridionali.

1. MISSIONES ANTIQUAE — In regione Venezuelana Capuccini Hispani inde a saeculo XVII apostolatum valde fructuosum exercuerunt. Prima missio instituta est in *Cumaná* a fratribus Prov. Aragoniae anno 1648. Post decem annos (1658) fratres Prov. Andalusiae seu Baeticae pedem posuerunt in territorio *Llanos* et dein in *Orinoco*. Quoad missionem in *Caroni* a Capuccinis Prov. Catalauniae fundatam saec. XVII necnon missionem in *Guayana* anno 1723 ab iisdem inceptam vide suo proprio loco. Anno denique 1693 fratres Prov. Valentinae pervenerunt *Maracaibo* (vide).

Initio vero saeculi XIX expulsione missionariorum Hispanorum ex politicis rationibus (1817) omnis ista activitas apostolica interrupta est usque ad an. 1846, quo anno dicti missionarii iterum reverti potuerunt.

Missionarii in Venezuela de quibus tractatur suo proprio loco:

Bartholomaeus a San Miguel († 1737)
Diaz Emmanuel a Sanlúcar († 1851)
Epiphanius a Moirans (flor. 1685)
Franciscus a Jaca († 1686)
Franciscus a Pamplona, laic. († 1651)
Franciscus a Tauste († 1698)
Iosephus (Ven.) a Carabantes († 1694)
Iosephus Ant. a Jerez (flor. 1770)
Martinez Hyacin. a Peñacerrada († 1873)
Nicolaus ab Odena († 1894)
Olaiz Ioachimus a Pamplona († 1945)
Ollegarius a Barcelona († 1900)
Placidus a Belicena († 1666)
Raymundus a Figuerola, laic. († 1699)
Stephanus ab Adoain († 1880)

2. CUSTODIA PROVINCIALIS — Vi decreti Ministri Generalis diei 30. apr. 1937, omnes residentiae sic dictae missionariae in sensu latiori, insimul cum aliis residentiis in regione Cubana sitis, erectae sunt in Custodiam Provincialem sub nomine *Venezuela-Cuba* dependentem a Prov. Castellae in Hispania.

Index domorum huius Custodiae Prov. a) in *Cuba*: Bayamo, Cruces, Marianao-La Habana, Santa Clara; b) in *Venezuela*: Barquisimeto, Caracas, Cumaná, Maracaibo, Valencia. Domus de Tocuyo derelicta est.

BIBLIOGRAPHIA

BULLAR. CAP., VII 338-39 (*Cumaná*)

DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 76 tab. XXXV.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.* p. 359-70.

ROCCO DA CESINALE, Storia, III. 709-740.

MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. III, 391 ss.

IDEM, *Los Cap. en Castilla*, cf. Ind.

STREIT, *Bibl. Missionum*, II, num. 727, 735, 736; III. num. 14, 26, 27, 117, 276, 382, 546, 627, 764, 918, 1032, 1106, 3111, cf. etiam p. 414 et *Index* p. 1120.

RELACIONES HISTÓRICAS *de las Misiones de PP. Capuchinos de Venezuela, siglos* XVII *y* XVIII. Madrid, 1928.

[ANTONIO DE CASTILLO], *Las antiguas Misiones Capuchinas en Cumaná y Maturin.* S. Juan de Puerto Rico, 1912.

BALTASAR DE LODARES, *Los Franciscanos Capuchinos en Venezuela.* Caracas 1929-31. Voll. 3 — Cf. *Collectan. Franc.*, an. 1933 p. 123, 432.

CAYETANO DE CARROCERA, *Cincuenta años de apostolado de los PP. Capuchinos... a las playas venezolanas* (1891-1941) Caracas 1941, pp. 350, ill. — Cf. *Archivo Ibero-Amer.* 1942 p. 521.

IDEM, *La Orden franciscana en Venezuela. Documentos para la historia de sus Misiones durante el siglo* XIX. Caracas 1929, pp. 302, ill.

IDEM, *Memorias para la historia de Cumaná y Nueva Andalucía.* II ed. Caracas 1945. Circa I ed. huius operis (1926) cfr. Archivo Ibero-Americano, an. 1928, p. 289-92.

ESTANISLAO DE PERDIELLO, *La Misión de Venezuela ... 40 años de apostolado de los Capuchinos de Castilla.* Caracas, 1930 pp. 576 ill.

FELIX DE CORTES, *Relación de la Misión Capuchina en Venezuela el año 1770.* Madrid 1908. (Cf. Streit, *Bibl. Miss.* III, nn. 918, 3111).

FROYLÁN M. DE RIONEGRO, *Misiones de los PP. Capuchinos. Documentos del Gobierno central de la unidad de la raza en la exploración ... evangelización y civilización de Venezuela.* (1646-1817) Pontevedra 1929 pp. 426. (Cf. *Collectan. Franc.* 1933 p. 126).

IDEM, *Origines de las Misiones de los PP. Capuchinos en America. Documentos, 1546-1692.* Pontevedra 1931 pp. 86. (Cf. *Collect. Franc.* 1933 p. 127).

IDEM, *Cartas y documentos de las Misiones de los PP. Capuchinos en Venezuela, 1718-1788.* Vigo, 1931, pp. 109. (Cf. *Collect. Franc.* 1933, p. 127).

IDEM, *Relaciones de las Misiones de los PP. Capuchinos en las antiguas provincias españolas hoy República de Venezuela* (1650-1817). Sevilla 1918. Voll. 2.

MELCHOR DE ESCORIAZA. *Crónica de las Misiones Capuchinas en Venezuela, Puerto Rico y Cuba,* 1891-1909. Caracas 1910. pp. 114.

WATTERS MARY, *The Colonial Missions in Venezuela.* In CATHOLIC HISTORICAL REVIEW (Washington), 23 (1937) p. 129-52.

ANALECTA CAP. 43 (1927) p. 70-75, Relatio Missionis in republ. Venezuelana (Cayetano de Carrocera); p. 223, Missio in duas dividitur. — 52 (1936), p. 104, Elenchus Periodicorum a nostris Mission. editorum. — 55 (1939), p. 131. Relatio Miss. a. 1848). — Quoad alias not. cf. et Index Gener. voll. 1-50, p. 132.

APOSTOLADO FRANC. (Barcelona), a. 1945, p. 308-9; a. 1946, p. 15 (contin. in sing. fasc.): *Capuchinos catalanes en Cumaná, isla de Trinidad y Guayana* (Pacifico de Vilanova).

BOLETÍN OFICIAL *Prov. de Castilla.* a. 1948, p. 116 (Domus relig.).

SERAPHIC CHRONICLE (Yonkers), a. 1933 p. 98, 162, 226, 354. — a. 1934 p. 12, 45, 67, *Capuchin martyrs in Venezuela.* (P. John Lenhart).

VENEZUELA MISIONERA. *Revista mensual ilustrada.* Caracas, PP. Capuchinos. 1939 ss. (Cfr. singula volumina circa *notitias historicas* de antiquis et hodiernis Missionibus Ordinis nostri).

* — Quoad *Ephemerides* a Capuccinis in Venezuela editas vide sub v. Periodica.

Venosa (*Venusia*) in Prov. Apuliae. — Conventus aedificatus a. 1591, cum ecclesia S. Sebastiano dicata, supprimitur a. 1809, et nunc fere dirutus est.

BULLAR. CAP., III, 317.

SALVATORE, *Capp. nelle Puglie*, p. 202, 423.

ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 104, Notitiae et status Conv. a. 1650.

Ventotene, Insula Pontiana in mari Tyrrheno. — Ferdinandus IV rex, an. 1770 FF. Capuccinis Prov. Neapolitanae hospitium regium assignavit, cui adnexa erat cura animarum. Ab eo Fratres discesserunt a. 1866, ob legem suppressionis Regularium. Anno vero 1950, mense februario, munus Cappellani apud *ergastulum* commissum est nostro sodali.

BONAV. DA SORR., *Capp. Prov. Napoli*, p. 9.

ATTI UFFIC. PROV. PICENA, a. 1950, p. 105, *P. Fulg. da Lapedona nominato cappellano al Penitenziario di S. Stefano di Ventotene* (febbr. 1950).

Venusia, vide *Venosa*

Vera, in Prov. Navarro-Aragonensi. — Conventus a. 1613 fundatus et a. 1732 restauratus in pessum ivit post illius suppressionem an. 1835 factam a gubernio civili.

BULLAR. CAP., V, 357-60, 417; VIII, 23.

ESTADÍSTICA PROV. NAVARRA a. 1928, p. 108.

Verano Brianza (*Verianum*) in Prov. Mediolanensi. — Anno 1590 fundatus est Conventus et ecclesia, in qua asservata est imago quaedam B. V. Virginis, miraculis emicans, in mu-

ro depicta una cum S. Francisco, quae antea venerabatur in quodam Sacello, quod tunc stratum est. Conv. suppressus est a. 1810.

BULLAR. CAP., II, 446.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 237-40.

Veranópolis, olim: Alfredo Chaves, in Prov. Caxiensi (*Rio Grande do Sul* in Brasilia) — Fratres Capuccini in hoc loco an. 1902 exstruxerunt Conventum et Seminarium seraphicum sub titulo S. Joseph. Anno autem 1901 eisdem fratribus concredita est paroecia S. Aloisii Gonzaga.

CLEM. A TERZORIO, *Manuale hist.*, p. 347.
TEODORO DE ALFREDO CHAVES, *50 Anos de atividades no Rio Grande do sul* (1946) p. 97-110.

Vercelli (*Vercellae*) in Prov. Pedemontana. — Prior Conventus fuit extra moenia penes ecclesiam S. Mariae de « Vezzolano », in quo Fratres nostri commorati sunt ab a. 1615 usque ad a. 1636. — Alter vero aedificari coeptus est a. 1620 cum ecclesia sub titulo Nativitatis B. M. Virginis et B. Amadei a Sabaudia. Suppressus est a. 1802.

BULLAR. CAP., II, 452.
NUOVA CROCIATA FRANC. a. 1925, p. 7.

Verdabbio in ditione Ticinensi (Missio *Mesaucinae* et *Calancae*). — Huius loci paroecia administrata est a PP. Capuccinis ab a. 1789 ad an. 1816. Eiusdem cura suscepta dimidium circiter saeculi denuo relicta est an. 1865.

BÜRGLER, *Franz.-Orden i. d. Schweiz*, p. 130.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, I, 446 (Ind.).

Verde, in Corsica, vide *Linguizzetta*

Verdun (*Virodunum*) in Prov. Strasburgensi. — An. 1585, pro Capuccinis prov. Lotharingiae aedificatus est Conventus, qui postmodum fuit destructus ut locus novae Arci Regiae melius inserviret. Tunc alter Conv. in inferiori urbe exstructus est an. 1625. Assignatus deinde novae Prov. Campaniae (1622), mansit usque ad gallicam revolutionem (1790).

BULLAR. CAP., V, 404.
ARMEL, *Capucins de Metz*, cf. Ind. p. 206.
GODEFROY, *Capucins en France*, t. I, fasc. I, cf. Index p. 235.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 250.

Verianum, vide *Verano Brianza.*

Vernon (*Vernomium*, *Vernotum*) in prov. Parisiensi. — Conventus a. 1612 fundatus et a. 1629 ad novam prov. Normandiae aggregatus, supprimitur a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 393.

Verolanuova, olim Virolo (*Virola Alghisi*) in Prov. Mediolanensi. — Exstructus Conventus a. 1608 cum ecclesia Immaculatae dicata, ibi morati sunt fratres nostri usque ad suppressionem Regularium a. 1810 latam.

BULLAR. CAP., II, 448.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 58, 652.
MONOGRAFIE DI STORIA BRESCIANA, T. XIII, (1937) p. 90-100. Cfr. *Collectan. Franc.* a. 1942, p. 285 n. 583.

Veroli (*Verulae*) in Prov. Romana. — Huius Conventus erectio, statuta a. 1890, atque coepta a. 1892, paucis post annis absoluta est. Ecclesia Patrocinii SS. Virginis Mariae titulo illustratur.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 33 tab. VIII.
Nel V° decennale dell'ingresso e dimora in Veroli dei Min. Cappuccini. Numero unico. Veroli 1941, pp. 33 cum figuris.
MARIANO DA GUARCINO, *Vita del P. Isidoro da Guarcino* (Veroli 1926), cf. pp. 125-166.
ANALECTA CAP. 8 (1892) p. 221.
RESOCONTO PROV. ROMANA, Settem.-Dic. 1940, p. 43-46 cum figura.
VOCE SERAFICA (Roma), 1940, p. 59-60, *Il quinto decennale dei Capp. in Veroli.*

Verona in Prov. Veneta. — FF. Capuccini septem Conventus, annorum decursu, hac in urbe aedificarunt, scilicet: I, a. 1535 ad S. Bovum (*Ospedale della Fratta*) in vico *Quinzano.* — II, a. 1559 ad S. Mariam veterem (*S. Maria Vecchia*). — III, a. 1571 ad S. Crucem (vulgo *Cappuccini vecchi*), qui a. 1810 cum universa Provincia suppressus est. In hoc conventu a. 1575 S. Lauren. a Brundusio habitum seraphicum induit. — IV, a. 1835 in via « *Cantarane* » usurpatus a civili auctoritate a. 1850. — V, a. 1863 in eadem via « *Cantarane* », qui a. 1867 suppressus est. — VI, a. 1872 ad S. Liberam, postea derelictus. — VII demum, a. 1893 extra at penes urbem in via « *Barana* » erectus, cuius ecclesia Sanctissimo Redemptori dicata est.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 39 tab. V.
BULLAR. CAP., II, 284, 443; VII, 385; X, 15, 16, 121, 299, 309.
MONUM. HIST. O. CAP., I, cf. Ind. p. 551; V, 215 s., 307.
DAVIDE, *Storia Capp. Veneti*, I, Ind. p. 394.
BRUSCO L., *I Rev. Padri Cappuccini in Verona.* Verona 1835.
MAINI LUIGI, *Di alcuni Cappuccini illustri che nacquero a Verona o la edificarono colla dimora e colla predicazione.* Verona, 1863, 46 pp.
PIGHI ANT., *La Chiesa e i « Cappuccini vecchi » di Verona.* 1897.

Veronica Barone a Vizzini, (Catania in Sicilia), Capuccina III Ordinis. — Nata die 15 dec. 1856, in baptismo Febronia appellata est. Iam a pueritia donis caelestibus cumulata est. Anno 1868 habitum Capuccinarum Tertii Ordinis sumpsit et Veronica vocata est. Post vitam orationi et poenitentiae semper intentam ac miris operibus ditata, magna fama sanctitatis ad caelum migravit die 5 ian. 1878. Processus pro eius beatificatione institutus est.

PIO GIUSEPPE SCRIBANTI [da Alatri], *L'adora-*

trice di Gesù Sacramentato. Suor Veronica B. — II ed. Roma 1916.

PIO LA SCALA DA MAZZARINO, *L'Estatica Cappuccina. Suor Veronica B.* — IX ed. Catania 1928.

IDEM, *Leben der D. G. Veronika B., deutsche Ausgabe besorgt durch P. Leo Schlegel, Cisterciénser.* Saarlouis 1913.

IDEM, *La Servante de Dieu Soeur Véronique B.* — Bar-le-Duc (Paris), 1912

PUGLISI LO MAGNO GIULIANO, *Brevi cenni sulla vita di Veronica B.* — Ragusa 1901.

VELLA VINCENZ A. T., *Sicut Lilium. Suor Veronica B.* — Malta 1908. (in lingua vulgari melitensi).

ANALECTA CAP. 32 (1916) p. 124. — 35 (1919) p. 210. — 41 (1925) p. 13. — 61 (1945) p. 63, Causa beatificationis.

Veronica (S.) Giuliani monialis capuccina, in saeculo Ursula. — Nata die 27 dec. 1660 in oppido *Mercatello* (Pesaro), adhuc puerula frequenti apparitione pueri Iesu recreata est. Anno 1677 Tiphernate sive *Città di Castello* (Perugia) Capuccinarum monasterium ingressa est, ibique summae austeritatis vitam suscepit ut Christo Crucifixo perfecte conformis fieret. Dolores passionis mystice sustinuit, *sacris stigmatibus* meruit insigniri et *signa dominicae passionis* mirabiliter impressa in corde gestavit, ut, modo quem vivens ipsa descripserat post obitum eiusdem repertum est.

Anno decimo octavo vitae religiosae magistra novitiarum electa est, dein etiam abbatissa, eaque officia ad mortem usque tenuit. Ad Dominum evolavit die 9 iulii 1727. Eam Pius VII beatificavit die 12 sept. 1802; Gregorius autem XVI die 26 maii 1839 in Sanctorum albo recensuit.

Diffusissimum *Diarium* reliquit in quo propriam orationis vitam atque gratias mysticas quibus a Domino fuit cumulata describit. Ingens opus, iussu confessarii exaratum ab an. 1693 ad an. 1727, quadraginta quattuor voll. constat. Iam diu obliteratum, anno tandem 1883 typis vulgari coepit cura Francisci Dausse. Omnium editionum, plus minusve completarum, et versionum eiusdem DIARII *elenchum* hic exhibemus iuxta chronologicum ordinem:

1. *Scritti di S. Veronica Giuliani cappuccina, dal* 1677 *al* 1727. Tomo I, Parte II — detta il *volume* di Pio IX — (a cura del Commendatore F. B. DAUSSE). Città di Castello, 1883.

2. *Ecrits de Sainte Véronique Giuliani,* précédés 1° d'Appréciation et Citations, 2° du Récit des 21 prem. années de sa merveilleuse vie (1660-1681), par *F. B. Dausse*. Paris, 1883

3. *Un Tesoro nascosto,* ovvero: *Scritti inediti di S. Veronica G.* che contengono la sua vita mistica da Lei stessa narrata. Opera compilata e pubblicata dal canonico *Annibale Maria Di Francia.* Messina, 1891, pp. 368.

4. *Un tesoro nascosto,* ossia *Diario di S. Veronica G.*, pubblicato e corredato di note dal P. Pietro Pizzicaria, d. C. di G. [della Compagnia di Gesù], Prato, 1895-1905. Voll. 8. — Cf. recens. apud «*Analecta Bollandiana*» a. 1896 p. 455; a. 1898 p. 488; a. 1900 p. 80; a. 1902 p. 116; a. 1904 p. 521. — Voll. 9-10, editi a cura del Comitato pel Centenario della Santa. Città di Castello, 1928.

5. *Un tesoro oculto, ó sea Diario de S. Verónica de Julianis,* publicado por el P. Pizzicaria, traducido por D. Arturo Masriera. Barcelona, 1905-1909. Voll. 8.

6. *S. Veronica Giuliani e l'Eucaristia.* Pagine estratte dal *Diario* di lei (pubblicato dal P. Antonino da Castellammare). Todi 1927.

7. *Lettere inedite e Diario della Passione* secondo gli Autografi di S. Veron. G., a cura di Umberto Bucchioni. Firenze, 1927.

8. *Sainte Véronique Giuliani dépeinte par elle-même.* Son Autobiographie extraite de ses oeuvres, traduit de l'italien par le P. Désiré des Planches. Paris. 1929.

9. *Le Journal de Sainte Véronique Giuliani.* Pages choisies du «*Diario*» traduites de l'italien, par le P. Désiré des Planches. Paris 1931. pp. 315. — Cf. recens. apud *Collectan. Franc.*, an. 1934, p. 635.

10. *Il piccolo Diario di S. Veronica Giuliani.* Torino, 1936. pp. 228.

Bibliographia

BULLAR. CAP., VII, 351, 377 (Causa beatif.); X, cf. Ind. p. 805 (Causa beatif.).

ACTA SS., *Propylaeum* mensis Decembris, p. 280 (Brevis biogr. et bibliogr).

DAS NEUESTE *Welt-Wunder in dem Wundervollen Leben der Gottseligen Dienerin Gottes Veronicae Giuliani Capucinerin.* — München 1741, pp. 532.

PRIMO CENTENARIO *della canonizzazione di S. Veronica G.* 1839-1939. Urbania 1939.

RELAZIONE *delle meravigliose operazioni divine ritrovate nel cadavere e nel cuore di Suor Veronica G.* — Perugia 1727.

RICORDO *del II Centenario di S. Veronica G.* 1727-1927. Milano 1927. pp. 190.

VITA *della B. Veronica G.*, estratta dalle *Lettere* della medesima Serva di Dio da un Religioso. Crema 1808. pp. 114.

BERTINI CAROLINA, *Vita di S. Veronica G.* — Milano 1925.

CAPOZZI MARIA, *S. Veronica G., Abbadessa cappuccina.* Milano 1939. pp. 271.

CINCILLA A., *I grandi amori di una grande Santa. S. Veron. G.* — Nuova ediz. Alba 1938, pp. 367.

DÉSIRÉ DES PLANCHES, *La Passion renouvelée ou Sainte Véronique G.* — Paris 1927.

IDEM, *La Passione rinnovata.* Trad. di G. Montali. Siena 1939, pp. 186. — Cf. recens. ap. *Studi Franc.* 1939 pag. 251-53.

DI SAN. MARCO ROSA, *Eine Passionsblume aus dem Garten des hl. Franz. S. Veronika G.*), Altötting 1930.

GIOV. GIACOMO ROMANO, O. CAP., *Vita della Ven. Suor Veronica G.* — Roma 1776.

PIERLEONI, *Vida de S. Verónica de Julianis.* S. l., 1801 pp. 368.

RONDINI S., *Vittima d'amore. S. Veron. G.* Città di Castello 1927. pp. 116.
SALVATORI FILIPPO MARIA, *Compendio della vita della B. Veron. G.* — Roma 1803. — *Versio gallica* (Paris 1804). *Versio hispanica* (Madrid 1804, 1808).
IDEM, *Vita di S. Veronica G.*, Roma, Firenze 1839; Napoli III ed. 1887. — *Versio anglica* (London 1874); *versio germanica* (Köln 1841); *versio lusitana* (Rio de Janeiro 1869, 1926); *versio polonica* (Varsavia 1841).
SAMUELE CULTRERA, O. CAP., *S. Veronica G.*, Lucca 1935, pp. 100.
STROZZI GIOV. FRANC., S. J., *Vita della ven. Veronica G.* — Roma 1763. pp. 365.
THOMAS VILLANOVA GERSTER von Zeil, *S. Veronika G. — Lebensbild.., nach ihrem Tagebuch.* Bolzano 1926. pp. 415.
ULCELLI G., *La Passiflora del Metauro: S. Veronica G.* — San Marino 1927, pp. 127.
VILLERMONT (M. DE), *Sainte Véronique G. abbesse des Capucines.* Paris-Couvin 1910 — *Versio italica* (Città di Castello 1927).
VINCENZO DA FRASCATI, *Compendio della vita di S. Veron. G.* — Roma 1839.
ANALECTA CAP., cf. *Index Gener.* voll. 1-50 (1884-1934), p. 218.
COLLECTAN. FRANC. 3 (1933) p. 136-38 (bibl.).
ETUDES FRANC. 20 (1908) p. 170-176, *S. Véronique G. et le P. Michel-Angelo de Raguse.* Extrait du Journal de S. Véronique (M. De Villermont).
FRANC. ANNALS (London), 1944-45, p. 80 ss. (cf. sing. fasc.). *Extracts from the diary of St. Veronica Giuliani*, transl. from the italian by Sr. Francis.
FRANC. LEVEN, 29 (1946(185-98, 229-40, *De jeugd van de H. Veron. G.* (P. Quirinus). 33 (1950) p. 107-14, 164-77, *De bruidstrijd van de H. Veronica Giul.* (Idem).
VITA CRISTIANA (Firenze), 15 (1943) 481-89, 566-89, *La vita della grazia nell'esperienza mistica di S. Ver. G.* (L. Veuthey, O. M. Conv.).

Versailles (*Versaliae*) in Prov. Parisiensi. — Conventus aedificatus est a. 1854 cum ecclesia dicata S. Ioseph. B. M. V. Sponso.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 28 tab. XIII.
IRÉNÉE, *Hist. Cap. de France*, I-II, 318.
EXPULSION *des Capucins à Versailles en novembre* 1880. II éd. Versailles 1881.
ANALECTA CAP. 20 (1904) p. 17 s.
ECHO DE ST. FRANÇ. (Toulouse), a. 1903, Mai, p. 89-91 (Expulsion des Cap. 1901).

Vertova (*Vertua*) in Prov. Mediolanensi. — Anno 1576 fundatur Conventus, eiusque ecclesia a. 1594 consecratur in honorem S. Ioseph. Fratres expulsi sunt a. 1802.

BULLAR. CAP., II, 448.
VALDEMIRO, *Capp. Bergamaschi*, p. 31-35.
ATTI PROV. LOMBARDIA, a. 1937, p. 40-46, *Religiosi defunti nell'antico Conv. di Vertova.*

Vertua, vide *Vertova*

Verucchio (*Veruculum*) in Prov. Bononiensi. — Fundamenta nostri conventus posita sunt a. 1576, eiusque ecclesia S. Georgio mart. est consecrata a. 1598. Fratres ab eo expulsi sunt a. 1805.

BULLAR. CAP., IV, 222-24, 439; IX, 152.

Verulae, vide *Veroli*

Vervia, vide *Verviers*

Verviers (*Vervia*) in Prov. Belgica. — Vetus conventus fundatus an. 1683 suppressus est an. 1796. Novus conventus exstructus est an. 1894 cum ecclesia dicata sanctis Francisco Assisiensi et Antonio Patavino.

BULLAR. CAP., IV, 371.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 15 tab. XIV.
HILDEBRAND, *Kap. in de Nederl.*, II, cf. Ind.
TE DEUM LAUDAMUS (1928), p. 69-71.
LEJEAR J., *Les Capucins de Sommeleville à Verviers.* Verviers 1901 pp. 30 (extr. ex « *Bulletin de la Soc. Vervietoise d'Archéol. et d'Hist.* »).
ANALECTA CAP. 8 (1892) p. 311; 44 (1928) p. 22 (Novit. pro laicis); 50 (1934) p. 8 (Novit. supprim.).
ETENDARD FRANC., 1946, 110-12, *Les Cap. à V.*
VOX MINORUM CAP., III, 1949, p. 268-70, Benedictio Sacelli B. M. Virginis Pauperum.

Verzuolo (*Verzolium*) in Prov. Pedemontana. — Domus missionaria a. 1602 ibi erecta, cum ecclesia S. Antonii a Padua, suppressa est a. 1802.

BULLAR. CAP., II, 453.
FERRERI, *Rationarium Miss.*, II, 292-332, cfr. et Index p. 655.
NUOVA CROCIATA FRANC., a. 1925, p. 7 n. 20; a. 1928, p. 65.

Vesalia, vide *Wesel*

Vescovato (*Episcopatus*) in Corsica insula. — Capuccini ibi morati sunt ab a. 1554 usque ad gallicam eversionem (1790?). Eorum ecclesia fuit dicata Mariae SS. Gratiarum.

BULLAR. CAP., II, 456. VIII, 323, 324 (docum. a. 1761).

Vesontio, Bisuntio, vide *Besançon*

Vesoul (*Vesulium*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus fundatus a. 1605 sub titulo Mariae Immaculatae, et an. 1618 aggregatus novae Prov. Burgundiae, permansit usque ad suppressionem Regularium a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 400.
MOREY, *Cap. en Franche-Comté*, p. 25-27.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 360.

Vesprimium, vide *Veszprém*

Vestae, vide *Vieste*

Vestone (*Vestonum*) in Prov. Mediolanensi. — Anno 1603 primus lapis positus est huius

Conventus, qui a. 1607 perfectus est. Ecclesia dicata est SS. Francisco Assisiensi et Antonio Patavino. Supprimitur a Republica Cisalpina a. 1769.

BULLAR. CAP., II, 448.
VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 52, 647.

Vesulium, vide *Vesoul*

Veszprém (*Vesprimium*) in Commissariatu Hungariae. — An. 1934 fratribus Capuccinis facultas concessa est erigendi domum in hoc loco; (cfr. *Analecta Cap.* 51, 1935, p. 14); de facto vero variis de causis fratres illuc ingressi non sunt.

Vetoettingae, vide *Altötting*

Vetralla (*Forum Cassii*) in Prov. Romana. — Ex anno 1584 ibi exstat noster Conventus et ecclesia dicata S. Antonio Patavino.

BULLAR. CAP., II, 443.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 33 tab. VIII.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 58.

Vetrum, vide *Vietri*

Vettona, vide *Bettona*

Veurne (*Furnae*) in prov. Belgica. — Conventus FF. Capuccinorum erectus an. 1605 et an. 1772 Custodiae Flandro-Belgicae commissus, an. 1796 suppressus est.

BULLAR. CAP., V, 410; IX, 78, 159.
HILDEBRAND, *Kapuc. in de Nederlanden*, I, III, cf. Ind.; V, 306-317.

Vézelise (*Vezelium*) in Prov. Strasburgensi. — Conventus titulo S. Ioseph, a FF. Prov. Lotharingiae a. 1634 exstructus, permansit usque ad suppressionem Regularium a. 1790.

BULLAR. CAP., V, 403.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 713.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 428.
ARMEL, *Capuc. de Metz*, p. 19, 29.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 295.
ETUDES FRANC. 43 (1931) p. 82.

Via Crucis. — Origo, incrementum et propagatio huius pii exercitii magna ex parte debetur Fratribus Minoribus. Eorum opera etiam numerus *stationum*, qui usque ad saeculum XVII variabatur inter 7 et 37 ad 14 reductus est. Hic modus peragendi exercitium Viae Crucis pedetentim communis effectus est in ecclesia ac demum confirmatur a S. Congr. Indulg. die 3 apr. 1736 et a S. Rituum Congr. die 16 feb. 1830. Item facultas erigendi Vias Crucis reservata est Ordini Fratrum Minorum.

Fratres Capuccini, qui cultum erga passionem Jesu Christi enixe propagarunt, etiam pium exercitium V. C. fidelibus commendaverunt atque in hunc finem plurima opuscula ediderunt. Constitutiones autem Ordinis (n. 38) hanc praxim Viae Crucis peragendam monent praesertim tempore Quadragesimae.

BIBLIOGRAPHIA

MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. II, 204 s.
AMÉDÉE TEETAERT, O. CAP., *Aperçu historique sur la dévotion au Chemin de la Croix*, in: COLLECTANEA FRANCISCANA, XIX, 1949, p. 45-142.
IDEM, *Histoire des Indulgences attachées à l'exercice du Chemin de Croix*, in: DICTION. de DROIT CANONIQUE (Paris. Letouzey), IV (1949) 816-841.
ANTONINUS A SANT'ELIA A PIANISI, O. CAP., *De pio Viae Crucis exercitio. Disquisitio historica, iuridica, ritualis*, Romae, 1950. Cfr. Index sub v. *Capuccinae, Capuccini*.
EPIFANIO DA RAIANO, O.F.M., *Origine della Via Crucis*. Napoli, 1875.
KNELLER, K. A., *Geschichte der Kreuzweg*. Freiburg Br., 1908. Cfr. *Archiv. Franc. Histor.* a 1909, p. 335-43 (Mich. Bihl).
THURSTON H., S. J., *Etude historique sur le Chemin de la Croix*. Trad. par A. Boudinhon. Paris 1907. — Cf. *Archiv. Franc. Histor.*, a. 1908, p. 50-61 (Mich. Bihl.).
UBALD D'ALENÇON, *Le Chemin de la Croix dans la religion, dans l'histoire et dans l'art*. Paris, 1923.
ANALECTA CAP., 13 (1897) p. 184 *Notitiae historicae de Via Crucis*.
COLLECTAN. FRANC., vide supra *Amédée Teetaert*.
ITALIA FRANC., 10 (1935) p. 128-152: *La « Via Crucis » nella storia e nell'arte* (G. Londei).
MISCELL. FRAN., 8 (1901) 8-19, *« La Via Crucis » Saggio bibliografico* (Gian Fran. da Venezia, O. Cap.).
REVUE HIST. FRANC., 8 (1931) p. 381-85: *Les origines du Chemin de Croix* (Ignace Marie, O.F.M.).

Viadana (*Vitelliana*) in Prov. Mediolanensi. — Quem fratres Prov. Bononiensis exstruxerant Conventus a. 1593 sub titulo S. Mariae Magdalenae, postea transiit sub ditione Prov. Parmensis (1679), deinde Prov. Mediolanensis (1781). Desiit tempore suppressionis napoleonicae (1810).

BULLAR. CAP., II, 441.
CIRILLO, *Memorie Capp. Emiliani*, I, 76.
VALDEMIRO, *Capp. Milanesi*, I, 415-22.

Viana in Prov. Navarro-Aragonensi. — In hoc loco impossibilis evasit erectio conventus iuxta populi vota; atque hospitium ibidem aedificatum an. 1657 opus fuit derelinquere an. 1672 iussu S. Sedis ita reclamantibus aliis religiosis.

BULLAR. CAP., V, 353-355 (Bulla Clem. X erronee dicitur data a. 1653 loco *a. 1672*).

Viano prope *Brusio* in Helvetia, Custodia provincialis *Raetiae*. — Nostra residentia missionaria erecta est a. 1850. Ecclesia dicata est Visitationi B. M. Virginis.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. XV tab. XVI.
CLEM. A TERZORIO, *Manuale Miss.*, p. 43.
IDEM, *Le Missioni*, I, cfr. Ind. p. 446.

Viator a Beszów, domo *Piotrowski*, provinciae Varsaviensis lector, concionator egregius

et pluries moderator. — Ortus an. 1769, habitum seraphicum sumpsit an. 1788 obiitque *Nowe Miasto* an. 1835. — Plurima scripta reliquit varii argumenti, praesertim historiam nostri Ordinis in Polonia spectantia. Quae typis vulgavit lingua polona praecipua sunt: *Recollectiones* decem dierum ad usum Capuccinorum (Varsaviae, 1815); *Dissertatio* de benefico influxu Religionis christianae (Ib. 1825) *Conciones* dominicales et festivales, 4 voll., ed. posthuma (Ib. 1840).

APPENDIX *ad Bibl. Script. Cap.*, p. 39 vel 40.

Viator a Coccaglio, antiquae prov. Brixiensis alumnus. — Natus e familia *Bianchi* an. 1706; seraphico habitu indutus an. 1724. Concionator egregius enituit; per quadraginta et amplius annos philosophiam et theologiam tradidit; definitoris et ministri provincialis munere laudabiliter functus est. Contra novatores suae aetatis acriter in doctrina catholica defendenda scriptis et verbis pugnavit. Obiit in coenobio Cologne an. 1793. Plura conscripsit opera apologetica etc., quorum aliqua anonyma vel pseudonyma. Inter praecipua sunt: *Italus ad Febronium de statu Ecclesiae* cuius plures exstant editiones. — *Ricerca sistematica sul testo e sulla mente di S. Prospero di Aquitania nel suo poema contro gli ingrati*. Brescia 1756, 1762. — *Lo spirito filosofico-teologico-estetico di S. Prospero d'Aquitania nei suoi epigrammi*. Brescia 1759; 1760; — *Tentamina theologico-moralia*; voll. 6; Bergamo, 1768-71. — *Tentaminum scholasticorum synopsis*; voll. 2; Venetiis, 1782. — *Traccie di tradizione sopra la Regola dei FF. Minori*; Venezia, 1780.

VALDEMIRO, *Capp. Bresciani*, p. 418-436.
ILARINO, *Bibl. di Lombardia*, p. 291-99.
APPENDIX AD BIBL. CAP., p. 41.
MELZI, *Dizion. Op. anon.*, II, 33 (Ingenua...) p. 56 (Italus...); III, 274 (Zoppicamenti...)
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 299.
PERONI V., *Biblioteca Bresciana*, I, 133.
REUSCH, *Der Index*, II, 942 (Opus contra Febronium), p. 978 controv. cum *Mozzi*).
DICTIONN. THÉOL. CATHOL., XV, 2836-42.
MISCELL. FRANC. 3 (1888) p. 139-143, *Biogr. e bibliogr. del P. Viatore.*

Viba, vide *Bitonto*

Vibinum, vide *Bovino*

Vibo Valentia, olim Monteleone (*Monsleo*), in Prov. Rheginensi Calabriae. — Prior Conventus fundatus a. 1534, ob aëris insalubritatem fuit postea derelictus; eius ecclesiae titulus: SS. Annuntiata. — Alter Conv. exstructus sub arce urbis a. 1631, adhuc exstat cum ecclesia dicata Immaculatae Conceptioni B. V.

BULLAR. CAP., III, 65, 312.
FORTUNATO, *Memorie Prov. Reggio*, p. 31.
ITALIA FRANC. 23 (1948) p. 100 s.

Vibonati (*Bonatum*) in Prov. Lucaniae. — Hospitium ibi erectum primis annis saeculi XVIII, cassatum est a. 1866.

BULLAR. CAP., III, 54 (Docum. a. 1701) 311.

Vic-Fezensac (*Vicus Ferensacensis*) in Prov. Tolosana. — Hospitium fundatum a. 1737, cuius sacellum erat dicatum S. Ludovico regi, cassatum est a. 1791.

BULLAR. CAP., V, 407.
IRÉNÉE, *Nécrologe de Toulouse*, p. 78.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquit.*, p. 297.

Vic-sur-Seille in Provincia Strasburgensi. Conventus a fratribus Prov. Lotharingiae excitatus a. 1613, tempore gallicae eversionis derelictus est (1791). Ecclesia fuit dicata B. Virgini Mariae.

BULLAR. CAP., V, 403.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 26.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 33.
ARMEL, *Capuc. de Metz*, cfr. Ind. p. 206.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 253.
ETUDES FRANC. 43 (1931) p. 76.

Vicarius Conventus. — Vices Guardiani absentis vel impediti ipse gerit. In primordiis seraphici Ordinis ab ipso Guardiano eligebatur, sed post annum 1274 Vicarii electio Capitulo provinciali mandata est.

In Ordine Capuccinorum ante an. 1754 institutio *Vicariorum* nulla lege universali regulabatur. Vicarius a Guardiano eligi poterat distinctus etiam ab illo quem prius Minister prov. instituerat. Solummodo Capit. gen. an. 1643 statuit ut in domibus principalioribus institutio Vicariorum fieret a Definitoribus in Capitulo congregatis; attamen videntur admissae exceptiones.

Capitulum tandem generale an. 1754, statuit ut Vicarii constituerentur pro omnibus et singulis provinciarum coenobiis in Capitulis provincialibus et Congregationibus intermediis. Si autem moriatur alicuius familiae Vicarius vel ut Discretus electus ad Capitulum prov. accedat, alius eidem substituendus est a Ministro provinciali.

Absente Guardiano, regimen conventus spectat ad Vicarium, qui nihil tamen innovare potest et ordinationes Guardiani servare tenetur. Vicario item spectat ius praecedentiae post Guardianum et si Guardianus obierit, intra limites guardianiae, praecedit etiam Definitores actuales (*Capit. Gen. a. 1712*).

Munus Vicarii protrahi potest ad arbitrium provinciae, attamen vitandum est, ne, absque gravi causa, sit nimis diuturnum et quasi perpetuum. Definitorium prov. ex iusta et rationabili causa, quovis tempore, potest Vicarium ab uno ad alium conventum transferre et etiam ab officio deponere.

Absente Guardiano et Vicario, regimen familiae religiosae assumere debet sacerdos antianus vel dignior; quin tamen unquam possit culpam audire vel ad libitum de rebus conventus in favorem familiae disponere.

ORDINATIONES CAPIT. GEN. (ed. 1928), nn. 232-240.
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. I, 161 (n. 162); vol. II, 161-164.

Vicarius Generalis. — Ita nuncupatus est Superior Generalis Ordinis usque ad annum 1619, donec Paulus V Capuccinorum Congregationem penitus exemit a iurisdictione Magistri Generalis Conventualium. (vide sub v. *Minister Generalis*).

Vicarii Generales instar Ministrorum Generalium alternatim Provinciis Hispaniae et Ordini dati sunt, ex instantia regis Hispaniarum, a Pio VII vi bullae *Inter graviores* diei 15 maii 1804. Die vero 30 martii 1838 Gregorius XVI alternativam sustulit.

Iuxta hodiernam legislationem (cf. *Constit.*, nn. 169-170) *Vicarius Generalis* haberi tantum potest vacante officio Ministri Generalis. Quacumque enim de causa officium Min. Gen. vacet, eidem succedat oportet tamquam *Vicarius Generalis* Procurator Ordinis; quod si et ipse ab officio cessaverit durante munere Vicarii Gen., tunc succedere debet secundus Definitor Gen., et ita ordinatim alteri alter Definitor succedere oportet.

Vicarius Gen. iisdem iuribus gaudet ac Minister Generalis, et pro actis officialibus sigillo Ordinis uti potest; de vacatione officii Ministri Gen. Sedem Apostolicam quantocius certiorem facere tenetur huiusque instructiones fideliter exequi debet.

BULLAR. CAP., VIII, 364; IX, 239, 291; X, 3.
VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, p. 457.
MONUMENTA HIST. O. CAP., V, cfr. Ind.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. II, 124.
BASILIO, *Estudio de la Bula « Inter graviores »* (1804), p. 90, 123, 131-35, 145-48.
ANALECTA ORD., cf. *Ind.* voll. 1-50, p. 218.

Vicarius Provincialis. — Hoc titulo gaudet substitutus Ministri Provincialis, sive defuncti sive absentis a Provincia. Olim eligebatur ab ipso Ministro Prov. tempore Capituli; Capit. vero Gen. an. 1637 statuit ut electio Vicarii Prov. fieret a Ministro Prov. consultis etiam, ex decentia, Patribus Definitoribus. Iuxta Capitula Gen. an. 1633 et 1671 mortuo Ministro Prov., Vicarius Prov., ab ipso institutus cessabat et primus Definitor succedebat ut Vicarius Provincialis.

Iuxta hodiernam legislationem nominatio Vicarii Prov., quae fieri debet propter notabilem absentiam, vel aegritudinem, aliudve grave impedimentum Ministri Prov., huic soli competit; expedit tamen ut consulantur Definitores. Vacante quacumque de causa officio Ministri Prov., primus Definitor statim recurrere debet ad Min. Gen. et donec mandata recipiat Provinciae regimen teneat oportet tamquam Vicarius Provincialis. (*Constit.*, n. 152).

Vicarius Provincialis per omnia aequiparatur Ministro Prov. huiusque proinde omnibus facultatibus gaudet, attamen Vicarius Prov. cum potestate delegata a Prov. Ministro institutus, ratione huius delegationis vocem non habet in sequenti Capitulo.

ORDINATIONES CAPIT. GENER., nn. 212-216.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, vol. II, cf. Ind.
DIONYSIUS A JANUA, O.F.M, *Vicarius Provincialis expensus et dilucidatus*. Genuae 1664.

Vicenza (*Vicetia*) in Prov. Veneta. — Prior Conventus seu potius eremus aedificatus est a. 1540 in regione « *Monticello della Maddalena* ». Quo a. 1565 relicto, Conventus, olim aliorum Regularium, iuxta ecclesiam S. Hieronymi ad locum « *Vivarolo* » inhabitatur. Qui an. 1805 igne bellico dirutus an. 1807 iam partim restauratus definitive supprimitur.

Nosocomium civile an. 1750 susceptum, an. 1810 deseritur.

BULLAR. CAP., II, 282-84.
DAVIDE, *Storia Capp. Veneti*, I, 183-86, 352.
BARBARANO FRANC. DA VIC., *Historia ecclesiast. di Vicenza*, (1649-62), III, 62, 330, 393; IV, 304; V, 402-407.

— Moniales Capuccinae Ord. S. Clarae, an. 1613 in monasterio S. Ioseph deinde in monasterio S. Mariae Immaculatae inhabitarunt usque ad a. 1810.

BULLAR. CAP., II, 289-92, 444.
BARBARANO, (op. s. cit.), V, 285

Vicetia, vide *Vicenza*

Vich (*Ausona*) in Prov. Catalauniae. — An. 1607 fundatus Conventus titulo S. Angeli Custodis derelictus est an. 1835 vi legis exclaustrationis Religiosorum.

BULLAR. CAP., V, 309, 413.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 487.
Status... Prov. Catalaun. a. 1910, p. 64.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 354.
APOSTOLADO FRANC. (Barcelona), a. 1941, pag. 61, *La Iglesia de los Capuch. de Vich.*

Vichiacum, vide *Vichy*

Vichy (*Vicus calidus, Vichiacum*) in Prov. Lugdunensi. — Ab a. 1644 usque ad gallicam subversionem (1790) ibi exstitit Hospitium pro Capuccinis missionariis.

BULLAR. CAP., V, 398.

Vico del Gargano (*Vicus Gargani*) in Prov. Fodiensi seu S. Angeli. — Anno 1566 aedificatus est Conventus cum ecclesia dicata SS.mae Annuntiatae. Obrutus terraemotu d. 31 maii 1646, restauratus est, et nova ecclesia titulo S. Mariae Angelorum decorata est.

BULLAR. CAP., III, 316.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 19 tab. VIII.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Ang.*, p. 52.

Vico Joannes Bapt., Neapolitanus (1668 † 1744), *philosophiae historiae* creator et auctor originalissimi operis, cui titulus *Principii di Scienza nuova.*

Inter Franciscanos cum quibus intimam relationem amicitiae et studiorum habuit, adnu-

merantur etiam Capuccini qui sequuntur: BERNARDUS M. GIACCO A NAPOLI, celeber orator (†1744), cui Vico plurimas *epistolas* misit ab an. 1720 ad an. 1729, et ab ipso P. Bernardo talia responsa accepit, quae plurimum eius spiritum et ingenium iuvarunt in diebus difficilioribus vitae suae. — MICHAELANGELUS A REGGIO EMILIA, concionator apud Aulam Pontificiam († 1766), quem Vico in sua domo *hospitem* excipiebat tempore praedicationis quadragesimae (Neapoli an. 1729) atque ipsi carmen dicavit. — ANTONIUS MARIA A PALAZZUOLO, minister provincialis, qui in morte ipsius Vico *adsistentiam* ei praebuit; insuper eiusdem Patris industria ad nos pervenerunt « *Orationes Latinae* » ipsius Vico quia *ms.* illius operis Vico durante vita sua ipsi Patri donaverat.

GEMELLI A., *Il Francescanesimo*, III ed. 1936, p. 244 s. (Vico et franciscani).
NICOLINI F., *G. B. Vico epigrafista*, in « Arch. stor. per le Prov. Napoletane » an. 1931, p. 129 ss. (Cfr. *epigrammata*, quae Capuccinos spectant).
ARCH. FRANC. HIST., III, 1910, p. 23, 231: *G. B. Vico e le sue relazioni con i Francescani* (L. Ventura).
LUCANIA FRANCESCANA, an. 1938, p. 40 s. *G. B. Vico e l'Ordine dei Cappuccini.*

Victor a Bergamo (*Baizini*), alumnus Prov. Mediolanensis. — Natus a. 1872, Ordinem Capuccinorum ingressus est anno sextodecimo vitae suae. Missionem Brasiliensem petiit an. 1896. Dum in statione *Alto Alegre* (Maranhão) esset, die 13 martii 1901, ab indigenis pro fide necatus est una cum aliis missionariis et christianis.
Vide bibliogr. sub voce *Alto Alegre*.

Victor a Bologna, vide *Sinibaldi V.*, episc.
Victor a Palermo, vide *Victorius a Palermo*

Victor a Trier (*Gelen*), Prov. Rhenanae novitiorum magister et per tres vices gubernator. Obiit a. 1669. — De re mystica scriptor egregius exstitit. Eius opus cui titulus: *Summa practica theologiae mysticae*, editum est Coloniae a. 1646 et a. 1652; idemque ab ipso auctore in germanicam linguam translatum prodiit eodem loco a. 1655 et aliis vicibus.

an. 1651!

PELLEGRINO, *Annali*, IV, 33 ss.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 121.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 245.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores*, III, 154.
HURTER, *Nomenclator*, III, 1123 n. 1., IV, 312
IOAN. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, III, 136.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwissen*, p. 93, 123 ss.
STANISLAUS, *Franzisk. Mystik*, p. 131.

Victoria in Sicilia, vide *Vittoria*

Victoria, Kansas, in Prov. Pennsylvanica in America sept. — Hospitium a PP. Prov. Bavaricae ibi erectum a. 1878, in formalem conventum a. 1883 est constitutum. Eius ecclesia, quae iure paroeciali gaudet, est dicata S. Fideli a Sigmaringa.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 30 tab. XX-XXI.
CATALOGUS PROV. PENNSYLV. a. 1950, p. 13.
ANNALS PROV. ST. AUGUSTINE, 1946 N. 2 p. 13, 14; 1947 N. 1 p. 12, N. 2 p. 29.
ALTÖTTINGER FRANZ. BLATT. a. 1906, p. 9-11.
SERAPHIC HOME JOURNAL, a. 1927, p. 198-200.

Victoria, in dioecesi *Port Victoria* (olim de *Seychelles*) in Oceano Indiano. — Fratribus Capuccinis prov. Helveticae an. 1948 facultas data est ibi erigendi domum religiosam.

ANALECTA ORD., 65 (1949) p. 26.
SANKT FIDELIS, 35 (1948) p. 11.

Victoria Falls, vide *Livingstone*.
Victorinus a Palermo,
vide *Victorius a Palermo*
Victoriosa, vide *Vittoriosa*

Victorius ab Alatri, prov. Romanae (1813 † 1886). — Regulari observantia et scientia emicuit. Per 40 prope annos philosophiam, theologiam et sacram eloquentiam docuit; eius magisterium extendit etiam ad clericos seminarii dioecesani Aletrinensis. Suae provinciae exstitit Definitor ac Custos Gener., Sacrae vero Congr. de Prop. Fide Consultor. Inter varia eius opera typis data recensentur: *Doveri de' Padri-famiglia. Racconto* (Milano 1876); *La SS.ma Vergine e i Protestanti. Conferenze.* (Roma 1877); *Conversazioni ragionate sugli errori de' tempi moderni*, ed. II Ib. 1884 Suppresso autem suo nomine edidit: *Catechismo cattolico*, voll. 4 (Roma 1880-82), *Corso di Spirituali Esercizi agli ecclesiastici*, Ib. 1883.

EDUARDUS, *Bibl. mariana*, p. 72.
ANALECTA CAP. 2 (1886) p. 319, necrol.
ITALIA FRANC. 14 (1939) p. 359 s., Opera.

Victorius ab Appeltern in Hollandia, alumnus prov. Belgicae. Natus anno 1848; habitum induit in Hollandiae prov. an. 1866. Diversis temporibus missiones exercuit Trapezunto (1882-1884), in Indiis Orientalibus: Allahabad (1887-1903) et Lahore (1903-1910). Lectoris munere functus est in prov. Hibernica (1885) itemque in prov. Belgica cui adscriptus fuit an. 1897. Anno 1910 a missione Lahore reversus valetudinis causa, sequenti anno 1911 Romam se contulit apud Collegium S. Laurentii Brund. et totum se studiis mancipavit iuris canonici et sacrae liturgiae. Obiit die 27 febr. 1918. Praeter plurimas dissertationes in diversis ephemeridibus editas de re liturgica et canonica, reliquit opera quae sequuntur: *Manuale Liturgicum*, voll. 2, Mechliniae, 1901; denuo editum sub titulo *S. Liturgiae Promptuarium*, voll. 3, Brugis, 1913. — *Compendium « Praelectionum Iuris Regularis » P. Piati Montani*, Tornaci, 1903 et 1913. — *Handbook for Catholic Chaplains and Missionaries*, Bombay, 1910. — *Manuale Missionariorum*, Mangalore, 1909; Brugis, 1911.

ANALECTA CAP. 32 (1916) p. 41-44, bio-bibliog. 34 (1918) p. 59 s. necrologia.
NEERLANDIA FRANC., II, 1919, p. 147-50, necrologia.

Victorius a Novellara (*Galanti*), Parmensis provinciae concionator. Habitum induit, 16 annos natus, an. 1678; obiit Piacenza a. 1718. Rubricarum et scientiarum doctissimus cultor, edidit: *Quotidianum punctum ortus solis*, Parma, 1714; *Apologia temporis*, Placentiae 1715; *Synopsis Sacrorum Rituum in usum PP. Min. Capuccinorum Prov. Lombardiae*, Ib. 1718. Alia opera mss. in arch. prov. asservantur quorum praecipuum est: *Hypotyposis Christianae Theologiae ad eruditionem praesertim illorum qui Doctrinae Christianae tradendae incumbunt.*

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 246.
TIRABOSCHI, *Biblioteca Modenese* III, 357.
NECROLOGIUM PROV., die 17 nov.
BOLLETT. STOR. BIBL. FRANC., 2 (1941) p. 76 s.

Victorius a Palermo, (a quibusdam *Victor* vel *Victorinus* appellatus), Prov. Panormitanae moderator, concionator ac lector egregius († 1635). — Doctrina emicans, cathedram tenuit per plures annos, non in sua tantum sed etiam in aliis Provinciis. Nonnulla scripsit non parvi valoris, sed praelo datum est hoc tantum: *Declaratio dilucida in Artem Raymundi Lulli.* Venetiis 1636.

PELLEGRINO, *Annali*, I, 142-144.
BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 246 (Victor).
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 154 (Victorinus).
IO. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, III, 136.
EGIDIO, *Catalogo Scrittori Palermo*, p. 148.
MELZI, *Dizion. Op. anon.*, I, 278 (Declaratio)
MIRA G., *Bibliografia Siciliana*, II, 459.
MONGITORE A., *Bibliotheca Sicula*, II, 273.
ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, III, 11-13.

Victorius a Pistoia, nobili gente *Tolomei*, provinciae Tusciae lector, concionator, definitor. Prius in Congo, dein in Indiis hispanicis missionarius fervens ad 18 annos fuit. *Funchal* in insula Madera cum degeret an. 1670 monasterium sororum Capuccinarum fundavit. In patriam reversus, obiit an. 1689.

CAVAZZI, *Descrizione del Congo*, cfr. Ind. sub v. *Pistoia*.
ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 617, 631, 659.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, x, 482, 496.
TEODORO DA PAVIA, *Dell'isola di Madera* (Tortona 1705), p. 144 ss.

Victorius a Sestri Ponente,
vide *Consigliere V.*, episc.

Victricius ab Eggenfelden (*Weiss*), prov. Bavaricae. — Natus an. 1842 die 18 dec.; viam clericalem ingressus, anno 1866 sacerdos initiatus est et dein laurea insignitus est sacrae theologiae in Universitate Monachii. Ordinem Capuccinorum ingressus an. 1875 ministerio verbi fulsit necnon in novitiorum et clericorum institutione et pro quinta vice in regimine totius provinciae ab anno 1884 ad annum 1905. Omnibus carus et magni habitus humilitate, animi serenitate ceterisque seraphicis virtutibus quibus erat exornatus. In odore sanctitatis occubuit Vilsbiburg die 8 dec. 1924. Eiusdem processus Beatificationis iam incoepti sunt. Mss. reliquit: *Expositio Regulae I Ord.*; *De cultu divino in Ecclesia Africana secundum scripta Tertulliani et S. Cypriani* (Dissertatio ad lauream in S. Theologia); *Meditationes*; *Exercitia spiritualia*; *Sermones.*

EBERL, *Gesch. bayr. Kap.*, p. 626, 647, 777.
P. FABIANUS, *P. Victricius Weiss de dienaar van zijn dienaaren.* 's-Hertogenbosch 1949.
INGBERT NAAB, O. CAP., *P. Viktricius Weiss. Ein Lebensbild.* München 1930, pp. 228. (cfr. *Collect. Franc.* 1932 p. 547 s.).
THOMAS VILLAN. GERSTER (von Zeil), *Der heiligmässige Provinzial. Lebensbild des P. Victricius.* Bregenz 1936.
PROVINZBOTE (Bayern), a. 1924, p. 101 s.
ANALECTA CAP. 41 (1925) p. 129 (necrol.) — 43 (1927) p. 281 (transl. corporis). — 47 (1931) p. 322 (Causa beat.) — 59 (1943) p. 10 s. (Elenchus Mss. P. Vict.).

Vicus, vide *Vic-sur-Seille*, Vich, Vico.
Vicus calidus, vide *Vichy*
Vicus Ferensacensis, vide *Vic-Fezsensac*
Vicus Gargani, vide *Vico del Gargano*
Vienna vide *Vienne, Wien*

Vienne (*Vienna Allobrogum*) in Delphinatu, in Prov. Lugdunensi. — Conventus a. 1601 fundatus, et a. 1791 suppressus. Eius ecclesia fuit dicata SS. Hieronymo et Francisco Assisiensi.

BULLAR. CAP., v. 398.
LAGIER A.. *Les Capucins à... Vienne.* Grenoble 1917 pp. 67.

Viennensis archidioecesis, vide *Wien*

Viennensis Provincia in Austria. — S. Laurentius a Brundusio missus cum aliquibus sociis in Bohemiam et Austriam pro fide catholica tuenda adversus protestantes, ibidem Ordinem propagavit. Etenim an. 1600 coenobia Pragae, Viennae, et Graecii (Graz) erexit et constituit Commissariatum *Austro-Bohemo-Styriacum* cui idem ipse praefuit usque ad a. 1603 cum Commissariatum in duos dispertitus est, scilicet *Austro-Bohemum* et *Styriacum*, qui dein, decreto Capituli Gen. die 1 iunii 1618 erecti sunt in Provincias. Attamen Prov. Austro-Bohema, decreto Clementis X, die 22 martii an. 1673 (iuxta votum Capit. Gen. an. 1671) in duas Prov. scissa est, *Bohemam* scilicet cum 20 domibus et *Austriacam* cum 17 domibus.

Aliis coenobiis erectis in Hungaria, sumpsit postea nomen *Austro-Hungaricae* vel *Viennensis* a praecipua urbe. Sub imperatore Iosepho II Provincia multas perpessa est tribulationes et potiorem partem domorum amisit,

scilicet 28, et 13 tantum servavit. Elapso bello europaeo, omnes domus Prov. Styriacae in ditione germanica sitae adnexae sunt Prov. Austro-Hungaricae die 30 dec. 1921, cui nomen impositum est *Viennensis*; tandem decreto Min. Gen., die 6 apr. 1934, ab hac Prov. seiuncta sunt coenobia regni Hungariae ad constituendum eiusdem nominis Commissariatum.

Index Conventuum et Hospit. qui in territorio hodiernae Prov. Viennen. a) *nunc exstant*: Gmunden, Graz, Hartberg, Irdning, Klagenfurt, Knittelfeld, Leibnitz, Linz, Murau, Scheibbs, Schwanberg, Wien, Wiener-Neustadt, Wolfsberg.

b) *sunt derelicti*: Bruck an der Leitha, Bruck a. d. Mur, Freistadt, Gmünd, Heiligenkreuz, Hollabrunn, Korneuburg, Krems, Leoben, Mödling, Mureck, Poysdorf, Radkersburg, Mettersdorf, Schwechat, Steyr, Tulln, Villach, Waidhofen an der Thaja, Waidhofen an der Ybbs, Wels.

Series Superiorum Prov., addito eorum electionis tempore. (cfr. *Schematismus* Cap. Prov. Austriaco-Hungaricae, an. 1910..., vel *Schematismus* Commissariatus Hungariae, 1944 p. 14-16).

a) *Commissariatus Gener. Austro-Bohemo-Styriacus*

S. Laurentius a Brindisi: 1599 (1608).
Amadeus a Verona: 1602.
Matthias a Saló: 1604.
Ioannes a Venezia: 1605 (1613).

b) *Commissariatus Gener. Austro-Bohemicus*

S. Laurentius a Brindisi: 1608 (1599).
Damianus a Venezia: 1609.
Hieronymus a Verona: 1611.
Romanus a Lodi: 1612 (1621).
Ioannes a Venezia: 1613 (1605).
Basilius a Vicenza: 1617 (1618).

c) *Provincia Austro-Bohemica*

Basilius a Vicenza: 1618 (1617).
Romanus a Lodi: 1621 (1612).
Valerianus Magni a Milano: 1624.
Ioan. Bapt. ab Ala (non ab *Hall*): 1626
Alexius Burgundus: 1629, 1633.
Hieronymus a Brescia: 1630.
Ludovicus a Rosenheim: 1636, 1642, 1649.
Samuel a Pilsenburg: 1639, 1646, 1653, 1659.
Michaëlang. a Deggendorf: 1650, 1656, 1662.
Alexander a Friedberg: 1665 (1673).
Iovita Burgundus: 1668.
Martinus a Freiberg: 1671.

d) *Provincia Austriaco-Hungarica.*

Alexander a Friedberg: 1673 (1665).
Ildephonsus a Carlshoven: 1674, 1686.
Crescentius Mösserer, Austriacus: 1677.
Cletus a München: 1681, 1688.
Donatus a Passau: 1684, 1693.
Engelbertus a Linz: 1690, 1698.
Marianus a Wels: 1695.
Ephrem Cremifanensis: 1700, 1706.
Gregorius Hartacensis: 1703, 1711.
Erasmus a Linz: 1708, 1714, 1719.
Albertus a Linz: 1716.
Adrianus Gravenegensis: 1722, 1728.
Benedictus Viennensis: 1725, 1731.
Sanctus a Gmunden: 1734, 1740.
Gelasius Goriciensis: 1737, 1746.
Angelinus Viennensis: 1743.
Methodius Sághr: 1748.
Ildephonsus Cremsensis: 1751.
Terentianus Steyerleitner: 1754, 1760, 1766.
Ephrem a Waidhofen a. d. Th. 1757, 1763.
David Viennensis, Vic. Prov. 1765.
Bassianus a Gmunden: 1769, 1775, 1781.
Veremundus Chrudimensis: 1772
Lucianus Viennensis: 1778.
Chrysologus Sterusiensis: 1784-1792.
Gaudentius a Linz, Vic. Prov. 1792.
Laurianus Sopronien sis: 1793, 1796.
Eleazarus Magno-Carolinensis: 1799-1818.
Georgius Haslacensis: 1808-1814.
Isaurus Budensis: 1814, 1817, 1823.
Paschalis Essekiensis: 1820.
Hieronymus Jaurinensis: 1826.
Lucas Senhalsensis: 1829, 1838.
Caietanus Magno-Varadinensis: 1832.
Chrysologus Alba-Regalensis: 1835, 1841, 1844, 1853.
Alphonsus Tatensis: 1847, 1850.
Adrianus Nyitra-Ivánkensis: 1854.
Irenaeus Tatensis: 1857, 1860, 1866, 1869, 1875.
Floridus Budensis: 1863.
Rudolphus Posoniensis: 1872, 1878.
Placidus Buda-Eörsensis: Vic. 1877, Prov. 1887.
Richardus Moórensis: 1881, 1884.
Titus a Limbach: 1890, 1893.
Vitalis a Pazmand: 1896, 1899.
Aloisius a Moson: 1902, 1905, 1914, 1917.
Andreas a Jász-Berény: 1908, 1911.

e) *Provincia Viennensis.*

Franciscus a Leibnitz: 1921.
Albinus a Thüringerberg: 1924, 1927, 1933, 1936, 1946.
Thomas a Straden: 1930.
Caietanus ab Heiligenkreuz: 1939, 1949.

Religiosi huius Provinciae
de quibus tractatur suo proprio loco
(vide etiam *Bohemo-Morava* et *Styriae* Prov.)

Bonifacius *Müller* a Bürs, pict. († 1947)
Gelasius a Gorizia, Vic. Gen. († 1760)
Hermolaus a Bratislava conc. († p. a. 1791)
Norbertus a Wien, pictor († 1773)
Pius a Salzburg, conc., script. († 1701).
Procopius a Templin, script. († 1680)
Sennel Emericus a Komáron, *episc.* († 1685).
Zuber Athanas. a Wien, episc. († 1872)

Bibliographia

Bullar. Cap., iv, 229-253 (Docum.), 379 (Tab. Conv.); vii, cf. Ind. gener. p. 448 (*Austro-Hungar.* et *Austriaca Domus*), p. 464 (*Ferdinandus II, III, VI*), p. 477 (*Leopoldus imp.*); x, 737, Not. hist. atque Index docum.
Bullarii Regestum, n. 2499 (an. 1751).

CHRONOGRAPHICA DESCRIPTIO ORD. (1712) tab. 61
DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 39, tab. XVIII.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 291-94 (Ferdinando III e i Capp.); III, 196 s. (Divisione d. Prov. 1673); IV, 151-58 (Leopoldo I e i Capp.), p. 263 s. (Peste del 1710).
MELCHIOR, *Historia O. Cap.*, vol. III, cfr. Index (Austro-Hungarica Prov.).
SCHEMATISMUS *O. Cap. prov. Austriaco-Hungaricae* pro an. 1848... 1918.
SCHEMATISMUS *FF. Capuccin. prov. Viennensis*, an. 1923 ss.
ALBINUS VON THÜRINGERBERG, *Totenbuch der Wiener Kapuzinerprovinz*. Wien, 1949.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 543 s.; II 476. (Conv. Capp. in Austria).
Beiträge zur Geschichte der Kapuziner in Oesterreich. Köln 1783, pp. 47.
ZAK ALPH., *Oesterreichisches Klosterbuch*. (Wien 1911), p. 189-199 (Kapuziner).
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 95, Status prov. — 4 (1888)p. 371, de Visitatione Min. Gen. (1751). — 8 (1892) p. 86-94, Monumenta antiqua circa Prov. calamitates an. 1679-1683. — 25 (1909) p. 79, 138, 187, 210. 246, 295, 351. — 26 (1910) p. 55, 83, 117, 154, *De rebus Austriae et Bohemiae Commentariolum a S. Laur. a Brund. italica lingua descriptum*. — 28 (1912) p. 249, Docum. quae servantur in Archivo Status Mediolani. — 38 (1922) p. 43-46, de nova divisione Prov. — 52 (1936) p. 96 de Periodicis a Prov. editis. — Quoad alia, cfr. *Index Gener.* voll. 1-50, p. 174 (Austro-Hungarica), p. 198 (Viennensis).
COLLECTAN. FRANC. 6 (1936) p. 204-06, de ortu Prov.
« FRANZISKUS » - *Monatschrift der Kapuziner Oesterreichs* (praesertim pro Tertiariis). Linz 1926 ss. — Circa histor. Prov., cf. vol. 2, p. 308-311.
SERAPHISCHER KINDERFREUND. *Vereinsblatt f. das Liebeswerk f. arme Kinder*. Linz. 1904 ss.
WIENER PROVINZBOTE DER KAPUZINER. (Commentarium officiale prov.) — Wien-Linz 1934 ss. — Quoad not. hist. huius Prov. cf. a. 1936, p. 117-124, *Bericht d. Visitation durch P. General*. - a. 1938, p. 423ss. *Ein Beitrag zur Prov. Geschichte.*

Vieracker C., vide *Corbinianus a Wolnzach*.

Vierzon, in Prov. Tolosana. — Fratres antiquae Prov. Turonensis ibi morati sunt ab a. 1612 vel 1616 usque ad gallicam eversionem (1791).
BULLAR. CAP., V, 391.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 26.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 33.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 105.
REVUE HIST. FRANC. 6 (1929) p. 353.

Vieste (*Vestae*) in Prov. Fodiensi seu S. Angeli. — An. 1634 erectus est Conventus et ecclesia dicata S. Mariae Constantinopolitanae. Derelictus est ob legem suppressionis Regularium a. 1867.
BULLAR. CAP., III, 103, 316.
BERNARDINO, *Memorie Prov. S. Ang.* p. 119.

Vietri di Potenza (*Vetrum*) in Prov. Lucaniae. — Prior Conventus, S. Francisco sacer, aedificatus est a. 1562-72. Eo relicto, alter an. 1652 est fundatus. In eius ecclesia, quae dicata est Depositioni Iesu Christi de Cruce, multae Reliquiae Sanctorum asservantur inter quas una est *Spina* quae traditur fuisse in Corona D. N. I. C.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929), p. 24 tab. IX.
BULLAR. CAP., III, 47-48, 311.
MARIANO, *Capp. nella Lucania*, I, 310-23.
ANALECTA CAP. 55 (1939) p. 307, Status Conv. a. 1650.
L'OSSERVATORE ROMANO, 7 apr. 1932, p. 2, *La Sacra Spina di Vietri* (Potenza).

Vigan Le (*Vindomagi*) in Prov. Tolosana. — Anno 1629 nostra domus religiosa ibi erigitur, et a. 1790 supprimitur.
BULLAR. CAP., V, 406.
APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 9.
IDEM, *Toulouse chrét.*, I, 210-18, III. 309.
IRÉNÉE, *Nécrologe Prov.*, p. 69.

Vigévano (*Viglebanum*) in Prov. Alexandrina. — Vetus Conventus aedificatus est an. 1539 pro fratribus Prov. Mediolanensis quibus data est custodia ecclesiae S. Mariae Lauretanae. An. 1609 fratres transierunt ad novum Conv. exstructum in regione « *Piccolini* » cum ecclesia dicata Nativitati B. V. Mariae. Supprimitur a. 1866. — Hodiernus Conv. est aedificatus a. 1895; eius ecclesia titulo S. Familia decoratur.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 11 tab. III.
BULLAR. CAP. II, 322, 446; IX, 190.
MONUM. HIST. O. CAP., V, 219, 305 s.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, I, 38, 39.
AURORA FRANC. (Alessandria) a. 1927, p. 157, Nuova Chiesa dei Capp.

Vigiliae, vide *Bisceglie*
Vigilius a Valstagna, vide *Dalla Zuana V.*, episc.
Viglebanum, vide *Vigévano*

Viglini Angelicus a Napoli, episc. alumnus prov. Neapolitanae. — Ortus est die 15 oct. 1664 et Ordinem Capuccinorum intravit an. 1679. Fuit lector Theologiae, Vicarius prov., Consultor archiepiscopi Neapolitani, et Caroli VI imper. a secretis. Benedictus XIII an. 1723 episc. *Tropiensem* (Tropea) eum creavit et ipse Pontifex illum episcopum consecravit die 12 apr. eiusdem anni. Post tres annos e vivis sublatus est die 16 maii 1731.
BULLAR. CAP., I, 180 s., III, 4.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, I, 71.
BONAV. DA SORR., *Capp. di Napoli*, p. 31.

CAPPELLETTI, *Chiese d'Italia*, XXI, 224 (ubi erronee dicitur episcopus a. 1737-41).
GAMS, *Series episcop.*, p. 938.

Vignola (*Vineola*) in Prov. Parmensi. — Anno 1698 conventus exstruebatur eiusque ecclesia dicabatur Mariae Immaculatae; suppressus est an. 1866. Reassumptus an. 1938 sed eodem diruto tempore belli novus conventus erigitur ex an. 1947 sub eodem titulo Immaculatae Conceptionis.
BULLARIUM CAP., II, 441.
ANALECTA CAP., 1 (1885) p. 317.
LA VOCE *della Chiesa dell'Immacolata in Vignola*. Modena, 1945 ss.

Vignola di Basilicata, vide *Pignola*

Vigo, in Prov. Castellae in Hispania. — Conventus fundatus est anno 1903 cum ecclesia dicata B. Mariae Virgini Divini Pastoris Matri.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 18 tab. XII.
STATISTICA PROV. CASTELLAE, 1909, p. 78.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*. p. 259, 275.

Vigone in Prov. Pedemontana. — Conventus a. 1611 fundatus est cum ecclesia sub titulo S. Francisci Assisiensis. Suppressionem passus est a. 1802 et omnino destructus.
BULLAR. CAP., II, 452.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*. V, 108 (n).
NUOVA CROCIATA FRANC., a. 1925 p. 7 n. 27.

Vigueria vide *Voghera*

Vilá y Mateu Franc. Xaver. ab Arenys de Mar, *episc.*, alumnus prov. Catalauniae. — Natus die 9 maii 1851, seraphicum habitum induit an. 1869 in conventu missionis Guatemalae prov. Catalauniae concreditae; studia vero perfecit in prov. Tolosana in Gallia. Anno 1875 ad missionem Aequatoris perrexit ibique sacerdos factus est. In Hispaniam dein reversus, onus sustinuit magistri novitiorum per plures annos, definitoris, Ministri Provincialis prov. Aragoniae (1889-1895) et Catalauniae (1900-1906); tandem a Pio X infula episcopali insignitus die 25 augusti 1911, cum titulo *Adraeno*, Vicarius Apostol. *Guamensis* deputatus est; sed non multo post quam ad sedem pervenit, gravi morbo correptus, pie in Domino obdormivit die 1 ianuarii 1913.
BASILI DE RUBI, *Necrologi de Catal.*, p. 1.
ANALECTA CAP. 27 (1911) p. 306 el. episc. — 29 (1913) p. 126 necrol.
ESTUDIOS FRANC. 7 (1911) p. 221. — 35 (1925) p. 282 s.

Vila Esmeralda, vide *Esmeralda*.

Vila Flores in Prov. Caxiensi (*Caxias in Brasilia*). — Anno 1948 concessa est facultas erigendi in hoc loco domum nostrae religionis:
ANALECTA ORD., 65 (1949) p. 26.

Vilafranca del Panadés (*Villafranca Poenitentium*) in Prov. Catalauniae. — Prior Conventus, Mariae Immaculatae sacer, fundabatur in loco solitario a. 1582. Alter postea exstruitur eodem titulo prope urbem a. 1624. Confiscatus a. 1835, incendio periit a. 1838.
BULLAR CAP., V, 413.
STATUS... PROV. CATALAUN. a. 1910, p. 62.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 353.

Vila Ipé in Brasilia, vide *Ipé*.

Vilaka in Lettonia (archid. *Rigensis*). — Pro fratribus Prov. Bavaricae. domus religiosa canonice ibi erecta est a. 1936.
ANALECTA CAP. 53 (1937) p. 8.
PROVINZBOTE (Bayern), 1948, p. 76-81: *Kriegs-Chronik* (1939-1944).

Vilanova de la Geltrú, olim *Vil. de Cubelles*, in Prov. Catalauniae. — An. 1644 Conventus est fundatus. Ecclesia, dicata B. Mariae Virg. vulgo « *de Bonayre* », a. 1784 reaedificata est. Saeviente civili eversione a. 1835, Conv. fuit omnino destructus.
BULLAR. CAP., V, 413.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 586.
STATUS... PROV. CATAL. a. 1910, p. 65.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 353.

Vilhena, vide *Floriana*

Villa Basilica in Prov. Lucensi. — Ex an. 1819 ibi exstat Conventus Capuccinorum; ecclesia dicata est B. M. V. Annuntiatae.
BULLAR. CAP., IX, 348.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 24 tab. VII.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 283.

Villa de Paine, vide *Paine*

Villa Elisa in republ. Argentina (archid. *Platensis*). — Pro Capuccinis Commissariatus Prov. Argentini ibi domus religiosa canonice erecta est a. 1937.
ANALECTA CAP. 54 (1938) p. 11.

Villa francopolina, vide *Villefranche de Rouergue*
Villa murata, vide *Villemur-sur-Tarn*

Villa Perosa (Torino) in Prov. Pedemontana. — Ab a. 1679 usque ad a. 1691 ibi exstitit domus seu residentia missionaria pro Capuccinis in Vallibus subalpinis ministerium apostolicum exercentibus.
NUOVA CROCIATA FRANC. a. 1928, p. 65.

Villa San Diego, vide *Rosario de Santa Fé*.
Villa Verucchio, vide *Verucchio*

Villach, Beliak, in Prov. Viennensi. — Fratribus veteris Prov. Styriae, domus fundata est a. 1629 et ecclesia in honorem B. V. a Misericordia et S. Ludovico regi. Conv. comburitur a. 1786.
BULLAR. CAP., IV, 381; VIII, 63.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 216.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 547.

MAVRICIJ, *Zgodovina Kapucinov*, p. 79.
SCHEMATISMUS PROV. STYRIAE (1908) p. 21, 67.

Villafanum, vide *Vuillafans*

Villafranca in Prov. Veneta. — Conventus fundatus est a. 1586 (alii 1588). Quo, an. 1805, suppresso, alter a. 1837 erigitur. Ecclesia S. Ioseph dicata est.
BULLAR. CAP., X, 85, 541, 659.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 39 tab. v.
LINO M. DA ROVIGO, *I Cappuccini a Villafranca* (1837-1937). Villafranca 1937. (Cfr. *Collectan. Franc*. a. 1942, p. 282).

Villafranca Belliocensis, vide *Villefranche-sur-Mer*.

Villafranca di Nizza (*V. ad Mare*) in Prov. Pedemontana. — Conventus fundatus a. 1609 cum ecclesia sub titulo S. Mariae Gratiarum Matris suppressus est a. 1802.
BULLAR. CAP., II, 453.
NUOVA CROCIATA FRANC., a. 1925, p. 7. n. 24.

Villafranca Piemonte, in Prov. Pedemontana. — Ex an. 1629 ibi exstat noster Conventus, cuius ecclesia titulo S. Sebastiano mart. honoratur.
BULLARIUM CAP., II, 453.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 30 tab. III.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 317.
NUOVA CROCIATA FRANC. a. 1925, p. 55, 130, 226 s.

Villafranca Poenitentium, vide *Vilafranca del Panadés*

Villamañán in Prov. Castellae (dioec. *Legion. n.* Hispania). — Moniales Clarissae vulgo *Capuccinae*, ex an. 1920 habitant monasterium a S. Familia nuncupatum.
CONSPECTUS TRIUM ORD. (1929) p. 233.
ELENCHUS *Monaster. O. S. Clarae* (1942) p. 36.

Villanova, vide *Vilanova, Villanueva, Villeneuve*

Villanueva del Cardete in Prov. Castellae (Hispania). — Conventus titulo Maria Immaculata, a. 1627-28 fundatus, mansit usque ad civilem subversionem a. 1835.
BULLAR. CAP., V, 418.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 492.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 156.
STATISTICA PROV. CASTELLAE (1909) p. 22.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cfr. Ind.
BONAVENTURA, *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.

Villar di Nizza in Prov. Pedemontana. — Domus missionis exstitit ex a. 1639 ad a. 1644 pro Capuccinis in Vallibus Subalpinis laborantibus.
FERRERI, *Rationarium Miss.*, II, 612-23.
NUOVA CROCIATA FRANC. a. 1928, p. 65.

Villarosa in Prov. Syracusana. — Parvum hospitium, a Conventu de Castrogiovanni dependens, ibi exstitit annis 1314-1866. Conventus vero in regione « Acquanova » fundatus est a. 1886.
SAMUELE, *Memorie Prov. Siracusa*, p. 457-59

Villarrubia de los Ojos (*Villarubea*) in Prov. Castellae (Hispania). — Conventus an. 1638-39 fundatus, abrogatus est tempore civilis perturbationis a. 1835. Ecclesiae titulus: SS. Corpus Christi.
BULLAR. CAP., V, 418.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 338.
STATISTICA PROV. CASTELLAE (1909), p. 22.
MELCHOR, *Los Cap. en Castilla*, cfr. Ind.
BUENAVENTURA, *Prov. de Castilla*, I, cf. Ind.

Villasor (*Villa Sorres*) in Sardinia. — Pro fratribus Capuccinis a. 1630 fundatur Conventus; an. 1698 transiit sub iurisdictionem Prov. Calaritanae (Cágliari) et a. 1870 supprimitur. Ecclesia fuit dicata S. Antiocho mart. Sulcitano.
BULLAR. CAP., III, 327.
ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 189.

Villefranche-de-Rouergue (*Villa francopolina*) in Prov. Tolosana. — Conventus an. 1608 fundatus et ex a. 1640 ad Prov. Aquitaniae pertinens, demum supprimitur a. 1790. Eius ecclesia fuit dicata S. Francisco et S. Barbarae.
BULLAR. CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.*, I, 65 ss.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 52.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquit.*, p. 250.

Villefranche-sur-Mer (*Villafranca Belliocensis*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus est fundatus a. 1615 et suppressus a. 1790. Eius ecclesia fuit dicata B. V. Mariae Gratiarum.
BULLAR. CAP., V, 398.
ETUDES FRANC. 34 (1922) p. 407-412, *Esquisse historique sur le Couv. des Capucins de Villefranche-sur-Mer*. (Ubald d'Alençon).

Villemur-sur-Tarn, (*Villa murata*) in Prov. Tolosana. — Anno 1726 Conventus erectus est a Prov. Aquitaniae cum ecclesia in honorem S. P. Francisci. Fratres expulsi fuere a. 1791.
BULLAR. CAP., V, 407.
IRÉNÉE, *Hist. Prov. d'Aquit.*, p. 252.
IDEM, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 76.

Villeneuve d'Agen (*Villanova*) in Prov. Tolosana. — Conventus fundatus a. 1619, postea sub iurisdictione Prov. Aquitaniae venit an. 1640. Fratres ex eo expulsi sunt a. 1791.
BULLAR. CAP., V, 407.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.*, I, 122.
IRÉNÉE, *Nécrol. Prov. Toulouse*, p. 62.
IDEM, *Hist. Prov. d'Aquit.*, p. 217-19.

Villeneuve de Berg (*Villanova Bergia*) in Prov. Lugdunensi. — Conventus ibi erectus a. 1630, supprimitur a. 1790.
BULLAR. CAP., V, 398.
SCHEMATISMUS PROV. LUGDUN. (1895) p. 48.

Viller in Alsatia, vide *Weiler*.

Villingen in prov. Rhenano-Westfalica (Baden). — Conventus S. Wendelino sacer, a FF. prov. Helveticae fundatus est a. 1654. Ad novam prov. Anter. Austriae transiit an. 1668. ac demum supprimitur a. 1785 et extinguitur a. 1820.

BULLAR. CAP., IV, 366.
CHRONICA PROV. HELVET. (1884) p. 264.
ROMUALDUS, *Hist. prov. Anter. Austriae*, p. 226-232.
FRANC. PETRUS, *Suevia eccles.*, p. 808.
KRAUS X., *Die Kunstdenkmäler des Kreises Villingen* (Freiburg 1890), p. 136.
FREIB. DIÖC.-ARCH., a. 1892, p. 197; a. 1900, p. 98; a. 1903, p. 236-255.

Vilsbiburg in Prov. Bavarica. — Hospitium a. 1706 fundatum, postea est derelictum. An. 1886 Conventus canonice erigitur apud celebre sanctuarium B. M. V. Auxilium Christianorum, vulgo *Mariahilf* nuncupatum.

BULLAR. CAP., IV, 375.
CHRONICA BAVARICAE PROV., p. 64.
EBERL, *Gesch. Bayr. Prov.*, Ind. p. 791.
ERINNERUNG *an die Gnaden-und Wallfahrts-Kirche Mariahilf*. Vilsbiburg 1886 pp. 48.
MÜHLBAUER MATTHIAS, *Erinnerung an das 200-jähr. Jubiläum der Wallfahrt Mariahilf bei Vilsbiburg*. Straubing, 1886.
ANALECTA CAP., 2 (1886) p. 144.

Vilseck in prov. Bavarica. — Hospitium seu residentia missionaria ibi erecta est anno circiter 1725 pro fratribus antiquae Prov. Franconiae, qui eam paullatim dereliquerunt tempore eversionis Regularium (1802).

EBERL, *Gesch. Bayr. Kapuz.*, p. 264, 477.
PROVINZBOTE (Bayern), 1949, p. 10-18, 43-47, 78-83: *Gründung... d. Klost. in Vilseck.*

Vilshofen in Prov. Bavarica. — Ab an. 1642 usque ad an. 1802 ibi morati sunt FF. Capuccini. Ecclesia huius Conventus fuit dicata in honorem S. Viti et aliorum SS. Auxiliatorum.

BULLAR. CAP., IV, 374.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 467.
CHRONICA BAVARICAE PROV., p. 44.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kap.*, Ind. p. 791.

Viña del Mar in Commissariatu provinciali Chilensi (America merid.). — Conventus situs in colle nuncupato « Villa moderna » fundatus est an. 1913; ecclesia dicata est S. P. Francisco et curam paroecialem habet.

ESTADISTICA PROV. NAVARRA (1928), p. 142.
RESEÑA HISTÓRICA *de Capuch. en Argentina y Chile* (1936) p. 243-58.

Vinbachium, vide *Kientzheim* (Weinbach)

Vinça (*Vinsinium*) in Prov. Tolosana. — Conventus a fratribus Prov. Catalauniae fundatus a. 1589, postea aggregatus est Prov. Tolosanae (a. c. 1660) ac demum suppressus anno 1791. Ecclesia fuit dicata Assumptioni B. M. Virginis.

BULLAR. CAP., V, 495.
STATUS PROV. CATALAUNIAE a. 1910. p. 63.
APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.*, III, 331.
IRÉNÉE, *Nécrol. de Toulouse*, p. 83.
TOLRA DE BORDAS IOS., *L'Ordre de St. Franç. en Roussillon* (1884), p. 284-87, 530-41.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 357.
ETUDES FRANC. 9 (1903) p. 379-97, 639-54.

Vincentius ab Eppan (*Thuille*), prov. Tirolensis. — Eximius concionator et strenuus defensor religionis praesertim contra errores Liberalismi. Cum constanter et libere flagitia hominum increparet nec viros nobiles et potentes reprehendere vereretur, missus est in carcerem. Obiit Bulsani an. 1878 aetatis 60, relig. 38 annorum. — Plures eius conciones typis datae sunt, quarum praecipuae: *Glaubensmission*. (2 voll. Innsbruck, 1862-64): *Der Mensch. Anthropologische Predicten* (Wien 1871); *Predigten auf alle Sonn- und Festtage.* (Regensburg 1881). Plures conciones etiam in idioma italicum sunt translatae et iterum prelo datae.

CASSIAN, *Liter. Tätigkeit*, p. 144 s.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Kap.*, p. 601, 653.

Vincentius a Frascati, prov. Romanae. — Postulatoris Generalis munere functus est a mense iunio a. 1828 usque ad an. 1847. Obiit in Urbe die 12 febr. 1848.

ANALECTA CAP. 54 (1938) p. 221.

Vincentius a Guadasuar, vide *Roig Villalba V.*, episc.

Vincentius a Marradi, antea *Ioan. B. Fabbroni* dictus, alumnus Prov. Tusciae. — Adhuc puer, ob suum singulare ingenium, concivium admirationem sibi conciliavit; duodennis, theses philosophicas publice defendit et paulo post juris doctor a Pisarum Academia salutatus est. Viginti et duos annos natus habitum seraphicum in Ordine nostro suscepit an. 1625. Philosophiam docuit, nedum sua in Provincia, sed et in generali Bononiensi Studio. Suggestum insuper eum totum et semper occupavit cum magno animarum lucro, atque inter primos sui temporis concionatores adnumerabatur. Anno 1650, quadragesimam Romae, in Ecclesia Nova praedicans, suum vitae cursum finivit.

PELLEGRINO, *Annali Capp.*, II, 206-09.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932), p. 290-92.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, II, cfr. Ind. p. 638 sub v. *Marradi.*

Vincentius a Montolmo (nunc *Corridonia*), *Vic. Gen.*, alumnus prov. Picenae. — Religiosis virtutibus valde clarus et boni regiminis; bis in superiorem provinciae electus (1561 et 1570), Ordinis Definitor in Capitulo Gen. an. 1570 et tandem Ordinis Moderator in Capitulo Gen. Anconae celebrato die 9 maii an.

1573; paulo vero post in sacra visitatione Messanae in Sicilia mortem oppetiit die 24 februarii an. 1574, nondum expleto anno ab eius electione.

BOVERIO, *Annal s.* I, 737, 752.
MONUM. HIST. O. CAP., cf. Ind. voll. IV et VI.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 74, 76.
ANALECTA CAP. 5 (1889) p. 81. — 12 (1896) p. 52. — 29 (1913) p. 279 ss. —44 (1928) p. 238.
COLLECTAN. FRANC. 10 (1940) p. 526.
ITALIA FRANC. 18 (1943) p. 119 n. 58.

Vincentius (B.) Pallotti, romanus, Tertiarius franciscalis, suo tempore Urbis apostolus et fundator Piae Societatis Missionum vulgo *Pallottini* (1795-1850).

Plures habuit consuetudines et commercium epistulare cum sodalibus Capuccinis praesertim Provinciae Romanae.

LETTERE *del venerabile Vincenzo Pallotti.* Roma 1930. Cfr.: n. 732 (Felice da Albano) n. 1226 (Cappuccine di Cascia) n. 1602 (Cappuccine di S. Urbano) n. 1646 (Guardiano di Monte Rotondo) n. 1682 (Eugenio da Rumilly, M. Gen.) n. 1722 (Serafino da Monte S. Giov.)
ITALIA FRANC. 25 (1950) p. 84-92, *La vocazione francescana del B. Vincenzo Pallotti.*

Vincentius a Peralta, prov. Catalauniae theologiae lector eximius . Natus a. 1872; ad professionem religiosam admissus an. 1888; saeve trucidatus a marxistis die 11 augusti 1936. Plura conscripsit de rebus mysticis eaque vulgavit in nostro commentario periodico « *Estudis Franciscans* » (Barcelona). E lingua gallica transtulit: *Ejercicios espirituales para las Jóvenes* (Barcelona 1922), opus J. Millot; *El ideal del Alma ferviente* (Ib. 1926), opus A. Saudreau.

IOVINO G. L., *Eroi di Cristo nella Spagna di Franco* (1940), p. 237-240.
APOSTOLADO FRANC. (Barcelona), a. 1941, p. 146 s., *Un gran escritor místico.*

Vincentius a Sant'Eraclio, prov. Umbriae; missionarius in Georgia (1692); obiit an. 1698. — Eius *epistola* magni momenti pro historia Georgianae missionis scripta die 8 dec. 1692 (Gangia in Perside), quaeque asservatur in publico Tuderti tabulario (Todi), edita est in *Collectanea Franc.* a. 1931 (vide infra).

ROCCO DA CESINALE, *Storia*, III, 374.
CLEM. DA TERZORIO, *Missioni*, VII, 121, 128, 130.
FRANC. DA VICENZA, *Missionari*, p. 171-73.
COLLECTAN. FRANC. 1 (1931) p. 504-519. Da Roma a Gangia, *Viaggio di un mission. capp. dell'Umbria nel* 1692.

Vincentius a Sant'Eráclio, prov. Umbriae. — Natus est a. 1706 e familia *Fani* et a. 1721 fit Capuccinus. Praeclari ingenii atque studii tenacissimus, oratorem disertissimum se exhibuit et libris conscribendis navavit operam, adeo ut inter doctissimos aevi sui et inter socios multarum Academiarum numeraretur. De re quoque litteraria cum P. Zaccaria S. J. aliisque admodum certavit. Cum autem Adventus praedicationem in oppido Bagnocavallo (Ravenna) perageret ad mortem adauctus est d. 28 nov. 1765. Multa reliquit mss., soluta oratione vel ex metro, quae in Archivo suae provinciae custodiuntur; ex plurimis vero eius operibus, sub variis academicis nominibus saepe saepius vulgatis, sequentia tantum adnumeramus: *Degli studi ne' quali principalmente impiegar si debbono i Regolari di rigido istituto.* Bologna 1760, voll. 2. — *I Proverbi di Salomone* recati in verso italiano. Ib. 1760. — *I dodici Profeti minori* parafrasati in verso italiano. Foligno, 1749 voll. 2. — *Maria,* ossia parafrasi del *Cantico di Salomone.* Ib. 1750. — *Il libro di Ester* tradotto in verso italiano da Clarione Nestorideo P.A., Venezia 1746. — *La Sacra storia di Giuditta* parafrasata. Gubbio 1759. — *Dialogo critico* di Teofilo ed Atiasto sopra le verità della religione. Iesi 1761, voll. 4. — *Considerazioni critiche* di Aptesto Damosfito sopra le *Lettere critiche* dell'avv. Giov. Ant. Costantini. Foligno 1755. voll. 2. — *Orazioni sacre.* Venezia 1754.

BERNARDUS, *Bibl. Script.*, p. 247.
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 41.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 73.
SBARAGLIA, *Scriptores*, III, 300.
FRANC. DA VIC., *Scrittori Prov. Serafica*, p. 151-160.
MELZI, *Dizion. opere anon.*, III, cf. Indice sub v. *Eraclio.*
ANTONINO, *Mem. Prov. Seraf.*, p. 291.
ECO DI S. FRANC., an. 1889, p. 64-67.
MISCELL. FRANC., a. 1888, p. 57 s.

Vincentius a Venezia,
vide *Bragadino V.*, episc.

Vindensis *sedes titularis episcopalis.* — Hoc titulo a. 1930 decoratus est noster sodalis Edgarus MARANTA a Poschiavo.

Vindobona, vide *Wien.*

Vindocinum, vide *Vendôme*

Vindomagi in Gallia, vide *Vigan.*

Vineola, vide *Vignola* et *Pignola*

Vinnica, vide *Winnica*

Vinsinium, vide *Vinça*

Vipalanka, vide *Palanka* (*Uj-*)

Vipiteno, Sterzing, in Prov. Brixinensi (Bressanone). — Conventus a. 1628-29 fundatus cum ecclesia S. Mariae Magdalenae, usque ad a. 1928 pertinebat ad prov. Tirolensem.

BULLAR. CAP., IV, 372.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 17 tab. XVII.
ZUR DRITTEN *Jahrhundertfeier des Sterzinger Kapuzinerklosters.* Bressanone 1929.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Kap.*, II, v. Ind.

Vire (*Viria*) in Prov. Parisiensi. — An. 1623 fundatur conventus, qui anno 1629 aggregatur novae Prov. Normandiae ac a. 1790 supprimitur.

BULLAR. CAP., V, 393.
C[AZIN] F., *Notice sur le Couvent des Capucins de V.* — II ed. Vire, 1858.

Viria, vide *Vire*

Virodunensis dioecesis, vide *Verdun*

Virodunum, vide *Verdun*

Virola Alghisi, vide *Verolanuova*

Virolo, vide *Verolanuova*

Visconti, vide *Franciscus Ant. a Milano.*

Viscovia, vide *Wyszków.*

Visitator Generalis. — Hoc nomine venit religiosus quem Minister Generalis ad provincias Ordinis visitandas mittit eique iurisdictionem suam restrictam vel illimitatam delegat. Antiquitus Visitator nuncupabatur saepe *Commissarius Generalis.*

In Capitulo generali an. 1625 statutum fuit ut Visitator, absque speciali facultate Ministri Gen., non posset fratres ad alienam provinciam mittere, concionatores instituere, libros edendi licentiam concedere; vi insuper Constitutionum an. 1643 iam non poterat eligi in *Ministrum provinciae* ad quam missus esset, nisi ipsius provinciae alumnus; praeterea eidem Visitatori ius negatum est an. 1656 *suffragia ferendi* in Capitulis ad electionem Superiorum provincialium et provisionem Guardianorum; demum, ad normam Capituli generalis a. 1662, Visitator omni auctoritate carebat Ministrum provincialem *destituendi* absque processu et sententia ob notabilem culpam.

Visitatoris munus et iura fere immutata permanent in hodierna legislatione Ordinis.

ORDINATIONES *et Decisiones Capitulorum Gener. ed. an. 1851.* Cfr. Ind. p. 426.
ORDINATIONES *Capit. Gen. ed. an. 1929,* n. 282-86.
VENANTIUS, *Monum. ad Constit.*, p. 531 ss.
MELCHIOR, *Historia Ord.*, I, 158; II, 132, 137.
ALBERTUS A BULSANO, *Expositio Regulae* (ed. noviss. 1932), p. 629 ss.

Viso del Marqués in Prov. Castellae (Hispania). — Domus religiosa ab Apostolica Sede an. 1577 fratribus Capuccinis concessa, mox subortis variis difficultatibus relinquitur et a PP. Minoribus Discalceatis occupatur.

BULLAR. CAP., V. 368-370.

Visso in Prov. Umbriae. — Fabrica Conventus coepta est a. 1550 apud veterem ecclesiam S. Hieronymi Doct. — An. 1921, munificentia Card. Gasparri, fere ex integro est refectum. An. 1918 fratribus nostris concredita est cura Sanctuarii mariani de *Macereto* et a. 1934 cura paroecialis in vico *Cupi*; utraque derelicta est an. 1944.

BULLAR. CAP., II, 435.
DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 37 tab. VII.
QUARTO CENTEN. PROV. SERAF. (1930) p. 20.
BOLLETT. UFFIC. PROV. SERAFICA, 1944, p. 44 (Relinquitur paroecia de *Cupi* et sanctuarium de *Macereto*).

Vitalianus a Filadelfia (*Mazzotta*), prov. Rheginensis Calabriae. — Fuit concionator ac lector eruditus; in sua et in aliis provinciis Moderator ac S. Congr. Indicis Consultor. Obiit in patria a. 1877. — Quamplurima scripsit opera de re philosophica, iuridica, religiosa etc., eo fine praesertim ut fidem catholicam ab erroribus defenderet. Quae typis mandavit (Romae a. 1870-74) haec praecipue sunt opera: *Filosofia,* voll. 8. — *Sacri Iuris elementa,* voll. 2. — *Institutio catholicae moralis.* — *L'Uomo di Dio...,* voll. 12. — *Scienza de' Comandi divini,* voll. 4. — *Scienza de' Misteri divini,* voll. 4. — *Il Papato.* — *Il Sillabo di Pio IX e la filosofia* etc. (plura voll.). — *Epitome del Regno di Napoli.*

FORTUNATO, *Memorie di Reggio,* p. 120.
FRANC. DA VIC., *Scrittori Calabresi,* p. 105.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana,* p. 73.
ECO S. FRANC., a. 1877, p. 399, necrol.

Vitalis ab Alcira (*Candellat*), laicus prov. Valentinae. — Ortus est a. 1577, habitum seraphicum sumpsit a. 1599, obiitque a. 1654. Franciscanam historiam non parum excoluit, eiusque laboris fructus sunt praesertim duae magnae Tabulae ab illo delineatae, quarum titulus est: *Epilogus totius Ordinis Seraphici S. Francisci,* primo Antuerpiae edita a. 1626. — *Arbor Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum,* Valentiae edita a. 1662 post mortem auctoris. — De his Tabulis, vide peculiares notitias sub v. *Arbor Seraphicae Religionis.*

BERNARDUS, *Bibl.. Script.*, p. 247.
SBARAGLIA-ACCURTI, *Scriptores,* III, 158.
IO. A S. ANT., *Bibl. Franc.*, III, 143.
EDUARDUS, *Bibl. Mariana,* p. 94.
ANDREU, *Iconogr. Caputxina,* p. 42-44.
EUGENIO, *Necrol. Prov. Valencia,* 4 febr.
ESTUDIOS FRANC. 30 (1923) p. 197-200.

Vitalis M. a Pedras de Fogo (Pernambuco), vide *Gonçalves de Oliveira V.*, episc.

Vitalis a Saint-Etienne, alumnus prov. Tolosanae († 1674). — Pictor cum esset egregius Romam vocatus est ut artem suam ibi explicaret. Inter opera quae fecit, memoria sunt digna: S. Felix a Cantalice, in ecclesia Capuccinorum *Carcassonne,* duae imagines Annuntiationis B. M. V. in ecclesia vel Conventu FF. Capuccin. in *Urbe.*

APOLLINAIRE, *Toulouse chrét.*, II, 381.
IDEM, *Bibl. Prov. Aquit.*, p. 103.
UGOLINI IO. BAPT., *Epigrammatum libri IV.* Romae 1695, ad pag. 221 *Carmen* in morte P. Vitalis Capuccini Pictoris, qui in

pingendis B. V. Mariae imaginibus fuit egregius.

ITALIA FRANC. 1 (1926) p. 148 (nota de 2 imaginibus B. M. V. Romae pictis).

Vitelleschi, vide *Paulus a Foligno*

Vitelli Ioan. Bapt. a Foligno (1538 † 1621), venerabilis Servus Dei, fratrum Capuccinorum amicus et benefactor insignis (cfr. Eduardus ab Alençon, apud « *Analecta O. Cap.* » XI, 1895, p. 250-256, et apud « *Miscell. Franc.* » VI, 1895, p. 133-136).

Vitelliana, vide *Viadana*

Viterbo, (*Viterbium*) in Prov. Romana. — De priore Conventu Viterbiensi agitur sub v. *Palanzana*. Conventus hodiernus fundatus est a. 1589, ibique a. 1640 amplum aptumque valetudinarium aedificatum fuit. Ecclesia, S. Pauli Apost. Conversioni dicata est.

BULLAR. CAP., II, 433.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 33 tab. VIII.

ANALECTA CAP. 1 (1885) p. 58.

ECO S. FRANC. 8 (1880) p. 61-64, *Riapertura del Conv. dei Cappuccini di Viterbo*.

Vittoria in Insula Melita, vide *Gozo*

Vittoria (*Victoria*) in Prov. Syracusana. — Conventus suam originem ducit ex a. 1697, eiusque ecclesia, iam S. Mariae Magdalenae dicata, titulo etiam S. Antonii Patavini decorata est a. 1947. An. 1866 Conv. proscriptus est et a. 1917 redimitur.

BULLAR. CAP., III, 199, 325.

SAMUELE, *Memorie Prov. Sirac.* p. 256-59.

ANALECTA CAP. 64 (1948) p. 80, Ecclesia titulo *S. Antonii Patavini* decoratur.

Vittoriosa in Insula Melita, vide *Calcara*

Vitus a Ragusa (ab Hyrminio), laicus prov. Syracusanae. — Mirum poenitentiae et orationis exemplum exstitit. Animi candore ditatus et caelestibus donis cumulatus multos Siciliae conventus collustravit. Obiit cum eximiae sanctitatis fama Licodiae an. 1582.

MONUMENTA HIST. O. CAP., t. VI, cf. Index.

BOVERIO, *Annales*, II, 39-49.

FLORES SERAPHICI, II, 533-541 cum figura.

PALOCCI, *Frutti serafici*, p. 174-177.

ILG, *Geist. hl. Franz.*, I, 103-113.

ANTONINO, *Storia Prov. Palermo*, I, 216 ss.

SAMUELE, *Memorie Prov. Sirac.*, p. 111-15

Vivens C. M. vide *Clara Maria Vivens*

Vives y Tutó Iosephus Calasanctius a Llevaneras, *Cardin.*, prov. Catalauniae alumnus. — Natus die 15 febr. 1854; religionem seraphicam ingressus die 11 iulii 1869; sacerdos consecratus die 26 maii 1877. Anno 1884 Romam petiit et successive renuntiatus fuit Consultor S. Officii (1887), S. Congreg. de Propag. Fide (1893), S. Concilii (1894), Negotiorum Ecclesiasticorum Extraordinariorum (1895), Professor sacrae theologiae in Seminario Romano, Commissarius Generalis gravibus de causis pro Hispanicis provinciis (1892), Definitor Generalis Ordinis (1896). In Concilio Plenario Americae Latinae Romae habito an. 1899 maximam prae ceteris partem habuit sicut et in paranda celeberrima Apostolica Constitutione de ordinibus anglicanis (1896). Die tandem 19 iunii 1899 a Leone XIII in Sacrum Cardinalium Collegium cooptatus est et Diaconus S. Adriani renuntiatus. Ab eodem item Pontifice Praefectus S. Congr. Religiosorum atque plurium Congregationum piarumque sodalitatum *protector* constitutus fuit. Egregiis virtutibus ornatus, zelo pro ecclesiastica disciplina valde commendabilis, acceptissimus fuit Pontifici Pio X. Insuper peculiari pietate enituit erga B. Virginem et S. Ioseph, eamque devotionem commendat, fere in omnibus suis operibus. Obiit in oppido Monteporzio Catone (Roma) die 7 sept. 1913.

Plurima opera edidit de rebus ecclesiasticis praesertim spiritualibus, necnon plures biographias sanctorum et beatorum Ordinis seraphici; inter eius opera praecipua haec recenseantur: *Compendium theologiae asceticae et mysticae* (1886); *Summula Commentariorum S. Bonav. in libros Sententiarum* (1905); *Expositio in Orationem Dominicam* (1902); *Biographia hispano-capuchina* (1891).

BIBLIOGRAPHIA

APOLLINARIS, *Bibl. Prov. Aquitan.*, p. 81-84,

BASILI DE RUBI. *Necrologi*, p. 251.

EDUARDUS, *Bibl. Mariana*, p. 42, 88.

FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 308-313.

JUAN B. DE ARDALES, *La Divina Pastora*, t. I (Sevilla 1949), p. 814-48 (not. biogr.).

ANTONIO M. DE BARCELONA, *El Cardenal Vives y Tuto*. Barcelona 1916, pp. 515 cum fig.

IGNUDI STEFANO, O. M. Conv., *Orazione funebre*. Roma 1913, pp. 47.

MIGUEL D'ESPLUGUES, *Semblances: En Maragall, el Cardenal Vives, el Bisbe Torras*. Barcelona 1916, pp. 200.

ANALECTA CAP. 29 (1913) p. 341, 373. — 30 (1914) p. 26, 48, Synopsis vitae. — Cfr. etiam *Index Gener.* voll. 1-50, p. 60.

APOSTOLADO FRANC. (Barcelona), Sept.-Oct. 1950, p. 208-13 (*biogr.*), p. 229-34 (*Monumentum ad Card. Vives in San Andrés de Llevaneras*).

ECO S. FRANC., a. 1899 p. 339-341, il Card. Gius. Cal. Vives.

ESTUDIOS FRANCISCANOS, Numero extraordinario, Octubre-Diciembre 1913, pp. XXXI-246. *Homenaje de la Prov. Capuchina de Cataluña a el Card. Vives y Tuto*.

IDEM, 12 (1914) p. 39-44. *El Cardenal Vives y el Concilio plenario latino - americano*. (Antonio M. de Barcelona).

MENSAJERO SERAFICO (Madrid), a. 1899, agosto, *Numero extraordinario*. (In memoriam card. Vives.

Vizelizium, vide *Vézelise*

Vizzini (*Bidenum*) in Prov. Syracusana. — Conventus, antiquissimus provinciae, erectus est a. 1533 longe ab urbe apud parvam S. Barbarae ecclesiam. Quo relicto, ob suam distantiam, alter civitati propius fundatus est an. 1602 cum ecclesia eidem S. Barbarae dicata.

BULLAR. CAP., III, 325.
SAMUELE, *Memorie Pr. Siracusa*, p. 32-36.
L'ARALDO DEL GRAN RE, a. 1933, p. 89, 105.

Vladimirus, vide *Valdimirus*

Voghera (*Vigueria*) in Prov. Alexandrina. — FF. Capuccini tres successive Conventus habuerunt: primum fundatum a. 1543; alterum a. 1584 apud ecclesiam abbatialem S. Bovi conf.; tertium demum erectum a. 1593, qui mansit usque ad eversionem napoleonicam (1810).

BULLAR. CAP., II, 314, 325, 446.
VALDEMIRO, *Capp. milanesi*, I, 38, 39.
AURORA FRANC., a. 1930, p. 10.

Vogogna in Prov. Alexandrina. — Inter hospitia veteris provinciae Novariensis (1786-1810) adnumeratur etiam illud de Vogogna; de eo vero peculiares notitiae nobis desunt.

EMANUELE, *Necrologio Prov. Alessandria*, 1939, pag. 8 (nomen tantum).

Vohenstrauss in Prov. Bavarica. — Anno 1658 Hospitium seu residentia missionaria erecta est, quae a. 1771 transiit sub iurisdictionem novae Prov. Suevo-Palatinae seu Immaculatae Conc., ac demum a. 1803 suppressa est.

BULLAR. CAP., IV, 374; IX, 43.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kap.*, p. 184, 488.

Volaterra, vide *Volterra*

Volhyniensis Provincia, vide *Russiae Prov.*

Volpi Isaias a Genova, episc., alumnus prov. Genuensis. — Natus die 11 augusti 1749; Ordinem Capuccinorum ingressus 15 annos natus. Sacerdos initiatus munus praedicationis suscepit in eoque optimum nomen nactus est. In sua provincia munere lectoris atque Ministri (1804-07) laudabiliter functo, Ordinis Procurator electus est an. 1814. Die tandem 25 maii 1818 Pius VII eum promovit *Bobiensem* (Bobbio) episcopum. In episcopali tamen dignitate vitam capuccinam indesinenter duxit et caritate erga pauperes fulsit. Enixe promovit cultum SS. Cordis Iesu et pie obiit die 23 sept. 1830. — Edidit: *Quaresimale* (2 voll.

BULLAR CAP., IX, 275, 337.
RITRATTI CAPP. ILLUSTRI, II, 16.
FELICE, *Tavole Capit. Gen.*, p. 254.
APPENDIX AD BIBL. SCRIPT., p. 29.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, I, cf. Ind. p. 528; VI, 559-572.
CAPPELLETTI, *Chiese d'Italia*, XIII, 661.
SPINOLA CAMILLO, *Elogio fun.*, Genova 1830.
ANALECTA CAP. 12 (1896) p. 155, Proc. Gen.

Volsinium, vide *Bolsena*

Voltaggio (*Vultabium*) in Prov. Genuensi. — Conventus erectus fuit a. 1603, eiusque ecclesia consecrata est a. 1662 ad honorem S. Michaëlis Archangeli.

In hoc Conventu insignis exstat *Pinacotheca* in qua servantur quamplurimae tabulae a celebribus depictae pictoribus. Illius auctor ac promotor fuit P. Petrus Repetto a Voltaggio, artis cultor et amator († 1905).

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
BULLAR. CAP., II, 450.
MOLFINO, *Capp. Genovesi*, II, 285-310; V, cfr. Index p. 636.
G. L., *Voltaggio e il suo convento dei Cappuccini*. Genova, 1898, 26 pp.
ILARIO DA GENOVA, *Pinacoteca dei PP. Cappuccini di Voltaggio* [Catalogo]. Genova 1937, pp. 40 (cf. *Collectan. Franc.* 1942 p. 290 n. 611).
FLORECILLAS DE S. FRANC. (Totana), a. 1930, p. 148-153, *La Pinacoteca de los Capuchinos de Voltaggio*.
VERDAD Y CARIDAD (Pamplona), a. 1949, p. 198-201, *La Pinac. cap. de Voltaggio*. (Fern. de Mendoza).

Volterra (*Volaterra*) in Prov. Tusciensi. — An. 1573 Conventus fundatur apud ecclesiam S. Matthaei, vulgo *al Posatoio*. An. 1851 Capuccinis committitur Hospitium cum cura spirituali Ergastuli. Derelictus a. 1869, ob legem suppressionis Regularium, a. 1895 recuperatus est, sed nonnullis abhinc annis, deficientibus Religiosis penitus fuit alienatus.

BULLAR. CAP., II, 454; X, 250.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, I, 158, 352; II, cfr. Ind. p. 552.
MEMORIALE CAPP. TOSCANI (1932) p. 438, 448.

Voltri (*Vulturium*) in Prov. Genuensi. — An. 1567 pervetusta ecclesia S. Nicolai, in colle posita, concessa est FF. Capuccinis, qui prope illam domum erexerunt a. 1568 exeunte: in ecclesia magna veneratione colitur imago B. V. Mariae, vulgo « Madonna delle Grazie ». — Alterum Conventum nostrates in hac urbe possident fundatum a. 1624 cum ecclesia S. P. N. Francisco dicata.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 20 tab. IV.
BULLAR. CAP., II, 450.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 400.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 48.
FRANC. SAV., *Capp. Genovesi*, II, 63-76, 449-460. V, cf. Ind. p. 636.
CAPPELLINI ANT., *Breve storia del Santuario delle Grazie in Voltri*. Genova, 1931.
BOLLETTINO DEL SANTUARIO « LA MADONNA DELLE GRAZIE » dei FF. Min. Cappuccini. Voltri, 1922 ss.

Vorago, vide *Varazze*

Vos (De) S., vide *Seraphinus a Bruges*

Vratislavia, polon. Wrocław, vide *Breslau*

Vuillafans (*Villafanum*) in Prov. Lugdunensi. — Ex a. 1668 usque ad gallicam eversionem (1790) ibi morati sunt FF. Capuccini antiquae Prov. Burgundiae.

BULLAR. CAP., V, 400.
PELLEGRINO, *Annali*, III, 131.
MOREY, *Cap. en Franche-Comté*, p. 48.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 367.

Vulpera in Helvetia, vide *Tarasp*

Vultabium, vide *Voltaggio*

Vulturium, vide *Voltri*

Vynnum, vide *Wynnum*.



S. VERONICA GIULIANI, monialis Capuccina † 1727.

W

Wadern in prov. Rhenano-Westfalica (dioec. Trevirensis). — Hospitium a. 1766 fundatum a. 1802 a gubernio gallico supprimitur.

KILIAN, *Aufhebung d. Wallfahrt Nothgottes*, p. 93.

Waghäusel in prov. Rhenano-Westfalica (Baden). — An. 1615 Capuccini hospitium receperunt apud sanctuarium B. V. in caelum assumptae, et a. 1639-42 Conventus exstructus est. Abrogatus iam ab a. 1827, denuo nostrates illuc reversi sunt a. 1920.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 32 tab. XV.
BULLAR. CAP., IV, 340, 385.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, cfr. Index.
CATALOGUS *Prov. Rhen-Westf.* (1939) p. 27.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf. Index.
ROTT H., *Kunstdenkmäler des Amtsbezirks Bruchsal*. (Tübingen 1913), p. 322-335.
HEIZMANN L. *Klöster u. Kongreg. der Erzdiöz. Freiburg*. (München 1930), p. 105 s.
MARTINUS VON COCHEM *Das Waghäuseler Wallfahrtsbüchlein*. Neubearbeitet. Ibi, 1927.
ANALECTA, 17 (1901) p. 179. — 35 (1919) p. 19.
ASSISI-GLÖCKLEIN, a. 1930, p. 45-48.

Waidhofen an der Thaja (*Battoviae*) in Prov. Viennensi. — A fratribus Prov. Bohemiae a. 1652 Conventus exstructus est et ecclesia Mariae Immaculatae est dicata. Derelictus est ob legem Iosephi II imper. contra Regulares a. 1781 latam.

BULLAR. CAP., IV, 380.
PELLEGRINO, *Annali*, II, 321.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.

Waidhofen an der Ybbs (*Battoviae*) in prov. Viennensi. — Conventus a. 1644 fundatus cum ecclesia S. Paulo Apost. dicata, abrogatus est a. 1781 Iosepho II imperante.

BULLAR. CAP., IV, 380.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 586.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.

Walderbach seu Erbach, in prov. Rhenano-Westfalica. — Patres nostri conventus Bingensis ministerium apostolicum exercuerunt in pago Walderbach ab an. 1650 usque ad an. 1721.

JACOBS, *Rhein. Kapuz.*, p. 43, 60, 141.
ANALECTA CAP. 17 (1901) p. 246 (Erbach).

Waldshut (*Waldishuttum*) in Prov. Rhenano-Westfalica (Baden). — Locus iste a Capuccinis prov. Helveticae acceptus est iam a. 1650, sed fabrica initium habuit anno tantum 1654. Ecclesia fuit dicata S. Antonio Patavino. An. 1668 Conv. addictus est novae Prov. Anterioris Austriae, et an. 1821 suppressus est.

BULLAR. CAP., IV, 366.
CHRONICA PROV. HELVET. (1884) p. 255-57.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Anter. Austriae*, p. 232-238.
FRANC. PETRUS, *Suevia eccles.*, p. 853 s.
BAUR IOH. BAPT., *Beiträge zur Chron. d. Vorderösterr. Kapuz. Prov.*, in: « Freib. Diöc.-Arch. » t. 17, p. 245 ss., t. 18, pag. 153 ss. (passim).
KRAUS FR. X., *Kunstdenkmäler des Kreises Waldshut*. Freiburg 1892, p. 162.

Walldürn (*Walthura* seu *Walthurena*) in prov. Rhenano-Westfalica (Baden). — Anno 1637 Capuccini hospitium receperunt apud ecclesiam paroecialem; anno autem 1658 Conventus fundamenta posita sunt. Suppressus anno circ. 1820, penitus exstinctus est a. 1842.

BULLAR. CAP., IV, 340, 385.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, cf. Index.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf. Index.
JACOBS, *Rhein. Kapuz.*, cfr. Index.
OECHELHÄUSER A., *Kunstdenkmäler d. Amtsbezirks Buchen* (Tübingen 1901), p. 143 s.
ANALECTA CAP. 17 (1901) p. 180.

Wallerfangen, Vaudrevange in prov. Rhenano-Westfalica, dioec. Trevirensis. — Conventus a Prov. Lotharingiae exstructus a. 1628 prope sacellum S. Crucis, et a. 1688 assignatus prov. Campaniae, dirutus est a. 1691.

SILVESTER, *Annales*, p. 513.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 180.
ARMEL, *Capucins de Metz*, p. 22, 27.
ANALECTA CAP. 22 (1906) p. 295.
ETUDES FRANC. 43 (1931) p. 81.

Walleser Salvator a Wieden, episc., alumnus Prov. Rhenano-Westfalicae. — Ortus die 22 dec. 1874, Ordini capuccinorum se addixit an. 1894 et sacerdos consecratus est an. 1901. Missionem de *Palau* in Carolinis insulis petiit an. 1907, et paucis annis post Pro-Praefectus missionis est constitutus. Anno vero 1912 die 21 augusti, Pius X ad sedem titularem *Tana-*

graeam eum evexit primumque Vicarium Ap. novi Vicariatus *Marianensis et Carolinensis* designavit.

Dum bono missionis impiger incumbebat, bello europaeo orto, coacte per quattuor annos in Statibus Foederatis Americae degit, et apud episcopum de *Brooklyn* vices episcopi auxiliaris exercuit. Post bellum munere Vicarii Apost. Insularum Carolinarum se abdicavit et Germaniam petiit. Anno demum 1922 die 28 martii nominatus est primus Vicarius Apost. novi Vicariatus de *Kansu Orientali* in Sinis, postea de *Tsinchow* et nunc de *Tienshui* nuncupati. Multis laboribus doloribusque exantlatis belli mundialis causa, obiit die 1 ianuarii 1946.

Ipse primus *Grammaticam* linguae *palau* composuit, quae an. 1911 Berolini a Seminario pro linguis orientalibus edita est. Anno 1913 in Hong Kong vulgavit *Vocabularium* eiusdem linguae. Insuper Friburgi a. 1910-11 typis dedit brevem *Historiam Sacram*, *Catechismum* et librum *Precum*, omnia in lingua palau. Demum cura illius vulgatum est *Directorium missionnariorum* Vicariatus Apost. de Tsinchow (1935).

GONSALVUS WALTER, O. Cap., *Festgabe zum Bischofsjubil. Salv. Walleser*. Paderborn 1938. (cf. *Collect. Franc.* 1940, p. 123).
ANALECTA CAP. 28 (1912) p. 305. — 38 (1922) p. 186. — 62 (1946) p. 126-134 (necrol.).
ASSISI-GLÖCKLEIN (Mainz), 1937, p. 119-121.
SERAPH. WELTAPOSTOLAT, 14 (1938) p. 11-14.

Wallonica Prov., vide *Gallo-Belgica Prov.*

Walsingham in Anglia, dioec. Northantoniensis. — An. 1936 nostra domus canonice erecta est, eodemque anno pervetustum ac celebre sanctuarium B. Virginis, vulgo « *Our Lady of Walsingham* », ab episcopo curis fratribus nostris committitur. Cum autem postea sanctuarium clero saeculari concreditur, domus nostra a Superioribus Ordinis supprimitur an. 1948.

GILBERT [OF LONDON], *What to see in Walsingham. An historical Guide Book*, 1939.
ANALECTA CAP. 53 (1937) p. 8; 65 (1949) p. 26.
FRANC. ANNALS, 60 (1936) p. 222-24. 330-39, *Our Lady of Walsingham*. (cfr. *Collectan. Franc.* a. 1942 p. 102 num. 177-78).
L'OSSERVATORE ROMANO, 6 febbr. 1936, p. 3.

Walthura, Walthurena, vide *Walldürn*.

Wangen (*Wanga*) in prov. Rhenano-Westfalica (Württemberg). — An. 1641 Capuccini helvetici conventum extruxerunt eiusque ecclesia dicata est SS. Angelis Custodibus. An. 1668 Conv. transiit ad Prov. Anterioris Austriae, anno vero 1781 ad Custodiam Suevo-Imperialem. Suppressus est primis annis saec. XIX.

BULLAR. CAP., IV, 366.
PELLEGRINO, *Annali*, I, 438.
CHRONICA PROV. HELVET., p. 60, 245.
ROMUALDUS, *Hist. Prov. Anter. Aust.*, pag. 238-242 et passim.
FRANC. PETRUS, *Suevia eccles.*, p. 854 s.
ERZBERGER M., *Die Säkularisation in Württemberg* 1802-1810, Stuttgart 1902.

Warasdin, vide *Varaždin*

Warburg in prov. Rhenano-Westfalica (Prussia). — Conventus fundatus an. 1628 paulo post derelictus est.

JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.*, p. 18, 132.
RODENKIRCHEN NIK., *Kunstdenkmäler von Westfalen: Kreis Warburg*. (Münster 1939) p. 392.

Wardein (Gross-), vide *Nagyvárad*

Warszawa (*Varsavia*) in Prov. Varsaviensi. Nostri conv. fundatio (1681-86) debetur Ioanni III regi Poloniae; ecclesia consecrata est an. 1694 in honorem Transfigurationis Domini N. I. Christi.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 43 tab. XVIII.
BULLAR. CAP., IV, 351-53, 357, 387.
PELLEGRINO, *Annali*, IV, 280 (Conv. a. 1711).
MEMORIALE CAPP. TOSCANI, (1932) p. 208-212.
SISTO, *Storia Capp. Toscani*, II, 38, 40, 70.
COLLECTAN. FRANC. 8 (1938) cf. Ind. p. 629.
RODZINA SERAFICKA, an. 1920, p. 81-87.

Washington, D. C. in Prov. Pennsylvanica. — Hospitium erectum est a. 1918 prope aedificium Universitatis catholicae pro nostris sodalibus qui altiora studia ibi persequi cupiunt. An. 1928 hospitium in conventum mutatur et valde ampliatur ceu Studium S. Theologiae. Ecclesia dicata est S. P. Francisco.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 30 tab. XX-XXI.
CATALOGUS PROV. PENNSYLV. a. 1950, p. 13.
SERAPHIC HOME JOURNAL (Pittsburgh), a. 1924. p. 244-46 (Sacellum Collegii).

Wasselonne in Prov. Strasburgensi (Alsatia) - Hospitium a. 1757 exstructum, vi supprimitur a. 1791.

ARMEL, *Capuc. d'Alsace*, p. 10, 77, 201.

Wassenberg in Prov. Rhenano - Westfalica, dioec. Aquisgranensis. — Conventus fundatus a. 1654, mansit usque ad suppressionem napoleonicam a. 1802. Ecclesia dicata fuit S. Ludovico episc.

BULLAR. CAP., IV, 383.
KILIAN, *Rheinberg u. d. Kapuz.*, p. 107.
JACOBS, *Die Rhein. Kapuz.*, p. 17, 28, 87.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cfr. Ind.
MAYER FR., *Kapuz. in Wassenberg*, in: «Heimatkalender des Heinsberger Landes» IX, 1933, p. 24.
ANALECTA CAP. 16 (1900) p. 318.

Wasserburg am Inn, in Prov. Bavarica. — An. 1624 Conventus aedificatus est cum ecclesia ad honorem S. Mariae Angelorum. Abrogatus est a. 1806.

BULLAR. CAP., IV, 374.
SILVEST. MEDIOL., *Annales*, p. 359.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, I, 507.

CHRONICA BAVARICAE PROV., p. 16.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kapuz.*, Ind. p. 792.
BRUNHUBER, *Zum Jahrhundertgedenken der Aufhebung des Kapuzinerklosters in Wasserburg; in « Bayerland »* XVIII, 1907 n. 31.

Watts in California vide *Los Angeles.*

Wattwil in Helvetia, dioec. *Sangallensis.* — Sorores tertiariae franciscanae, iam ab an. 1400 in monasterio S. Mariae Angelorum commorantes, an. 1591 strictiorem observantiam monialium *Capuccinarum* receperunt, consilio P. Ludovici a Saxonia, O. Cap.

BULLAR. CAP., IV, 365.
BÜRGLER, *Franz-Ord. i. d. Schweiz*, p. 166.
GREIDERER, *Germania franc.*, II, 660-62.

Wauwatosa, Wisconsin, in Prov. Calvariensi (Status Foed. Amer. sept.). — Conventus et ecclesia paroecialis S. Crucis anno 1879 erecti, ob penuriam Patrum, relinquebantur mense ianuario a. 1921.

BITTLE, *A Romance...* p. 249, 426.
ANALECTA, 23 (1907) p. 170. — 37 (1921) p. 95
SOUVENIR. *Holy Cross Church Golden Jubilee* (1879-1929). Milwaukee 1929.

Weiden (*Weida*) in Prov. Bavarica. — Hospitium seu residentiam missionariam ibi tenuerunt Capuccini ex anno circ. 1658 usque ad saeculi XIX initium, quo fuit suppressa.

BULLAR. CAP., IV, 374; IX, 43.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kap.*, p. 184 s.

Weilderstadt (*Wila* seu *Wilerstadium*) in prov. Rhenano-Westfalica (Württemberg). — An. 1640 FF. prov. Helveticae hospitium fundarunt, eiusque sacellum in honorem S. Felicis a Cantalice dicatum est. An. 1668 ad prov. Anterioris Austriae, anno vero 1781 ad novam Custodiam Prov. Suevo-Imperialem hospitium transiit et demum a. 1806 (1803?) abrogatum est.

BULLAR. CAP., IV, 68-71, 366.
ROMUALDUS, *Hist. Anter. Austr.*, p. 242-49; 416.
FRANC. PETRUS, *Suevia eccl's.*, p. 888 s.
DIÖC.-ARCH. VON SCHWABEN, XIX, 1901, p. 160.

Weiler, Viller, prope Wissembourg in prov. Strasburgensi (Alsatia). — An. 1921 FF. Capuccinis concredita est cura paroeciae S. Andreae, cuius nova ecclesia fundata est a. 1932. Nostrates insuper deserviunt pie peregrinantium Stationi ad B. M. V. Septem Dolorum ibi exsistenti.

CATALOGUS II COMMISS. ALSATIAE (1933) p. 33
MEYER CAMILLE, *Die neue Pfarrkirche St. Andreas in Weiler.* Wissembourg 1933,
ANALECTA CAP. 37 (1921) p. 73.
ESTO FIDELIS (Alsatia), 1946, p 125-132.

Weinbach, vide *Kientzheim*

Weiss V., vide *Victricius ab Eggenfelden*

Weissenburg, vide *Wissembourg*

Weissenhorn (*Albocornium*) in Prov. Bavarica. — Conventus, olim pertinens ad Prov. Tirolensem, fundabatur a. 1667 eiusque ecclesia dicata erat S. Sebastiano. Expulsi sunt Fratres a. 1806.

BULLAR. CAP., IV, 372.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kap.*, p. 178.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Kap.*, II, cfr. Ind.
PETRUS FRANC., *Suevia eccl siast.*, p. 891.

Weldon I., vide *Innocentius Weldon*

Wellmich (*Welmichium*) in prov. Rhenano-Westfalica (Prussia). — Nostrum Hospitium ibi floruit ab an. 1657 usque ad an. 1679, quo Fratres ad locum Bornhovium vocati sunt.

BULLAR. CAP., IV, 386.
HIEROTHEUS, *Prov. Rhenana*, p. 53, 332.
JACOBS, *Rhein. Kapuz.*, p. 17, 25, 28, 143.
ANALECTA CAP. 17 (1901) p. 248.

Wels (*Welsium*) in Prov. Viennensi. — An. 1630 fundatur Conventus, cuius ecclesia titulo S. Bonaventura honoratur. Vi decreti Iosephi II imper. (1781), Fratres hunc locum coacti sunt derelinquere.

BULLAR. CAP., IV, 380.
GIUS. DA CANNOBIO, *Annali*, II, 267.
GREIDERER, *Germania franc.*, I, 544.

Wemding in Prov. Bavarica. — Ibi moram faciunt Capuccini ex an. 1669. Eorum ecclesia dicata est B. V. Mariae Vetoettinganae, vulgo de Altötting.

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 14 tab. XV.
CHRONICA BAVAR. PROV., p. 47, 132-135.
PETRUS FRANC., *Suevia eccles.*, p. 891.
EBERL, *Gesch. Bayr. Kap.*, Ind. p. 792.
EBERL ANGELIKUS von Egmating, *Geschichte des Kapuziner-Klosters in Wemding.* München 1892.
PROVINZBOTE (Bayern), 1949, p. 26-29: *Renovation d. Kirche u. d. Friedhofes in W.*

Wenceslaus a Spoleto, alumnus Prov. Umbriae. — Domo *Ponti* natus die 4 augusti 1882, habitum seraphicum sumpsit an. 1897 et sacer. dos ordinatus est an. 1905. Ad Missionem de *Solimões Superior* in Brasilia profectus anno 1919 et Superioris Regularis munere suscepto an. 1939, postremo a S. Congr. Prop. Fide, die 8 nov. 1946, eiusdem Missionis nominatus est Praefectus Apostolicus. Cum autem mense septembri a. 1950 Missio erecta sit in Praelaturam « Nullius » ipse nominatus est *Administrator Apostolicus* eiusdem Praelaturae.

ANALECTA CAP., 62 (1946) 126, Praef. Ap.

Wenceslaus a Sulgostów, domo *Nowakowski*, prov. Cracoviensis. — Natus in Ukraina an. 1829, in saeculo litterarum studiis incubuit; dein an. 1860 Capuccinorum habitum induit. Tempore bellicae perturbationis, adhuc clericus, capite damnatus fuit; sed, intercedente quadam comitissa, in Siberiam e contra relegatus fuit. Anno vero 1875 effugere potuit; dein in Galliam, Italiam et Hel-

vetiam peregrinavit. Tandem in Galliciam pervenit et in Ordinem nostrum denuo cooptatur an. 1877. Sacerdotio initiatus an. 1880 totum sacro ministerio se dedit; cultum B. M. Virginis enixe promovit et director spiritus fuit valde exspetitus etiam a magnatibus. Austeritate vitae, caritate erga pauperes fuit admirabilis. Obiit Cracoviae d. 9 ian. 1903.

O. FLORIAN, O. Cap., *Krótki życiorys O. Wacława* (Brevis biographia). Kraków, 1903.
IDEM, *Ostatnie Chwile O. Wacława.* (Novissima momenta P. W.) Ibid. 1903.
ANALECTA CAP. 19 (1903) p. 124 s., necrol.

Werfen (*Werfa*) in Prov. Tirolensi. — Domus nostra seu Hospitium ibi exstat ex an. 1736. Ecclesia dicata est B. M. V. sub titulo « Auxilium Christianorum ».

DESCRIPTIO GEOGR. (1929) p. 35 tab. XVII.
BULLAR. CAP., IV, 143-47, 372; VIII, 264, 353, 364; IX, 168.
HOHENEGGER, *Gesch. tirol. Kap.*, II, cf. Ind.
ADOLF STEIDL, *Gesch. d. Kapuz. im Erzbistume Salzburg.* (1893), p. 68-80, 106-113.
ALTÖTTINGER FRANZ. BLATT, a. 1906, p. 170 s.
FRANZISKUS (Linz), 3 (1928-29) p. 313.

Werl (*Werlae*) in prov. Rhenano-Westfalica, dioec. Paderbornensis. — Conventus fundatus a. 1649 (vel circiter), suppressus est an. 1836. In eius ecclesia, dicata B. M. Virgini, usque nunc summa veneratione colitur imago B. M. V., quae olim Susati seu Soest asservabatur.

BULLAR. CAP., IV, 383.
JACOBS, *Rhein. Kapuz.* p. 14, 24, 28.
BONAV. V. MEHR, *Predigtwesen*, cf. Ind.
